No A.
3. 1. 2. 1

A
3
127

18. a. 3.
14

1
Ц-47

A
3
127

18. a. 3.
14

I
Н-47.

65.T

de la Comp.a de Jesus de granada
R-23-26



# PHILOSOPHIA NAturalis Petri a Spinoſa artium magiſtri: opus inquam tripartitum: quo continet tres partes.

Prima pars erit Emporium refertiſſimum bone philoſophie: currens per omnes textus Philoſophicum aptis queſtionibus ibidēqꝫ ꝓpriis.

Secūda pars erit Calculatoria: quā appello Roſeam.

Tertia pars erit Flos campi, Lilium agri, continens omnes naturales queſtiones ordine alphabetico. Nil optabis quod hec philoſophia non clare tibi oſtendat: ſi textum ibidem habes expoſitionem lucidiſſimam. Si queſtiones ad idem. Si calculationes, habes eas in ſecunda parte. Si deniqꝫ probleumata, habes omnia ordine alphabetico: quo ſit tibi minor labor inueniendi qd vellis.

✠

¶ Venundantur Salmantice in vico ſarracenorum. Jn impreſſoria domꝰ magiſtri Roderici de Caſtañeda.

BIBLIOTECA UN[IVERSITARIA] GRAN[ADA]

Ad magnificum: atqꝫ quam doctiſſimum dominum magiſtruꝫ Joannem martinez Siliceum Principis Hiſpaniarum magiſtrum. Suus diſcipulus Petrus a Spinoſa artium magiſter. Salutem plurimam dicit.

Nadiquaqꝫ ornatiſſime magiſter, cum pueriliter luderem, et ſummuliſtaꝝ de more agerem, tibi dicaui ſummulas meas (opus quidem breue ſꝫ vtile) qđ vſqꝫ adeo bono animo ſuſcepiſti: vt magis ac magis ꝓpter illud ego ſim impulſus ad maiora ſcribēda: vidēs minora equo animo ſuſcipi: a te viro ꝑſpicatiſſimo: et vndiqꝫ circunſpecto. Philoſophiam igiť meam opus quidem graue: et magne frugis viro maximo deſtinaui dicare. Cum eni ante hac cēs ſolū magiſter: factus modo es principis hiſpanie magiſter. Conuenit ergo tanto viro tanta opa dicare: Nam poterit defenſare opꝰ aduerſus inuidos: et laudare ſi opꝰ fuerit: cuiꝰ laus vbiqꝫ erit cōmendatiſſima. Admodum reuerende magiſter videris mihi tātum aſcendere ꝙ deꝰ apud te inhabitet. Cur enim deus tui recordeť. Dicam illud Tobie. Elemoſyne tue et orōnes fecerunt te deo acceptū et hominibꝰ. Humilitas tua iuxta illud. Quia reſpexit humilitatē ancille ſue: ecce enim ex hoc beatam me dicent oēs generationes. Hec oīa bona anime q̄ nemo videt in te niſi deus faciunt te magnum in oībꝰ: ſed vere etiam tu talibus dignus es. Naꝫ quis ſeueritatem tuam non admiretur. Quis grauitatem tuam non adamet. Quis liberalitatem tuam non proſequatur. Quis prudentiam tuam non deſideret vt dirigať ꝑ ſemitas rectas. Quis tūa audaciā et firmitate non gaudeat. Nam et magnis egritudinibus proſtratus nūꝙ̄ ceſſaſti celebrare miſſam. Qui demones vſqꝫ adeo contemis vt muſcas. Qui mortem nullatenꝰ trepidas: cum ſit terribilium terribiliſſima. Recordor enim te mihi ſemel dixiſſe cum eſſes grauiter egrotās: gaudiū tibi fore ſi morte occupatus eſſes: iuxta illud Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi in domuꝫ domini ibimus. Dabas cauſam. Quid in hoc mundo amplius videre debeo quam vidi? Certe nihil videbo. Saltem in alio omnia noua/⁊ que noua/ que ſemꝑ homini ſatiſfaciant / quibus ſemper gaudeat. O diuina contemplatio/et tali digna viro. Qui mortem vilipendit/in aliam meliorem vitam/hanc miſeram commutat. Ergo age reuerende preceptor / dirige principem noſtrum. Nam omnes quotquot manu tua ducti ſumus ex nihilo in grandem ſobolem ſurreximus. Quid erit princeps noſter cum ſit ipſe ſummus et chriſtiane religionis primas? Erit conſilio tuo paganorum omnium / et totius orbis dominus. Vt ſic tandem que amiſit chriſtiana religio acquirat: ⁊ lucrifaciat reliqua in quibus nō eſt deus. Vtinam ego reuerende magiſter poſſem verbis explicare que de te ſentio: ſed quia non poſſum/malo tacere/quam inepte loqui. Saltem hoc vnum ſemper dixi/nec ceſſabo dicere/diſcipulum ſequuturum magiſtrum quaqua eat: quia ſemper recta virtutes ibit. Quod cum fecerit. Magiſter ibit in illam celeſtem patriam. Diſcipulus eius alis amictus contremiſcens ſequetur. Vbi cum domino gaudebimus: vbi que tanti facimus vilipendemus. Et cognoſcemus quanta ſit miſeria huius ſeculi. Vale mi magiſter: et diſcipuli tan chari eſto memor.

## ¶ De laudibus philoſophie.

Philoſophia naturalis multꝭ de cauſis ſummis laudibꝰ extollēda nobis venit. Prima ꝙ ſit nos docēs ⁊ ſubleuās a tenebris ignorātie rerū: q̄s quottidie manibꝰ pedibuſq; cōtrectamus. Hec enī docet cognoſcere celos elementa, aues, mineralia.
Secundo ꝙ ꝑ hanc efferamur maxime in virtutes que ſunt medium beatitudinis: et ꝑ eandem agnoſcamꝰ. Nam inuiſibilia dei per ea q̄ facta ſunt a creatura mundi intellecta conſpiciunt. ꝙ aūt hec in oēs virtutes nos efferat declarabo egregie diſcurrēdo per cunctas virtutes. Mores enī illi et virtutum officia: quibus virum appellamus bonū laudeq; ꝓſequimur: longe melius hinc accipere poſſumꝰ: quā vel a rethore: quem greci ſophiſtam vocāt: vel a predicatore: nomine iam tri latinis auribus: his enim ſepe numero vita diſcrepat a preceptis: et melius hortatur alios: quam ipſi officio fungantur: vt interdū fruſtra illa virtutis egregia laus recitata ſit ꝓlixa, que hoꝝ preceptio vacet et iaceat: cum exempla deſiderentur vite preceptoris: et authoritas quam qui reſpicit facilius et mouetur ad virtutem et in officio tenetur. ¶ Atuero in contemplādis animaliū moribꝰ exempla ſuppetūt omniū officioꝝ et effigies offeruntur virtutuꝫ; ſumma cum auctoritate nature omniū parentis: non ſimulate non cōmenticie, non incōſtantes et labiles: ſed vere ingenue atq; perpetue iuſticiam ſeruant entia naturalia cū leuia ſua loca petat relinquentia ꝓpria ſua grauibus fortitudinē et oēs virtutes ſapiēs cognoſcet: et vicia ſpernet: conſiderans hāc vitā fore reſpectu eterni temporis vt punctum ad lineā. Nam de ſocrate legitur ꝙ apertis carceribꝰ noluit fugere: et poſtea fuit interēptꝰ ab athenienſibus: ne fortitudinem āmitteret. Hec Auerrois in ꝓlogo ſuo phiſicoꝝ. Quis enim tam peruerſus nature hoſtis ſui generis eſt: quin emendetur et mitiguetur: cū nullu aīal occidi a ſui generis beſtia videatur. Quis tam in parentes impiꝰ, ne cū ciconie auis, aut meropis pietatē erga parentes intelligat pientior efficiat. Quis adeo inhumanꝰ illiberaliſq; eſt: quem oſſifrage benignitas in pullos aquile nō faciat benigniorem. Quis tam piger iners et ſegnis eſt quin excitetur ad vite munera cum formicaꝝ aut apum labores atq; induſtriam intueat. Quem nō pudeat per metū peccare, cū non ſolum leonis animuꝫ inuictū cogitat: ſed etiam reguli auicule q̄ cū aquila pugnat certatq; de imperio. Quis principem non collat bonū atq; obſeruet, cū ſi rex apū in itinere aberrauerit oēs eū inq̄rere odoratuq; ſagaci ꝓſequi: donec inuenerit, cognitum habeat: geſtari etiam regem a plebe cū volare non poteſt: ⁊ ſi perierit omēs diſcedere, nunq̄d parū exempli ad boni principis ſiue deſiderium ſiue obſeruanti adzdatur. Quis princeps non ad clementiam facile inuitetur cum reges apū armari quidē aculeo: ſꝫ eo nunq̄ vti intelligat. Que fides quis amor in canibus, quanta in elephātis manſuetudo: que in anſere verecundia, quantum ſtudium ornatꝰ ac polituree in pauone. Quanta opera vocis amene ſuauiſq; in luſcinia. Quid de iuſticia apum dicam? Que colligunt quidem ex his q̄bꝰ aliquid dulcedinis ineſt: ſꝫ ſine vllo fructuū detrimēto. Quid de caſtitate elephātis qui quā impleuerit coitu eam rurſus non tangit. Aut colūbe q̄ neq; coire cū pluribus patitur: neq; cōiugiū iam inde a primo ortu initum deſerit: niſi vidua aut celebs. Diſciplina autem et eruditio elephanti quem non faciat ſtudioſiorem. Omnino nulla pars vite humane ē: q̄ nō ſuoꝝ officioꝝ exēpla cōmodiſſime hinc accipiat. Nam vt omittā artes illiberales que ⁊ ipſe ingeniis animaliū non parū iuuant valetudinis exempla q̄ſo vnde cōmodiꝰ peti q̄ ex animalibus poſſint, loca ꝓ temporis ꝯditione ſolent illa mutare, non plus edūt aut bibūt quam ſibi ſalubre ſit: non diutius dormiūt quā ratio valitudinis poſtulat: modū mouēdi quieſcendi que ſeruant.

## ¶ Alia phie egregia laus.

Munus phie eſt bene viuere.

Iſta propoſitio habetur a Seneca in q̄rto epiſtolarum epiſtola ſecunda: vbi ſic dicit. Quis dubitare mi Lucille poteſt: deoꝝ immortalium munus eſſe ꝙ viuimus philoſophice, hoc eſt bene viuimus: quaſi dicat nullus; igitur vult ꝙ munus philoſophie eſt bene viuere. Poteſt autem ad pñs hec ꝓpō quattuor modis declarari. Primo ex parte ſupreme perfectionis humane que ē ipſius felicitas. Secundo ex parte bone intellectionis. Tertio ex parte optime inſtructionis. Quarto ex parte recte actionis.

¶ Prima ergo rō ſumitur ex parte humane felicitatis: ad cuiꝰ euidentiā ſuppono tria. Rō. 1.
¶ Primum eſt ꝙ felicem eſſe ſiue felicitas idem q̄ bene viuere et hoc habet plane ab Ariſtotele in primo ethicorum vbi capit hec et ſupponit ex confeſſione omnium intelligentium quid nominis felicitatis. Et hoc dicit his verbis: bene viuere autem ⁊ bene operari idem exiſtimat: ei quod eſt eē felicem. ¶ Secundo ſuppono ꝙ operatio hominis nobiliſſima et perfectiſſima eſt eius felicitas. Et hec poteſt ꝓbari ſic. Sūmū bonum hominis eſt eius felicitas. hanc concederet omnis intelligens et ſane mentis: et nobiliſſima et perfectiſſima operatio ē eius ſummum bonum: hoc probatur. nam ſicut operationes proprie aliaꝝ rerum ſunt earum bona: vt operatio propria oculi eſt eius bonum. ſ. videre. Et operatio ꝓpria cultelli que eſt ſcindere eſt eiꝰ bonū: ſimiliter autem et in aliis: ſic operatio ꝓpria hominis eſt eius bonum. Et per conſequēs optima et nobiliſſima operatio eius eſt nobiliſſimū ipſius bonū. ſequitur ergo concluſio. ſ. ꝙ nobiliſſima operatio hominis eſt eius felicitas. ¶ Tertio ſuppono ꝙ nobiliſſima operatio hominis eſt munꝰ philoſophie. i. aliquid ab ipſa philoſophia cauſatum. Et hoc ꝓbo ſic. Omnis operatio ſtudioſa hominis eſt ab aliqua virtute: hoc patet ex ſcō ethicoꝝ vbi ponitur generalis ratio virtutis: ꝙ virtus eſt que habentem perficit et eius opus bonū reddit. Igitur nobiliſſima operatio hominis debet eſſe ab aliqua eiꝰ virtute īmediate; aut igitur a virtute naturali. i. naturaliter exiſtēte: aut a virtute acquiſita: non eſt dicendum ꝙ a virtute naturali immediate quia tunc omnes homines haberent nobiliſſimā operationem humanā; eo ꝙ omnes cōmunicant

in virtutibꝰ naturalibus debitis per ſe homini: cuiꝰ tamen oppoſitum eſt manifeſtum in multis: qui non exercent nec potentia propinqua exercere poſſunt nobiliſſimam hominis operationem: vt patet in pueris: et in paruis ſimiliter. Ergo relinquitur quod huiuſmodi operatio eſt a virtute morali aut intellectuali quia non ſunt plures virtutes proprie hominis acquiſite vt patet in ſexto ethicorum: non a virtute morali: quia virtus moralis eſt minus nobilis virtute intellectuali: ſicut appetitus qui eſt ſubiectū virtutꝫ moralis eſt minus nobilis intellectu: in quo ſunt virtutes intellectuales: vt ſatis patet ex ſexto ethicorum: relinquitur ergo ꝙ operatio nobiliſſima eſt a virtute intellectuali: phil. ſophia autem eſt cōprehenſio omnium virtutum intellectualium: vt patet ex ſexto methaphiſice: et in tractatu Algazel de diuiſione philoſophie. Sequitur ergo ꝙ operatio nobiliſſima ipſius hominis eſt a philoſophia: et hoc eſt idem quod ipſum eſſe donum philoſophie: et hec eſt tertia ſuppoſitio. Ex his ſuppoſitionibus tribus ſic ſyllogizatur. Cuiuſcunqꝫ donum ſeu munus eſt felicitas: eius munus eſt bene viuere: ſed donum philoſophie eſt felicitas: ergo et cetera. Maior patet ex prima ſuppoſitione: et minor patet ex alijs duabus. Nam felicitas eſt nobiliſſima operatio hominis: vt dicit ſecunda ſuppoſitio: et nobiliſſima operatio eſt a philoſophia: vt dicit tertia ſuppoſitio: quare videtur ꝙ donum ſeu munus philoſophie eſt bene viuere Et hec eſt prima ratio.

Rō.2. ¶ Secunda ratio ſumitur ex parte bone intellectionis: et arguo ſic. Cuiuſcunqꝫ munus eſt bene intelligere: et eius munus eſt bene viuere: ſed philoſophie munus eſt bene intelligere: ergo et cetera. Maior patet quia intelligere eſt quoddam viuere, vt patet ſecundo de anima. et ſexto ethicorū ergo bene intelligere eſt bene viuere. Nam ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ⁊ bene ad bene: ⁊ minor patet. Nam philoſophia non eſt aliud quam omnes habitꝰ intellectuales: vt patet partim ſexto methaphiſice, et partim ſexto ethicorum. Habitibus autem intellectualibus perficitur anima intellectiua ad bene intelligendum, vt oſtenſum eſt ſexto ethicorum: ergo videtur ꝙ ab ipā philoſophia emanet bene intelligere, quare et cetera.

Rō.3. ¶ Tertia rō accipitur ex parte optime inſtructionis, ſic illius munus eſt bene viuere qō oportuit mittere ad inſtruendum ignaros: ſed ipām philoſophiam oportuit mittere ad inſtruendū ignaros, quare et cetera. Maior patet: Nam homines ignari multum indigent inſtrui ad bene viuendum: vnde videmus omnes philoſophos morales et poetas qui ad hominū inſtructionem laborauerunt precipere bene viuere: et dare documēta ad bene viuēdum: et hoc videtur in libris moralibus Ariſtotelis et Tulij, et Senece, et omniū rethorum ꝓpter quaꝫ in libello de ſentencijs philoſophorum dicitur Ede ⁊ bibe vt bene viuas, nō viuas, vt edas et bibas. Et ſeneca in de copia verborum. Id et agamus vt meliorem vitam quam vulgus ducamus. Et idem. 4. epiſtolaruꝫ ad Lucillum epiſtola prima. Omnia ad mores et ad ſedādū rabiē affectuū referre ſtude: nō vt plus aliquid ſcias: ſed vt melius. Et ſic patet maior et minor ſcribitur ab Ariſtotele in de morte ſua. ſ. ꝙ oportuit mittere philoſophiam ad inſtruēdos ignaros. Et in libro de ſententijs philoſophoꝝ ſumptum eſt a Platone. Literas inſipiēti animo tanꝙ infirmo baculum corpori ꝯuenire: Et ſeneca in de copia verborum. Sapiētia animū informat: et fabricat actiones, regit vitam, diſponit agenda, et omittenda demonſtrat Quare ſequitur ꝙ donum philoſophie eſt bene viuere.

¶ Quarta ratio ſumiť ex ꝑte recte actionis ſic. cuius donū eſt actio recta eius donū ſeu munus eſt bene viuere. Nam actio recta et bene viuere ſunt idem, vt patet ex ſexto ethicorum. ſed munus philoſophie eſt actio recta. Probatio dicit ſeneca. 4. epiſtolaꝝ, epiſtola. 1. Actio recta non erit niſi fuerit volūtas recta: hec enim et recta ratio et volūtas recta non erit, niſi habitꝰ animi fuerit bonꝰ: hoc enī voluntas erit bona: habitus enim mentis nō erit bonus, niſi totius vite leges perceperit: et ꝙ de quocunqꝫ iudicandum eſt niſi rectum et immutabile indicauerit: conſtat autem qō iudicare certum et immutabile de quolibet et totius vite leges percipere eſt a philoſophia. Nam philoſophia eſt vniuerſi cauſe cognitio, vt dicit Algazel in tractatu de diuiſiōe phie, et Robertus in ſuo tractatu de ortu ſcientiaꝝ. dicit ꝙ phia eſt humanaꝝ diuinarūqꝫ rerum cognitio cuꝫ ſtudio bene viuendi coniuncta: ergo actio: et ꝑ ꝯńs bene viuere eſt a phia: vnde idem ſeneca in ꝺ copia verborum ſic ait et Ariſto. 6. ethicoꝝ Sicut ſanitas facit ſanum, ſic ſapientia felicem. Poteſt etiam aſſumere rationem ex parte perfectiſſime delectatiōis, et ibi ſatis loqui de delectatione. Hec itaqꝫ ad comēdationem phie ad preſens ſunt ꝯgregata. Sed qd amplius indigemus teſtibus niſi diuino Platone ita dicēte, publicā fore felicitatē, cū aut philoſophi regnant, aut reges philoſophanť. ¶ Addo ꝓ cōmendatione philoſophie animaduerſiōe dignum oēs hoīes pares natos eſſe, vt dicit in Politica: ſed accidentaliter differūt nobilitate. Nobilitatis aūt gradꝰ quattuor ſunt. Minimꝰ et quaſi non gradꝰ eſt genus qō vulgares ſanguinē vocant, hic q2 e natura eſt minimus habeť. Maior vero hoc et ſecūdꝰ ſunt diuicie. Nam diuicie ipſe pariunt genus. Genus aūt nequaꝙ diuicias maior diuicijs eſt virtus, qui tertius ē nobilitatis gradus. Nam e virtutibus diuicie ꝓcīſcūtur et per ꝯńs genus, e diuicijs non virtutes. Maximus omnium et quartus eſt ſcientia et intellectus Nam ab intellectu et ſcientia exoriuntur virtutes ⁊ conſequenter diuicie et genus, e virtutibus autem nequaꝙ ſcientia. Igiť ſcientia eſt origo virtutum et omnium partium nobilitatis. Rō. 4.

¶ Sed vt plane videamꝰ de quibus hec phia pertractet: ponā hic diuiſionē illā celebrē Angeſt in ſuo. j. de cauſis q̄ nititur explicare totū qō hec philoſophia ꝑcurrit ⁊ erit velut variegatiſſima et mappa totius vniuerſi. Philoſophari cupiētibus operepreciū eſt vniuerſi mūdi globū ſicut medicis corpus humanum menti configuratum habere: cōponentiūqꝫ numerū eorum conditiones: ac mutuas colligātias in genere conſpicere: a quo incipientes dicamꝰ ꝙ ex ſubſtantijs et accidentibus conflatꝰ eſt totius mundi globus. Entium igitur queddam ſunt ſubſtantie queddam accidētia, ſubſtantia. n. eſt ens nulli natū inherere: accidens aūt ecōtra: hinc dicta eſt ſubſtantia ens per ſubſiſtens: accidens aūt alteri herens: q̄r e illic ly ꝑ ſe excludit inherētie vnionē: nō autē informationis aut continuationis: aut gradualis intēſionis; aut hippoſthaticationis; vel aliā. Acci

dꝫnti competit non poſſe per naturam ſine ſubiectō
cui hereat exiſtere: nec de ſubiecto in ſubiectum mi
grare, ſimile tamē in alio ſubiecto ꝓducere poteſt.
¶ Subſtantiarum ſunt quedam ſimplices: quedam
compoſite: ſimplices ſunt duplices: q̄dam ſimplices
negatione partium componentium: vt inteligentie
videlicet deꝰ angelꝰ aīa rōnalis: quedam ſimplices
negatione partiū informatiue ſe habētiū vt materia
et forma ſubſtātialis. Iterum ſubſtantia negatione
partiū ſimplex eſt duplex: q̄dam ſimpliciter ſimplex
non capax compoſitionis partis vel accidentis: vt ꝓ
mum entium cuius ſic eſt actuatiſſima: cōpletiſſima
qꝫ ſubſtantia vt nullum accidēs ſibi inherere poſſit,
hinc cognitio volitioqꝫ dei ipſe deꝰ eſt, et ita cognitio
volitio eſt: alia autem eſt ſimplex negatiōe partium
ſed nō negatione inherētie vt āgelꝰ anima rationa
lis: quorū neutrius eſt pars aliq̄ ſed bene capax eſt
accidētis inheſiue: harꝫ q̄dam eſt actuatiua materie
vt anima: quedam non vt angelus. Subſtantiarum
compoſitarum quedam eſt cōpoſita tm̄ cōtinuitatis
vnione vt materia ipſa forma ipſa: quedam vero eſt
cōpoſita in formationis vnione ſiue compoſitione ex
materia et forma et tale compoſitum ens naturale
apellat̄. Entium naturalium tria ſunt genera. ſ. celi
vndecim elementa quattuor et elemētata ſeu mixta
et huius quidē tertij generis ſunt duo gradus. ſ. vi
uētia et mineralia cū eorꝫ cōcōmitatijs. ¶ Sunt vi
uentia triplicia plante bruta homines ſm̄ triplicem
aīam vegetatiuam, ſenſitiuam, et intellectiuā. Mi
neralia autem triplicia lapides, metalla, et horꝫ me
dia. ſ. que amborꝫ tam lapidis quam metalli naturā
participant vt ſpecies ſalis, ſpecies atramentorum
genera aluminum et huiuſmodi. Viuētium enim cō
cōmitātie ſunt cum ſuis ſuperfluis membra, humo-
res et ſpiritus. Mineralium aūt cōcōmitantie pa
riter ſunt cū ſuis ſuperfluis corꝫ partes integrales
ſulphur atqꝫ argentum viuum, et exhalationes atqꝫ
vapores. Item accidentium ſunt tres gradus. ſ. qua
litates, quantitates, et relationes. Qualitatum que
dam in aīa noīe anime cōprehenſo angelo, quedam
extra, ille ſunt quattuor. ſ. actus, paſſiones, habitus,
et ſpecies. He tm̄ ſunt naturales, preter q̄s ſunt alie
ſuper naturaliter factibiles, vt character, et huiuſ-
modi qualitates extra aīam ſunt quadruplices ele-
mentarie, elementatorie, celeſtes et cōes. Elementa
rie ſunt quattuor alteratiue, caliditas, humiditas,
frigiditas, ſiccitas cum duabus motiuis: grauitate
et leuitate. Elementatoriarꝫ ſunt tres gradꝰ. Primo
mixtorꝫ complexiones ſm̄ varias illarꝫ quattuor pri
marum proportiones conflate formiſqꝫ mixtorum
ſubſtantialibus coaptate. Scd̄o ſunt earum comple
xionationes, colores, ſapores, odores, ſimiliter duri
cies molicies groſſicies ſubtilitas et huiuſmodi que
potius videntur eſſe quidam modi ſubſtātie vt ſunt
denſitas et raritas quā qualitates ſubſtantijs ſuper
addite: Tertio ſunt illorum elemētatorum proprie
tates occulte, de quibus alias. Qualitates vero ce
leſtes ſunt extra genus predictarum: accidentia ce
lorum nobilia illarum tamen prenominatarum pro
ductiua: non eſt celum calidum frigidum humidum
vel ſiccum graue vel leue eſt tamen talium producti
uum: hinc dicitur non formaliter ſed virtualiter ta-
le. Qualitates communes appello ſonos ſpēs obie-
ctorum ſenſibiles et ſplēdores: communes quidem
quia duobus vel tribus precedentium graduum cō
petunt: ſed de his cunctis amplior et futurꝰ ē ſermo

Quantitatum duo ſunt genera: ſcilicet quantitas
diſcreta ſeu numerus cuius nomine comprehendi-
tur vnitas. Alia eſt quantitas continua que duplex
eſt, quedam permanens ſcilicet linea, ſuperficies,
corpus cum punctis continuatiuis: quedam ſucceſ-
ſiua vt motus cum ſuis mutatis eſſe aut tempus cū
ſuis inſtantibus. Relationum quedam ſunt intrin
ſecus aduenientes ſcilicet que non requirunt cer-
tam atqꝫ determinatam extremorū approximatio
nem: quedam autem extrinſecus aduenientes per
oppoſitum. An quantitates prenominate atqꝫ etiā
relationes ſint res quedam ſuis fundamentis condi
ſtincte eſt opinantium contrarietas: nonnullis cre-
dentibus in vniuerſi mundi globo quattuor eſſe re-
rum maneries ſibi inuicem condiſtinctas, ſcilicet
ſubſtantias, quantitates, qualitates et relationes:
Alijs aſſerentibus deum feciſſe dumtaxat duas re-
rum maneries ſcilicet ſubſtantias et qualitates: di-
centibus ꝙ quantitas eſt ſubſtātia vel qualitas quā
ta. Relatio ſimiliter eſt ſubſtantia vel qualitas re-
latiue ad alterum aliqualiter ſe habens: ſed non eſt
preſentis ſpeculationis deciſio huius probleumatis
quod alibi amplius examinandum eſt. Integratur
igitur totius mundi globus ex quindecim orbicula
ribus ſubſtantijs ſcilicet vndecim celis: et quattuor
elementis cum mixtis contentis in eis: ac omnium
eorum accidentibus. Illa hoc modo ordinata ſunt.
celum empireum quieſcens, primum mobile, celum
zodiacale, celum ſtellatum, poſt quos ſeptem celi
planetarum hoc ordine Saturnꝰ, Jupiter, Mars
Sol, Venꝰ, Mercurius, Luna poſt quos quattuor
elementa hoc ordine. Ignis in concauo orbis lune
aer aqua, terra / deinde mixta varia elemētis circū
uallata: Ex eiſqꝫ complexionabiliter conflata. In to-
to mūdi globo per intimam preſentiam eſt ſpiritus
vnus reſidens creator omnium deus omnia ſua potē
tia mouens ſua ſapientia gubernās et bonitate per-
ficiens cuncta: quem ſpiritum mundi vocitarunt phi
loſophorum nonnulli. Plato eum appellauit animā
generalem viuificantem. Et Ariſtoteles primo celi
inquit. Dat cūctis eſſe et viuere. Et Virgilius ſexto
eneidos. Omnia ſpiritus agit intra. Extremas au-
tem ſedes tenent intelligentie. Celum quidem ſpiri
tus boni. Terre autem centralia ſpiritus immundi:
quorum tamen extremorum inter medijs non deeſt
ſpirituū tam bonorum quam malorum frequentia:
vbi non minus iſti torquentur ſuam gehennam quo
cunqꝫ ierint ſecum ferentes: nec minus boni beatifi
cantur ſummo bono clare viſo continue fruentes: ſic
ergo in generali habemꝰ totius ſpherici mundi cō-
poſitionem et rerum atqꝫ partium eius multiplicita
tem inter quas cauſalitatum genera veniunt inda-
ganda.

Totiꝰ vni
uerſi mira
bilis ordo

## ¶ Dubitatur ante prologū Ariſto

Queſtio
ē ſubiecto at
tributiōis
phie.

lis quod eſt ſubiectum attributionis philoſophie na
turalis an ens mobile vel corpꝰ mobile: Et arguit̄
ꝙ non, quia ſequeretur ꝙ quemadmodum illud eſt
ſubiectum totius philoſophie naturalis ita partium
philoſophie naturalis eſſet ſubiectum aliqua pars
ſubiectiua talis ſubiecti: tenet conſequentia quia ſi-
cut totum ſe habet ad totū: ſic pars ſe habet ad par
tem: Sed conſequens eſt falſum, quia anima eſt ſub
iectum libri de anima: et tamen non eſt pars ſubiec
tiua eius. Anima enim non mouet̄ de per ſe, vt Ariſ-
toteles tertio de anima. ¶ Secundo arguitur ariſ.

primo poſteriorum ait. Scientia vna eſt que vnius
generis ſubiecti eſt:ſʒ philoſophia naturalis eſt vna
ſcientia:ens mobile vero non eſt vnum nec vnius ra
tionis. Nam conuenit generabilibus et perpetuis:
et quod ſic conuenit.10.Metha.non eſt vnius gene
ris nec rationis. ¶ Tertio equiuocum non eſt ſubie
ctum in aliqua ſcientia vt Ariſtoteles et cõmenta.
quarto metha.textu cõmenti ſecundi. Sed ens mo
bile eſt equiuocum cum includat equiuocum.ſ.ens
quia teſte Porphirio ens eſt equiuocum. Item ens
mobile dicit ens per accidens cum mobilitas acci-
dat enti:ergo cum de ente per accidens non ſit ſciẽ-
tia.6 metha. ¶ Quarto ens mobile non habet ali-
quam paſſionem primam:ergo non eſt ſubiectũ con
ſeq̄ntia eſt nota et maior. ¶ Quinto eadem ratione
ſubiectum philoſophie deberet eſſe ens quieſcibile:
patet conſequẽtia quia ſicut natura eſt principiũ mo
tus ita et quietis. Item oppoſitorum eadem diſcipli
na eſt vndecimo metha.

¶ In hac queſtione primo volo re-
citare opiniones que in ea verſantur. Prima opinio
eſt ſancti Thome ꝙ ſubiectum eſt ens mobile:et nul
latenus corpus mobile. Quod probat quia nulla ſci
entia demonſtrat ſuum ſubiectum primo poſterioꝝ
textu cõmenti.32. Sed philoſophia naturalis demõ
ſtrat hoc ſubiectum vt patet in.6.phiſicorum vbi de
monſtrat omne mobile eſſe corpus:ſed hec ratio di-
Sanctus Thomas. ui Thome parum vrget:aliud eſt probare corp⁹ mo
bile eſſe:quod eſſet probare ſuum ſubiectum:et aliũ
eſt probare omne mobile eſt corpus. Item vt ait lyn
conienſis ſecundo poſteriorum:omnis ſcientia acci-
pit ſuum ſubiectum:ſed non inconuenit ipſum pro-
bare de aliqua ſpecie ſubiecti ſic in propoſito corp⁹
eſt genus:et in philoſophia notum ſine probatione:
ſed non inconuenit probare corpus de ly mobile.

Egidius romanus. ¶ Secũda eſt opinio Egidij roma-
ni dicentis ſubiectum fore corpus mobile:quod pro
bat quia ſi ſubiectum eſſet ens mobile ſequeretur ꝙ
philoſophia naturalis ſubalternaretur methaphiſi.
immo eſſet vna pars eius quod eſt falſum:et ſequel-
la probatur:quia illa ſcientia ſubalternatur alteri:
cuius ſubiectum includit ſubiectum alterius cũ ali-
qua conditione accidentali que non fluit ex princi-
pijs proprijs illius ſubiecti cui additur. Exemplum
eſt de Geometria et Perſpectiua. Nam hec ſubal-
ternatur illi quia eius ſubiectum includit etc.vt pa
tet de linea et linea viſuali. ſed eodem modo eſt de
ens et ens mobile cum mobile ſit paſſio que nõ fluit
ex principijs proprijs entis:immo eſſet vna pars ei⁹
probatur quia ad ipſam methaphiſicam non ſolum
pertinet conſiderare ipſum ens ſed primas partes
entis:vt patet in Methaphiſica Nunc autẽ ens mo
bile eſt vna de precipuis partibus entis: quia cum
ens ſit analogum non diuiditur per differentias:ſed
per diuerſos modos eſſendi:quorum vnus eſt eẽ mo
Opinio vera. bile. Sed quia veritas eſt ſubiectum eſſe ens mobi
le:quia cum motus ſit principalior paſſio conſidera-
ta in iſta ſcientia videtur ꝙ illud per quod ipſa defi
niatur tanꝙ per ſubiectum ſit ſubiectum in iſta ſciẽ-
tia:ſed definitur per ens mobile vt patet tertio phi
ſicorum vbi dicitur. Motus eſt actus entis mobilis
Egregiũ dictum ſm quod mobile. Ubi nota egregium dictum ꝙ mo
tus ẽ inter nũciũ viuerra ad ꝑquirẽdas naturas om
nium rerum naturalium:quod exemplariter mani-
feſtabo. Nam per motum diſtinguimus animal a nõ



animali. Si enim de longe venias et dubites ſi ali-
quid eſt animal:non aliter agnoſcis quam ſi progre
ditur. Naturas elementorum ſi rimari placeat per
motum hoc agnoſcitur. Nam per motum ſimpliciter
a medio agnoſcitur ignis:per motum autem ſm q̄d
a medio cognoſcitur aer:per motum ſimpliciter ad
medium ſumme graue quod eſt terra:per motum ſʒ
quid ad medium aqua.que non eſt ſumme grauis:
Similiter mixta cognoſcimus ex motu quod enim
aſcendit per plura quam duo elementa eſt leue et ꝙ
deſcendit per plura quam duo eſt graue. Similiter
motu lento ſi quis moueatur cognoſcitur eẽ magna
nimus,ſi vero motu minuto et veloci cognoſcitur eẽ
parui animi parum confidens. Item per motum na
turas celorum et numerum eorum: Nam〈que〉 per mo-
tum lune ab occidente in oriens in.27.diebus et.8.
horis cognoſcitur celum lune:et per motum ſolis in
vno anno cognoſcitur celum ſolis:et ſic de reliquis:
ergo per motum rimamur omniũ rerum naturas q̄d
Ariſtoteles aſpiciens in princi.3.phi dixit. Ignora
to motu:neceſſe eſt ignorare naturam.

¶ Nunc ergo reſtat ſoluere rõnes
illas Egidij romani.1°. Pria ꝙ philoſophia natura
lis eſſet ſubalternata methaphiſice. Dicendum ꝙ vt
ſit ſubalternata nõ ſufficit illud quod ibi adducitur
de ſubiecto:ſed ꝙ ſuas cõcluſiones reducat ad ꝑnci
pia alterius ſciẽtie:⁊ quia philoſophia naturalis nõ
reducit ſuas concluſiones in methaphiſicã:ideo non
eſt illi ſubalternata. Ad ſecundam ꝙ eſſet pars me-
thaphiſice non conuincit. Dico enim ꝙ ſi partes pri-
me entis conſtituant aliud gen⁹ ſcibile:tunc non tra
ctantur in eadem ſcientia:vt eſt ly ens mobile:ſi ve-
ro non conſtituant aliud genus ſcibile tractantur in
eadem ſcientia:vt eſt ly ens in actu et ens in potẽtia
tunc pertinent ad eandem ſcientiam. Et ſic ad ratio
nes principales facile eſt reſpõdere. Primo ad pri
mam ꝙ ſubiectum libri de anima eſt corpus anima-
tum ſub ratione anime: ideſt prout conueniunt ei
operationes ratione anime et non corporis: modo
corpus animatuʒ pars ſubiectiua eſt entis mobilis.
¶ Ad aliam ꝙ ens mobile eſt equiuocum:ergo non
eſt ſubiectum: Dic ꝙ nõ eſt niſi analogum:modo ana
logum recte poteſt eſſe ſubiectum.4.methaphiſice.
¶ Ad aliam ꝙ ens mobile eſt ens per accidens: dic
negando. Nam ens per accidens.6.metha.dicitur
cuius vnio non habet cauſas per ſe et determinatas
vt albus muſicus:ſʒ ens mobile habet cauſas per ſe
et determinatas ideo ⁊c. ¶ Ad aliã que eſt prima
paſſio entis mobilis dic ꝙ motus. ¶ Et ad aliam ꝙ
eadem ratiõe eſſet ſubiectum ens quieſcibile:nego
conſequẽtiam quia cum ſubiectum attributionis de
beat eſſe:notiſſimum in ſcientia:primum in ſcientia:
adequatum in ſcientia:ſequẽs eſt debere eſſe quid
poſitiuum: quia omnis habitus notior eſt priuatiõe.
ſecundo perihermenias:ergo ſubiectum eſt ens mo
bile magis quam ens quieſcibile.

¶ Incipit prohemium Ariſtotelis
ſtagyrite peripatheticorum princi-
pis de phyſico auditu. Text⁹ libri pri
mi:cum tranſlatione antiqua.

QUoniam quidem intelligere et ſcire cōtigit circa omnes ſcientias: quarum ſunt principia: aut cauſe, aut elementa ex horum cognitione. Tunc enī cognoſcere arbitramur vnumquodqꝫ cum cauſas primas: et prima principia cognoſcimꝰ: et vſqꝫ ad elementa. Manifeſtum quidem ꝙ ſunt circa principia ſcientie que de natura eſt prius determinare tentādū. ¶ Innata autem eſt ex notioribus nobis via: et certioribus: incertiora nature et notiora. Non enim eadem nobis nota et ſimpliciter. Unde quidem neceſſe ſḿ modum hunc ꝓcedere ex incertioribus nature: nobis autem certioribus incertiora nature et notiora. ¶ Sunt autem primum nobis manifeſta et certa confuſa magis poſterius autem ex his fiūt nota elementa et principia diuidentibus hec ¶ Unde ex vniuerſalibus ad ſingularia oportet procedere. Totum enī ſḿ ſenſum notius eſt. Uniuerſale aūt totum quoddam eſt. Multa enim cōprehendit vt partes vniuerſale. ¶ Subſtinēt autem idem hoc quoddammodo et nomina ad rationem. Totum enim quoddammodo ⁊ indiſtincte notum diffinitum ſignificat vt puta circulus. Diffinitio autem ipſius diuidit in ſingularia. Et pueri primum appellant omnes homines patres: et feminas matres: poſteriꝰ autem determināt horum vnūquodqꝫ.

## ¶ Commentarium.

COnclusio Ariſtotelis ē ꝙ Philoſophia naturalis nō acquiraẗ niſi ex cognitione cauſarum et principiorum ⁊ elementorum. Probat Ariſtoteles iſto ſyllogiſmo. Omnis ſcientia cuius ſunt principia aut cauſe: cognoſcitur ex illorum cognitione: ſed philoſophia naturalis eſt talis igitur. Ex quo infertur corolarium: ꝙ ſcientia philoſophie naturalis debet ſciri ex cognitiōe principiorum. ¶ Notandum eſt ꝙ per intelligere Ariſtotelis intelligit diffinitiue cognoſcere: ⁊ per ſcire demōſtratiue cognoſcere: vt ſi aliquis ſcit de tonitruo quod eſt ſonus factus in nubibus propter extinctionem exhalationis ad purificandum aerem: tunc ſcit deffinitiue. Cum autem ſcit tonitruum per omnia genera cauſarum tunc demōſtratiue cognoſcit. ¶ Notandum eſt preterea ꝙ rectius diceretur circa omnes doctrinas quam circa omnes ſcientias. Nam ꝑ doctrinas rectius explicatur in greco Methodos. Nam doctrina eſt in fieri: ſcientia vero in actu eſſe. ¶ Notandum eſt preterea ex mente Auerrois ꝙ poſitum eſt ſub diſiunctione et nō ſub copulatione. Ad cuiꝰ declarationē nota ꝙ per principia intelligimus cauſas efficientes: et ꝑ cāꝫ: cauſas finales ⁊ formales et per elementa: cauſas materiales. Poſitum eſt ſub diſiunctione quia aliqua ſcientia demonſtrat per ſolam cauſam formalem: vt mathematica cum mathematicus abſtrahat a motu non conſiderat de cauſa efficienti: et cum abſtrahat a fine, quia vt habetur ſecundo methaphiſice. In mathematicis non eſt finis nec bonū. i. textū in mathematicis finem nō cognotāt aut bonū ⁊ abſtrahit a mā. Igitur mathematicꝰ ſolū cognoſcit per cauſam formalem. Methaphiſicus per cauſam efficientem. Formalem et finalem non vero per materiam. quia tractat de intelligentijs ſeparatis a materia. ¶ Philoſophꝰ demonſtrat per omnia quattuor genera cauſarum. ¶ Ordo nāqꝫ in demōſtrando per cauſas eſt ꝙ prima demonſtratio eſt per cauſam finalem quia finis eſt cauſa cauſarum. Secūda vero per cauſam efficiētem. Tertia vero per cauſam formalem. Quarta per cauſas materiales.

¶ Circa iſtum textum ſunt difficultates. Prima vtrum ad hoc ꝙ ſciamus aliquam ſcientiam oporteat ſcire cauſam talis ſcientie.

¶ Secunda. Utrum ad perfectam notitiam de aliquo requiratur notitia omnium cauſarum eius. Circa primam queſtionem vtrum omnis ſcientia debeat fieri per cauſam pono propoſitiones

¶ Prima ppō. Non eſt per cauſam ſubiecti quelibet tamen eſt per cauſam inherentie ꝑdicati ad ſubiectum. Utraqꝫ pars huiꝰ concluſionis probatur. Nam in hac demonſtratione omne primū ens eſt actus purus: deus eſt primum ens: igitur deꝰ eſt actus purus: primitas entis non eſt cauſa dei ſed eſt cauſa quare hoc predicatum actus purus conueniat deo.

¶ Secunda propoſitio. Ad ſciendū aliquem effectum non ſufficit ſcire cauſam eius: ſed ſcire quia illius eſt cauſa. Nam ſurdus a natiuitate videt cauſam ſoni et tamen non percipit ſonum quia non ſcit eſſe cauſam ſoni.

¶ Tertia. Propoſitio de ſecundo adiacenti non eſt demonſtrabilis ſyllogiſmo cathegorico: ſed hippothetico: vtraqꝫ pars probatur: Nā ſi iſta: cauſa prima eſt probaretur ſyllogiſmo cathegorico eſſet in eius probatione petitio principij. Nā ſic probaretur omnis actus purus eſt: prima cauſa eſt actus purus: ergo prima cauſa eſt: qui negat concluſionem rationabiliter negabit minorem: quia ex illa minore ſola infertur concluſio a propoſitione de eſt ſecundo adiacente ad propoſitionem de ter-

tio adiacente/probatur: tamen ſyllogiſmo hippothe
tico ſic arguendo. Si non eſt proceſſus in infinitum
in cauſis: prima cauſa eſt. Sed nõ eſt proceſſus in in
finitum in cauſis: ergo prima cauſa eſt.

**Circa ſecundam queſtionem eſt**
dubium an ad ſcienitiam perfectam alicuius
rei requiratur cognitio omnium ſuaruz cau
ſarum. Reſpondetur ꝙ ſcientia perfecta eſt duplex
Quedam eſt perfecta ſimpliciter et eſt illa que ha
bet ſm omnes cauſas. Alia eſt ſciētia perfecta in ge
nere et eſt illa que eſt ſcientia perfecta alicuius rei
ſm aliquam determinatam rationem. vt ſcientia de
triangulo quam habet mathematicus. eſt ſcientia ꝑ
fecta in genere quia eſt perfecta ſm aliquam deter
minatam rationem mathematicam. ¶ Notandum
eſt preterea ꝙ duplex eſt cauſa. ſ. per ſe: alia per acci
dens. Cauſa per ſe, vt in propoſito, eſt cauſa neceſſa
ria ad productionem effectus ſine qua effectus non
poteſt fieri: et ſic celum et deus ſunt cauſe neceſſarie
in productione cuiuſlibet effectus naturalis. Alia ē
cauſa per accidens: et eſt illa que non eſt neceſſaria
in productione effectus licet concurrat ad illum ef
fectum: et ſic petrus non eſt cauſa neceſſaria in pro
ductione domus quia poterat fieri a paulo.

**¶ Reſponſio igitur eſt ad queſtio**
nem ꝙ ad ſcientiam perfectam requiritur cognitio
omnium ſuarum cauſarum per ſe/tamen ad ſcientiā
perfectam in genere requiritur cognitio omniū ſua
rum cauſarum ſm aliquam determinatam rationez
Nam mathematicus cognoſcit perfecte de triangu
lo ꝙ habet tres angulos equiualētes duobus rectis
et tamen ſolum cognoſcit per cauſam formalem.

**¶ Conſequenter exponendo textū**
dicit. Unde ex vniuerſalibus ad ſingularia eſt pro
cedendum.

**¶ Quod ſic declaro. Cum Ariſtote**
les demonſtraret et a principijs exordiri philoſophiā:
Dicit nunc ꝙ a magis vniuerſalibus ad minus vni
uerſalia eſt procedendum: ideſt primo declaranda
ſunt principia vniuerſalia et deinde particularia: et
notiora nobis vocat vniuerſalia: Et notiora nature
ſingularia: quod dicit bene patet in illo correlario.
¶ Unde ex vniuerſalibus ad ſingularia eſt procēdē
dum/ſed Temiſtius et Auerrois: et omnes deniꝗ
expoſitores dicunt ꝙ cum Ariſtoteles intenderet de
clarare principia et non aliquid aliud: et illa nõ poſ
ſunt declarari per alia priora: declaranda ſunt ab
effectibus. Et ideo a notioribus nobis ad notiora na
ture eſt procedendum: ideſt ab effectibus in cauſas
/Super quo nota ꝙ cauſe vocantur notiores nature
dupliciter. vel vt dicit doctor ſanctus quia ſunt no
tiores quantum eſt ex parte ſui: Secus autem ex
parte debilitatis noſtri intellectus/Uel dicas vt di
cit Auerrois. ꝙ cauſe ſunt notiores nature. ſcꝫ. rei
inanimate: quia ſi agēs naturale cognoſceret primo
cognoſceret formam quam facit, quam materiā vbi
facit formam. Et poſtea totum compoſitum/Deinde
Ariſtoteles probat ꝙ ordo cognoſcendi inchoet ab
vniuerſalibus hoc modo. ¶ Sicut ſe habet totum
ſenſibile ad ſuas partes, ita ſe habet totum intelligi
bile ad ſuas partes: ſed totum ſenſibile eſt notius ꝙ
ſue partes: igitur totum intelligibile quod eſt genꝰ
eſt notius quam ſue partes: ideſt quam ſpecies.
¶ Secundo illud probat philoſophus: Illud quod
eſt confuſius et magis compoſitum eſt nobis primo
notum: ſed diffinitum eſt confuſius diffinitione: ergo
et primo notius quia qua ratione vniuerſalia ꝓpter
eſſe confuſiora prius intelliguntur ſingularibus. Ea
dem ratione diffinita propter eſſe confuſiora prius
intelliguntur ipſa diffinitione. Et hoc eſt quod dicit
ſubſtinent autem hoc quoddammodo nomina ad ra
tionem ideſt ꝙ quemadmodum vniuerſalia prius
cognoſcuntur ſingularibus: ita prius cognoſcuntur
diffinita quam diffinitiones. ¶ Tertio probat ꝙ pue
ri primo appellāt omnes homines patres et omnes
feminas matres: et deinde diſtingunt vnumquodꝗ.

**¶ Super quo dubitatur an intelle** Scotus
ctus prius intelligat ſingulare quam vniuerſale: ſu
per quo ponit̃ primo opinio Scoti. Dicit enim Sco
tus ꝙ aliquid eſſe primum ſtat dupliciter primitate
adequationis: et ſic cõceptus entis eſt primus in ani
ma. Aut primus primitate perfectionis et ſic con
ceptus dei eſt primus in anima: aut primum primi
tate generationis: et ſic conceptus ſingularis eſt pri
mus in anima. Quod ꝓbat Scotus quia conceptꝰ
vniuerſalis abſtrahitur a ſingularibus: igit̃ primus
eſt ſingularis. Similiter intellectus mouetur a ſen
ſu: ſed ſenſus cognoſcit ſingulariter: ergo et intelle
ctus/Et quia multe authoritates Ariſtotelis viden
tur ſonare ꝙ intellectus priꝰ intelligat vniuerſalia.
Dicit Scotus ꝙ duplex eſt ordo concipiendi: Qui
dam diſtincte concipiendi: ⁊ eſt quo concipimus ali
quid per ea que ſunt de quiditate eius. Alius eſt or
do confuſe concipiendi et eſt quādo concipimus ali
quid per ea que nõ ſunt de quiditate eius. Dicit er
go Scotus ꝙ in ordine diſtincte concipiēdi primū
concipiuntur magis vniuerſalia: deinde minus vni
uerſalia/in ordine confuſe concipiēdi eſt econuerſo.
Doctor ſanctus tenet ꝙ intellectus prius cognoſcit Doctor
vniuerſale et probat authoritate Ariſtotelis tertio ſanctus
de anima. vbi dicit ꝙ ſingulare ſoluz intelligitur re
flexe. Nam dicit ꝙ intellectus prius intelligit quidi
tatem et poſtea ſuppoſitum/Sed Gregorius ari Gregori
minenſis diſtinctione tertia primi ſententiaruz que us arimi.
ſtione tertia dicit ꝙ contrariū eſt in Ariſtotele. Naꝫ
dicit Ariſtoteles ꝙ tactus ſentit calidum et frigidū
et intellectus intelligit carnis eſſe ideſt quiditatem
carnis. ¶ Poſt conceptum ſingularem dicit Sco
tus ꝙ primo formatur conceptus ſpeciei ſpecialiſſi
me. Nam cum agens ſufficienter eſt in actu produ
cit perfectiorem effectum: ſed intellectus informatꝰ
conceptu ſingulari eſt ſufficienter in actu ad produ
cendum omnes conceptus vniuerſales: ⁊ inter illos
eſt perfectiſſimus ſpecies ſpecialiſſima: ergo illum
producit/Alia eſt opinio Ocham in quotlibeto te
nentis ꝙ aliquando poſt conceptum ſingularem for Opinio
mamus conceptum tranſcendētalem: et hoc eſt quā Ocham
do ſingulare intelligitur confuſe: vt ſi intelligas per
hoc ſingulare hoc ens: ſi vero ītelligas diſtincte: vt ſi
intelligas Petrum per iſtum conceptum hic homo:
poteris poſt hunc conceptum ſingularē habere con
ceptuz ſpeciei ſpecialiſſime. Et hec opinio apparet
probabilior quam opinio Scoti. ¶ Buridanus ta Opinio
men dicit ꝙ ab vniuerſalibus ad ſingularia eſt pro Buridani
cedendum: ideſt a ſingularibus magis vagis ad ſin
gularia minus vaga: qd̃ bene demoſtratur: ſi veniat
aliquis a longe primo concipit quod eſt hoc ens: po
ſtea hec ſubſtantia: poſtea hoc animal: deinde ly hic
homo: ⁊ poſtea ſortes.

## ¶ Incipit tractatus operis in quo Ariſtoteles reijcit omnes errores antiquorum ḋ principijs rerum naturalium. Secundo docet ſm veritatem quid ſit tenendum de eis.

Tex.cõ.6 Neceſſe autem eſt, aut vnũ eẽ principium, aut plura: et ſi vnũ, aut imobile ſicut dicũt Parmenides ⁊ Meliſſus: aut mobile ſicẽ phiſici, hi quidem aerem dicẽtes eẽ: alij vero aquã primũ principiũ. Si autem plura, aut finita, aut infinita: ⁊ ſi finita plura aũt vno: aut duo: aut tria: aut q̃ttuor: aut ſm alium aliquem numerũ. Et ſi infinita, aut ſic ſicut dicit Democritus. Genus vnum: figura autem
Tex.cõ.7. ⁊ ſpecie differentia: aut etiam contraria. ¶ Similiter autem querunt et que ſunt querentes quot ſunt: ex quibus ſunt que ſunt querunt, primum poſt hoc: vtrum vnum aut plura ſint: et ſi multa, aut finita, aut
Tex.cõ.8. infinita. Quare principiũ et elemẽtũ querunt vtrũ vnum aut multa: id quidem igitur ſi vnum et immobile ſit quod eſt intendere non de natura eſt intendere ſicut enim geometre non amplius ratio eſt ad deſtruentem principia, ſed eſt aut alterius ſciẽtie: aut omnibus communis. ſic nec alicui de principijs.

### ¶ Commentarium authoris.

Diſputat igitur Ariſtoteles ſi plura ſint principia rei naturalis, ⁊ dicit apud aliquos tantum fuiſſe vnum principium quod erat aer: vt tenet diogenes: cui⁹ ratio eſt iſta. Illud ex quo omnia fieri debent, debet eſſe maxime paſſibile et mutabile, ſed aer ẽ maxime mutabilis, vt patet ex diuerſitate tempoꝝ: et ẽ maxime paſſibilis quia humidus in ſummo gradu et humiditas eſt paſſibiliſſima qualitatũ. Itẽ ꝙ aer ſit omnium rerum materia patet in formatione corporis fantaſtici ex aere a demone vel angelo. Alij vero ponebant vnum eſſe principium qđ eſt aqua, moti, quia ſemina ex animalibus deciſa ſunt velut aque, ⁊ quia videbant plantas non coaleſcere: niſi per aquã et iſte fuit tales Mileſi⁹. Heraclit⁹ qui tenuit omnium rerum naturalium principium eſſe ignem mot⁹ argumento quod omne mixtum fit per digeſtionem et digeſtio fit a calido meteororum. 4. Igitur omne mixtum eſt calidum: cuius opinionis fuit Gentilis medicus. Poſt iſtos Phos Eſiodus tenuit principium rerum naturalium eſſe terram: et iſte fuit prim⁹ qui auſus fuit ponere terram tanq̃ principium reꝝ naturalium. Et ſuper hoc nota ſingulariter ꝙ in quolibet mixto dominatur terra quo ad molem. Nam ſi vnum lignum comburatur exit fumus loco aeris flãma, loco ignis aqua, loco aque ⁊ cineres, loco terre plus autem eſt de cineribus quam de aliqua alia re et ratio eſt, vt inquit Ariſtoteles in libro ḋ proprietatibus elementorum quia ſi ex aliquo alio elemento mixtum fieret, ſequeretur cum tale elementum ſit valde actiuũ ꝙ rueret citiſſime tota mixti contextura. ſi ignis dominatur tunc enim totum mixtũ breuiſſime diſſoluetur. Alij philoſophi tenebant ꝙ. 4. elementa ſunt principia rerum naturalium.

### ¶ Super quo querit̃ que ſunt principia rerum naturalium ſm veritatẽ. Ad qđ reſpõdeo per duas propoſitiones.

Prima eſt rerum naturalium ſimplicium ſicut ſunt elementa et celi: principia ſunt materia ⁊ forma. ſed mixtorum que ſunt mineralia ⁊ viuentia cum eorum concõmittantijs principia ſunt elementa. Nã ex quattuor elementis mixta habent fabricari. Prima propoſitio.

### ¶ Secunda propoſitio. Elementa

Secũda ppõ. non ſunt principia mixtorum, quia ex elementis fiũt mixta: ſed ideo quia quattuor elemẽtis coniunctis inuicem agunt et reagunt: ex quaꝝ mutua actione corrumpuntur quattuor elementa, quib⁹ corruptis mixtum habet formari conſtans ex materia prima, que eſt aggregata ex materijs quattuor elementorum, atq; forma mixti ſubſtantiali. Sꝫ Ariſtoteles dicit. Contra negantes principia non eſt diſputãdũ niſi in metaphiſica quã vocat ſcientiam cõmunẽ omnibus: et ideo contra Parmenidẽ et Meliſſum non diſputat, niſi metaphiſice. Ratio Parmenidis ad probandum ꝙ oĩa ſunt vnum ens erat iſta. Omne preter ens eſt non ens et ens eſt vnum cõuertuntur: igit̃ oĩne preter vnum eſt non ens: igitur tantum vnum eſt: peccat iſta ratio in materia, quia maior eſt falſa Eſt eni vna exceptiua cuius prima exponens eſt falſa. Nam ſic exponitur: oĩe non ens eſt non ens, et illa eſt falſa, quia eſt affirmatiua, cuius extrema non ſupponũt. Et peccat in forma: nã cõmittitur fallatia equiuocationis. Nam in antecedẽti ſumitur ly vnũ tranſcendentaliter: et in conſequenti numeraliter: ita ꝙ valet tantum vnicum ens eſt. Ratio vero Meliſſi vocatur ab Ariſtotele magis oneroſa ideſt magis vana quam ea que Parmenides. Arguebat eni ſic oĩe quod generatur habet principium: ergo qđ non generatur non habet principium. Ultra arguebat: ſed ens non generatur: igitur non habet principium. Minor probatur ab illo, quia ſi ens generat̃ vel generatur ex ente vel non ente: non ex non ente, quia ex nihilo nihil fit. Si autẽ generatur ex ente: petaꝫ rurſus de illo ente, et ſi generatur ex illo erit proceſſus in infinitum. Ultra arguebat ens non habet principium ergo non habet finẽ: ergo eſt infinitum et imobile, quia infinitũ non poteſt moueri: non eni habet locũ ad quẽ moueatur: cum oĩa repleat dicit Ariſtoteles ꝙ iſta ratio nulli⁹ eſt momenti. Nã primo peccat per fallaciam cõſequentis: quia cum deberet arguere a deſtructione conſequentis cõditionalis ad deſtructionem antecedentis: argumentatus eſt econuerſo. Secundo peccat, quia cum petit, vel ens generatur ex ente, vel ex non ente.

### ¶ Nota ꝙ iſta prepoſitio: ex: quan

doq; dicit circunſtantiam ſubiecti: et quandoq; circunſtantiam termini a quo. Primo modo intelligũt philoſophi quando dicunt, ex nihilo nihil fit. Secũdo intelligit Ariſtoteles quando dicit: omne quod fit fit ex ſuo contrario. i. per expulſionem ſui contrarij. Dico igitur ꝙ ens fit ex ente vt ly ex dicit circun

ſtantiam termini a quo: ſed ſi dicat circunſtantiam ſubiecti ens fit ex ente id eſt in ente: quod eſt materia. Et cum rurſus dicit Meliſſus: ens non habet principium: ergo non habet finem. Neganda eſt conſequentia, quia in antecedente capitur principium pro cauſa efficiente: et in cōſequenti pro termino magnitudinis. Et cum rurſum dicit eſt infinitum: ergo imobile: nego conſequentiam. Nam licet infinitum non poſſit moueri recte bene motu circulari vt patet de celo.

¶ Dicit preterea text⁹. (Similiter autem querunt: et que ſunt querentes: quot ſunt ex quibus enim ſunt que ſunt.) ¶ Iſte textus vult dicere ꝙ eadē queſtio eſt de entibus q̄ verſatur de principiis. Nam de principiis queritur ſi ſunt vnum vel plura: et eadem eſt queſtio de entibus. Diceret aliquis differunt maxime loqui de pluralitate entium vel principiorum. Nam nō valet hec ſunt vnum principium: ergo ſunt vnum ens. Nam ignis et ſuus calor ſunt vnum principiū reſpectu forme ſubſtantialis faciende: et tamen non ſunt vnum ens. Dicendū vt Auerrois ꝙ antiqui agnouerant principium materiale: ſed non formale. Ob id q̄ dicentes vnum eē principium materiale dicebant eſſe vnum ens: quia illud principium ſi erat aer cum fiebat ignis: ſola alteratione: ille ignis erat aer calefactus: et ſi fiebat aqua erat aer infrigidatus: ergo quia negabāt formam dicebant vnum principium materiale: et oīa eſſe illud: et vnum ens. quod ego intelligerem ſpē.

¶ Pro cui⁹ declaratione notandū eſt ꝙ opinio Parmenidis et Meliſſi ſubſtentari poteſt naturaliter loquendo ſic ꝙ omnia entia naturalia ſolum differunt accidentaliter: ſed ſubſtantialiter ſunt eiuſdem ſpeciei, ſic ꝙ ſi illud principiū materiale eſt diſpoſitum vt homo eſt homo: et vt leo eſt leo: et vt lapis eſt lapis: nō tn̄ credas illos vſq̄ adeo delyraſſe vt crederent oīa eſſe vnum ens numero ſed ſpecie: et ſic ſubſtentari valet hec opinio. Quare cōcederetur: homo poteſt eſſe lapis: qr iſta materia prima poteſt eſſe homo: et iſta poteſt eſſe lapis ergo homo poteſt eſſe lapis: dicebant ergo generationē non differre ab alteratione.

¶ (Cum quidem igitur ſi vnū et immobile ſit quod eſt intendere non de natura eſt intēdere.) Vult dicere Ariſtoteles ꝙ Parmenides et Meliſſus dicentes ꝙ omnia ſunt vnū et imobile nō de natura intendebant: ideo q̄ non pertinet philoſopho naturali hoc impugnare: quia negat principia puta motum: et plura entia: dat comparationē (Sicut geometre non amplius eſt ratio ad deſtruentē principia) .i. quemadmodum geometer non diſputat cum negante ſua principia: ſic nec philoſophus diſputat cum negāte ſua principia (ſed eſt aut alterius ſcientie aut omnibus cōmunis) Vult dicere ꝙ philoſophus et geometra non diſputabūt contra negantem ſua principia niſi induendo habitum metaphiſice: vel alterius ſcientie .i. logice quam vocat alteram: quia non eſt ſcientia logica ſed modus ſcientie vel per alteram intellige ſubalternantem per cōmunem logicam et metaphiſicam.

¶ Non enim amplius principium ſi vnum ſolum eſt: principium enim cuiuſdam aut quorundam eſt) quaſi diceret nō poteſt eſſe ꝙ omnia ſint vnum principium. Nam ſi principium reſpectu principiati refertur ſic plura ſunt.

¶ Dubitaret aliqs ſi valeat iſta cōſequentia tantum principium eſt: ergo principiatū non eſt: quia non valet tantū homo eſt: ergo animal non eſt. Nam dictio excluſiua non excludit quod eſt de quidditate alterius: ſed ita eſt vnum relatiuum de quidditate alterius: ergo non valet ꝯña. ¶ Dic vnum eſſe de quidditate alteri⁹ vno modo proprie et ſic non excluditur ly animal de ly homo: et eſt cū aut eſt pars diffinitionis: aut incluſum in quidditate partis diffinitionis. Secundo modo aliquid ē de quidditate alterius extrinſece per illationem: quia vnum infert aliud et econtra: et per eſſe ſimul natura: et per agnitionem ſimultaneam. Quod autem ē de quidditate hoc ſecundo modo ſufficienter excluditur deniq̄ dictio excluſiua excludit omne illud de quo verificatur contradictorium dictionis a qua fit excluſio.

¶ Dubitatur. Utrum naturalis poſſit diſputare contra negantem principia. Et philoſophus dicit ꝙ non: ſed ꝙ metaphiſico hoc incumbat facere. Sed volo probare ꝙ metaphiſicus nō poſſit hoc facere: quia omnis probatio debet eſſe per probabiliora quam ſit concluſio negata: ſed nil eſt ꝓbabilius primis principiis: ergo nullus illa principia poterit probare. ¶ Pro declaratione huius dubitationis noto de mente Egidii romani ſuper iſto textu tres eſſe gradus ſcientiarum: queddam enim non ꝓbant ſua principia nec reſoluūt vſq̄ ad per ſe notas vt ſunt ſcientie ſubalternate. Alie nō ꝓbat ſua principia ſed reſoluunt vſq̄ ad per ſe notas vt ſciētie nō ſubalternate ſpeciales. Tertie ſunt que probant et reſoluunt per ſe notas, vt ille due ſcientie cōmunes. Modus autem probandi non eſt ex probabiliorib⁹ ſimpliciter ſed probabilioribus neganti: vt ſi neget aliquis de quolibet dicit affirmatio vel negatio vera et de nullo ſimul ambo probabitur: quia iſti qui negabant hoc principium concedebant ens et vnū eſſe: ergo ex illo patet falſum eſſe, nullū ens eſt. Itē ex confeſſis poterant illos conuincere, vel dicitis verum vel non: ſi dicitis verum; ergo falſum eſt: non dicitis verum, ergo de nullo ſimul ambo.

¶ Similiter igit̄ intendere eſt: ſi ſic vnum eſt et ad aliam poſitionem quamlibet diſputare: verbi gratia: ad dictā: aut Heraclitanam.) Vult dicere illud quod ſcribitur in primo ethicorum: nō omnes opiniones ſunt perſcrutande: ſed que meliores iuxta illud philoſophi primo thopicorum: quolibet dicente contraria opinionibus ſapientum ſollicitum eſſe ſtultum eſt. Non enim diſputādū contra Heraclitum dicentem oīa eē in cōtinuo motu: et nil poſſe ſciri: dicit dictā .i. gratia diſputationis admiſſam (aut ſi aliquis dicat hominē vnū quod eſt eſſe) quod erat Parmenidis dicentis, totum quod eſt eſt vnus homo. (Aut ſoluere rationem litigioſam qō ſane vtreq̄ quidē habent rationes et Meliſſi et Parmenidis: etenim falſa recipiūt et non ſyllogizantes ſuut.) Vult dicere non eſſe ſoluendas rationes horū eo ꝙ falſa recipiant .i. peccent in materia et non ſillogizantes ſunt .i. peccāt in forma. addit text⁹. (Magis Meliſſi onerоſa rō) .i. vana vt dicit Auerrois. (et non habens defectum) .i. dubium ꝙ ſit mala magis vana ſubaudias quam illa Parmenidis: ſed ne crederes Parmenidem approbari ſubdit (ſed vno

Tex. cō. 9.

Tex. cō. 10.

inconuenienti dato alia contingunt hoc autem nihil
difficile).ſ.videre quaſi diceres, Etiam Parmeni-
des maledicit, quia ſequuntur ex ſua opinione mul-
ta inconueuientia.

¶ Similiter nec ſoluere omnia con
uenit ſed aut quecūq3 ex principiis aliqs demōſtras
mentitur.) Vult dicere non conuenit oēs ſoluere rō
nes: ſed illas in quibus poſt principia conceſſa quiſ
piam infert concluſionem falſam ꝑpter male conclu
dere: aut male intellixiſſe principia (Quodcūq3 vo
non minime).i.q̄cunq3 non ſequunt̃ nec inferunt̃ ſup
ponendo principia minime debet impugnare. Dat
exempla in mathematicis ꝯtra quos debeat diſpu-
tari et cōtra quos non. Vt illū modū quadrandi cir
culū q̄ erat Hippocratis chīj ꝑ portiones lunulares
arguens: ꝙ ſi portiones lunulares poſſunt quadrari
et totus circulus non probat: ſed q2 non negat prin-
cipia in illud eſt arguendū. Non inquā ꝓbat q2 aliō
eſt de toto circulo et de portionibus. Dicit text9 hoc
modo (vt tetragoniſmum eū quidē qui ꝑ deciſiones
geometrici eſt diſſoluere illū aūt qui antiphontis nō
geometrici.) Antiphon fingebat intra circulu3 qua
dratum et ſuper latera quadrati triangulu3 yſoche
lem et ſuper latera iſochelis iterū iſochelē: et ſic co-
gitabat peruenire ad aliquā figuram polygoniā eq̄
lem circulo quā poſtea quadrabat. Sed cōtra hūc
non eſt diſputandum q2 cogitabat circulū conſtari
ex indiuiſibilibus. Et hoc eſt contra geometrie prin
cipia, q̄ dicunt diuiſionē cuiuſl3 cōtinui ire ĩ infinitū.

¶ Dubitatur vtrum ꝯtra negantes
principia ſit diſputandum: pro quo noto ꝙ principia
rerum naturaliu3 ſunt triplicia, vt inquit Auerrois
primo phiſicorum cōmēto tertio: quedā ſunt doctri
ne tantum: quedam vero eſſe tantum. Quedam vo
eē et doctrine ſunt. principia doctrine ſunt per q̄ do
cemus de rebus naturalibus ꝓprietates et acciden
tia. talia ſunt motus et alia accidentia reꝝ naturali
um. Nā accidentia magnā partē cōducūt ad cogno
ſcendū quod quid eſt.i. de aīa: et accidentia nō ſunt
principia eſſe.i. principia conſtitutiua rei naturalis
q2 ex non ſubſtantiis non fiunt ſubſtantie: vt ait Ariſ
toteles in predicamento ſubſtantie. Principia vero
eſſe. Illa ſunt que ſunt conſtitutiua rei naturalis: tñ
non ducūt in cognitionē rei naturalis: cum ꝓ iſto ſta
tu a nobis male agnoſcāt̃ vt materia. Forma aūt eſt
principium eſſe rei naturalis ac cognitionis: q2 per
illam venimus in cognitionē naturalis compoſiti. ſic
arguendo aliquid fit non materia ĝ forma, Sequit̃
ergo compoſitum naturale cognoſci eſſe tale aut ta
le q2 forma que fit eſt talis. Ad q̄ōnē igit̃ responde
tur ꝙ cōtra negātes principia doctrine nō eſt diſpu
tandū: q2 cū ſint notiſſima in ſciētia deberem9 diſpu
tare de illis per ignotiora: q̄ diſputatio nihil valet.
Sed contra negantes principia eſſe bene eſt diſpu
tandum: vt p3 per phm ꝓbantem materiam prima3
eſſe et formā ſubſtantialem: ſic etiam in geometria
diſputabitur contra illos qui dicūt aliqō falſum non
bene intelligendo principia. Sic ꝯtra Briſonē qui
ꝓbat quadraturam circuli hoc modo capiebat quē
dam circulum intra quē deſcribebat quadratum ⁊
arguebat ſic. Oēs linee ꝯſtituentes quadratū ſunt
equales om̄ibus conſtituentibus circulu3: ergo qua
dratum eſt equale circulo: ꝯña eſt nota: et ꝓbat̃ añs
q2 corde circuli ſunt equales arcubus: quod ꝓbat:
q2 omnes linee ducte ab eiſdem punctis ⁊ finientes
in eiſdem ſunt equales. Ad hoc reſpondetur ꝙ illa
regula intelligitur cōparando lineas rectas lineis
rectis et circulares circularibus et non aliter. Con
tra Antiphontem tñ non eſt diſputādū apud geome
tram. Nam ad quadrādū circulum preſupponebat
vnum contrariū principioꝝ geometrie ꝙ continuū
componitur ex indiuiſibilib9 cōſtituto circulo et in-
tra ipſum inſcripto quadrato: deinde inter quadra
tum et circulū componendo octogonū arguebat ꝙ
circulus et quadratus ſunt equales quia ſunt equa
les vni tertio.ſ. octogono: et hoc ꝓbat q̄m om̄ia iſta
componuntur ex octo indiuiſibilibus in circulo. Be
ne patet q2 aſſignantur per octo puncta octogoni ⁊
de octogono liquet et de quadrato etiam ꝓducēdo
lineas ab angulis octogoni vſq3 ad coſtas quadrati
perpendiculares. (Habet eni phiam hic reſpect9.)
intellige de prima philoſophia que eſt metaphiſica.
Nam metaphiſica vocatur duabus de cauſis primo
a meta. ꝙ trans. et phiſis. qō eſt natura: quaſi trāſcē
dens res naturales: eleuat enim ſe ad contemplatio
nem rerum ſupernarum. ſc3. intelligentiarum ⁊ dei
Aliter dicitur metaphiſica quaſi ſcientia tranſcēdē
talis tractat de rebus vniuerſaliſſime conſideratis.
et dicitur prima philoſophia: vt dicit Scotus in ꝓ
logo metaphiſice qōne prima primitate cōmunita-
tis: q2 de rebus cōmuniſſimis ⁊ prima primitate di
gnitatis ꝙ tractat de rebus digniſſimis. Declarat̃
magis dictum Auerrois de triplici mō principioꝝ.

¶ Principium cognitiōis ſunt ſup-
poſitiones in ſcientia vt motum eſſe plura mobilia
eſſe: quod licet habet cauſam ſubiectiuam non pōt
monſtrari per illam q2 omne qō illa habet nanciſci-
mur ex motu principiū eē. ē materia et forma. Vtrū
q3 eſt ꝓpō definitiua naturalis vt res naturalis ē pri
cipiū motus et quietis: vt forma eſt principiū eſſe: vt
diffinitio principiū cognitionis: principia cognitio-
nis aut cognitionis et eſſe nequeunt demonſtrari.

¶ Sed q̄m de natura loquentes nō Tex.cō.
naturales defectus contingit dicere ipſos: fortaſſis 12
bene ſe habet aliquantulum diſputare de ipis. Hēt
enim philoſophiā reſpectus principiū aūt maxime
proprium omniū ꝙ multipliciter dicitur quod eſt.)
Vult dicere iſte Parmenides et Meliſſus de natu
ra loquentes.i. cum ſint pars phie naturalis contin
git dicere nō naturales defectus.i. non dubitant vt
boni naturales q2 vertūt in dubiū principia. Fortaſ
ſis bene ſe habet aliquantulum diſputare de ipis.i.
contra ipſos (Hēt phia3 reſpect9.i. pertinet ita diſ-
putare ad primam phia3 ſupponat̃ aūt vt principiū
maxime ꝓprium ꝙ ens dicit̃ multipliciter.i. de decē
predicamentis. Diceret aliquis petit principium.
Nam ſupponendo ens dici multipliciter p̄ſupponit
plura eſſe. Reſpondetur ꝙ non eſt ita. Na3 ly homo
multipliciter dicitur de ly currit in his duabus: oīs
hō currit: aliquis hō currit: et tñ non ē ly hō multa.

¶ Quomodo dicūt vnū oīa vtrum Tex.cō.
ſubſtantiam om̄ia aut quātitatem om̄ia aut q̄litatē: 13.
hec oīa differunt multū et ſunt impoſſibilia dicere:
ſi quidem enim oīa erunt et ſubſtantiā ⁊ quale et q̄n
tum: et hec ſiue reſoluta ſint ad inuicē: ſiue nō: multa
ſunt q̄ ſunt.) Vult dicere q̄ñ dicūt oīa eſſe vnū copu
lari3 ꝙ oīa ſunt vna ſubſtantia et vna qualitas et vna
quantitas vel copulatiue ꝙ oīa ſunt vna ſunt vna ſub
ſtantia et oīa vna qualitas. Hec oīa.ſ. copulatim et

copulatiue differũt multũ et ſunt impoſſibilia dicere ſiqdem oĩa erunt et ſubſtãtia et quale ⁊ quãtũ: et hec ſiue reſoluta ſint ad inuicẽ ſiue nõ: i. ſiue copulatim ſiue copulatiue multa eſſe conuincitur.

❡ Dubitaꝛ ſi ens ẽ equiuocũ. Dico breuiter ſi vocas equocũ qui ſigt plura pluribꝰ ſigtionibus ſiue eq̃ prio: ſiue vnũ per priꝰ et aliõ per poſterius: ſic ens non eſt equiuocũ. Et ſi illo mõ eſſet equiuocũ eſſet hec falſa: accidens eſt ens: ſicut iſta: hõ pictus eſt hõ. Sed ſi equiuocũ large ſumaꝛ ꝓ illo qui ſigt vnũ per priꝰ ⁊ aliud ꝑ poſteriꝰ vna ſigtione ſic ly ens equiuocum eſt: et ly natura vt dicitur de materia et forma: et ly motus prout dicitur de ſex ſpeciebus motus.

❡ Notandum eſt circa iſtã materiã ꝙ equalitas quadrati demonſtrabilis de circulo nõ eſt equalitas cõtinentie ſed extẽſionis. qꝛ ſi. a. circulus eſt equalis. b. quadrato extenſiue adhuc. a. erit maioris cõtinentie. Pono ꝙ diameter. a. ſit longitudinis vt. 14. et qꝛ circuli ad ſuã diametrũ ẽ ꝓportio tripla ſexquiſeptima ſequiꝛ. a. circulũ eẽ magnitudinis vt. 44. et vt ſuppoſitũ eſt. b. eſt equale. a. Igiꝛ. b quadratũ eſt magnũ vt. 44. cuiꝰ q̃lꝫ coſta eſt. 11. multipliceꝛ ergo medietas. a. q̃ eſt. 22. per medietatem ſui diametri q̃ eſt. 7. et ſequiꝛ arcã circuli ꝯſurgẽtẽꝫ eſſe cõtinentie vt. 154. Deinde multipliceꝛ vnũ latꝰ b ꝑ aliud ſcꝫ. 11. ꝑ. 11. et cõſurget archa quadrati cõtinentie. 121. Sed numerꝰ. 154. eſt maior nũero. 121. Igiꝛ cõtinẽtia. a. eſt maior ꝯtinentia. b. Ergo hmõi figure equales equalitate magnitudinis non ſuut eq̃les equalitate cõtinentie.

❡ Si vero oĩa aut quale aut quantũ ſunt: ſiue cum ſit ſubſtãtia ſiue non: inconueniens eſt: ſi oportet inconueniẽs dicere impoſſibile nullum autem aliorum ſeparabile eſt extra ſubſtantiã omnia namqꝫ de ſubiecta dicuntur ſubſtantia.) Vult dicere ꝙ ſi vellis om̃ia eſſe vnam qualitatem vel vnã quãtitatem ſiue exiſtente ſubſtãtia ſiue nõ inconueniens eſt. Nam accidẽs non poteſt eẽ ſine ſubſtantia. i. ſubiecto ſi opꝫ incõueniẽs dicere impoſſe. i. ironice ſi impoſſibile placet vocare incõueniẽs (Meliſſus ãt qõ eſt infinitũ dicit eſſe: quãtũ itaqꝫ aliquid ẽ qõ eſt infinitũ in quãtitate eſt. Subſtantiã enĩ infinitã aut q̃litatẽ aut paſſionẽ eẽ nõ cõtingit niſi ſm accidẽs ſimul et aliq̃ quantitates ſunt: infiniti aũt rõ quantitati cõgruit ſed non ſubſtãtie neqꝫ qualitati.) Vult dicere cũ Meliſſus dicat oĩa eẽ vnũ ens quãtũ: et quãtitas non ſit abſqꝫ ſubſtantia: erit ſubſtantia et quãtitas: ⁊ ita duo erunt: ergo nõ ſolũ vnũ qꝛ cetera ſunt quãta de per accidẽs alia a ſubſtãtia. i. per quãtitatẽ. (Si quidẽ igiꝛ ſubſtantia eſt et quãtũ et duo et nõ vnũ ẽ qõ eſt ſi vero ſubſtãtia ſolũ nõ infinitũ eſt neqꝫ magnitudinẽ habebit vllã. ſupple tu ad ſequẽs. ꝙ ſi habuerit magnitudinẽ (quãtũ quoddam erit: ergo duo et non vnum ſunt.)

❡ Dubitaꝛ vtrũ rõ finiti vel infiniti q̃ntitati cõgruat: videꝛ ꝙ nõ qꝛ motores celoꝝ ſunt finiti qui non ſunt quãti. Hãc qõnẽ ꝑtractat Scotus 2. meta. q. 6. Nymphꝰ ſuꝑ iſto loco. Joãnes gãdauẽſis. 8. huiꝰ q̃ turpiter aberrauit cogitans ꝙ hec non cõueniãt niſi ſoli quanto molis. Sed falliꝛ vñ firmiꝛ tenendũ eſt ꝙ duplex eſt quantũ vnũ acceptũ a menſura potentie. alteꝝ acceptum a menſura ponderis. quemadmodũ dicimus terrã ponderoſiorẽ igne; tñ ignẽ pollentiorẽ: addimꝰ nil eſſe finitũ et infinitũ niſi quantũ predicamentalr̃ qõ eſt molis vel attributiõe ad illud vnus nãqꝫ motor ẽ maior altero: nõ penes magnitudinẽ qua ſit tantus aut quantus: ſed penes magnitudinem maiorẽ aut minorem quam mouet ⁊ ita quantitas vigoris attributione ad quãtũ molis proficiſcitur.

❡ Dubitaꝛ an hec infinitudo excludat rationẽ generis: et qõ eſt ad ꝓpoſitũ qꝛ cũ q̃raꝛ ens infinitum vtrũ ſit ſubſtãtia quantitas aut q̃litas ſequiꝛ qõnẽ eſſe ad ꝓpoſitũ. Dicũt ergo aliqui vt Scotus in diſtinctione. 8. primi. q. 2. ꝙ qñ ad ſumitatẽ in aliqua ſpẽ ſequiꝛ ſumitas in ente talis ſpẽs eſt extra genus: ſꝫ qñ non ſequiꝛ ad ſumitatẽ in ſpẽ ſumitas in ente tũc non poniꝛ extra genꝰ verbi grã qꝛ bene ſequiꝛ eſt ſumꝰ deꝰ ergo eſt ſumũ ens: non poniꝛ deꝰ eẽ in predicamẽto: ſꝫ qꝛ non ſequiꝛ eſt infinita quãtitas ergo eſt ſummum ens ideo infinita quantitas: bene ponitur in predicamento: ſed in veritate credide rim ꝙ ſm Ariſtotelem nullum infinitum quomodocunqꝫ fingatur poteſt eſſe in predicamento quoniaꝫ infinitum dicit rationem impoſſibilem que ab omni predicamento fugit: Et hec eſt ſentencia Franciſci liqueti in ſuo primo. diſtinctione octaua queſtione ſecunda.

## Textꝰ ſiue reſoluta ad inuicem.

Commentarium. Solet fieri vnũ argumentum ad probandum ꝙ accidẽs poſſit eſſe ſine ſubiecto naturaliter. De aere qui cum ſit illuminatus a ſole moueatur per ventum ad locum ad quem non attingunt radij ſolares: ⁊ ſequitur ꝙ cum ſubiectum ſit aliud et aliud: ſi lumen eſt idem accidens tranſit de ſubiecto in ſubiectum. Si vero lumẽ eſt aliud et aliõ ſequitur ꝙ quãtouis paruo tempore infinita lumina poſſent fieri. Ad qõ tu dicas cõcedẽdo hoc ſecundũ nec eſt repugnans: qꝛ lumen ꝓducitur in inſtanti et in quantum vis paruo tempore ſunt infinita inſtãtia.

## Textus ſiquidẽ igiꝛ ſubſtantia.

Commentarium circa hunc textum. Queritur vtrum quantitas diſtinguatur a re quanta: Et hec queſtio continebit duos articulos: primus erit de quantitate continua et ſecundus de quantitate diſcreta. Circa primum tres ſunt opiniones. Prima tenet q̃ntitatẽ diſtingui a re quanta et dabiles eſſe lineas puncta et ſuperficies. Et hec eſt opinio realium. Secunda eſt opinio Buridani tenẽtis ꝙ quãtitas continua diſtinguitur a re quanta: ſed non ponit lineas ſuperficies et puncta diſtinctas a ſubſtantia: et mouetur argumẽto veſice inflate aere: que reſiſtit cõprehẽſioni: non ꝓpter veſicam: nec propter aerem quia denſior eſſe poteſt. Igitur ꝓpter quãtitatẽ ne quãtitas corrumpatur. Tertia eſt opinio nominalium aſſerentium ꝙ quantitas ꝯtinua eſt idem ꝙ res quanta.

❡ Sed ꝯtra opinionem realium ſic arguitur argumẽto cõmuni. Volo ꝙ deus ſeparet quãtitatem a ſubſtãtia partibus in ſuis ſitibꝰ remanẽtibus. Jam ſubſtãtia manet extẽſa et ſine quãtitate. Igitur nõ requiritur quãtitas. Ad hoc argumẽtum dicamus ꝙ ſupernaturaliter nõ requiritur quãtitas: Naturaliter tamẽ loquẽdo ſi quãtitas auferatur ſubſtãtia fluet ad pũctum, vt dicit Paulus vene

tus. vel dic vt Scot⁹ Subſtãtia deſinit eſſe ꝑ primū nõ eſſe: Nam cum quãtitas habeat partes continui cõtinuare ipſa ſublata ſi manet ſubſtantia maneret diuiſa in omnem ſuam partem: quod eſt repugnans potentie dei. Secundo arguit contra eandem opinionem. Sequeretur ex illa opinione hoc principium geometrie eſſe falſum: ſi ab equalibus equalia demas que remanent ſunt equalia. Patet ſequella: quia auferendo quantitates duorum pedalium remanẽt ſubſtantie que nõ ſunt equales quia non ſunt quante. Dicas ad hoc: principium illud ſic intelligi debere: ſi ab equalibus quantitatibus equales quãtitates demas que remanent quantitates erũt equales. ſed ille ſubſtantie que remanent non ſunt equales.

**¶ Secundo contra opinionem realium** ſit vna ſubſtantia pedalis q̃ rareſiat ad duplū: tunc ſic arguo. Illa ſubſtantia pedalis que modo de nouo aduenit vel erat penetratiue cum alia vel nõ: ſi dicatur ꝙ erat penetratiue cum illa hoc eſt falſum quia non datur penetratio ſubſtantiarum: ſi dicatur ꝙ non erat penetratiue cum alia: petam vel illa ſubſtantia que aucta eſt habet eandem quantitatem quam antea habebat vel aliam. Si aliaꝫ ſequit̃ ꝙ infinite quantitates fierent et deſtruerentur in tẽpore quantũuis paruo rarefactionis quod videtur falſum. Si vero dicatur eãdem quantitatem remanere arguitur ſic. Eadem quantitas non poteſt ſubiectum denominare magis ꝙ̃ antea denominabat ſicut nec eadem albedo poteſt denominare ſubiectū magis albū ꝙ̃ antea erat. Dicatur ad hoc argumentum ꝙ eadem quantitas manet in eadem parte pedali que ante fuerat ſemipedalis: ſed manet magis diſtẽſa ⁊ ideo poteſt denominare ſubiectum eſſe magis tale.

**¶ Sed contra opinionem realium** aſſignãtium puncta lineas et ſuperficies diſtinctas a ſubſtantijs ſic arguitur. Punctum eſt ſubſtãtia vel accidens: non primum: ergo ſecundum: ꝙ ſi eſt accidens igit̃ diuiſibile vel indiuiſibile: non primum ex diffinitione puncti. Nam punctum eſt cuius pars nõ eſt habens poſitionem in continuo permanẽti. Dicitur in continuo ad differentiam vnitatis. Dicitur ꝑmanenti ad differentiam inſtantis. Non indiuiſibile quod probatur quia vel habet ſubiectum diuiſibile vel indiuiſibile: non ſecundum: quia cum tale ſubiectum ſit linea: et illa ſit indiuiſibilis continuum componeret̃ ex indiuiſibilibus. Si vero dicas ꝙ habet ſubiectum diuiſibile ſequitur ꝙ punctum eſt extenſum quia habet ſubiectum extenſum. Dicas ad hoc ꝙ punctum eſt indiuiſibile et habet ſubiectum extẽſum: quia tamen illud ſubiectum eſt inadequatum nõ ſequitur ꝙ punctum eſt extenſum. Ubi notare licet apud reales lineam cõtinuari et terminari per puncta: et tamen non componi ex punctis: nec puncta eſſe poſſe immediata, quod intellige in eadem linea: ſecus autem in diuerſis lineis: et ſuperficies cõtinuatur et terminatur per lineas: et non componit̃ ex eis: et idem dicas de corpore reſpectu ſuperficierum. Ubi notãdum eſt ꝙ preter lineas: ſuperficies: et puncta reales aſſignant quantitatem diſtinctam a re quanta tanꝙ̃ accidens longum latum et ꝓfundum. Nam cum omnia accidẽtia dempta quantitate recipiant̃ in quantitate et non poſſunt recipi in ſuperficie nec in linea nec in puncto quia nõ eſt dabilis quantitas linealis punctalis; nec ſuperficialis: ponendum eſt tale accidens.

**¶ Secundo arguitur cõtra opinionem realium**: ſequeretur ex illa ꝙ eſſet dabilis aliquis color ſuꝑficialis: qđ toti philoſophie repugnat Sequella probatur quia aliquis color videtur: et ſi ille eſt longus latus tantum ſequitur ꝙ datur color ſuperficialis. Si vero ille qui videtur eſt profund⁹ igitur viſus noſter penetrat ad profunduꝫ rei oppace. Dicendum eſt ad hoc ꝙ ille color qui videtur eſt profundus et videtur inadequate ſm̃ profunditatẽ taliter ꝙ quelibet pars terminata ad ſuperficieꝫ videtur, ſed inadequate.

**¶ Confirmatur illa ſequella authoritate** philoſophi in de ſenſu et ſenſato dicentis. Color ẽ extremitas perſpicui ĩ corpore terminato. Si eſt extremitas ĩ corpore terminato igit̃ ſuꝑficie terminat̃ corp⁹ oppacū q̃ nõ ẽ ꝑſpicui Dicas ad hoc cū Buridano in eodẽ libro ꝙ Ariſt. noluit dare diffinitionem colorum: ſed tantum tradere moduꝫ quo color videtur: et ideo illa diffinitio ſic explicatur: Color eſt ideſt videtur in corpore terminato ideſt oppaco: extremitas perſpicui ideſt modus quo videt̃ eſt immutãdo per ſpecies aerem perſpicuum ideſt diaphanum qui ẽ prope oppacum: et inde paulatim immutatur aer vſqꝫ ad aerem proximum oculo qui immutat oculum in ipſo cauſando ſpecies.

**¶ Tertio contra opinionem realiuꝫ** Sequeretur contra Euclidem ꝙ circa idem cẽtrū fabricarẽtur duo circuli equales: vt patet de ſuperficie conuexa celi lune et concaua mercurij, quas eẽ equales perſuadetur. Ductis duabus lineis a cẽtro mundi: vna ad ſuperficiem conuexam celi lune: altera ad concauam mercurij: que ſi ſunt equales habet̃ intẽtum: ſi vero inequales excedat vna alteram per vnam pedalitatem: ſequitur inter celum et celū eſſe vacuum. Ad hoc argumentum reſpondetur ꝙ ille due ſuperficies ſunt equales: et non eſt inconueniẽs circa idem centrum fabricari duos circulos equales quando ſunt termini diuerſorum corporum. Et ſi aliquis peteret an ille due ſuperficies habẽt ſe penetratiue: quia videtur ꝙ ſi in quocunqꝫ loco eſt aliquod punctum vnius in eodem loco eſt pũctum correſpondens alterius: igitur habent ſe penetratiue. Dicas ad hoc ꝙ cum accidẽtia ſint in loco de per accidens ideſt in loco ſuorum ſubiectorum ⁊ ſubiecta non ſunt in eodem loco nec etiam ſuperficies.

**¶ Deueniendo ad opinionem nominalium.** Nota ꝙ aliqua quantitas eſt idem quod ſubſtantia: et aliqua quantitas eſt idem quod accidens. Quantitas enim panis eſt idem quod panis: et quãtitas albedinis panis eſt idem quod albedo panis.

**¶ Contra hanc opinionem inſtatur** argumento veſice. Sit vna veſica plena aere obſtructa ex parte ſuperiori, et comprimatur manibus; reſiſtit compreſſioni, nõ niſi ratione quantitatis aeris: aer enim non reſiſtit quia denſior eſſe poteſt.

**¶ Ad hoc argm̃ dico ꝙ iſta ꝯñ a nihil valet.** Aer denſior eſſe poteſt: ergo non reſiſtit cõpreſſioni. Nam aqua parum calida calidior eẽ põt: ⁊ tñ reſiſtit calefactiõi. Oportebat arguere ille aer denſior eſſe põt in naturali diſpoſitione: igit̃ non reſiſtit comprehenſioni; ſed tunc añs eſt falſum.

¶ Notandum eſt ꝙ aliqua qualitas ſpiritualis põt fieri extenſa: et aliqua extẽſa põt fieri non extenſa. Primũ pꝫ, ſi detur vna noticia intẽſa vt quattuor: cuius vnus gradus ponatur in vna q̃rta vni⁹ pedalis: et alij tres in trib⁹ alijs q̃rtis. Rurſuꝫ medietas vnius grad⁹ ponaẗ in vna octaua: et alia medietas in alia octaua: et ſic in infinitũ donec non maneat aliquis gradus noticie cũ alio penetratiue. Jam illa noticia eſt extenſa q: hꝫ oẽm partem extra partẽ: igiẗ qualitas ſpũalis põt eſſe extenſa. Jtẽ q̃litas extenſa põt fieri non extenſa: vt pꝫ de albedine pedali, ſi reducaẗ ad non quantũ. Hec dicit Gervaſius ĩ ſuis noticijs: atq; Coronel. 3. phiſicoꝝ ad calcẽ.

Secũda inſtantia. ¶ Secunda inſtantia in noĩales eſt. Jnquiunt mathematici ꝙ perfecte ſphericũ tangit perfecte planũ in puncto tm̃: igiẗ pũcta ſunt dabilia diſtincta. Ad hoc argm̃ dicit Gregori⁹. 2. ſenten. ꝙ modus loquendi realiũ circa puncta et lineas ẽ ſubtilior. Attamẽ verior eſt opinio nominaliũ. Dico igitur ꝙ ſm nominales perfectũ ſphericũ tangit perfecte planũ in puncto tm̃. i. in parte ſubiecti inadeq̃te accepta: pũctũ enĩ ſm nominales eſt pars inadeq̃ta corporis ſm latitudinẽ. Linea eſt pars inadequata corporis ſm longitudinẽ. Unde punctũ et linea ſuperficies et corp⁹ ſunt idẽ realr̃ cõnotãt tandẽ diuerſa.

Tertia inſtantia. ¶ Tertia inſtantia in noĩales, ſequeretur ꝙ angulus acutus eſſet maior recto. ꝯñs eſt contra oẽm mathematicã: ergo opinio. ſequella ꝓbaẗ q: ſi angul⁹ eſt ſpaciũ inter lineas põt mai⁹ ſpaciũ claudi inter lineas conſtituentes angulũ acutũ q̃ rectuꝫ ergo intentum. Diciẗ ꝙ angulus eſt ſpaciũ inter lineas. ⁊ cum arguitur ꝙ angulus acutus eſſet maior recto q: ĩcludit mai⁹ ſpaciũ diciẗ ad hoc ꝙ ſumptis lineis ꝑib⁹ ſemp rect⁹ includit mai⁹ ſpaciũ q̃ acut⁹.

Quarta inſtantia. ¶ Quarta inſtantia ꝯ noĩales eſt, ſi linea nõ diſtingueretur a corpore ſequereẗ ꝙ aliqḋ maximũ in natura non eſſet menſurabile per lineam maximam. ꝯñs eſt falſuꝫ: ergo et añs: ſequella ꝓbaẗ. Nam celũ maximũ non eſt menſurabile linea maxima: qḋ ſic ꝓbatur. Nam ſi illa linea maxĩa debet tangere partẽ extremã celi que cũ ſit rotunda non põt tangi a linea extẽſa niſi ſperice: qḋ ſi ſic pars media iſtius eſt longior q̃ ipſa tota: igiẗ illa linea non ẽ maxima. Ad argm̃ rñdeẗ ꝙ oẽ diffozmiter lõgũ eſt ita lõgũ ſicut longiſſima pars: et ſic ẽ de illo diametro.

¶ Circa quantitatem diſcretam nota ꝙ diuus Thomas tenet ꝙ numer⁹ diſtinguiẗ a rebus numeratis: non tñ ab vnitatib⁹ reꝝ numerataꝝ. Scotus tñ opinaẗ ꝙ numerus diſtinguitur a rebus numeratis et ab vnitatibus rerũ numerataꝝ et ẽ indiuiſibilis formaliter. diuiſibilis tñ preſuppoſitiue. Nominales vero tenent ꝙ numerus eſt ideꝫ qḋ res numerata. Sed ꝯtra Scotũ eſt bona inſtantia: ſeq̃retur idem moueri motibus cõtrarijs. ꝯñs eſt falſuꝫ ergo et añs. ſequella ꝓbaẗ. Uolo ꝙ ſit vn⁹ quaternarius in quattuor hominib⁹ q̃ ſimul incipiãt moueri ad quattuor plagas celi: tunc ille quaternari⁹ mouetur: q: motis nobis moueñẗ illa q̃ ſunt in nobis: phi. 4. et tñ cũ non ſit potior rõ ꝙ moueaẗ ad oriẽs q̃ ad occidens ſequiẗ ꝙ mouebiẗ quattuor motibus ꝯtrarijs ſimul et ſemel. Et confirmatur. Sequereẗ ꝙ aliq̃d mouereẗ neq; in loco neq; ĩ vacuo. Pꝫ ḋ illo q̃ternario q̃ nõ moueẗ in vacuo neq; in loco q: ẽ in locis.

¶ Ad hoc argm̃ reſpondetur ꝙ ille quaternarius mouetur motibus contrarijs copulatim ſꝫ nõ copulatiue. Uel dicas ſecũdo ꝙ idẽ moueẗ motibus cõtrarijs de per accidens. Uoco moueri ḋ per accidens qḋ moueẗ ad motũ alterius, ꝓpter qḋ partes alicuius totius et accidentia illius moueñẗ de per accidens. Exemplũ eſt familiare de aĩa rõnali que quidem ſimul aſcendit et deſcendit, ſi quiſpiã eleuato brachio dextro deprimat ſiniſtrum.

¶ Sed contra hoc replicaẗ. Uolo ꝙ ſit vnus angelus in pũcto. a. et ĩmediate poſt hoc repleat vnã pedalitatem ſupra et vnã alia infra. a. tũc angelus ille ſimul aſcendit et deſcendit de ꝑ ſe. Naꝫ cũ appropinquet ad celũ aſcendit: et cuꝫ appropinquet centro deſcendit: ergo ſimul aſcendit et deſcẽdit. Ad hoc dicẽdum ꝙ ille angelus in illo caſu neq; aſcendit neq; deſcendit. Unde aſcendere eſt appropinquare ad celum remouendo ſe a centro: vel taltẽ non appropinquando tm̃ vel magis ſicut ad celum. Et ita in illo caſu ille angelus nec aſcendit nec deſcendit. Et ꝑ oppoſitũ diffiniaẗ quid eſt deſcendere.

¶ Amplius q̃m et ipſum vnum multipliciter diciẗ queadmodũ et qḋ eſt intendendũ q̃uo dicunt vnum eſſe oẽ: dicitur enĩ vnũ: aut cõtinuũ: aut indiuiſibile: aut quoꝝ rõ vna ⁊ eadẽ: q̃ aliqd erat eẽ: quemadmodũ vappa et vinũ: ſi quidem igiẗ cõtinuũ multa ſunt qḋ eſt: in infinitum enim diuiſibile eſt continuum: habet autẽ dubitationem de toto et parte. Foꝛtaſſis aũt non ad hãc rõnẽ ſꝫ ad ipam ſm ſeipam vtrum vnũ aut plura pars et totũ et q̃uo vnũ aut plura: et ſi plura, q̃uo plura: et de partibus non ꝯtinuis et ſi toti vnũ vtrũq; eſt ſicut indiuiſibile q̃m et eadeꝫ eiſdẽ erunt.) Uult dicere ꝙ cũ vnũ et ens ꝯuertanẗ cũ ſint tranſcendentia ſi multipliciter diciẗ ens ſimiliter et vnũ: q̃uo erũt vnũ oĩa: vel continuitate: et hoc non q: iam ſunt plura. ſ. partes continui. Nam continuũ eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia vel ſunt vnum ſicut indiuiſibile: et poſtea probat ꝙ ſi omnia pñt eẽ vnũ: vel ſunt vnũ rõne q̃ vocat aliqd erat eſſe. i. diffinitione Et hoc non vt ſtatim ꝓbabit: ergo impoſſibile eſt oĩa eſſe vnũ. Diceret aliq̃s: nõne ſunt alij modi vnitatis vt vnũ ſpecie genere et vnũ numero. Dic negari vnũ genere ab eis: q: negabant plura entia et vnũ ſpẽ. Sed vnũ numero cõprehendiẗ ſub illis modis Dicit textus Foꝛtaſſis aũt nõ ad hanc rõnem. i. ad hoc ꝓpoſitũ: ſed ad ipſam ſm ſeipſam. i. ꝓpter ſe q: eſt bona qḋ moueẗ. an totũ ſit idẽ cuilibet ſuarum partiũ ſiue cõtinuaꝝ vt in ligno: ſiue nõ cõtinuaꝝ vt in domo: et diciẗ ꝙ nõ q: ſi totũ eſſet idẽ cuilibet ſuarũ partiũ: ergo non eſſet totũ q: nõ hẽr et partes cũ enĩ oẽs ꝑtes ſint eedẽ vni tertio puta toti ergo om̃es ſunt idẽ inter ſe et ſic eſt indiuiſibile et nõ totũ quod dicit q̃m eadem eiſdem erunt. i. partes erunt idem inter ſe cum ſint eedem toti.

¶ Atuero ſi eſt indiuiſibile nullũ erit quantũ nec quale: nec iã infinitũ qḋ ẽ ſicut Meliſſus dicit: neq; finitũ ſicut Parmenides reĩs enĩ indiuiſibilis finitus non eſt.) Uult dicere non põt tu dicere oĩa ſunt vnũ indiuiſibile: q: indiuiſibile nõ ẽ q̃ũtuꝫ nec quale de qualitate fundata in quantitate. Jtem ſi oĩa ſunt vnũ indiuiſibile: ergo nõ eſt finitũ nec infinitũ q: hec attinent quantitati: non enĩ eſſet finitum q: finitũ eſt qḋ hꝫ finem: ſed punct⁹ nõ hꝫ finẽ ſꝫ ẽ ipſemet finis. Atuero ſi rõne vnũ ſunt q̃ ſunt oĩa ſicut eſt

Tex. cõ. 16

Tex. cõ. 18

tunica et indumentpin Heracliti rationem contin-
git dicere. idem enim erit et bono et malo et non bo
no eſſe: et bono: quare idem erit et bonum et non bo
num: et homo et equus: et non ſolum de eo ꝙ vnum
ſunt que ſunt ratio erit: ſed de eo ꝙ nihil: et tali igit
eſſe et tanto idẽ.) Itẽ ſi oĩa ſunt vnum ratione ſicut
tunica et indumentum ſequuntur tria inconuenien-
tia ¶ Primum ſequitur opinionem Heracliti eſſe
veram ꝙ eadem eſt ratio cõtrariorum. ſ. boni et ma
li quod dicebat ille. ¶ Secundum inconueniens ꝙ
eſſet eadem ratio contradictoriorum. ſ. boni et non
boni, quia ad malum ſequitur non bonum. Immo ſe
quitur ꝙ quemadmodum omnia ſunt vnum ens: ita
omnia ſunt nihil: quia nihili et entis eſt eadem ratio:
modo quorum eſt eadem ratio de eodem verificant.
¶ Tertium inconueniens ꝙ tali et tanto eſſe i. pre-
dicamenta qualitatis et quantitatis eſſent idẽ, que
omnia ſunt abſona.

Dubiũ an continuuz põt actu eẽ diuiſuz in omnem ſuam partem.

¶ Super illa parte vbi tex. dicit cõ
tinuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Dubitat
an continuum poteſt actu eſſe diuiſum in omnem ſu-
am partem. Ad quod reſpondeo per quattuor ppo
ſitiones. ¶ Prima ppoſitio. Iſta modalis diuiſa in
omnem ſuam partem oẽ continuum poteſt actu eẽ
diuiſum, eſt vera: ſiue ly diuiſuz capiatur participia
liter ſiue nominaliter: patet per aſcendentes ſub an
tecedenti relatiui, et deinde ſub relatiuo: quarum
omniũ quelibet de ineſſe eſt poſſibilis: quod ſufficit
ad veritatem modalis diuiſe de poſſibili.

Pria ppõ

Secũda ppoſitio.

¶ Secũda ppoſitio. Iſta modalis
diuiſa de poſſibili: oẽ continuum poteſt actu eẽ di
uiſum in omnem ſuam partem ſi ly diuiſum ſumatur
participialiter vera eſt. Quod probatur. Nam de9
poteſt facere omnes diuiſiones in hac hora preteri-
ta vnius continui: quod cum fecerit ſit in hoc inſtãti
primum inſtans eſſe quo oẽs diuiſiones ſint cõple-
te, et ſequitur ꝙ hoc continuũ eſt diuiſuz quia ly hoc
continuum ampliatur, et in omnem ſuam partem eſt
diuiſum. Dixi ꝙ ampliatur, quia in illo caſu hoc con
tinuum modo non eſt.

Tertia ppoſitio.

¶ Tertia propoſitio. Si ly diuiſuz
ſumatur nominaliter: iſta eſt impoſſibilis: omne con
tinuum eſt diuiſum in omnem ſuã partem. Patet ſic.
Nam ſi eſſet diuiſum in omnem ſuam partem: ſumo
vnam illarum et peto vtrum ſit diuiſibilis vel non: ſi
dicatur ꝙ eſt diuiſibilis: ergo non eſt diuiſum in om
nem ſuam partem. Si dicatur ꝙ eſt indiuiſibilis et
vnumquodque componitur ex illis in quibus reſoluit
igitur continuum componeretur ex indiuiſibilib9.

Quarta ppõ.

¶ Quarta propoſitio. Iſta propo
ſitio eſt vera, omne continuum poteſt actu eſſe diui-
ſum in omnem ſuam partem ſumendo ly diuiſum no
minaliter. Hanc propoſitionẽ poſuit Gregorius. 38
diſtin. primi ſententiarum: et pbatur ſubtiliter a Fer-
dinando de enzinas in ſuis modalibus: ad cuius p-
bationem premittuntur due ſuppoſitiones. Prima
eſt quod eſt dabile minimum naturale. Secunda ꝙ
res diuerſarum ſpecierum non poſſunt continuari.
Quibus poſitis ponit ꝙ vnum lignum incipiat inflã
mari, et notum eſt ꝙ quelibet pars inflãmata diſcõ-
tinuatur a toto reſiduo inflãmando: ſeparet igitur
deus quamlibet partem inflãmatam et ponat in alio
loco ipſa remanente in loco inflammationis. ſimus
iam in primo inſtanti inflammationis totius: iaz hoc
continuum (ligno demonſtrato) eſt diuiſum in omnẽ
ſuam partem: ꝙ ſi aliqua pars non eſt diuiſa: ſignet
illa et ſit. a. ſucceſſiue producebatur: igitur quelibet
pars erat ſeparata in aliquo inſtanti a parte ſequẽ
ti: et quãdo erat ſeparata fuit a deo poſita in alio lo-
co: igitur diuiſa eſt. Ubi notat Gregorius ꝙ aliqd
eſſe diuiſibile ſtat dupliciter. Uno modo in partes
actu coniunctas: quomodo eſt diuiſibilis quantitas
continua. Alio modo in partes actu ſeparatas: quo
modo quilibet numerus eſt diuiſibilis et actu diui-
ſus, tunc dicitur ꝙ quelibet illarum partium eſt di-
uiſibilis et actu diuiſa: ita continuum non componit
ex indiuiſibilibus. Ex quo infertur ꝙ ſi deus tale cõ
tinuum diuiſum in omnem ſuam partez conſeruaret
in rerũ natura et nihil aliud. A termino numeri plu
ralis ad copulatum complexiue tentum conſequen-
tia nihil valet. Non enim ſequitur in illo caſu entia
creata ſunt: ergo ens creatum et ens creatum ſunt:
quia ibi nullum eſt ens, ſed entia diſcontinua.

¶ Sed eẽt dubitatio an naturaliter
ſit poſſibile continuum eſſe actu diuiſum in omnem
ſuam partem: et videtur ꝙ ſic. Nã ſumpto vitro vni
formis reſiſtentie poſito in terra planiſſima: in cui9
oẽs partes equaliter cõcidat vnus magnus lapis,
ſequitur tale vitrum frangi in omnem partem. Idẽ
argumẽtũ. Eſt de filo vniformis reſiſtẽtie duob9 tra
hentibus a duobus extremis equaliter: frangit enĩ
in omnem partem cum non ſit potior ratio de vna ꝙ
de alia parte. Idem eſt de igniculo elementari poſi
to in centro terre, adſunt infiniti ſemidiametri ad
celum vſque: et cum non ſit potior ratio ꝙ per vnuz ꝙ
per alium aſcendat: aſcenſurus per omnes diuidet
in omnem ſuam partem. His omnibus dicas in tali-
bus caſibus naturam indigere arbitrio et determi
natione particulari prime cauſe.

¶ Preſens queſtio dicitur poſt ſu-
periorem. Unde dubitatur circa eundem textum:
an ſit dabilis vltima pars proportionalis in cõtinuo
et probatur ꝙ ſic argumento Zenonis qd vocabat
achiles ſuppoſito ꝙ ſit vnum ſpaciuz de cupedale di
uiſuz pptes pportionales minorib9 verſus extremũ
et duo homines per tale ſpaciũ ſic moueantur ꝙ ſem
per primus precedat ſecundum per vnam partem
proportionalem dumtaxat: in fine hore vnus iſtorũ
erit in fine ſpacij: reliquus vero erit per vnam partẽ
citra illum et non niſi per vltimam: quod probatur:
Nam dato oppoſito verbi gratia: ſit milleſima pars
ergo alius non eſt in fine ſpacij: ſed in milleſima pri
ma per caſum: quia tantum per vnam partem debet
excedere: ſed conſequens eſt falſum: ergo dabilis ẽ
vltima pars proportionalis. Reſpõdetur ad argu-
mentum ꝙ cum vterque tranſierit infinitas partes p
portionales illius cõtinui vterque erit in fine. Et ſi po
natur caſus ꝙ hora futura diuiſa p partes pportio-
nales verſus finẽ minoribus terminatis: in qualibet
parte proportionali hore primus pertranſeat duas
partes pportionales ſpacij. Secundus vero vnam.
Tunc ſic arguitur, primus ſemper plus pertranſit
quam ſecundus: igitur citius venit ad finem: negan
da eſt conſequentia in iſtis infinitis.

¶ Secũdo inſtatur. Uolo ꝙ ſit vnũ
corpus de cupedale ad imaginationem diuiſuz per
partes pportionales proportione dupla. Et volo ꝙ
ad finem prime partis pportiõalis ponat vnum cor

pus eleuatum quod videat oculus.a.et ad finem ſecunde ponatur aliud corpus eleuatū quod nō permittat videre primum:et ſic in infinitum:in fine hore videbitur aliquod corpus:et non niſi quod eſt in vltima parte ꝓportionali:igitur illa eſt dabilis. Dicendum ꝙ nullum corpus videbitur.

Tertia inſtantia.

¶ Tertia inſtantia ad probādum ꝙ detur vltima pars ꝓportionalis. Uolo ꝙ aliquis tangat vnum lignum in extremo.a.et manu manente ī eodem loco atq; ligno:diuidatur tale lignū in partes ꝓportionales minoribus terminatis verſus extremum. Tunc peto quid tangit manus mea? Nō tāgit punctum,quia puncta non ſunt dabilia et tāgit aliquam partem continui:et non niſi vltimam:igitur vltima eſt dabilis. Reſpondetur ꝙ tangit omnes partes ꝓportionales verſus manum:et tamen nullū tangit ſumendo ly oēs collectiue. Sed contra hoc replicatur. Uolo ꝙ manus mea īmediate poſt hoc moueatur ſuper illas partes proportionales cū debet ſucceſſiue pertranſire:ſequitur ꝙ aliquam primo ꝑtranſibit ante alias:et non niſi vltimā:ergo vltima eſt dabilis. Reſpondetur ꝙ īmediate poſt hoc pertranſibit infinitas:et tamen nullā īmediate poſt hoc pertranſibit.

Quarta inſtantia.

¶ Quarta inſtantia: ſit vnum corpus pedale ſuper quod ponatur aliud corpus pedale. Et volo ꝙ hora futura diuiſa per partes ꝓportionales minoribus verſus finem in prima parte condenſetur ad ſubduplum:et ponatur ſuper oēs dempta prima et in ſecunda parte ꝓportionali iterum condenſetur ad ſubduplum et ponatur ſuper omnes dempta prima et ſecunda:et ſic ſine ſtatu per totam horam:in fine hore erit ſuper aliquam partem et non niſi ſuper vltimam:igitur vltima pars eſt dabilis. Reſpōdetur ꝙ in fine hore erit in non quanto et ſuper nulla parte erit.

Dubiū de diſtinctione totius et partium.

¶ Conſequēter ponatur hec qō circa textum. Dubitatur an totum diſtinguatur a ſuis partibus ſimul ſumptis:et arguitur ꝙ ſic authoritate Ariſtotelis.5.metaphiſice dicētis.ba.non eſt.b.et.a. Item.6.metaphiſice bis tria non ſunt ſex:ſed ſemel ſex ſunt ſex. Ratiōe ſic ꝓbatur,materia et forma componunt ſortem:ſed ſortes non componit ſortem. Igitur cum predicata contradictoria de illis verificatur ſequitur ꝙ ſortes non eſt materia et forma. In oppoſitum eſt Auerrois primo phiſicorū in pñti cōmento:vbi dicit iſta conſequentia nihil valet. Quelibet pars diſtinguitur a toto,igitur oēs partes diſtinguntur a toto:quia eſt fallacia compoſitionis. Totum enim dicit Auerrois non eſt aliud quā aggregatio ſuarū partium. Item authoritate philoſophi ſecundo de anima dicentis ſicut viſus et pupilla ſunt vnus oculus:ita actus et potentia ſunt vnū ens. Item authoritate apoſtoli ad corinthios.12.dicentis. Sicut corpus habet plura membra:tamen membra ſunt vnum corpus. Pro deciſione iſtius qōnis Scotus.3.ſententiarum diſtin.2.q.2.dicit ꝙ duplex eſt totum per ſe et per accidens. Per ſe et hoc eſt duplex.ſ.totum eſſentiale:et quātitatiuum. Totū eſſentiale eſt quod cōſtat ex partibus eſſentialibus ſimilaribus vt totum compoſitum in ordine ad materiam et formam. Totum quantitatiuum ſeu integrale quod conſtat ex partibus etherogeneis ſeu organicis,vt totus homo comparatus ad partes quantitatiuas ſeu integrales. Totum vero per accidens eſt quod conſtat ex partibus non conſtituentibus vnū de per ſe:et tale eſt duplex,quoddam per aggregationem,vt cumulus lapidum. Aliud eſt aggregatū ex ſubſtantia et accidente. Tunc ponit Scotus duas ꝓpoſitiones. Prima eſt. Totum de per ſe diſtinguitur a ſuis partibus ſimul ſumptis. Hanc putat eſſe ꝓbatam authoritatibus et rationibus. Secunda ꝓpoſitio. Totum de per accidens non diſtinguitur a ſuis partibus ſimul ſumptis:quia vel tale totum eſt ſubſtantia vel accidens:non eſt dicēdum ꝙ ſit ſubſtātia:quia eadem ratione eſſet accidens. Nec eſt accidens:quia eadem ratione eſſet ſubſtantia. Igitur ē idem qō ſue partes. Sed in opinionem realium ſic arguitur,ſequeretur ꝙ corruptum naturaliter poſſet redire. Conſequens eſt contra Ariſtotelem.2.de generatiōe:et ſequella probatur. Uolo ꝙ ſit vna aq̄ in vno vaſe et vna gutta aque ſeparetur ab illo:iā tota illa aqua deſinit eſſe ens. Si iterum illa gutta aq̄ mittatur in totam aquam:iam illa gutta aque cum tota aqua incipit eſſe ens. Igitur corruptum poteſt redire. Dicas ꝙ authoritas illa etc.corruptū ſm ſe et quamlibet ſui partem non poteſt redire. Sed cōtra hoc replicatur,ſequeretur ꝙ homo naturaliter poteſt reſurgere:patet quia non corrumpitur ſm ſe et quodlibet ſui. Reſpondeo ꝙ non quia anima hominis non eſt naturaliter factibilis:nec trahibilis ꝑ agens naturale de materia in materiam.

Doctor ſubtilis.

Rō.1.

¶ Secunda ratio contra reales eſt, bene ſequitur. Quicquid eſt pars binarij ex materia et forma ſortis eſt pars ſortis. Et quicqd eſt ps ſortis eſt ps binarij ex materia et forma ſortis.igitur ſortes eſt idem ꝙ materia et forma. Reſpondet Dulart negando conſequentiam. Sed debet ſic argui, Quicquid eſt pars ſortis eſt pars binarij ex materia et forma et econuerſo:et omnia que ſunt partes ſortis ſunt partes binarij ex materia et forma et ecōuerſo:igitur ſortes non diſtinguitur a materia et forma. Sed tunc negatur antecedens. Nam materia et forma ſimul ſumpte ſunt partes ſocratis:nō tamē ſunt partes binarij ex materia et forma:quia nihil eſt pars ſuimet. Notabis tamen ꝙ totum non addit ſuper ſuas partes aliquam entitatem totius que ſit accidens inherens toti et nulli parti:vt putauit Dulart. Nam tunc quodlibet totum eſſet ens per accidens aggregatum inq̄ ex ſubſtantia et ex illa entitate totius. Potius igitur dicendum eſt id quod dicit Burleus,ꝙ totum diſtinguitur a ſuis partibus ſimul ſumptis per hoc quod eſt vnum:partes vero non ſunt vnum,licet faciant vnum.

Rō.2.

Burleus.

¶ Et ad quaſdam authoritates q̄s afferunt reales,quarum vna eſt. Ba.non eſt.b.et.a. Dicit Buridanus ꝙ Ariſtoteles ibi intellexit principium materiale ſe ſolo non ſufficere ad cōſtitutionem compoſiti naturalis. Sed preter illud requiritur forma. Alia eſt authoritas bis tria non ſunt ſex ſed ſemel ſex ſunt ſex. Cui dicit Buridanus ꝙ male allegatur:ſed debet potius dicere bix ſex non ſunt ſex,ſed ſemel ſex ſunt ſex. Uel ſecundo dicit Buri. Bis tria non ſunt ſex.i.bis tria nō ſunt in eodē predicamento in quo ſex. Nam ſex ſunt in predicamento quantitatis:bis tria vero in predicamento qualitatis. Nam bis tria faciunt numerum altera parte longiorem qui eſt figura que ꝑtinet quarte ſpeciei qualitatis.

Burida.

¶ Queritur circa iſtum textum: an indiuiſibile poſſit eſſe quale: de hac queſtiõe aliqua notat Marſilius primo de generatione queſtione vigeſima. Sed nos in quinqꝫ ꝓpoſitionibus lucidis diſſoluemus. Prima propoſitio. Ariſtoteles et Aue- Pria ppõ
rois (vt bñ notat in iſto cõmẽto Auguſtinꝰ nimphꝰ) tradiderunt ꝙ deus et intelligentie ⁊ anima noſtra non intelligunt per noticias ſuperadditas. Et probant hoc ꝙ decem predicamenta ſic ſe preſupponũt quia nihil poteſt eſſe quale quin ſit quantum: ſed ſm fidem ponatur prima ꝓpoſitio et intelligentia ⁊ anima noſtra intelligũt per noticias ſuperadditas: qđ patet per clementinam ad noſtros dicentem. Quicũqꝫ dixerit animam beatam videre deum ſeipſa et non per noticiam ſuperadditam hereticus eſt.

Secũda ppõ. ¶ Secunda propoſitio. Indiuiſibile habens poſitionem in continuo quod eſt punctum non poteſt eſſe quale. Probat hoc Marſilius loco preallegato: hoc modo: quia ex illo ſequeretur quãlibet rem quantumuis parum calidam eſſe infinite actiuitatis. Sit vna res pedalis calida vt vnum vniformiter: ſi quodlibet punctum eius eſt calidum vt vnum et alicuiꝰ certe actiuitatis: et ſunt infinita pũcta: igitur talis res eſt infinite actiua: qđ eſt falſum

Tertia ꝓpoſitio. ¶ Tertia propoſitio. Qualitas extenſa non poteſt reduci ad nõ quantum ſi in ea proportione qua condenſatur efficiatur intenſior: quod eſſet hoc modo. Sit caliditas pedalis et hora futura diuiſa per partes proportionales minoribus terminatis verſus finem: in prima parte proportionali vna medietas ſuper aliam replicetur efficitur in duplo denſior ille calor et in duplo intẽſior. Rurſuꝫ vna medietas replicetur ſuper aliam et erit intenſa vt decem et ſex: poſtea vero replicetˀ vna medietas ſuper aliam et fiat. 32. in fine hore remanebit in non quanto: ſi caſus ſit poſſibilis. Probo tñ ꝙ ſit impoſſibilis caſus: quia ſi talis qualitas daretur ſequitˀ aliqđ eſſe infinite intẽſum cuius nulla pars eſſet ſignabilis intenſa: vt vnum. Sequella probatur quia illa pars que erat intenſa vt vnum ante hac extẽſa erat et in infinitum eſt condenſata et in ea proportione q̃ condenſabatur: intendebatur ergo facta eſt infinite intenſa. ꝙ autem ſit falſum patet: quia quemadmodum in infinitate extenſiue ſi non eſſet ſignabilis aliqua pars quin illa eſſet infinita extenſiue: eẽt magnum inconueniens quia infinitum rectuꝫ eſſet clauſum inter duo extrema. Ita pari modo eſſet incõueniens ꝙ in infinito intẽſiue quelibet pars ſit infinite intenſa: ita ꝙ non ſit ſignabilis vnus gradus ſm intẽſionem.

Quarta ppõ. ¶ Quarta propoſitio. Qualitas extenſa bene poteſt reduci ad non quantum per cõdẽſationem factam ex ſola appropinquatione partiũ. ibi nanqꝫ ſemper ſaluatur equalis intenſio.

Quinta ppõ. ¶ Quinta propõ. Qualitas extenſa bene poteſt reduci ad non quãtum ſolo ſubiecto poſito in loco diffinitiue: vt patet de albedine que inheret corpori Chriſti in ſacramento altaris. Nam illã propriam albedinem habet illa nanqꝫ eſt non extenſa quia non habet partes extra partes et non eſt magis intenſa quam eſt in celo empireo exiſtens quantitatiue: que partes albedinis licet ſe penetrent nũq̃ ſunt in eodem ſubiecto.

¶ Circa iſtum textum dubitatˀ vtrũ aliquid poſſit diſtingui ratiõe a ſeipõ. Ad quam queſtionem reſpondeo cum Gregorio contra cõmunes primo ſenten. diſtinctione. 8. q. 2. arti. j. ponendo duas propoſitiones. Prima ſit in rigore ſermonis nihil Pria ppõ
diſtinguitur a ſeipo ratione. Qđ probatur triplici ratione. ¶ Ratio prima. Omne quo aliquid diſtinguitur ab alio ſic eſt proprium vni ꝙ non eſt cõmune Rõ. i.
vtriqꝫ diſtinctoꝝ. Sed ſi petrus diſtinguitur ratiõe a ſeipo: ſit illa ratio. a. igitur illa ratio eſt petri et nõ eſt petri: quod eſt contradictio. ¶ Secunda ratio. Rõ. 2.
Si petrus diſtinguitur a ſeipo igitur petrus eſt aliqua diſtincta et ſic non eſt vnicum ens. ¶ Tertia rõ Rõ. 3.
que ceteris eſt melior. Aliqua res propter hoc ꝙ recipit diuerſas res diſtinctas realiter non diſtinguitˀ a ſeipa. iſta patet quia lignum non diſtinguitur a ſeipſo licet nunc recipiat caliditatem nunc vero ſiccitatem: igitur eadem ratione petrus non diſtinguitˀ a ſeipo quia concipiatur a ioanne diuerſis conceptibus. Igitur nihil diſtinguitur ratione a ſeipſo.

¶ Secunda propoſitio in bono ſenſu aliquid diſtinguitur ratione a ſeipſo quia vna ratio non eſt alia: vt ratio ſedentis non eſt ratio ſtantis Propõ. 2
Sic dico conſimiliter ad autho. phi. materia prima quoddammodo eſt vnum. ſ. re: et quoddãmodo plura. ſ. ratiõe: et proportionabiliter ad ſimiles autho. phi vel aliter quia nomen ſignificãs rem ſub vna ratione non eſt nomen ſignificans rem ſub alia ratione Nomen enim ſedentis non eſt nomẽ ſtantis. Ex quo infertur apud Gregorium ꝙ omnia que diſtinguntˀ ratione diſtinguntur realiter. Nam ſolam illã diſtinctionem rationis ipſe ponit in conceptibus idem ſignificantibus ſub diuerſa connotatione: et tales conceptus diſtinguntur realiter.

¶ Poſſet in hoc textu etiam dubitari an omnia que ſunt idem formaliter in predicatione formali poſſet vnũ verificari de alio vniuerſaliter et videtur ꝙ non quia homo et humanitas ſunt ideꝫ formaliter: et tamen iſta predicatio eſt falſa homo ẽ humanitas: de falſitate illius nemo eſt qui ambiget: ꝙ tamen homo et humanitas ſint idẽ formaliter ſuadetur: quia nullus conceptus poteſt dari repreſentatiuus formalitatis quam importat ly homo quin ille ſit repreſentatiuus formalitatis quã importat ly humanitas: eſt enim eadem formalitas importata per ly homo et humanitas. Item Scotꝰ diſtin. 2. primi ſenten. inquit ꝙ ly homo et ly humanitas diſtinguntˀ ſola ratione penes modos diuerſos ſignificãdi logicales concretiue.

¶ Ad hoc argumentum reſpondetˀ ꝙ quando aliqua ſunt idem formaliter ſi predicatio formalis denotet ſolum idemptitatem formaleꝫ predicatio formalis erit vera: ſi vero preter hoc denotat aliquid aliud: qualiter denotat in hac homo ẽ humanitas erit predicatio falſa: quia denotat ibi indiuiduum eſſe humanitatẽ formaliter: quod eſt falſuꝫ. Ex quo infertur ꝙ in via realium iſte due vocales hõ eſt homo homo eſt humanitas non ſunt ſynonime.

¶ Conturbati ſunt autem poſterio- Tex. cõ.
res philoſophi quemadmodum ⁊ antiqui. ſ. Parme- 20.
nides et Meliſſus ne forte contingat vnum eẽ multa. Quia iſte textus eſt inutilis non ponam totam ſeriem eius ſed inter legendum percurrat lector vſqꝫ



…SITARIA DE GRANADA

ad illam partē q̄ ſunt vnū eſſe:vbi iam eſt tex.cō.21. Uult dicer ꝙ poſteriores philoſophi putabant vnū et multa vſq3 adeo opponi vt crederēt impoſſibile fore hoc quare cum homo albus ſit vnū nō audebant ne vnum eſſet multa dicere hō eſt albus:ſed albatur (quaſi ſingulariter dicto vno aut ente).i.vno modo (ſed multa ſunt que ſunt aut ratione aut diuiſione) tex.cō.21.Uult dicere:ſi vnū et multa ſumātur codē modo oppoſita ſunt vt vnum ratione multa ratione: ſed vnum re diuerſa ratione vt album ⁊ muſicum nil prohibet.(nō oppoſita autem ſunt.eſt .n.vnū et potētia et endelechia).i.vnum in actu et vnū in potentia Unum in actu eſt res extēſa indiuiſa : et vnum in potentia qḋ eſt res extenſa ꝑ quāto pōt in infinitū diuidi:nil ergo ꝓhibet eſſe vnum actu et plura in potentia imo infinita.Iſti ergo non predicabant hoc verbum eſt,niſi de ſola ſubſtantia vt ſocrates eſt:ſi debebant dicere eſt canus fingebant ſocrates incanuit. Itaq3 ſolam ſubſtantiā dicebant eſſe et ne plura concederent non concedebant hō eſt albus q̄ iam erāt plura cū denotet̄ ſubſtantiam ſubijci accidentibꝰ.

**Et ex quibus demonſtrāt ſoluere** non difficile eſt.) Iſte textꝰ vſq3 ad illam partē (hoc autem nihil graue eſt)perfacilis eſt.Dicit enī Parmenidē et Meliſſum peccare in forma et materia. (falſa enī recipiunt).i.aſſumunt ꝓpōnes falſas et faciunt malam ꝯñā quod dicit (et non ſyllogizantes ſunt:eſt aūt Meliſſi magis onerofa rō) quia negat principia in aſſumptione vt ꝙ ens non generat̄. Uñ non eſt graue ſi vno incōuenienti dato alia ſequant̄.

**Quod quidem igit̄ Meliſſus paralogizat** manifeſtum eſt opinatur enim accipere ſi qḋ factum eſt habet principium om̄e qm̄ ⁊ ꝙ non factū non habet principium.) Uult dicere Ariſ. Rō Meliſſi erat talis hoc eſt factum:ergo habet principiū ergo ſi non factum non habet principiū. Prima ꝯña nil valet tenendo angelos eſſe ab eterno et factos: non enim habēt principium temporis nec magnitudinis:nec generationis. Secunda ꝯña minus valet quia arguitur a deſtructione antecedētis ad deſtructionem ꝯñtis:⁊ eſt fallatia ꝯñtis. Arguit vltra:ens non eſt factū vel q2 ex ente vel ex non ente:non ſecundum q2 ex nihilo nihil fit:nec primum quia ſi ens fieret ex ente ſequeret̄ non eſſe generationē ſed alterationē. Ultra:ens nō habet principium ergo nec finē ergo eſt infinitum et immobile:q2 nō habet quo moueatur; ſed Ariſ. cauillat̄ hanc rationem.

**Amplius poſtea et hoc incōueniens:** om̄is eſſe principium rei:⁊ nō tp̄is et generationis non ſimplicis:ſed alterationis tanq̄ non momētanee facte mutationis.) Uult dicere iſte textus ꝙ aut tantum capit̄ principium vno modo.ſ.ꝑ principio magnitudinis:et ſic ſi factū eſt habet principiū falſa:vt p3 de puncto:quod quidem eſt factum ⁊ non h3 principiū magnitudinis:ſi vero loquat̄ difformiter de principio:ens nō generat̄ ergo nō habet principium temporis:equiuocationis eſt fallacia cum infra de neceſſitate loquatur de principio magnitudinis cum dicit:ens non h3 principium ergo nec finē ergo eſt infinitū:dicit litera: Poſtea et hoc inconueniens om̄is eſſe principium rei.i.cogitare ꝙ cuiuslibet rei eſt dare principium magnitudinis:cum etiā alijs duobus modis accipiatur principium ꝑ principio temporis et generatiōis. Dico generationis nō non ſubſtantialis q2 eſt momentanea et non h3 principium magnitudinis. Sed alterationis q̄ fit ſucceſſiue et habet principium magnitudinis. Item cauillatur illud ꝙ ſi eſt infinitum eſt imobile:nōne pōt dari vna res infinita q̄ in ſeipa moueat̄ : ſicut vna pars eius imo ſtat moueri in partibus et non in toto:vt p3 in celo. Item cum ſint ſex ſpēs motus cur tale infinitum non mouebitur motu alterationis.

**Quod dicit philoſophus ſub his** verbis(poſtea ꝓpter quid imobile ſi vnū eſt:ſicut.n. et pars vna cum ſit hec aque mouetur in ipa : quare non et om̄is poſtea propter quid alteratio non erit) poſtea dicit philoſophus,non poſſunt oīa eſſe eiuſdē ſpeciei quo ad formas bñ quo ad materias.ꝙ ſi ſunt diuerſe ſpeciei quo ad formas:imo multa ſunt cōtraria:neceſſe eſt ſe alterare:ergo ꝗuis ſit infinitum eſt mobile:dicit ſic Burleus. Sed diuus Thomas ait. Diſſoluit vltimum cauillū:nō ſequit̄ ens eſt infinitū ergo vnū nego ꝯñā ſi vellis ꝯcludere vnum ſpē quo ad formas:ſed bene quo ad materias:q2 omniū generabiliū et corruptibiliū materia eſt vna. Et ꝓbat ꝙ nō oīa poſſunt eē vnū quo ad formā q2 hō cū equo non idem quo ad formam. Nec cōtraria ad inuicē ſunt idem quo ad formā. Dicit ſic textꝰ (At vero nec ſpecie poſſibile eſt vnum eſſe ſed ſicut ex quo).i.quo ad materiā.(ſicut enim phiſicoꝝ quiddā vnū dicūt) Quidā antiqui dixerunt totum eſſe rei naturalis ē materia et oīa ſunt eiuſdē ſpēi:(hō nāq3 ab equo alterū eſt ſpē:et cōtraria ad inuice).ſ.differūt ſpē quo ad formas.

**Et ad Parmenidem aūt idem modus** rationum eſt:et ſi aliqui alij ꝓprij ſunt:⁊ ſolutio partim quidem q2 falſa eſt:partim aūt q2 non cōcluditur. Falſa quidem:qm̄ ſimpliciter accipit qḋ ē dici:multipliciter dicto. Non concludit aūt:quia ſi ſola alba recipiantur ſignificante vnum albo:nihilominus multa alba ſunt et non vnum. Non enim cōtinuatione erit vnum albū neq3 ratione. Aliud enim erit eſſe albo et ſuſceptibili:et nō erit extra albū nihil diuiſum. Non enim in quantum eſt ſeparabile:ſed eſſe alterum eſt albo:et ei cui ineſt. Sed hoc Parmenides nondum vidit.) Uult dicere phs ꝙ rō Parmenidis eodem modo peccat ſicut et alie ratiōes Meliſſi:et ſolutio partim quidem quia falſa eſt: partim quia non cōcluditur.i.peccat in materia aſſumēdo aliquod falſum:et peccat in forma.ſ.faciendo malā ꝯñā3. Ratio Parmenidis erat:quicquid eſt preter ens eſt non ens ſed ens et vnum conuertuntur: ergo quicquid eſt preter vnum eſt non ens.ergo tantum vnū ē. Iſta rō peccat vt dicit phs q2 accipit ens ſimpliciter:cum tamen multipl'r dicatur vtpote de ſubſtantia et accidenti:et adhuc ſi ſimpliciter dicatur: Maior eſt falſa:q2 exponit̄ ſic:omne non ens eſt nō ens:et illa eſt falſa cum ſit affirmatiua cuius nullum extremum ſupponit:Ultra et cum arguitur: ens et vnum conuertunt̄:ibi capitur ly vnum tranſcendentaliter. Et,cum infertur:ergo tantum vnum eſt : ibi capitur ly vnum numeral'r:vt valeat tātū vnica res eſt. Et ſic capit ly vnum equiuoce:q2 cum dicit in illa exceptiua quicquid eſt preter vnum nihil eſt : capit̄ ly vnum tranſcendentaliter. Et cum dicit tantū vnū eſt capit numeral'r. Ecce illa exceptiua eſt falſa ſi accipiatur ly ens pro ſubſtantia tantum,vel pro accidenti tantum,vt videbit̄. Simil'r non valet quicqḋ eſt preter vnū nihil eſt;ergo tantum vnum eſt. Nam

ſuppoſito ꝙ om̄ia ſint alba: et ſola alba ſint: et ly albū dicat̄ vno modo: et ſit vniuocū: ad oīa alba: nō ſequit̄ quicquid eſt preter album eſt nō albū: et nō albū eſt nihil: non ſequitur ꝙ albū ſit vnū tantum: q2 albū nō eſt vnū cū ſit continuum et habeat plures partes. neq3 eſt vnū ratione: qm̄ alia ratio albi et alia ratio ſuſceptibilis. et tamen nō erit aliquid preter albū quaſi ab eo diuiſum. Non eſt enim aliud albū a ſuſceptibili quia album ſit ſeparabile a ſuſceptibili. Sed ſolum volumus dicere ꝙ alia ē ratio albi et alia eſt rō ſuſceptibilis: ita ꝙ albū et ſuſceptibile ſunt vnū ſub iecto ſed differunt ratione. Hoc tamē dicit Parmenidem non caluiſſe.

Tex.cō. 26. ¶ Neceſſe igitur accipere non ſolū vnum ſignificare quid eſt: de quo vtiq3 predicetur: ſed et quod vere eſt et quod vere vnum eſt: accidēs enim de ſubiecto quodam dicitur. Quare cui accidit quod eſt non erit. Alterū enim eſt ab eo quod eſt: Erit itaq3 aliquid cum non ſit. Nō itaq3 inerit aliū exiſtens quod vere eſt. Non enim erit ens aliquod ipi: niſi multa quod eſt ſignificet: ſic ꝙ ſit aliq̄d vnūquodq3. Sed ſupponitur quod eſt ſignificare vnū.) Probat Ariſto. ꝙ in hac ꝑpōne quicquid eſt preter ens ē non ens: ſi ly ens ſumat̄ vno mō ſolum debet ſignificare ſubſtantiā: ita ꝙ ſi debeat ſignificare vnum nō debet eſſe accidens. Nam ſequuntur duo cōtradictoria vera: ſequit̄ enim tale ſubiectum non eſſe ens: et ſequitur ꝙ ſit ens: q2 cum accidens inhereat alteri illud debet eſſe: et ſic ſequitur ꝙ ens eſt non ens. Et hoc dicit phs ſub his verbis. Non itaq3 inerit. ſ. accidens. (Aliū exiſtens). i. exiſtenti quod vere eſt niſi ly ens ſignificet multa. (Nō enim erit ens aliquod ipi). ſ. accidenti ſubiectum. (Sed ſupponit̄ ꝙ eſt ſignificare vnū). i. Parmenides preſupponēdo veritatem hui9. Quicquid eſt preter ens eſt nō ens: ſupponit ly ens ſignificare vnum.

Tex.cō. 27. ¶ Si igitur quod vere eſt nulli accidit: ſed illi aliquid magis ꝙ vere eſt ſignificat quod eſt: q̄ ꝙ non eſt. Si enim erit qḋ vere eſt idē et albū: albo aūt eſſe nō eſt qḋ vere eſt. Neq3. n. accidere ipſi poſſibile eſt quod eſt. Neq3 enim qḋ eſt: ē qḋ vere eſt. Non ergo quod eſt: eſt quod album eſt. Non ſic autē ſicut cum aliquid non ſit: ſed omnino non ſit. Qḋ vere itaq3 eſt non eſt. Verum enim eſt dicere qm̄ albū eſt. Hoc aūt nō quod eſt ſignificauit. quare ſi et albū ſignificat qḋ vere eſt multa: ergo ſignificat qḋ eſt) Vult dicere phs ꝙ neq3 etiam per ly ens poteſt intelligi ſubſtantia tantum: ſi enim ſubſtātia q̄ vere eſt nulli accidit: ſed illi aliquid magis. ſ. inheret (Qḋ vere eſt ſignificat quod eſt) eſt concludit. i. magis ly ens ſignificabit ſubſtantiam q̄ accidens (q̄ quod nō eſt). i. magis ſubſtātia ſignificabit̄ per ly ens q̄ ꝑ ly non ens: quare in hac ꝑpoſitione, quicquid eſt p̄ter ens eſt non ens magis ſtabit ly ens pro ſubſtantia q̄ ꝑ accidenti. Sed hoc non poteſt ſtare: nam volo ꝙ illa ſubſtātia ſit alba qḋ dicit ſub his verbis (ſi enim erit qḋ vere eſt idē et album) albo autem eſſe nō eſt quod vere eſt neq3. n. accidere ipſi poſſibile eſt qḋ ē) ꝓbat ꝙ album non ſit ſubſtantia qm̄ accidit alteri. (Neq3 enī quod eſt eſt qḋ non vere eſt) qm̄ tantum poſuiſti ſubſtantiam eſſe (non: ergo qḋ eſt eſt qḋ album eſt) ideſt: ergo album eſt non ens. (Non ſic aūt ſicut cum aliq̄d non ſit). ſ. ipſum accidens (ſed omnino nō ſit) vult dicere ꝙ ſm̄ hanc ſententiam ꝙ accidēs nō ſolum non eſt ſubſtantia: ſed neq3 ens. Concludit ꝙ) vere itaq3 eſt non eſt) ſequit̄ ꝙ ſubſtantia eſt nō ens: et ſi petatur quare (verum enim eſt dicere qm̄ albū eſt) ideſt quoniam ſubſtantia eſt alba: et album nihil eſt ergo ſubſtantia nihil eſt. (Hoc autem non qḋ eſt ſignificabit) Hoc autem. ſ. album. Quare. ſ. ſi ad cuitandum hoc in conueniens dicamus ꝙ vere ens non ſolum ſignificat ſubſtantiam ſ3 et album. Sequitur ꝙ ens multa ſignificet: et ita non erit tantum vnum eſt ens.

¶ Neq3 igit̄ magnitudo erit quod eſt: ſi quidem quod vere eſt: eſt quod eſt. Vtriq3 enī alterum eſt eſſe partium. Quod aūt diuidit̄ quod vere eſt: in quod vere eſt aliquid aliud ratione manifeſtum eſt: vt homo ſi eſt quod vere eſt aliquid neceſſe eſt: et animal quod vere eſt aliquid eſſe et bipes. Si enim non qḋ vere eſt aliquid eſt: accidentia erūt Aut igit̄ hōi aut alij alicui ſubiecto. Sed impoſſibile eſt. Accidens. n. dicitur hoc aut qḋ contingit eſſe et non eſſe aut cuius eſt in rōne hoc cui accidit: vt ſedere quidem ſicut ſeparabile. In ſimo aūt eſt rō naris: cui dicimus accidere ſimum. Tex.cō. 28.

¶ Amplius queq3 in diffinitiua rōe in ſunt: aut ex quibus ſunt in ratione horum non eſt ratio toti9: vt in bipede ratio hominis. Aut in albo que eſt albi hominis. Si igitur hec hunc habēt modum: et hōi accidit bipes: neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. Quare contingit vtiq3 non bipidem eſſe hominem: aut in ratione bipedis inerit hominis ratio. Sed impoſſibile eſt. Illud enī in illius ratione inē. Si aūt alij accidunt bipes et aīal: et non eſt vtrūq3 quod vere eſt aliquid: et homo vtiq3 erit accidentium alteri. Tex.cō. 29.

¶ Sed qḋ vere eſt ſit accidens nulli: et de quo ambo et vtrūq3 et quod eſt ex his dicatur. Ex indiuiſibilibus itaq3 eſt omne.) Vult dicere phs ꝙ ſi ens vnum tantum ſignificat non ſolum non poterit eſſe accidens cum ſubiecto: ſed neq3 etiam poterit eſſe magnitudo: quia omnis magnitudo eſt diuiſibilis in partes et ſic ſequitur ꝙ illud ens vnum non ſit ſubſtantia corporea: et hoc dicit in tex. cō. 28. ſed a tex. cō. 29. vſq3 ad textū cō. 30. hanc ſententiam ponit in qua vult dicere ꝙ poſita ſubſtantia diffinibili neceſſe eſt ponere plures ſubſtantias ſm̄ rationem. Quod dicit ſub his verbis (qḋ aūt diuiditur quod vere eſt in quod vere eſt aliquid aliud ratione manifeſtum eſt: vt homo ſi eſt quod vere eſt aliquid neceſſe eſt et aīal qḋ vere eſt aliquid eē et bipes.) Quod aūt animal et bipes debeant eſſe ſubſtantie ſm̄ rōnē probatur: quia da oppoſitum ſunt accidentia vel ergo ſeparabilia vel inſeparabilia: Nō primum vt patet: ergo ſecundum. Et ſi ſecundum, arguit Ariſto. ſic. Nunq̄ diffinitio neq3 pars diffinitionis poteſt diffiniri per diffinitum: Alioqui diffinitio non procederet ex notioribus: ſed ſi ille partes diffinitionis ſunt accidentia inſeparabilia: ergo diffinirētur per ſubiectum et per conſequens per diffinitum: ergo non poſſunt eſſe accidentia hominis. Si autem dicas ꝙ ſunt accidentia alterius ab homine animal et bipes igitur homo erit accidens alteri qḋ eſt falſum. Probatur ſequella: quia de quocunq3 dicūtur partes diffinitionis copulatiue quod dicit in his verbis (et de quo ambo). ſ. ſeorſum. et vtrūq3. ſ. per ſe. et quod eſt ex his dicatur. i. tota diffinitio dicet̄ et iſta dicit̄ de accidenti: ergo et homo. Concludit phs ſi nō ſunt Tex.cō. 30.

partes quātitatiue necꝫ partes magnitudinis necꝫ
rationis: igitur omne ens erit indiuiſibile.

Dubitaꝛ ā aliquod eternū ſit factum

¶ Duplex dubium ſe offert. Unum
ſi eternum poteſt eſſe creatum vel factum. Secūdū
an vna parte mota ſtat totum quieſcere.

¶ ꝙ celum non eſt factū in via Ariſ.

Doctor ſubtilis.

Et tamen habet principium: circa quod eſt queſtio
in via Ariſtotelis et Auerrois: vtrum intelligentie
et celum ſempiterni poſſunt eſſe facti: Ad quod du-
plex ē opinio. Prima doctoris ſubtilis diſtin. 8. pri-
mi ſenten. q. 2. opinantis ꝙ celi ſunt facti ab intelli-
gentijs q̄uis ſint eterni.

Grego. ariminē.

¶ Secunda opinio ē Gregorij ari-
min. in. 2. diſtin. i. arti. i. opinantis ꝙ celum ⁊ intelli
gentie cum ſint eterni non poſſunt eſſe facti. Moti-
ua ſcoti ſunt autho. Auerrois preſertim vna inter ce
teras que ponitur in li. de ſubſtantia orbis. c. 2. vbi
dicit Auerrois ꝙ qui dixerit Ariſt. tenere intelligē
tiam ſolum eſſe cauſam mouentem celum ⁊ nō agen
tem erraret: igitur intelligentia eſt cauſa efficiens
celi igitur celū eſt factum apud Ariſt. ad hanc auc
tho. Reſpondet Gregoriꝰ premittendo ꝙ duplex
eſt agens. Quoddā eſt agēs ꝓprie: ⁊ aliud eſt agēs
ſimilitudinarie. Agens proprie eſt quod efficit rem
aliquam. Agens vero ſimilitudinarie eſt ꝙ dat eſſe
ipſi rei ſpecificū: ⁊ ꝓprias qualitates. Qualiter for
ma ignis dat igni eſſe cuius eſt pars faciendo ipſum
eſſe calidum et ſiccum atꝫ habere eſſe tale vel tale
eſſe ſpecificum. Sed replicatur ſic a Gregorio ge-
nerationes et corruptiones ſunt ab eterno ⁊ tamen
ſunt facte. Maior nota eſt ex pho. i. de generatio
ne. Et minor probatur ꝙ de quacunꝫ generatione
verum eſt dicere ꝙ illa eſt facta. Ad hoc dicit Gre
gorius ꝙ ab eterno fuit generatio ⁊ tamen nulla ge
neratio fuit ab eterno: et ideo nō ꝓbat ꝙ aliquid per
petuo ſit factum. Sed contra hoc replicaꝛ: motus lo
calis celi eſt cōtinuus et perpetuus et tū̄ eſt factus.
Reſpōdeo: quicquid dicat Gregorius ꝙ nō eſt in-
conueniens apud Ariſtotelem concedere aliquod
perpetuum eē factum quia illud erit factum ex ali
quo. i. in aliquo ſubiecto preſuppoſite puta in celo: ⁊
de angelo ꝙ fieret ex nihilo: nego: quia fieri ex nihi
lo dicit duo. Primuꝫ ꝙ fiat nullo ſubiecto preſuppo
ſito. Secundum ꝙ habeat eſſe poſt non eſſe.

¶ Rurſum dubitatur an intelligen
tie cum ſint perpetue ſint facte. Ad quod dicit ſcotꝰ
ꝙ ſic. Oppoſitum tenet Gregorius ꝓpter rōnem
precedentem. Et ſcotꝰ moueꝛ vna authoritate auer
rois. 12. metha. vbi dicit auerrois: ꝙ pria cauſa reſpe
ctu intelligentiarum habet ſe ſicut intellectū reſpe-
ctu intelligentis. Sed ſic eſt ꝙ intellectū qd̄ eſt obie
ctum habet cauſare noticiam intelligēti: ergo eodē
modo prima cauſa cauſat noticiam intelligentie: ſꝫ
noticia intelligentiaꝝ eſt idem qd̄ intelligentia er-
go prima cauſa cauſat intelligentiam. Ad hoc dicit
Gregorius ꝙ ſm̄ ariſtotelem et cōmen. Noticia in
telligentiaꝝ eſt idem ꝙ prima cauſa: ſed noticia pri
me cauſe eſt idem ꝙ prima cauſa: quare dixit ꝙ aue
rois intellexit intellectū ſe habere ſicut prima cau
ſa reſpectu intelligentiarum. ideſt ſicut noticia eſt
cauſa formalis intelligentie: ita prima cauſa eſt per
ficiens reſpectu intelligētiarum. Unde nō te lateat
tertio de aīa cōmenta. pluries capere intellectum
pro intellectione.

¶ Dubitatur an aliqua parte mota
ipſum totum moueatur. Ad quod reſpondeꝛ primo
notando ꝙ duplex eſt motus: quidam eſt motus ſim
plex: alius eſt motus cōpoſitus. Motus compoſitus
eſt qui participat diuerſis ſpeciebus motus: vt ſi eēt
vnus aer pedalis qui rareſieret ille ſimul moutereꝛ
duplici motu: videlicet motu locali q2 occupat ma-
iorem locū. Et motu alterationis qui eſt rarefactio.
Nam rarefactio motus alterationis eſt: cum ordi-
netur in raritatem que eſt qualitas: vt Ariſtoteles ī
predicamento qualitatis. Alius motꝰ poſſet eſſe cō-
poſitus participans ex aſcenſu et deſcenſu: et talis
motus eſt lateralis per lineam planam. Dicit enim
Petrus de aliaco ſuper ſpheram: ꝙ omne quod mo
uetur per partem quantumuis planam partim aſcē
dit et partim deſcendit: quod ſic perſuadetur. Sit
vna linea lateraliter ſupra centrum mundi: et ſit. a.
b. c. centrum vero quod ſit infra illam ſit. d. clarū eſt
a. d. c. d. maiores eſſe. b. d. facio om̄es lineas rectas
eſſe: quapropter ſi aliquid moueatur ab. a. vſꝫ in. b.
appropinquabit centro et deſcendit. a. b. vero vſꝫ
in. d. elongabitur a centro et aſcendit. ¶ Alius eſt
motus ſimplex et eſt motus per lineam rectā et cir-
cularem non amplectens diuerſas ſpecies motus: ⁊
iſte eſt ſimplex a medio tantum qui eſt per ſemidia-
metrum mundi aſcendendo. ad medium tātum qui
eſt per ſemidiametrum mundi deſcendendo. circa
medium qui eſt circulariter circa centrum mundi.
Dicit ergo Burleus ad hāc queſtionem ꝙ ſi aliqua
pars alicuius totius moueretur motu locali mixto:
non propterea totum mouebitur motu locali. Nam
ſi ſit vnus aer bipedalis et eius vna medietas rareſi
at reliqua ī mota manēte licet vna medietas mouea
tur motu locali quia mixtus eſt nō propterea moue
bitur totum motu locali. Et ſic arguiꝛ: totum eſt in
alio loco q̄ fuerat: igitur mouetur motu locali. Re-
ſpondeo negādo ꝯn̄am: ſed ſolū ſequiꝛ ꝙ totum mo-
uebitur motu locali ſm̄ partem. Dico preterea ꝙ ſi
aliqua pars alicuius totius mouetur motu laterali
nō propterea totum mouebitur motu laterali vt pa
tet de medietate virge flexibilis: ſi tamen aliqua ps
alicuius totius moueatur motu locali ſimplici totuꝫ
mouebitur illo motu. Et ſic intelligiꝛ illud. 5. phiſi.
Continua ſunt quorum motus eſt vnus: quod intelli
ge de motu locali ſimplici.

¶ Quidam autem rationibus vtriſ-
cꝫ acquieſcunt. Huic quidem quoniam omnia vnuꝫ
ſunt ſi quod eſt vnum ſignificat quoniam eſt et quod
non eſt. Ei autem qui deciſione indiuidas facientes
magnitudines. Vult dicere poſtq̄ philoſophus ſol
uit et impugnauit rationes Parmenidis: hic ponit
poſitionem quorundam qui predicta inconuenien-
tia concedebant. Prima ratio Ariſtotelis in Par-
menidem erat ꝙ nō requiritur omnia eſſe vnum ex
diuerſitate ſubiecti et accidentis: et dicebat ad hoc
inconueniens ꝙ non ens eſſet ens. Dixit Plato ꝙ de
facto hec eſt vera: non ens eſt ens qm̄ accidens eſt
non ens licet ſit aliquid quare concedit omne quod
eſt preter ens ideſt ſubſtantiam eſt non ens: ſed non
omne quod eſt preter ens eſt nihil: ⁊ propter hoc nō
ſequebatur ꝙ omnia ſunt vnum. Sed alteri rationi
que dicebat ad hoc ꝙ magnitudo eſſet indiuiſibilis
omnino acquieſcebat concedens corpora termina-
ri et componi ex ſuperficiebus et ſuperficies ex li-
neis et lineas ex punctis que vere falſa ſunt et a ve

Tex.cõ. ſi. ritate aliena.( Manifeſtum autem eſt: et quoniam non verum eſt: ꝙ vnum ſi ſignificat quod eſt: et non poſſibile eſt ſimul contradictionem eſſe: non erit nihil quod non eſt: nihil enim prohibet quod non eſt non ſimpliciter eſſe: ſed nõ ens aliquid eſſe quod nõ eſt.) Vult dicere philoſophus Plato arbitrabatur ꝙ ens diceretur de ſola ſubſtantia quare dicebat ꝙ ſi accidens eſſet ens eſſet ſubſtantia et non ſubſtantia dicit philoſophus quamuis hec duo ſupponãtur ſcilicet non dari contradictoria vera et ens ſignificare vnum non tamen propterea accidẽs eſt nihil. Nihil enim prohibet ꝙ non eſt ideſt accidens non eſſe ſimpliciter ens ſed ſcilicet nõ oportet non ens aliqd ideſt non ſubſtantiam appellari abſolute nõ ens. Dicere igitur extra ipſum quod eſt niſi aliquid erit aliud vnum omnia eſſe inconueniens eſt: quis enim addiſcit ipſum quod eſt niſi quod vere eſt aliquid ſit: ſi autem hoc nihil prohibet multa que ſunt eſſe ſicut dictum eſt: ꝙ quidem igitur ſic vnum eſſe quod ẽ impoſſibile ſit manifeſtum eſt. Vult dicere. dicere ꝙ ly ens ſolum ſignificat ſubſtantiam et ſic neceſſario omnia ſunt vnum eſt falſum quia poſſunt eſſe plura quo ad partes vel ratione ⁊c.

¶ Dubitatur circa illum textum (at uero nec ſpecie poſſibile eſt omnia vnum eſſe ſed ſicut ex quo) dubitat Paulus venet⁹ an diſtinctio ſpecifica ſumatur ex forma ⁊ arguitur ꝙ non quia caput cor et cerebrum ſunt diuerſarum ſpecierum, vt Auerrois. 6. phiſicorum et tamen non habent diuerſas formas tenendo ſaltem ꝙ eſt vnica anima in homine: item caliditas et frigiditas differunt ſpecie et non per formas ſuas: quia non habent formas cũ forme non ſit forma contrarium colligit̃ hic de mente Ariſtotelis: quia homo et equus differunt ſpecie non per ſuas materias: ergo per ſuas formas. Hic nota ꝙ differentie materiales vel accidentales que differunt intenſo ⁊ remiſſo non variant ſpeciem. Ponit Exemplum Philoſophus de maſculinitate et femininitate que differũt calore cordis magis vel minus intẽſo. Alie differentie eſſentiales vel formales faciunt differre ſpecie. Sic dico ad primam rationem ꝙ differunt illa per alias formas partiales. Ad ſecundam licet non differant forma partis differunt forma totius. i. per illas quidditates ⁊ dr̃ias contrahentes gen⁹. Secundum dubium vtrum diſtinctio numeralis ſumat̃ ex materia et videt̃ ꝙ non qꝛ intelligentie differunt ſpecie duodecimo meta. ergo differunt numero et non per materiam. Item albedo et dulcedo lactis differunt numero et non ex materia cum ſint in eadem materia. Oppoſitum philoſoph⁹ 5. meta. quecunqꝫ ſunt vnum numero: illud eſt per materiam. Notãdum ſm philoſophum. 7. meta. ꝙ ẽ triplex materia ſenſibilis ĩtelligibilis et rõnis. Prima eſt ſubiectum tranſmutationum nãlium. Materia intelligibilis eſt quantitas conſiderata abſqꝫ materia ſenſibili. Materia rationis eſt indiuiduũ ſeu ratio indiuidualis vnde primo celi qui dicit celum dicit formam qui dicit hoc celum dicit materiam: dico ergo ꝙ omnis diſtinctio numeralis capiendo numerum tranſcendenter eſt per materiam ſenſibilem intelligibilem vel rationis duo calores in diuerſis materijs differunt numero per materiam ſenſibilẽ due albedines in duabus quantitatibus hoſtiarum conſecratarũ differunt numero ex materia intelligibili, Due intelligẽtie differunt nũero ex materia rõnis que eſt Hecceitas; et per hoc patet reſponſio ad rationes.

¶ Sicut autem phiſici dicunt duo modi ſũt: hi quidem. n. vnũ facientes quod eſt corp⁹ ſubiectum: aut trium aliquod: aut aliud qđ eſt igne denſius aere autem ſubtilius: alia autem generant raritate et denſitate multa facientes. Hec autẽ ſunt contraria vniuerſalr̃ autem excellentia et defectus ſicut magnum dicit plato et paruũ: niſi ꝙ hic q̇dem hec facit materiam vnum autem ſpeciem. Alij vero vnum quidem ſubiectum materiam contraria aũt dr̃ias et ſpecies: quidam autem ex vno inherentes ſegregant quemadmodũ Anarimandros dixit et q̃cunqꝫ vnum et multa dicunt eſſe: ſicut Empedocles et Anaxagoras. Ex comixtione namqꝫ ſegregant alia. Differũt autem ab inuicem eo ꝙ hic circulationem facit horũ hic autem ſemel: et hic q̇dem infinitas ſimiles partes ⁊ cõtrarias. Ille vero vocata elementa ſolũ. Vult dicere ariſt. Circa iſtum textum ꝙ relictis opinionibus nõ nãliter loquentiuꝫ: ſꝫ negãtium principia vtpote motum inter phiſicos. i. eos qui naturaliter loquunt̃ due ſunt opiniones. Prima ẽ q̃ vnum tantum principiũ ſubiectum. i. mãle conſignat in quo diuerſificantur quia aliqui aliqđ triũ elemẽtorũ. Aliqui mediũ inter ignem et aerẽ qđ eſt igne denſi⁹ aere ſubtilius vt vapor et exhalatio reliqua ab iſtis ſ. medijs generant raritate et denſitate multa faciẽtes. Nam ſi tale medium rarefiat fit ignis: ſi condenſetur aqua et reliqua. Rarum autem et dẽſum ſunt contraria: ⁊ reducuntur ad queddam contraria vniuerſaliora. ſ. ad excellentiã ⁊ deffectum. Nã rarum eſt qđ habet parũ de materia: ⁊ denſum quod habet multũ de materia: ⁊ cõcordabant cũ Platone quodã mõ qui ſtatuebat ꝓ principijs magnum ⁊ paruũ niſi ꝙ erat diſcrepantia: ꝙ magnũ ⁊ paruũ dicebat ſe tenere ex ꝑte materie. Ponebat enim vnam ideã tanꝗ principium formale participatã a diuerſis ſm diuerſitatẽ materie. Antiqui ꝟo naturales ponebãt cõtrarietatem ex parte forme ⁊ ponebant vnũ principiũ materiale: ex quo multa conſtituunt̃ ſm diuerſas formas. Quiddam autem ponebant principium vnũ chaos, vt Anaximãdros: ⁊ ex illo ſegregabant inherentes contrarietates cõfuſas. Empedocles vero ⁊ Anaxagoras ponebant magis eſſe principium illa multa q̃ ſunt comixta in illo chaos. Differũt autẽ Empedocles ⁊ Anaxagoras eo ꝙ empedocles mũdũ millies ĩmo infinities generat et corrũpit lite generat amicitia corrũpit: ſꝫ Anaxagoras ſemel dicit genitũ nec ãpli⁹ corrũpi: ⁊ Anaxagoras ponit ꝑncipia infinitas ſil'es ꝑtes ⁊ ꝯrias: ſꝫ Empedocles ſolũ ponit ꝑncipia vocata elemẽta.

¶ Dẽſitas et raritas ſunt terĩa quo et ad quẽ generationis cuiuſlibet entis naturalis in mixtis tñ Ariſtoteles credit, metheororũ. 4. ſemꝑ terminum ad quem fore dẽſitatẽ: quia omnia mixta fore conſtantiora et denſiora: quod intelligendũ eſt circa partes aqueas. Nam mixta in quib⁹ aqua maxime dominatur fiunt ſpiſſiora per maturationem vt pꝫ de amigdalis que fiunt groſſiores in ſuis partibus interioribus cũ maturant̃. Sed mixta circa partes terreſtres fiunt ſubtiliora cum maturantur: vt pꝫ de caſtaneis et glandibus q̃ ĩmature ſunt maxime dure: mature vero fiũt molliores Omnia igit̃ mixta fiunt denſiora et conſtantiora circa ꝑtes aq̃as ſubtiliora vero circa partes terreſtres,

¶ In mundi exordio ſm fidē catholicā, res hoc mō diſponebanť. Primo nāqꝫ duo creabanť. ſ. celum et terra: ꝑ celum intelligendo nām angelicā: ꝑ terrā aūt materiam primā quam noīe terre appellauit Moiſes denotans ſuam ruditatem et impꝯfectionē. Uel per celū intelligēdo celū empireū vt dicit Bonauētura ꝙ celum eſt tanꝙ ſedes beatoꝝ terra autē erat inanis et vacua: quod nō intelligas vt bene dicit magiſter ſentē. diſtin. 12. ſecundi: ꝙ illa materia careret forma: ſed potius intellige ꝙ illa materia carebat diſtinctiōe et ſeparatione formaꝝ atqꝫ venuſtate: ⁊ ideo dicebatur velut chaos: ⁊ ideo dixit textus. Tenebre erant ſuper faciem abiſſi: vocat abiſſum illam materiam multiplicitate formaꝝ cōfuſam: q̃ tenebre: q̃ nondum erat lumen: et ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas: vocat aq̄s materiam illam ſic dilapſam: quam dicit magiſter ſenten. (Nihil temere aſſerendo) diſtendi vſqꝫ ad locum vbi eſt firmamentū. Poſtea vero dicit ꝙ ſpūs dñi ferebatur ſuper aquas. i. voluntas dñi ferebať ſuper illā materiā volendo illam diſtinguere et ſeparare. Beat⁹ tñ Auguſtinus libro primo ſuper Geneſim ca. 4. credidit oīa ſimul eſſe facta neqꝫ fuiſſe ibi aliquā diſtictionem dierū corporaliuꝫ: ſed credidit illos dies fuiſſe ſpūaliter intelligendos. Oppoſitum tñ tenent beatus Hieronymus, Gregorius, et Beda tenētes textum ſacre ſcripture intelligendū eſſe literal̄r ſm ꝙ Moiſes philoſophabať. Prima die lux fuit creata vt dicit magiſter ſenten. ea parte qua nunc eſt quartum celum et illa lux voluebať per tres dies ab oriēte in occidens: et fecit tres dies naturales: et prim⁹ dies ei⁹ inchoauit a veſpere et nō a mane. Et vt inq̄t ſanctus Bonauentura diſtin. 12. ſecundi ſenten. greci computant ſuos dies a mane vſqꝫ in mane ꝓpter ortū ſolis. Aſtrologi a media die vſqꝫ ad mediā diē. Catholici a media nocte vſqꝫ ad mediam noctē. Hebrei vero a primordio noctis vſqꝫ ad alid primordium noctis. Sed querit magiſter ſenten. quomodo illa lux potuit penetrare in illam abiſſum. Reſpōdeť a magiſtro ꝙ ſicut naute ſolēt ſumpto oleo in ore proijcere quādo ſunt ſummerſi ī mari et illuminare mare. Ita pari modo illa lux illuminabat illam abiſſuꝫ In ſecunda die non dixit: vidit deus ꝙ eſſet bonum quia binarius eſt numerus diſcordie ⁊ primus quia ab vnitate eſt diuiſibilis: obidqꝫ numerus peccati. ⁊ dixit: Fiat firmamentū in medio aquarū et diuidat aquas ab aquis. i. fiant celi omnes qui ſunt ſub empireo et aque quedam infra celos congregentur: quedam vero alie ſupra celos quas quidem aquas imaginatur magiſter cōcretas ſicut ſunt lapides criſtallini quas ſuperius poſitas eſſe credimus, vt fortius reflectatur lumen ſolis ad nos. Tertia aūt die dixit deus congregentur aque que ſub celo ſunt in locum vnum. i. in tres quartas terre. Nam ſm opinionem coſmographoꝝ tres q̄rte terre ſunt cooperte aqua: et ſola vna eſt diſcooperta. Dicit etiaꝫ appareat arida. i. diſtinguatur hec materia prima ab illa cōfuſione et per hos tres dies ſola illa prima lux illuminauit. in quarta die dixit deus fiant luminaria in firmamento celi: intellige tu. i. in celo: ſumēdo celum pro aggregato ex ſeptem orbibus planetaꝝ et a firmamento et ſint in ſigna tempora dies ānos: ſigna quia ſtelle ſigna ſerenitatis: ⁊ tempeſtatis et bene fortune: aut male fortune nati. ſigna quidē vt dicit Uirgilius. 2. georgicorū loq̄ns de luna. Pallida ſepe pluuia rubicūda flat; alba ſerenat. et ad idē verg. Si vero ſolem ad rapidū nubeſqꝫ ſequentes inſpexeris nunꝙ te craſtina fallet hora. et tempora: q̃ licet ante ſolis creationē fuiſſet temp⁹ non tñ diſtinguebať in horas: et minuta ſicut poſt creationē ſolis. Quinta vero die facte ſunt aues: et piſces ex aqua. Ubi diligēter annota ꝙ in auibus aqua dominatur quo ad humiditatē eo ꝙ veſica careant: et id ꝙ aīalia emittunt per vrinam ipſe emittūt in plumas: obidqꝫ vr̄ ꝙ rōnabiliter ſint facte ex aquis. Sexta vero die ꝓduxit terra animalia, atqꝫ dixit de⁹ faciamus hominē. et cetera. Produxit aīalia terreſtria q̃ cū abūdēt in calore et ſanguine in aqua ſuffocarētur. Dicit. n. philoſophus. 1. de. gene. cap. de mixtiōe ꝙ locus mixtoꝝ ē facies terre q̃ quemadmodū mixta ſunt tēperata ita facies terre eſt loc⁹ tēperātior q̃ ibi cōcurrunt quattuor elementa: et radij ſolares temperantes terrā. Deinde dixit faciamus hominem ad imaginē et ſimilitūdinem noſtram vt preſit piſcibus maris. Ubi nota ꝙ homo eſt fact⁹ ad imaginem et ſimilitudinē dei. Duobus modis q̃ in homine eſt vna aīa et tres potētie quemadmodum in diuinis vna eſſentia et tres perſone. Secundus modus ꝙ quēadmodum pater ꝓducit filium et ābo ſpirant ſpiritū ſanctum. Ita intellectus producit notitiam: et intellectus et notitia cauſant volitionē. Eſt autem hō microcoſm⁹ q̃ in eo ſumatū ē totū vniuerſuꝫ nāqꝫ eſt reperire in eo corpus quod conueniat cum corporibus: et aīam q̃ conueniat cū ſpiritualib⁹. Dantur quttuor hūores quibus conueniat cum elemētis. Cor quo conueniat cū ſole: q̃ quēadmodū ſol ſuis radijs oīa viuificat ita cor omnib⁹ membris dat vitam ꝑ ſpirit⁹ vitales. ¶ Dicit textus vltra vt preſit piſcibus maris vbi notandum ꝙ ſi homo ꝑmanſiſſet in ſtatu innocētie oīa reliqua animalia ſibi obedirēt: ſed poſꝙ cecidit ab illo ꝑ peccatum non manſit dñs. ¶ Dicit preterea textus. 7. die requieuit. Quod nō intelligas ꝙ poſt. 7. diem nihil ſit operatus. Nam Joannes. 15. diciť a perſona Chriſti. Pater meus vſqꝫ nunc operať et ego operor illud. Quia oꝑa trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. Dicēdum cum magiſtro ſenten. ꝙ illud eſt intelligēdū. 7. die requieuit ſi lꝫ ab oꝑe diſtinctiōis et ſpecificationis illius chaos vel requieuit a prime ua formatione ſpecierū: non tñ ab illaꝝ operatione. Nam deus cū operantibus ſemper operatur. ¶ Nota ꝙ ab aqua actione ſolis eleuať vna ſubſtantia ſubtilior aqua et groſſior aere et eſt vapor calidus ꝓpē eleuans quod eſt ſol: humidus vero ratione materie vnde eleuatur que eſt aqua. Uapor eſt materia omnium impreſſionū aquearū: ita ꝙ ſi iſte vapor inſpiſſetur in media regione aeris erit nubes. Nubes enī nihil aliud eſt ꝙ̄ vapor inſpiſſatus. Si vero amplius condenſeť fit aqua: ſi vero ampli⁹ condenſeť fit nix: et magis adhuc fit grando. Aliud eſt mediū inter ignē et aerē tale ē exhalatio. Hec. n. eleuať a terra ⁊ rōne eleuantis ſolis ē calida. Et rōne illi⁹ vñ eleuať eſt ſicca. Et eſt materia omniū impꝛſſionū ignitarum. Si enim aſcendat ad ſuperficiem cōcauam medie regionis aeris et nō penetrat in illam fit vent⁹: ſi vero penetret in illam cauſatur tonitruū: more vapoꝝ cō tentoꝝ in caſtaneā q̄ ſaltat ad ignē poſita ſi non ponatur fracta qđ ꝯſeuenit q̃ vapores tñ diſtēdunt vt cortex caſtanee non capiat illos: et ideo cortice corrupto ſaltat. Sic ē de exhalationib⁹ appetētib⁹ exire a nube a qua circundantur. Si vero aſcendat ad ſupremam regionē aeris igniť et fit cometa qui eſt flāma ardens illarum exhalationum.

De elemēti pdominio.

¶ Querit hic an in quolibet mixto ſit aliquod elementum predominans. Ad quam queſtionem reſpōdetur per aliquas propoſitiones.

Pria ppō.

Prima propoſitio. In quolibet mixto debet aliquod elementum predominari. Iſta propoſitio probatur authoritate philoſophi ſecundo de generatione dicentis ꝙ non eſt dabile equale ad pondus .i. aliqua res naturalis que nō ſit magis calida ꝙ̄ frigida. Immo aliqđ illoꝝ debet habere a predominio. Secunda ratio: quia dicit philoſoph⁹ primo celi tex. cō. 7. in quolibet mixto aliqđ fore elemētum predominans.

Secūda ppoſitio.

¶ Secunda propoſitio. Talis elementi predominatio hoc modo intelligitur: ꝙ actiuitas eius maiorem habet proportionem ad reſiſtētiam aliorum quaꝫ habeat actiuitas aliorum ad reſiſtentiam ipſius. Ita ꝙ ipſum habet ad reliqua proportionem quadruplam: reliqua vero ad ipſum duplam. Quod ſit hoc verum patet: quia ſi omnia elementa haberent inter ſe equales proportiones: ita ꝙ a quanta ꝓportione actiuitas vnius agit in reſiſtētiam alterius a tanta ꝓportione aliud ageret in reſiſtentiam ipſius non fieret aliquod mixtum. Sed ſola fieret locorum tranſmutatio. Nam ſi a quāta proportione ignis agit in aquā a tāta aqua agit in ignē eque cito aqua vertit in ignem ſicut ignis in aquā.

Tertia ppoſitio.

¶ Tertia propoſitio. Celum debet concurrere ſpecialiter ad corruptionem elementi predominantis alias maneret formaliter in mixto: quod nolumus concedere. Iſta propoſitio probatur. Nam ſi ignis agit ſuper reliqua elemēta a quadrupla proportione: reliqua vero ſuper ipſuꝫ a dupla citius ignis alia deſtruet ꝙ̄ ab aliꝭ deſtruatur: ſit ergo ꝙ ignis deſtruat alia ī dimidia hora a reliquis vero deſtruatur in vna hora: ſequitur ꝙ tranſacta dimidia hora remanebit ignis ille ſaluus: et ita formalr̄ in mixto quia tranſacta dimidia hora reliqua ſunt corrupta et non eſt aliquod de reliquis elemētis qđ deſtruat ignem. Neceſſe eſt ergo ignem deſtrui a celo ne in mixto remaneat formaliter. Iſta propoſitio eſt de mente Marſilij primo de generatione capitulo de mixtione.

Quarta ppō.

¶ Quarta propoſitio eſt de mente Alberti magni in libro de proprietatibus elementorum dicentis. In quolibet mixto dominatur terra quo ad molem. Iſta propoſitio probatur ꝙ cum tria elementa q̄ ſunt ignis aer et aqua ſunt maxime actiuitatis: ſi aliquod illorum in mixto predominetur cito mixti contexturam deſtrueret. Secunda ratio: ſi aliquod iſtorum denominaretur quo ad molem: ſeq̄retur mixtum non fore conſtans firmum et ſtabile. Tertia ratio eſt experientia quotidiana que demōſtrat cum aliquod lignum comburitur: maiorē quātitatem ab illo ligno decidi cineris quam vaporum et aliorum que tenēt locum aeris et alioꝝ elemētoꝝ.

Quinta ppō.

¶ Quinta propoſitio talis eſt licet apud diuerſos diuerſa ſit opinātium varietas de dominio elementorum quantum ad qualitates alteratiuas quibuſdam opinantib⁹ cum Burleo ⁊ Bentili medico: ꝙ in omni mixto dominatur aer quantū ad qualitates alteratiuas. Aliꝭ vero vt Angeſt ꝺ cauſis ſecundo ꝓprietate nona credēti ꝙ in omni mixto dominetur terra quo ad qualitates alteratiuas. Credimus vero in quibuſdam mixtis dominari terram quo ad qualitates alteratiuas. In quibuſdam vero aerem: et ſic de reliquis elementis. Iſta propoſitio tres continet partes: quaꝝ prima eſt. Omne mixtū calidum et humidum fore: et mouetur authoritate Ariſtotelis li. 4. metheoroꝝ dicentis. Omne mixtū ſit per digeſtionē: ſed digeſtio eſt paſſio facta a calido ex oppoſitis paſſiuis: ergo in omni mixto dominatur caliditas et humiditas. Et ſi dicatur ꝙ ſentiuntur multa mixta frigida ſicut nix et lapides: dicunt ꝙ ſenſus tactus ſepe decipit. Namq; illa apparent frigida q2 ſunt min⁹ calida ꝙ̄ nos: ſicut apparet homini ſe balneanti in aq̄ calida, ꝙ aq̄ min⁹ calida in illū proiecta eſt frigida. Hec tamen opinio falſa eſt: ⁊ ad ſuum motiuū ego dico ꝙ iſta ꝯña nō valet. Hec res facta eſt per calidum ergo eſt calida. Namq; apis frigida eſt cum ſit exanguis ⁊ ſuas omnes operationes vitales complet mediāte calore: ſic dico ꝙ q̄uis iſta operatio que eſt cōmixtio humidi aquei cū ſicco terre compleat a calido: non ſequit omne mixtū fore calidum. Secunda pars iſti⁹ ꝓpōnis eſt opinio Angeſt tenentis, omne mixtum frigide ⁊ ſicce nature fore: cuius rō eſt: illđ ad quod ſe reducit illa res relicta ſue nature reputatur naturale illi rei: ſed ſic eſt ꝙ homo mortuus maxime infrigidatur etiam ſanguis exiens a corpore cōgelatur et frigeſcit vt ſi frigidus ſumatur ſit venenū pernicioſum. Sed ne credas iſtis: ſed potius in quibuſdam mixtis dominari terraꝫ quo ad q̄litates alteratiuas: vt in lapide: in quibuſdam vero dominari aquam vt in piſcibus: Et ita dicendum eſt de reliquis.

Sexta ppō

¶ Sexta propoſitio. Elementoruꝫ in mixto predominiū quātū ad qualitates motiuas eſt attendendum penes leuium corporū mixtionem aut penes intenſionem caliditatis elementaris ferme vſq; ad ſummū. Iſta ꝓpō ꝓbat: q2 gelu eſt leui⁹ aqua propter mixtionem quandam partium leuiuꝫ que ſunt exhalationes ſicce terreſtres: et lignum eſt leue ꝓpter mixtionem partium aereaꝝ. Secūda pars ꝓbat ſuppoſito ꝙ eſt duplex caliditas .ſ. anime que eſt caliditas ſpirituoſa: et de hac dicitur ꝙ hō ē calidiſſimus animaliuꝫ. 4. ꝓbleumatū: q2 habet maiorem quantitatem ſpirituū aliꝭ omnib⁹ aīalib⁹ ſub equali magnitudine: et iſta non facit rē eſſe leueꝫ vt pꝫ de aīalib⁹ q̄ hn̄t multum de hac caliditate et ſunt grauia. Alia eſt caliditas elementaris ignea et hec facit rem eſſe leuem: ſi tamen intendatur ꝙ quaſi appropinquet ad ſummum vt pꝫ in aere et igne.

Septia ppō.

¶ Septima ꝓpoſitio. Elemēta quātum ad organizacionem et quantū ad modū ſubſtātie nihil agunt. Ibi enim tota actio attribuitur ipſi virtuti informatiue quam neceſſariam fore in cuiuſlibet mixti formatione quantum ad organizacioneꝫ et modū ſubſtātie ꝑſuadebim⁹ infra.

Queſtio penes qđ attend[illegible] raritas et denſitas.

¶ Sed quia de raro et denſo cepim⁹ loqui, q̄uis hec materia aliquantulum ſit pertractata in ſecunda parte: tn̄ nunc abunde volo illā tractare penes quid inquam attendat raritas et denſitas et dicit calculator ꝙ penes diſtantiā punctoꝝ in materia ꝓportionata. Vult dicere attendendum eſt ad quantitatem et ad materiam et ſic declaratur ſi inter materias inuicem duoꝝ corpoꝝ et inter quantitates eſt ꝓportio equalitatis ſunt eque rara et eque denſa: vt ſi ſint duo pedalia equalr̄ hn̄tia de mā ſi vero ſint ineq̄lia ꝯſiderandū eſt ſi q̄lis ē ꝓportio q̄ntitatuꝫ

talis eſt materierum: et ſi ſic ſunt eque rara et eque denſa: vt ſi bipedale compararetur ad pedale ſi quem admodum quo ad quãtitatem ſe habet in dupla ita quo ad materiam ſunt eque rara et eque denſa: Si vero maior ſit ꝓportio quantitatum quam materierum: vt ſi quantitatum eſt dupla et materierũ ſequi altera dupla excedit ſequialteram in ſequi tertio erit in ſequitertio: maius rarius minori: ratio quia ſi in eadem ꝓportiõe plus habet de materia qua eſt maiꝰ eſt equerarum: ſed nũc deficit ab illa materia in ſequitertio: ergo in illa eſt rarius quam tunc erat ergo quam minꝰ quod eſt equerarum: ſi vero maior ſit proportio materierum quam quantitatum in ea qua proportio materierum excedit eã que eſt quã titatum maius eſt denſius. Verbi gratia: excedant ſe quãtitates ĩ dupla materie vero in tripla excedit tripla duplã in ſequialtero: in ſequialtero eſt magis denſum maius quam minꝰ: probatur: quia ſi in eadẽ proportione eſſet maius quam haberet plus de materia eſſet eque denſum: ſed modo eſt denſius quam tunc in ſequialtero: ergo quam minus quod tunc eẽt eque denſum vt maius: ſi vero quantitates ſe habẽt in dupla et materie ſint equales maiꝰ eſt rarius minori ſm ꝓportionẽ quantitatum hec eſt veritas calculatoris calculandi raritatem et denſitatem.

Notabile primum ¶ Declarandũ eſt ergo primo quid ſit infinite rarum et infinite denſum infinite rarum ẽ quod ſub infinita quantitate finite continet de materia infinite denſum quod ſub finita quantitate infinite habet de materia. Unde ſi omnes partes infinite rari magis rareſcãt non valet. Hoc mouetur motu rarefactionis quo mediante magis rareſit ergo efficitur rarius.

Nota. 2. ¶ Item de infinite dẽſo: ſi amplius extrema appropinquẽt non valet: hoc mouetur motu condẽſationis et magis et magis cõdenſatur: ergo efficitur denſius non valet: ꝙ ſi aliquis ſtatuat ꝙ ſit vnũ corpus pedale et hora futura diuiſa per partes proportionales dupla proportione in prima parte proportionali rareſiat vniformiter ad duplum in ſecũda item rareſiat vniformiter ad duplum: et ſic vſq ad finem hore in fine erit vniformiter rarum vel denſum finite de materia continens quod eſt falſum vt dicetur in tertia ꝓpõne: dicẽdũ ꝙ in fine non manebit eo ꝙ ſequitur ꝙ infinitum rectum eſſet clauſũ inter duo extrema. Nam cum ſecũda pars ꝓportionalis illius corporis ſit inter primam et ſecũdam et ſemper in quauis parte ad duplum augeatur: in fine erit infinita et inter illas duas clauſa ergo intentum. vel dic ꝙ in inſtanti terminatiuo deus reducet ad quantitatẽ finitam.

Pria ꝓpõ Notab. 3. ¶ Noto ꝙ omne finitum vniformiter rarum. vel denſum finite eſt actiuitatis. ꝓbatur quia ſi eſt finitum finitas continet partes equales verbi gratia tres tertias et tantum habet de materia vna ſicut alia quia eſt vniformiter rarum vel denſum: ſed prima habet finite: ergo omnes tres habẽt finite de materia. Tenet conſequentia quia ex finitis finities ſumptis ſolum reſultat finitum: vltra totum habet finite de materia: ergo de forma. Tenet conſequentia ex philoſopho. 4. phiſicorũ. Agens tãtum dat de loco ſicut de forma: quod dclarat Marſilius. i. de materia vltra finite habet de forma; ergo de actiuitate.



Secũda ꝓpoſitio. ¶ Secunda propoſitio. Stat aliquod finitũ eẽ infinite actiuitatis ſi ẽ difformiter rarũ vel denſum: quod fiet hoc modo. Sit vnum infinite magnum vniformiter rarum vel denſum cuius quodlibet pedale habeat vnum pedale de forma et primũ pedale maneat intactum: ſecũdum pedale condenſetur ad ſubduplum: tertium ad ſubquadruplũ ſemper per numeros pariter pares: iam hic ſunt infinita corpora omnia ſe habentia in dupla proportione ergo primum eſt tãtum ſicut omnia alia, ſed primũ eſt pedale: ergo et omnia alia ſunt vnum pedale: ergo totum eſt bipedale: et per conſequens totum eſt bipedale et continet omnem formam quãm illud infinitum: ergo eſt infinite actiuitatis.

Tertia ꝓpoſitio. ¶ Tertia propoſitio. Omne infinitum vniformiter rarum vel denſum eſt infinite actiuitatis: patet quia ſi eſt infinitum et vniformiter rarum vel denſum: ergo omnes partes equales equaliter habẽt de materia et ſunt infinite equales ergo infinitũ hñt de materia et ſic eſt infinite actiuitatis.

Quarta ꝓpõ. ¶ Quarta propoſitio. Poſſibile eſt dare infinitum finite actiuitatis patet de infinite raro quod erit hoc modo ſi pedali diuiſo per partes ꝓportionales prima pars rareſiat ad pedale: ſecũda ad pedale: tertia ad pedale iam eſt infinite magnũ et infinite rarum et finite actiuitatis quia finite habet de materia.

Queſtio egregia ¶ Queritur vtrũ raritas et denſitas eſt poſſibilis. Hanc queſtionem ventilabo ad mentẽ illius ſubtiliſſimi Aluari thome in ſuo triplici motu tractatu tertio capite prĩo et arguitur pars negatiua quia vel tam raritas quam denſitas ſunt poſitiue et ſunt qualitates: vel nonnullũ iſtorum eſt dicendũ igitur nec raritas nec denſitas eſt poſſibilis: nõ primũ quia raritas ita ſe habet ꝙ eq̃ velociter et eque proportionabiliter ſicut raritas acquiritur ita velociter et eque proportionabiliter denſitas deperdit ſed hoc non poteſt eſſe de duobus poſitiuis: igit raritas et denſitas non ſunt q̃litates poſitiue ambe. Maior patet quia quãtum aliquid de raritate acquirit et in eadẽ proportione tantum deperdit de denſitate et in eadem proportione. Minor ꝓbatur quia ſi ſint duo poſitiua que eque velociter et eque ꝓportionabiliter ſe habeant vnum in augmento aliud in diminutione: vel ſunt equalia vel inequalia. Si primũ ſint. a. et. b. auget. a. eque velociter ſicut. b. diminuit ſit per duos gradus maiorẽ proportionem perdit b. quam acquirit. a. quia quãdo eadem latitudo tollitur a minori: et additur maiori maiorem proportionem perdit minus quam acquirat maiꝰ ſi inequalia ſit. b. minus quod diminuatur et. a. maius et ſequitur ſi eque velociter diminuatur. b. ſicut augetur. a. ꝙ maiorem ꝓportionem perdit. b. per eãdem regulam: nec refert ſi maius diminuatur et minus augeatur. Nam tũc cum minus acquirit aliquid quod idẽ perdit maius maiorem ꝓportionem acquirit minꝰ quia eadem latitudo addita maiori et minori plus facit acquiri minori quam maiori ſed eandem ꝓportionem perdit maius perdendo vnam latitudinem ſicut acquirit aquirendo eandem: ergo non poſſunt eque ꝓportionabiliter augeri ſi eque velociter. Cõfirmatur: ſi raritas eſſet qualitas ſequeretur ꝙ poſſibile eſſet dare rarum vniformiter difforme. ſequella patet ſicut de aliis qualitatibꝰ dici ſolet: ſed falſitas

conſequentis probatur: quia ſequitur illud eſſe infi
nite denſum. Nam ſecunda pars eſt induplo minus
rara quam prima: ergo in duplo magis denſa diui-
dendo minoribus verſus non gradum: ⁊ tertia eſt in
duplo magis denſa ſecunda: ergo totum eſt infinite
denſum: ergo non eſt vniformiter difformiter rarũ.

¶ Secundo principaliter arguitur
Secũduz pricipale. probando ꝙ raritas non ſit poſſibilis: quia vel in ea-
dem proportione raritas augetur qua augetur pro
portio quantitatis ad materiam: vel in eadem qua
quantitas augetur. Si primum ſequitur aliquãdo
rarefiendo in duplo non effici in duplo maius et ali-
quando effici minus quam in duplo maius ⁊ aliquan
do effici per duplam raritatem in duplo maiꝰ. Ver
bi gratia: ſi quantitatis ad materiã eēt dupla ꝓpor
tio ſi quãtitas acquirit duplã etiã raritas acquirit
duplã; quia proportio quantitatis ad materiam effi
cit maior in duplo: ſi vero ſit quantitatis ad materiã
ſequialtera acquirẽte quãtitate vnã ſequialteram:
duplatur raritas qnia duplatur proportio: et ſi ſit ꝓ
portio quantitatis ad materiam quadrupla debet
quantitas ſe decuplari: ſed certe iſta ſunt abſona:
quia ſufficit ⁊ requiritur in eadem ꝓportione quan
titatem augeri qua ⁊ raritas. Nec videt raritatem
in ſequiaugmentum quantitatis: data paritate ma
terie. Nam ſi ſic dato pedali vniformi ſi in īfinitũ ra-
reficiat ipo manente vniformi ſequeretur eſſe infini
te rarum. Sequella nota eſt: ſed probo ꝙ non: quia
ſequitur ꝙ nullam materiam continet: et ſic non eſt
rarum nec denſum: ſed ſequella probatur quia ſi ali-
quam materiam continet et cum ſit vniforme tantũ
cõtinet in vna parte ſicut in alia ſibi equali ⁊ ſunt infi
nite equales: ergo habet infinitum de materia: ⁊ ſic
non eſt infinite rarum contrate.

¶ Tertio pricipaliter arguitur. Si
Tertium pricipale. raritas eſt poſſibilis maxime eſt per rarefactionem
ſed hoc non; quia vel rarefactio eſt motus ad ſubſtã
tiam vel ad quantitatem: non primum quia eſſet ge
neratio: nec ſecundum, quia tunc in quolibet inſtan-
ti intrinſeco rarefactionis eſſet alia quantitas cum
ſit maior raritas: ⁊ ſi alia quantitas: ⁊ precedens nõ
corrumpitur vt probabo: ergo penetratio dimenſio
num eſt poſſibilis ſcilicet huius quãtitatis cum pre-
exiſtenti: ⁊ minor probatur: quia ſi corrumpitur: vel
per applicationem contrarij: ⁊ hoc non quia quan-
titati nil eſt cõtrarium: vel corruptione ſubiecti: vel
abſentia conſeruantis quorum nullum adeſt in quan
titate vt corrumpatur. Si diceres, vt Marſilius ꝙ
ſemper in rarefactione eſt alia ⁊ alia quantitas: ⁊ ꝙ
quelibet cuilibet cõtrariatur: primo hoc eſt contra
Ariſtotelem qui in predicamento quantitatis ponit
quantitati nil eſt contrarium. Secundo ſequeretur
ꝙ pars toti eſſet contraria. Tertio ſequeretur virtu
tem finitam infinita gignere et corrumpere in quã
tulocunq; tempore paruo: quod certe male ſonat.
Et ſi diceres cum doctore ſubtili ꝙ in rarefactione
nec quantitas, nec ſubſtantia acquiritur: ſed ſolum
maior locus. Contra ſequeretur in qualibet rarefa-
ctione oĩa naturalia rarefieri: vel penetrationem
dimenſionum eſſe. Sequella probat et ponatur vnũ
pedale rarefieri quouſq; ſit bipedale: et acquirat
locum pedalẽ vbi erat pedale aeris quod ſit. a. pe-
titur vel. a. manet illic vel non: ſi primum penetratio
a. cum pedali rarefacto: ſi ſecũdũ ſcilicet. a. non ma-
net illic: ſed expellebatur ad alium locum idem di-
cetur de corpore ꝙ erat in alio loco ⁊ ſic proceſſus
in infinitum: immo celi latera diſtenderentur quod
eſt impoſſibile.

¶ Quarto principaliter arguitur ſi
rarefactio ⁊ condenſatio eſſent poſſibiles: ſequitur
ꝙ rarum difforme cuius vtraq; medietas eſſet vni- Qurtum pricipale.
formis correſponderet ſuo gradui medio: ſed con-
ſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur ſequel
la eſt nota ⁊ falſitas conſequentis arguitur et capio
vnum pedale cuius vna medietas ſit rara vt octo et
alia vt quattuor: ſi tale pedale correſponderet ſuo
gradui medio poſſet ad vniformitatẽ reduci ita ꝙ
ꝯtinuo correſponderet ſuo gradui medio medieta
te intenſiore continuo tantum deperdẽte quantum
acquirit medietas remiſſior: ſed conſequens eſt fal
ſum. Falſitas conſequẽtis probatur. Uolo ꝙ medie
tas rara vt octo perdat vnum gradum raritatis et
tantum acquirat medietas rara vt quattuor: tũc ta-
le pedale rareſit: ergo non poteſt reduci ad vnifor-
mitatem ipſo continuo manente eque raro. Conſe-
quentia eſt nota: et probatur antecedens: quia me-
dietas intenſior perdit vnum gradum raritatis: er-
go efficitur in ſequiſeptimo dẽſior: ergo perdit vnã
octauam ſemipedalis que eſt decimaſexta pedalis:
et medietas remiſſior acquirit illum gradum: ergo
efficitur in ſequiquarto rarior: ergo acquirit quin-
tam ſemipedalis que eſt decima pedalis: ergo plus
acquirit de quantitate quam deperdit ⁊ nil recipit
de materia de nouo: ergo rarius ē quam ante: ergo
intentum. Dicunt aliqui ad hoc ꝙ quamuis in quoli
bet inſtanti intrinſeco nõ poſſit reduci ad vniformi
tatem quin rareſiat: tamen in toto tempore reducet
ad vniformitatem gradus medij quin rareſiat: itaq;
cum medietas minus intenſa acquiſierit medietatẽ
exceſſus: tunc erit ſub vniformitate gradus medij ſi
ne rarefactione et condenſatione: ſed contra acqui
ſita medietate exceſſus rareſit: ergo non reducitur
ad vniformitatem gradus medij ipſo continuo ma
nente ſub eodem gradu raritatis: conſequentia eſt
nota: ⁊ probatur antecedens: quia medietas intenſi
or perdendo duos gradus perdidit ſequitertiã: et
ſic vnam quartam ſui que eſt octaua pedalis, et me-
dietas remiſſior acquiſiuit ſequialteram: ⁊ ſic medie
tatẽ ſemipedalis que eſt quarta pedalis: ergo plus
acquiſiuit quantitatis quam perdidit ipſo nullã ma
teriam acquirente ergo rareſit. Dicendum non eſſe
reducendum ſm calculatorem ad vniformitatẽ per
raritatem que eſt priuatiuum ſed per denſitatẽ: ſed
contra ſequeretur ꝙ denſum difforme cuius vtraq;
medietas eſſet vniformis poſſet reduci ad vniformi
tatem ipſo continuo manente eque denſo per tantã
deperditionem medietatis intenſioris ſicut acquiſi-
tionem remiſſioris: ⁊ ſequella nota eſt: ſed probatur
hoc eſſe falſum. Perdat intenſior medietas vnũ gra
dum ⁊ acquirat remiſſior illum: totum condenſatur
quia ſi perdit vnum efficit in ſequiſeptimã minꝰ den
ſa: ergo in ſequiſeptimo magis rara: ⁊ ſic acquirit
vnam ſeptimam ſui que eſt decimaquarta pedalis
⁊ medietas remiſſior efficit ī ſequiq̃rto magis dẽſa:
ergo perdit vnam quartam ſui que eſt octaua peda
lis: ergo plus deperdit quam acquirit de quantita-
te ſub eadem materia: ergo efficitur denſius. Dicen
dum ꝙ quamuis verum ſit ipſum condenſari in dep
ditione prime medietatis exceſſus tamen in deper
ditione, ſecũde medietatis exceſſus rareſit corpus

quantum ante condenſabatur ⁊ ſic in toto ſaltē tempoꝛe reductionis manet idem gradus raritatis: et denſitatis quod patet in ſecunda medietate perdidit intenſioꝛ medietas duos gradus: ⁊ efficitur in ſequi tertio magis rara: ergo acquirit vnam tertiam ſemipedalis que eſt ſexta pedalis et remiſſioꝛ efficitur in ſequialtero magis denſa: ergo perdit vnam tertiam ſui que eſt ſexta pedalis igitur in toto tempoꝛe quantum illud coꝛpus acquiſiuit de quātitate tantum perdidit ſed contra tale coꝛpus per totam hoꝛam rareſit: ergo intentum, nota eſt conſequentia et pꝛobo antecedēs: quia ſemper per maioꝛem partem vadit intēſio raritatis quā remiſſio eodem gradu: ergo totum rareſit tenet conſequentia ſicut dici ſolet ſi per maioꝛem partem vadit albedo quam nigredo eodem gradu: ergo totum albeſit, item replicatur non eſt dabile inſtans in quo tale coꝛpus incepit rareſieri poſtquam condenſabatur: igitur nō bene reſponſum eſt tenet conſequentia: ⁊ pꝛobatur: antecedens maxime eſſet inſtans medium illius tempoꝛis in quo medietas denſitatis depdende eſt depdita ⁊ acquiſita medietati remiſſioꝛi: ſed falſitas cōſequentis pꝛobatur: et capio vnum bipedale cuius vna medietas ſit denſa, vt duodecim et alia, vt dimidium et volo ꝙ per hoꝛam vnifoꝛmiter medietas intenſioꝛ perdat. 5. grdus cum tribus quartis ⁊ tātū acquirat medietas minus denſa ita ꝙ totum in fine manebit vnifoꝛme. ⁊ arguitur ſic ante inſtans medium talis tempoꝛis incipiet tale coꝛpꝰ rareſieri poſtquam condenſabatur: ergo non eſt illud inſtans medium totius tempoꝛis vnifoꝛmitatis conſequētia pꝫ ⁊ arguitur an̄s volo ꝙ illa medietas denſioꝛ deperdat vnifoꝛmiter duos gradꝰ dēſitatis et illos acquirat medietas minus denſa et manifeſtum eſt ꝙ medietas denſioꝛ efficit in ſequiquinto rarioꝛ ergo maioꝛ ergo acquirit vnam quintam pedalis ⁊ alia medietas efficitur in quintuplo denſioꝛ ergo perdit. 4 quintas ſui ⁊ manet pꝛeciſe vna quinta pedalis volo de inde ꝙ medietas denſioꝛ perdat medietatem vnius gradus quam acquirat altera que māſit quinta pedalis tūc totum rareſit quod pꝛobo: quia pedale denſius efficitur in ſequi. 19. rarius et maius et alterum efficitur in ſequi quinto denſius: ergo acquirit vnam ſextam ſui; ſed ſexta quinte eſt. 30. ḡ plus acquirit de quantitate quam deperdit: ergo non acquiſita materia efficitur rarius.

Quintū pꝛincipale

¶ Quinto pꝛincipaliter arguitur: ſequitur ꝙ quemadmodum datur rarum vnifoꝛmiter diffoꝛme a certo gradu vſqꝫ ad certum gradum ita daretur rarum vnifoꝛmiter diffoꝛme a certo gradu vſqꝫ ad non gradum: ſed hoc eſt contradictio: quia ſi eſt vnifoꝛmiter diffoꝛme a certo gradu vſqꝫ ad nō gradum coꝛreſpondet gradui medio ⁊ eſt rarum, ⁊ eſt nō rarum: quia eſt infinite denſum, quia cum ſecūda pars ſit in duplo minus rara: ergo ē in duplo magis denſa ergo cum ſit in duplo minoꝛ tātum habet de materia ⁊ ſic de tertia reſpectu ſecunde; ergo illud eſt infinite denſum ergo eſt non rarum. Dicēdū ꝙ quamuis detur rarum a certo gradu vſqꝫ ad certum gradum, ſed non vſqꝫ ad non gradum: quia illud eſt poſſibile hoc vero implicat contradictionem bene tamen poteſt dari denſum a certo gradu, vſqꝫ ad non gradum: quia non ſequitur illud eſſe infinite rarū. Nam quamuis infinite rara ſit aliqua pars tamen eſt finitum finite continens de materia; ergo non eſt infinite rarum,

Sextum pꝛincipale.

¶ Sexto pꝛincipaliter arguitur: ſi raritas et denſitas eſſent poſſibiles: ſequeretur ꝙ pedale cuius pꝛima pars eſſet aliquantulum rara ⁊ ſecunda in duplo quam pꝛima ⁊ tertia in duplo quam ſecunda eſſet infinite rarum ſequella pꝛobatur ſicut dicitur de intenſione ꝙ ſi diuidatur pedale pꝛopoꝛtione dupla ⁊ pꝛima pars ſit aliquantulum calida ſecunda in duplo magis calida quam pꝛima et tertia quam ſecunda totum eſt infinite calidum ſic in pꝛopoſito raritas pꝛime partis aliquantulū denominat totum ſecunde tantum, et tertie tantum: et ſic ſine ſtatu: ergo totum eſt infinite rarum: ſed pꝛobo ꝙ nō ſub finita quantitate finite habet dō materia: ergo eſt finite rarum. Item eſt aliqualiter denſum: ergo non eſt infinite rarum conſequentia eſt nota, ⁊ pꝛobatur antecedens. pꝛima pars eſt aliqualiter denſa ſecunda in duplo minus denſa: ergo in quadruplo minus habet de materia et tertia quā ſecunda et q̄rta quā tertia: ergo materia omnium partium dempta pꝛima eſt ſubtripla ad pꝛimam ſed pꝛima eſt finita: ergo et quod ſubſequitur.

Pꝛima confirma.

¶ Et confirmatur capio vnum coꝛpus cuius pꝛima pars pꝛopoꝛtione dupla ſit aliquātulum rara ſcilicet vt duo ⁊ ſecunda in duplo minus: ⁊ tertia in duplo minus quam ſecunda: ⁊ ſic conſeqūter. Tunc illud coꝛpus eſt rarum et non eſt rarum. Pꝛimo illud coꝛpus eſt rarum, vt vnum cum vna tertia: quia quemadmodum dicitur in materia de intēſione: ſi detur vnum coꝛpus: cuius pꝛima pars pꝛopoꝛtionalis pꝛopoꝛtione dupla ſit intenſa, vt duo: et ſecunda in duplo minus: ⁊ tertia in duplo minꝰ quā ſecunda totum eſt intenſum vt vnum cum vna tertia quod ſic pꝛobatur: quia pꝛima pars cum ſit, vt duo denominat totum vt vnum: ⁊ ſecunda cum ſit vt vnum et ſit in vna quarta ſubiecti denominat totum vt vna quarta et ſic omnes denominationes habent ſe in quadruplo: ergo pꝛīa denominatio eſt tripla ad oēs dēpta pꝛima: ſꝫ pꝛima eſt vt vnum: ergo oēs alie ſunt vt vna tertia. ꝙ autem non ſit rarum pꝛobatur ſic eſt infinite denſum: ergo non eſt rarū: conſequentia eſt nota: ⁊ pꝛobatur antecedēs: quia ſecunda pſ eſt in duplo minus rara: ergo eſt in duplo magis dēſa: et ſi eſſet tam denſa ſicut pꝛima continet in duplo minus de materia quā pꝛima: ſed modo eſt in duplo denſioꝛ: ergo continet tantum de materia ſicut pꝛima et tertia ſicut ſecunda: et ſic ſine ſtatu: ergo illud coꝛpus ſub finita quantitate infinite habet de materia: ergo eſt infinite denſum.

Secūda ꝯfirmatio

¶ Confirmat̄ ſecundo et capio vnū pedale. Cuius pꝛima pars pꝛopoꝛtionalis ꝓpoꝛtione decupla ſit dēſa aliq̄liter: ⁊ ſecunda in duplo magis: et tertia in duplo magis quam ſecunda: et quarta in duplo magis quam tertia: et ſic conſeq̄nter: et ſic arguo: ſequeretur ex queſtione ꝙ illud coꝛpꝰ eēt infinite denſum: ſed conſequens eſt falſum: igitur illud ex quo ſequitur: ſequella pꝛobatur: quia ſi alicuius coꝛpoꝛis diuiſi per partes pꝛopoꝛtionales ꝓpoꝛtione dupla pꝛima pars pꝛopoꝛtionalis ſit aliquantulum denſa: et ſecunda in duplo denſioꝛ: et tertia in duplo denſioꝛ quam ſecunda: et quarta in duplo denſioꝛ quam tertia: et ſic conſequenter: totum illud coꝛpus eſt infinite denſum cum contineat ſub finita quātitate infinitam materiam, vt pꝛobatum eſt in cōfirmatione ſuperioꝛi: igitur pari ratione eſſet coꝛpus diuiſum per partes pꝛopoꝛtionales pꝛopoꝛtione du

pla cuiꝰ prima pars proportionalis ſit aliquantulū
denſa ⁊ ſecūda in duplo magis: ⁊ tertia in duplo ma
gis quam ſecunda et ſic conſequenter: erit etiam dē
ſum infinite quod fuit probandum: ſed modo proba
tur falſitas conſequentis: quia pari ratione ſequere
tur ꝙ corpus diuiſum proportione decupla: cuius
prima pars eſſet aliqualiter denſa: ſecunda in duplo
plus ⁊c. eſſet infinite dēſum: ꝯſequens eſt falſum: q2
illud corpus ſub finita quantitate finite habet ō ma
teria: ergo eſt finite denſum. Antecedens probať et
ſuppono ꝙ prima eius pars ſit denſa, vt vnum: ſecun
da pars proportionalis eius ſi tantam materiam cō
tineret quantum continet prima eſſet in decuplo dē
ſior ⁊ per conſequens vt decē, cum ſit in decuplo mi
nor ſed modo ē in quintuplo minus dēſa quam tunc
eſſet et hoc ſub eadem quātitate (quia duplum ad
ſub decuplum eſt ſub quintuplum ad decuplum, vt
patet) ⁊ modo eſt preciſe denſa, vt duo vt patet ex
caſu: igitur modo in quintuplo minus cōtinet de ma
teria quam tunc contineret: ſed tunc continet tantā
materiam quātam continet prima: igitur modo in
quintuplo minorem materiam cōtinet quam prima:
et pari ratione tertia pars proportionalis in quin
tuplo minus de materia continet quam ſecunda: et
quarta in quintuplo minus quam tertia ⁊c. Igitur
aggregatum ex omnibus illis materiebus eſt ſexq
quartum ad materiam prime partis proportiōalis
ſed materia prime partis proportionalis eſt finita,
vt quattuor ſuppono: igitur tota materia totius cor
poris eſt vt quinqꝫ: ⁊ per conſequens finita quod fu
it probandum.

Octauus principale.

## ¶ Octauo principaliter arguitur: ſe

quitur idē corpꝰ eſſe īfinite dēſum: ⁊ finite dēſum: cō
ſequens eſt falſum, vt conſtat: ſequella probatur vo
lo ꝙ ſit vnum pedale habens vnum gradum de mate
ria ⁊ volo ꝙ prima pars condenſetur aliquantulum
ſecunda in duplo plus tertia in triplo plus ⁊ ſic con
ſequenter tunc iſtud corpus eſt infinite denſum quia
infinite denſa eſt aliqua pars: et eſt finite denſum
ſicut ſecunda pars proportionalis. Dicendum ꝙ
non valet infinite denſa eſt aliqua pars: ergo eſt in
finite denſum, Nec valet in motu, nec in qualitati
bus: Ideo diceret aliquis eſſe ita denſum, vt ſecun
da pars. Contra Volo ꝙ prima condenſetur ad ſub
duplum ſecunda condenſabitur ad ſubquadruplū
ergo eſſꝫ in quadruplo denſius quam antea: ſed con
tra non eſt in quadruplo minus et habet eandē ma
teriam: ergo non eſt in quadruplo denſius nota ē cō
ſequentia ⁊ probatur maior: prima pars condenſa
tur ad ſubduplum ⁊ efficitur quarta: totū quod reſ
tat non deuenit ad non quantum: ergo nō eſt in qua
druplo minus. ¶ Unum tamē notaꝙ non cuiuslibet
corporis ſcit intellectus aliquis humanus cui nam
denſitati reſpondeat: vt ſi prima pars pedalis eſſet
dēſa aliquantulum ſecunda in ſequialtero tertia in
ſequi tertio per omnes ſpecies proportionum in dē,
ſitatibus: ita ꝙ conſtituatur denſitas partis ad par
tem in proportione irrationali ſic enim impedietur
calculatio.

Nonum principale

## ¶ Nono principaliter ſic arguitur.

ſequitur idem rareſieri ⁊ condenſari ſequella pba
tur. volo ꝙ vnum pedale diuiſum per partes ppor
tionales proportione tupla ſic ſe habeat ꝙ pria ps
rareſiat ad duplum ſui: ſecunda vero condēſetur ad
ſubduplum ſui: ⁊ ſic conſequenter tunc illud eſt rari
us: quia eſt maius et continet eandem materiam: ꝙ
ſit maius patet: quia prima pars acquiſiuit ſemipe
dale: ⁊ totum reſiduum perdidit quartam pedalis
ergo plus quantitis acquiſiuit quam perdidit. Et ꝓ
batur ꝙ ſit denſius quia infinite denſa eſt aliqua ps
ergo eſt infinite denſum. ¶ Et confirmatur: volo ꝙ
ſit aliquod corpus diuiſum per partes proportiona
les dupla proportione: ⁊ vna hora ſimiliter ⁊ in pria
parte illius hore: prima pars rareſiat: ⁊ in eadem
parte hore: ſecunda pars condenſetur ad ſubduplā
quantitatem quā acquiſiuit prima et in ſecunda par
te: ſecunda pars rareſiat: ⁊ tertia condēſeur ad ſub
duplū illius qō acquiſiuit. ⁊. et ſic in infinitū tūc in fi
ne hore illud corpꝰ eſt rariꝰ: et non rariꝰ. primū pba
tur: quia illud corpus eſt maius quam antea ſub ea
dē materia: ergo rarius: antecedēs probatur: quia
in fine hore prima pars ē maior quam antea: et ſcda
eſt maior quam ātea. et aggregatum ex mille pmis
eſt maiꝰ quā ātea: ergo totale corpꝰ ē maiꝰ quā ātea
quia aggregatum ex prima et ſecunda magis acqſi
uit quam perdidit cum acquiſitum. prime ſit duplū
ad perditum ſecunde: ⁊ ꝙ non ſit rarius: probatur
tantum ſicut antea probatur: quia tantum eſt acqui
ſitum: ſicut deperditum. Nam prima pars eſt equa
lis omnibus aliis: ⁊ prima pars aliquantam quanti
tatem acquiſiuit ſecunda in duplo minorem perdi
dit tertia in duplo minorem ⁊ ſic cōſequenter: ergo
aggregatum ex omnibus perditis ē equale prime
⁊ ſic totum corpus tantum acquiſiuit quantum per
didit: ergo manet equale et ſic non eſt rarius. ¶ Cō
firmatur ſecundo: ſequitur aliquod corpus pedale
tota iſta hora ſequenti eſt maius quā nunc eſt et in fi
ne hore erit tm̄ ſicut mō ⁊ tamen in fine hore nil per
det quod videtur contradictio. Nam ſi tota hora eſt
maius quā nūc eſt aliquo exceſſu eſt maius quā nūc
⁊ ille nō ꝑdiť ꝑte in fine ġ manet ī fine: ⁊ ſeqlla pbať
ſit caſus ꝙ vnū pedale quo ad ſui primā medietatē.
in prima medietate hore augmenteť ad duplū: ⁊ in
ſecunda quo ad eandē condenſeť continue: et eque
velociter: ⁊ ſequiť totum clare. Sed contra hoc re
plicať ſequeretur ꝙ aliquid nūc eſt pedale: ⁊ ꝑ totā
iſtam horam erit maius quam nunc eſt: ⁊ hoc conti
nue: et tamen in fine erit minus quam nunc eſt nihil
in fine deperdendo: conſequens eſt impoſſibile: er
go añs: ſequella probatur: capio vnum corpꝰ pedale
diuiſum ad imaginationem per partes proportiona
les: ⁊ hora ſimiliter diuidiť ꝓportione dupla mino
ribus verſus finē: et in prima parte ꝓportionali ho
re acq̇rat prima pars corporis vnuꝫ pedale ceteris
quieſcentibus: et in ſecūda parte acq̇rat ſecūda ps
corpis duo pedalia condenſando primā, vſqꝫ ad ſub
duplā quātitatē reſpectu illius quam habet in inſtā
ti preſenti: ⁊ in tertia acquirat tertia pars corporis
4. pedalia condēſando ſecundā ad ſubduplā quāti
tatē reſpectu illiꝰ quam habet in inſtanti preſenti: ⁊
ſic in infinitum: quo poſito in fine hore illud corpus
manebit ſubduplū reſpectu magnitudinis quā nūc
habet ⁊ in fine nil perdit, et per totā horā continuo
erit maius. ⁊ maiꝰ imo in infinitū creſcet. ¶ In oppo
ſitum: arguiť ꝑ phm ponentem motū rarefactionis
et condenſationis ſeptimo phiſicorum tex, co, 15.

## ¶ Pro declaratione huius queſtio

nis. Notandum in hac materia de raritate, et denſi
tate fuiſſe tres famatas opiniones. Prima eſt Bur
lei et Comentatoris, et Pauli veneti q̄rto phiſicorū

dicentium: ꝙ raritas et denſitas ſunt due qualitates
poſitiue: ita ꝙ ſi ab aliquo ſubiecto tolları̄tur tam rari
tas quam denſitas illud nō eſſet rarū nec dēſum: ⁊ ſi
tm̄ haberet de raritate ſicut de dēſitate illud nec eēt
Secūda Opinio. rarū nec dēſum. ¶ Secūda opinio eſt ꝙ raritas eſt
qualitas poſitiua: denſitas vero eſt quid priuatiuum
ita ꝙ ſe habet tanꝙ lux et tenebra, cecitas et viſus:
hec tm̄ opinio ꝓbabilis eſt ꝙuis non ſit in vſu. ¶ Ter
tia opinio eſt Calculatoris tenentis ꝙ raritas eſt q̄d
priuatiuum: et idem ꝙ res rara: dēſitas vero eſt q̄d
poſitiuum, ⁊ idem ꝙ res denſa. Harū tm̄ opinionum
cenſeo probabiliorē opinionē Calculatoris. Ex quo
infertur: ꝙ ſi quiſpiā velit tutari primā opinionem
poſſet quidem facile: non admittendo cōmunes dif-
finitiones rari et denſi. Unde ſecundum hāc opinio
nem non valet ſub finita quantitate finite cōtinet de
materia: ergo eſt rarum: ſed deberet argui potius
habet qualitatem q̄ eſt raritas: ergo eſt rarum: nec
mirabile eſt ꝙ vnaqueqꝫ opinio reſpondeat per ſu-
as ꝓprias diffinitiones non admittendo diffinitio-
nes alterius opinionis, vt pꝫ in opinione realiū, qui
non admitterent diffinitionē ſecūde intentionis tra
ditam a nominalibus. Nec valet dicere cōtra hanc
opinionē dato vno corpe pedali: cuius prima ps ha-
beat aliquantulū de illa qualitate que eſt raritas ſe
cunda in duplo magis quā prima: et tertia in duplo
magis quam ſecunda tūc illud corpus eſt infinite ra
rum: quia tātum denominat raritas prime partis to
tum ſicut raritas ſecunde: et tm̄ quiſpiam argueret
eē finite rarū, qꝛ ſub finita quātitate finite habet de
materia: ſed hoc nihil valet: qꝛ ab hac opinione non
admittitur illa diffinitio finite rari. ¶ Nec valet ēt:
ꝙ omne rarū eſſet infinite denſum quod ſic ꝓbaret:
diuidatur illa raritas ꝑ partes ꝓportionales dupla
ꝓportione ſm̄ intenſionem: ⁊ arguat̃ ſic in iſto corpe
eſt infinita dēſitas: ergo eſt infinite denſum: et ꝓbat̃
aña: prima pars ꝓportionalis eſt raritas vt duo: et
ſecūda eſt raritas in duplo minor: ergo eſt in duplo
maior denſitas: ⁊ tertia eſt raritas in quadruplo mi
nor quā prima: ergo ē in quadruplo maior denſitas
quā prima: et per conſequens in illo corpore eſt infi-
nita denſitas: ergo eſt infinite denſum. ¶ Ad hoc ar
gumentū reſpondeo negando ſequellā ſcilicet ꝙ ſit
infinite denſum et cum arguit̃ in eo eſt infinita denſi
tas: ergo eſt infinite denſum: nego cōſequentiā: ſicut
non valet in hoc corpore eſt infinita paruitas: ergo
eſt infinite paruum.

Dubiū. i. ¶ Dubitatur primo vtrum raritas
difformis: cuius vtraqꝫ medietas eſt vniformis aut
raritas vniformiter difformis correſpōdeat ſuo gra
dui medio: et arguitur ꝙ non, quia ex illo ſequere-
tur ꝙ per ſolam rarefactionem, et motum conſequē
tem ipſam qui eſt augmentatio aliquid efficeretur
denſius quam ante erat: quod eſt falſum: ſequella ꝓ
batur. pono caſum ꝙ ſit vnū bipedale: cuius vna me
dietas ſit rara, vt ſex et alia vt vnum: ⁊ volo ꝙ rareſi
at medietas vt vnum ad duplum alia medietate q̄eſ
cente: ⁊ inuariata: quo poſito habetur illatum. Nam
ante hanc rarefactionem illud corpus erat rarum,
vt tria cum dimidio: modo vero eſt vt tria cum vna
tertia: ergo per ſolam rarefactionem aliquid effici
tur denſius: ꝙ autem ſit, vt tres cum vna tertia pro-
batur: quia gradus ille vt ſex denominat totum, vt
duo: et gradus ille vt duo qui eſt in vno bipedali de
nominat totum vt vnum cum vna tertia: quia eſt ex-
tenſus per duo tertia ſubiecti.

¶ Secundo principaliter arguitur Secūdū. argumū. pncipale.
ſi raritas difformiter difformis: cuius vtraqꝫ medie
tas eſt vniformis correſpondet ſuo gradui medio:
maxime eſſet dato vno corpore bipedali: cuius vna
medietas ſit rara, vt octo ⁊ alia vt quattuor: ſed hoc
eſt falſum: quia illud poſtquam efficit̃ rarum vt ſex
eſt rarius quam antea: ergo non correſpondet gra
dui medio: probatur antecedens ꝙ ſit rarius quam
antea: quia prima medietas perdit duos gradus ra
ritatis: et ſecunda acquirit eoſdem: et quia prima
medietas eſt in ſequitertio minus rara: et ſecunda
eſt in ſequialtero magis rara: ergo plus acq̄rit quā
titatis quam perdidit: ergo totum ſubiectum eſt ra
rius: igitur non correſpondet gradui medio. In op
poſitum arguitur: quia omnis denſitas vniformiter
difformis vel difformiter difformis: cuius vtraqꝫ me
dietas eſt vniformis correſpōdet ſuo gradui medio
ergo idem cenſere debemus de raritate: conſequen
tia eſt nota: et minor probatur: quia eadem eſt natu
ra denſitatis et raritatis neqꝫ ſm̄ opinionem Cal-
culatoris aliquo modo differunt raritas difformis ⁊
denſitas difformis. Iam probatur maior. Uolo ꝙ ſit
vnum bipedale: cuius vna medietas ſit dēſior ⁊ alia
minus denſa: quo poſito medietas denſior habet in
duplo plus de materia: tollatur medietas exceſſus
et addatur relique medietati vniformiter: tūc erit
ſub gradu medio: ⁊ hoc per reductionem ad vnifor
mitatē: ergo illō difforme corr̄ndet gradui medio.

¶ Pro declaratione huius opinio-
nis notandum: ꝙ raritas et denſitas eadem ſunt la-
titudo: et eodem gradu nominantur ſicut intenſio: ⁊
remiſſio. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ denſitas, vt quattuor
eſt maior raritas quam denſitas, vt octo: ⁊ ſic mino-
ris ad maius eſt proportio maioris inequalitatis ſic
ꝙ raritas, vt quattuor habet proportionem maio-
ris inequalitatis ad raritatem, vt octo: Unde ſicut
maior remiſſio eſt pars minoris remiſſiōis: ſic maior
raritas. Unde dicit Calculator ꝙ ſicut raritas intē-
ditur per decrementum numeri ſic denſitas auge-
tur per augmentum numeri. ¶ Sequitur ſecundo
ꝙ inter omnem gradum raritatis: et ſuū ſubduplū
eſt in duplo maior latitudo quam inter illum ⁊ ſuum
duplum: cuius oppoſitum contingit in poſitiuis, vt
patet in his, octo, quattuor, duo: ſed in priuatiuis in
duplo eſt maior latitudo quattuor raritatis ad ſu-
um ſubduplum ſcilicet octo quam duorum ad quat
tuor. ¶ Sequitur tertio inter gradum ſummum dē
ſitatis et non gradum dēſitatis qui eſt infinitꝰ gradꝰ
raritatis eſſe finitam latitudinem.

¶ Ad rationes ārē oppoſitum. Pri
mo dici poteſt non eſſe inconueniens per rarefactio
nem aliquid fieri denſius: ſicut per calefactionem
aliquid fit minus calidum, vt ſi aliquod pedale tali
ter ſe haberet, vt pria medietas eſſet calida vt duo-
decim ⁊ alia vt duo ē vt ſeptem: ⁊ ſi medietas vt duo
acquirat duos gradus caliditatis: ita ꝙ rareſiat ad
duplum tūc efficitur minus calida ſcilicet, vt ſex cū
duabus tertijs: alio modo reſpōdetur: ꝙ falſum ima
ginatur ꝙ medietas illa fiat rara vt duo: immo poti
us vt dimidium. Raritas enim vt dimidium eſt du-
pla ad raritatem vt vnum: Et raritas vt duo eſt ſub-
dupla ad raritatem vt vnū: ⁊ ſic raritas illa duarum
tertiarum denominat totum vt vna tertia: et per cō
ſequēs tota raritas vt duo cum tertia: que in ſexqui

alterō maioꝛ eſt raritate vt tria cum medietate: tri
um enim cum dimidio ad duo cum vna tertia eſt ꝓ-
poꝛtio ſexquialtera poſitiue: et per conſequens ꝓua
tiue: duoꝛum cum vna tertia ad tres cum dimidio ē
ꝓpoꝛtio ſexquialtera. ¶ Ad ſecūdam rationem reſ-
pondeo ꝙ quando fit reductio alicuius diffoꝛmiter
diffoꝛmis raritatis ad vniformitatem nō debet fieri
vtendo gradibus raritatis: ſed vtendo gradibus
denſitatis: ſicut facimus reducēdo remiſſionem ad
vnifoꝛmitatem: quam reducimus per intenſionem:
ſic etiam ad reducendum bipedale illud ad vnifoꝛ-
mitatem opoꝛtet ꝙ medietas denſa vt octo que eti-
am eſt rara, vt octo perdat duos gradus denſitatis
ꝛ illos acquirat medietas denſa, vt quattuoꝛ: que
etiam eſt rara, vt quattuoꝛ: ꝛ ſic totum manebit vni
foꝛmiter rarum gradu medio: et etiam denſum gra
du medio: et tam rarum, et tam denſum ꝛ tante quā
titatis ſicut antea: et ſic patet ꝙ arguēs falſum ima
ginabatur qui opinatur ꝙ raritas, vt octo eſt maioꝛ
raritas quam raritas, vt quattuoꝛ quod eſt falſum:
et ideo non opoꝛtet ꝙ medietas rara vt octo perdat
raritatem: ſed acquirat: et medietas, vt quattuoꝛ
perdat raritatē: et acquirat denſitatem.

¶ Dubitatur ſecundo vtrum ſi a nō
gradu raritatis acquirant aliqua eque velociter de
raritate continuo manebunt eque rara. Pꝛo ſolu-
tione ſecunde dubitationis ponam aliquas conclu-
ſiones.

Pꝛima concluſio. ¶ Pꝛima concluſio ſtat duo equali
ter denſa eque cito condenſari vſ ad non gradum
raritatis: et tamen vnum in duplo velocius conden-
ſabitur quam reliquum: pꝛobatur et capio duo pe-
dalia denſa vt quattuoꝛ et diuiſa hoꝛa per partes ꝓ
poꝛtionales pꝛopoꝛtione dupla vnum illoꝛum in pꝛi
ma parte pꝛopoꝛtionali acquirat aliquantulum de
denſitate: et in ſecunda tantum: et in tertia tantum:
ita ꝙ in qualibet parte pꝛopoꝛtionali acquirat equa
lem dēſitatem: et aliud in qualibet parte pꝛopoꝛtio
nali acquirat in duplo maioꝛem denſitatem quam il
lud. Quo poſito eque cito deuenient ad non gradū
raritatis: quia eque cito venient ad gradum infini-
tum denſitatis: et ſunt equaliter denſa et vnum con-
tinuo in duplo velocius condenſatur, quam reliquū
igitur concluſio vera.

¶ Ex hoc ſequitur ꝙ ſtat duo equa-
equalia eque cito deuinere ad non gradum rarita-
tis per intenſionem denſitatis: et tamen in quadru-
plo, et in quintuplo, et in quacum pꝛopoꝛtione vo
lueris vnum velotius altero condenſabitur. Patet
coꝛrelarium ſicut concluſio.

Secūda. concluſio. ¶ Secūda cōcluſio. Stat duo equa
liter continuo intendi in denſitate et eque cito deue
nire ad non gradum: et tamen vnū continuo eſſe dē-
ſius altero. Continuo inquam vſ ad inſtans in quo
vtrum habet infinitum gradum denſitatis: pꝛoba
tur et capio duo pedalia quoꝛum vnum eſt denſum
vt decem et ſex: ꝛ aliud vt octo: et volo ꝙ in qualibet
parte pꝛopoꝛtionali hoꝛe ſequentis vtrum acqui
rat quattuoꝛ gradus: quo poſito continuo vſ ad
inſtans terminatiuum hoꝛe illa duo equaliter cōdē
ſabuntur: et tamen vnum continuo erit denſius alte
ro qꝛ ſemper: quod excedebat in pꝛincipio per octo
gradus: excedet per octo gradus vt conſtat.
¶ Ex quo ſequitur ꝙ ſtat ſimiliter duo eque veloci-



ter acquirere de denſitate: et eque cito deuenire
ad infinitum gradum denſitatis: ꝛ ſemper manere
equalia in denſitate: patet hoc dato ꝙ duo pedalia
eque dēſa in pꝛincipio que continuo eque velociter
condenſentur.

¶ Tertia ꝯcluſio. a. ꝛ. b. ſunt inequa Tertia conclo.
liter denſa et. b. cōtinuo velocius cōdenſabit quam
a. vſ ad infinitū gradū dēſitatis et. b. continuo ma-
nebit minus denſum ꝙ̄. a. Pꝛobat et pono caſum ꝙ
a. ſit denſum vt octo. b. vero vt quattuoꝛ: et in quali
bet parte pꝛopoꝛtionali hoꝛe ſequentis. a. acquirat
quattuoꝛ gradus denſitatis. b. vero in pꝛima pte ꝓ-
poꝛtionali acquirat ſex grad⁹ denſitatis: et in ſecun
da quin, et in tertia quattuoꝛ cū dimidio, et in q̄r-
ta quattuoꝛ cū vna quarta: et in quinta quattuoꝛ cū
vna octaua ꝛ ſic ī infinitū: quo poſito ſemper. b. velo-
cius condenſabit quā. a. vſ ad inſtās terminatiuū
hoꝛe in quo erunt infinite denſa. a. et. b. et ſemper. b
manebit minus denſum vt conſtat ꝛ apparet intuen
ti: igitur.

¶ Quarta cōcluſio: ſtat aliqua duo
a nō gradu raritatis continuo eque velociter acqui
rere de raritate: et continuo vnū manebit rarius al
tero in quacū ꝓpoꝛtione volueris: ſtat etiā ꝙ a nō
gradu raritatis incipiāt eq̄ velociter acquirere de
raritate: et ꝙ cōtinuo maneāt eq̄ rara. Pꝛobat pꝛīa
ps huius concluſionis ex ſecunda concluſione et coꝛ
relario pꝛime hoc addito ꝙ omnino eodem modo il
la remittantur ab infinito gradu dēſitatis deperdē
do denſitatem et acquirendo raritates eodem mo-
do omnino et eq̄ velociter: ſicut deperdebant rarita
tem et acquirebāt dēſitatē: ita ꝙ oīno eodem mō ſe
habeāt in via rarefactionis: ſicut ſe hēbāt in via cō
dēſationis: et qꝛ in via cōdenſationis ſemꝑ vnū erat
rarius altero: et ita etiā ſe debēt habere in via rare-
factionis, vt ponit in caſu: igitur in via rarefactio-
nis ſemper vnum erat rarius altero qō fuit ꝓbādū.
Secūda ps ꝓbatur ex coꝛrelario ſcōe concluſionis
hoc addito ꝙ illa duo poſtꝙ̄ fuerint infinite denſa in
cipiāt omnino eodē modo deperdere denſitatē et ac
quirere raritatē, ſicut antea acquirebāt denſitatem
et deperdebāt raritatē: ita ꝙ cōtinuo in via rarefa-
ctionis omnino eodem modo ſe habeant ſicut in via
cōdenſationis: et qꝛ in via condenſationis continuo
erāt eque rara: ſequit ꝙ ī via rarefactionis cōtinuo
manebūt eque rara.

¶ Ex quo ſequit ꝙ ſtat aliqua duo
incipere rarefieri a nō gradu raritatis vnū cōtinuo
velocius altero: ꝛ cōtinuo illud quod veloci⁹ rarefit
manebit minus rarū. patet hoc correlariū ex pꝛima
concluſione auxiliante modo pꝛobandi pꝛeceden-
tem concluſionem.

¶ Quinta concluſio et eſt Calcula-
toꝛis: nihil poteſt a finito gradu quātitatis et a non
gradu raritatis incipere rarefieri ſine deperditio-
ne materie niſi ſubito efficiat īfinite quātitatis ꝓba
tur: qꝛ ſi illud eſt finitū quātitatiue et habet non gra
dum raritatis: ſequit ꝙ ipſum eſt infinite denſum et
habet infinitā materiā et nullā materiā deperdet: ꝛ
iam incipit rarefieri ꝑ remotionē de pꝛeſenti: igitur
immediate poſt hoc erit rarū ꝛ continet infinitā ma
teriam: igit imediate poſt hoc habebit infinitam q̄n
titatem. pꝫ ꝯña, qꝛ ſi haberet finitā quātitatem et in
finitam materiā nullo pacto eſſet rarum, et per con

ſequens ſubito efficietur infinite quantitatis, quod fuit ꝓbādum.

Corom̄.i. ¶ Ex hac concluſione: ſequit̄ ꝙ nullum finitū nec etiā infinitū vniformiter denſum ita ꝙ quelibet pars eiꝰ ſit infinite denſa pōt rarefieri ſine deperditione materie a ſe toto et a parte: ita ꝙ nulla pars eius deperdat materiā: patet hoc correlariū facile: quia tūc quelibʒ pars eiꝰ manebit infinite dēſa ſicut antea: quia vt ponitur nulla eius pars debet deperdere aliquā materiā neqʒ aliquis punctus: et ſic ad quemlibet punctum manebit infinita denſitas et imagineris eodem modo in iſto correlario, ſicut ſi vnū vniforme infinite calidū rarefieret nullo pūcto eius aut parte perdente caliditatem.

Corom̄.2. ¶ Sequit̄ ſcđo ꝙ vnū vniformiter infinite denſum per totū pōt rarefieri idest effici rarū: ꝓbat̄ ⁊ capio vnū infinitū infinite dēſum vniformiter: ita ꝙ ad quelibʒ pūctū eius ſit infinita materia ⁊ volo ꝙ oēs gradus materie q̄ ſunt in ſcđo pedali illius ponant̄ in p̄io pedali dēpto vno et ſic fiet de quolibet pedali ſeq̄nti: ita ꝙ in quolibʒ pedali ſeq̄nti primū nō maneat niſi vniꝰ gradꝰ materie: quo poſito illud eſt rarū, q: non ē niſi dēſum vt vnū: vt patebit in dubio ſeq̄nti: q: infinita denſitas in pte finita infiniti nullo modo denominat infinitum: et hec etiam eſt opinio Calculatoris.

Corom̄.3. ¶ Ex quo ſequitur tertio ꝙ non poſſunt dari duo eque dēſa quorum vnum poſſit rarefieri et non aliud: et hoc correlariū eſt cōtra Calculatorem ponentem oppoſitū in propria forma. Probatur tn̄: quia non eſt dabile aliquod corpus finitū infinite denſum vniformiter quin ipſum poſſit effici infinitū: ⁊ de inde poſſunt a quolibet pedali eius dempto primo: omnes gradus materie vno dempto remoueri: et poni in primo pedali vt ponit̄ in precedenti correlario: quo poſito: iam pʒ ꝙ ſecundū eūdem Calculatorem manebit denſum vt vnum et rarū, nullum eſt igitur denſum quin poſſit effici rarum: ⁊ per cōſequēs Correlariū verū: ſed tu dicis ꝙ dictū Correlarium non ſequit̄ niſi addicta Calculatoris: ⁊ dicis ꝙ illa denſitas infinita in primo pedali ad huc ſufficit infinite denominare totū. Qua ꝓpter alio modo probo tale corpꝰ poſſet effici finite dēſum vniforme ⁊ volo ꝙ poſtq̄ primū pedale habet infinitos gradꝰ materie ⁊ quodlibet ſequēs hʒ preciſe vnū: ꝙ dimiſſis duobus in primo pedali: in prima pte ꝓportionali ponat̄ vnus gradus de reſiduis in ſecundo pedali et in ſecunda pte ꝓportionali ponatur vnus, alter in tertia ⁊ ſic cōſeq̄nter: quo poſito in fine hore quodlibet pedale habebit preciſe duos gradus denſitatis et materie: et ſic totum illud corpus erit vniformiter rarum per totum vt duo: igitur pōt rarefieri quod fuit probandū. Si tamen velis dicere ꝙ quodlibet infinitū quantitatiue habens infinitam materiam eſſet infinite denſum omnia iſta locū non haberent: ſed hoc non videtur rationabiliter dictum vt in ſequenti dubio declarabitur.

Tertium dubium. ¶ Dubitat̄ tertio vtrū quodlibet infinitum quantitatiue habēs infinitam materiam ſit infinite denſum. ¶ Pro ſolutione tertie dubitationis pono duas concluſiones.

Prima cōcluſio. ¶ Prima concluſio probabile eſt ꝙ quodlibet habens infinitam materiā eſſe infinite denſum

Probat̄ q: qōlʒ finitū hñs infinitā materiā ē infinite denſum et aliquod infinitū habens infinitā materiā eſt infinite denſum et non eſt maior ratio de vno habente infinitam materiam ꝙ de altero: igitur quodlibet tam finitū ꝙ infinitum habens infinitam materiā eſt infinite denſum.

¶ Ex quo ſequitur ꝙ ſi ſit vnum corpꝰ infinitū cuius quodlibet pedale habet vnū gradum materie ꝑciſe: illud tale eſt infinite denſum. Corm̄.i.

¶ Sequitur ſecundo ꝙ ſi ſit vnum infinitum: cuiꝰ primum pedale habet infinitum de materia et totum reſiduum nō denſum ſed infinite rarum: illud tale eſt finite denſum. Corm̄.2.

¶ Sequit̄ tertio: ꝙ infinite denſum debet ſic diffiniri infinite denſum eſt quantū habens infinitū de materia: non enim ꝓpter non quantum ē denſum: vt patet ex diffinitionibus rari et denſi. Corom̄.3.

¶ Secunda cōcluſio. Probabilius eſt non quodlibet habens infinitū de materia eſſe infinite denſum. Probat̄: q: tūc ſequeret̄ ꝙ aliquod infinitum eſſet infinite dēſum et amoto vno pedali eiꝰ preciſe manebit infinite rarum: pʒ dato ꝙ ſit vnum infinitum in cuius primo pedali ſit infinitum de materia et in toto reſiduo finite rārum: quo poſito amoto primo pedali iam illud manebit infinite rarum: ⁊ modo eſt infinite denſum pte: igitur propoſitum. Secūda concluſio.

¶ Et confirmatur: quia non quodlibet habens infinitam albedinem intēſiue eſt infinite album: ergo nō quodlibet habens infinitam materiam eſt infinite denſum: cōſequentia tenet a ſimili: et antecedens pʒ: quia dato vno infinito: cuius primū pedale ſit infinite albū et totum reſiduum non ſit album vel finite album: illud tale non eſt infinite albū igitur aſſumptum verū.

¶ Ex hac cōcluſione ſequitur p̄io: ꝙ infinite denſum debet ſic diffiniri: vt prius dictum eſt: infinite denſum eſt illud quod ſub finita quātitate habet infinitam materiam vel ſub infinita quantitate habet infinitam materiam per totū formaliter, vel reductiue: ⁊ in tali reductione quelibet materia ponatur in tanto ſubiecto, in quanto antea adequate ſicut fit in reductione qualitatis. Corom̄.i.

¶ Ex quo ſequitur ſecundo ꝙ ſi alicuius corporis infiniti primum pedale habuerit vnum gradum materie: et ſecundum duplum ad illam, et tertium quadruplam, et quartum octuplam et quintum ſexdecuplam, ⁊ ſic in infinitum: tale corpus eſt infinite denſum: q: habet per totum infinitā materiā reductiue. Utendo enim debita reductiōe illa materia manebit per totū infinita. Corm̄.2.

¶ Sequitur tertio ꝙ q̄uis vnum infinitū: cuius primum pedale habet infinitos gradus materie et quodlibʒ aliorū vnum preciſe poſſet mediante eadem materia effici infinite denſum per totum: nihilominus tn̄ quando ſic primum pedale habet infinitos gradus materie et quodlibet aliorum vnum duntaxat illud corpus eſt ſolum dēſum vt vnū. Probatur prima pars: q: vbi ſunt infiniti gradus materie ibi ſunt infinities infiniti vt pʒ intelligēti materiam de infinito Ponantur igitur in ſecūdo pedali infiniti et in tertio infiniti: et in quarto infiniti ⁊ ſic conſequenter: et maneant in primo etiam infiniti, vt Corom̄.3.

eſt ſatis poſſibile et patet ꝙ in fine illud corpus erit
infinite denſum per totum per illam materiam quã
habebat antea preciſe: et ſic patet prima pars cor-
relarij. Secunda pars probatur: quia ſecundum
hanc opinionem denſitas infinita exiſtens in parte
finita corporis infiniti: nihil ꝯducit nec aliq̃d ꝯfert
ad denſitatẽ corpis infiniti: igitur non plus denomi
nat dẽſitas exiſtens in illo primo pedali quam ſi cẽt
ſe mota: ſed ſi illa eſſet ſe mota manentibus alijs, vt
modo ſunt: totum eſſet denſum preciſe: vt vnum.
¶ Ex his duabus opinionibus elige quam malue-
ris et per hoc patet reſponſio ad dubium: vide illud
latius in Calculatore in ca. de raritate et denſitate.

¶ His poſitis ſit concluſio vniuer-
ſalis reſponſiua queſtionis. Raritas et dẽſitas ſunt
poſſibiles: pꝫ ꝯcluſio ex his que ſuperius dicta ſunt.

¶ Tunc ad primam rationem ante
oppoſitum cum dicebatur ꝙ cum raritas ⁊ denſi-
tas eque velociter ⁊ eque proportionabiliter pro-
cedant: vna acquirendo et alia deperdendo neceſ-
ſe eſt ꝙ non ſint ambo poſitiua: ſed vnum poſitiuum
et aliud priuatiuum: Dicendum dupliciter. Uno
modo cum Calculatore ꝙ ita ſe habent raritas et
denſitas: ꝙ eque velociter et eque proportionabi
liter procedunt: vna acquirendo: et alia deperden-
do: ſed non ſunt ambe poſitiue ſm eum: ſed denſitas
dicitur poſitiue raritas vero priuatiue. Si vero
teneatur prima poſitio de recitatis circa quiddita-
tem raritatis ⁊ denſitatis: dicitur negando ita ſe ha
bere illa duo vt eque velociter et eque propotiona-
biliter procedant vt bene deducit argumentũ. Ad
confirmationem reſpoudetur egregie ꝙ ſm Calcu-
latore non datur corpus vniformiter difformiter ra
rum: immo vt bene ibi probatur illud eſt infinite dẽ
ſum: ſed ſm primam opinionem facile reſpondetur
ꝙ bene datur: ſed non valet: ſecunda ps eſt in duplo
denſior: prima ergo continet tantum de materia: ſi-
cut prima nihil valet conſequentia, vt patet ex dic-
ta opinione que tenet alias diffinitiones rari et dẽſi.

¶ Ad ſecundum argumẽtum reſpõ-
deo ꝙ vtraqꝫ opinio eſt bene ſubſtentabilis tam pri
ma quam ſecũda: et nil aliud facere te oportet quã
reſpondere conſequenter et cum miraris de prima
opinione ꝙ ad eſſe in duplo denſius debet ad qua-
druplum augeri quantitas. Nõ eſt mirandum: quia
ipſe non auget raritatem penes quãtitatem: ſed pe
nes proportionem quantitatis ad materiam. Tenẽ-
do ſecundam opinionem: dico ꝙ non poteſt pedale
in infinitum rareſieri vniformiter, vt ſupra dixi: qꝛ,
ſequitur: vt bene deduxiſti contradictio ſcilicet ꝙ
ſit infinite rarum et infinite denſum.

¶ Ad tertiam rationem que eſt bo-
na dico ꝙ rareſactio, vt bene dicit Gregori⁹ arimi-
nenſis in ſecundo eſt motus quo quantitas magis ra
reſit: et eadem magis extenditur ad extẽſionem ſui
ſubiecti vel dic ꝙ eſt acquiſitio maioris loci, vt Sco
tus et cum dicitur: ergo rareſacto pedali ad bipe-
dale totus mundus mutaretur et celum rumpere-
tur. Dicendum egregie ꝙ cauſe vniuerſales ita or-
dinauerũt vt ſi in aliqua parte fiat rareſactio in alia
fiat condenſatio: ne ſequatur vacuum aut dimenſio-
num penetratio.

¶ Ad quartam rationẽ dico ꝙ hec
reductio fieri debet auferẽdo materiam ab vna me
dietate ſubiecti vniformiter: et vniformiter perdẽ-
do in alia medietate ſubiecti. Ad aliam replicã cũ
dicis per maiorem partem vadit rareſactio quam
condenſatio: ergo totum rareſit nego conſequenti-
am: ad aliam cum petis quod eſt illud inſtãs in quo
poſt ipſam condenſationem: ſequitur rareſactio: ſi
eſt inſtãs mediũ vel nõ dic ꝙ ſemper eſt ante inſtans
mediũ temporis: ſed ſcire illud exacte dicit Calcu
lator eſſet maioris anxietatis quam vtilitatis.
¶ Sunt enim multa q̃ intellectus humanus dignoſ-
cere non valet quod euenit. ex noſtri intellectus de
bilitate. Nam vt dicit Auerrois tertio de anima in
tellectus noſter in ordine intelligentiarum eſt ſicut
materia prima in ordine ſubſtantiarum corporaliũ
et Ariſtoteles ſecũdo metaphiſice ſicut ſe habet ocu
lus noctue ad lumen ſolis ſic ſe habet intellectus nr̃
ad manifeſtiſſima nature et apoſtolus ad philipẽſes
tertio cuncte res difficiles ego non arbitror me ap
prehendiſſe non poteſt eas homo explicare ſermo-
ne ergo nec capere aliquis: quia auditus eſt ſenſus
diſcipline: ſi ergo nemo poteſt eas explicare: ergo
nec alius addiſcere: quia vt inquit Auguſtinus erit
magiſter erroris qui nũquã fuit diſcipul⁹ veritatis.

¶ Ad quintam rõnẽ ibi rñſum eſt.

¶ Ad ſextã dic illud eſſe denſum nec
raritas eſt menſuranda ſicut qualitas: ſed ſicut quid
priuatiuum. Ad confirmationem primam eadẽ reſ-
ponſio datur. dicendo ꝙ non debet iudicari de illo ꝑ
gradus raritatis qualitati vos denominantes: ſed ꝑ
materiam et ſic eſt infinite denſum. Et ſi placeat tu-
tari primam opinionem dicere poſſumus eſſe infini-
te rarum: nec de illo iudicandum eſſe penes materi
am. ¶ Ad ſecundam confirmationem reſpondetur
aliud eſſe ſi diuidatur proportione decupla vel du-
pla vt bene ꝓbaſti. Nam proportiõe dupla eſt infini-
te denſum et tñ ꝓportione decupla eſt finite dẽſum.

¶ Ad octauam reſpondetur ꝙ denſi-
tas illius corporis eſt finita: tñ denſitas toti⁹ ad dẽſi
tatẽ prime ꝑtis ꝓportionalis eſt incõmenſurabilis.

¶ Ad nonam rationem reſpondeo
negando ſequellam: et ad ꝓbationem nego ꝙ in fine
hore illud ſit denſius immo eſt rarius. Et ad proba-
tionem nego hanc conſequentiam: infinite partes il
lius corporis ſunt denſiores quam erant antea ⁊c. qꝛ
ſtat ꝙ vna ſola acquirat tantũ de quantitate vel plus
quam ille infinite omnes deperdant

¶ Textus commenti trigeſimi ter- Tex. cõ. 33.
tij ponit opinionem Anaxagore qui videbatur be-
ne aſſignare cauſam motuum: et dicit Anaxagoram
illo principio motũ ex nihilo nihil ſit: credidiſſe non
poſſe aliquid fieri quo minus totum eius eſſe preſue
rit: ⁊ dicebat fieri eſſe alterari ſcilicet condenſan-
do vel rareſiendo. Alij dicebant: tale fieri eſſe con-
gregationem et ſegregationem fore corruptionẽ
Uerba textus ¶ Videt autem Anaxagoras ſic infini
ta opinari, vt accipiat cõmunem opinionem phiſico
rum eſſe veram: tanquam non fiant nullum eorum
ex eo qδ non eſt: propter hoc enim dicunt ꝙ erant ſi
mul omnia: et fieri huiuſmodi ſtatuerunt alterari.

¶ Alij autem congregationem et ſe
grtionẽ ¶ dicebat eñi contraria fieri ex alterutris: q̃-
re vnũ eſt in alio in actu: et ſic omnia in oib⁹: ſed hoc

eſt falſum neſciebat eñ: ens in potentia fore mediū inter ens in actu et nō ens: Ideoq̧ frigidū eſt in calido in potētia (dicit text⁹ āpli⁹ ex eo ꝙ fiūt ex alterutris contraria: inerāt ergo) ſcilicet in cōtrariis cōtinuando textum ſi enim omne quod eſt fit neceſſe ē fieri: aut ex his que ſunt aut ex his que non ſunt: hoꝝ autem illud quod eſt ex his que non ſunt aliq̄d fieri impoſſibile eſt. De hac enim conueniunt opinione omnes qui de natura ſunt: reliquum iā contingere ex neceſſitate putauerūt: ex his que ſunt ⁊ inſunt fieri: ſed propter paruitatem magnitudinum ex inſenſibilibus nobis: vnde dicunt eſſe in omne miſceri Propter id quod omne ex omni videbant fieri) ſententia huius textus tota eſt opinio Anaxagore iam dicta ⁊ clara: nō additur ibi niſi ꝙ omnia ſunt in omnibus ſm athomos: et ex illis q̄ ſunt aeris cōgregatis in aq̄ fiebat aer ex aq̄: et diſpergēdo in athomos aquā: deſinebat aqua.

## ¶ Continuatur idem tex. cōmē. 34.

(apparet autem dr̄ia ⁊ appellari altera ab inuicem ex magis ſuperabundanti propter multitudinem in mixtura infinitoꝝ. Sincere quidem .n. totum album aut nigrum aut carnem ant os non eſſe: ſed qd̄ plus vnūqd̄q̧ habet hoc videtur eſſe natura rei.) Dubitaret aliquis bene ſi omnia ſunt in omīb⁹ ⁊ qd̄libet in quolibet quomodo differt vnū ab alio dicit multitudine vel paucitate rei aqua denoīatur. ¶ Improbat philoſoph⁹ Anaxagoram dicens: ignoratis principiis ignorant̄ principiata: ſꝫ ꝑncipia ignorātur q2 infinita: g° res naturales erūt ignote. Maior pꝫ ex illo vnūqd̄q̧ arbitramur cognoſcere etc. Minor eſt vera quia intellectus noſter eſt infinite capacitatis non valens infinita intelligere ſimul.

Tex. cō. 35. ¶ Si igitur infinitū ſm ꝙ infinitū eſt ignotum ſm multitudinem et magnitudinem infinitum ignotum quantum quodam eſt: ſm ſpeciem infinitum ignotum quale quodam eſt: principiis autem infinitis exiſtentibus ⁊ ſm multitudinem et ſm ſpeciem impoſſibile ē que ſunt ex his cognoſcere ſic enim cognoſcere compoſitum arbitramur cum ſcim⁹ ex quib⁹ ⁊ quantis ſit.

¶ Sed phs arguit in Anaxagorā ſic ſequeretur non eſſe determinata quantitatem alicuius totius: Conſequens eſt falſum: ſequella ꝓbatur: quia totum cōſurgit e partibus: ſed partes in actu ⁊ non ſolum in potentia nullam quantitatem determināt: q2 dicit dari in cōtinuo infinitas inſenſibiles ergo nec totū probat falſitatē conſequentis ſic quia impoſſibile eſt quantamcunq̧ plantam eſſe aut quātumcunq̧ animal eſſe. Dicit textus.

Tex. cō. 36. Ampli⁹ autem ſi neceſſe eſt cuius pars contingit quantamcūq̧ eſſe ſm magnitudinem ⁊ paruitatem ⁊ ipſum totū cōtingere. Dico autem talium aliquam partiū in quam cum inſit diuidit̄ totum. Si aūt impoſſibile aīal aut plantā quātācūq̧ eē ſm magnitudinē et ꝑuitatē manifeſtum eſt ꝙ nec partiū quālibet ſcilicet cōtingit eſſe in infinitū minimam (erit enim totum partibus ſimile.) Caro aūt et os ꝑtes ſunt animalis: et fruct⁹ plātarū: manifeſtū igit̄ qm̄ impoſſibile eſt carnē aut os aut aliquod aliud quantumcūq̧ eſſe magnitudine aut in maius aut in minus.

¶ Philoſoph⁹ reprobat hic Anaxagoram ſuppoſitis trib⁹. Primum eſt ꝙ omnia ſimul ſunt et non fiūt de nouo; ſed ſegregant̄ ex aliquo in quo ꝑextiterūt ⁊ vnūquodq̧ denominat̄ a plurimo ideſt pluribus ꝑtibus in re exiſtentibus: quod dicit phs per hec verba (amplius ſi omnia inſunt quidē huiuſmodi inuicē et nō fiunt ſcilicet de nouo ſed ſegregant̄ cū inſint: dicunt̄ autem et a plurimo). Tex. cō. 37.
Secūda ſuppoſitio eſt ꝙ quodlibet fit ex quolibet: vt ex carne aq̄ ſegregat̄ et caro ex aqua: quod dicit philoſophus ꝑ hec verba (fit autem ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua ſegregat̄ et caro ex aq̄). Tertium ſuppoſitum ē ꝙ omne corp⁹ finitū reſecat̄ a corpore finito, hoc eſt ſi a corꝑe finito quātūcūq̧ magno auferat̄ multotiens finitū quantūcūq̧ paruū totiēs poterit auferri minus a maiori ꝙ totū maius conſumet̄ a minori per diuiſionē. Ex hoc infert phs ꝙ implicat contradictionē omnia eſſe in omnib⁹: qd̄ dicit philoſoph⁹ ꝑ hec verba. Omne aūt corpus finitum reſecat̄ a corpore finito: manifeſtū eſt ꝙ nō cōtingit in vnoquoq̧ vnūquodq̧ eſſe. ¶ Dicit preterea tex. Remota eñ ex aqua carne: rurſuſq̧ ex aqua reliq̄ ſegregata q̄uis ſemper minor erit ſegregata: ſed tñ non excellit magnitudo paruitatē. Quare ſiquidē ſtabit ſegregatio: non omne in omni inerit. In reliqua eñ aqua non inerit caro. Si vero nō ſtabit: ſed habebit ſemper remotionem in finita magnitudine equalia finita inerunt infinita ſm multitudinē. Hoc autem impoſſibiie eſt.

¶ Arguit ſic philoſophus: ſi ex aq̄ remouetur caro: et ſi iterū ex reſiduo aque fiat alia ſegregatio carnis (ſed tamē dicit phs non excellit magnitudo paruitatem) ideſt dabilis eſt minima caro: tunc ſic vel in ſegregatione carnis erit ſtatus vel non: ſi primū (nō omne in omni inerit in reliqua eñ aq̄ nō inerit caro): ſi ſcd̄m ſequit̄ ꝙ in magnitudine finita erūt infinita ſm multitudinē equalia: qd̄ implicat cōtradictionē: q2 ſequit̄ eſſe infinitū et finitum.

¶ Dicit preterea textus (adhuc aūt ſi omne quidē corp⁹ remoto quodam min⁹ neceſſe ē fieri: carnis autē determinata eſt quantitas ⁊ magnitudine et paruitate. Manifeſtū eſt ꝙ ex minima carne nullū ſegregabit̄ corpus. Erit eñ min⁹ minima. Tex. cō. 38.
¶ Amplius aūt infinitis corꝑib⁹ ineſt vtiq̧ iam caro infinita et ſanguis, et cerebrū. Seꝑata tamen ab inuicē: nihil aūt minus entia ſunt: et infinitū vnūquodq̧. Hoc aūt irrationabile eſt.

¶ Nequaq̄ autē ſegregandum eſſe neſcientis dr̄. recte aūt dr̄: paſſiones eñ inſeparabiles ſunt ſi igit̄ mixti ſunt colores et habitus ſi ſegregentur: erit aliquid albū et ſanatiuū non alterū aliquid cū ſit neq̧ de ſubiecto: quare incōueniēs ē impoſſibilia querēs intellect⁹ ſi vere velit quidē ſegregare. Hoc aūt facere eſt impoſſibile: et ſecundum quantitatem, et ſecūdum qualitatē: ſm quātitatem quidem: qm̄ non eſt minima magnitudo: ſm qualitatem aūt qm̄ inſeꝑabiles ſunt paſſiones. Tex. cō. 39.

¶ Non recte autem generationem accipit ſimilium ſpecierū. Eſt enim vt lutum in luta diuidit̄. Eſt autem vt non: et non idem modus eſt: vt lateres ex limo: et domus ex lateribus. Sic autem aqua et aer ex alterutris: et ſunt et fiunt. Tex. cō. 40.

¶ Melius aūt eſt minora et finita recipe: qd̄ ꝟe facit Empedocles) ꝓbat phs tex. cō. 38. ibi (adhuc aūt ſi omne.) Vult dicere phs cū ſit dabilis minima quantitas carnis neceſſe eſt vt ex illa nul

la caro ſemoueatur, q: daret̃ minus minimo. Dicit p̄terea ibi (ampliꝰ autem infinitis corporibus.) Uult dicere ꝙ ſi in vnoquoqꝫ ſunt infinite partes carnis ⁊ oſſis ⁊ aque ſequeret̃ in finito eſſe in finities infinita et oīa penetratiue. tex. cō. 39. (nequaꝙ̄ aūt ſegregādum eſſe neſcientis dicitur: recte autē dicit̃.) Uult dicere non bene dicebat Anaxagoras non poſſe hāc ſegregationem fieri vſqꝫ in finē: recte aūt dicitur. i. bene poteſt ſuſtineri de accidentibus que non poſſunt a ſubiecto ſegregari: ſed dicebat omnia accidētia eſſe īmixta: et ſi ſic eſſet ꝙ omnia cōmixta poſſunt ſegregari, eſſet aliquod album ſeparatū ⁊ ſanatiuū et nō eſſet de quo diceret̃. Item ſequitur ꝙ ille intellectus nitens vſqꝫ ad finem ſeparare in vanū cruciaret̃: q: ſm q̄ntitatē non pōt vſqꝫ ad finē ſeparare cū nō ſit dabilis minima maguitudo: nec ſm q̄litatē: q: accidentia ſunt inſeparabilia. tex. cō. 40. (nō recte autem generationē accipit ſimilium prium) vult dicere ꝙ errabat Empedocles credens omnem generationem fieri ex ſimilibus partibus ideſt per congregationem homogeneorum: aliqua enim fiunt ex diſſimilibus vt lateres ex limo ꝑ alterationem aliq̄ ex diſſimilibus per compoſitionem, vt domꝰ ex lateribus: aliqua reſoluuntur in ſimilia, vt lutum in luta tex. cō. 41. (melius autem eſt minora ⁊ finita recipere). i. melius eſt eſſe finita principia rerū vt Empedocles facit, quam ponere infinita, vt Anaxagoras.

Queſtio de quantitate ētiū nālium.

¶ Super iſta opinione Anaxagore poteſt queri an entia naturalia terminentur ad maximum et minimū. vel aliter poteſt etiā queri an forma ſubſtantialis determinet ſibi in materia certam latitudinem extenſionis in magnitudine et paruitate vltra quā vel citra quā forma ſubſtantialis nō poteſt permanere vel vt ſanius ſentiamus nō poteſt incipere informare materiam.

Nota. i.

¶ Pro declaratione iſtius q̄ōnis notandum eſt quomō exponant̃ iſti termini. Maximū quod ſic. Minimū qō non. Minimū quod ſic. Maximum quod non. ¶ Pro cuius declaratione noto ꝙ maximum quod ſic ita exponitur illud ſic. ⁊ nullum maius, vt ſi diceretis iſte eſt maximus homo: ita exponitur iſte eſt magnus homo ⁊ nullus eſt eo maior. Minimum aūt qō ſic, ita exponitur illud ſic ⁊ nullū minus: ita ꝙ iſta ꝓpō iſte eſt minimus homo: ita exponitur, iſte eſt paruus homo ⁊ nullus dat̃ eo minor. Minimum quod non: ita exponit̃. illud nō: ſed quocunqꝫ minori dato datur maius. Exemplum, ſit aliquod pondus, vt quattuor et potentia portatiua ſit vt quattuor tale pondus eſt minimum quod ſortes non poteſt portare: quia illud pondus, vt quattuor ſortes nō poteſt portare (q: a proportione equalitatis non fit actio.) ſed quocunqꝫ minori dato datur maiꝰ qō pōt portare. verbi gratia, ſi poteſt portare pondus vt tria poterit portare vt tria cū dimidio. Maximum ꝙ non: ita exponitur illud non: ſed quocunqꝫ maiori dato datur minus, vt potentia portatiua vt quattuor eſt maxima que non poteſt portare pondus vt quattuor: quia illa non poteſt portare pōdus, vt quattuor: quia a proportione equalitatis fieret actio: ſed quacūqꝫ maiori data ꝙ̄ vt quattuor vt ſi detur quinqꝫ minor illa poteſt portare podꝰ vt quattuor vt vꝫ quattuor cum dimidio.

Nota. 2.

¶ Noto ſecundo ꝙ iſti termini maximum quod ſic et minimum quod nō attribuuntur magnitudini. Ita ꝙ ſi forma ſubſtantialis ſub aliqua extenſione pōt eſſe propter magnitudinē et ſub aliqua nō, dabilis eſt maxima extenſio vel minima que nō. Sed illi termini minimuꝫ qō ſic vel maximū qō non: dātur quo ad paruitatem: ita ꝙ ſi forma ſubſtantialis ſub aliqua extenſione poteſt eſſe propter paruitatem ⁊ ſub aliqua non propter paruitatem, dabilis eſt minima que ſic vel maxima que non. Nunc autēꝫ ꝓbat̃ qō affirmatiue multꝭ authoritatibꝰ. Ex philoſopho dicenti ſecundo de anima omnium natura cōſtātium dabilis eſt certus terminus augmenti et d̄ crementi. Item Ariſtoteles contra Anaxagoram minimam preſuppoſuit carnem. Item Ariſtoteles ait primo phiſicorum, impoſſibile eſt quantamcunqꝫ plantam eſſe, aut quantumcunqꝫ animal eſſe. Item. Ariſtoteles in libro de ſenſu ⁊ ſenſato ſi albedo poſſet diminui in infinitum viſus poſſet acui in īfinitū: ſed viſus nō pōt acui in infinitū: ergo nec albedo poſſet diminui in infinitum: ergo dabilis eſt minima albedo.

Nota. 3.

¶ Pro declaratiōe maiori huius q̄ōnis noto tertio ꝙ in hac materia varie ſunt opiniones. Prima eſt Scoti in ſcđo ſentētiarum diſtinctione ſecđa q̄ōe. 9. tenentis ꝙ ſi loquamur de perfecta quantitate ſub qua aliqua res poteſt facere ꝑfectas operationes dabile eſt minimū, et maximū in entibꝰ naturalibus. Si autē loquamur de abſoluta quātitate ſub qua res poteſt manere, hoc modo non eſt dabile minimum: bene tamen concedit maximum: ⁊ hac ratione ſuadet, minimū naturale eſt quantum et ꝓpria paſſio quantitatis eſt diuiſibilitas, vt habet̃ quinto metaphiſice: ergo tale minimū naturale poteſt diuidi: ergo ſi diuidat̃ ſequitur ꝙ non erat minimū: quia aliq̄d minꝰ eo dari poteſt, ſ. medietas: ſed hec rō Scoti pauci valoris eſt: q: ꝙ̄uis illud pōt diuidi tamen minimum naturale vocatur: q: illud pōt per ſe exiſtere et nullum minus poteſt per ſe exiſtere bene tamen pars alterius.

Opinio Scoti.

¶ Secunda eſt opinio que tenet eſſe dabile minimū naturale ad iſtū ſenſum ꝙ illud pōt ꝑ ſe exiſtere et nullū minus eo pōt per ſe exiſtere, nec nāliter neqꝫ ſuꝑ naturaliter: et fundat̃ in illa regula Scoti. 4. ſentē. diſtinc. et. q. primis. Quicq̄d repugnat alicui ex natura ꝓpria deꝰ nō pōt ei cōferre: ſed repugnat minimo naturali minor q̄ntitas ꝙ̄ illa: ergo nec naturaliter neqꝫ ſuper naturalr̃ pōt dari minor eo per ſe exiſtens: ſed in veritate ego ſatis admiror de iſtis tā luce clara allucinantibꝰ: ſequunt̃ nāqꝫ maxima incōueniētia. primo ſequitur dato minimo aut maximo ꝙ daretur vltimum inſtans eſſe rei permanentis: ſeq̄lla ꝓbat̃: volo ꝙ tale minimū naturale incipiat comprimi per vltimum non eſſe: itaqꝫ nunc non comprimit̃ ſed īmediate poſt hoc cōprimet̃: ⁊ ſequitur ꝙ tale minimum naturale nunc eſt et non īmediate poſt hoc erit: alioquin daret̃ minus minimo ꝑ ſe exiſtens quod implicat contradictionem: ideoqꝫ crediderim ꝙ quemadmodum in diſpoſitionibus q̄litatiuis quo ad productionem datur minima q̄ ſufficit. et quo ad conſeruationem maxima que non ſufficit. Ita in diſpoſitionibus quantitatiuis eſt dare minimam quo ad fieri: itaqꝫ repugnat minorem fieri ſꝫ non eſt dare quo ad eſſe minimam: ſed maximā que non: ad iſtud ſenſum ꝙ illa nō poteſt per ſe conſeruari: ſed quacunqꝫ maiori data dat̃ vna minor que pōt ꝑ ſe ꝯſeruari. Nota ꝙ minimū formale eſt minimū naturale. Minimum materiale ē ꝑs minimi formalis.

Secūda opinio.

Unde eſt cõmune adagium. Minimũ formale eſt
plurimum materiale.

¶ Sunt tamen aliqui vt Albertus de
ſaxonia qui credunt in rebus homogeneis non poſſe
dari maximum. Et ratio que mouet illos eſt quia il-
loꝝ forma eſt extenſa: et ſi duplat̃ totũ: forma duplat̃
que habet in duplo maiorem virtutem informatiuã.
Et hoc credit eſſe verum de omnibus entibus natu-
ralibus que habent formas extenſas. Sed de anima
rationali illud non eſt verum: quia cum habeat fini-
tam virtutem informatiuam et non augeatur eius
virtus augmentata materia ſequitur non poſſe ma-
teriam informare quantum vis extẽſam. De primis
tñ entib⁹ naturalib⁹ homogeneis eſt authoritas phi
ſecundo de anima dicentis. Si igni addantur com-
buſtibilia in infinitum ignis creſceret in infinitum.
Ut tamen magis iſta queſtio declaretur ſunt tres
Opinio. i opiniones. ¶ Prima ẽ Gaietani de thienis queſtiõe
15. primi phiſicorum. Et Joannis de ianduno que-
ſtione. 16. primi phiſicorum. Et Burlei in commento
huius textus: ꝙ homogenea non ſunt determinata
quo ad minimum et maximum. Bene tamen ethero
genea. Quam opinionem ſuadent hoc modo in ho-
mogeneis eadem eſt ratio ſpecifica totius et partis
igitur in parte quantitatiua quantumuis parua ſal-
uatur ita bene ſpecies ſicut in toto: quare ergo non
poteſt pars per ſe eſſe ſicut et totũ. In etherogeneis
vero quia aliam ſpeciem habet totum quam pars,
ſequitur ꝙ determinetur certa quantitas ipi toti ad
hoc ꝙ per ſe exiſtat. Hanc tamen opinionem credo
eſſe contra Ariſtotelem: tum quia Auerrois oppoſi-
tum illius tenet commento. 36. primi phiſicorum: et
Temiſtius tñ etiam ex ipſa Ariſtotelis litera ſequi
tur eius contrarium. Probatur quia Ariſtoteles di
cit. ex minima carne ſi aliquid ſegregetur datur mi
nus minimo per ſe exiſtens, tum etiam quia philoſo-
phus dicit quantitatem totius fore limitatam quia
limitata eſt quantitas partium homogenearum: vt
patet arguendo contra Anaxagoram.

Opinio 2 ¶ Secunda eſt opinio Scoti tenen-
tis non eſſe dobile minimum naturale ſecundo ſentẽ
tiarum diſtinctione ſecunda queſtione nona. Et ad
authoritates dicit nõ eſſe dabile minimum naturale
niſi quo ad perfectam quantitatem rei ſub qua poſ-
ſunt perfecte fieri operationes. Sed clarũ eſt hanc
opinionem eſſe cõtra Ariſtotelẽ qui dicit ꝙ ſi a mini
ma carne ſegregetur aliquod corpus manebit mini
mus minimo per ſe exiſtens, quod dicit eſſe impoſſi-
bile: ſed tunc quomodo reſpõdebit illi authoritati
philoſophi in de ſenſu et ſenſato vbi dicit. Si albedo
poſſet minui in infinitum viſus poſſit acui in infinitũ
ſed viſus non poteſt acui in infinitum: ergo nec albe
do diminui in infinitum: ergo dabilis eſt minima al-
bedo: dicit ꝙ verum eſt in eſſe viſibilis, non tamen in
eſſe rei: ſed hoc eſt falſum: inquit Auguſtinus nym-
phus: quia ſi potentia viſiua poteſt diminui in infini-
tum cum homo poſſit in infinitũ diminui: ergo quod
cunqꝫ viſibile poteſt videri.

Opinio 3 ¶ Tertia opinio eſt tenẽs minimum
naturale eſſe dabile tam naturaliter quam ſuper na
turaliter: ita ꝙ illud poteſt per ſe eſſe et nullum mi-
nus poteſt per ſe eſſe per quamcunqꝫ potentiam. An
geſt tamen in ſecundo de cauſis proprietate vigeſi-
ma ſecunda placet ꝙ ſolam detur minimum natura
liter. Super iſta tamen materia nota aliquas pro-
poſitiones.

¶ Prima propoſitio in rebus ſucceſ- Pria ppõ
ſiuis licet poſſit dari maximum, nunꝙ̃ tamen poteſt
dari minimum. Nam quocunqꝫ dato minimo tempo
re vel motu. Ante illum fuit aliquod minus per ſe
exiſtens. ſcꝫ. ſua medietas: in motu tamen alteratio
nis datur minimum. i. remiſſiſſima qualitas que pro
ducitur in inſtãti: et ita cum dixit Ariſtoteles ſexto
phiſicorum in motu non eſt dare primum mutatum
eſſe nec vltimum mutatum eſſe: intellige de motu lo
cali: non tamen de motu alterationis. Notabis pre-
terea id qõ celebris philoſophus Auguſtinus nim
phus annotat ꝙ potẽtia actiua minimi naturalis vel
cuiuſuis alterationis entis terminat̃ per maximum
in quod poteſt agere et non per minimum quod non
Quod probat ex commentatore primo de celo com
men. 116. qui expreſſe illud ait. Propter quod nota
ꝙ ad actionem agentis requirit̃ determinatus ex-
ceſſus potentie ſuper reſiſtentiam ſicut ad hoc quod
intellectus agat noticiam requiritur determinatus
gradus aduertentie; ita quod reſiſtentia vt tria: reſ
pectu agentis vt quattuor eſt maxima in quam po-
teſt agere. Uidetur iſta opinio rationalis ꝙ gra-
ue vt quattuor poteſt ſubſtentari a potentia ſubſten
tatiua vt quattuor: et nõ ꝓpterea qõ tale graue quã
tumuis parum accreſcat: ſequitur ꝙ potentia ſubſtẽ
tatiua ſuccumbet: igitur ad agẽdum requiritur de
terminatus gradus exceſſus. De tempore autem du
rationis minimi naturalis vel alterius entis dicitur
ꝙ non eſt dabile maximum tempus durationis quia
daretur vltimum inſtans eſſe rei permanentis. Naꝫ
in inſtanti terminatiuo illius temporis ipſa res eſt et
non immediate poſt illud erit et ideo datur minimũ
tempus per quod ipſa res non poteſt durare: ita ꝙ p
illud non poteſt durare, ſed per quodlibet minus.
Hec annotat nymphus de minimo. Sed vlterius cõ
ſiderabis hanc opinionem Anaxagore non fuiſſe ab
Ariſtotele fideliter recitatam. Nam vt Picus mirã Picus mirãdulan⁹.
dulanus in epthaplo Anaxagoras tres mundos fuit
imaginatus. Primum angelicum: quem dicebat a
luce conflatum. Secundum ponebat celeſtem: queꝫ
dicebat ꝑtim e luce: partim et e tenebris fieri. Ter
tium ponebat ſublunarem: quem vocitabat e tene-
bris factum: et volebat dicere Anaxagoras quodli-
bet eſſe in quodlibet: ideſt quicquid eſt in vno mun-
do inuenit ſibi ſimile in alio. Nam ſicut ſol eſt in mun
do celeſti, ita ignis eſt in ſublunari, et ſeraph in an-
gelico: et ſicut luna eſt in celeſti, ita aqua in ſubluna-
ri et cheruch in angelico, quod interpretatur ſapi-
entia.

¶ Alio mõ dicit Auguſtin⁹ nimph⁹
d mẽte themiſtij, fundatiſſimi egidij et alberti magni
ꝙ cum omnes forme ſint effectiue in primo motore.
Poteſtatiue vero in prima materia vt Auerrois. 12.
metaphiſice cõmento. 16. putabat Anaxagoras oẽs
formas inchoatas ꝑceſſiſſe in materia: deinde vero
actione agẽtis naturalis fieri cõſumatas et ꝑfectas.
Et in illaꝝ cõſumatione et perfectiõe cogitabat de-
ſtrui formas inchoatas et per iſtũ modum Anaxago
re chaos ſaluatur.

¶ Anaxagoras probat oĩa eſſe in Reſpondetur ad motiua Anaxagore
omnib⁹ hoc modo ꝙ ſi ignis nõ fuiſſet in ligno vnde
formatur fieret ignis ex nihilo; qꝛ cum omne contra

BIBLIOTECA UNIVER
GRANA

riū fiat ex ſuo contrario, ſi non pꝛeexiſteret in ſuo cō trario fieret ex nihilo: ſed Anaxagoꝛas in ſuis rationibus peccauit ex logica nāq3 iſta pꝛepoſitio ex: poteſt accipi tripliciter. Uno modo vt dicat circunſtātiam cauſe efficientis. Et ita concedimus ꝙ filius fit ex patre. Secundo modo vt dicat circunſtantiam termini a quo: ⁊ ſic concedimus ꝙ omne contrarium fit ex ſuo contario. i. per expulſionem ſui contrariī. Tertio mō ly ex pōt dicere circūſtātiā ſubiecti: et ſic concedimus ꝙ oē quod fit, fit ex aliquo. i. in aliquo ſubiecto pꝛeſuppoſito. Dico igitur ad rationem Anaxagoꝛe ꝙ hec eſt vera: ignis fit ex nihilo: vt ly ex dicat circūſtātiam termini a quo. Nam ſignificat ignis fit cum ante non eſſet. Si vero ly ex dicat circunſtantiam ſubiecti, iſta eſt falſa. Ignis fit ex nihilo. i. ſine aliquo ſubiecto pꝛeſuppoſito. Ariſtoteles aūt cōtra Anaxagoꝛam ſic arguit. Sequeretur ꝙ nullum ens naturale eēt diſtincte et clare cognoſcibile: Nā ſi ſic: maxime eſſet ꝑ cognitionē ſuoꝝ pꝛincipioꝝ: ſed illa pꝛincipia nō poſſunt cognoſci qꝛ ſunt īfinita: infinitū enī in quantū infinitum eſt ignotū: ergo intentum. Super quod nota ꝙ infinitum non eſt ignotū qꝛ nullo cōceptu poſſit cognoſci: Nā cognoſcitur cōceptu omniū entium et etiā cōceptu ſue diffinitionis ens ſine termino ſed ignotum: vt dicit Buridanus: qꝛ nō poteſt cognoſci ſm determinatū numerū partium. Uel dicas melius ꝙ non poteſt cognoſci ſm omnes ſuas partes diſtincte et clare. Gregoꝛiꝰ tamē de arimino credit diſtinctio. ii. ſcōi. ſentē. ꝙ intellectus ſeparatus infoꝛmatus infinitis ſpeciebus intelligibilibꝰ infinitoꝝ obiectoꝝ poteſt foꝛmare infinitas notitias illoꝝ eque facile ſicut vnam.

De infinitate pͥme cauſe. ¶ Sed dubitatur: quia Ariſtoteles 8. phi. pꝛobat ꝙ pꝛima cauſa eſt infinita: ergo videt̃ ꝙ cognouit infinitatem pꝛime cauſe: igitur pꝛīa cauſa cum ſit infinita eſt cognita: igitur infinitū inquantum infinitum eſt notum.

¶ Pꝛo declaratiōe iſtiꝰ queſtionis ſcotus in diſtin. 2. pꝛimi ſenten. q. ſecunda ſubtiliter declarat quomodo pꝛīa cauſa eſt infinita, tribꝰ modis. ſ. vigoꝛe, duratione, et perfectione. Ad cuius declarationem ponit aliquas concluſiones.

Pꝛīa pclō ¶ Pꝛima cōcluſio. Dabile eſt aliqđ effectiuum ſimpliciter pꝛimū. pꝛobat̃ cōcluſio bene ſequit̃ aliquod effectibile eſt: ergo aliquod effectiuum ſimpliciter pꝛimum eſt. Pꝛobatur cōſequentia ꝙ ſi eſſet effectibile vel a ſe vel ab alio: non pꝛimum: quia nihil ſeipſum facit: non ſecundum: quia ſi eſſet effectibile ab alio rurſum de illo alio vel eſt effectibile vel non: ſi non, habeo effectiuum ſimpliciter pꝛimum. Si pꝛimum eſſet proceſſus in infinitum aſcendendo in ſurſum in cauſis eēntialiter ſuboꝛdinatis quod eſt contra Ariſtotelem pꝛimo poſterioꝛum: ergo deueniēdum ad effectiuum ſimpliciter pꝛimū: ſed contra: arguit Scotus: bene ſequitur eſt dare pꝛoceſſum in infinitum in cauſis accidētaliter ſuboꝛdinatis: igitur ē dare pꝛoceſſum in infinitum in cauſis eſſentialiter ſuboꝛdinatis; antecedens patet ex Auicenna. 6. meta. ca. 5 et conſequentia pꝛobatur ex paritate rationis. Pꝛo ſolutiōe iſtius rationis notat Scotus diffinitiones cauſarum eſſentialiter ſuboꝛdinatarum atq3 accidentaliter ſuboꝛdinatarum.

¶ Cauſe eſſentialiter ſuboꝛdinate ſunt ille quarum poſterioꝛ dependet in eſſe a pꝛioꝛi ⁊ cauſalitas poſterioꝛis dependet a cauſalitate pꝛioris. Exemplum eſt de igne et celo et deo. Nam ignis ſuum eſſe accepit a celo et deo: atq3 ignis non poteſt cauſare ſine hoc ꝙ celum et deus cauſent. ¶ Cauſe vero accidentaliter ſuboꝛdinate. ſunt quarum poſterioꝛ dependet in eſſe a pꝛioꝛi: non tamen cauſalitas poſterioꝛis dependet a cauſalitate pꝛioꝛis. Exemplum eſt ð filio, patre, auo, nepote, pꝛonepote, poſterioꝛ enim a pꝛioꝛi recipit ſuum eſſe non tamē ab alio dependet in cauſando.

¶ Notabis vltra de mēte ſcoti quattuoꝛ differentias inter cauſas eſſentialiter ſuboꝛdinatas: ⁊ accidentaliter ſuboꝛdinatas.

¶ Pꝛima differētia: ꝙ cauſe accidētaliter ſuboꝛdinate omnes ſunt eiuſdem rationis: ⁊ cauſe eſſentialiter ſuboꝛdinate omnes ſunt diuerſe rationis. Pꝛīa dr̄ia

¶ Secunda differentia ꝙ in cauſis eſſentialiter ſuboꝛdinatis ſi in fima cauſat om̄es cauſant: ſed in cauſis accidētaliter ſuboꝛdinatis nō eſt hoc neceſſarium. Secūda differētia

¶ Tertia differētia ꝙ cauſe eſſentialiter ſuboꝛdinate omnes ſunt ſimul: ſed accidentaliter ſuboꝛdinate non eſt neceſſarium. Tertia dr̄ia.

¶ Quarta differētia ꝙ in cauſis eēntialiter ſuboꝛdinatis eſt ſtatus: ſed in cauſis accidētaliter ſuboꝛdinatis nō eſt ſtatus. Ubi notabis ꝙ in cauſis eſſentialiter ſuboꝛdinatis bene eſt pꝛoceſſus in infinitum in poſt. Non tamē in ante: quod ſatis bene declaratur de demonſtrationibus que augmentantur in infinitum in poſt. Nam ſecunda demonſtratio dependet in eſſe a pꝛima et nō poteſt cauſari ſine pꝛima. Iſtam autem quartam differentiam ſuadet Scotus his rationibus. Quarta dr̄ia.

¶ Pꝛima ratio: quia ſi datur pꝛoceſſus in infinitum in cauſis eſſentialiter ſuboꝛdinatis: ſequitur quālibet illarū cauſarum eſſe cauſatam: et ita tota vniuerſitas erit cauſata: petitur ergo vel eſt cauſata ab aliquo ð illa multitudine: et hoc nō: quia nulla pars cauſat ſuum totum: vel ab aliquo extra illam multitudinem: ꝙ ſi ſic, tale erit pꝛimum ⁊ ita nō erat infinitus pꝛoceſſus. Pꝛīa rō.

¶ Secunda ratio in iſtis cauſis eēntialiter ſuboꝛdinatis, eſt reperire pꝛius ⁊ poſterius ſed pꝛius eſt quod eſt pꝛimo pꝛopinquius: ergo eſt dare pꝛimum. Secūda ratio

¶ Tertia ratio ꝙ ſi daret̃ ꝓceſſus in infinitum in cauſis eſſentialiter ſuboꝛdinatis; ſequitur ꝙ eſſet dare actu infinitū in quod Ariſtoteles ꝓbauit eſſe falſum. Notat vltra Scotus ꝙ ſi non eſſet ſtatus in cauſis eſſentialiter ſuboꝛdinatis non eēt ꝓceſſus in īfinitū in cauſis accidētalr̄ ſuboꝛdinatis qđ ꝓbat hac ratione. Omnis ſucceſſio perpetua cōſeruatur ab aliquo in ſua perpetuitate: vel igit̃ ab aliquo illiꝰ oꝛdinis vel ab aliquo extra illum oꝛdinem: non ab aliquo illius oꝛdinis: igitur ab aliquo extra illum oꝛdinem: ſed tale dicit̃ eſſe pꝛimum: igitur datur ſtatus in cauſis eſſentialiter ſuboꝛdinatis. Tertia rō

¶ Secunda cōcluſio. Dabile eſt aliquod pꝛimum effectiuum quod ſit incauſabile. Iſta cōcluſio, quo ad pꝛimam partem nota eſt; quo ad ſe Secūda concluſio.

cundam vero ꝓbatur. Nam ſi tale ē primum effectiuū nō ē cauſabile in gn̄e cauſe efficiētis nec finalis. Nā quicquid poteſt habere cauſam finalem ſui pōt habere cauſam efficientem ſui neqꝫ eſt cauſabile cauſa formali nec materiali; quia cauſe extrinſece ſunt priores ꝙ intrinſece: et quicquid nō habet cauſas extrinſecas, nec intrinſecas.

Tertia conclo.

¶ **Tertia concluſio. Dabile eſt finitiuum ſimpliciter primum.** Iſta concluſio probatur ſic. Nam ſi non detur. a. agens cuius eſt. b. finis petā de. b. fine an ſit primum finitiuum et ſic intentum ſed ſi non habet igitur alium finem: ⁊ ſi ſic erit proceſſus in infininitum in cauſis eſſentialiter ſubordinatis: quod eſt falſum.

Quarta conclo.

¶ **Quarta concluſio. Dabile eſt eminens ſimpliciter primum.** Nam ſi non quocunqꝫ dato datur eminentius eo: ⁊ ita cum finis et bonum conuertantur dato alio eminentiori alius erit finis eius et ita non dabitur finitiuum ſimpliciter primum: qđ eſt contra tertiam concluſionem.

Quinta conclo.

¶ **Quinta concluſio. Primitas eminentie finis ⁊ effectiui eidē conueniunt.** Patet: quia ſi aliquod eſt primum effectiuū tale nō habebit cauſam finalem, vt probatum eſt: ⁊ ita erit finitiuum ſimpliciter primum: erit etiā eminens ſimpliciter ꝑmū quia ſi aliquid eſt eminentius illo: tale eſt finis eius. Igitur omnes tres primitates conueniunt eidem ꝙ autē iſti cui conueniunt tres primitates ſit ens neceſſarium et duntaxat vnum ſit perſuadet ſcotus: quia ꝗcquid eſt contingens pōt deſinere eſſe: ſi deſinere eſſe aut eſt per aliquod incompoſſibile: ſiue poſitiue vel ꝑuatiue. Poſitiue eſt ꝙ aliud deſtruit: et hoc modo: ſi tale primum ens ab aliquo deſtrueretur deſtruens eſſet prius illo atqꝫ nobilius quod repugnat primitatibus eius nec per aliquod incompoſſibile ſibi priuatiue: quia tale eſt defectus conſeruantis: ꝙ aūt tale primum eſt non indigeat conſeruatione ꝓbatur: quia ſequeretur ꝙ dependeret ab alio: et ita non eſſet primum. ꝙ illud autem debeat eſſe vnū probat Scotus. Nam ſi eſſent duo talia neceſſaria vnūqđqꝫ illorum haberet vnam rationem formalem neceſſario eſſendi appropriatā ſibi, et vnam alteram cōmunē in qua cōmunicaret cū alio, et ita reſpectu eiuſdem darētur due rationes formales. item ſi darētur duo primi fines ſequeretur ꝙ darentur duo vniuerſa quorum illi eſſent fines. Item ſi datur vnū vniuerſum et illius duo primi fines eſſent due cauſe finales totales eiuſdem effectus: quod Scotus credit eſſe falſum.

Pria rō.

¶ **Preterea Scotus intēdit probare** ꝙ prima cauſa ſit volens et intelligens: cuius probatio talis eſt. Supponit illud Philoſophi. 2. phiſicorum ꝙ omnis cauſa de per accidēs reducitur ad aliam cauſam de per ſe. Ad cuius declarationē notabis ꝙ cauſa de per accidens eſt illa que non influit in effectum vel non explicat rationem: ſm quam ē cauſa vel agit effectum non intentum ab ea. ¶ Hec diffinitio eſt Pauli veneti in ſumma phiſicorū proſequendo de fortuna et caſu, que ſic declaratur. Prima pars de applicanti actiua paſſiuis qui reſpectu combuſtionis eſt cauſa de per accidens: quia non cōburit neqꝫ influit id eſt non facit effectus id eſt combuſtionem. ¶ Secunda pars declaratur hō albus eſt cauſa de per accidens edificationis: qꝛ iſte effectus qui eſt edificare nō explicatur per hoc quod eſt eſſe hominem album: ſed per hoc quod eſt eſſe edificatorem.

¶ **Tertia pars declaratur: quia cauans** vineam non intentione inueniendi theſaurum ſed laborandi dūtaxat ſi inueniat theſaurum eſt cauſa de per accidens inueniendi theſaurum et tamē de per ſe reſpectu foſſionis vinee. Iam igitur patet propoſitio philoſophi ꝙ omnis cauſa de ꝑ accidens preſupponit aliquam de per ſe: ꝙ ſi ita eſt ſequitur omnē cauſam naturalem agere ꝓpter finem quem ſine errore inſequitur. Sed hoc non poteſt eſſe niſi quia dirigitur ab aliquo intelligenti finem et talis eſt prima cauſa: igitur prima cauſa intelligit ⁊ vult.

¶ **Secūda ratio. Si alie inferiores** agunt propter finē: ſequitur ꝙ prima cauſa agit ꝓpter finem. Petitur ergo vel illum finem appetit appetitu naturali vel libero: non primum, quia prima cauſa neceſſitaretur: qđ ſi ſecūdū igitur vult ⁊ intelligit. Secūda ratio

¶ **Tertia ratio. Bene ſequitur aliquid** contingenter cauſatur: ergo prima cauſa libere volendo: cauſatur illud antecedens patet ad iſtū ſenſum ꝙ aliquid pro inſtanti pro quo cauſatur poteſt non cauſari: quod niſi ſic omnes effectus ineuitabiliter a prima cauſa cauſarentur: ꝙ ſi ita eſt omnia euenirēt de neceſſitate atqꝫ non eſſet viciū neqꝫ peccatum: quia quicquid ager agens inferius ageret tanꝙ coactum ⁊ neceſſitatum: igitur aliqui effectus ſunt contingenter illo modo et illud eſt quia deus libere coagit: et omnibus poſitis requiſitis ad agendum poteſt non coagere. Tertia rō

¶ **Probat Scotꝰ ꝙ prima cauſa nō** intelligat neqꝫ vellit per aliquod diſtinctū a ſe. Ad quod dicit tres rationes. ¶ Prima ratio cauſalitas cauſe finalis eſt prima in ordine ad alias: hec ē Auicenne. 6. metaphiſice ſequitur ergo ꝙ cauſalitas primi finis erit omnium prima: ſed illa eſt diligi a primo efficienti: ergo eſt in cauſabilis: et illa eſt idem quod primum efficiens diligere primum finem: ergo primum efficiens diligere primum finem eſt in cauſabile et ſic habeo ꝙ amare primi efficientis ſeu velle eſt idem quod ipſa prima cauſa. Pria rō. ¶ Secunda ratio eſt philoſophi. 12. metaphiſice. tex. co. 51. Dicētis ſi intellectio dei eſſet aliquid diſtinctū ab eo. Deus non eſſet ſubſtantia o prima et maxima honorabilis: quia omne quod eſt in actu Primo perficitur magis dum eſt in actu. Secundo ſi igitur deus intelligeret per notitiam ſuperadditam vtriqꝫ nobilitaretur per ipſum accidens quod eſſet indedecꝰ eius. Secūda ratio ¶ Tertia ratio deus cognoſcit intuitiue que nō ſunt ergo non per notitiam ſuperadditam: antecedens notum eſt: quia deus non poteſt cognoſcere abſtractiue: et conſequentia patet, quia ſi agnoſcet deus ꝑ notitiam intuitiuam diſtinctam a ſe cum res ipſa nō ſit, vt ſuppoſui habetur ꝙ notitia intuitiua cauſaretur ſine obiecti concurſu quod falſum eſt: ideoqꝫ crediderim deum ſuamet eſſentia intuitiue omnia cognoſcere: quod ſi arguas ꝙ deus abſtractiue cognoſcat: quia repreſentat ſynonyme cum hac omnis triāgulus habet tres angulos: et ſynonyme cum ſubiecto quod eſt notitia communis: ergo abſtractiue. Dicas ad hoc ꝙ ſi de ratione abſtractiue ſit ꝙ ſit enimgmatica ⁊ confuſa ſic deus non habet notitiā abſtractiuam. Si autem notitia abſtractiua ſolum importet ꝙ

tet ꝙ abſtrahat ab exiſtentia rei.i.que vt repreſen-
tet nō requirit̃ ꝙ res exiſtat:ſic deus eſt noticia abſ-
tractiua:vel dic ſecundo ꝙ noticia abſtractiua que
diuiditur in cōmunē ⁊ diſcretam intelligitur de abſ
tractiua creata:quare non ſequitur iſta noticia ē cō
munis:ergo abſtractiua.

¶ Scotus vult probare deū eſſe in-
finite potentie quattuor vijs vna efficientie,cognoſ-
Rō.i. cibilitatis finis.et eminentie. Prima ſic arguit̃ ar-
gumento philoſophi octauo phiſ.tex.cō.78.bene ſe
quit̃ prima cauſa mouet motu infinito:ergo eſt infi-
nite potentie.Dicit Scotus ꝙ non intelligat̃ añs in
actu:itaqꝫ ꝙ prima cauſa mouet nunc motu infinito:
quia illud implicat contradictionem:ſed intelliga
tur antecedens in iſto ſenſu quia prima cauſa hꝫ po
tentiam ad mouendum motu infinito:et huius ratio
nis vigor ab ſcoto in iſta forma ſtatuit̃ q̇cquid hꝫ vir
tutē omnis cauſalitatis poſſibilis ſi haberet illā for-
maliter eſſet infinite actiuitatis:ſed tamē habet om
nem illam cauſalitatem perfectius quā tūc haberet
ergo modo eſt infinite actiuitatis ſicut et nunc eſſet.
Maior nota eſt:et minor ſuadetur quia ſecūda cau
ſa omnem ſuam actiuitatem quam habet ſuſcepit a
prima:et cum nemo dat quod non habet:ergo emi-
nentius habet illam omnem cauſalitatem quam de-
dit ſecunde cauſe ipſa prima cauſa,ergo prima cau
ſa eſt infinite actiuitatis. Sed cōtra hoc replicat
Scotus quia tunc ſequeret̃ ꝙ prima cauſa non indi
geret cauſis ſecundis ad operandum. Dicit ad hoc
Scotus de mente philoſophi ꝙ ſi prima cauſa indi-
get cauſis ſecundis ad operandum illud eſt ꝙ ōbet
effectū imperfectū facere iōqꝫ indiget cauſa ſcḋa.

Rō.2. ¶ Secunda ratio ſumpta ex parte
cognoſcibilitatis quanto aliquid ad plura cognoſ-
cenda eſt maioris capacitatis tanto illud eſt maio-
ris actiuitatis.Hec de ſe nota eſt:q2 capacitas intel
lectus que terminat̃ pluribus noticijs quā alia ma-
ior eſt:ſed capacitas intellectus diuini cum intelli-
gat clare et diſtincte omnia poſſibilia ad nihil termi
nabit̃.ergo eſt infinita. ¶ Secunda ratio ad idem
qñ aliqua cauſa ꝑpter iuuamen alterius producit ꝑ
fectiorem effectum illa prima cauſa ē finita atqꝫ cū
ꝑpter iuuamē alterius non addit aliquid in ꝑfectio-
ne illa prima cauſa eſt infinita:ſed ita eſt ꝙ ſi ad no-
ticiam dei cōcurrit creatura noticia eſſet imperfec-
tior:quia eſſet accidens ſuper additum deo:igitur
cum deus ad productionem noticie nulliꝰ alteriꝰ in
digeat ipſe eſt infinitus.

Rō.3. ¶ Tertia via eſt ex parte finis q̇cq̇d
appetit voluntas non repugnat rationi formali ſui
obiecti:obidqꝫ dicit beatus Auguſtinus ꝙ volūtas
non pōt appetere ſe non eſſe:q2 obiectū voluntatis
eſt ens et non eē repugnat illi.Tūc ſic arguo volun-
tas noſtra appetit infinitum bonū:q2 in ſolo illo quie
tat̃:ergo infinito bono non repugnat eſſe.

Rō.4. ¶ Quarta via eſt ex parte eminentie
Nam ſi deus eſſet finitus non eſſet eminentiſſimus.
Nam ipſo cum ſit finitus poſſet dari eminentior.

¶ Circa materiam de minimo natu-
rali tenēdo ꝙ poſſit dari ad iſtū ſenſum ꝙ illud poſ-
ſit per ſe exiſtere:ſꝫ nullū minꝰ eo poſſit ꝑ ſe exiſtere:
nec naturalr̃ nec ſupnālr̃:multa ſubtilia ſolent conſi
derari:que ego in mediū adducam nō ꝙ illa ſint ve



ra vt ꝑdictum eſt:ſed vt ſcholaſtici noſtri omnia in-
telligant:prio annotat ludouicus coronel ꝙ iſtorum
minimoꝝ naturalium quantitas eſt attēdēda penes
dyametrū figure ſpherice digitalis:ita ꝙ vt alicuiꝰ
rei quantitas ſit minima que poſſit per ſe exiſtere:
requiſitū eſt:ꝙ illa poſſit reduci ad figuram ſpheri-
cam:cuius dyameter ſit digitalis ſecluſis poris:⁊ ſe
cluſa rarefactione ⁊ condenſatione reſpectu totius
Dicitur ſecluſis poris:quia tanta poſſet eſſe poroꝝ
latitudo ꝙ minus minimo poſſet habere talem figu
ram ſphericā dr̃ ſecluſa rarefactiōe et cōdēſatiōe
reſpectu totiꝰ. Quia impoſſe eſt ꝙ fiat iſta reductio
ad ſpherā q̇n vna ꝑs rarefiat.ſ.conuexa:⁊ quo ad in
teriora cōdenſetur:ſed hoc eſt reſpectu partis. Nā
totū nec rarefit nec condenſat̃:q2 quantū ex vna ꝑte
rarefit ex alia cōdenſatur:ſed ſalua pace huius viri
maxime aberrauit qḋ ſic ꝓbo:pono caſum ꝙ ſit vna
materia quadrata ⁊ ſi ad videndū eſſe minimā que
poſſit per ſe exiſtere debet reduci ad figuram illam
ſphericam:ergo hoc pōt fieri alias ſua mēſura ē chi
merica:ſi nō pōt ab intellectu humano reduci:ergo
circulus poſſet quadrari naturaliter:quod eſt con-
tra phūm qui expreſſe ꝑdicamēto ad aliquid dicit
quadratura circuli ſcibilis eſt eius tñ ſcientia non
dum inuenta eſt:et ſequella patet,q2 quadrare cir
culū eſt inuenire quoddam quadratum tm̄ capiens
vt circulus ſed ita inuenit hic hō:ergo inuenit quod
hactenus nemo ſciuerat:ergo ne glorieт̃ ſuꝑ ſuo in
uento voluiſſem ꝙ videret hāc rōnē:ponit ꝓ menſu-
ra quantitatis rem nūquam ſcitam:quod eſt contra
phūm decimo metaphiſice affirmantem menſuram
fore notiorem menſurato.

¶ Nota ꝙ intelligitur minimū quo
ad trinam dimenſionem:ita ꝙ ſit lōgū latum ⁊ ꝓfun
dum digitaliter:quare rectius ego dicerem cū om
nibꝰ geometris reducentibus omnes figuras ad q̄-
dratā:ꝙ quantitas minimi naturalis venit conſide-
randa penes dyametrum digitalem figure quadra-
te.Nam certe omniū figurā quātitatē docēt geome
tre penes quadratū:verbi grā vis capacitatē epta
goni ſcire:reduc in ſeptem triangulos:et quemlibꝫ
illorū in quadrangulū.Poſtea quadrāgulū ad qua-
dratum per medie rei inuentionem vt ait euclides
in ſexto et inueniſti quod optaueras.

¶ Sed contra hāc imaginationem
minimi naturalis ſic argumētor.Sit illud digitale
minus eo poteſt per ſe exiſtere:ergo non eſt minimū
naturale:conſequentia eſt nota:et ꝓbatur añs:inclu
dit aliquod infinitū:ergo habet quantitatē ſufficiē-
tem ad hoc ꝙ poſſit per ſe exiſtere:conſequentia eſt
nota:et ꝓbat̃ antecedens includit lineam giratiuā
que eſt infinita:ergo intentum:ꝓbat̃ añs:diuidatur
illud minus minimo per ꝑtes ꝓportionales dupla ꝓ
portione:et imaginetur linea giratiua q̄ giret om-
nes illas partes:tūc ſic arguo illa includit infinitas
giras maiores vna certa data non cōicantes:ergo
eſt infinite magna nota eſt cōſequētia:⁊ ꝓbatur añs
quia quelibet gira eſt maior quam linea circularis
ambiens recta via illud corpus:q2 via recta eſt bre
uior:ergo eſt infinite magna. ¶ Dicendum ad hoc
argumentum ꝙ quantitas corporis non venit menſu
randa penes lineam obliquam quā contineat ſed pe
nes rectā breuiſſimam:et quia hec in illo minori mi
nimo non eſt infinita:iō illud non eſt infinitū nec fini-
tum quod poſſit per ſe exiſtere.

Secūdū pꝛicipale

¶ Secundo pꝛincipaliter arguitur ſequitur dari vltimum eē completum rei permanē‑tis data poſitione de minimo: conſequens eſt contra phm̄ octauo phiſicoꝛū textu cōmenti octoageſimi quinti dicētem: inſtās tranſmutationis attribuitur poſterioꝛi paſſioni: ſeq̄lla ꝓbatur volo ꝙ ſit vnum minimū naturale: qđ incipiat condenſari per vltimum non eſſe: tunc ſic illo inſtanti vltimi non eſſe cōdenſa‑tionis tale minimū eſt et non īmediate poſt hoc erit ergo datur vltimum eſſe completum rei permanen‑tis. ¶ Ad hoc argumētum dicunt aliqui ꝙ quemad‑modum in moꝛalibus admittitur minus incōueniēs ne incidamꝰ in maius: ita in naturalibꝰ: ſunt autem inconuenientia nature: ꝙ detur materia ſine foꝛma ꝙ detur vacuū: ꝙ ſint due foꝛme in eadem materia: ꝙ detur minus minimo: ꝙ detur vltimum eē completum rei permanentis: ꝙ agente appꝛoximato paſſo non impedito nō ſequatur actio: et quia inter hec inconuenientia hoc vltimum eſt minus,: quam ꝙ detur minus minimo: ideo in illo caſu applicatis conden‑ſatiuis non condenſabitur, ne ſequatur minus mini‑mo: ſed circa iſta inconuenientia nature volo tan‑tiſper immoꝛari. Pꝛimo circa illud ꝙ graue natu‑raliter aſcendit. Secundo circa illud agens foꝛti‑us agit indiſtans quam in pꝛopinquum. Tertio cir‑ca illud graue non impeditum extra locum natura‑lem non deſcendit.

Nota caſus ſpāles incōueniē tiū nature

¶ Circa pꝛimum in ſolis duobus caſibꝰ graue naturaliter aſcendit. Pꝛimus eſt quando ſequeretur vacuum: ita dicit Auerrois. 4. de celo ꝙ ſi poneretur vna candela intra aquam ita ꝙ flamma eſſet extra: et poneretur quoddam vrinale taliter ꝙ ꝑ os eius intraret candela et vrinale tangeret aquā aſcendit aqua per vrinale vſquequo extinguat flammam: et illud eſt gratia vacui euitandi. ¶ Secundus caſus eſt quando non tranſcēdit oꝛiginem ſuā: qualiter aqua aliquando aſcendit per montem naturaliter: ſi eius oꝛigo/ puta fons/ eſt altioꝛ quam ille mons. Circa ſecundum agens foꝛtius agit in diſtās quam in pꝛopinquū tribus caſibus poteſt agens agere foꝛtius in diſtans quam in pꝛopinquum. ¶ Pꝛimꝰ eſt quando pꝛopinquum eſt aſſimilatum. ¶ Secun‑dus eſt quando pꝛopinquum eſt maioꝛis reſtentie ſi‑cut ſol magis calefacit infimam regioneꝫ aeris quā mediam: quia cum media ſit frigidioꝛ magis reſiſ‑tit. ¶ Tertius caſus eſt quando pꝛopinquum nō eſt capax actionis, vt ille piſcis ſtupoꝛ q̄ ſtupefacit piſ‑catoꝛes et non rete: quia rete cum ſit inanimatum non eſt capax ſtupoꝛis. ¶ Circa tertium in tribus caſicus graue infra ſe habens leue nō deſcēdit. ¶ Pꝛimus eſt quando ex ſuo deſcenſu, ſequeretur vacuum et ideo aqua nō deſcendit a clepſedra q̄n claudit̄ foramen ex parte ſuperioꝛi. ¶ Secundus caſus ē q̄n aliquod graue circundatur aere rariſſimo, vt dicit Joannes dulart phiſicoꝛum quarto. Nam lapis ille in aere pendebit: ſi enim deſcenderet aer ex parte ſuperioꝛi rarefieret ad implendū locum quem dere linquit vacuum ille lapis: et ita daretur rariꝰ rariſ‑ſimo. ¶ Terceiꝰ caſus eſt domini Gregoꝛij pꝛimo ſententiarum in diſtinctione quadrageſima ſecunda: ſi eſſet vna columna infinite magna lapidea diſtans a centro ꝑ vnā leucam illa columna non deſcenderet quia omne graue deſcendit vt eius punctum mediū fiat medium vniuerſi: ſed talis columna non habet medium ergo non deſcendit; ſimiliter ſi deſcēderet petitur quantum deberet tranſire vltra centrum: et quicquid trāſit ſemper plus manet citra centrū: ſequitur ꝙ nunquam erit columna naturaliter ſituata.

¶ Sed circa illam auctoꝛitatem philoſophi inſtās trāſmutationis et pꝛimo nota ꝙ dare vltimū inſtans eſſe rei permanentis ꝯtingit dupliciter: ſcilicet completum: et incompletum. Incompletum quidem continue datur in coꝛruptione rei que eſt ſucceſſiua quo ad fieri tantum: vt cum caloꝛ vt octo nunc incipit coꝛrumpi ille caloꝛ, vt octo nunc eſt: quia incipit coꝛrumpi per vltimum non eſſe: et non immediate poſt hoc erit ſecūdum ſe totum bene ta‑men ſecundum aliquid eius: ſed dare vltimum eſſe completum rei permanentis non poteſt eſſe natura‑liter: quia oppoſito dato: ſequeretur ꝙ agens fini‑tam habendo finitum pꝛopoꝛtionem circa reſiſtentiam paſſi in inſtanti coꝛrumperet: quod eſt falſum ⁊ contra regulas philoſophi de velocitate motus ſep‑timo phiſicoꝛum: et hec eſt bona ratio Marſilij: nec valet Cauillus Ludouici Coꝛonel: in quo dicit ꝙ ea‑dem ratione: ſequitur ꝙ non daretur pꝛimum non eſſe completum rei permanentis: dicendo ꝙ ſi illa res permanens eſt ſucceſſiua quo ad fieri cōcedo: ſequellam: ſi vero eſt permanēs quo ad eſſe et fieri ſi‑cut eſt foꝛma ſubſtantialis, nega ſequellam: quia illius foꝛme ſubſtantialis reſiſtentia pendet ex qualitatiuis diſpoſitiuis: et non coꝛrumpitur illa foꝛma‑ſubſtantialis: donec veniamus ad non gradum re‑ſiſtentie illarum diſpoſitionum pꝛo illius foꝛme con‑ſeruatione; qđ eſt quando ſumus in maxima diſpoſitione que non ſufficit conſeruare foꝛmam. Ex quo ſequitur ꝙ iſta conſequentia nil valet dupla diſpoſitio ad maximam que non: ſufficit conſeruare foꝛmā per aliqued tempus: ergo maxima que non: ſufficit con‑ſeruare per ſubduplum tempus: ideoqꝫ qua foꝛme ſubſtantialis pꝛimum non eſſe completum ſolum habetur quando eſt non gradus reſiſtentie in diſpoſi‑tionibus pꝛo illa: et agens finitum cum non inuenit reſiſtentiam coꝛrumpit in inſtāti: ex hoc habetur bona ratio quare poſſit dari pꝛimum non eſſe comple‑tum rei permanentis non vero vltimum inſtans eſſe completum rei permanentis.

Egregia ꝺclaratio aucis phi īſtās traſmutatōis

¶ Sed videamus quomodo ex hac authoꝛitate omnes inferunt ꝙ nō datur vltimum inſtans rei permanentis: et ad videndum quomodo ex illa authoꝛitate illud ſequitur: notandum eſt: ꝙ du‑plex eſt paſſio: pꝛioꝛ: et poſterioꝛ: paſſio pꝛioꝛ eſt coꝛruptio: et paſſio poſterioꝛ eſt generatio. Inſtans ve‑ro traſmutationis eſt inſtans in quo vna foꝛma deſi‑nit eſſe et alia incipit eſſe: et ſignificat Ariſtoteles ꝙ inſtans tranſmutaationis attribuitur foꝛme generā de. Nam in illo inſtanti foꝛma generanda incipit eē per pꝛimum inſtans eſſe: tunc ſic arguitur, bene ſe‑quitur in hoc inſtanti foꝛma generanda eſt: igitur foꝛma coꝛumpenda in hoc inſtanti nō eſt tunc vltra vel immediate ante hoc fuit foꝛma coꝛrumpēda vel non: ſi pꝛimum deſinit eſſe per pꝛimum non eſſe: ergo non per vltimum inſtans eſſe: ſi ſecundum foꝛma coꝛrumpenda non immediate ante hoc fuit ⁊ foꝛma generanda non immediate ante hoc fuit: igitur materia ſine foꝛma quod eſt falſum.

Tertium pꝛicipale

¶ Tertio arguitur ſic pꝛincipaliter ſequitur data poſitione de minimo idem poſſe per ſe

exiſtere: et non poſſe per ſe exiſtere: conſequens eſt eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur: falſitas conſequẽtis nota eſt, et ſequella probatur: volo ꝙ ſit vna aqua triangularis: cuius baſis ſit digitalis: et reliqua duo latera pluſquam ſemidigitalia, verbi gratia, vt quinqꝫ octaue vnius digitalis: et ſequitur illã aquam poſſe per ſe exiſtere: quia ad digitale terminatur: et non poſſe per ſe exiſtere: quia cuꝫ ſit vniformiter difformiter quanta correſpondet gradui medio qui eſt ſemi digitale: ergo non poteſt per ſe exiſtere. Dicendum ad hoc argumentum ꝙ illa non poteſt per ſe exiſtere: quia redacta ad vniformitatem non reducitur ad figuram quadratam: cuius coſta ſit digitalis. Unde nota ꝙ in quãtitatibus vniformiter difformib9 ſit correſpõdẽtia maiori gradui quã medio. ¶ Quod ſic demonſtratione deducitur. Detur vnus triangulus cuius baſis ſit digitalis reliqua vero duo habeant quantitatem duorum tertiorum digitalis: et diuidatur triangulus in duas partes equales per lineam procedentem a medio baſis vſqꝫ ad verticem: et ſit triangulus. a. b. c. Linea vero media vocetur. d. c. deinde ad equalitatem medietatis baſis fiat linea ex parte verticis. c. e. et poſtea claudatur triangul9 per lineam. e. b. Jam ſic arguitur. Quadrangulus iſte. d. c. e. b. eſt equalis triangulo. a. b. c. Quod probatur. Continet duas medietates equales duabus medietatibus trianguli. a. b. c. ergo eſt equalis triangulo. a. b. c. Conſequentia eſt nota: et antecedens probatur, quia quadangulus ⁊ triangulus communicant in medietate. d. c. b. et reliqua medietas quadranguli eſt equalis relique medietati trianguli: quod probatur quia ſunt equales vni tertio videlicet medietati. d. c. b. quod probatur quia. d. c. b. et. e. b. c. ſunt equales trianguli iuxta lineam diagonalem: et reliqua medietas trianguli eſt equalis. d. c. b. igitur quadrangulum continet duas medietates equales duabus medietatibus trianguli: igitur quadrangulus eſt equalis triangulo. Tũc vltra. Quadrangulus eſt longior quam latior: ſed. d. c. eſt menſurans longitudinem quadranguli: igitur. d. c. eſt maior quam. d. b. quia eſt maior: igitur quia. d. b. eſt ſemidigitale eſt ſex duodecime digitalis et. b. c. quia eſt duo tertie digitalis erit octoduodecime digitalis: et. d. c. erit ſeptem duodecime cum igitur omne quadrangulum equiualeat quadrato inuento per lineam medio loco proportionalem inter inequales lineas quadranguli ⁊ illa linea medio loco proportionalis eſt maior ſemidigitali: ſequitur ꝙ correſpondet pluſꝙ gradui medio.

Quartũ pꝛincipale

## ¶ Quarto principaliter arguitur

data poſitione de minimo ſequeretur ꝙ non poſſet vnũ totale lignum ab ab igne conſumi: ſequella probatur: quia falſitas conſequentis nota eſt, dato oppoſito ſit ita ꝙ lignum conſumatur: donec non remaneat de illo niſi minimum naturale in ſpecie ligni: ⁊ petitur vel tale minimũ naturale corrumpetur: in iſtãti: vel ſucceſſiue: ab illo igne: ſi ſecũdum daretur minus minimo per ſe exiſtẽs in ſpecie ligni. Si primũ ſequitur talem ignem eſſe infinite actiuitatis per illam communem calculationem: ſi corrũperet in vna hora eſſet alicuius actiuitatis: ſi in dimidia hora in duplo maioris actiuitatis: ergo ſi in inſtanti infinite actiuitatis.

## ¶ Pro ſolutione huius argumenti

animaduerte ꝙ non ſequitur: a potentia ſuperat reſiſtentiam. b. in vna hora et. c. eandem reſiſtentiam in dimidia: ergo. c. in duplo eſt maioris virtutis quã a. ſed oportet in ãnte te dicere: et cetera ſunt paria vnde ſtat ꝙ. c. in duplo citius agat in reſiſtentiã. b. propter aliquod extraneum iuuamen: et ꝙ ſit equalis virtutis cum. a. tunc dicitur ad iſtum modum arguendi quando illud corrumpens minimum corrũperet illud in vna hora dicerem9 illud eſſe alicuius certe actiuitatis: et ſi in dimidia in duplo maioris ⁊ ſic conſequenter: ergo poſtquam in inſtanti corrumpit infinite debet dici actiuitatis: negando conſeqñtiam et cauſa eſt: quia non precise virtus corrumpẽtis ad corruptionem illius minimi ꝯcurrit: ſed etiã alie cauſe vniuerſales: que infinitum magis iuuant ipſum corrumpens ad corrumpẽdum illud minimũ quam ad corrumpendum vnum aliud ſucceſſiue, vt inconuenientia euitentur: ita ꝙ non conatur ipſum corrumpens magis ad corrumpendum illud minimum in inſtanti quam ad corrumpendum aliud ſucceſſiue: ſed alie cauſe naturales vniuerſaliores fortius concurrunt ſignanter prima cauſa quam ſm philoſophum Scotus et Thomas tenent infiniti vigoris probatam eſſe a philoſopho: ſed oppoſitum habꝫ Buridanus et Gregorius credentes Ariſtotelem nunquam probaſſe primam cauſam infiniti vigoris ſed tantum infinite durationis et perfectionis quod quidem hac ratione ſuadet Gregorius vno ſuppoſito: ꝙ prima cauſa agit naturaliter et non libere: ſequeretur ꝙ ſi prima cauſa infiniti eſſe vigoris: ꝙ omnes effectus naturales fierent in inſtanti: et deſtruerentur in inſtanti: ſequella probatur: quia cum prima cauſa agat naturaliter: igitur quantum poteſt agit ſed agit infinite: ergo in inſtanti: ꝙ non ſequitur: quia agit: ſm indigentiam neceſſitatis: frequentius enim aliquis homo debilis freneticus non poſſet a quocũqꝫ homine forti teneri: qui teneretur a debili in ſanitate: ⁊ ſaltat ſaltu maximo quẽ non ſaltaret in ſanitate que opera ſunt a natura ſm vltimum conatum propter fortem imaginationem quam habet ꝙ volunt interficere illum.

## ¶ Quid autem ſufficiat et requiratur

ad aliquid eſſe infinite actiuitatis per tres ſequentes propoſitiones explanatur. Prima propoſitio nõ dicitur aliquid eſſe infinite actiuitatis nec illud requiritur ꝙ poſſit producere effectum infinitum. Nã deus ſm omnes catholicos eſt infinite actiuitatis ⁊ tamen ſm pleroſqꝫ theologos nõ poteſt facere effectiuum infinitum: quia nõ poteſt dari infinitũ in actu.

## ¶ Secunda propoſitio ad aliquid eẽ

infinite actiuitatis non ſufficit ꝙ poſſit producere infinitos effectuus equales non cõmunicantes cum reſiſtentia in quantumuis paruo tẽpore: probatur, volo ꝙ dentur infiniti lapides chriſtalini penetratiue ſe habẽtes: et applicetur vnus gnis illis omnibus immediate poſt hoc infiniti calores producentur in illis infinitis lapibibus. Nõ enim erit vnus calor in omnibus, vt male dicit Celaya: quia cum ſint diuerſa ſubiecta accñtia futura ſunt diuerſa: quia vt dicit philoſophus metaphiſice ſeptimo accidentia dinumerantur dinumeratione ſubiectorum: immediate erunt infiniti calores in illis lapidibus equales non cõmunicantes productiui quouis paruo tẽpore: quia ſubito: et tamen ille ignis non eſt infinite actiuitatis.

¶ Tertia propoſitio ad aliquid eſſe infinite actiuitatis ſufficit et requiritur ꝙ poſſit ſuperare aliquam reſiſtentiam in inſtanti. Iſta propoſitio probatur: quia ſi ſuperatur reſiſtentia in inſtāti illud non eſt a finita proportione: ſed ad nullum finitum habet infinitam proportionē niſi infinitum: igit̄ prima cauſa eſt infinite actiuitatius.

Quinto pricipale

¶ Quinto pricipaliter ſic arguitur data poſitione d̄ minimo nāli ſequitur aliquod agēs naturale fortius agere indiſtans quam in propinquum quod eſt contra philoſophum ſeptimo phiſicorū ſequella probatur ſitꝙ minimū naturale ignis ſit digitale minimum vero naturale ſtuppe ſit ſemidigitale (. Ponere enim ꝙ minimum naturale ſtuppe ſit tam magnū ſicut minimū naturale ignis ridiculū eſt quia, vt inquit Auerrois tertio colliget minimum rari maius eſt minimo denſi) pono igitur ꝙ ſit ſtuppa tridigitalis tunc primum digitale inflammabit in inſtanti ne detur minus minimo in ſpecie ignis ſecundū ſucceſiue: quia nullum ſequitur incōueniens vltimum ſemigiditale in inſtanti ne detur minus minimo in ſpecie ſtuppe. ¶ Ad hoc argumētum reſpondeo conceditur ſequella nec eſt inconueniens ne de terminus minimo admittēdum enim eſt minus inconueniens propter fugiendum maius. Ex quo ſequitur ꝙ ſi darentur infinita minima diuerſarum ſpecierum contingua penetratiue ſe habentia omnia inſtātia inflammabuntur ab illo igne alioqui daretur minus minimo inquacūqꝫ ſpecie illorum q̄ ſucceſiue inflammarentur.

Sexto pricipale

¶ Sexto principaliter arguitur data poſitione de minimo naturali: ſequitur dari vltimum eſſe completum rei permanentis: conſequens eſt contra Ariſto. attribuentem inſtans tranſmutationis poſteriori paſſioni: ſequella probatur: ſuppono ꝙ ſphera actiuitatis agentis non terminatur per maximam diſtantiam per quam poteſt agere: ſed ꝑ minimam per quam nō quod ſic ſuadeo quia loquor de actione ab extrinſeco: ⁊ ſequitur ꝙ agens naturale agit vniformiter difformiter: et cum hec latitudo vniformiter difformis terminetur ad non gradum: ſequitur ꝙ illa diſtantia eſt minima per quam non poteſt agere: quia per illam non poteſt agere: ſed per quamlibet minorem: et ſic non datur maxima diſtantia per quam poteſt agere: quia ſi per illā agit: ergo in puncto terminatiuo illius eſt aliquis gradus: et ſi ſic ſit in illo puncto vnus gradus: et ſequitur ꝙ qui poteſt vnū gradum producere in puncto terminatiuo, poterit vltra facere dimidium gradum: et ſic illa diſtantia non erat maxima per quam poteſt agere. Hoc ſuppoſito volo ꝙ ponatur vnum minimum nataral e ſtupe in puncto terminatiuo illius minime diſtantie per quam non. et nunc incipiat per vltimum non eſſe intromitti verſus ipſum agēs ita ꝙ intromittitatur indiſtantiā in quā tale minimum poſſit pati ab illo ageuti: et ſic arguitur nunc tale minimum naturale eſt: ⁊ nō immediate poſt hoc erit: quia ſubito debet corumpi. ¶ Ad hoc argumētum diceret aliquis ⁊ bene ꝙ tale minimum ſucceſſiue debet diſponi: ⁊ ſic non immediate poſt introitū indiſtantiā in qua poteſt pati corrumpetur. ¶ Sed replicatur ſic aliqua diſpoſitio ſufficit ad introducēdam formam propter paruitatem: et aliqua non: ergo datur minima que ſic vel maxima que nō; ſi dicatis ꝙ maxima que non: volo ꝙ illa incipiat intendi ꝑ vltimum non eſſe: et ſequitur formam producendā etiam; produci per vltimū non eſſe: igitur forma corrumpenda, corrumpetur per vltimum inſtans eſſe: quod eſt intentum, ſi dicatur ꝙ datur minima q̄ ſufficit ad introductionem ſicut debet dari: Replico ſic: ergo eadem ratione illa ē minima que ſufficit ad conſeruationem: et ſi ita concedatur ſequitur dari vltimum eſſe completum rei permanentis: quod ꝓbatur, volo ꝙ illa minima diſpoſitio incipiat remitti per vltimum non eſſe: in hoc inſtanti forma conſeruāda per illam eſt: quia ſufficit conſeruare: et illa forma non immediate poſt hoc erit: quia illa diſpoſitio non immediate poſt hoc ſufficit conſeruare: ergo vltimum eſſe completum rei permanentis. ¶ Dicendum ad hoc argumentum ꝙ ad producēdum datur minima diſpoſitio que ſufficit: et ad conſeruandum maxima que non ſufficit. Nam cum minima diſpoſitio per primum inſtans eſſe extiterit forma etiā ſubſtantialis producenda per primum inſtās eſſe pullulabit, et forma corrumpenda deſinet per primū non eſſe: ſed cum adfuerit maxima diſpoſitio que non ſufficit conſeruare, tunc forma corrumpenda deſinit ꝑ primum non eſſe: et producenda incipiet per primū inſtans eſſe: et per hoc euitamus vltimum eſſe completum rei permanentis.

¶ Sed ego probatiōe egregia noſtra ineuitabiliter volo probare quod data poſitione de minimo debet dari vltimum eſſe completum rei permanentis, ſuppono duo. Primum eſt ꝙ diuerſis formis ſubſtantialibus in ſpecie producendis diuerſe mēſure illius minime diſpoſitionis que ſufficit apte conueniunt. Hec ſuppoſitio patet: quia pro forma leonis producenda maior minima diſpoſitio ſufficit et requiritur: et pro forma hominis minor. Suppono ſecundo ꝙ admiſſa opinione nominalium de infinitate ſpecierum producibilium adeo: qualitas remiſſiſſima que poteſt eſſe: poteſt eſſe minima quo ad productionem alicuius forme. ¶ Hoc habito volo ꝙ diſponatur materia per hanc diſpoſitionem de q̄ locutus ſum in ſecunda ſuppoſitione: et ſequitur ꝙ data minima diſtantia per quam agens non poteſt agere: ſi ponatur tale minimum naturale in illo puncto illius diſtantie et immediate poſt hoc introducatur verſus agens: nūc tale minimnm eſt et non immediate poſt hoc erit: quia immediate poſt hoc erit minima in eſſe qualitatis et in eſſe productionis.

¶ Super hac tamen materia volo notare tria. Primum eſt ꝙ quamuis materia minimi naturalis ſucceſſiue diſponatur tam quo ad intēſionem quam quo ad extenſiouem: et primo medietas quam tota materia: nihilominus in illa medietate non introducetur forma: quia quamuis ſit ſufficiēter diſpoſita intenſiue non tamen extenſiue. Nota. i.

¶ Noto ſecundo: ꝙ iſta diſpoſitio dicitur minima ad bonum ſenſum: quia in extremo diſtātiori requirit remiſſiſſimum gradum pro illius forme introductione namqꝫ: cum hec diſpoſitio ſit ab extrinſeco debet eſſe vniformiter difformis Non quidem terminata ad non gradum: quia verſus nō gradum eſſet tam remiſſa ꝙ non valeret pro forme introductione: igitur debet terminari ad gradum remiſſiſſimum cum quo illa forma valeat introduci; in rigore tamen ſtando non eſt dicenda minima Nota. 2.

diſpoſitio que ſufficit: ita ꝙ illa ſufficit ⁊ nulla minoꝛ
quia data illa diſpoſitione que eſt a duobus vſ ad
vnū pꝛo minima minoꝛ illa ſufficit videlicet ab vno
cum dimidio vſ ad vnum immo quelibet diſpoſi-
tio ſufficit ſi habeat in extremo diſtantioꝛi vnū gra-
dum). Ex hoc ſequit̄ egregium Coꝛolariū ꝙ datis ⁊
verificatis duabus ſub contrarijs affirmatiua ꝓ ma
ioꝛi: et negatiua pꝛo minoꝛi non licet inferre mini-
mum qđ ſic vel maximum quod non: ⁊ ratio eſt: quia
affirmatiua v̄ificat̄ ꝓ maioꝛi ſ; nō ꝓ quolibet maioꝛi
Exēplū, aliqua diſpoſitio ſufficit ad introductionē ⁊
aliqua non ſufficit affirmatiua verificatur pꝛo maio
ri ⁊ negatiua pꝛo minoꝛi ibi non datur membꝛum
negatiuum: quia vt dixi daretur vltimum inſtās cō
pletum rei permanentis nec datur minima que ſuffi
cit vt pꝛobaui in rigoꝛe: ergo intētum: ſed certe hoc
eſt vt dixi: quia affirmatiua verificata pꝛo maioꝛi
vt diſpoſitione que eſt a duobus vſ ad vnum: non
verificatur pꝛo quolibet maioꝛi: quia non verifica-
tur pꝛo illa que eſt a ſeptem: vſ ad non gradum:
quia cum hec non terminetur ad gradum, vt vnum
extrinſece non ſufficit: et hec eſt maioꝛ quam illa: q;
eſt vt tria cū dimidio: et alia vt vnum cum dimidio.

Nota.3. ¶ Noto tertio ꝙ ſi detur vnum mi
nimum naturale ſtupeum poſitum inter duo coꝛrup
tiua contraria ex diuerſis locis: quoꝛum ſphere ac-
tiuitatis terminentur ad punctum mediū minimi: et
ſit minimum ignis digitale: et aque gratia diſputa-
tionis ſimiliter: et ſtuppe: tunc dico ꝙ inflammabi-
tur vna medietas: et ī alia introducetur foꝛma que
ſed ne detur minus minimo vtra mouebit̄ in inſtā
ti verſus ſuum coꝛruptiuum et illi continuabitur.

¶ Circa materiam de maximo ego
noto ꝙ dato maximo igne: et applicata ſtuppa illi
dico ꝙ inflammabitur ſed non continuabitur ne de-
maius maximo: per illam regulam Scoti quando
aliquid eſt in termino non appetit ſibi aliquid aliud
vnire. In rebus homogeneis non eſt terminatio quo
ad maximum: quia dicit philoſophus: ſi igni addan
tur combuſtibilia in infinitum ignis creſceret in infi
nitū. Et quia in illis quanto maioꝛ eſt quantitas tan-
to plus additur d̄ foꝛma: ergo maioꝛ adeſt virtus in-
foꝛmatiua: et per conſequens poteſt infoꝛmare ma-
ioꝛem materiam. Sed in rebus animatis anima in-
tellectiua non creſcit virtus in foꝛmatiua creſcente
materia: ergo non poteſt quantumuis magnam ma-
teriam in foꝛmare: ſicut nec angelus quantumuis
locum replere. In reliquis tn̄ animatis anima exten
ſa dico ꝙ quia membꝛoꝛum pꝛincipalium determi-
nata eſt quantitas in magnum et paruum. (Dicit eñ
Galenus ſecundo thegni: caput paruum pꝛaue cō-
poſitionis cerebꝛi eſt inicium. Magnum v̄o non de
neceſſitate eſt bonū: vt ſi ſit ex multitudine ſeminis
magis quam ex foꝛtitudine virtutis infoꝛmatiue.)
et membꝛa minus pꝛincipalia debent eſſe pꝛopoꝛtio
nalia illis: ergo ſi illoꝛum eſt determinata quātitas:
ſequitur ꝙ iſtoꝛum. ¶ Et confirmatur quia membꝛa
minus pꝛincipalia dependent in conſeruari ab influ
xu pꝛincipalium per ſpiritus vitales animales et na
turales: qui influxꝰ et ſpiritꝰ deſtruerentur ſi inter
pꝛincipale et minus pꝛincipale magnum eſſet inter
uallū: maioꝛ patet per Auicen. fen pꝛima ꝑ. do. quin
ta. capitulo pꝛimo: cuius verba ſunt ſi inter epar et
os via clauderetur: et os nutrimentum haberet ap
tum nihilominus eius actio deſtrueretur textu com

menti. 4.2. (Omnes igitur contraria pꝛincipia fa
ciunt et dicentes ꝙ vnum ſit omne ⁊ immobile ⁊ par
menides calidum et frigidū pꝛincipia facit. Hec
autem appellat igne et terram: et quiddam rarum
et denſum: et democritus firmum et inane: quoꝛum
aliud quidem ſicut quod non eſt eſſe dicitur: ad huc
poſitione: figura et oꝛdine. Hec autem genera con-
trarioꝛum ſunt, poſitione surſum et deoꝛſum: ante re
tro: figura: angulus: rectum: circulatum. ¶ Quod
quidem igitur contraria quoddam modo omnes fa
ciunt pꝛincipia manifeſtum eſt. ¶ Et hoc rationabi-
liter opoꝛtet enim pꝛincipia nec ex alterutris eſſe
ne ex alijs: et ex his omnia: contrarijs autem pꝛi-
mis in ſunt hec. Pꝛopter id ꝙ pꝛima quidē non ſunt
ex alijs: ob id vero ꝙ ſunt contraria non ſunt ex alte-
rutris) hic philoſophus incipit inquirire veritatem
et pꝛimo ex pꝛobabilibus poſtea demonſtratiue di-
cit pꝛimo ꝙ omnes antiqui faciebant pꝛincipia con-
traria tam tenentes: ꝙ omnia ſunt vnum et immobi
le vt Parmenides qui ponebat pꝛincipia foꝛe cali
dum et frigidum et atribuebat calidum igni et fri
gidum terre ſecunda opinio philoſophoꝛum natu-
ralium ponentium vnum pꝛincipium materiale et
pꝛincipia contraria ſcilicet rarum et denſum et de-
mocritus firmum et in ane ideſt plenum et vacuum
ſtatuebat pꝛincipia quoꝛum pꝛincipioꝛum vnum ſi-
cut quod eſt ideſt eſt de facto aliud ſcilicet vacuum
ſicut quod non eſt ad huc autem poſitione figura et
oꝛdine quoꝛum ponit exempla. Continuat philoſo-
phus appꝛobans hoc ꝙ pꝛima pꝛincipia debeāt eſſe
contraria et pꝛobat hoc modo ponens conditiones
pꝛimoꝛum cōtrarioꝛum pꝛima ꝙ non ſint ex alijs ali
ter non eſſent pꝛima ſecunda ꝙ nō ſint ex alterutris
ideſt vnum non fiat ex alio alioqui non eſſent eq̄ pꝛi-
ma nec pꝛima cum vnum ſit pꝛius alio tertia ꝙ om-
nia fiant ex eis eedem conditiones conueniunt con
trarijs pꝛimis ꝙ non ſunt ex alijs non ſunt ex alteru-
tris et omnia fiunt ex eis: ergo pꝛincipia pꝛima ſunt
contraria tenet conſequentia et textu cōmenti. 43.
ſcilicet hoc in ratione conſiderare qualiter contin-
gat. Accipiendum igitur eſt pꝛimum: ꝙ omniū que
ſunt nihil nec facere aptum natum eſt: nec pati con-
tingens a contingenti: nec fit quodlibet ex quolibet
niſi aliquis accipit ſm̄ accidens: qualiter enim fiet
album ex muſico: niſi accidens ſit albo: aut nigro mu
ſicum: ſed album quidem fit ex non albo: et hoc non
ex omni ſed nigro aut medijs: et muſicum ex non mu
ſico: ſed non ex omni ſed ex in muſico: aut ſi aliquid
ipſis eſt medium. ¶ Ne igitur coꝛrumpitur in cō Tex.cō.
tingens pꝛimum: vt album non in muſicum: niſi foꝛ- 44.
te ſm̄ accidens: ſed in non album et contingens ſed
in nigrum aut medium. Similiter autem muſicum
in non muſicum et hoc non in contingens ſed in im-
muſicum: aut ſi ipſis aliquid mediū eſt. Similiter au Tex.cō.
tem hoc eſt et alijs quoniā non ſolum ſimplicia eoꝛū 45.
que ſunt: ſed et compoſita ſm̄ cādem ſe habēt ratio
nem. Sed pꝛopter hoc ꝙ oppoſite diſpoſitiones non
nominā te ſunt: latet hoc cōtingens: neceſſe enim om
ne conſonans ex in conſonante fieri: et inconſonās ex
conſonanti: et coꝛrumpi conſonās in incōſonantiā
et hanc non in contingens ſed in oppoſitam. Differt Tex.cō.
autem nihil in conſonantia dicere aut oꝛdine aut cō 46.
poſitione. Manifeſtum enim eſt ꝙ eadem ſit ratio:
at vero domus et ſtatua: et quodlibet aliud fit ſimili
ter: domus quidem enim fit nō ex eo ꝙ cōpoſita ſunt
ſed ex eo ꝙ diuiſa ſunt hec ſic et ſtatua et figurato-

rum aliquod ex non figurato. ⁊ vnumquodq̄ horum
alia quidem ordo: alia vero compoſitio queddam
Tex.cõ. 41. ſunt. Si ergo hoc verum eſt ꝙ omne quod fit fiat et
corrumpatur quod corrumpit: aut ex cõtrarijs: aut
in contraria et in horꝝ media: media aũt ex ꝯtrarijs
ſunt vt colores ex albo et nigro q̄r c oĩa erunt q̄ natu
ra fiunt aut cõtraria aut ex ꝯtrarijs: Phs egregie
declarat ꝙ omnia fiant ex cõtrarijs vel medijs inter
contraria vt ly ex dicat circũſtantiam termini a quo:
Nam albũ ex nigro vel medio non enim ex quolibet
fit quodlibet nec contingens a contingenti ideſt ex
impertinenti non dicis album fit ex muſico ſed ex nõ
albo: muſicum ex non muſico, non omni: quia etiam
lapis eſt non muſicus ſed ex in muſico: ideſt eo q̄ non
eſt muſicus et eſt aptus natus eſſe muſicus: aut ſi ali
quid ipſis eſt mediũ: dicit Auerrois: vt declaraui in
logica primo poſterioꝝ.ca.primo ꝙ inter contraria
immediata eſt medium ſubiecti non forme: inter cõ
traria mediata eſt medium tam ſubiecti quam for-
me: ſed inter priuatiua eſt medium ſubiecti non for
me et inter contradictoria nullum eſt medium iux-
ta illud philoſophi ibidem cõtradictio eſt oppoſito
cuius non eſt medium ſm ſe: et de corruptione idẽ
teſtatur corrumpi omne in contrarium vel medium
tex.cõ.44. ⁊ declarat.tex.cõ.45. quomodo hoc nõ
ſolum eſt verum in ſimplicibus.i. non compoſitis na-
turalibus vl' artificialib⁹: ſed etiam eſt verum in his
compoſitis. Nam dicit: conſonãs fit ex in conſonãti ⁊
hoc inconſonans non quod vis ſed eiuſdem modi ſ.
ordinis.l.cõpoſitionis. Poſtea.tex.cõ.46. declarat
quomodo inconſonantia eſt duplex ordine et compo
ſitione et litera eſt clara: concludit philoſophus tex.
commenti quadrageſimi ſeptimi: ꝙ ſi omnia que fiũt
fiunt ex contrarijs .l. medijs: et omne quod reſoluit
reſoluitur in contrarium.l.medium omnia que ſunt
citra ſpiritualia.l. ſunt ꝯtraria prima.l. fiunt ex con
trarijs dicit. textu commenti quadrageſimi octaui
Tex.cõ. 41. (Uſq̄ quidem igitur hoc fere ſecuti ſunt et aliorũ
plurimi quemadmodum diximus prius. Omnes.n.
elementa et ab ipſis vocata principia et vere ſine ra
tione ponentes tamen contraria dicunt tanquam ab
ipſa veritate coacti. Differunt autem ab inuicem:
in eo ꝙ alij quidem priora: alij poſteriora accipiunt.
Et ꝙ hi quidem notiora ſm rationem illi autẽ ſm ſen
ſum. Hi quidem.n. calidum et frigidum: illi autem
humidum et ſiccuꝫ: alij autem imparem et parẽ: qui
dam autem concordiam et diſcordiam cauſam po-
nunt generationis: hec aũt ab inuicem differunt ſm
dictum modũ.)

¶ Vult dicere vſq̄ ad ponẽdum pri
cipia contraria ſecuti ſunt veritatem philoſophi: nõ
ſcientes dare rõnem huius ſed ipſa veritate coacti
quemadmodum .n. entia inanimata naturaliter ſe-
quũtur ſuos fines ſine ratione ita eodem modo intel
lectus veritatem inſequitur que eſt ſuus finis quam
uis eius neſciat dare rationẽ. Dicit deinde textus(
Differunt autem ab inuicẽ.) Uult dicere in aſſignan
do contrarietatem horum principiorum differunt
quidam aſſignant priora contraria.i.ſm rationem:
vt Pithagoras par et impar dicebant materiam et
formam rerum quia omnia fiebant ex numeris: alij
aſſignabant pro principijs poſteriora ratione: licet
priora ad ſenſum vt calidum ⁊ frigidum: alij concor
diam et diſcordiã cauſam ponunt generationis etc.

¶ Textu commenti quadrageſimi
noni (Quare eſt eadem dicere quoddãmodo ⁊ alte Tex.cõ. 49
ra ad inuicem: altera quidem quemadmodum vi-
debitur pluribus. Eadem vero ſm analogiam. Acci
pimus.n. ex eadẽ coordinatiõe: Hec quidem enim
continent. Alia autẽ continentur cõtrariorum. Sic
igitur ſimiliter dicunt et aliter et peius et melius. ⁊
hi quidem notiora ſm rationem ſicut dictum eſt pri
us: illi autem ſm ſenſum: vniuerſale quidem enim ſꝫ
rationem notũ eſt: ſingulare autem ſm ſenſum. Ra-
tio quidem enim vniuerſalis eſt: ſenſus autem parti
laris, vt magnum ⁊ paruum ſm rationem eſt: rarum
autem et denſum ſm ſenſum.)

¶ Vult dicere philoſoph⁹. Omnes
hos philoſophos in aſſignatione principiorum quod
dammodo differre: et quoddammodo conuenire:
differre quidem, quia aſſignant diuerſa principia
realiter eadem vero eſſe ſm analogiam: ideſt ꝓpor
tionem: que analogia conſiſtit in tribus. Primo qui
dem quia ſunt omnia principia de coordinatione cõ
trarioꝝ: ſed q̄dã cõiora: q̄dã min⁹ cõia, vt magnũ et
paruũ cõia raꝝ et denſuꝫ min⁹ cõia qđ ait( Hec qui
dem enim continent: alia vero continentur contra-
ria. Conueniunt etiam quia omnia contraria ſe ha-
bent ſicut peius et melius: ideſt vnum eſt perfectius
alio. Nam omnis oppoſitio reducitur ad eam que
eſt habitus et priuationis decimo metaphiſi. Textu
cõmenti.15. Alij vero aſſignant pro principijs notio
ra ſm rationem: ideſt vniuerſalia. Alij vero notiora
ſm ſenſum: ideſt ſingularia. Tamen conueniunt om-
nes aſſignantes principia notiora. Textu cõmenti Tex.cõ. 50.
50. (ꝙ quidem igitur contraria oportet eſſe princi
pia manifeſtũ eſt conſequens autem erit dicere vtrũ
duo aut plura aut tria aut plura ſunt. Unum quidẽ
enĩ impoſſibile eſt q2 non vnũ ꝯtraria infinita aũt nõ
q2 nec ſcibile qđ ẽ erit et eſt vna ꝯtrarietas in oĩ ge-
nere vno ſubã aũt vnũ quoddã gen⁹ eſt. Et qđ contin
git ex finitis melius ex finitis, quemadmodum Em-
pedocles quam ex infinitis. Omnia namq̄ ex fini-
tis aſſignare opinatur: quemadmodum Anaxago-
ras ex infinitis. Amplius ſunt alia alijs priora con-
traria et fiunt altera ex alteris, vt dulce et amarum
et album et nigrum. Principia autem oportet ſem-
per manere.)

¶ Declarat philoſophus de nume-
ro principiorum et ita procedit. Unum quidem im
poſſibile eſt. Nam ſi principia ſunt contraria idem
autem ſibi non eſt contrarium: ergo plura vno ſunt
principia. (Infinita autem non.) quia nil eſſet ſcibi
le vt iam deduximus contra Anaxagoram. Secun-
do probat quia principia prima ſunt de genere pri-
mo ideſt ſubſtantia: ⁊ ſunt pria contraria: ergo ſunt
prime differentie ſubſtantie et tales ſunt finite pri-
me inquam differentie in quas aliquod genus prĩo
diuiditur: ergo non ſunt infinita principia. Tertio ꝓ
batur fruſtra fit per plura quod poteſt per pauciora
ſed per finita principia ſaluamus omnem genera-
tionem et compoſitionem naturalium: ergo non ege
mus infinitis. Quarta ratio ibi ( Amplius ſunt alia
alijs priora contraria.) Ideſt principia debent eſſe
contraria prima: ſed infinita non ſunt contraria pri
ma: ergo infinita non ſunt principia. Item principia
oportet ſemper manere ideſt non fieri ex alterutris
ſed quedam contraria fiunt ex alijs: ergo nõ omnia
contraria ſunt principia. Concludit philoſoph⁹ prin
cipia; ergo non ſunt vnum tantum nec infinita. Tex

Tex.cō. 51. tu cōmenti.51.(ꝙ quidem igitur nec vnum nec infinita ſint manifeſtum ex his qm̄ aūt finita facere duo tantum vel non facere duo tantum habet quandam rationem. Deficiet enim aliquis qualiter denſitas raritatem facere aliquid apta nata ſit aut hec denſitatem. Similiter et alia quecunqꝫ contrarietas. Non enim concordia diſcordiam inducit et facit aliquid ex ipa: neqꝫ diſcordia ex illa ſed vtraqꝫ alterum quidam tertium: quidam et plura recipiunt ex quibus parant eorum que ſunt ſm naturam.)

¶ Declarat philoſophus in quo numero ſint principia dicens ꝙ non ſolū ſunt duo principia ſed tria arguens ſic. Principia ſunt contraria ſed vnum contrarium non facit aliquid ex alio: ſed ſe tranſmutant circa aliud vtpote circa ſubiectum: ergo tertium principium vtpote ſubiectum eſt dabile. Quidam autem faciunt materiam naturam omnium entium.

Tex.cō. 52. Textu cōmenti.52. Adhuc autem et de hoc amplius aliquis dubitabit niſi alteram ſuppoſuerit cōtrarijs naturam. Nullius enim videmus eorum que ſunt ſubſtantia contraria. Principium autem non de ſubiecto oportet dici aliquo. Erit enim principium principij: ſubiectum enim principium ꝛ prius videť eſſe predicato: Ampliꝰ non eſſe dicimus ſubſtantiam contrariaꝫ ſubſtantie. Qualiter igitur ex non ſubſtantijs ſubſtantia vtiqꝫ erit. Aut quomodo prius non ſubſtantia ſubſtantia erit.

¶ Vult dicere philoſophꝰ ꝙ ſi principia ſunt contraria non debent eſſe ſubſtantie quia ſubſtantie nil eſt contrarium: Si vero ſunt accidentia non poſſunt eſſe prima principia, niſi aliquid aliud ſupponatur: quia accidentibus preeſt ſubſtantia ergo non ſoluꝫ duo ſunt principia ſed oportet addere tertinm. Facit aliam rationem probans ꝙ nō ſint ſolum duo principia: ibi amplius non eſſe dicimus ſubſtantiam contrariam ſubſtantie. Vult dicere Si ſola contraria ſunt principia: ergo ſola accidentia: quia ſolum in accidentibus eſt contrarietas: et omne quod non eſt principiū fit ex principijs: ergo ſubſtantia fit ex accidentibus: ergo ex non ſubſtantijs fit ſubſtantia: immo non ſubſtantia tanꝗ̄ principiuꝫ erit prius ſubſtantia; quorum vtrūqꝫ eſt falſum

Tex.cō. 53 Textu commenti.53.(Unde ſi aliquis et priorem veraꝫ putabit eſſe rationem et hanc neceſſarium eſt ſi debet ſeluare vtraſqꝫ ipſas ſubeſſe quoddam tertium quemadmodum dicunt vnam quandam naturam dicentes omnes: aut aquam, aut ignem, aut mediū horum. Videtur autem medium magis. Ignis enim ꝛ terra, et aer, et aqua cum contrarietatibus complexa ſunt. Unde non irrationabiliter faciūt ſubiectum alterum ab his faciētes: aliorum autem quidam aerem. Aer enim minime habet aliorum differentias ſenſibiles. Conſequenter autem aqua.)

¶ Dicit philoſophus. (Unde ſi aliquis et priorem veram putabit eſſe rationem) Scilicet ꝙ principia ſunt contraria. (Et hanc) ꝙ non ſola contraria ſufficiunt eſſe principia (Neceſſe eſt ſi debet ſaluare vtraſqꝫ ipſas ſubeſſe quoddam tertium.) Ideſt ſi hec ſunt vera, ꝓbatum eſt ſubeſſe quoddam tertium vel vt principium: (Quem admodum dicunt vnam quandam naturam dicentes omnes.) Ideſt illud tertium eſt natura. Ideſt materia quam omnes poſuerunt magis diſtantem ab omni contrarietate, alij hāc naturam aquam, alij ignem, aut medium horum. Melius autem dixerunt qui medium ponūt ſubiectum: quam, aer, terra, ꝛ aqua: quia hec cum contrarietatibus ſunt complexa. Sed inter hec melius aer: quia eſt cum pauciori contrarietate. Poſtea aqua minime terra: quia eſt groſſiſſima inepta pro rei cōpoſitione textu commenti.55.

Tex.cō. 55. (Sed omnes vnum hoc contrarijs figurant vt denſitate et raritate ꝛ eo quod maius ꝛ minus. Hec autem ſunt omnia excellentia videlicet ꝛ deffectus ſicut dictum eſt prius: et videtur antiqua eſſe opinio ꝙ vnum et ſuperabundantia et deffectus principia rerū ſunt: ſed non eodem modo: ſed antiqui duo quidem facere vnum autē pati. Poſteriorū autem quidā ꝯtrariū vnū quidem facere duo vero pati magis dicūt.

Tex.cō. 56. Tex.cō.56. tria quidē igiť dicere elemēta eſſe: et ex his et huiuſmodi alijs intēdētibꝰ videbiť vtiqꝫ hēre quādā rōnē ſicut diximus. Plura autem tribus non amplius: ad patiēdū quidem enim ſufficiens eſt vnum. Si autem quattuor exiſtentibus due erunt contrarietates: oportebit ſeorſum vtiqꝫ eſſe alteram quandam naturam. Si autem ex inuicem poterit generare ocioſa vtiqꝫ altera contrarietatum erit: ſimul autem et impoſſibile eſt cōtrarietates primas: ſubſtantia enim vnum quoddam genus entis: quare in eo quod prius, et poſterius ſunt differunt ab inuicem principia tantum ſed non genere: ſemper enim in vno genere contrarietas eſt vna omnes enim contrarietates reduci videntur in vnā. Quod quidem igitur, nec vnum ſit elementum neqꝫ plura duobus vel tribus manifeſtum eſt. Horum autem vtrum ſit verum: quemadmodum diximus dubitationem habet multam.)

¶ Res eſt clara vſqꝫ ad illam partem. Plura autem tribus.

¶ Oſtendit quomodo non ſunt plura principia tribus: quia ad patiendum ſufficit vnū ad agendum duo. Si enim eſſent quattuor, eſſent due contrarietates, et ſic due nature ſubiecte: ſed omnia poſſunt fieri ſolis duobus contrarijs ꝛ vna natura ſubiecta: quid indigemus pluribus.

¶ Vult dicere philoſophus ꝙ ſi eſſent due cōtrarietates: quia plura tribus principia ergo in vno genere eſſent due prime contrarietates quod implicat in vno genere ſola eſt vna contrarietas ad quam alie reducuntur: ergo diceret aliquis in ſubſtantia collocatur prima contrarietas: ergo ſubſtantie aliquid eſt contrarium: conceditur quo ad differentias formales: non tamen quantum ad id quod eſt, vel dic ꝙ philoſophus hactenus diſputatiue procedit de numero principiorum nil determinādo demonſtratiue vſqꝫ ad illam partem.

Tex.cō. 57. (Sic igitur, nos dicamus primum de omni generatione aggredientes. Eſt enim ſm naturam comunia prius dicere: et ſic circa vnum quodqꝫ ꝓpria ſpeculari.

¶ Vult dicere primo ſunt ſpeculanda cōmunia. i. primo de generatione in generali et deinde de ipſa in ſpeciali ꝑ q̄. ſ. principia ſiat tex.cō.58.

Tex.cō. 58. (Dicimꝰ. n. fieri ex alio aliō et ex altero alterū) Aut ſimplicia dicētes aut cōpoſita. Dico aūt ſic hoc ē. n. hoc fieri hoīeꝫ muſicū ē aūt nō muſicū aliqđ fieri muſicū: aut non muſicū hominē muſicū. Simpliciter quidem igitur dico ꝙ fit homo et non muſicum: ꝛ quod ſimpliciter fit muſicum. Compoſitum autem et quod fit, et quod factum eſt cum nō muſicum ho-

minem dicamus fieri aut muſicum, aut muſicum ho
minem. Hoꝛum autem quidem non ſolum dicitur
hoc aliquid fieri : ſed etiam ex hoc vt ex non muſico
muſicus. Hoc autem nō dicitur in omnibus vt ex ho
mine factus ſit muſicus ſed homo factus ſit muſicus.

**¶ Dicit philoſophus nos dicimus**
fieri aliquid ſubſtantialiter ⁊ fieri accidentaliter: p
pꝛimum intelligit aliud per ſecundum inteligit al-
terum. Nam alteritas accidentale denotat vt patet
ex Poꝛphirio ca. de differentia. Tunc ait ꝙ cum fit
aliquid ex alio ſtat terminos eſſe ſimplices ⁊ compo
ſitos (a quo et ad quem, vt cum dicitur homo fit mu
ſicus vel nō muſicū fit muſicū vel compoſitos: vt cum
dicitur non muſicus homo fit muſicus homo: vnde in
compoſitis dicitur recte ex hoc fit hoc ⁊ hoc fit hoc:
ſed in ſimplicibus: et ſi aliquando recte dicatur ex
hoc fit hoc, vt ex non muſico fit muſicus : non tamen
recte ex homine fit muſicus: ſed homo fit muſicꝰ tex.
cō. 59. (eoꝛum que fiunt ſicut ſimplicia dicimus fie-
ri: aliquid quidem permanens fit: aliud vero nō per
manens. Homo quidem permanet muſicus factus
et homo eſt: ſed non muſicum ⁊ in muſicum neqȝ ſim
pliciter neqȝ compoſitum permanet.)

**¶ Dicit ꝙ eoꝝ que fiunt poſt tranſ-**
mutationem permanet aliquid aut non: pmanet ſub
iectum: non permanet vnum oppoſitoꝛum: licet per
maneat aliud vt cum ex non muſico fit muſicum per-
manet muſicum quod ē vnum oppoſitum permanet
homo quod eſt ſubiectum non permanet non muſicū
tex. cō. 60. de determinatis igitur ex his omnibus
que fiunt hoc eſt accipere ſi aliquis intenderit ſicut
diximus: quoniam opoꝛtet aliquid ſemper ſubijci ꝙ
fit. ⁊ hoc ſi numero eſt vnum: ſed ſpecie non vnum eſt
ſpecie enim dico: et ratione idem non enim idem ē
homini ⁊ immuſico eſſe. Et hoc quidem permanet il
lud vero non permanet: non oppoſitum quidem per
manet: non enim permanet. Muſicum autem et im
muſicum non permanet: neqȝ ex ambobus compoſi-
tum vt nonmuſicus homo.

**¶ Uult dicere ex omnibus determi**
natis concluditur in omni tranſmutatiōe ſemp ſubij
ci aliquid quod numero et realiter eſt vnum ſpecie
ideſt ratione non vnum. Nam vt materia differt a ſe
ipſa vt pꝛiuatio ratione, per ſpeciem enim intelligi
tur ratio per nō oppoſitum ītelligit ſubiectum tex.
cō. 61. (ſed ex aliquo fieri aliquid et non hec fieri ali
quid magis quidem dicitur innon permanentibus:
vt ex non muſico muſicum fieri: ex homine autem nō
at vero et in permanentibus aliquando dicitur ſimi
liter : ex ere enim ſtatuam dicimus fieri non es ſta-
tuam. Hoc autē ex oppoſitio et nō permanenti vtro
libet dicitur, et hoc: hoc. et namqȝ ex muſico ⁊ in mu
ſicus fit muſicus. Unde et in compoſito ſimiliter eſt
etenim ex muſico homine et in muſicus homo, homo
dicitur fieri muſicus.

**¶ Uocat permanentia q̄ remanent**
facta tranſmutatione vt ſubiectum in quibus dicit
magis dicitur hoc fit hoc quam ex hoc fit hoc licet
in artificialibus permanentibus vtrumqȝ dicitur,
vt ex ere fit ſtatua ⁊ es fit ſtatua: ſed innō permanen
tibus ideſt accidentalibus que per mutantur vnum
in aliud et econuerſo vtrumqȝ dicitur. Nam recte
dicitur ex hoc fit hoc et hoc fit hoc, vt ex non muſico
fit muſicum ⁊ non muſicus fit muſicus tex. cō. 62. pꝛo
bat philoſophus neceſſario in omni tranſmutatione
requiri ſubiectum quod dicit per hec verba (multi
pliciter autem cum dicatur fieri : et hoꝛum quidem
nō ſimpliciter fieri: ſed hoc aliquid fieri: ſimpliciter
autem fieri ſubſtantiarum ſolum eſt: ſm quid alioꝝ
manifeſtum ꝙ neceſſe eſt ſubijci aliquid quod fit. Et
enim: quantum: ⁊ quale: et ad alterum: et quando: ⁊
vbi, fiūt in ſubiecto aliquo pꝛopter id quod ſola ſub
ſtātia de nullo alio dicitur ſubiecto : ſed alia omnia
de ſubſtātia, ꝙ autem et ſubſtātie ⁊ quecūqȝ alia ſim
pliciter entia ex quoddam ſubiecto fiant conſiderā
ti fiet vtiqȝ manifeſtuȝ: ſemper eſt enim aliqd qd ſub
ijcitur: et quo fit quod fit: vt plante et animalia ex ſe
mine.) Uult dicere fieri ſtat duobus modis ſimplici
ter: et ſecundum quid: ſimpliciter fit ſubſtantia: ſm
quid accidens ; accidens ex ſubiecto fit: quia ſine il
lo eſſe non poteſt: ſubſtantia vero experientia appa
ret fieri ex ſubiecto vt plante et animalia ex ſemine
textu comenti. 63. pꝛobat ad huc omnia ex ſubiecto
fieri (fiunt autem que fiunt ſimpliciter : alia quidem
tranſfiguratiōe: vt ſtatua. Alia appoſitione vt que au
gmentantur. Alia vero abſtractione : vt ex lapide
mercurius. Compoſitione autem vt domus. Altera
tione vero: vt que conuertuntur ſm materiam. Om
nia autem que ſic fiunt : manifeſtum eſt quoniam ex
ſubiectis fiunt.

**¶ Uocat artificialia fieri ſimplici-**
ter non ꝙ foꝛma artificialis ſit ſubſtantia ſed loqͣtur
ex opinione antiquoꝛum qui extimabāt ſimiliter na
turalia vt artificialia vel quia quo ad naturalia que
includūt ſunt ſubſtantie dicit ea q̄ ſimpliciter fiunt:
alia tranſfiguratione, vt ſtatua alia appoſitione, vt
que augmētantur vt fluuiꝰ ex multis riuis: alia abſ-
tractione vt ſtatua vt que ſculpuntur: alia compoſi-
tione vt domus : alia alteratione vt q̄ conuertuntur
ſm materiam ideſt quoꝛum materia alteratur: om-
nia vero talia ex ſubtis fiunt.

**¶ Textu commēti ſexageſimi quar**
ti quare manifeſtum eſt qd fit ſemper compoſitum ē
ideſt ad fieri multa requiruntur ſcilicet tria ſubum
terminus factionis, oppoſitum, eſt quidem aliquid
qd fit: ſcilicet terminus factionis: eſt autem aliquid
ꝙ hoc fit ſcilicet ſubiectum ⁊ oppoſitū: dicit hec ver
ba philoſophus: quare oſtenſum ex dictis eſt: quoni
am qd fit ſemper cōpoſitū eſt : et eſt quidem aliquid
qd fit: eſt autem aliquid quod hoc fit: et hoc duplici-
ter aut enim ſubiectum aut oppoſitum. Dico autem
opponi quidem non muſicum: ſubijci autem hominē
et in figurationem: et in oꝛdinationem: et in foꝛma-
tionem oppoſitum. Ex autem et lapidem: ⁊ aurū di-
co ſubietum tex. cōmenti. 65. ¶ Manifeſtū igitur
ꝙ ſiquidem ſunt cauſe et pꝛincipia eoꝛum que natu
ra ſunt ex quibus pꝛimis ſunt et fiunt: non ſm acci-
dens : ſed vnūquodqȝ quidem dicitur ſm ſubſtantiā
quod fit ex ſubiecto et foꝛma. Componitur enim mu
ſicus hō ex hoīe ⁊ muſico quoddā mō reſolues enī ra
rationem in rationes eoꝛuȝ. Manifeſtum igitur eſt
ꝙ fiant q̄ fiunt ex his.) Poſtq̄ philoſophus: oſtendit
tria eſſe pꝛincipia rerum naturalium: declarat mo-
do que illarū ſunt de per ſe: et que de per accidens.
Dicit enim materiam ⁊ foꝛmam eſſe pꝛincipium de
per ſe: pꝛiuationem vero de per accidens. Pꝛobat
pꝛimum quia reſoluitur compoſitū naturale in ma-
teriam et foꝛmam: ergo componitur ex illis. Tenet
conſequentia illa maxima vnumquodqȝ reſoluitur

in ea ex quibus componitur:et patet exemplo. Ra
tio enim hominis muſici eſt compoſita: et reſoluitur
in rationes hominis et muſici ex quibus cõponitur.
Textu cõmenti.66.¶ Manifeſtum igitur eſt ꝙ fiãt
que fiunt ex his. Eſt autem ſubiectum numero qui-
dem vnum:ſpecie vero duo. Homo quidem enim et
aurũ ⁊ oĩno materia numerabilis eſt. Hoc enim ali-
quid magis et non ſm accidens ex ipſo fit quod fit.
¶ Priuatio autem et contrarietas accidens:vnum
autem ſpecies vt ordinatio aut muſica: aut aliorum
aliquid ſic predicantium. Dicit ꝙ manifeſtum eſt ꝙ
fiant ſcilicet entia naturalia que fiunt ex his ſcilicet
materia et forma.¶ Eſt autem ſubiectum ideſt mate
ria numero quidem vnum ideſt realiter:ſpecie vero
duo ideſt ratione. Nam hec materia vt ſubiectũ ha
bet vnam rationem:⁊ vt priuatio habet aliam ratio
nem. Nam eſt priuatio in quantum habet carentiam
forme oppoſite. Dicit que vocat vna nũero. Homo
quidem.aurum.⁊ omnino materia numerabilis eſt.
Hoc enim aliquid magis ideſt de per ſe: et non ſm
accidens ex ipſo fit quod fit. Priuatio autem et con
trarietas accidens. Unum autem ſpecies declarat
formam. Textu cõmenti.67.¶ Unde eſt ꝙ ſicut duo
dicenda ſunt eſſe principia: eſt autẽ ſicut tria. Et eſt
quidem ſicut contraria: vt ſi aliquis dicat muſicum
et imuſicum:aut calidum et frigidum:aut conſonãs
et inconſonans. Eſt autem ſicut non ab alterutris enĩ
pati contraria impoſſibile eſt. Soluitur autẽ ꝓpter
ea ꝙ aliud eſt ſubiectum. Hoc enim non eſt contra-
rium. Quare neqꝫ pricipia cõtrariorꝝ ſunt plura qõ
dammodo:ſed duo vt eſt dicere numero: neqꝫ iterũ
penitus duo propter id quod alterum eſt eſſe ipſis:
ſed tria alterũ enim eſt eſſe homini et non muſico eẽ
et in figurato et eri. Concludit hic philoſophus:qõ
da mmodo dicenda fore duo plura et quoddammo-
do tria:duo realiter:tria ratione. Et eſt quideꝫ ſicut
contraria ſcilicet duo illorum de quibus ponit exem
pla ſcilicet forma et priuatio. Eſt autem ſicut non cõ
traria ſcilicet materia et forma:ab alterutris enim
pati contraria impoſſibile eſt ſcilicet ſine ſubiecto:ẽ
ergo neceſſe ponere cõtraria ⁊ vnũ ſubiectum. Sol
uitur autem propterea ꝙ alterum eſt ſubiectũ. Hoc
enim non eſt contrarium:quare neqꝫ plura contra-
riorꝝ ideſt quã duo que ſunt cõtraria ſunt principia
quoddam modo ideſt realiter:ſed duo vt eſt dicere
numero: neqꝫ iterum penitus duo propter id quod
alterum eſt eſſe ipſis ideſt diuerſa ratio:ſed tria. Al
terum enim eſſe eſt hoĩ et non muſico eſſe ⁊ in figu-
rato et eri:ergo materia et priuatio que ſignificat ꝑ
illa nomina infinita differunt ratione vt antea decla
raui textu cõmẽti.68.¶ quot quidem igitur princi
pia circa generationem phiſicorum:⁊ quomodo tot
ſint dictum eſt et oſtenſum eſt: quoniã oportet ſubĳ-
ci aliquid ꝯtrariĳs ⁊ ꝯtraria duo eſſe: ſꝫ qũdãmodo
alio non neceſſarium. Sufficiens enim erit alterum
contrarium facere abſentia ⁊ praſentia mutationẽ
vel dicere:ꝙ dictũ ẽ quot ſunt principia circa gene
rationem phiſicorum ideſt entiũ naturalium:et quo
modo tot ſint dictum eſt:ſcilicet an re vel ratione: et
oſtenſum eſt quoniam oportet aliquid ſubĳci contra
rĳs:et ꝯtraria duo eſſe ſcilicet poſitiua. Sed quod
dammodo alio nõ neceſſarium ideſt in loci mutatio
ne alteratione augmentatione et diminutione ſunt
duo contraria poſitiua et vnum ſubiectum. Sed in
generatione et corruptione non ſunt duo poſitiua: ſꝫ
vnum ſufficit facere abſentia et preſentia mutatio-
nem ideſt generationẽ et corruptionem:quia in his
ſpeciebus proceditur a negatione ad affirmationẽ
vel econuerſo in quo eſt priuatio. Nam termini ge-
nerationis ſunt ſubſtantie: ergo non contrarie. Eſt
enim in ſubſtantia contrarietas penes differentias
primas in quas genus diuiditur quaruꝫ vna impor
tat priuationem.

¶ Queritur circa iſtũ textũ a textu
cõmenti.50.vſqꝫ ad textum cõmẽti.68. Primo cir
ca textũm cõmenti.60.vbi dicitur. Quoniam opor
tet ſemper aliquid ſubĳci quod fit.

¶ Utrum in qualibet tranſmutatio Prima
ne naturali ſit neceſſe eſſe aliquod ſuſceptiuũ in quo dubitatio
fiat omne quod fit:ex quo innoteſcet probatio ꝙ ſit
materia prima dabilis.

¶ Secundo quero vtrum principia Secũda dubitatio
rerum naturalium ſint contraria.

¶ Tertio quero vtrũ illa principia Tertia dubitatio
ſint tantum tria.

¶ Quarto quero vtrũ aliquid poſ- Quarta dubitatio
ſit fieri ex non ente ſimpliciter ſiue ex nihilo.

¶ Quinto quero. Utrum creatura Quinta dubitatio
poteſt creare.

¶ Ad primam dubitationem arguit
pro parte negatiua omnia poſſunt ſaluari nõ poſita
materia prima:ergo non eſt ponenda materia pri-
ma. Conſequentia eſt nota:et probatur antecedens:
quia dicerem ego in productione entis naturalis to
tam ſubſtantiam eſſe formam:et illam produci ſine
materia:et certe nõ illuminatis lumine fidei:nil cre
dere debemus: ad quod ponendum non cogat ra-
tio vel experientia:ſed ad aſſignãdum primam ma-
teriam non cogit ratio nec experientia:ergo non eſt
ponenda:minor probetur : quia omnes ſubſtantias
quas intellectꝰ noſter veſtigat et cognoſcit:nõ agno
ſcit niſi per aliqua accidẽtia:ſed materie prime nul
la ſunt accidentia. Id teſtante philoſopho metaphi
ſicorum ſeptimo. Materia prima non eſt quid : nec
qualis nec quanta.

¶ Pro declaratione iſtius difficul-
tatis faciam tres ꝓbationes egregias ad ꝓbanduꝫ
primam materiam eſſe dabilem. Prima ratio eſt do
ctoris inuincibilis quam ponit ſub hac forma. Ali-
quid eſt determinans ipſum agens in numero effe-
ctuum ꝓducendorum:et non niſi materia prima: er
go ipſa eſt dabilis. Nota eſt conſequentia: et proba
tur maior:quoniam agens quodcunqꝫ quantum eſt
ex parte ſui eſt ꝓductiuum infinitorum effectuum:ꝙ
ergo ꝓducat vnum et non duos et non tres:hoc pro
uenit quia applicatur vna materia prima:et nõ due
igitur dabilis eſt materia prima vel aliquod ſuſce-
ptiuum quod determinet in numero effectuum ꝓdu
cendorum. Et ſic patet minor et ꝯña.

¶ Sed Ludouicus Coronel arguit
contra hanc opinionem dicens ꝙ ꝗuis agens quan-
tum eſt ex parte ſui ſit plurium effectuum ꝓductiuũ:
tamen ꝙ ꝓducat.a.effectum et nõ.b.hoc non poteſt
ꝓuenire ex parte materie:quia non potius vnius ef
fectus quã alterius eſt ſuſceptiua : ergo materia nõ
põt determinare agens quantũ ad numerũ effectuũ
ꝓducendorum.

**¶ Videtur mihi ꝙ hec ratio nulliꝰ**
ſit momenti: quia quādo nos poſſumus reddere cau
ſam alicuius effectus particularem cum auxilio dei
generali: non eſt recurrendum ad cauſam vniuerſa
lem ſpecialiter concurrentem. ( Sunt enim aliqui
effectus nobis ignoti a quo fiant. Et tunc neſcimus
aliud quam illos reducere ad pꝛimam cauſam ſpe
cialiter concurrentem: vel ad influentiam cœli. Ut
videre eſt in fractiōe vitri vniformis ſuper quod cō
cidit aliquis lapis vniformiter: frangitur enim ea
parte qua determinauerit pꝛima cauſa ⁊c. de igni
culo exiſtente in centro terre ad determinandum
per quem ſemidiametrum aſcendat indigemus de
terminatione pꝛime cauſe: et filo vniformiter reſiſ
tenti duobus hominibus eque foꝛtibus, eque foꝛti
ter trahentibus ex ambabus partibus frāgetur cū
tale filum per eam partem quam determinauerit
pꝛima cauſa ). Applicando ad pꝛopoſitum ꝙ agens
naturale pꝛoducat vnum effectum et non duos red
dere poſſumus cauſam in iſtis inferioꝛibus videli
cet materiam pꝛimam: ꝙ vero pꝛoducat. a. et non. b
pꝛouenit hoc ex determinatione pꝛime cauſe: quia
non habemus cauſam quam reddamus particula
rem.

Rō. 2. **¶ Secunda ratio egregia ⁊ melioꝛ**
quam fieri poteſt inuenta per Ludouicum Coꝛonel
ſupponendo quod experientia ſatis compꝛobatur:
et eſt ꝙ agens naturale ad hoc vt pꝛoducat pꝛemit
tit quaſdam qualitatiuas diſpoſitiones: quod ſatis
apparet: quia ad hoc ꝙ ignis fiat ex ligno requiri
tur fieri in ligno calefactionem: ⁊ deſiccationē. Hoc
ſuppoſito ſic arguo cū diſponitur aliquid ad foꝛmā
que debet pꝛoduci vel diſponitur materia: ⁊ ſi ſic er
go ipſa ē dabilis: vel totum compoſitum vel foꝛma:
et hoc non: quia nil diſponitur ad aliquid in cuius
aduentu deſtrui dꝫ: ſed ſic eſt ꝙ in aduētu foꝛme pꝛo
ducende: que pꝛefuit: et totum compoſitum deſtrui
debent: ergo non diſponuntur iſta ad ſuſcipiendam
foꝛmam: debet igitur diſponi materia: que eadem
ē geniti ⁊ coꝛrupti: et que expolietur pꝛiſtinis quali
tatibus aliam foꝛmam conſeruātibus: ⁊ includat ali
as nouas qualitates alias foꝛmam pꝛeſagientes.

Rō. 3. **¶ Tertia ratio eſt ſequitur agēs na**
turale omnem effectum facere in inſtanti ſequella ꝓ
batur illud agens nullam habet reſiſtentiam. Nam
ſi aliquam haberet maxime eſſet ex qualitatibus cō
trariis: ſed hoc non: quia ſequeretur ꝙ pꝛeſtaret cō
buſtibile āmouere quam applicare: quia applican
do eſt duplex laboꝛ agenti coꝛrumpendi et pꝛodu
cendi: ſed ammouendo ſolus eſt laboꝛ pꝛoducendi.

**¶ De foꝛma ſubſtantiali pꝛobatio**
eſt clarioꝛ per operatiōes: ſed melioꝛ pꝛobatio erit
hec: aliquid conſtituit lignum in eſſe ligni ⁊ aliquid
hominem in eſſe hominis: non materia pꝛima: qꝛ ip
ſa eſt eiuſdem ſpeciei in omnibus: ergo foꝛma ſubſ
tantialis: ſi placeat alio nomine vocare non cōtenda
mus de nominibus: annota tamen ꝙ bene dicit phi
loſophus ſecundo metaphi. textu commento vigeſi
mi ſexti in naturalibus non eſt inquirenda acribolo
gia mathematica ideſt diligens ⁊ certa ratio: ideo
ꝙ bene Petrus de aliaco: et poſt eum Geruaſius
et maioꝛis et Antonius Coꝛonel: dicunt ꝙ tota phi
loſophia naturalis non eſt ſciētia ſed vna foꝛtis opi
nio: que pꝛocedit ex magis veri ſimilibus. Pꝛobat
enim egregie ꝙ de nulla operatione naturali poſſu
mus habere euidentiam: ſed vocatur ſcientia nomi
ne large extenſo ad opinionem veram: ſed philoſo
phus naturalis rationibus pꝛobabilibus debet eſſe
contentꝰ: nec petere foꝛtioꝛes: ſcimus enim ꝙ omēs
iſte rationes pñt a pꝛoteruo negari: ſed ſit ſatis ꝙ q̄
drāt apud intellectum magis quam oppoſite: ⁊ his
magis intellectus eſt contentus. Nam nec aret ho
re petenda eſt demonſtratio nec a mathematico ſua
ſio ethicoꝛum ſermones ſcdo iuxta materiam.

**¶ Ad ſecundam queſtionem arguit** Ad ſcdāꝫ qōnem
pars negatiua pꝛincipia non fiunt ex alterutris pꝛi
mo huius: ſed contrario fiunt ex alterutris ibidem:
ergo pꝛincipia non ſunt contraria. Secundo ſic ſeq̄
retur ꝙ pꝛimi pꝛīcipii eſſet pꝛincipium ꝙ eſt impoſſi
bile: quia pꝛimo nil eſt pꝛius: et ſequella pꝛobatur:
quia cum contrarietas non ſit in ſubſtantia opoꝛtet
ꝙ ſit in accidentibus: ergo pꝛima pꝛincipia ſunt ac
cidentia: et accidentium eſt pꝛincipium ſcilicet ſub
iectum: ergo intētum. Tertio ſic arguitur ſequitur
ꝙ ex non ſubſtantiis fieret ſubſtantia quod eſt falſum
ſequella pꝛobatur omne quod eſt aut eſt pꝛincipiū,
aut ex pꝛincipio: ſed ſubſtantia non poteſt eſſe pꝛin
cipium: quia nulli eſt cōtraria: ergo eſt ex pꝛincipio
et illud eſt accidēs ergo intentum. Quarto ſi pꝛin
cipia eſſent contraria omnia naturalia eſſent coꝛ
ruptibilia: quod eſt falſum in coꝛpoꝛibus celeſtibus
vt patet pꝛimo celi: et ſequella pꝛobatur: quia con
traria ſunt ad inuicem coꝛruptiua, vt patet pꝛīo de
generatione et in litera huius pꝛimi.

**¶ Pꝛo declaratione huius queſtio**
nis. Noto ꝙ res naturales poſſunt dupliciter conſi
derari vno modo quantum ad eſſe: alio modo quan
tum ad fieri. Tunc dico ad queſtionem ꝙ pꝛincipia
rerum naturalium quantum ad ſuum eſſe non ſunt
contraria ſibi inuicem ſcilicet pꝛincipia intrinſeca:
qđ pꝛobatur: quia illa quoꝝ vnum eſt perfectio alte
rius non ſunt ſibi contraria, ſed pꝛincipia intrinſeca
vt foꝛma vt materia ſic ſe habēt ꝙ vnū eſt perfectio
alterius. Nam foꝛma eſt perfectio materie: ergo
non ſunt contraria maioꝛ patet qꝛ albedo que con
trariatur nigredini non eſt perfectio nigredinis.
¶ Secundo eſt dicendum ꝙ aliqua pꝛincipia rerū
naturalium quantum ad fieri eoꝛum ſunt contraria
et ad hoc poteſt adduci ratio Ariſto. in litera p tres
conditiones contrarioꝛum pꝛimoꝛum: quia nō ſunt
ex aliis: nec ex alterutris: et omnia fiunt ex eis: que
eodem conueniunt pꝛincipiis pꝛimis. Item foꝛma ⁊
priuatio ſunt pꝛincipia reꝝ naturaliuꝫ quantum ad
fieri vt pꝛobabitur et hec ſunt contraria aliquo mo
do: ergo pꝛincipia reꝝ naturaliuꝫ quantum ad fie
ri ſunt contraria. ¶ Tertio eſt dicendum ꝙ etiam
quantum ad fieri datur aliqđ pꝛincipium nulli con
trarium: quod eſt ſubiectum. Pꝛobatur ſic: quia ip
ſum fieri rei naturalis in aliquo recipitur: quia non
fit ſine ſubiecto et non recipitur vnum contrarium
in alio: ergo in ſubiecto nulli contrario: intelligēdū
tamen ꝙ contrarietas eſt duplex pꝛopꝛie dicta et eſt
duarum foꝛmarum poſitiuarum in genere pꝛedica
mentali poſitarum: et ſibi inuicem ſuccedentium in
eodem ſubiecto: et hec eſt duplex vna perfecta: et
hec eſt vnius extremi ad aliud extremum. Alia im
perfecta et hec eſt medii ad extrema. Alia vero eſt
contrarietas impꝛopꝛie dicta: et eſt inter pꝛiua
tionem: et habitum ⁊ vocatur cōtrarietas; quia ſem

per vnum contrariorum eſt diminutum et imperfec
tum reſpectu alterius :hec ergo prima que ſunt con
traria:large ſunt contraria : ſicut forma et priuatio
que bene poſſunt eſſe in ſubſtantia:et per hec patet
ad rationes ante oppoſitum. Ad primam cum dici
tur ꝙ contraria fiunt ex alterutris:et principia non
fiunt ex alterutris verum eſt cōtraria ſecūda ſecus
contraria prima vel dicas melius ꝙ contraria fiunt
ex alterutris,vt ly ex : dicat circunſtantiam termi
ni a quo:ſed principia prima non ſunt ex alterutris
ſaltem aliqua vt ly ex dicat circunſtantiam ſubiecti.
Ad ſecundam rationem dicendum ꝙ principia pria
ſunt contraria large et talis contrarietas bene re
peritur in ſubſtantia. Ad tertiam rationem nihil cō
uincit:quia in ſubſtantia bene eſt contrarietas lar
ge. Ad quartam dico ꝙ non omnia cōtraria ſunt cor
ruptiua niſi illa que ſunt proprie dicta.

Ad tertiā qōnem.
¶ Ad tertiam queſtionem que mo
uetur ſuper illa parte textu cōmēti quinquageſimi
ſexti tria quidem:igitur dicere elemēta eſſe. Nota
ꝙ hic loquimur de principijs intrinſecis:quia loquē
do de extrinſecis ſimul cū intrinſecis quattuor ſunt
principia ſcilicet quattuor genera cauſarum:ſed in
trinſeca ſunt tria ſcilicet materia ⁊ forma ſunt prin
cipia intrinſeca per ſe. Priuatio vero eſt principiū
intrinſecuꝫ quo ad fieri rerum naturalium ꝺ per ac
cidens quod oſtenditur ſic:illud qꝺ ē de neceſſitate
coniunctum per ſe et principali ſubiecto rerum na
turalium:⁊ quantum ad fieri et quantum ad eſſe:eſt
aliquo modo principium rerum naturalium Hec ē
nota:ſed ipſa priuatio eſt huiuſmodi nūquam enim
materia rei naturalis tranſmutaretur ad aliquam
formam niſi deficeret illa forma et niſi haberet apti
tudinem ad recipiendum eam. Nam,vt dicit phs
habitibus pñtib⁹ in materia non generat aliquid:
ergo neceſſe eſt ad hoc materia traſmutetur ad ali
quam formam ꝙ careat illa et ſit apta nata habere
illam:et hec carentia cū aptitudine eſt priuatio:er
go priuatio neceſſario eſt coniuncta materie in fieri
rei naturalis:etiam quantum ad eſſe:quia materia
exiſtens ſub vna forma neceſſario eſt cum priuatio
ne alterius. Secundo dico ꝙ principia intrinſeca
rerum naturalium non ſunt plura tribus : quia tria
ſufficiunt ad generationem et corruptionem rerum
naturalium ſcilicet materia forma et priuatio:quia
nec effici ens nec finis poſſunt eſſe principia intrinſe
ca:quia pars non debet efficere totum : cuius eſt ps
nec eſſe finis illius totius. ¶ Secundo probatur ꝙ
non poſſint eſſe plura tribus:quia illud quartum vel
eſt ſubiectum et hoc non : quia pro recipiendo ſuffi
cit vnum ſubiectum vel eſt contrarium : et hoc non:
quia contrarium eſt cōtrarij contrariū:ergo illi eēt
aliquod contrarium ſcilicet quintum ⁊ ſic eſſet in ge
nere ſubſtantie non modo vna contrarietas prima:
ſed due prime ꝯtrarietates:quod contradictionem
implicat. ¶ Eſt autem priuatio principiū intrinſecū
quo ad eſſe et fieri de per accidens : quia non com
ponit ens naturale:ſed quia ſine hac priuatione non
poſſet forma introduci:nec pōt eſſe ideo de per acci
dens eſt principium intrinſecum.

Ad q̄rtaꝫ qōnem
¶ Ad quartam queſtionem, vtrum
aliquid poſſit fieri ex non ente ſimpliciter mouetur
iſta queſtio ſuper tex.cō 57.dicit textus : ſic igitur
nos dicamus. ¶ Arguo ꝙ aliquid poſſit fieri ex non
Rō.1. ente. Primo ſic deus eſt omnipotens:ergo poteſt fa
cere aliquid ex nihilo. ¶ Secundo agens nullo mo Rō.2.
do diminutum poteſt hoc facere ſed deus eſt talis:
maior patet:quia eſſet diminut⁹ in aliquo ſi non poſ
ſet facere ex nihilo,⁊ minor probatur autoritate Co
mentatoris quinto metaphiſ textu cōmenti viceſimi
primi. ⁊ Ariſtoteles in prohemio metaphi.totaliter
optimum quod eſt in natura eſt deus. ¶ Tertio niſi Rō.3.
aliquid fieret ex nihilo eſſet proceſſus in infinitum
in cauſis quod impoſſibile eſt ſecundo metaphiſice
probatio conſequentie ſumamus aliquod factum et
petamus aut illud eſt factū ex aliquo aut ex nihilo:ſi
ſecundum intentum:ſi primum petam de illo aliquo
vel eſt factum ex aliquo vel non:ſi ſecundum intentū
ſi primum:iam eſſet proceſſus in infinitum quod eſt
falſum. ¶ Quarto deus eſt infinite actiuitatis : er Rō.4.
go deus poteſt facere aliquid ex nihilo. ¶ Quinto ſi Rō.5.
fieret ex ente:ergo eſſet āte quam eſſet. ¶ Sexto:ſi Rō.6.
cut ſe habet generatio ſm quid ad non ens ſm quid
ita ſe habet generatio ſimpliciter ad non ens ſimpli
citer : ſed illa fit ex nō ente ſm quid : vt album ex
non albo:ergo hec ex non ente ſimpliciter. ¶ Op
poſitum dicit philoſophus in litera. Iſta queſtio po
teſt intelligi dupliciter vno modo,vt ly ex dicat cir
cunſtātiam cauſe materialis. Alio modo,vt ex dicat
circunſtantiam ordinis:ideſt vtrum aliquid poſſet
fieri poſt nihil, ideſt cuius nulla omnino pars pre
fuit. Dico ꝙ primo modo apud philoſophum eſt im
poſſibile : quia tunc ipſum non ens eſſet pars entis.
Item ipſum nihil reciperet eſſe facti:quia illud qꝺ
ſe habet vt materia recipit eſſe facti. ¶ Secun
do etiam dicit philoſophus eſſe impoſſibile primo il
lud quod fit potuit eſſe ante quam fieret:quia ſi non
potuit eſſe:tunc fuit impoſſibile eſſe:et ſic nunquam
erit:illa igitur potentia ad eſſe eius quod fit aut eſt
in aliquo ente aut in nullo ente omnino:ſi in ente er
go non fit poſt omnino nihil:ſi in non ente hoc ſtatim
eſt impoſſibile:quia non ens omnino non habet po
tentiam ad eſſe:quia tunc aliquando eſſet ens ſaltē
ergo debuit precedere potentia receptiua ſui eſſe.
¶ Secundo omne quod fit vel eſt ſubſtantia vel ac
cidens:ſi ſecundum fit in aliquo ſubiecto :ſi primum
videmus omnes ſubſtantias fieri ex aliquo ſubiecto
ꝑſuppoſito vtpote plātas et bruta ex ſemine. ¶ Ter
tio oē qꝺ fit aut fit tranſfiguratione aut appōne ⁊c.
ſed omne tale tale fit ſubiecto ꝑſuppoſito. ¶ Quar
ta ratio Comentatoris eſt pulchra valde:dicit enim
Comentator:ꝙ ſi in diuiduū transferretur ꝺ non eſſe
omnio ad eſſe:oporteret:aut ꝙ aliquid eſſet trāſmu
tatum ſine tranſmutatione:aut ꝙ tranſmutatio eſſet
in non ente:quorū vtrūqꝫ eſt falſum:ꝙ enim aliquid
ſit traſmutatum ſine omne traſmutatione hoc eſt im
poſſibile:ſicut ꝙ aliquid ſit albū ſine albedine:ꝙ etiā
tranſmutatio fiat in nō ente hoc eſt impoſſibile:q2
tunc non ens trāſmutaretur:cū omne in quo fit trāſ
mutatio tranſmutetur:ſicut illud in quo eſt albedo
eſt album:⁊ ſic patet impoſſibilitas conſequentium
ſed conſequentiam non multum declarat Comenta
tor:pōt aūt ſic intelligi.ſi aliquod indiuiduū ē factū
hꝫ aliquā diſpoſitionem quā pri⁹ nō habebat nec ſim
pliciter nec in ſubō:prius eñi non habuit eſſe ⁊ nunc
eſt:ergo oportet ꝙ aliq̄d ſit tranſmutatū:detur enim
nihil in mundo ſit variatū omnia igitur ſe habent vt
prius:⁊ ſic ſicut prius non fuit ens ſic nunc non ē ens
et ſic eſt ens ⁊ nō ens qꝺ eſt oppoſitū ꝓme dignitatis
ſi aūt aliq̄d ē trāſmutatū aut igiť eſt trāſmutatū ſine
trāſmutatōe ⁊ ſic hētur ꝓmū ipoſe;aut ē trāſmutatū

traſmutatione ⁊ tunc aut illa tranſmutatio recipi-
tur in nō ente ſimpliciter ⁊ ſic habetur ſecundum im
poſſibile: aut recipitur in aliquo ente et ſic illud qd̄
fit per illam tranſmutionem non fit ex non ente ideſt
poſt omnino non ens: cuius oppoſitum dicebant et
hec quidem ratio eſt multum fortisquantum ad iſtā
concluſionem: ꝙ nihil poteſt fieri ex puro non ente:
ſemper ergo oportet aliquid ſubijci ei qd̄ fit. Tenen
dum eſt tamen ſimpliciter et cum fide chriſtiana ꝙ
ipſe deꝰ ꝓduxit oīa de nouo ex nullo p̄exiſtēte ſubito
ſed illa productio non fuit facti nec fieri niſi equiuo
ce quantumcunqꝫ terminus eius fuerit vniuocus cū
termino factionis naturalis: ſed dicitur creatio et
ſimplex emanatio: hunc igitur modum ignorauerūt
philoſophi gentiles nec mirum: q2 nō poteſt cognoſ
ci ex ſenſibilibus nec conuinci ex aliquibus que cum
ſenſibilibus concordant et ideo illi qui ſumpſerunt
cognitiones ſuas ex rationibus concordantibus ſen
ſatis non peruenerūt ad noticiam huiuſmodi factio
nis precipue: quia raro contingit: iſte modus et nun
quam fuit niſi ſemel et eſt valde lōgum tempus pre
teritum poſtꝙ fuit illi autē qui iſtum modū produc-
tionis cognoſcunt, dicūtur per aliā viā cognoſcere
ſ. per auctoritates ſanctorū, et p reuelationes hmōi
per illam aūt diſtinctionem ꝓductionis que tacta
eſt ſoluuntur argumenta Ariſto, et Auerrois ꝓbant
enim ſufficienter ꝙ ex nihilo ſimpliciter nō poſſit ali
quid produci productione que eſt motus ⁊ tranſmu
tatio naturalis ſed productione que eſt creatio ⁊ ſu
per naturalis bene poteſt, et ſic dicas, nonne terra
creata ē eiuſdē ſpeciei cum terra generata dicēdū
ꝙ ſic; ergo productio eſt eiuſdem ſpeciei et non equi
uoce diceretur ꝙ non ſequit̄: quia agens qd̄ creat ē
alterius ordinis ab eo qui generat: et ideo ꝓductio
nes ſunt diuerſe. Tunc ad rationes facile eſt reſpon
dere: ꝙ deus non deſinit eſſe omnipotēs q2 impoſſibi
le ſicut eſt, creatio apud ph̄m nequeat facere: nec ē
diminutꝰ: q2 idem nequeat facere: ad aliam ꝙ eſſet
ꝓceſſus in īfinitū negat̄. Nam ē ſtatꝰ in materia pri-
ma que eſt in generabilis ⁊ in corruptibilis. Ad vl-
timam rationem dico: ꝙ non ens ſimpliciter pōt di-
cere duo: vno modo non ens vniuerſaliter et ſic non
tenet ſimilitudo: q2 nō ens quoddam poteſt habere
potētiam ad ens quoddā: ſed nō ens vniuerſal̄r nul
lam potentiam poteſt hēre. Alio mō nō ens ſimplici
ter pōt intelligi non ens principaliter ſcilicet non
ens actu et hocmodo bn̄ generatur ex non ente ſim-
pliciter ideſt ex non ente actu; ente tamen potentia
et ſic ſoluit Ariſto. in primo de generatione.

¶ Ad quintam vtrum creatura po-
teſt creare. Ad hanc queſtionem ſcribam eo modo
quo ſcripſit eam ſubtiliſſimus frater meus dum in q̄
dam lectiōe oppoſitionis obtinuit prebēdam in col
legio celeberrimo cardinalis vallis oleti.

Qō. i. ¶ Prima queſtio quid p creare in-
Qō. 2. telligat̄. Et ſecūda queſtio vtrū talis creatio ſit poſ-
Qō. 3. ſibilis. Tertia ſi poſſibilis a quo ā adeo procedat ſo
lo: an creatura ſit principium creationis vel eſſe poſ
Qō. 4. ſit. Quarta ſi creature creatio communicari poſſit
an per aliquam qualitatem diſtinctam in herentem
Qō. 5. creature vel ſine quacūqꝫ qualitate. Quinta ſi poſſi
bilis eſt cōmunicatio potentie creandi an de facto
Qō. 6. ſit cōmunicatia alicui creature. Sexta an creatu-
re poſſit ex natura ſua conuenire potentia creandi:
Qō. 7. ſicut nunc cōuenit quod generet. Septima an poſt-



quam deꝰ in principio caſas naturales cauſauit vel
creauit nunc ad effectus earum concurrat vel vtrū
nature ſue relinquat.

¶ Ad primā queſtionem reſponde Ad p̄mā
tur. Circa durandum in ſecundo ſententiaꝝ diſtinc qōnem.
tione ſecūda nota in illa diffinitione creationis quā
ponit ſcilicet creatio eſt productio alicuius rei ō ni-
hilo. i. nullo ſubiecto p̄ſuppoſito: quod dicit Durādꝰ
illud debere intelligi nullo ſubiecto p̄ſuppoſito nec
aliquo termino vnde ipſe probat ꝙ in creatione non
ſunt termini. ¶ Sed contra illam diffinitionem eſt
argumentum cōmune de productione anime ratio-
nalis et de productione gr̄e. Nam illa ꝓducuntur
ſubiecto preſuppoſito ⁊ tamen creantur. ¶ Ad hoc
reſpondet Gabriel in ſecundo: diſtinctione prima:
queſtione prima: ꝙ aliquid creari eſt produci nullo
ſubiecto preſuppoſito ad hunc ſenſum ꝙ agens pro-
ducens in ſic producendo non requirat ſubiectum:
et generare per oppoſitū. ¶ Ex quo infertur ꝙ edu Corrū. i.
ci de potentia materie eſt produci aliquid taliter ꝙ
in productione illa neceſſario requiratur ſubiectū:
et non educi contrario modo. ¶ Infertur ſecundo Corrū. 2.
ꝙ quicūqꝫ effectꝰ qui ꝓducit̄ adeo ⁊ creatura adeo
creatur et acreatura generatur: quia deus in ſic ꝓ-
ducendo non requirit ſubiectum creatura tamē ſic.
¶ Tertio infertur vnum inconueniēs ex hac opinio Corrū. 3.
ne: ꝙ deus de potentia abſoluta nihil poteſt genera
re quia non poteſt requirere ſubiectum.

¶ Propter hec que ſequuntur ex iſ-
ta opinione eſt alius modus dicendi declaratiuus
illius diffinitionis. Pro quo nota ꝙ res q̄ producun
tur quedam ſunt que dependent a ſubiecto, alie nō.
Aliquem effectum dependere a ſubiecto nihil aliud
eſt quam omnibus alijs poſitis eodem modo ſe habē
tibus illum effectum non produci neqꝫ conſeruari ſi
ſubiectum non ſit ſicut forma ignis quando produ-
citur: quia ſic producitur ab agēti naturali ⁊ a deo:
ꝙ ſi tolleretur ſubiectum non produceretur nec cō-
ſeruaretur. Non dependere oppoſito modo diffinit̄:
Et exemplum eſt de anima rationali que ſic produci
tur a deo ꝙ dato ꝙ ſubiectum non eſſet produceret̄
et conſeruaretur.

¶ His ſuppoſitis dicitur ꝙ creatio Quid
eſt ꝓductio alicuius nullo ſubiecto preſuppoſito. i. creatio
ꝙ res que producitur habet ex vi ꝓductionis ꝙ non ſm̄ verita
dependeat a ſubiecto nec in fieri nec in conſeruari. tem.
Et per oppoſitum generare eſt aliquid, ſic produci
ꝙ ex vi productionis ſubiectum neceſſario requira-
tur. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ deus poteſt aliquid in ſub
iecto producere, aliquando creando, et aliquando
generādo: quia poteſt producere. Sic formā ignis
in ſubiecto ꝙ omnibus alijs manentibus eodem mo
do forma ignis produceretur et conſeruaretur, da-
to ꝙ tolleretur ſubiectum: et tunc forma ignis crea-
retur. Poteſt etiam ſic forma ignis produci in ſubie
cto ꝙ dato ꝙ manerent omnia alia, ſi tamen ſubiectū
nō maneret neqꝫ forma ignis produceretur neqꝫ cō
ſeruaretur: et ſic producitur de facto adeo quando
cum igne concurrit et vniuerſaliter cum quacunqꝫ
cauſa ſecunda: et ita ſequitur contra Gabrilem: ꝙ
nō omne quod fit adeo creatur: quia aliquando ſic
adeo producitur ꝙ ſi ſubiectum non eſſet nec produ
ceretur, neqꝫ conſeruaretur: et hoc circa illā q̄ſtio-
nem; et ſic poteris reſpondere ad illud de gr̄a ⁊ ani
ma

ma ratiōali:qꝛ dato ꝙ producatur in ſubiecto creatur tamen aīa enim rationalis ex vi productionis hꝫ ꝙ non dependeat a ſubiecto:hoc patet;quia cum ſolo concurſu generali ſine miraculo cōſeruatur poſt ſeparationem a corpore:et cum concurſus quo ꝓducitur aūt creatur ſit eiuſdem rōnis: videtur ꝙ ex vi productionis non depēdat a ſubiecto. Poteſt ad argumenta que fecimꝰ cōtra diffinitionem de aīa rationali et grā dici aliter:ꝙ ea que ꝓducunt in ſubiecto ſunt in duplicia differēti:quedā enim ꝓducūtur ſic ꝙ eadē mutatione qua recipiūt eſſe recipiunt in ſubiecto:et iſta non creant alia q̄ vna mutatione recipiunt eſſe,et alia diſtincta recipiunt eſſe in ſubiecto:et iſta creant et ſi in ſubiecto ꝓducantur, qualia ſunt aīa rationalis et virtutes infuſe ⁊ gratia:ita dicit Scotus in.45.

¶ Nota rationem domini durandi in hac qōne qua ꝓbat ꝙ nō repugnat creaturā fuiſſe ab eterno:qꝛ nec ex parte creature,nec ex pte potentie dei,nec ex pte ipſius ꝓductionis: et ita nullo mō repugnat ꝙ potuerit creatura ꝓduci ab eterno

¶ Nota ſecundo ꝙ creatio menſuratur in inſtanti temporis ſtante:et ideo hoc eſt: qꝛ in inſtanti ꝓ quo creatur verum eſt dicere ꝙ fit et ꝓ quocūq; ſeq̄nti pro quo eſt:et ꝓpterea vocatur ſtās: quia non fluit:hoc tn̄ dictum doctoris intellige pro creatione,vt ſe extendit ad conſeruationē: qꝛ ſi capitur creatio, vt diſtinguit a ꝯſeruatione p̄ciſe res ꝓ primo inſtanti ſui eſſe creatur et ꝓ alijs conſeruatur. Ad hoc adducit doctor analogiā d̄ illuminatione in qua verū eſt dicere ꝙ lumen ſemper ꝙ eſt fit a luminoſo vt fieri eſt cōmune ad ꝯſeruari et ꝓduci.

¶ In hac queſtione primo faciam aliqua argumenta contra ſententiam doctoris,que etiam eſt ſententia ſancti Thome et omnium nominalium in ſecundo diſtinctione iſta primū argumentū eſt hoc ſeq̄retur ꝙ aliqua creatura non poſſet corrumpi quim duraret ꝑ tempora in infinitū: et ita cēt eterna. Probat ſequella pono ꝙ d̄us ꝓduxerit creaturam.a.ab eterno capio illam in hoc inſtanti ⁊ quero vtrum ab hoc inſtanti in preteritū fuerit tempus infinitū vel non ſi ſic:ergo durauit ꝑ infinitū tempus quin adeo corrupta. Si dicas ꝙ an̄ hoc inſtans potuit corrumpi ad huc ab illo inſtanti in quo potuit corrumpi in preteritū fuit tempꝰ infinitū: qꝛ ſi finitum iam nō fuiſſet ab eterno:ergo ꝓ quocūq; inſtāti pro quo potuit adeo corrumpi verū eſt dicere ꝙ a parte ante fuit tēpus infinitū:et ita eſſet illa creatura eterna. Ad hoc argumentum dicit ꝙ quocūq; inſtanti dato in quo potuit corrumpi ante illud p̄ceſſit tēpus infinitum:dico ſecūdo ꝙ nullū tempꝰ infinitū preceſſit qꝛ ſi dicas ꝙ preceſſit tempꝰ infinitū ab hoc die ante illud poterat corrūpi:et ſufficit ad hoc ꝙ illa creatura nō ſit eterna a vt icorruptibilis ꝙ quocūq; iſtāti dato in quo illa eſt deus poſſet illam corrumpere dato ꝙ ipa fuiſſet ꝓducta ab eterno ⁊ ſic ē in ꝓpoſito.

¶ Secūdo arguit ſic vel d̄us potuit producere iſtā creaturam demonſtrando.a.ab eterno antea q̄ illam ꝓduxiſſet vel poſt vel in illo inſtanti in quo ꝓduxit:ſed neutrum iſtorū non poſtq̄ illam ꝓduxit;quia tunc ad preteritū eſſet potentia nec ſimul:quia tunc ēt ad p̄teritum eſſet potentia haberet enim deꝰ pro illo inſtanti potentiam ad producēdū in preteritum;nec antea:quia non eſt dabile antea ſi ab eterno. Hoc argumentum multū ponderat Gregorius ari. qōne iſta in.2. ¶ Sed ad hoc argumentum facile:dicitur ꝙ potuit illam creaturā ꝓduxiſſe ab eterno antea quā produxiſſet:nec eſt dabile inſtans antea in quo primo potuit; quia quocūq; dato inſtanti ante illud poterat.

¶ Ultimum argumentum ponatur ꝙ deus creaſſet lapidem ab eterno et relipuiſſet illū ſue nature peto vtrum lapis ille deſcendiſſet ab eterno:vel non ſi dicatur ꝙ non ſequitur ꝙ ꝑ tēpus infinitum duraret in aere abſq; hoc ꝙ deſcēderet patet: quia ſi non ab eterno: detur primum inſtans in quo incepit moueri inter illud inſtans et tempus preteritum mediauit tēpus infinitum. Si dicas ꝙ ille lapis deſcendebat vel in inſtanti vel in tempore non inſtāti:quia quero quod eſſet illud inſtans in quo incepit:nec in tempore:quia ſi ab eterno deſcendebat in tpe:ſequitur ergo ꝙ prius lapis fuit ſurſum quā deorſum pꝫ:quia ſi in tempore ponatur ergo:ꝙ per vnā horam verbi gratia in fine ergo illius hore erat in centro terre:ergo nō fuit ab eterno. Poſtq̄ ſimul incepit eſſe et moueri:et ita non fuit prius per aliqd̄ tēpus ſurſum q̄ deorſum. Ad hoc argumentū rn̄deo ꝙ lapis ille motꝰ fuit ab eterno:et ita ab eterno verū erat dicere ꝙ lapis erat ſurſum et deorſum:et tamē prius per aliquod tempus ſurſum quā deorſum.

¶ De ſecunda queſtione reſponſio eſt affirmatiua:et ꝓbat qꝛ materia eſt quid ꝓductū non per generationē:ergo per creationē:ꝙ non per generationem patet:qꝛ nihil ei preſupponitur tanq̄ ſubiectum:ergo creatio eſt poſſibilis ſecundo:qꝛ in ſubiecto neceſſario ꝓducere dicit imperfectionem: et poteſt alicui conuenire ſine imperfectione ꝓducere,maxime deo cui omnia ſine imperfectione conueniunt;ergo d̄us pōt ſine ſubiecto ꝓducere:⁊ ita creare. Non opꝫ hic multiplicare rōnes qꝛ res eſt clara.

¶ Ad tertiam queſtionem ſunt due opiniones. Pria ſancti Tho. in prima parte.q.45. ⁊ Scoti in.4.diſtinctio.prima.qō.prima ⁊ fere omnium antiquorū,ꝙ non poteſt d̄us cōmunicare potētiam creādi alicui creature. Rationes eorum ſunt multe adducantur meliores:prima eſt effectus vniuerſaliores opꝫ in cauſas vniuerſaliores reducere, eſſe eſt effectus vniuerſaliſſimꝰ;ergo reduci debꝫ in cauſam vniuerſaliſſimā, talis eſt deꝰ: ergo ſoli deo conuenit attingere ad eſſe,q̇ eſt tr̄s creationis. Secūdo:qꝛ ſi ei poſſit cōmunicari non tn̄ ſit ꝙ ſic cauſa principalis vt pꝫ:ergo erit inſtrumentalis preciſe: ſed creatura non pōt eſſe inſtrumentū ad creādum. Probat minor:qꝛ de natura inſtrumenti eſt ad tr̄m principalis agentis diſponere ꝓpriā actionē:hoc nō pōt eſſe in creatione:qꝛ nihil eſt qd̄ diſponat ergo:ꝙ aūt talis ſit natura inſtrumēti pꝫ inductiue de ſecuri que ꝓpriam actionē ſcilicet ſciſionem ad tr̄m pncipalis agentis diſponit et ſic de omnibꝰ alijs. Tertio:qꝛ ſi alicui poſſet maxime angelo:ſed hoc nō:qꝛ angelus ageret per intellectionē ⁊ volitionem que ſunt accidentia:mō accidentia non ſunt rōnes ꝓducendi ſubſtātiam,cum ſint ea imperfectiore tantū eni ad ſubſtātiā diſponūt et nihil alid̄ ergo. Quarto quia ſi deus comunicaret eſſet ꝑ aliquā qualitatem aut ſolum per volitiōem. Secūdum videtur in imaginabile quia volitio diuina nihil mutat:niſi producendo qualitatem aliquam; ſiue aliquam entitatem

de nouo. non primum: quia de illa entitate de nouo data eſſet dubitatio vtrum ſit principium creandi ſeipſa aut alia: et ſi primum idem videtur dicendum de ipſa creatura. Si ſecundū eſt ꝓceſſus in infinitū: ergo. Quinto eſt alia opinio Durā. in ſcđo diſti. j. q. 4. et Gabrielis et aliaci: et omnium modernorum. qui dicunt ꝙ licet ſecundū cōmunem curſum creatura nō poſſit creare tñ de potentia abſoluta pōt in virtute dei. Hoc probant rationibꝰ. Prima non implicat ꝯtradictionem ergo: ſecūda ſi repugnat vel ex parte creature aut effectus dicere primū eſt petere principiū: non ſecundū: qꝛ deus pōt effectū cōſeruare ſine ſubiecto ergo. Tertio ſi repugnat erit: qꝛ arguit infinitam potentiā: ſed hoc non: qꝛ effectꝰ nō eſt infinite perfectus, neqꝫ ꝓpter diſtantiam inter ens et non ens que eſt ⁊ finita qꝛ immediate diſtāt: ⁊ per ꝯñs diſtantia non menſuraꝛ niſi penes vnū extremū qđ eſt finitū: Item non videꝛ rō quare non poſſit deus alicui creature cōmunicare potentiā creādi materiā: cū materia non ſit infinite ꝑfectionis eſſentialis. Ultimo arguiꝛ deus pōt formā ignis cōſeruare ſine ſubiecto: ergo ꝓ inſtanti quo ꝓduciꝛ ab igne poterit eam cōſeruare corrumpendo materiam: ⁊ ita ſequiꝛ ignem creare conſequentia videtur bona: qꝛ ſi poſtꝙ producta eſt pōt: poterit in inſtanti quo producitur. Utrāqꝫ opinionem reputo ꝓbabilem: et iō ad argumenta cōtra Tho. Semper rñdebis ꝙ cauſa quare deus non nō pōt comunicare eſt: qꝛ nature cuiuſcūqꝫ creature repugnat: ſicut ſi quis a me quereret quare nō pōt deus facere ꝙ ignis frigefaciat. Dicam: qꝛ nature ignis repugnat: ⁊ ſic dicas ad omnes rōnes cōtra Tho. Ad alias. Dic ad primā ꝙ ſi intelligatur de effectu vniuerſaliſſimo quo ad predicationem: et de cauſa vniuerſaliſſima quo ad perfectionē, ꝙ illa ē falſa imo talis effectꝰ agentibus creatis omnibꝰ conuenit. Si de effectu vniuerſaliſſimo quo ad ꝑfectionem: falſum eſt ꝙ. eſſe. ſit talis. Secunda ratio verū concludit de inſtrumento quod non attingit tr̄m principalis agentis quale non eſt creatura tenendo ipſam inſtrumentaliter creare. Ad tertiā negaꝛ accidens non poſſe concurrere ad ſubſtantiā minus principaliter virtute ſubſtātie. Ad q̄rtū dico ꝙ creatura ſi ei cōicareꝛ. hēret potentiā creādi per ſolā volitionē dei ei cōcurſum eius ſpecialem ſecluſa q̄rūqꝫ qualitate: quomō ſit poſſibile poſt videbitur.

¶ Ad ſextam queſtionē in ordine rñdeo in loco. 4. qꝛ ſtatim ſequiꝛ vel oriꝛ ex tertia ſuppoſito ꝙ deus creature poteſt communicare potentiam creandi: an poſſit facere ꝙ ex natura ſibi hoc conueniat: ſcilicet producere verbi gratia. Ignem calorem ſine ſubiecto: cum tamen nunc ei contrarium conueniat ideſt dicere vtrum ſicut nunc igni cum ſolo concurſu generali conuenit in ſubiecto producere: ita deꝰ poſſit facere ꝙ igni cum ſolo concurſu generali conueniat agere extra ſubiectum.

¶ Pro huius queſtionis intelligētia noto: ꝙ hec queſtio duplicem habet ſenſum. Unꝰ eſt loquendo de creaturis iam productis. Alius loquendo de creatura de nouo producenda: an ſcilicet ſicut deus dedit talem naturam creaturis nunc exiſtentibus ꝙ adiuuante deo: generaliter tamen agant in ſubiecto ita poſſit de nouo vnam creaturaꝫ diſtinctam ſpecie ab iſtis producere: que cum ſolo dei generali auxilio valeat extra ſubiectum agere. Et in hoc ſenſu meo videri non eſt dubitatio; quia illud non implicat nec arguit infinitam virtutem extra ſubiectum agere: vt patet ex dictis.

¶ Sed maior dubitatio ē in primo ſenſu vtrum deo concurrente ſolo generali concurſu poſſit facere ignem agere ſine ſubiecto: cum tamē nunc cum ſimili concurſu oppoſitum habeat ignis: ⁊ hoc eſt dicere: vtrum deus poſſit facere creaturam ignem ſcilicet habere potentiam creandi ex natura ſua.

vtrū creatura ex̄ns creaꝛ poſſit ſolo generali cōcurſu.

¶ Ad hoc pono concluſionem ꝙ licet ſit probabile creaturam poſſe creare cum ſpeciali dei auxilio non tamen poteſt cum generali ſiue ex natura ſua. Prima pars probata eſt. Secunda probatur. Uirtus et operatio ſequitur rei naturam: ergo non mutata natura manebit idem modus naturalis operādi: ergo manenti natura ignis cum concurſu generali dei ſemper aget ignis in ſubiecto: Et confirmo quia eadem ratiōe poſſet deus facere ꝙ ignis ex natura frigefaceret et aqua calefaceret. Item ſequiꝛ ꝙ poſſet deus omnes creaturas incorruptibiles reddere ex natura cum ſolo concurſu generali: patet qꝛ poteſt facere ꝙ nulla qualitas ſit eis conueniens aut diſconueniens ſicut faciebat ignem ex natura frigefacere: et per conſequens ſi nulla eſt diſconueniens: iam ſequitur ꝙ erunt incorruptibiles per naturam Item ſi nulla eſt conueniens non corrumpetur res propter defectum conuenientis: aut conſeruantis.

¶ Alij tamen doctores moderni oppoſitum opinantes: vt de Aliaco: Gabriel in prima queſtione quarti dicūt ꝙ agentia creata ſolum habent certam operationem ex dei ordinatione: et ideo cum deus mere libere ordinet poteſt ordinaſſe oppoſitum: etiam manentibus eiſdem naturis: et per conſequens poteſt facere ꝙ ignis manente eius natura frigefaciat ſic ordinando. In hoc tamen nota ꝙ dare naturam talem vnicuiqꝫ rei liberum deo fuit ꝙ tamē data natura: talis: aut alia operatio ſequatur non ſic eſt liberū. Ad talē enim naturaꝫ talis ſequiꝛ neceſſitaturqꝫ deus data natura ad potentiam certam dandam. Et ideo bene fuit deo liberum non dare naturam igni ipſa tamen data neceſſum fuit ꝙ produceret calorē: nec oppoſitum deus remanente natura potuit facere: nec nunc poteſt.

¶ Ad quartam. An dato ꝙ creature communicari poſſit potentia creādi hoc fieri poſſit aliquam entitatem creature ſuperaddendo: vel potius ſine quacunqꝫ entitate ſuperaddita. ¶ Ad hāc queſtionem melius dicitur ꝙ hanc potentiam deus poteſt dare creature nil ſuperaddēdo: ſed ſolum aſſiſtentia ſua hoc perſuadetur iſta ratione. Quero de illa entitate ſuperaddita ſi ſeipſa attingat terminū creationis vel non: ſi ſic eodem modo videtur dicendum de creatura ꝙ ſecluſa illa entitate poterat terminum creationis attingere: ſi mediante alia iam ē proceſſus in infinitū: ergo dicēdū ē ꝙ deꝰ ſola volūtate ſua et aſſiſtentia facere poteſt creaturam creare ſine alia entitate. Et ſi arguas non videtur hoc poſſibile cum maneat eadeꝫ entitas creature et nil ſuper addatur. Eodem enim modo ſequeretur ꝙ deus ſola voluntate ſua poſſet ignem frigefacere et aquam calefacere: albedinemqꝫ nigredinem producere: et muſcam celum. ¶ Ad hoc reſpondetur: hoc non eſſe inconueniens: idem enim quod deus in genere cauſe efficientis cum alio valet producere ſe ſolo poteſt producere: Et ita ſi addendo entitatem poteſt facere creaturam creare etiam ſe ſolo; non ſic poteſt fa-

cerei gnem frigefacere cum repugnet eius nature nec albedinem producere nigredinem.

Corolū.i. ¶ Ex iſto ſequuntur duo. Primum ꝙ virtus que in ſacramentis ponitur et attribuitur Thome: poteſt dici non eſſe qualitatem ſuper additam: ſicut aliqui thomiſte dicunt: ſed vſus et applicatio ſacramēti ad gratiam ſiue characterem cauſandum. Si enim deus poteſt facere creaturam creare ſine qualitate ſuperaddita: poterat etiam facere ſacramenta concurrere ad characterem ſine ſuper addita qualitate. Iſtud de virtute ſacramentorum eſt de intentione. Tho. tertia. p. q. 62. articulo. 4. et ibi ad longum caje.

Corolū.2. ¶ Secundo ſequitur ꝙ tenendo qd̃ ſanctus Thomas tertia parte. queſtione decimatertia. ar. ſecundo. et Petrus de palude in prima queſtione quarti tenent ꝙ humanitas Chriſti inſtrumentaliter effectiue ſanabat infirmos. Et ſm Thomam ꝙ cōcurrebat vt inſtrumentum verbi ad omnia opera redemptionis ad reſuſcitationem mortuorū: ad miracula: ad iuſtificationem peccatoris: hoc faciebat anima Chriſti non per virtutem ſuperadditam: ſed per ſolam dei aſſiſtentiam. Si enim ad ſanandū infirmos hec virtus poneretur diſtincta: vt de Palude ſentit tot oporteret ponere qualitates quot ſunt morbi quos ſanare poterat: et ſi vna tantum ponitur eodem modo ipſamet humanitas cum dei aſſiſtētia ſufficiebat ſine alio ſuperaddito.

Ad.5. difficulta ¶ Ad quintam difficultatem: que eſt ſexta in ordine reſpondetur probabile eſſe ſuppoſito ꝙ potuerit deus cauſare potentiam creandi creature quod de facto cōmunicauit hāc potentiam anime chriſti quantum ad remiſſionem peccatorum et infuſionem gratie iuxta multa dicta euangelij. Dixit enim dominus paralitico remittuntur tibi peccata tua, vbi videtur in hoc Chriſtum quo ad humanitatem concurriſſe effectiue ad gratiam et remiſſionē peccatorum. Probabiliter etiam multi dō ſacramentis eccleſie hoc ſuſtinent quod non tantum ad diſpoſitionem ad gratiam ſed ad ipſam gratiam effectiue concurrunt iuxta ſanctorum dicta ſacramēta id efficiunt quod figurant, et iuxta diffinitionem magiſtri: nec aliqua ratio aut authoritas contrarium conuincit. Si tamen teneatur oppoſita opinio impoſſibile ſcilicet eſſe deum communicare potentiam creandi creature: tenendū eſt ꝙ nūquam comunicauit.

¶ Ex ſolutione harum difficultatū ſequitur ſuppoſito ꝙ deus poteſt potentiaʒ creandi comunicare creature ꝙ creatura poteſt ſacramenta inſtituere authoritate delegata aut minus principali: patet quia ſi deus poteſt comunicare potentiā creandi creature poterit ergo cōmunicare creature potentiam gratiā producendi: et per conſequens inſtituere ſacramētum, immo ꝙ magis eſt: ſequitur ꝙ etiam ſi deus nō poſſit comunicare potentiam creandi creatur creatura: inſtituere poteſt ſacramentum: et ſacramenta cōcurre poſſunt ad gratiam cauſandam ſicut dominus caje. in tertia. p. q. 62. tenet: quia licet gratia ſit terminus creationis tamen gratiam eſſe in ſubiecto non et ad hoc ſecundum creatura concurrere poteſt ſicut faciunt ſacramēta et creatura efficatiam ſacramentis poteſt dare ad hoc faciendum: ſic de humanitate Chriſti eſt probabile: et hec de creatiōe dicta ſunt. ¶ Sequitur ſeptima. qō.

de modo concurrendi dei ad effectus cauſarum ſecundarum.

¶ Pro ſolutione iſtius queſtionis notandum eſt ꝙ cauſa eſt duplex: quedam immediata alia immediata. Cauſa immediata eſt q̄ dat effectui eſſe vel ſola vel cum alia ſimul concurrente: ſicut ignis eſt cauſa īmediata caloris: q2 dat eſſe calori: et non preciſſe dicitur cauſa: quia cauſa ſue cauſe. Cauſa vero mediata eſt, que ita cauſat effectum ꝙ preciſe eſt cauſa cauſe effectus, vt pater in ordine ad nepotem. Notabi.i.

¶ Secundo notandum eſt ꝙ cauſa mediata eſt duplex: quedam que eſt cauſa cauſe productiua non tamen conſeruatiua, vt pater eſt cauſa cauſe nepotum productiua: non tamen conſeruatiquia eſt cauſa filij productiua non tamen conſeruatiua. Alia eſt cauſa mediata que eſt cauſa productiua et conſeruatiua cauſe alicuius effectus, vt ſol eſt cauſa mediata caloris qui eſt cauſa luminis conſeruatiua, et productiua quod lumen eſt cauſa caloris. Notab.2.

¶ Iſtis ſuppoſitis eſt opinio communis omnium ꝙ deus eſt cauſa īmediata cuiuſcūqʒ effectus qui producitur a cauſa ſecunda quod probant multis rationibus et authoritatibus Joannis primo dicitur omnia per ipſum facta ſunt. Apoſtolus inquit: in ipſo et per ipſum ſunt omnia dominus dicit in euangelio: pater meus vſqʒ modo operatur et ego operor in ſymbolo dicitur patrem omnipotentem. Ratione ſi deus non eſſet cauſa immediata: ſequitur ꝙ non eſſet omnipotens: probo conſequentiam. Nam aliquid eſſe omnipotens eſt poſſe producere quodcūqʒ producibile et perfectiſſimo modo quo eſt producibile. Non enim videtur ꝙ primū ſufficiat ad omnipotentiam: ſed perfectiſſimus modus producendi eſt immediate producere: ergo deus immediate producit cum ſit perfectiſſime omnipotēs. ¶ Secundo arguo: ſequitur ꝙ deus non eſſet cauſa cuiuſcumqʒ effectus patet. Nam alius effectus eſt calor a conſeruatione ſue cauſe: ſi ergo deus non cōcurreret ad producendum calorem niſi conſeruando cauſam, ſequitur ꝙ non concurreret ad ipſum calorem cauſandum: et ita habetur intentum.

¶ Tertio vel deus concurrit ſic ad effectus cauſe ſecunde: ꝙ preter conſeruationem cauſe ſecūde ſimul concurrit alio concurſu ad effectum eius conſtituendo cum cauſa ſecūda vnam cauſam totalem: vel ſolum deus concurrit ad effectum cauſe ſecunde conſeruando ipſam cauſam ſecūdam. Si primo modo: ſequitur ꝙ deus immediate cōcurrit. Si ſecundo modo ſequūtur duo. Primum ꝙ nō poſſet deus impedire actionem cauſe ſecunde poſitis omnibus requiſitis ad agendum ex parte ipſius creature. Probo ſeqllam. Nam peto quomodo impedieт cauſam ſecundaʒ: non poterit dari modus niſi corrumpendo cauſam ſecundam: ſi enim cōſeruat eam et ſint omnia alia requiſita ad hoc ꝙ agat requiſita inquaʒ ex parte ipſius: ſequitur ꝙ non maneret modus quo deus ipſam impedire poſſet niſi tollendo aliquid de requiſitis ad productionem. vel ponendo obſtaculum: aut producendo contrarium effectum ex quo non alio modo poſſet deus impedire cauſam ſecundam quam agens contrarium poteſt. ¶ Et confirmatur hoc quia certum eſt deum impediuiſſe ignem in camino trium puerorum ab actio-

ne: et tamen non impediuit producendo effectum contrarium in medium: cum ignis ille combuſſerit alios circunſtantes.

¶ Sequitur ſecundo ꝙ eſſet aliqua cauſa que non conſeruaretur a deo immediate: vel ſi conſeruaretur ꝙ produceretur a deo immediate. Probo ſequellam. Capio enim vnum ignem productum ab alio igne: et quero vel iſte ignis conſeruatur a deo vel non? Si non: ergo ad effectum illius nullo modo concurrit deus mediate neqꝫ imediate poſtquam nihil aliud eſt deum concurrere ad effectum cauſe ſecunde quam conſeruare eius cauſam. Si cõſeruatur a deo vel ergo mediate vel imediate? Non mediate quia ſuppono cauſam eſſe corruptam: ergo immediate: tunc ſic arguo. Conſeruatur a deo immediate ergo producitur a deo imediate. Probo conſequentiam. Nam videtur eadem ratio de conſeruatione ⁊ productione cum non differant niſi in hoc ꝙ in conſeruatione res accipit eſſe poſt eſſe: non ſic in productione.

¶ Iſtis rationibus non obſtantibꝰ eſt opinio Durandi in ſecundo ſentenciarum diſtin. prima queſtione quinta dicentis ꝙ deus a principio cauſas ſecundas produxit: et nunc ipſas conſeruat relinquendo eas ſue nature vt producant effectus: quorum producendi virtutem a principio indidit. Non ergo alio modo deus concurrit ad effectũ cauſe ſecunde quam conſeruãdo virtutem productiuã cauſe ſecũde. Hoc probatur primo authoritate beati Auguſtini. Sic deus res quas condidit adminiſtrat vt proprios effectus agere ſinat. Ergo nihil aliud facit deus quando cauſa ſecunda agit quam conſeruare ipſam et relinquere ſuis naturalibus. Ratione. Si deus ⁊ natura immediate concurrunt ad effectum cauſe vel ergo deus eſt cauſa ſufficiens ſecluſa creatura vel non. Non ſecundum: ergo primũ: et ſi ſic actio creature ſuperflueret: cum deus ſe ſolo ſit ſufficiens. Item creatura eſt ſufficiens ad productionem effectus ſui ſine deo ergo actio dei eſt ſuperflua. Antecedens probatur. Nam effectus eius non excedit perfectionem cauſe: ergo cauſa erit ſufficiens secluſo ipſo deo: ergo non requiritur concurſus dei.

¶ Nunc reſpõdeo ad authoritates et rationes ꝯtra Durandũ. Primo ad authoritates dico ꝙ omnes ille gloſantur: vel debent intelligi ꝙ deus operatur aut producit effectus cauſe ſecunde mediate: pro quanto conſeruat virtutem productiuaꝫ cauſe ſecunde. ¶ Ad primam rationem dicitur ꝙ deus perfectiſſime eſt omnipotens: dato ꝙ non cõcurrat ad effectus cauſarum ſecundarum immediate: ſufficit enim ad aliquid eſſe omnipotens ꝙ poſſit immediate concurrere ad omnia producibilia: etiã ſi non concurrat: et ſic poteſt deus: ſicut ipſemet Durandus fatetur in loco allegato. ¶ Ad ſecundam rationem negatur conſequentia: et ad probationeꝫ dicitur concedendo ꝙ alius effectꝰ eſt eſſe ignis et eẽ caloris quod eſt effectus ignis. Et quando dicis: deꝰ non concunrrit niſi ad primum: puta ad eſſe cauſe: et non ad ſecundum dicitur ꝙ ad primum. ſ. ad conſeruationem eſſe cauſe concurrit deus immediate. Ad ſecundum puta ad eſſe effectus concurrit mediate pro quanto eſſe cauſe eſſe caloris immediate conſeruat. Ex illa igitur ratione nihil aliud concluditur niſi ꝙ deus ad aliquem effectum concurrit immediate: non ad omnes cauſe ſecunde. ¶ Ad tertiam rationem dicitur ꝙ ſi ſunt omnia neceſſario requiſita ad hoc ꝙ cauſa ſecunda agat poteſt deus cauſam ſecundam impedire producendo effectum contrarium: quo prodncto non poteſt cauſa ſecunda ſuum effectum producere. Vel dicitur ſecundo ꝙ ſicut ſecundum Durandum et ſi deus non concurrat immediate ad effectus cauſaruꝫ ſecundarum: poteſt tamen concurrere ſi ei placet: ita poteſt deus impedire effectus cauſarum ſecundarum non preciſe (ſicut opinio cõmunis dicit) ſuũ ꝯcurſuꝫ ſuſpendendo: ſed nolendo effectum cauſe ſecunde eſſe. Sicut enim deus habet poteſtatem producendi effectum cauſe ſecunde mediate et immediate: ita habet poteſtatem impediẽdi effectum cauſe ſecunde mediate et immediate. Et ſicut mediate producere eſt virtutem cauſe ſecũde conſeruare: et immediate producere eſt velle effectum eſſe: ita mediate impedire eſt cauſam ſecundam uon conſeruare: ſiue tollere aliquid de neceſſariis ad agendum: aut effectum contrarium effectui cauſe ſecunde cauſare. Immediate vero impedire erit nolle effectum cauſe ſecunde eſſe. Habet enim deus in ſua poteſtate: licet non de ſua potentia ordinata dato ꝙ conſeruet cauſam ſecundam: nolle effectum eius eſſe. Et ſic credibile eſt fuiſſe in fornace illorum trium pueroruꝫ.

¶ Ad vltimam rationẽ negatur cõſequentia: conſeruatur a deo immediate: ergo producitur a deo ĩmediate: et ratio huius eſt: quia pro tempore quo producitur habet cauſam ſufficienteꝫ ad productionem eius. Pro tempore tamen conſeruationis iam non eſt cauſa ſecunda que ipſam conſeruet: et ideo oportet deum immediate conſeruare eam. Et quia pro tẽpore productionis habet cauſam ſecundam immediate producentẽ que eſt ſufficiens. Ideo deus mediate tantum concurrit. Reſolutio ergo Durandi eſt ꝙ deus preciſe concurrit ad effectum cauſaruꝫ ſecundarum conſeruando virtutem earum productiuam: ideſt volendo cauſam ſecundam habere virtutem productiuã ſui effectus et ita antecedenter effectum eſſe: quia ex hoc ãte cauſa ſecunda producit effectum vel habet virtuteꝫ productiuuam effectus: ergo effectus eſt. Secundũ tamen opinionem cõmunem deus ad effectum cauſe ſecunde duplici modo concurrit. Prior eſt volendo cauſam ſecundam habere virtutem productiuam ⁊ volendo effectuꝫ eſſe non ſolũ quia vult antecedens: ſed ĩmediate volendo conſequens.

¶ Habemus tamen ſuper iſta materia de creatione aliquas rationes noſtras. Prima ratio ponitur in forma iſto modo: ſuppoſito ꝙ per effectum vniuerſaliſſimum Doctor ſanctus intelligit effectum qui habet eſſe per creationem: ille namqꝫ effectus benemerito vocatur vniuerſaliſſimus: quia ſecundnm ſe et quodlibet ſui habet ab agente fieri iuxta authorem de cauſis dicenteꝫ. Creatio eſt emanatio totius eſſe ab ente vniuerſali. Si enim aliquis ignis crearetur: tam forma quam materia ignis fieret: ſed quãdo ignis generatur ſola forma fit: et materia preſupponitur de nouo. Tunc ſic arguitur. Effectꝰ vniuerſaliſſimꝰ debetur vniuerſaliſſime cauſe: ſꝫ eẽ ſimpliciter intelligas eſſe per creationem eſt effectus vniuerſaliſſimus: igitur debetur vniuerſaliſſime cauſe; ꝙ ſi ita eſt: ergo ſolus deus poteſt creare: que

ſibet ergo creatura preſupponit ſubiectum tale eſt materia prima hanc rationem Scotus multipliciter cauſatur in quarto diſtinctione et queſtione prima. Nam dicit ſi per effectum vniuerſaliſſimū atqꝫ per eſſe ſimpliciter ipſe intelligit eſſe ꝑ creationem petit principium. Nam volēs probare ꝙ ſolus deus poteſt creare iterum illud in maiori aſſumit. Dicit ergo Scotus ꝙ ſi ratio debet aliquid valere debēt ſumi in vno de duobus ſenſibus vel ſumendo effectū vniuerſaliſſimum pro effectu vniuerſali in eſſendo: ideſt pro effectu perfectiſſimo: aut pro effectu vniuerſaliſſimo in predicando: qui eſt conceptus tranſcendentalis. Si ſumit̃ primo modo conceditur maior: quia effectus perfectiſſimus a ſolo deo fit. Nam ſuprema creatura angelica a ſolo deo facta eſt. Sꝫ tunc minor eſt falſa. Nam eſſe ſimpliciter non eſt q̇d perfectiſſimum: cum etiam accidentibus conueniat Si vero ſumatur maior in ſecundo ſenſu maior eſt falſa. Nam conceptus tranſcendentalis poteſt fieri ab anima noſtra: que non eſt deus hic inquit Scotꝰ etiam id quod concludit iſta ratio eſt manifeſte falſum. Nam generatio poteſt fieri a creatura vt patet et tunc per eam acquiritur aliquod eſſe: ergo eſſe ſimpliciter poteſt fieri a creatura.

¶ Secūda ratio doctoris ſancti eſt hec inter eſſe ſimpliciter et non eſſe eſt diſtantia infinita ſed virtus finita non attingit diſtantiam infinitam: ergo virtus finita non poteſt creare. maior probatur inter contradictoria eſt infinita diſtantia ſed eē et non eē ſunt ꝯtraictoria: ergo infinita diſtantia eſt: adhuc probatur maior ꝙ inter cōtradictoria ſit diſtantia infinita: quia inter illa eſt diſtantia infinita inter que non eſt poſſibilis maior diſtantia. Sed nō eſt poſſibilis maior diſtantia quam contradictoriarum. Ergo ad hoc argumentum reſpondet Scotꝰ loco precitato ponendo duas regulas. Prima eſt in rebus inter quas nullum eſt medium tantus reputādus eſt exceſſus vel diſtantia quantum eſt extremuꝫ perfectius. Diſtautia namqꝫ dei et non dei eſt diſtātia eorum inter que non eſt mediū: quia ſunt contradictoria: et contradictio eſt oppoſitio cuius non eſt mediuꝫ ſm ſe primo poſteri et in illis tanta eſt diſtātia dei ad non deum quante perfectionis eſt deus: itaqꝫ erit diſtantia infinita. hominis ad non hominē tanta eſt diſtantia quāte perfectionis eſt homo. Erit ergo diſtantia hominis ad non hominēꝫ finita. Secunda regula eſt diſtantia inter illa inter que eſt medium inter iacens tanta eſt quanta eſt ipſum medium itaqꝫ diſtantcia Salmantice a Roma tanta eſt quantum eſt medium inter ſalmanticam ⁊ Romam Ex quo infertur vt bene annotat autor perſpectiue quare apparet maior diſtantia terre ad Orizōtem quam terre ad zenith. et cauſa eſt quia apparet maius ſpatium inter iaceus. Infertur ſecundo quare nubes licet multum diſtent a celo apparent eſſe prope celum. Et ratio eſt quia nullum apparet medium inter nubes et celū. ¶ His habitis: reſpondet Scotus: ꝙ illa propoſitio inter contradictoria eſt diſtantia infinita: dupliciter eſt vꝫa: ⁊ dupliciter falſa. Primus ſenſus veritatis ideſt indeterminata quantumcūqꝫ enim aliquid parū diſcedat ab homine ingreditur non hominē. Secundus ſenſus eſt permiſiue: ſed non formaliter: ſicut animal. dicit Scotus non eſt perfectius aſino formaliter. Nā ſi ſic aſinus non eſſet animal, permiſſiue animal eſt perfectius aſino: quia permitit ſub ſe aliquid quod eſt perfectius aſino puta hominē: ita inter contradictoria non eſt diſtantia infinita formaliter: ita ꝙ in ratiōe formali cōtradictoriarū ſit ꝙ diſtēt infinite: quia ſi ſic inter oīa contradictoria eſſet diſtantia infinita: quod eſt falſum. Primus ſenſus ſue falſitatis eſt oppoſitus prio veritatis ideſt determinata, et eſt falſus. Secūdus ſenſus ſue falſitas formaliter et hec eſt falſus.

¶ Tertia ratio Auicēna quinto metaphi. Ponebat vnam cathenam auream ex intelligentijs. Nam primam intelligentiam dicebat producere ſecundam: et ſecundam tertiam producere atqꝫ vnamquāqꝫ poſteriorem in prioribus beatificari: et mouebatur hac ratione: quia credebat creaturam poſſe creare illud quod natura conceſſit inferioribus: non videtur rationabiliter denegaſſe ſuperioribus: ſed natura conceſſit igni producere ſibi ſimilem: ergo et angelo conceſſit ꝙ poſſit producere ſimilem angelū ſibi igitur creatura poteſt creare: quia angelus nō eſt actuatiuus materie. Ad hoc reſpondeo duobus modis notando de mente Gregorij diſtin. nona primi ſententiarum: ꝙ producere ſibi ſimilem non eſt perfectio ſimpliciter. Suppoſito quod perfectio ſimpliciter, vt dicit Anſelmus eſt que vnicuiqꝫ, melius eſt eē ipſam quā nō ipſam. Sapientia eſt perfectio ſimpliciter ꝯal's aliqua perfectio eſſet in vna perſona que non eſſet in alia: ⁊ hec patet quia pater producit filium non autem ſpiritus ſanctus. Secunda reſponſio eſt ꝙ producere ſibi ſimilem a natura: ordinatum eſt timore ne ſpecies pereat ſolo vno indiuiduo ſaluata: et ideo credit doctor ſanctus ꝙ in angelis vnum quodqꝫ indiuiduum vnam ſpeciem conſtituat: quia cum vnunquodqꝫ ſit perpetuum non eſt neceſſaria pluralitas numeralis: ſed modo volo ꝓbare ꝙ creatura poteſt creare primum argumētū formatur ſic eque facile eſt ipſi deo effectum dum producitur ſine ſubiecto conſeruare ſicut effectum: iam productum ſine ſubiecto conſeruare: ſed deus poteſt ſecundum facere, vt patet de accidentibus hoſtie conſecrate: ergo poterit primū igitur quādo calor fit ab igne: poteſt ille calor adeo conſeruari ſine ſubiecto ꝙ ſi ita eſt ſequitur quod ignis creat. Nam producit illum calorem abſqꝫ ſubiecto preſuppoſito.

¶ Ad hoc argumentum dicit Scotus. Impoſſibile eſt creaturam poſſe creare: quod multis probat rationibus. Prima eſt. Quicquid repugnat alicui ex natura ſua propria deus nō poteſt ei conferre. ſed creature repugnant ex natura propria poſſe creare: ergo. ¶ Notandum eſt ꝙ illa maior non eſt intelligēda quicquid repugnat alicui ex propria natura ideſt per potentiam naturalem deus non poteſt ei conferre: quia iſto modo dicere eſt falſum: ſed intelligendū eſt: quicquid repugnat alicui ex natura ſua ideſt ex principijs intrinſecis deꝰ non poteſt ei conferre.

¶ Secūda ratio quicquid deus contulit alicui non videtur ei denegare: ſed per te inq̄t Scotus cōtra aduerſariuꝫ deus contulit creature vim creandi: igitur creatura aliquādo poſſet creare: ſed nunꝗ hoc videtur experientia ergo creatura non habet poteſtatem creandi: maior probatur authoritate Auguſt. ſuper Geneſi deus ſic res condidit, vt eas ſuos proprios actus facere ſinat.

Rõ.3. ¶ Tertia ratio Scoti. Si creatura poſſet creare: ſequeretur ꝙ poſſet agere ad infinitam diſtantiam ſequella probatur: quia ſi creatura non requireret ſubiectum ad infinitam diſtantiã operabitur: quia ꝙ agat ad tãtam vel tantam diſtãtiam prouenit ei: quia paſſum ponitur ad tãtam vel tantam diſtantiam.

¶ Hec ratio parui mométi eſt. Nã diſtantia per quam agens agit ſolum limitatur ſm tenorẽ virtutis agentis: et nota ꝙ diſtantia per quã poteſt agẽs agere vocatur ſphera actiuitatis: quia agit ad omnem differentiã poſitiõis: et ideo dicitur agere ſpherice

Rõ.4. ¶ Quarta ratio nũquam agẽs agit niſi prius diſponendo: ſed non diſponit niſi aliquod ſubiectum igitur ſemper agẽs requirit ſubiectum. Ad hoc reſpõdetur negãdo maiorem vnde ponitur iſta regula agens naturale ad productionem forme ſubſtantialis requirit preuias diſpoſitiones: ſed ad productionẽ forme accidentalis non requirit illas.

Opinio Durandi ¶ Alia eſt opinio durandi ⁊ nominalium ꝓbabilior que tenet ꝙ creatura poteſt creare deo ſpecialiter ſupplente vicem ſubiecti: et hoc probat per argumentum principale Scotus tamen ad illud argumentum poſſet dicere concedendo maiorem et minorem diſtinguendo conſequẽs ſcilicet deus poteſt formã dum producitur ſine ſubiecto conſeruare, vel intelligit dum ꝓducitur ab agente creato ſic non eſt verum vel adeo et ſic concedo.

Argũ.1. ¶ Sed volo probare duobus argumentis ꝙ creatura poſſit creare cõtra Scotum: qr poſito igne apud hoſtiam conſecratam fit calor: ⁊ remoto nõ fit calor: ergo ille calor fit ab igne: ſicut ſolemus arguere aſcẽdẽte ſole ſuper orizõte illuminatur hemiſpherium: et ocultato non illuminatur: ergo hec illuminatio fit a ſole. ¶ Dic ad argumentum ꝙ aliud eſt de ſole aliud ð igne: quia in illo de ſole ẽ ſubiectum in illo vero ð igne: fide credimus ſubiectum non eſſe. Et ſi queras cur hoc facit deus ad preſentiam ignis dic ne daretur nobis occaſio diminutionis meriti fidei: ſcientes ibi non eſſe ſubiectum propter nõ fieri actionem igne preſente approximato et non impedito: mauult deus propter noſtrum bonum ꝙ credamus in vmbra ſine euidentia vt ſit locus maioris meriti iuxta illud Gregorij fides non habet meritum, vbi humana ratio prebet experimẽtum.

Argũ.2. ¶ Secunda rõ creatura poteſt annihilare: ergo poteſt creare: tenet conſequentia ex paritate rationis et probatur antecedens: tempore frigido, hoſtia cõſecrata exiſtenti calida illa caliditas deſtruitur ⁊ ſine ſubiecto ergo annihilatur dicit Ocham: ꝙ bene poteſt annihilare ſed non creare quia in annihilatiõe determinatur in numero annihilandorum ab ipſo annihilabili in creatione vero: nihil ðterminans eſt: ideo non poteſt creare: quia faceret infinitos effectus.

Tex.cõ. 69. ¶ Textu commenti ſexgeſimi noni. ¶ Subiecta autem natura ſcibilis ſecũdum analogiam: ſicut enim ad ſtatuam es: aut ad lectulum lignum: aut ad aliorum aliquod habentium formam in materia; et in forme ſe habet prius quam accipiat formam: ſic ipſa ſe ad ſubſtantiam habet ⁊ hoc aliqd et quod eſt: vnum quidem principium eſt: non ſicut vnum exiſtẽs: neqꝫ ſic vnum: ſicut hoc aliquid vnum autem ſm quod ratio. Amplius autem contrarium huic priuatio eſt.

¶ Hec autẽ quomodo duo: et quomodo plã dictum eſt. Declarat philoſophus quomodo cognoſcatur materia prima dicens ꝙ cum de ſe nullam formam determinet nec operationem vllam habeat: non poteſt dignoſci niſi per reſpectum ⁊ proportionem ad formam ſicut arguendo: hic fit aliqd ergo ab aliquo et non niſi in materia: ergo materia eſt dabilis quam declarat ꝙ ſe habeat ſicut ad ſtatuam es aut ad lectulum lignum: aut aliquod aliorum habentium formam in natura: et in forme ſe habet habet prius quam accipiat formã: ſic ipſa ſe ad ſubſtantiam ideſt formam ſe habet et hoc aliquid ideſt totum indiuiduum predicamenti ſubſtantie ⁊ quod eſt ſcilicet in actu: vnum quidem igitur principium eſt ſcilicet materia ſcilicet realiter non ſicut vnum exiſtens; ideſt quoddam modo: duo ratione: neqꝫ ſic vnum ſicut aliquid ideſt in actu vnum ſcilicet nõ eſt ſecũdum quod ratio ideſt foma. Amplius contrarium huic priuatio eſt. Hec autem ſcilicet materia cũ priuatione et forma quomodo duo et quomodo plura dictum eſt. (Primum quidem igitur dictum ẽ ꝙ principia contraria ſunt. Poſterius autem ꝙ neceſſe eſt et aliud quoddã ſubijci et eſſe tria. Ex his aũt nunc manifeſtum eſt que differentia cõtrariorum) ⁊ tu ſubaudias ſcilicet principiorum forme et priuationis quia eſt vnum per ſe aliud per accidens. )Et quo modo ſe habent ad inuicem principia: quia ſubiectum et contrarium ſunt vnum re duo ratione: et quid ſit ſubiectum vtrum autẽ ſubſtantia ſpecis aut ſubiectũ nõdum manifeſtum eſt: )ideſt declarabitur vtrum forma ſit magis ſubſtantia quã materia, ſecũdo phiſicorũ: ſed ꝙ prĩcipia tria ⁊ quomodo et qs modus eorum dictũ eſt.

Tex.cõ. 10.

¶ Quot quidem igitur et que ſunt prĩcipia ex his cõſideretur. )Tota litera ẽ clara cũ gloſis appoſitis ad parentheſes. (ꝙ autem ſingulariter ſic ſoluitur: et antiquorum defectus dicamus poſt hec. Querentes enim ſecundum philoſophiaꝫ primi veritatem et naturam rerum diuerterunt. vt in viam quandam aliam abſcedentes ob infirmitatem: et dicunt nec fieri eorum que ſunt nullũ nec corrumpi ꝓpter id quod neceſſarium eſt fieri quod fit: aut ex eo quod eſt aut ex eo quod non eſt. Ex his autem vtriſqꝫ impoſſibile eſt eſſe. Neqꝫ enim quod eſt fieri contingit eſt enim iam: aut ex eo quod non eſt nihil vtriqꝫ fieri. ¶ Subijci enim aliquid oportet et ſic ꝑter cõtingẽs augmẽtantes: nõ eẽ multa dicũt: ſed tantum quod eſt. illi igitur talium accipiebant opinionem propter ea que dicta ſunt. ) Vult dicere philoſophus (poſt hec. )ſcilicet q̃ dicta ſunt de principijs (dicamus ideſt ſoluamus defectus ideſt dubitationes ꝙ autem ſingulariter ideſt vnice et ſpecialiter ſoluitur (querentes eniꝫ ſecũduꝫ philoſophiaꝫ primi ideſt antiqui: veritatem et naturam diuerterunt ideſt ignorauerunt logicam dicit Commentator: et hierant Parmenides et Meliſſus et dicunt ꝙ nihil nec generari nec corrumpi poteſt: quia nec ex ente: quia iam eſt nec ex non ente: et dicunt quia ex nihilo nihil fit: negabant generationem ſoluꝫ admittentes alterationeꝫ et ſic contingens ideſt quod

Tex.cõ. 11.

ſequitur ex ſua opinione augmētantes non eſſe mul
ta dicitur: ſed tantum quod eſt ideſt arguebant tan
tum ens eſt: et ens et vnum conuertuntur: ergo tan-
tum vnum eſt: ergo non plura.

Pria qō de inchoationibus formarū. Secūda qō de ſenſibus hui⁹ ex nihilo: nihil fit.

¶ Quero circa iſtū textuʒ duo. Pri
mum. Primum ſi nil fit ex eo quod eſt: quomodo eſt
peripathetica opinio Alberti magni de inchoatio-
ne formarum. ¶ Secundo quero de veritate iſtius
logice: et phiſice ex nihilo nihil fit. Ad primam queſ
tionē arguo ꝙ opinio Alberti magni ſit opinio Ana
xagore: quia capio vnam formam vel illa ſit ſm ſe et
quodlibet ſui et ſi ſic: ergo non preceſſit in choatio
illius ſi detur ꝙ fit ſm aliquid ſui arguo ſic illud qō
fit vel fit in aliquo vbi ſit inchoatio vel non, ſi ſecun-
dum intentum, ſi primum ſic arguo ibi eſt forma in-
choata et hec que de nouo aduenit: ergo due forme
in eadem materia, ſi dicas non eſt inconueniēs cum
ſe habēt ſicut actus et potentia ſaltem te red arguā
de ſuperfluitate formarum: quia ſufficit hec comple
ta forma adueniens cum materia. ¶ Sed melior
modus ſubſtinendi Albertum magnum eſt ꝙ illa in
choatio eſt ſicut diſpoſitio et ratio ſeminalis quam
ponit Auerrois ſeptimo metaphiſi. que in aduentu
perfectioris corrumpitur nec ideo eſt ſuper vacua,
vt patet de ſucceſſione formarum in embrione. Nā
ſm veriſimiliorē ſententiam primo habet animam ve
getatiuam de inde ſenſitiuam tertio intellectiuam
et priores ſunt diſpoſitiones ad poſteriorem que nō
remanent cum poſteriori forma. Ex quo ſequit̄ Al-
bertum magnum non tenere ꝙ nulla forma produ-
catur niſi preuia ratione ſeminali que eſt inchoatio
in materia: iterum ſolet argui in Albertum magnū
ſequeretur ꝙ ſi in materia vbi precedit forma alia
ſuccedit ꝙ in eadem materia eſſent due forme eiuſ-
dem ſpeciei ⁊ ſic due ſubſtātie eiuſdeʒ ſpeciei eſſent
penetratiue in eadem materia ⁊ eſſet ſubſtantia in-
tenſibilis ⁊ remiſſibilis. Dicendum ad hoc ꝙ illa in
inchoatio et forma completa non ſunt eiuſdem ſpe-
ciei et ſic non ſe intendunt vel dicas ſecundo et bene
ꝙ quanuis eſſent eiuſdem ſpeciei non ſe intenderent
et ratio eſt quia repugnat ſue nature: ſicut philoſo-
phus dicit ſecundo de anima interrogās: cur forma
ſubſtātialis et mā faciunt vnum: et non accidens et
ſubiectum dic, quia hoc eſt hoc et illud eſt illud: ⁊ ſi
dicas quare talis eſt natura rei: dic am illud octaui
metaphi. Plus poteſt inſipiens querere quam ſapi-
ens reſpondere. Iterum arguūt aliqui cōtra Alber
tum magnum probantes ꝙ illa inchoatio non ſit pri
uatio: quia illa inchoatio manet cū forma aduenien
ti cuius eſt priuatio: ergo priuatio manet cum eo cu
ius eſt priuatio quod implicat contradictionem: di-
cendum facile ꝙ priuatio manet ad venienti forma
ſed non manet priuatio: ſed Albertus magnus vere
cogitat formam ſemper prefuiſſe primo phiſicorum
trac. tertio capitulo vigeſimo ſexto ⁊ nil fieri de no-
nouo niſi compoſitum: in ſubſtātijs dempta anima in
tellectiua. Formam vero cōfuſam reduci ad actum
per agens: et dicit ꝙ nil appetit aliud niſi per ſimili
tudinem incompletam: et quia cauſa appetendi eſt
priuatio aggregatum ex materia et forma incom-
pleta eſt principiū ſicut ex quo: et totuʒ compoſitum
terminus ad quē: et ſic materia et priuatio ſunt vnū
ſpecie ideſt in modo principiādi ⁊ eſſentia ideſt rea
liter differūt. ¶ Mouetur predictus Albertus pri
mo: quia ſi forma fit ab extrinſeco et hoc paſſo non
conferenti vim ideſt materia que nulli⁹ eſt actiuita
tis: ergo omnis productio forme eſt violenta: patet
conſequentia quia violentum eſt cuius principiū eſt
ab extra paſſo non conferente vim. Dicendum hanc
definitionem, Ut dicit Scotus in ſecundo bifariā
intelligi. Primo modo, vt ly non conferente vim in-
telligatur contradictorie et ſic materia prima non
confert vim: quia nil adiuuat cum nullius ſit actiui-
tatis: eo mō nō intelligit̄ definitio: alio modo intelli
gitur contrarie: et ſic valet non cōferente vim ideſt
inclinato ad oppoſitum quomodo intelligitur defini
tio et eſt falſum: ꝙ materia non inclinaretur ad hāc
formam: ſed ad oppoſitam.

¶ Secūda ratio eius non poſita ta-
li inchoatione non eſſet differentia inter productio-
nem anime rationalis et aliarū formarum: quia nec
in vna nec in altera precedit inchoatio: ſed magna
eſt differentia, vt infra monſtrabitur.

¶ Ad ſecundam queſtionem ꝙ iſta — Ad ſecundaʒ qōnē.
propoſitio ex nihilo nihil fit, ſi ambe negationes ſu-
mantur neganter ſignificāt ex qulibet ente aliquod
ens fit: et ſic eſt falſa: quia ex deo nihil fit, vt ly ex di-
cat circunſtātiā cauſe materialis: et ꝙ taliter ſignifi
cet patet ex regula Petri Hiſpani in capitulo de
equipollentijs: quando in eadem propoſitione ponū
tur duo ſigna vniuerſalia negatiua, primū equipol-
let ſuo contrario: et ſecundum ſuo contradictorio.
Si autem ambo ſigna ſumantur infinitanter: illa
eſt falſa: quia affirmatiua cuius nullum extremū ſup
ponit. Si vero vnū neganter et aliud infinitanter ve
ra: quia vnum extremum non ſupponit, ſignificat
enim ex nullo ente non ens fit quod eſt verum. Ecce
de ſenſib⁹ logicis: ſenſus phiſici poſſunt eē duo: vnus
eſt nihil fit cuius tota entitas non prefuerit: qui eſt
Anaxagore falſus: alius eſt omne quod fit fit aliquo
ſubiecto preſuppoſito qui verus eſt naturaliter: ⁊ de
hac queſtione ſufficiat hec dixiſſe.

¶ Nos autem quidē dicimus ex eo — Tex.cō. 13.
ꝙ eſt: aut ex eo quod nō eſt fieri: aut quod eſt: aut ꝙ
non eſt aliquid facere, aut pati: aut quodlibet hoc
fieri, vno quidem modo nihil differt, vt medicum ali
quid facere aut pati, aut ex medico aliquid eſſe, aut
fieri. ¶ Quare quoniam hoc dupliciter dicitur ma — Tex.cō. 14.
nifeſtuʒ, quoniā ex eo ꝙ eſt, aut ex eo ꝙ non ē ⁊ qō eſt
aut facere aut pati. Edificat quidem igitur medi-
cus non ſecundum ꝙ medicus: ſed ſecundum quod
edificator: et albus fit nō in quantum medicus: ſed
in quantum niger: medicatur autem ⁊ non medicus
fit in quantum eſt medicus quoniā maxime ꝓprie
dicim⁹ medicum aliquid agere aut pati: aut fieri ex
medico: ſi ſecundū ꝙ medicus hoc patiat̄ aut faciat
manifeſtum quod ex eo qō non ē aliquid fieri et hoc
ſignificat in quantum non eſt: ꝙ illi quidem non per
cipientes delinquerunt: et propter hanc ignorantiā
in tantum ignorauerūt ꝙ nihil opinati ſunt fieri, nec
eſſe aliorum: ſed auferebant omnem generationem. — Tex.cō. 15.
¶ Nos aūt et ipſi dicimus fieri quidem nihil ſimpli
citer ex eo quod non eſt: ſed tamen fieri ex eo ꝙ non
eſt vt ſecundum accidens. Ex priuatione enim ꝙ eſt
quidē per ſe nō ens: nō in exiſtēte fit. Mirabile au
tem videtur et impoſſibile ſic fieri aliquid ex eo qō
non eſt ¶ Similiter autem ex eo ꝙ eſt nec ꝙ eſt fie- — Tex.cō. 16.
ri niſi ſm accidens: ſic aūt et ex hoc fieri eodem mo
do vt ſi eſt ex aiali animal vtiꝙ fiat: ⁊ ex quoddā ani

mali quoddam animal, vt ſi canis ex equo fiat: fiet quidē enim vtiqꝫ non ſolum ex quodam animali canis ſed etiam ex animali: ſed non in quantum eſt animal: eſt enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri
Tex.cō. 17. animal non ſm accidens non ex animali erit. ❡ Et ſi aliquid fit ꝙ eſt, non ex eo ꝙ eſt, nec ex eo quod non ē quod enim ē ex eo ꝙ non eſt: dictum eſt nobis quid ſignificet: quoniam in quantum non eſt. Amplius au
Tex.cō. 18. tem eſſe omne aut non eſſe non remouetur. ❡ Vnus quidem igitur modus hic eſt. Alius autem quando contingit eadem dicere ſm potētiam et actum: hoc autem determinatum eſt in alijs per certitudinem magis. Quare ꝙ vere diximus defectus ſoluuntur propter quos coacti remouent predictorum quedam: propter hoc enim in tantū diſtiterunt priores a via in generationem et corruptionem et oīno mutationē: hec enim vtiqꝫ viſa natura omnē ſoluit hanc ipſorum ignorantiam.)

❡ Soluit Ariſt. predictā obiectiones ad cuius ſolutionem annotat ꝙ nihil refert dicere quantum ad modum loquēdi quod aliquid fit ex ente vel non ente aut ꝙ ens vel non ens agat, vel patiatur aliquid et dicit idem eſt ō quocūqꝫ alio qḋ dicit per hec verba aut quodlibꝫ fieri hoc ⁊ ponit exēplum de de medico dicens vno quidem mō nihil differt vt medicum aliquid facere aut pati aut ex medico ideſt a medico fit aliqd aut fit. poſtea vero tex. cōmenti ſeptuageſimi quarti. dicit ꝙ ex ente aut nō ente fiat aliquid, aut quod ex ente aut non ente fiat aliquid dupliciter poteſt intelligi de per ſe aut de ꝑ accidens: de per ſe quidem cum dicit̃ edificator edificat de per accidens, vt medicus edificat de per ſe quidem fit albus ex nigro, de per accidens vero fit albus ex medico. Dicit preterea textꝰ ꝙ aliquid fit ex non ente: non in quantum non ens ideſt de per ſe ſed de per accidens: quod dicit philoſophus illi quidem ſcilicet Parmenides et Meliſus non percipientes deliquerunt et auferebant omnem generationem nec eſſe aliorum ideſt non eſſe aliam ſubſtantiam quam materiam. Poſtea philoſophus textu cōmenti ſeptuageſimi quinti dicit ꝙ ex non ente nihil fit ſimpliciter ⁊ de per ſe non fit aliquid: quia non poteſt intrare eſſentiam rei: ſed ex ipſo non ente fit aliquid de per accidens qui modus fiendi fuit antiqs mirabilis. Poſtea dicit philoſophꝰ textu cōmēti ſeptuageſimi ſexti, declarās ſuā opinionem quo modo ex ente fit aliquid per accidens et non per ſe dicens per exemplum fiat ex quodam animali animal vt ex equo canis: non fit quidem animal ex animali: quia iam animal eſt in actu ſed fit hoc animal ideſt canis ex non hoc animali demōſtrato cane: ſed ex animali fit canis de per accidens: qꝛ cōtingit illud ex quo fit eſſe animal applicat ad propoſitum ꝙ aliquid fit qḋ eſt non ex eo quod eſt ſed ex non hoc ente: et non ex non ente. Poſtea dicit textu commēti ſeptuageſimi ſeptimi ꝙ cum aliquid fit ex ente ſi fieret per ſe nulla pars eius debuiſſet precedere: qḋ eſt falſum quia prefuit materia nec ex non ente per ſe: quia nihil eiꝰ debuiſſet precedere: Concludit igitur Ariſtoteles ꝙ iſte eſt vnus modus ſoluēdi rationem antiquorum. Poſtea dicit textu commenti ſeptuageſimi octaui ꝙ contingit eadem dicere ſm potentiam et actum quod dixit ſe dixiſſe alibi ſcilicet nono metaphiſice. Namqꝫ ex ente in potentia fit aliquid per ſe ſed ex ente in actu fit aliquid per accidens vt ex forma precedente vel priuatione in quantum materie ex q̄ fit aliquid per ſe cōueniat eſſe ſub tali forma vel priuatione ex iſtis omnibus philoſophus cōcludit quare ſecundum ꝙ vere dicimus: ſoluuntur rationes antiquorum propter quas rationes remouebant generationem et corruptionem et pluralitatem ſubſtātialiter differentium hec vtiqꝫ viſa natura ideſt materia omnem ſoluit hanc ipſorum ignorantiam

❡ Dubitaret forte aliquis de priuatione que ſecundum ſe dicitur eſſe non ens vtrum ſit per ſe principium rei quātum ad eſſe. ad qḋ dici poteſt ꝙ duplici via poſſumus inueſtigare priuationem non eſſe per ſe principium rei quantum ad eſſe prima via ſumitur ex parte ipſius priuationis ſecundum ſe. priuatio ē enim de ſe: vt dicitur in hoc primo non ens ſed nō ens ſecundū ꝙ huiuſmodi nō ē rō eſſendi imo cū oppoſita ſit rō eiꝰ qḋ ē eſſe ⁊ eiꝰ qḋ eſt non eſſe priuatio que de ſe dicit non eſſe ꝑ ſe et ſcḋm ꝙ huiꝰ non poterit facere ad eſſe alicuiꝰ rei. Scḋa via ſumitur ex parte priuationis vt comparatur ad mutationem et ad motum priuatio enim et ſi manet in toto motu non tñ manet in termino motꝰ: qꝛ adueniente forma ceſſat priuatio: priuatio .n. nō ſtat cū ipſa re facta nec ſtat ſimul cū ipſa forma cuiꝰ eſt priuatio: et qꝛ eſſe eſt ꝑ formam: nō ſtat ſimul cum ipſa forma nō ſtabit ſimul cum ipſo eſſe qꝛ tam eſſe ꝙ forma in termino motus acquiruntur: non ergo per ſe facit ad eſſe rei nec per ſe pōt eſſe de compōne rei: qꝛ nihil ꝑ ſe eſt conſtitutū alicuius inſiſt et ſimul cum eo cuius conſtitutū dicitur eſſe. ❡ Vlteriꝰ forte dubitaret alqs dat ꝙ priuatio non ꝑ ſe facito vt res ſit vtrum per ſe faciat vt res fiat ad qḋ dici poteſt quod in hoc qḋ eſt fieri aliquid duo eſt conſiderare ipſum aliquid ꝙ fit et ipſum fieri: ſi ergo cū queritur vtrū priuatio per ſe faciat ad fieri aliquid: ſi queſtio introducatur ratione rei: ſic non differt hec queſtio a precedenti: vnde et philoſophus dicit ꝙ res fit ex priuatione per accidens quia reſpectu rei priuatio non poteſt habere rationem principij per ſe: ſed queſtio introducit̃ ꝑpter ipſum fieri rationes predicte magis concludunt priuationē eſſe principiuꝫ per ſe quā per accidens. Priuatio enim non eſſe et defectū importat: motus et fieri: quia quid defectiuum. Dicunt non eſſe inconueniēs: ſi defectus per ſe eſt de ratione defectiui. Non videtur ergo inconueniens ſi priuatio ſit per ſe de ratiōe fieri: ideo prima ratio facta de eſſe ſi applicatur ad fieri magis arguit oppoſituꝫ quam propoſitum. ❡ Amplius ratio illa in hoc videtur arguere. Nam licet priuatio non ſtet in termino motus in quo acquiritur eſſe et forma: manet tamen in toto motu: ſiue manet quandiu durat ipſum fieri. Verbi gratia ꝙ ſit per ſe principiuꝫ fieri licet per ſe non poſſit eſſe principium ipſius eſſe. Quantum ergo ad preſens occurrit non eſt omnino negandū priuationem per ſe eſſe de ratione motus: quod ſic pōt oſtendi: duꝫ enim res mouetur partim eſt in termino a quo: et partim in termino ad quem: et omne mobile dum moueť partim acquiſiuit et eſt in actu: et partim reſtat ſibi acquirendum et eſt priuatum et in potentia. Si ergo motus ſe teneret ex parte mobilis vt eſt in actu: videretur poſſe dici nō eſſe de ratione motus per ſe. Sed quia motus magis ſe tenet ex parte mobilis: vt eſt priuatum et in potentia quam vt eſt in actu: ideo negare priuationem eſſe de ratione motus per ſe videtur inconueniens. Dicamus ergo ꝙ motus requirit in mobili ꝙ partim acquiſiuerit et

Bonū dubiū de priuatione.

aliquo modo ſit in actu:et partim reſtet acquirendũ et ſit priuatum et in potentia. Motus ergo aliquo modo actus eſt:et eſt actus entis in potẽtia:quia ſubiectum motus:et eſt ens ratione acquiſiti vel actualitatis:et eſt in potentia ratione acquirendi vt eſt priuatum. Si ergo motus eſt actus entis in potẽtia:vel eſt actus eius:vt eſt ens in potentia:et quia vt dictuꝫ eſt actus eius vt eſt in potentia et vt eſt priuatũ: ideo negare priuationem nullo modo eſſe per ſe de ratio-
Tex.cõ. 79. ne ipſius fieri:et ipſius motus non videtur omnino cõueniens.

¶ Textu commẽti ſeptuageſimi noni.

Tangentes quidem igitur et alteri quiddam ſunt ipſam: ſed non ſufficienter. Primum quidem enim cõfitentur ſimpliciter fieri aliquid ex eo quod non eſt: in quantum parmenidem recte eſt dicere. Poſtea videtur ipſis ſi vere eſt numero vna:et potentia tantum vnam eſſe.) Poſtquam philoſophus excluſit errores et dubitationes antiquorum prouenientes ex ignorantia materie. Hic excludit errores prouenientes ex ignorantia priuationis. Uult dicere quidam philoſophi fuerunt tangentes ipſam ſcilicet materiam:ſed non ſufficienter:quia non diſtinguebant eam a priuatione:ſed quod erat priuationis dabant materie:ita ꝙ ſi priuatio eſt ꝑ ſe non ens ſic materia. et ſic confitebantur aliquid fieri ex non ente. Ad qđ mouebantur duplici motiuo. Primo Parmenidis. Quicquid eſt preter ens eſt non ens. Sed materia eſt preter ens:quia eſt priuatio:que nil eſt:⁊ quia nõ eſt ens actu. Secundo probabant materiam eſſe nõ ens:ratione:quia cogitabant omnia que ſunt vnum numero:ergo ratione:et quibuſcunqꝫ que ſunt vnum ratione conueniunt eadem:ſed conuenit priuationi non ens:ergo materie. (Sed hoc differt plurimum. Nos quidem enim materiam et priuationem alterã dicimus. Sed horum hanc quidem non eſſe ſecundũ accidens materiam. Priuationem autem per ſe non eſſe:et hanc quidem prope rem et ſubſtantiaꝫ aliqualiter materiam: priuationem autem nequaquam.) Dicit Philoſophus ꝙ ipſe inter priuationem et materiam duas ponit differentias. Prima ꝙ materia ſit per accidens non ens:quia ipſi annexum ſemper eſt non ens. Sed priuatio per ſe eſt non ens. Secunda differentia ꝙ materia eſt prope ſubſtantiam:quia eſt ſubſtantia:et inſinuans eius imperfectionem:dixit ꝓpe. Et quia ingreditur compoſitionem ſubſtantie eſt ſubſtantia. Priuatio vero nequaquam:ſcilicet ingreditur compoſitionem ſubſtantie.

Tex.cõ. 80. ¶ Textu commenti octuageſimi.

Quidam autem quod non eſt: magnum et paruum: ſimiliter aut ſimul vtrumqꝫ:aut ſeorſum vtrũqꝫ. Quare penitus alter modus eſt hic trinitatis et ille. Uſqꝫ quidem enim ad hoc perueniunt ꝙ oportet quandaꝫ ſupponi naturam. Hanc tamen vnam faciunt. Eteniꝫ ſi aliquis dualitatem facit dicens magnum et paruũ ipſam:nihilominus idem facit:alteram enim deſpexit.) Uult dicere ꝙ Plato priuationem dicebat idẽ eſſe ſubiecto et ratione cum materia. Et ponebat illam priuationem eſſe coaſſumptam cum magno et paruo:quibus aut copulatim aut copulatiue idemptificabatur. Dicit ergo Plato bene ponit tria principia ſcilicet materiam:magnum:⁊ paruum. Sed philoſophus alium modum ponit trinitatis. (Hanc tamen vnam faciunt; ſcilicet ratione et ſubiecto cum priuatione. Etenim ſi aliquis dualitatem facit dicẽs magnum et paruum ipſam: ideſt tenere ſe ex parte ipſius materie:nihilominus idem facit:ſcilicet ratione et ſubiecto priuationem cum materia. Alterum enim ideſt priuationem deſpexit. (Subiecta quidẽ materia cum forma cauſa eſt eorũ que fiunt ſicut mater. Altera vero pars contrarietatis multotiens imaginabitur ad maleficium ipſius protendenti intellectum. Neqꝫ ꝙ eſſe penitus: et eſſe extra omne.)

¶ Textu commenti octuageſimi primi. Tex.cõ. 81

Exiſtente enim quoddam diuino et optimo et appetibili:aliud quidem contrarium eſſe ipſi dicimus) Uult dicere Philoſophus ꝙ ſubiecta materia cũ forma eſt cauſa eorum que fiunt ſicut mater; ideſt non concurrens actiue:ſed ſolum paſſiue recipiendo. Altera vero pars cõtrarietatis.i.priuatio protendẽti intellectũ.i.cõſideranti per intellectũ circa ipaꝫ imaginabit̃ eſſe ad maleficiũ.i.ad malũ:qꝛ nec hꝫ eẽ et ẽ extra oẽ eſſe:ꝙ aũt priuatio ſit malũ pꝫ qꝛ ſuuꝫ oppm̃ i.forma ẽ quid bonũ diuinũ et appetibile; et aliud.i. priuatio eſt ei cõtrariũ. Unde forma dicitur pluribus nominibus idea rõ paradigma imago.forma.ſpẽs dr̃ rõ:qꝛ per ipam dat̃ definitio rei. Dicit̃ idea exẽplar paradigma qꝛ ꝓcedit ab exemplari ſuo qđ hꝫ in deo. Oĩs enĩ forma q̃ per eſſe eſt in materia prius fuit in motore primo. Propter qđ etiã ipſe dr̃ a Platõe mũdus archetipus: ꝓpter qđ dictũ Boetij verũ ẽ cũ dicit Mũdũ mente gerens pulchrũ pulcherrimus ipſe ſimiliqꝫ imagine formãs. (Aliud aũt aptũ natũ eſt appetere et deſiderare ipſum ſuipſius naturam:quibuſdã aũt accidit ꝯtrariũ appetere ſuipſius corruptionẽ:et nec ſui ipſius poſſe eſt appetere ſpẽm ꝓpter nõ eſſe indigẽs: nec cõtrariũ. Corruptiua enĩ ſunt ad inuicẽ cõtraria ſed hoc eſt materia:ſicut ſi femina maſculũ: et turpe
Tex.cõ. 82 bonum:non ꝑ ſe eſt turpe:ſꝫ ſm accidẽs. Tex.cõ.82. Corrũpit̃ aũt ⁊ fit:eſt quidẽ vt ſic:ẽ aũt vt nõ:ſm qdẽ enĩ ꝙ eſt in quo ſm ſe corrũpit̃. Qđ.n.corrũpit̃ i hoc eſt priuatio in quantũ aũt ſm potentiã non ꝑ ſe:ſed incorruptibilẽ et ingenitã neceſſe eſt eſſe ipſaꝫ:ſi.n.fiat ſubijci aliquid opꝫ primũ ex quo fiat.hoc aũt ẽ hec natura:quare erit ante fieri. Dico aũt mãꝫ primũ ſubm̃ vnicuiqꝫ:ex quo fit aliquid cuꝫ inſit non ſm accñs: et ſi corrũpit̃ in hoc abibit vltimũ: quare corrupta erit
Tex.cõ. 83 anteꝙ corrũpat̃. ¶ Tex.cõ.83. De principio aũt ſm ſpẽm vtrũ vnũ aut plura aut quot aut q̃ ſint per certitudinẽ prime phĩe opus eſt determinare:ergo in illõ tẽpus apponat̃. De phiſicis aũt ⁊ corruptibilibus ſpẽbus in poſterius demonſtrãdis dicemus qꝛ qdẽ igit̃ ſint principia:et que et quot numero:determinet̃ a nobis ſic Rurſus aũt aliud principium incipientes dicamus.) Uult dicere. (ꝙ aliud.i.formam aptũ natũ eſt appetere et deſiderare ipſum ſm ipſius nãꝫ.) i.ipſum ſubiectum qđ eſt materia natum eſt appetere aliđ.i.formã. Dicit preterea ꝙ quibuſdam.ſ.qui non diſtinguũt mãꝫ a priuatione accidit.ſ.incõueniẽs ꝙ vnum cõtrarium appetat aliud et ſic ſuipſius corruptionẽ. Naꝫ ſi materia et priuatio ſunt idẽ re ⁊ rõne:ergo ſi materia appetit formã priuatio appetit formã:⁊ ſic vnum contrariũ appetit aliđ ⁊ ſui corruptionẽ. Dicit ergo ſi materia et priuatio ſunt idẽ re et rõne ſequit̃ ꝙ materia non appetit formã:qđ eſt falſum. Sequela ꝓbat̃: qꝛ ſi appetit formã vel eſt ꝓut eſt induẽs formã:⁊ hoc non:qꝛ iã eſt in actu vel ꝓut habet priuationem:et ſic vnum contrarium appeteret aliud et ſui corruptionẽ:ſꝫ hoc eſt mã dat comparationẽ ꝙ quẽadmodũ femi

neitas non appetit maſculum: ſed id cui accidit femineitas ⁊ turpitudo nō appetit pulchritudinē: ſed id cui accidit turpitudo: ita priuatio non appetit formam ſed id cui accidit priuatio. Sed cōtra hec verba philoſophi aui. tripliciter arguit.

Nō an materia appetat formam.

Primo ſic ſi: materia appeteret formam vel appetitu animali et hoc non: quia ipſa non cognoſcit vel appetitu naturali et hoc non: quia iſte debet cōuenire rei per aliquam formam (ſicut graui ꝙ deſcendat conuenit propria forma. Secūdo ſi materia appetit formam hoc eſt quia poteſt plures habere ſimul ⁊ hoc nō: vel quia faſtidit illam quam habet: vel quia caret omni forma: quorum quodlibet eſt falſum. Tertio hic modus loquendi ꝙ materia appetit formam ſicut femina eſſe vir ⁊ turpe pulchrum eſt poetaꝝ et fabuloſe loquentium. ¶. Pro declaratiōe huius notat doctor ſanctus ꝙ omne appetens aliquid vel cognoſcit ipſum et ſe ordinat in illud: aut tendit in illud: ex ordinatione et directione alicuius cognoſcentis: ſicut ſagita tēdit in ſignum ex directione et ordinatione ſagitantis: ⁊ quia materia ſm naturam ſuam inclinatur in formā ſequitur bene merito: ꝙ ipſa ſicut potentia perfectibilis appetat formam: et quia ſemper eſt in potētia ad alia ſemper appetit alia, non quia faſtidita vel quia ſimul plures habere poſſit et per hec patet reſponſio ad argumenta Auicenne. Dicit deinde textꝰ corrumpitur autem et fit ſcilicet materia in quantū priuatio cum deſinit informari vna forma deſinit priuatio forme aduenientis: ⁊ ſic deſinit materia eē priuatio illius dicit (Eſt quidem vt ſic) idem cum priuatione (Eſt autem vt nō) ideſt diſtinguitur a priuatione (ſm quidem enim quod eſt in quo ſm ſe corrumpitur) ideſt materia prout in ea eſt priuatio per ſe corrumpitur (ſubdit quod enim corrumpitur in hoc eſt priuatio ſed ſm ſe in quantum ens in potētia ad formas eſt in generabilis et incorruptibilis. Nam dato oppoſito fieret aliquid ante quam fieret corrumperetur aliquid ante quam coruumperetur. Nam ſi fit ex aliquo fit ⁊ illud eſt materia: ergo fuit: ⁊ ſubdit definitionem prime materie (quod ſit ſubiectum primum vnicuiqꝫ ex quo fit aliquid cum in ſit non ſm accidens) ad differentiam priuationis ex qua deperaccidens fit aliquid: ⁊ ſi corrūpitur ſupple aliquod ens naturale in hoc abibit vltimum ideſt hec erit poſtrema que remaneat ergo corrumpetur ante quam corrumpatur quod eſt falſum: tandem textu commenti octuageſimi tertij ponit epilogum eorum que fecit in hoc primo libro et litera eſt clara.

Queſtio ā materia celi et mā iſtoꝝ inferioꝝ differant ſpē.

¶ Sed quiſpiam dubitaret egregie in hac parte vtrū materia celi et materia prima iſtorum inferiorum habeant priuationē annexam. ¶ Circa quod noto ꝙ in hoc eſt ratio dubitandi: quia ſi materia prima celi haberet annexam priutionem: ſicut materia iſtorum inferiorum: ſequitur materiā celi appetere aliam formam ab illa quam habet et ſi ſic: ergo celum eſt corruptibile quia appetitus naturalis non poteſt fruſtrari. Ex alia parte videtur ꝙ ſit annexa priuatio: quia materia iſtorum inferiorū habet annexam priuatiōem ergo materia celi tenet cōſequentia quia illa ſunt eiuſdem ſpeciei: et probatur ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei quia ſolus actus ſeparat ⁊ diſtinguit quinto metaphi. ergo ſola materia nō differt ſpecie ab alia materia.

Prima propō.

¶ Pro ſolutione queſtionis pono propoſitiōes. Prima propeſitio materia celi eſt eiuſdem ſpeciei cum materijs iſtorum inferiorum: ſed nō propterea ſequitur ꝙ celum eſt corruptibile: quia illi materie non eſt annexa priuatio et per conſequens nec appetitus alterius forme conſequende, hec propoſitio eſt de mente egidij romani.

Secūda propō.

¶ Secunda propoſitio ſm ſanctum Thomā materia celi et materia iſtorum inferiorum ſunt differentes ſpecie obidqꝫ appetitus vnius non ē appetitus alterius. Nam materia celi nullam aliam formam appetit ſed materia iſtorum inferiorum aliquam formam appetit.

Tertia ꝓpō.

¶ Tertia ꝓpoſitio de mente Alberti de ſaxonia primo de celo queſtione quarta celum circūſcripta intelligentia eſt vna forma ſimplex: probaƭ, quia ſi in celo eſſet talis materia etiā in celo eēt vna forma informans illam materiam preter intelligentiam: ita ꝙ celum circunſcripta intelligentia adhuc eſſet compoſitum ex materia ⁊ vna forma alia ab intelligentia: ſicut dicti doctores volunt: ſed hoc ē falſum: quia tunc celum eſſet ex ſe mobile naturaliter circunſcripta intelligentia: quod negaret Ariſtoteles. Conſequentia tenet per hoc quod haberet in ſe principium actiuum et paſſiunm motus vel materiam et formam adhuc circunſcripta intelligentia. ¶ Secundo motus localis circularis eſt ſimplicior motibus rectis: ergo etiam corpus mobile naturaliter motu circulari debet eſſe ſimplicius corporibus mobilibus motibus rectis: ſed hoc non eſſet ſi celum ita eſſet compoſitum ex materia et forma: ſicut corpora elementaria naturaliter mobilia motibus rectis.

## ¶ Sequitur nunc de principijs rerum naturalium.

Quia philoſophia de naturis rerum pertractat. cōueniens eſt exordium facerere a diffinitione nature. Natura autem duplex eſt. Quedā eſt natura naturans que eſt dominus deus, cuncta dirigens et diſponens: iuxta illud Auerrois duodecimo Methaphiſice: Opus nature eſt opus intelligentie. Alia ē natura naturata: et ē celorū regio et mūdus inferior Natura igitur multifariam diffiniƭ. ¶ Primo diffinitur ab Alberto magno in compendio ſue philoſophie. Natura eſt quedam vis inſita rebꝰ ex ſimilibus ſimilia pereans: et dicit natura quaſi anaſcendo. ¶ Secundo modo diffinitur natura a doctore ſancto in ſecūdo phiſi. tex. cōmenti octuageſimi ſeptimi hoc mo

do. Natura eſt quedam ars diuini intellectꝰ impreſſa rebus. ¶ Tertio modo diffinitur natura a modernis omnibꝰ. Natura eſt materia et forma. ¶ Quarto modo et excellentius diffinitur ab Ariſtotele decimo ſecundo phiſi: Natura eſt principium et cauſa mouendi et quieſcendi eius in quo eſt per ſe primo et non ſecundum accidens. Quam diffinitionē ego intēdo declarare: quia moderni multi in ea delirāt.

Explicat̃ diffinitio nature

¶ Primo quidem notandum eſt eſſe magnam differentiam inter ly principium ⁊ ly cauſa: quia tales termini habent ſe ſicut ſuperius et inferius. Nā cauſa eſt inferior et ly principium eſt ſuperius. Quod multis exemplis monſtrabo. Punctū namqꝫ eſt principium linee: ſed non eſt cauſa linee: et pater in diuinis eſt principium filij: ſed non eſt cauſa filij: quia inter cauſam et cauſatum ſemper eſt diſtinctio eſſentialis: qualis nō reperitur in tribꝰ perſonis diuinis. Similiter priuatio eſt principium rei naturalis: et tamen nō eſt cauſa rei naturalis: maior patet ex philoſopho p̄io phiſi: et minor patet ex Aui. fen ſecunda primi in diffinitione cauſe dicentis. Cauſa eſt id quod primo eſt.

¶ Dicit preterea Ariſtoteles mouē di et quieſcendi que gerundia ego intelligo actiue vel paſſiue ſub diſiunctiōe ideſt ꝙ poſſit moueri vel mouere quietari vel quietare: vt per hoc comprehēdamus materiam que mere paſſiua eſt: et formam q̄ omnino eſt actiua: nulla enim forma ſubſtantialis ē actiua et paſſiua preter animam ratiōalem ⁊ poſuit Ariſto. ſub copulatione: quia vt habetur in poſt p̄dicamentis: et etiam primo de celo. Contraria nata ſunt fieri circa idem: quicquid enim eſt natum mouere, eſt natum quietare.

¶ Dicitur preterea in diffinitiōe nature: eius in quo eſt: quia manꝰ p̄iciens lapidē ꝙuis ſit principium et cauſa mouendi et quieſcendi lapidem tamen quia non eſt pars lapidis non dicitur natura eiꝰ. Dicit̃ per ſe (⁊ cōſtruat̃ ly p ſe cū ly primo) dicitur enim per ſe ad differentiā ſcanni deſcendentis: ad quem deſcenſum concurrit forma ſcanni de per accidens. Dicit̃ primo ad differentiā forme accidentalis: que non concurrit primo: ſed ſecundario et inſtrumentaliter. Dicitur et non ſecundum accidens: ad differentiam habitus artis medicine in mente medici ſanantis ſeipſum: quamuis enim ſit principiū et cauſa mouēdi et quieſcendi: tamen hoc eſt accidentaliter: quia accidit ꝙ qui ſanatur ſit medicus. Ex quo ſequitur ꝙ res naturalis eſt compoſita ex naturis: vt eſt materia et forma. Unde nullum accidens eſt res naturalis.

¶ Sed dubitaret aliquis (tenendo ꝙ celum componatur ex materia et forma) quomodo illa forma eſt principiū quieſcēdi: quia ſi celum quieſceret et cuncta ruerent et perirent. Dicatur ad hoc: ꝙ ly quieſcendi valet aptum natum quieſcere. Et non ſequitur vt ſcripſi in predicabilibus eſt aptū natum quieſcere: ergo poteſt quieſcere.

¶ Notabitis preterea de mēte pauli veneti in ſumma philoſophica capitu. tertio notabili ſecūdo ꝙ natura capitur quadrifariam. ¶ Primo modo capitur pro naturis vniuerſalibus: et ita accepit proculus in libro de cauſis: cauſa prima plꝰ influit in effectū quomodo Ariſt. intelligit tertio de anima q̄n dixit. Deus ⁊ natura nihil faciunt fruſtra.

¶ Secundo modo capitur natura pro principio intrinſeco conſtitutiuo rei naturalis: videlicet pro materia et forma, vnde principium intrinſecum: eſt rem principiatam tanq̄ altera pars ſui ingrediens: et hoc eſt materia et forma principium vero extrinſecum eſt efficiens et finis. Nam efficiens non poteſt eſſe pars illius cuius eſt efficiens: quia nulla pars efficit totum cuius eſt pars. Nec finis poteſt eſſe pars illius cuius eſt finis: alioquin cuꝫ finis ſit honorabilior his que ſunt ad finem pars eēt preſtantior toto.

¶ Tertio modo capitur natura pro naturali inclinatione quomodo capitur quarto phiſicorum cum dicitur. Natura abhorret vacuū.

¶ Quarto modo capit̃ natura pro agente naturali, quomodo capitur in prologo phiſicorum: cum dicitur non eadem ſunt nobis nota ⁊ nature. Quomodo etiam capitur quando dicitur natura agit per lineas breuiſſimas. Agit ſpherice. nō agit vltra terminum ſue ſphere actiuitatis.

¶ Declarato iam quid natura. Declarandum eſt quotuplex ſit natura: et iam dictum ē ꝙ ē duplex. Materia: ⁊ Forma. Uideamus ergo in ſpeciali quid ſit materia et quid forma.

Materia diffinitur duplici diffinitione. Prima eſt. Materia eſt altera p̄s rei naturalis extenſa nullo pacto actione naturali producibilis. Alio modo diffinitur ab Ariſtotele ad calcem primi phiſicoꝝ dicenti. Materia prima eſt ſubiectum primum vniuſcuiuſqꝫ tranſmutationis nālis: ex quo ſit aliquid cū inſit: ideſt cum ſit pars. Dicitur primum: quia materia eſt prima in generatione rei faciende et vltima in corruptione: et hec dicitur prima ad differentiam materie ſecūde: quia materia prima ſupponit pro materia nō connotādo ꝙ habeat aliquam qualitatem. Sed materia ſecūda ſupponit pro materia: iam habenti diſpoſitiuas qualitates ad formam: licet Albertꝰ magnus vocat materiam primam illam que diffinita eſt et materiam ſecundam totum compoſitum naturale prout eſt capax forme artificialis: et dicit Albertus magnus in compendio ſue philoſo. ꝙ quemadmodum in rebus difficilimis ad cognoſcendum magis cognoſcimꝰ per negationem quam per affirmatiōem, vt ē ſentētia beati Dioniſij in libro de diuinis muninibus verbi gratia deum magis cognoſcimus per negationem quam per affirmationem.

Duplex diffinitio materie prime.

¶ Dicit enim ſic Albertus magnus cum perſpicis lapidem: quid vides et agnoſcis in eo luce clara: certe colorem, quid amplius quantitatem, quid adhuc amplius ſaltem intellectu veſtigas? Certe formam ſubſtantialem: quam facilē cognitu inuenio, tum ſpecie lapidis, tum etiam ex operatione quid amplius in lapide inuenis? Diceret aliquis nihil aliud ſcias (inquit Albertus) id quod neqꝫ ſenſu percipis, neqꝫ intellectu veſtigas materiam primam fore que eſt receptaculum forme: ⁊ hoc eſt ꝙ dicit Ariſto in primo phiſicorum. ¶ Materia prima cognoſcibilis eſt per analogiam ad formam ideſt proportionem ad formam (Iuxta illud Auerrois octauo metaphi. textu cōmenti decimi ſeptimi dicentis ſicut operatio fecit ſcire formam: ſic tranſmutatio fecit ſcire materiam). Sic arguendo: hic

fit aliquid: demonſtrādo vnam actionem naturalem qua fit aliquid: ergo tale quod fit vel fit in ſubiecto vel non: ſi non creatura crearet quod eſt impoſſibile: ſi fit in ſubiecto: ergo tale ſubiectum eſt dabile qđ eſt materia prima.

¶ Sed de hac materia rē ipſam vna paradoxa peragamus.

¶ Paradoxa.

Eſt adeo deus ē pelagus infinite ſubſtantie et ſapientie, vt e chaos lucem: e ſtultitia ſapientiam: e inſipiēte gubernatorem e ſorte depravata ſelectiſſimum aurū e machinatrice maleficij beneficium: e morte in vitam et econtra quim intereat vel naſcatur: inter diſcrimina pacem cū ſit zizania et ſciſma: primū quidem et vltimum forme ſocium et aduerſum: quarum nexus deſideratiſſimus ab vtroqꝫ appetitu vnius ꝑ accidēs ſoluitur: variabilis in omnē formam, humana effigie modo, modo cinerea, nunc feda, nunc pulchra, verſi pellis huꝰ et nature ſe trāſformantis, quis noſtrum cameleonta nō admirabitur? Quid pluribꝰ opus eſt agamus quicquid eſt in hac vita fellis ille ineffabilis vertit in melle.

Iſta paradoxa quātum ad ſingulas partes ſic declaratur. Primum dicitur deum e chaos lucem edidiſſe.

¶ Pro cuius declaratione noto ꝙ duplex eſt appetitus: quiddam eſt appetitus animalis, alius eſt naturalis. Appetitus animalis preſupponit cognitionem, vt eſt appetitus voluntatis vel ſenſitiuus. Alius eſt appetitus naturalis: et iſte non preſupponit cognitionem ⁊ eſt appetitus quo materia quamlibet formā appetit: et quo graue appetit deſcēdere: et vterqꝫ iſtorum appetituum eſt duplex ſcilicet deſiderij et complacentie. Deſiderij eſt ad rem quam non habet. Cōplacentie vero ad rē quam habet. Dico ergo ꝙ materia prima habet appetitū confuſum deſiderij omnium formarum quas non habet ⁊ habet appetitum complacemtie diſtinctum ſuper formam quā habet: ergo ex appetitu deſiderij confuſo qui eſt ſicut chaos monſtratur appetitus cōplacentie diſtinctus qui eſt tanꝙ lux. Similiter appetitus materie eſt confuſus: quia appetit materia aliquando formam deteriorē cum habeat meliorem vt patet in appetitu forme cadaueris reſpectu anime rationalis. Eſt etiam cōfuſus appetitus materie quia apetit materia id quod non poteſt habere. Nā materia huius ligni appetit formā illius lapidis: et illam non poteſt habere: quia forma non poteſt tranſire de ſubiecto in ſubiectum.

Dicit ſecunda pars noſtre paradoxe e ſtultitia ſapiētiam: qđ ſic mōſtratur ſuppoſito vno quod inuenietur ſemper verū et eſt ꝙ in qualibet familia perditur vnus vt plures lucrifaciamus: ſic in gubernatione mundi huius ſtultum quidam eſt materia prima: cum habens melius deteriꝰ appetat. Cum ſimul etiam appetat formam habere quam habet et ad ipſius maleficium machinetur deſiderans aliam habere. ¶ Sed ex hac ſtultitia dominus deus edidit ſapiētiam Nam niſi hec eēt que formas appeteret: quare illas attraheret ⁊ eadem machinaretur ad maleficium appetēs alias formas non fierent generationes et corruptiones: ⁊ ita mundi gubernatio perderetur: vnde emanat illud dictum Ariſtote. primo de generatione. Omne materiale corruptibile.

Tertia pars huius paradoxe dicit ex inſipienti gubernatorem. ¶ Pro cuius declaratione noto ꝙ gubernare eſt aliquod dependens per prudentiam vel ſapientiam in aliquem bonum finem dirigere. Noto ꝑterea ꝙ gubernator poteſt accipi proprie et improprie gubernator proprie non eſt niſi ſapiens: et ſic materia prima nō eſt gubernatrix huius vniuerſi. Alio modo dicitur gubernator improprie: et eſt ille gratia cuius aliquis ordo conſeruatur ⁊ permanet: et ſic materia prima eſt gubernatix omnium generationum ⁊ corruptionum quia niſi ipſa eſſet non fieret aliqua corruptio neqꝫ generatiōes et corruptiōes ſaluarētur.

Quarta pars dicit ex ſorte đpravata ſelectiſſimō aurū mā ꝫ primaꝫ iure optimo vocauit ſortem de prauatam eo ꝙ imperfectiſſima ſit cunctarum ſubſtantiarum: et ita dixit beatus Auguſtinus, Duo feciſti domine vnum prope te reliquum prope nihil: hoc eſt creauit dominus deus prope ſe ſupremam ſubſtantiam angelicam: et prope nihil ideſt maxime diſtanter a ſe ipſam materiam primam. Vocamus hic materiam primā ſelectiſſimum aurum quod ſub audias in valore: quia vt dicit magiſter Thimon in ſuis metheoris libro q̄rto queſtione prima. Qualitates prime plus valent omni auro quia ſine illis non fieret aurū: ſic etiā ſine materia prima nō fieret homo neqꝫ alia res: ergo ſeletiſſimum eſt aurum.

Quinta pars dicit e machinatrice maleficij beneficium. Quia quemadmodum homo maleficus tyrannus blandicijs procurat habere aliquē ſua poteſtate, vt poſtea ipſum morti tradat ſic eodem modo materia prima appetit aliquam formam ſub ſe habere: qua habita deſiderat aliā: et ita illam quā habet corrūpit: ergo materia prima machinat̄ ad maleficiū Sed ex hoc maleficio accipitur magnum beneficium, et eſt vtilitas vniuerſi: videlicet generationes et corruptiones: et quia hec eſt vtilitas vniuerſalis bene dicitur materia prima benefica.

Dicit ſexta pꝫ paradoxe: e morte in vitam et ecōtra quim intereat vel naſcatur; Vult dicere iſta pars; ꝙ iſta materia

prima quandoqꝫ eſt in re mortua ⁊ tranſit ad viuam
vt patet in materia prima que eſt in forma cadaue-
ris et tranſit ad vermem qui viuus eſt: et materia
prima nūquam naſcitur neqꝫ deſinit eſſe: in quo volo
ſignificare ꝙ materia prīa eſt i generabilis ⁊ incor-
rupiibilis: quod Ariſto. egregie ꝓbauit primo phiſi
corum: oppoſito dato ſequeretur ꝙ aliquid fieret an
te quam fieret et corrum peretur ante quam corrū-
peretur: quod eſt impoſſibile: ⁊ ſequella patet: quia
ſi materia prima fit: ergo vel in aliquo ſubiecto vel
in nullo: non in nullo quia crearetur quod tanquam
impoſſibile reputat philoſophus. Si vero fieret
in aliquo ſubiecto: petam de illo ſubiecto, vel fit in
alio ſubiecto vel non: non ſecundum: ergo primum
ergo vel dabitur proceſſus in infinitum vel deueni-
endum eſt ad aliquod ſubiectum ingenerabile, ⁊ in-
corruptibile quod ſit materia prima.

¶ Sed arguitur contra hoc quod
determinauimus ꝙ materia prima eſt ingenerabi-
lis et incorrupiibilis. Sic arguitur materia prima
incipit eſſe et deſinit eſſe: ergo eſt generabilis ⁊ cor
ruptibilis: tenet conſequentia: et antecedens proba
tur ſuppoſito ꝙ eſſent due aque ſeparate et nunc cō-
iūgātur. Jam materia prima huius aque totalis in-
cipit eſſe: quia nunc eſt ens et non immediate ante
hoc fuit ens.

¶ Dicendum ad hoc ꝙ ſi ille infiniti-
uus eſſe includat ens et diffinitio generationes que
eſt progreſſus de nō eſſe ad eſſe includat etiā ens: ſic
concedimus conſequens ſicut antecedens. Si vero
ly eſſe in ly incipit includat ens vel entia: nego ante
cedens: quia ſecunda exponens eſt falſa ſcilicet iſta
materia prima non immediate ante hoc fuit ens vel
entia.

¶ Secundo arguitur quanto aliqd
eſt perfectius tanto magis ſe cōſeruat: ergo per op-
poſitum quanto aliquid eſt imperfectius tanto mi-
nus ſe conſeruat: antecedens patet de deo et ange-
lis et anima noſtra et celis: et conſequens manifeſte
patet de relationibus: que propter ſuam imperfec-
tionem facile amittuntur: ſed materia prima eſt im
perfectiſſima: ergo minime ſe conſeruat et per con-
ſequens eſt corruptibilis.

¶ Pro ſolutione huius argumenti
noto difficultatem corrumpēdi rem aliquam poſſe
prouēire ex duobus. ¶ Primo modo ex parte mag
ne reſiſtentie: quomodo quinqꝫ ſunt ſecundū Ariſt.
libro quarto metheor. que reſiſtunt in rebus anima
tis corruptioni ſcilicet ſiccū. frigidum. multum. fer
uor motus. ¶ Secundo modo prouenit reſiſtere cor
ruptioni ex hoc ꝙ paſſum non habeat proprietatem
occultam paſſiuam qua aptum ſit ab agēti pati: quo
modo nec palee a ſtomacho leonis: nec panis ab ac
cipitre: nec ferrum a leone digeritur ſicut a ſtructio
ne cameli ſic nec celum ab igne: nec materia prima
ab aliquo patitur paſſione corruptiua: quia non ca-
dit intra ſpheram actiuitatis alicuius agentis natu
ralis.

SEptima pars eſt. Inter diſcri-
mina pacem cum ſit zizania ⁊ ſciſma. In om
nibus agentibus naturalibus que viuunt in
contrarietate ab illa conſumuntur et paulatim debi
litantur. Hec materia prima ſola eſt in mundo infe-
riori: que cum ſemper ſit inter pugnantia bella ⁊ ad
uerſitates ſemper remanet illeſa. Et mirabilius ap-
paret ꝙ ipſa eſt in medio pugnantiū et eſt que ſem i
nauit zizaniam inter pugnantia: et tamē ab illis nō
corrumpitur.

DIcit octaua pars. Primum qui
dem ⁊ vltimum: forme ſocium et aduerſuꝫ.
Eſt quidem materia prima: prima quidem
in generatione: ideſt que primo preeſt ad rem gene
randam: et vltima ſubaudias in corruptione: quia
poſt corruptam formam et qualitates remanet ma
teria. Dicit forme ſocium et aduerſum.

¶ Pro declaratione notandum ꝙ
ſocietas in entibus naturalibus poteſt accidere du
pliciter. Uno modo per contiguitatem: alio modo
per continuitatem. Primo modo omnia entia deſi-
derant contiguitatem et hoc maxime propter eui-
tandum vacuum. Secundo modo diſtinguendum
cenſemus aut enim ſunt entia naturalia; aut partes
illorum: et quomodocunqꝫ ſe habeant ad hoc ꝙ con
tinuentur debent eſſe eiuſdem ſpeciei. Poteſt auteꝫ
hec ſocietas eſſe per vnionem intenſionis: et que ſic
vniuntur debent eſſe eiuſdeꝫ ſpeciei. Aut poteſt hec
ſocietas eſſe per vnionem informationis: et hoc mo
do forma vnit materie: neqꝫ oportet hoc modo vni-
ta eſſe eiuſdem ſpeciei: ſicut nec hoc opus eſt in illa
vnione ineffabili hypoſthaticationis. ¶ Ex quo infe-
ras ꝙ quemadmodum in ſocietate ciuili vniuntur
diſparia et nunquam equalia; ita fit pro maiori par
te in vnione naturali.

¶ Dicitur aduerſum. Pro cuius de
claratione notandum eſt: ꝙ natura de mēte Ariſto.
primo ethicorum ſemper ad optimum deprecatur
adeo ꝙ natura non intendit niſi generare per ſe cor
rumpere vero per accidens: quia non poteſt gene-
rare niſi pre corrumpat: ſic accidit prime materie
ꝙ de p r ſe appetit aliam formam ab illa quam ha-
bet: et quia illam non poteſt habere niſi forma quam
habet corrumpatur: appetit per accidens corrup-
tionē forme quam habet.

¶ Et ſi arguatur quicquid per ſe ap
petit aliquem finem ō per ſe appetit media ad finē:
ſed materia prima habet pro fine poſſidere formam
quam non habet: et hunc finem appetit de per ſe: er
go de per ſe appetit medium ſcilicet corruptionem
forme quam habet. ¶ Dicendum illam maximam
eſſe falſam niſi addatur ſicut dicit Scotus in diſtin
cione. 6. ſecundi. q. vnica, et appetit conſequentiam
eſſe bonam. Multa exempla dari ſolent. Primo in
hac conſequentia: iſte eſt epiſcopus: ergo eſt ſacer-
dos: conſequentia eſt bona et multi appetūt antece
dens non appetendo conſequens: quia nollent cōſe
quentiam eſſe bonam: idem dic in hac conſequentia
iſta fenix comburitur: ergo moritur: appetit fenix
antecedens et tamen non appetit conſequens. Sic
in preſentiarum quamuis ſit bona conſequentia alio
forma introducitur in hac materia: ergo iſta quam
habet deſtruitur. Materia prima appetit antece-
dens ſed non appetit conſequens: quia non appetit
conſequentiam eſſe bonam.

NOna pars eſt. Quarum nexus
deſideratiſſimus ab vtroqꝫ appetitu vnius
per accidens ſoluitur. Eſt quidem materia

maxime deſiderans formam: iuxta illud primo phiſicorum: ſicut femina virum et turpe pulchrum: ita materia appetit formam. Forma etiam appetit materiam quoniam in materia cõſeruatur. Ideoqꝫ anime beate poſtquam re aſſumpſerit corpora magis gaudebunt gaudio quoddam accidentali.

Ultima pars dicit materiam primam variari multis modis. Pro cuius dclaratione notãdum id ꝙ Ariſto. dixit ſeptimo metaphiſicorum. materia prima non eſt quid: nec q̄lis, nec quanta. Non eſt quid ideſt nullam formam ſubſtantialem determinat, alioqui ſi aliquam formam ſubſtantialez determinat: eius appetitus ſciaretur, iuxta illud Auerrois primo phiſicorum: ſi materia prima haberet aliquam formam eternã vtiqꝫ non apparet aliam. Non eſt qualis ideſt nullam qualitatem determinat: ſed ſolum habet qualitates ſecundũ ꝙ ex poſtulat forma ſubſtãtialis. Nõ eſt quanta ideſt nullam quantitatem determinat. Nã ex vno pugilo terre fiunt decem aque: et ex vno terre centum aeris: et ex vno terre mille ignis: ergo materia iuxta formam, ita ex poſtulat quantitatem. Uel aliter expono ego hoc dictum materia prima non eſt quid nec qualis nec quanta: ideſt iſte termiuus materia prima eſt abſtractum abſtractione preciſiua et de ſe non importat aliquam formã ſubſtantialem nec qualitatem: nec quantitatem.

## ¶ Ponitur concluſio collateralis annexa huic paradoxe que talis eſt.

Materia prima eſt vnigenea et eſt difformis: eſt in actu et eſt in potentia. Iſta concluſio habet duas partes. Prima pars eſt: ꝙ hec materia prima eſt vnigenea ⁊ eſt difformis quod ego ita intelligo, ē inquam vnigenea: quia dicit. Ariſto. primo phiſicorum. Omnium generabilium, ⁊ corruptibilium materia eſt vna quod ſubaudias ſpecie: materia enim prima mea et materia prima lapidis ſunt eiuſdem ſpeciei: quod probatur ſic: ſi alique materie prime differrẽt ſpecie maxime eſſet ex diuerſitate formarum informantium tales materias: ſed hoc non valet: quia ex illo ſequeretur eãdem materiam differre ſpecie a ſeipſa. Cum enim eadem ſit materia geniti atqꝫ corrupti: ſequitur eãdem materiam diuerſis formis informari: igitur illa materia in nullo tempore differt ſpecie a ſeipſa in alio tempore. Dicitur etiam in ſecunda parte prime partis huius cõcluſionis: hec eſt difformis quod ſubaudias quo ad qualitates. Nam in vno ente naturali eſt calida et in alio frigida.

## ¶ Secunda pars eſt.

Materia prima ē in actu ⁊ in potentia. Pro cuius declaratione noto ꝙ duplex eſt actus. Quidam eſt actus entitatibus alius eſt actus formalis: illud habet actum entitatiuum quod habet eſſe et recedit a non eſſe: illud vero habet actum formalem quod eſt certa forma, vel habet certã formã d̄terminare. Dico ergo ꝙ materia prima eſt ens in actu entitatiuo quoniam recedit a nõ eſſe: et eſt ens in potentia formali quoniam indifferens ad omnem formam ſuſcipiendam.

## ¶ Tractatus De formis.

Forma diffinitur dupliciter Primo modo ab auctore ex pricipiorum hoc modo: forma eſt compoſitioni cõtingens: ſimplici et inuariabili eſſentia conſiſtẽs. Quam diffinitionem ego intelligo biſariam. Primo modo quia ſunt alique forme q̄ nullatenus compoſitionem paciantur, vt angelus et deus quoniam non poſſunt informare materiam. Sunt etiam alique forme que compoſitionem paciantur, immo plereqꝫ, ideo forma eſt compoſitioni cõtingens: quia componitur quandoqꝫ, et quandoqꝫ non, vel aliter ꝙ diffiniatur forma que poteſt eſſe ps compoſiti naturalis. ¶ Forma eſt compoſitioni contingens ſimplici et inuariabili eſſentia conſiſtens: quod non intelligas quo ad ſpeciem eſſentialem. Nam illo modo, etiam materia prima taliter ſe habet: ſed intellige ꝙ forma ſubſtantialis, vt permaneat d̄terminat ſuam certam latitudinem extẽſiuam ⁊ qualitatiuam vltra quam, vel citra quam forma non conſiſtat: in quo diſcriminatur a prima materia que nec eſt quid nec qualis, nec quanta, vt declaratum eſt.

## ¶ Secunda diffinitio forme eſt.

Forma eſt quid diuinum et optimũ dans eſſe rei. Hec diffinicio eſt Ariſt. ad finem primi phiſicorum. Dicitur forma quid diuinum et optimum: pro quanto eſt actus: et actus participat aliquid diuinitas. Dicitur dans eſſe rei: per quod nõ intelligas ſicut aliqui ſiniſtre intelligũt ꝙ ſpecies rei accipiatur a forma tantum. Nam ſpecies rei accipitur a forma et materia. Namqꝫ perfectius compoſitum eſt aggregatum ex materia et forma quam ſola forma: ergo ille Binarius aliam ſpeciem conſtituet a forma. Sed intellige dans eſſe rei principaliter. Quia dicit philoſophus ſecundo phiſicorum. Forma eſt magis natura quam materia vel aliter dans eſſe rei diſtinctũ ⁊ diuerſum ab alijs entibus naturalibus. Namqꝫ cetera entia naturalia non differunt ab inuicem ſpecie per materiam: ſed ſolum per formam, iuxta illud philoſophi .5. metaphiſice: dicentis actus ſeparat et diſtinguit.

¶ Secundum eſt declarare forme diuiſiones.

Forma eſt duplex ſcilicet ſubſtãtialis et accidentalis. ¶ Forma ſubſtantialis eſt vere pars entis naturalis. ¶ Forma vero accidentalis eſt que non eſt pars compoſiti naturalis: et idem eſt forma accidentalis et accidens. ¶ Forma ſuſtantialis diffinitur eſt aliqua pars rei naturalis aliquo pacto actiõe naturali ꝓducibilis. ¶ Forma vero accidentalis diffinitur ꝙ ſit forme ſubſtantialis diſpoſitiua, vel eiuſdem in eodem conſeruatiua vel ex talibus in eodem ſubiecto reſulans, vei forme ſuſtantiali inherens. Ponitur prima particula propter qualitates diſpoſitiuas. Secũda propter conſeruatiuas. Tertia propter qualitates: ſecundas que reſultant ex commixtione primarum. Ponitur quarta particula propter noticias que inherent anime. Forma autem ſubſtantialis quedam eſt rei animate: alia eſt rei in animate. Rei animate plante. Bruti, hominis rei in animate. elemẽti, mixti, metali, lapidis, medij. Forma vero accidentalis eſt triplex, qualitas, quantitas, relatio.

## ¶ Prima ꝓprietas forme ſubſtantialis.

Aſſignat̃ prima ꝓprietas forme ſubſtantialis: et eſt forma ſubālis requirit in materia ad hoc ꝙ introducatur diſpoſitiones preuias. Iſta proprietas multis probatur rationibus. Primo dicit philoſophus ſecundo de anima actus actiuorum ſunt in patienti diſpoſito. Similiter ſecunda ratio. Materia prima eſt indifferens ad omnes formas ſuſcipiendas: ꝙ igitur recipiat hanc formam vel illam hoc prouenit: quia eſt diſpoſita qualitatiuis diſpoſitionibus ad hāc formā et non ad illam. Tertio probatur anima rationalis producitur in materia: et non producitur donec ſit materia diſpoſita per qualitatiuas diſpoſitiones: cuius ſignum eſt: quia ante quam infundatur anima rationalis in materia expectamus triginta, aut triginta quinqꝫ dies vel ampliꝰ ad hoc ꝙ anima rationalis infundatur in materia diſpoſita. Sed in oppoſitum iſtius proprietatis arguet et aliquis anima rationalis eſt forma: et tamen non prerequirit qualitatiuas diſpoſitiones ad hoc ꝙ introducatur: ergo proprietas eſt falſa: conſequentia eſt nota: et maior patet, minor probatur quia oppoſito dato: ſequeretur ꝙ anima rationalis educeretur de potentia materie: quod eſt cōtra Ariſto. 16. de animalibus dicētem ꝙ anima intellectiua de foris eſt: quod gloſant omnes ideſt non educitur de potentia materie. Itē tertio de anima inquit Ariſto. ꝙ ſi aliqua forma determinaret aliquam complexionem illa forma educeretur de potētia materie: ſed ita eſt per te de anima rationali: ergo anima rationalis educeretur de potentia materie: quodquidem omnes philoſophi habent tanquam reprobum.

Nota.i. ¶ Pro reſponſione ad hoc argumētum noto quattuor modos eſſe diſpoſitionum qualitatiuarum ad formam. Primus modus eſt diſpoſi qualitatiua vel intēſiua: et iſte modus diſpoſitionis requiſitus eſt quia non ſub qualicſtqꝫ intenſione caloris poteſt forma ignis generari. ¶ Secunda diſpoſitio eſt quantitatiua. Nam dicit Ariſto. ſecnndo de anima: omnium natura conſtontium dabilis eſt certꝰ terminus augmenti et decrementi. Nō enim vidimus aliquādo homiuem tam magnum ſicut eſt elephans: nec tam paruum vt formicam. ¶ Tertia diſpoſitio eſt eſt diſpoſitio conſeruatiua de qua dicit Philoſophus in libro de longitudine ⁊ breuitate. Generatio eſt prima participatio anime in calido. Uita autem eſt per manſio illius. ¶ Quarta diſpoſitio organica: et talis maxime reperitur in viuentibus: iuxta illud philoſophiphi. ſeptimo politicorum: id quod eſt viuere pluribus indiget organis: et ſecundo de anima, anima eſt actus primus ſubſtantialis corporis phiſici organici potentia vitam habentis.

Nota.2. ¶ Notandū eſt ſecundo vnum egregium phiſicum ſcilicet quid educi de potentia materie. Pro cuius dclaratione ponam aliquas propo-
Prima ppō. ſitiones. Prima propoſitio: educi de potentia materie non eſt produci a materia. Iſta propoſitio de ſe patet, quia materia prima nullius eſt actiuitatis.
Secūda ꝓpoſitio. Secunda propoſitio educi de potentia materie nō eſt ꝙ ad ſui introductiōem requirat qualitates preuias. Nam ſic anima rationalis educeretur de potētia materie, quia reqnirit qualitates preuias.
Tertia ppoſitio. Tertia propoſitio educi de potentia materie non eſt produci ab agenti materiali. Nam forma muris genita ex putrefactione educitur de potentia materie ⁊ tamen nō producitur ab agenti materiali: nō enim terra producit talem formā, quia imperfectius cauſaret perfectiꝰ: quod eſt contra Ariſto. ſeptimo metaphiſice dicentem nihil agit vltra ſuam ſpeciem. nec producitur a celo: quia celum eſt inanimatū et imperfectius mure: ſed certe illa forma muris producitur a ſolo deo.
Quarta ppō. ¶ Quarta propoſitio educi de potentia materie non eſt vt credit Ludouicus Coronel ꝙ qualitates diſpoſitiue concurant actiue inſtrumētaliter ad productionem forme. Dicit enim egregie ꝙ in productiōe ceterarum formarum omnium concurrit deus atqꝫ qualitates diſpoſitiue concurrunt actiue inſtrumentaliter. Sed in productione anime rationalis ſolus deus: non concurrente aliqua creatura, nec actiue principaliter: neqꝫ actiue inſtrumentaliter. Sed hec opinio quāuis ſit valde egregia et ſubtilis non placet: quia multa ex ea ſequuntur inconuenientia. Primo ſequitur contra Ariſtote. ꝙ ſol et homo nō generant hominem: quod dixit philoſophus ſecundo phiſicorum: et ſequella patet: quia ſi hō nihil facit niſi decidere ſemen ⁊ applicare actiua paſſiuis. erit ſicut applicans ligna igni qui non dicitur ignem generare. Item ſequeretur ꝙ ille qualitatiue diſpoſitiones preuie non eſſent ad animam rationalem, ſed ad formam bruti vt ipſe concedit: ſed melius mihi apparet ꝙ ille qualitatiue diſpoſitiones ſunt, vt anima rationalis, poſtea per illas operetur.
Quinta ppō ¶ Quinta propoſitio: Educi de potentia materie non ſolum eſt ꝙ qualitates diſpoſitiue concurrāt ad informationem, ſed etiam ad productionem forme actiue inſtrumentaliter. Sed nō educi de potentia materie eſt, ꝙ qualitates diſpoſitiue duntaxat concurrant ad informationē: ſed non ad productionem. Pro quo notādum eſt: ꝙ ſtat eundem effectum videlicet illam vnionem informationis eſſe effectum formalem vnius cauſe: et eſſe effectum cauſe effecientis reſpectu alterius verbi gratia ille effectus qui eſt inheſio eſt effectus formalis reſpectu albedinis et eſt effectus cauſe efficiētis reſpectu dei. Sic etiam ipſa informatio anime rationalis eſt effectus formalis anime rationalis: et eſt effectꝰ cauſe efficientis inſtrumentalis reſpectu qualitatum diſpoſitiuarum. Ex quo infertur ꝙ generatio hominis ab homine non conſiſtit in hoc, ꝙ vnus homo generet animam alterius: ſed in hoc ꝙ qualitates diſpoſitiue ſeminis deciſi faciāt vnioneꝫ forme ad materiam. Namqꝫ ad generationem hominis non requiritur animam de nouo produci: ſed animā informare materiam. Nam ſi dominus deus feciſſet ab eterno vnam animam, et ſtaret in materia intime preſentialiter nondum eſſet homo. Si tamen in hoc inſtanti anima informaret materiam: in hoc inſtanti eſſet homo ⁊ generaretur homo quequidē ſententia eſt Gregorij ariminenſis primo ſenten. diſtin. quinta cōtra Okam. Et hoc etiam probatur per regulam thopicam ſicut oppoſitum in oppoſito ſic propoſitum in propoſito. Nam ſicut quando deficiunt qualitatiue diſpoſitiones vt calor naturalis anima a corpore ſeparatur. Ita etiam quando ipſe ſunt bene diſpoſite anima informat ipſam materiam.

¶ Et ſic eſt finis primi phiſicorum.

## ¶ Incipit ſecundus liber phiſicoꝝ.

Tex.cō.i. **Textu cōmenti primi.** Eorum que ſunt: alia quidem ſunt natura. Alia vero ꝓpter alias cauſas. Natura ſunt animalia quecꝫ: et partes ipſorū et plante: et ſimplicia corpora: vt terra, ignis, aer, aq̄. hec n. et hmōi eē natura dicimus.

In hoc ſecundo phiſicoꝝ Ariſtoteles vult ꝓbare: ꝙ materia forma ⁊ priuatio ſunt de conſideratione philoſophi naturalis: ad quod ꝓbandum affert talem rationem: quicquid habet rationem nature eſt de conſideratione philoſophi naturalis: ſed materia et forma et priuatio habent rationem nature: ergo ſunt de conſideratione philoſophi naturalis: maior nota ē: minor probatur ad quā premittit quid ſit natura: et pro declarando definitionem nature premittit aliquas differentias entium artificialium ⁊ naturalium: Ex quo infert quid ſit natura. Dicit ergo eorum que ſunt: alia ſunt natura ſcilicet conſtantia. Alia vero ob alias cauſas ſcilicet caſum: et voluntatem: et artē: ⁊ ita exponit Auerrois ponit exemplum eorum que natura conſtant ſcilicet queddam ſunt animalia: et partes ipſorum et plante: ⁊ ſimplicia corpora: vt terra: aer ignis: aqua et huiuſmodi eſſe natura dicimus. ¶ Omnia autem que predicta ſunt videntur differentia ad non natura exiſtētia, quequidem enim natura ſunt omnia vidētur habentia in ſeipſis principiū motus et ſtatus hec quidem ſm locum: illa vero ſecundum augmentum et decrementum: quedam autem ſm alterationem) Monſtrat differentiam naturalium ab artificialibus: ꝙ naturalia habēt in ſe principium motus: non vero artificialia in quantum huiuſmodi. Dicit preterea philoſoph⁹ ꝙ quedam naturalia ſunt principia ſolum motus localis: et talia ſecūdum Cōmentatorem ſunt quattuor elementa: et corpora habentia animas et ſupercelestia. Secundum augmentum vero habent in ſeipſis principium vegetabilia. Secundum vero alterationem habēt in ſeipis principium corpora compoſita quantum ad formam: ſimplicia vero quantū ad materiam: de quo poſtea erit ſpeculatio.

Tex.cō.2 **¶ Textu commenti ſecundi.** ¶ Lectulus autem et indumentum: et aliquod huiuſmodi genus eſt: ſecūdum quod quidē ſortitum eſt in predicationum vnaquacꝫ et in quantum eſt ab arte: nec vnum habet impetum mutationis innatum. Secundum autem ꝙ cōtingit ipſis lapideis aut terreis eē aut mixtis ex his habent tantum). Dicit philoſoph⁹ ꝙ artificialibus in quātum contingit ipſis adeſſe naturalia contingit habere principium motus ⁊ quietis vt ſcanno in quantum lignum eſt: et figure hercu lis in q̄tū lapidea eſt cōuenit deorſum deſcendere.

Tex.cō.3 **¶ Textu cō. 3. Eſt igit̃ natura principiū** alicuius et cauſa mouendi et quieſcendi in eo in quo eſt primum ⁊ per ſe et non ſm accidens). Dico autem non ſecundum accidens cum fiat vticꝫ ipſe ſibi aliquis cauſa ſanitatis cum ſit medicus: ſed tamen non ſecundum quod ſanatur medicinam habet ſed accidit eundem medicum eſſe et ſanari: vnde ⁊ diuidūtur aliquando ab inuicem. Similiter autem et aliorum vnumquodcꝫ que fiunt nullum enim ipſorum habet in ſeipo factionis principiū: ſed alia quidem in aliꝭs et ab exteriori vt dom⁹ ⁊ aliorum manu factorum vnumquodcꝫ. Alia autem in ſeipſis quidē ſed non ſm ſeipſa quecuncꝫ autem ſm accidens fiūt cauſe ſunt vticꝫ ipſis: eſt igitur natura quod dictum eſt.) Philoſophus impreſentiarum ponit diffinitionem nature in qua dicit: ꝙ natura eſt principium et cauſa etc̄. Vult dicere ꝙ illud eſt natura quo mediāte differunt naturalia a non naturalibus: ſed mediāte illo quod eſt principium et cauſa mouendi et quieſcendi differunt naturalia a non naturalibus: ergo natura eſt principium mouendi et quieſcendi etc̄. Dicit non ſm accidens: ad differentiam artis medicine in mente medici qui ſanatur a ſeipſo. Nam quāuis ille habitus ſit principium et cauſa ſanandi illuꝫ medicum: non tamen primo ⁊ per ſe ſed ſm accidēs accidit enim vt qui ſanatur ſit medicus: Et ſic dicit Philoſopus ſe habere alia artificialia que per inciſionem et ſculpturam operantur.

**¶ Textu commenti quarti. Naturā** Tex.c.4 autem quecūcꝫ huiuſmodi habent principiū: et ſunt hec omnia ſubſtantia: ſubiectum enim eſt quodam: et in ſubiecto ē natura ſemper.) Vult dicere philoſophus quid ſit habens naturam: ⁊ dicit naturā autem habent quecūcꝫ huiuſmodi habēt principium. i. natura addit autem omnia hec ſunt ſubſtantie ſcilicet tam natura quam habens naturam: et nequis crederet ꝙ omnis natura eſſet eodem modo ſubſtātia. Dicit ꝙ duplex eſt natura: altera ſicut ſubiectum et potentialis: reliqua vero ſicut forma et exiſtens in ſubiecto quod eſt eſſe ens in actu: Unde ſequitur ꝙ iſte terminus natura analogice dicatur de forma et materia.

**¶ Textu commenti quinti. Secūdū** Tex.c.5. autem naturam ſunt et hec. Et quecuncꝫ his inſunt ſm ſe: vt igni ferri ſurſum. (Hoc enim natura quidē non eſt: nec habet naturam: ſed a natura et ſm naturam eſt.) Vult dicere philoſophus quid ſit ens ſm naturam: et vocat entia ſm naturam ipſa accidētia: et per ſe paſſiones et ꝓprietates ſequentes illam naturam.

**¶ Textu commenti ſexti. Quid quidem** Tex.cō.6 igitur natura ſit dictum eſt: et quid quidem natura et ſm naturam. Si autem eſt natura tētare demonſtrare ridiculum eſt: manifeſtum enim eſt ꝙ huiuſmodi rerum ſunt multa. Demonſtrare autem manifeſta per īmanifeſta non potentis iudicare eſt ꝓpt̄ ipſum et non ꝓpter ipſum cognitum: ꝙ autem cōtingat hoc pati non īmanifeſtum eſt. Sylogizat enim aliquis vticꝫ: cum natus ſit cecus de coloribus: quare neceſſe eſt huiuſmodi de nominibus habere rationem nihil autem intelligere.) ¶ Vult dicere philoſophus ꝙ naturā eſſe eſt per ſe notum: adeo ꝙ qui vult demonſtrare naturam eſſe probat manifeſtum per īmanifeſtum: et in veritate non dignoſcunt quid eſt per ſe notum et quid non eſt per ſe notum: et hoc non eſt mirabile ꝙ tales homines reperiantur. Nam iſti ſolum apprehendunt vocabula: et non iudicant rem. Comparat autem hos homines cecis diſcentibus ſcientiam de coloribus quibus contingit apprehendere voces nihil autem intelligere: quia vt dicit philoſophus primo poſteriorum: deficiente ſenſu deficit ſcientia de ſenſibilibus talis ſenſus.

Primum dubium

¶ Sed quamuis hec diffinitio nature fuerit a nobis recte explicata primo phiſicoꝝ nō inutiliter faciemus: ſi modo eam ex amuſim explicemus. Primo enim dubitaret aliquis circa illam particulam eius in quo eſt: quia celum non mouetur violenter, ⁊ tamen non mouetur a principio intrinſeco, ſed ab extrinſeco: cum moueatur ab intelligentia ⁊ motore ſeparato: dicendum ꝙ motus celi poteſt dupliciter dici naturalis. Primo ratione motoris qui eſt quaſi appropriatus: ideoqꝫ celum dicitur animatum quia influitur ei motus ab intelligentia: qui motus eſt opus vite. Secundo modo poteſt dici naturalis ex parte mobilis: quia cum nec ſit graue nec leue: non mouetur a medio, nec ad medium: ergo circa medium: ꝙ vero dicebatur ꝙ motor celi eſt ſeparatus verum eſt: quia non facit vnum cum celo, ſed non ꝓprie eſt ſeparatus cum ſit quaſi anima eius dās celo figuram et motum: et non potens ab illo dimoueri.

Secūdū dubium.

¶ Secundo dubitatur ſi natura eſt principiuꝫ quietis: et videtur ꝙ non: quia in celo eſt natura vbi non eſt principium quietis: ſed ad hoc multifariam dici poteſt. Prīo vt Auicena in ſua ſufficientia: ꝙ intelligi debet. et. p. vel. Qui intellectus vt dicit Nimphus ſanat ſenſum, licet deſtruat verba. Secundo dici poteſt vt Auerrois ꝙ natura dicitur equiuoce ⁊ eius diffinitio eſt equiuoca de natura celeſti et inferiori: ideoqꝫ eius diffinitio eſt equiuoca. Nam in aliquibus natura erit principium motus et quietis: in aliquibus vero motus tantū: et motus non eodē modo: quia in aliquibus eſt principiū motus ſm locum tantū: in aliquibus vero eſt principiuꝫ ſm augmentationē: in aliquibus vero ſecundū alterationē. Tertio poſſemus dicere ꝙ celū non mouetur ſm ſe totū quia ſemper eſt in eadē diſtantia ad centrū: ſed bene mouetur ſm partes. Vel dic vt Auerrois ꝙ celuꝫ eſt in potentia ad motuꝫ partialē: vt verbi gratia craſtinū ⁊ eſt in potentia ad quietē partialem: vt eſt priuatio motus heſterni.

Tertium dubium.

¶ Iterū dubitaret aliquis vtrum natura ſit principium motus et quietis per ſe: quia videtur ꝙ grauia non moueant ſe deorſum eo ꝙ ipſa grauia non ſic mouentur niſi remouendo prohibens ſed cauſa remouens ꝓhibens eſt cauſa per accidēs: Dicendum ad hoc de mente Egidij romani: et Doctoris ſancti ꝙ grauia et leuia mouentur per ſe a generante. Nam generans dando formam grauis ipſi graui dat ei ꝙ moueaꝛ deorſum: nec tamen illud graue data ſibi forma eſt in potentia eſſentiali ad locum deorſum: ſed de per accidens: imo de ſe ſemper eſt deorſum: et notat ꝙ forma grauis ſe habet per ſe reſpectu illius motus quaſi vt principiū formale.

Quartuꝫ dubium.

¶ Deinde dubitaret aliquis quomodo ponitur nō per accidens cum ponatur per ſe. Ad quod dicitur cū Cōmentatore ꝙ ille tres particule integram vnam differentiam et non inepte adduntur quia habent ſe ſicut ſuperius et inferius. Nam hec non per accidens eſt ſuperius ad ly per ſe. Nam voco per accidens indeterminatum quomodo album fit ex dulci per accidens quia non magis fit ex dulci quam ex amaro: ſꝫ licet albuꝫ non fiat ex nigro de per accidens: non fit tamen ex nigro per ſe: ſed ex albo in potentia vt primo libro tetigimus: quia album in potentia ſemper eſt coniunctum colori nigro vel medio. Per ſe autē ſuperius eſt ad ly primo quia remus mouet nauim ꝑ ſe: ſed non prīo quia principaliter homo.

Quintuꝫ dubium.

¶ Preterea dubitaret aliquis vtrū de omni motu intelligatur cum dicitur ꝙ natura eſt principiuꝫ motus: ad quod dicitur ꝙ natura in quibuſdam eſt principium motꝰ localis tantū vt in ſimplicibus: in quibuſdaꝫ vero natura eſt principium motus augmenti vt in plantis: in quibuſdam vero eſt principium motus ſm alterationem: per quod intellige generationem et corruptionem vt in mixtis: in ſimplicibus vero eſt principium intrinſecum alterationis merito materie. ¶ Sed diceret aliquis quomodo poteſt aliquid eſſe principiū generationis intrinſecum: Quia nihil ſeipſum facit nihil ſeipum gignit: vt Auguſtinus tertio de trinitate capi. 3. Dicendum ꝙ in animalibus que decidunt ſemen habetur principium intrinſecum generationis quoniam pars ſubtilis concurrit mere actiue in ſemine et pars groſſa mere paſſiue.

Sextum dubium

¶ Preterea dubitaret aliquis vtrū forma artificialis poſſit eē principium motus per ſe: et videtur ꝙ ſic: quia figura piramidalis vel rotunda magis conducunt ad motuꝫ. Ad hoc dicit Auerrois ꝙ non concurrit illa figura ad motum ſed ad modum motus: videlicet velocitatem. Eternitatem. Si enim illa figura non eſſet coniuncta leuitati vel grauitati non moueret deorſum nec ſurſum. Idem dicatur ꝙ figura ſeu ars nunꝙ eſt principium intrinſecuꝫ motus: ſed modi motus: ſic dicatur de arte ſaltandi. Nam per arte non mouent brachia: ſed certo modo mouent.

Dubium ſeptimuꝫ

¶ Dubitatur preterea ſuper dicto quoddam Auerrois in iſta parte vtrum quēadmodum ſimplicia corpora habent principium intrinſecum actiuum ſui motus localis: ita habent principium actiuum ſui motus alterationis et videtur ꝙ ſic: duplici argumento de aere condenſato: qui ab intrinſeco deducit ſe ad priſtinam raritatem. Reſpondent aliqui vt Burleus ꝙ illud eſt ō per accidens vt tendat in maiorem locum. Sed poſſumus dicere cum Auerroe tertio celi cōmento. 67 et ſecundo de anima cōmento. 125. ꝙ accidētia quedam nullo modo per ſui variationem variant formā ſubſtantialē vt figura et raritas: et taliū bene eſt pncipium actiuum elementum: ſed quedam ſunt que variant ſm ſuum eſſe intenſum et remiſſum formam ſubſtantialem: et talia ſunt qualitates prime: et alterationis earum non eſt principium intrinſecū elemētum. Hoc dicit Nimphus de mente Auerrois: Sed ego melius dicerem ꝙ alterationis diſconuenientis ſimplex non eſt actiuum: conuenientis tamen et imanentis recte quidem: ideoqꝫ non placet Auerrois dicens ſecundo de anima cōmento. 115. ꝙ cū aqua alteratur reducēdo ſe ad priſtinā frigiditatē non alteratur in ſubſtantia: ſed in vaporibus cōmixtis ques ablato calefacienti ipſa reducit vt prius ad frigidieatē cū auxilio medij, nec putat eſſe inconueniens Nimphus ꝙ continens non ſub forma ꝓpria: ſed vt inſtrumētū nature vniuerſalis agat aliq̄d vltra gradū propriū quod prouenit ex aptitudine paſſi vt eſt in aqua que inclinatur ad maiorē frigiditatē quam ſit aeris melior tamen eſt ſolutio noſtra.

Octauuꝫ dubium

¶ Queritur hic a doctoribus: an artificialia diſtingantur alibus: et videtur ꝙ ſic autoritate philoſophi in hoc loco dicentis: ꝙ naturalia habent ī ſe principium ſui motꝰ: et artificialia ſm ꝙ huiuſmodi non habent principium intrinſecum ſui motus: ergo artificialia non ſunt naturalia. Secundo probatur illudmet naturalia ſunt ſubiectū artificialiū: ergo diſtinguntur ab artificialibus. Tertio ars eſt habitus cū recta ratione factiuus: ergo arti

fex facit aliquid: et nõ niſi formã ſuperadditã: ergo
intentum: probo primã conſequentiam: quia bene
ſequitur Polycletus facit ſtatuã: ergo facit aliquid
ab inferiori ad ſuũ ſuperius: ſed in oppoſitũ arguũt
nominales querendo de illa forma artificiali ſi eſt
ſubſtantia vel accidens: ſi primũ eſſet idẽ ꝙ res natu
ralis: ſi vero accidens peto vel eſt totũ in toto et in
qualibʒ pte vel ps ꝑfuit ĩ lignis ⁊ alia lapidibꝰ vel ſit
tota ſimul: ſi primũ ſequitur ꝙ nõ diſtingueretur for
ma artificialis a formis naturalibus: ſi ſecundum ſe
quitur ꝙ quodlibet lignum et lapis acquireret ali-
quã formã de nouo cũ domus cõpletur quod eſt fal-
ſum: quia aliquod lignũ poteſt fieri pars domus per
ſolũ motũ localem ĩmo ſine tali motu locali. ſecundo
vel ſubiectũ forme domus eſt diuiſibile vel indiuiſi-
bile: non ſecundũ quia forma artificialis eſt diuiſibi-
lis: ſi primũ ſequitur eius ſubiectũ fore materiã for-
mã aut compoſitũ: et ſic ſuũ ſubiectũ eſt trina dimẽſio
ne dimenſuʒ: ergo et accidens erit eadẽ trina dimẽ-
ſione dimenſum: quod eſt contra Cõmentatorem. 12.
meta. dicentẽ. Natura agit in corpore toto: ars vero
in extremitatibus eius. ¶ Dicẽdũ breuiter ad queſ
tionẽ ꝙ forma artificialis eſt accidens ſm̃ reales ab
ſolutum: et eſt de quarta ſpecie qualitatis: hoc dicũt
reales: ſed nominales quod credo verius reſecãtes
oĩes ſuperfluitates aiunt formã artificialẽ nõ diſtin
gui a naturali: imo ſcannũ eſſe lignũ ſic figuratum: ⁊
ideo ad rationes ante oppoſitũ dicunt. Prio ad pri-
mam dicas ſolum ꝓbare ꝙ artificialia diſtinguant̃ a
naturalibus ratione. Ad ſecundã dicitur ꝙ eſt falſuʒ
naturalia ſunt ſubiectuʒ prime intentionaliter: ſʒ be
ne ſecunde intentionaliter: quia nomen ſignificans
artificialia verificatur de ſubiecto. i. de termino ab-
ſoluto vel minus connotatiuo. Ad tertium ars eſt ha
bitus cum recta ratione factiuus non intelligas ali-
cuius rei: ſed ſatis eſt cuiuſdam tal'r ſe habere.

Dubitat̃ vtrum na turam cẽ ſit ꝑ ſe no tum.

¶ Dubitatur vtrum naturam eſſẽ ſit
per ſe notum: et Ariſtoteles tenet naturam eſſe eſſe
per ſe notuʒ. Auicenna tamen arguebat in libro ſue
ſufficientie ꝙ diffinitio nature non erat ꝑ ſe nota hoc
modo Ariſtoteles probat ꝙ omne motum habet mo
torem. 7. huius igitur non eſt per ſe manifeſtũ aliqd
habere principium ſui motus: ſecundo. Ariſtoteles
7. phiſicoruʒ dicit ꝙ de corporibus ſimplicibus eſt
dubium vtrũ habeant motorem: et per conſequens ẽ
dubium vtrum habeant principium ſui motus. Ter
tia ratio eſt iſta. Ariſtoteles tertio celi et mundi pro
bat elementa habere grauitatem et leuitatem ⁊ ſic
probant ꝙ habent principium ſui motus nõ eſt ergo
manifeſtũ ꝙ habent principia ſui motus: et per con-
ſequens diffinitio nature non eſt manifeſta. Pro ſolu
tione iſtarum rationuʒ Auicenne noto Ariſtotelem
voluiſſe dicere vt exponit Cõmentator in eodem cõ
mento tertio huius ꝙ nunꝗ Ariſtoteles ꝓbauit cor-
pora naturalia moueri ex ſe: et non ex aliquo extrin
ſeco. Sed ꝓbabat corpora naturalia hẽre in ſe prin
cipium diſtinctum ſui motus: diſtinctum inquã reali
ter a moto contra Platonem dicentẽ ꝙ aliquid mo-
uet ſeipſum primo et per ſe. ſ. anima: ita ꝙ nulla eſt
differentia inter motorem et mobile: non ergo ꝓba
uit philoſophus. 7. phiſicorum ꝙ omne motum habʒ
motorem: ſed ꝙ habet motorem diſtinctum a ſe nec
ꝓbabit tertio celi elementa habere grauitatẽ et le-
uitatem: ſed declarauit grauitatem et leuitatem di-
ſtingui ab elementis: et conſequenter elementa mo-
ueri a principio diſtiucto a mobili. Dicimꝰ ergo ne-
minem dubitare aliquid habere in ſe principiũ mo
tus: ſed dubitare vtrum habeat principium motus
diſtinctum a mobili.

Quod ꝑ ſe notũ po teſt dmõſ trari ſyllo giſmo hip potetico.

¶ Sed adhuc inſtatur naturam eſſẽ
eſt demonſtrabile ſaltem ſyllogiſmo hyppothetico:
ergo non eſt per ſe notum: conſequentia eſt nota: pro
batur antecedens. Hoc modo demonſtrata eſt natu
ra a philoſopho in textu. Si naturalia ſunt illa que
habent principium quo moueãtur ⁊ quieſcunt ex ſe
et per ſe: et natura eſt illa qua mouẽtur et quieſcũt
naturalia. Natura eſt principium et cauſa monendi
et quieſcendi eius in quo eſt ⁊c. Dicit cõmẽtator iſte
ſyllogiſmus eſt a poſteriori quia ꝓbatur per res na-
turales: et ꝗuis iſta diffinitio ſit concluſio demonſtra
tionis: non tamen ſequitur ꝙ non ſit per ſe nota quia
vt dictuʒ eſt in prioribus analecticis per huiuſmodi
ſyllogiſmos hyppotheticos nullum ignotũ declarat̃
omnino: ſed vtuntur ad confirmandum illud quod ẽ
manifeſtum per ſe cuʒ indiget modicula immutatio
ne ſicut vſitat̃ diuiſio et inductio ſicut ergo per indu
ctionem ꝓbantur principia: et per diuiſionem diffi-
nitiões nõ obſtante ꝙ principia et diffinitiones ſunt
per ſe note: ita per ſyllogiſmum hyppotheticum de-
monſtrari poteſt diffinitio nature: non obſtante ꝙ ſit
per ſe nota: cum ſyllogiſmus hyppotheticus nunquã
declarat aliquod ignotum: ꝙ aũt inductio ꝓbet prin
cipia et diuiſio diffinitionem patet per Ariſtotelem
ſecundo poſteriorum inueſtigantem diffinitionẽ per
viam compoſitionis et diuiſionis et dicenteʒ ex expe
rientijs ſingularium generaſſe vniuerſale: quod eſt
principium artis vel ſcientie: ꝙ autem naturam eſſe
probetur ſyllogiſmo hyppothetico: ꝓbatur hoc mo-
do: illud quo mediante differunt naturalia a non na
turalibus: eſt principium et cauſa mouendi et quieſ
cendi etc. Sed natura eſt huiuſmodi ergo. Dubita
tur circa hoc quod dicit Cõmentator ꝙ nullum om-
nino ignotum probatur per ſyllogiſmum hyppothe-
ticum quoniam primum motorem eſſe eſt de ſe igno
tum: nec ante demonſtrationem cognoſcitur et tamẽ
ꝓbatur per ſyllogiſmuʒ hyppotheticum ſic: ſi nõ con
tingit ꝓcedere in infinitum in mouentibus ⁊ motis.
primus motor eſt ſed non contingit procedere in in
finitum in mouentibus et motis: igitur primus mo-
tor eſt. ¶ Reſpondetur ꝙ iſte non eſt ꝓprie ſyllogiſ-
mus cathegoricus nec hyppotheticus ſm̃ Cõmenta
torem cum non fiat ex tribus terminis ſed tantuʒ ex
duobus arguendo a conditionali cum ſuo antecedẽ
te ad conſequens eiuſdem: ſed ſyllogiſmus Cõmen-
tatoris bene fuit ex tribus terminis. ſ. natura: entia
naturalia: et principium motus et quietis: ⁊ dari po
teſt exemplum in alijs: vt ſi corpus animatum habet
in ſe primum principium quo nutritur: et anima eſt
illud quo primo nutritur corpus animatum neceſſe
eſt ꝙ anima ſit primum principiũ nutritionis: ⁊ equi
ualet ſemper talis ſyllogiſmus vni ſyllogiſmo cathe.
videlicet: oĩe illud quo primo nutritur corpus ani
matum eſt principiũ nutritionis: anima eſt illud quo
primo nutritur corpus animatum: igitur anima eſt
primum principium nutritionis et per talẽ ſyllogiſ-
mũ nunꝗ concluditur ignotũ ſimpliciter: ſed illõ qđ
erat notuʒ ante demonſtratione ſit magis notũ licet
in modico et roboratur per talem ſyllogiſmũ: vnde
indubie ante formationẽ talis ſyllogiſmi hyppothe-
tici vel cathegorici ſcitur aĩaʒ eſſe primũ principiuʒ

nutritionis per hoc qȯ videmus oīa corpora aīata
nutriri et oīa corpa inaīata non nutriri.

Utrum oē mixtuꝫ ſit ab intrinſeco corruptibile.

¶ Dubitatur preterea circa illud qȯ
dicebat mixta habere in ſe principiū motiuū ſue al
terationis et corruptionis: vt dicit Auerrois in iſta
parte: et videt ꝙ nullū aīal poſſit habere principium
intrinſecum motiuū ſue corruptionis: aucte Auerro
is primo phiſi. cōmento ſi. vbi dicit. Omne ens dili
git ſe permanere et corrumpenti reſiſtere. Et idem
ſentit Boetius. 3. de cōſolatione: Oē aīal perniciē
morteq̄ꝫ deuitat. In oppm̄ tñ eſt Auerrois in iſto lo
co. Pro declaratione iſtius qōnis noto aliquas ppō

Pria ppō

nes. Pria ppō. Impoſſibile eſt aliquod ſimplex cor
pus exiſtens in ſua puritate naturali corrūpi a ſeipſo
quia oīs actio fit rōne contrarietatis: ſꝫ ibi vna ps
non contrariatur alteri cū totū ſit homogeneum ſub

Secūda ppoſitio.

ſtantialiter ⁊ qualitatiue. ¶ Secūda propoſitio be
ne ſtat aliqua mixta fore hōgenea ſubſtantialiter: vt

Tertia ppō

patet de lapide: de ſanguine: et de carne. ¶ Tertia
ppō. Nullum mixtum poteſt eſſe homogeneum qua
litatiue: pꝫ quia quocūq̄ꝫ mixto dato illud de neceſſi
tate habet partes calidiores et minus calidas: et ꝑ
hoc adducitur egregia ratio domini Gentilis. fen.
prima primi doctrina tertia de complexionibus. c. 1.
Oīs forma que generatur retinet aliquas quali-
tates amicas forme corrupte. Sed forma mixti ge
neratur in materia que retinebat formas cōtrarias
ergo quādo forma mixti ꝑducitur retinebit in ma-
teria qualitates ſibi inuicē aduerſantes quare cor-
rumpetur maior ponitur ab Anges ſecundo de cau
ſis et experientiis comprobatur quoniam aqua vite
facta ex vino rubeo eſt calidior quam ex vino albo:
quia retinet fortiores qualitates vini rubei et aqua
roſata roſis albis effecta eſt frigidior quaꝫ facta ex
roſis rubeis: ⁊ tyriaca ē venenoſa ſi ſumatur a perfe
cte ſanis quia retinet nevenoſitatem tyri. Minor ꝓ
batur quia materia mixti eſt quattuor materie ele-
mentoꝝ congregate. Et conſequentia patet ex dicto
Saluatoris dicentis. Omne regnū in ſeipſum diui
ſuꝫ deſolabit et domus ſupra domū cadet. ¶ Quar

Quarta ppō.

ta ppō. Quia in mixto ꝯtingit reꝑiri ꝑtes calidio-
res et minus calidas calidiores agunt in minus ca-
lidas vt illas aſſimilent: et quia oēs cauſe calefaci
entes deſiccant tandem iſta deſiccatio tantum cre-
ſcet: vt corpus deficiente humiditate pereat et di-
ſoluatur et pars a parte ſeparetur quoniam humidi
tas eſt continuatiua partium mixti vt habetur ſecun
do de generatione. Ex quo infertur modus quo cali
ditas agit in humiditatem in animalibus non enim
cogitādum eſt qualitatem que ē caliditas agere in
qualitatem que eſt humiditas cum non ſint contra-
rie et actio fiat ratione contrarietatis ſꝫ nec cogitā
dum eſt ꝙ caliditas agat in humiditatem ideſt in
membrū humidum eiuſdem partis adequate: ſed
caliditas vnius partis agit in aliam partem vt aſſi-
milet ſibi paſſum ⁊ ſic calefit alia pars ex cuiꝰ calore
ſequit deſicatio et tandem mors. Sequit ſecundo
ꝙ nullum mixtum eſt corruptibile ab intrinſico ꝑ ſe
primo ſed de per accidēs et non primo quia ratione
alterius puta ratione partium contrarioꝝ et preter
intentionem quia nullū agens naturale intendit cor
ruptionem de per ſe ſed de per accidens qꝛ intēdit
de per ſe generationem et non poteſt fieri generatio
vnius quin fiat corruptio alterius et ſic intendit cor-
ruptionem de per accidēs.

¶ Textu commenti ſeptimi. Videt Tex. cō. 7
autem natura et ſubſtātia eoruꝫ que natura ſunt qȯ
primum ineſt vnicuiq̄ꝫ non formatum per ſeipſum:
vt lectuli natura lignū: ſtatue autem es. Signū autē
dicit Antiphon: quoniā ſi aliquis proiecerit lectum
deorſuꝫ et accipiat potētiā putreſcēs: vt vtiq̄ꝫ ſit ger
mē nō vtiq̄ꝫ fieri lectū ſꝫ lignū: tanq̄ꝫ dicat ꝙ ſecundū
accidens eſſe diſpoſitioneꝫ ſm̄. Legem ⁊ artem: ſub
ſtantiam autem illaꝫ que permanet hoc patiens cō
tinue. ¶ Si autem et horum vnumquodq̄ꝫ ad alterꝫ
aliquid idē hoc ſubſtinuit: vt es q̄dē ⁊ aurū ad aquā
oſſa autem et ligna ad terrā: ſimiliter autē et alioꝝ
quodlibet illam naturā eſſe et ſubſtantiā ipſoꝝ.) In
hoc textu vult Ariſtotels dicere ꝙ natura dicitur de
materia: quam probat ex teſtimonio Antiphontis
hoc modo: ponens ꝙ intendit probare ꝙ illud quod
ineſt prīo vnicuiq̄ꝫ nō formatu per ſe ipſum videtur
eē natura et ſubſtantia eoꝝ que ſunt a natura et qꝛ
materia eſt huiuſmodi ideo videtur quod materia ē
natura et ſubſtantia rerum naturaliū ſicut natura le
ctuli eſt lignū et natura ſtatue ē es. Deinde philoſo
phꝰ probat ſuum intentū per rationem Antiphontis
ſic ſicut ſe habet materia rerū artificialiū ad res ar-
tificiales: ita ſe habet materia reꝝ naturaliū ad res
naturales: ſꝫ materia reruꝫ artificialiū: eſt tota natu
ra et ſubſtantia rerū artificialium: et forma rerū ar-
tificialium eſt accidens: ergo materia rerū natura-
lium eſt tota natura et ſubſtantia rerum naturalium
et forme rerū nec nature nec ſubſtātie earū: huiꝰ ra-
tionis philoſophus ponit primo probationem mino-
ris. Secundo ponit maiorem in illo ſcilicet ſi aūt et
horū. Tertio concludit concluſionē ibi illā naturam
⁊c. Primo igitur probatur minor ſic illud quod per
manet et generat ſibi ſimile videtur eſſe ſubſtantia
et natura rei: et illud quod non permanet, nec gene-
rat ſibi ſimile non videtur eſſe ſubſtantia, nec natura
rei ſed natura rerū artificialium permanet et gene-
rat ſibi ſimile et forma non: ergo materia rerum arti
ficialium eſt ſubſtantia et natura earū et non forma.
Maior huius ſyllogiſmi probatur quoniam ſi lectu
lus ligneus proiiciatur in terram et putreſcēs acci
piat virtutē germinandi: germinabitur lignū quod
eſt materia et non lectulus ꝙ eſt forma tanquam di-
cat Antiphon. ſecundum legem et artem diſpoſitio-
nem ideſt formā eſſe ſecundū accidēs ideſt accidēs
ſubſtantiam autē illam que permanet: hoc eſt patiēs
continue ideſt continuo manens et patiens tranſmu
tationem: deinde ponitur maior rationis principa-
lis: dicens ꝙ eodē modo ſe habent naturalia ad ſuā
materiā, ſicut artificialia ad ſuam materiā vt, eodē
mō es et aurū ad aquā, oſſa et ligna ad terrā ſicut ⁊
ſtatua ad es: et lectulus ad lignum Concludit philo
ſophus: ꝙ illam ſcilicet materiam oportet eſſe natu-
ram et ſubſtantiam ipſam. ſ. rerum naturalium.

¶ Notādum eſt in preſentiarum ꝙ
philoſophus accipit hoc ex ratione Antiphontis ꝙ
materia ſit natura et non accipit ꝙ forma naturalis
non ſit natura: et ideo maior ratio Antiphōtis eſt fal
ſa ſi dicat omnimodam ſimilitudinem: quia materia
rerum artificialium eſt ſubſtantia et forma eſt acci
dens: et in rebus naturalibus tan materia quam for
ma ſunt ſubſtantie Textu cōmenti noni. ¶ Unde ſa
ne hi quidem terram: alii vero ignem: alii aerem di-
cunt: quidam autem aquam: quidam vero quedam
horum: ſed alii omnia hec naturam eſſe eorum que

ſunt ꝙ enim aliquis acceperit ipſorum huiuſmodi:
ſiue vnum ſiue multa:hoc et tanta dicit eſſe omnem
ſubſtantiam:alia autem omnia paſſiones iſtorum et
habitus et diſpoſitiones.) Uult dicere philoſophus
ꝙ quidam philoſophi aſſignabant pro principio ma
teriali quod eſt tota ſubſtantia rei ipſum ignem alij
terram alij aerem alij omnia ſimul reliqua omnia fo
re paſſiones.i.accidentia et horum.ſ.principiorum
materialiū quodlibet eſſe perpetuum non enim eſſe
mutationem ipſius ex ſe ipſis:hoc eſt non corrumpi-
tur vnum principiū in aliud loquendo de materiali-
bus:omnia autē alia corrumpi et fieri infinities:con
cludit vno quidem modo natura : ſic dicitur prima
materia habentium in ſeipſis principiū motus ⁊ mu
tationis.¶Textu cōmenti decimi.Et horum quidē
quodlibet eſſe perpetuū non enim eſſe mutationem
ipſius ex ſeipſis alia autem fieri et corrūpi infinities
vno quidē modo natura ſic dicitur:pria vnicuiqꝫ ſub
iecta materia habentium in ſeipſis motus princip-
um et mutationis.¶Textu cōmenti.ii..Alio autem
modo forma et ſpecies que eſt ſecundū rationem ſi-
cut enim ars dicitur quod eſt ſecundū artē et artifi-
cioſum:ſic et natura ꝙ ſecundum naturam dicitur et
ꝙ naturale,nec autem illud adhuc dicim⁹ habere ſe
cundū artem nihil ſi potentia tantū eſt ,vt lectulus.
Nondum enim habet ſpeciem lectuli nec eſſe ſecun
dum artē,neqꝫ in his que natura ſubſiſtunt : potētia
enim caro,aut os , nec habet adhuc ſui ipſius natu-
rā prius quā accipiat ſpeciē ſecundū rationē:quam
diffinientes dicimus ꝙ eſt caro,aut os,neqꝫ natura
eſt.¶Textu commenti duodecimi. Quare alio mo
do natura vtiqꝫ erit habentiū in ſeipſis motus prin
cipiū forma et ſpecies non ſeparabilis:ſed aut ſecū
dū rationē. Quod autē ex his natura quidem non
eſt ſed a natura vt homo.) Uult philoſoph⁹ probare
ꝙ forma ſit natura quod ſic probat quemadmodum
res non dicitur artificialis niſi habeat id quod eſt ſe
cundū artem ideſt formā artificialē ita res non dice
tur naturalis quando eſt in potentia caro,vel ,os,
vel aliquid aliud donec adueniat actus q eſt forma
ſubſtantialis:ergo forma eſt magis natura:quia eſt
ſecundum rationem ideſt per illā diffinitur,et quia
res ipſa naturalis magis denominatᷓ a forma quā a
materia q2 mā denoiatᷓ ens nāle ī potētia ⁊ a forma
ens ī actu ⁊ dicit formam nō poſſe ſepari a materia
realr̄ ſed ſecundū rationē ideſt abſtractione preciſi
ua.¶Textu cōmenti decimi tertij.Ampli⁹ ſit ex ho
mine homo:ſed non lectulus e lectulo. Unde dicunt
non figuram eſſe naturam ſed lignum quoniam fiet
vtiqꝫ ſi germinet non lectulus ſed lignū ſic ergo hec
eſt ars et forma eſt natura:ſit enim ex homine hō:di
cit ꝙ licet non fiat lectulus ex lectulo,vt Antiphon
dicebat:fit tamen homo ex homine,vnde verū eſt qđ
dicit ꝙ forma lectuli non eſt natura:ſed lignum qui ſi
lignū germinet non fiet lectul⁹:ſed lignum:ſicut igi-
tur hic forma que non reddit per germinationē non
eſt natura ſed ars: ita forma que reddit per germi-
nationē eſt natura:ſed forma rei naturalis reddit ꝑ
generatiōem fit enim ex homine homo:ergo forma
rei naturalis eſt natura.Tertia rō ponitᷓ ibi.¶Tex
tu cōmēti.14.Amplius autem natura dicta ſicut ge
neratio via eſt in naturam nō enim quemadmodum
medicatio dicitur non in medicinā via:ſed in ſanita
tem.Neceſſe quidē enim eſt a medicina non in medi
cinā eſſe medicatiōem:non ſic autē natura ſe habet
ad naturā:ſꝫ qđ naſcitur ex quodā ī quodā venit ſecū
dū quod naſcitur quod igitur in naſcitur nō ex quo
ſed in quod ,forma itaqꝫ natura eſt:q̄ talis eſt natu-
ra poteſt ſignificari vt generatio:puta ſi natura dica
tur natiuitas:ſic igitᷓ natura dicta vt generatio ideſt
natiuitas eſt via in naturā.Hec enim eſt differentia
inter actiones et paſſiones:ꝙ actiones denominan-
tur a principijs:paſſiones vō a terminis:vnūquodqꝫ
enim denominatur ab actu qui eſt principium actio
nis et terminus paſſionis:non enim ita eſt in paſſio-
nibus ſicut in actionibus,medicatio enim non dici-
tur via in medicinā ſed in ſanitatē : neceſſe eſt enim
ꝙ medicatio ſit a medicina:non in medicinā,ſed na
tura dicta ſicut generatio ideſt natiuitas non ſic ſe
habꝫ ad naturā ſicut medicatio ad medicinā:ſed ſe
habꝫ ad naturā ſicut ad terminū cū ſit paſſio. Idem
enim quod naſcitur a quodā in quodā venit in quan
tū naſcitur:vnde id quod naſcitur denominatur ab
eo in quod non ab eo ex quo id autē in quod tendit
natiuitas eſt forma:forma igitur eſt natura:ſed for-
ma et natura dupliciter dr̄.Etenim priuatio ſpecies
quodam modo eſt : ſi autem eſt priuatio et contra-
rium aliquid circa ſimplicem generationē,aut non
eſt poſterius:conſiderandū eſt:oſtendit ꝙ natura q̄
eſt forma dupliciter dicitur ſcilicet de forma incom
pleta et forma completa:et hoc patet in generatio-
ne ſm quid:vtputa cū aliquid ſit albū:nā albedo eſt
forma cōpleta:et priuatio albedinis ē quodāmodo
ſpecies in quantū coniungitur nigredini que eſt for
ma imperfecta.Sed vtrum in generatione ſimplici
que eſt ſubſtantiarū ſit aliquid qđ ſit priuatio et con
trariū ſimul:ita forme ſubſtantiales ſint cōtrarie vel
non tractabitur quinto phiſicoꝝ.

¶ Circa diffinitionem nature dubi
tatur vtrum forma ſubſtantialis ſit illa penes quam
attenditur actiuitas rei.Secūdo dubitatur vtrum
forma ſubſtantialis ſit principaliter actiua omniū
operationū tā immanentiū quā tranſeuntiū:tam cō
uenientiū quam diſconuenientiū.¶Ad primā queſ-
tionem dico ꝙ actiuitas attenditᷓ penes multitudi-
nē forme et non penes extēſionē nec intenſionē:quod
probatur. Primo doctor ſanct⁹ dicit ꝙ eſſentia vir
tus ⁊ operatio ſe inuicem conſequuntur:vbi plus eſt
de eſſentia plus eſt de virtute:et vbi plus de virtute
plus eſt de operatione:ergo actiuitas attenditur pe
nes multitudinem forme. Secūdo probatur plum
bum plus ponderat ipſa terra : et tamen non eſt
propterea quia habeat maiorem grauitatem:quia
omne graue ſimplex grauius ē quā mixtū:igitur eſt
quia plus habet de multitudine forme.Itē gelu pl⁹
infrigidat aqua et tamen aqua eſt frigidior et illud
eſt ex multitudīe forme. Itē vinū rubeū plus calefa
cit quā albū:quia habet plus de multitudine forme
et illud non eſt niſi quia ſub equali quantitate plus
habet de multitudine forme vinum rubeum:ꝙ autē
ſit calidius bene mōſtratur:quia aqua vite facta ex
vino rubeo eſt calidior quam ex vino albo hoc idem
confirmatur.Nam flamma ex ſtupa eſt calidior fer-
ro ignito tamen plus calefacit ferrum quia plus ha
bet de multitudine forme et ꝙ flāma ſit calidior fer
ro bene patet:quia ē ignis :ferrū vero nō eſt ignis.
itē aer eſt humidior aqua:quia humidus in ſummo
et tamē aqua pl⁹ humectat quia habet plus de mul-
titudine forme.Confirmatur adhuc,quia ſpirit⁹ vi
talis eſt calidior corde ⁊ tamē fit a corde minus ca
lido quomodo autē poteſt hoc eſſe niſi quia duo gra

dus caloris in corde ſint plus vel tantum ſũt quattu
tuor in ſpiritu vitali igitur actiuitas attenditur pe-
nes multitudinẽ forme et propter hoc dicitur a phi
loſophis ꝙ agens naturale ſepe facit paſſum ſibi di
ſimilem intenſione ꝓpter aſſimilandum in multitudi
ne forme nãqꝫ caliditas vt quattuor in ferro ꝓducit
ſex gradus caloris in ſtupa: hec tamẽ ꝓpoſitio acti-
uitas attenditur penes multitudinem forme dupli-
Inſtãtia.j cem inſtantiam habet. Prima inſtantia In rebus di
uerſarũ ſpecierum. Nam caliditas ſumma cum equali
multitudine forme actiuior eſt quam frigiditas; vt
Inſtan.2. octo cum tanta multitudine forme. Secunda inſtan
tia. Quando agens agit fortius et reſiſtit fortius ex
meliori ꝓportione inſtrumenti ad agens principale
Corpus enim temperatum minus calidum exiſtens
ipſo colerico plus reſiſtit cauſis infrigidãtibus que
nocere illi poſſunt quod quidem euenit licet minorẽ
calorem habeat quo ad multitudinem forme tempe
ratus quam colericus ꝓpter meliorem ꝓportionem
inſtrumenti ad agens principale: ¶ Hec autem ſen
tentia eſt Calculatoris Suiſeth: que ſic declaratur.
Datis duobus calidis eque extenſis et eque calidis
a. et. b. ſi. a. magis de caliditate contineat (quod tũc
ex maiore denſitate cognoſcitur) a. erit magis acti
uum quam. b. idem dicatur de duobus ignibus equa
libus: in eque de caliditate habentibus vnus erit ac
tiuior alio. Et ꝙ illud quod denſius eſt magis de for
ma contineat cognoſcitur ex hoc quia ſi ita rarum fi
at eſſet alio maius: et per conſequens conſtaret ma-
gis de forma in eo contineri. Ex quo ſequuntur ali-
Corr.i. qua corolaria. Primum: Dabile eſt aliquod infinite
calidum finite actiuitatis: ꝓbatur. Detur vnum cali
dum vt duo vniforme pedale: et caliditas prime par
tis ꝓportionalis rareſiat ad extenſionem totius: et ex
tendatur per totum: et caliditas ſecunde partis pro
portionalis tantum rareſiat et per totum extendit.
et ſic conſequenter de cuiuſlibet alterius partis pro
portionalis caliditate fiat per pertes ꝓportionales
vnius hore in cuius inſtãti terminatiuo illud calidũ
infinite calidum erit. Hoc conſtat quia habebit infi
nitas caliditates equales non cõmunicantes et erit
finite actiuitatis patet: quia antequam ſic diſponere
tur finite actiuitatis erat: et per illam diſpoſitionem
nihil caliditatis quam prius non habuiſſet ei fuit ad
ditum: ergo finite actiuitatis manebit poſtꝙ tota ac
tiuitas ex caliditate reſultabit. ¶ Sequitur ſecun-
Corr.2. do ꝙ aliquod finite calidum erit actiuis alio infini-
te calido: hoc claret dato calido diſpoſito ſicut ĩ pre-
cedenti corolario dicebatur: quod ſit. a. ſit. b. calidũ
vt tria vniformiter intenſum erit eo actiuius: et per
Corr.3. conſequens intentum habetur. ¶ Sequitur tertio
ꝙ dantur duo pedalia infinite calida et vnum actius
alio: hoc patet. a. diſpoſito ſicut in primo corolario di
cebatur ſi caliditates partium proportionalium. b.
rareſiant et extendantur per totum. b. ſicut diſpone
Corr.4. bantur caliditates partium proportionalium. Se
quitur quarto ꝙ aliquod infinite extenſum finite eſt
actiuitatis. Sequella ꝓbatur. Detur ignis pedalis
actiuitatis vt quattuor: cuius ſecunda pars ꝓportio
nalis rareſiat ad extenſionem prime: et tertia ad ex
tenſionem tantam ſicut ſecunda: ⁊ ſic de alijs per par
tes ꝓportionales hore: in fine hore ignis ille erit infi
nitꝰ et infinite actiuitatis: quia nihil de forma ignis
Corr.5. eſt acquiſitum: igitur. Sequitur quinto: ꝙ ignis fini
tus maioris eſt actiuitatis quam infinitus: hoc patet
ſi detur alius ignis pedalis actiuitatis vt quinqꝫ et
ſic ꝓcedatur ſicut in quarto dicebatur. Sequitur Corr.6.
ſexto ꝙ dantur duo ignes infiniti et vnus actiuior al
tero: hoc patet ſi ignis in quinto corolario tactus ra
reſiat vt ignis in quarto. Sequitur ſeptimo ꝙ ali- Corr.7
quid finite magnum infinite eſt actiuitatis. Sequel
la ꝓbatur. Sit vnum corpus infinite magnum vnifor
miter denſum. i. ꝙ oẽs partes equales equaliter ha
beant de materia: et ſit incboatum ab. a. puncto in in
finitum in oriens tale infinite magnum abſqꝫ dubio
eſt infinite actiuitatis. Ponamus igitur primum pe
dale intactum ſecundum condenſari ad ſubduplum
tertiũ ad ſubquadruplum: quartũ ad ſuboctuplum:
et ſic de alijs ꝓportionibus denominatis a numeris
pariter paribus in fine totum corpus erit bipedale
quod ꝓbatur quia illa corpora condenſata ſunt infi
nita habentia ſe in dupla ꝓportione: igitur tantum
eſt primum ſicut omnia alia dempto primo per regu
lam diuidendi per partes ꝓportionales dupla ꝓpor
tione: ſed primum eſt pedale: ergo reliqua oĩa cõ-
tinent vnum pedale. totum igitur erit vnum pedale:
et ita finite magnum infinite habẽs de materia et for
ma et ſic erit infinite actiuitatis quod eſt intentum.
Sequitur octauo ꝙ. a. et. b. ſunt equalia et eque cali Corr.8.
da: et. a. in infinitum erit calidius: et. b. in infinitum
fiet minus calidum: et tamẽ ſemper manebunt eiuſ-
dem actiuitatis et potentie: quod videtur magnum
inconueniens. Et ſequella ꝓbatur. Sit. a. calidum pe
dale: ſicut in primo corolario tangebatur: et cali-
ditates partium ꝓportionalium eiuſdem illo modo
diſponãtur per partes ꝓportionales vnius hore. Jã
a. in infinitum calidius fiet. conſtat: ſit. b. pedale cali
dum vt duo: et capiatur medietas totius caliditatis
extenſa per totum que eſt intenſa vt vnum et conden
ſetur ad ſubduplum et ponatur in vna medietate ip
ſius ſubiecti: et alia medietas caliditatis condenſe-
tur etiam ad ſubduplum et ponatur in alia medieta
te ſubiecti. patet intelligenti ꝙ illud ſubiectum erit
preciſe calidum vt vnum: quia in vnaquaqꝫ medieta
te eius duntaxat eſt caliditas vt vnum intenſa. Rur
ſus diuidatur illa caliditas ita intẽſa vt vnũ in duas
medietates extenſas per totum quarum quelibet eſt
preciſe intenſa vt dimidiũ et condenſetur ad ſubdu
plum et vna in vna medietate ſubiecti: et alia in alia
medietate ponantur totum erit calidũ vt dimidiũ:
et ſic conſequẽter de illis caliditatibus fiet per par
tes ꝓportionales vnius hore. b. in infinitum minus
calidum fiet, vel infinite remiſſe calidũ: quia vt vnum
vt dimidium vt vna quarta vt vna octaua: vt vna de-
cimaſexta ⁊ tamen per totam illam horã. a. ⁊. b. equa
lis actiuitatis et potentie manebunt: cum nullũ illo-
rum aliquid caliditatis (a qua inſurgit actiuitas)
amiſerit (hoc non eſt difficile cognitu) igitur. Sed
contra hanc opinionem ſic primo arguitur. Si. a. pe
dale rareſiat itaꝙ fiat bipedale et reſpectu puncti
medij ipſius aſſignetur vtrum paſſum e regione illiꝰ
puncti medij: hoc cum erat pedale vehementius ope
rabatur in punctum illud medium quã quando bi-
pedale: ergo non attenditur actiuitas penes multi-
tudinem forme. Conſequentia tenet quia nil ab illo
pedale diminutum eſt de forma et antecedens quod
egregie probat Mar. i. de generatione. q. 28. Sit
enim agens pedale. b. c. d. et rareſiat ad bipedale
dico ꝙ linee extremales pedalis in paſſum. e. ſunt ma
iores quam linee extremales bipedalis in paſſum. e.
patet quia ex illis cum baſſi efficitur triangulus: et
quia maior angulꝰ adeſt in extremis pedalis neceſ-

ſarium eſt ꝙ alia latera ſint maioꝛa: qnia maioꝛi angulo maius latus opponitur. Exemplum eſt de.d.a.comparata ad.e.vt patet in hac figura. Uide Marſilium pꝛimo de generatiune.q.28.Ex quo pꝫ quomodo intelligatur.

¶ Iſta pꝛopoſitio virtus vnita eſt foꝛtioꝛ ipſa diſperſa non eſt intelligenda ꝙ virt⁹ vnita ſit actiuioꝛ. Nam cũ bipedale nou habet plus de foꝛma quã pedale loquoꝛ de bipedali qð eſt condenſatũ ad pedale non habebit plus de actiuitate, ſed ſolũ habebit ꝙ ex vnione partiũ celerius agat Coronel credit ꝙ actiuitas attendatur penes multitudinem foꝛme et etiam vnionem partium ex quo infertur ab eo ꝙ agens naturale non agit pꝛopter aſſimilandũ in multitudine foꝛme ſed potius in actiuitate ſ; vrget replica contra pꝛincipalẽ tenentẽ ꝙ actiuitas attenditur penes multitudinẽ foꝛme. Nam ex illo ſequeretur ꝙ data vna re vniformiter q̃lificata poſſet quarta vna pati ab aliis tribus quia ille tres habent plus de multitudine foꝛme quã illa q̃rta et pꝛeſertim, quia ſi eſſent diſcontinuate agerent in illam: ergo et nunc exiſtentes continuate non minus agent. Reſpondeo ſi loquaris in mixtis caſus ẽ impoſſibilis qð detur mixtũ vniformiter q̃lificatum omne enim mixtum cũ fiat ex contrariis eſt etherogeneum q̃litatiue ideſt quaſdã ſui partes habet calidioꝛes ⁊ quaſdam minus calidas qua ꝓpter inter illas ſemper eſt actio et ideo omne mixtũ ab intrinſeco eſt coꝛruptibile ſi vero loquaris in elemẽtis dico ꝙ apetitus aſſimilandi ſibi paſſum in multitudine foꝛme ſemper eſt in paſſum extrinſecũ ſed intra ſe quodlibet agens appetitus maioꝛem vniformitatem poſſibilem quia mixta ſub maioꝛi vniformitate magis ſe conſeruãt vt patet de lapidibus: ſed tamen mixta pꝛopter maioꝛẽ diffoꝛmitatem min⁹ ſe cõſeruant et patet de hominibus ſtomachũ nimis frigidum et epar valde calidum et ideo argu.non cõcludit quia appetitus aſſimilandi ſibi paſſum eſt in extrinſecũ intra ſe tamen non habet illũ appetitum ſed potius ſe conſeruandi ſub vniformitate maioꝛi paſſibili et ideo in tali agente vniformi quedã partes nõ agunt in alias.

Secũdũ pꝛincipa. ¶ Secundo pꝛincipaliter arguitur capio vnũ coꝛp⁹ ſphericum equaliter habẽs de foꝛma ſicut vnũ coꝛpus quadratum: ⁊ ſint ambo grauia: ſphericũ ſi ponatur ſuper aquam petet fundum: quadrangulare vero ſupernatabit: ergo actiuitas non attenditur penes multitudinẽ foꝛme: ⁊ cõfirmatur figura ſpherica magis reſiſtit quam quadrata quamuis ponatur paritas in multitudine foꝛme ergo actiuitas non attenditur penes multitudinem foꝛme: tenet conſequentia: et antecedens ꝓbatur quia oculi eminentioꝛes minus vident quia ſunt magis ſpherici ⁊ magis reſiſtunt in preſſioni ſpecierum et Auerrois dicit ſecundo colliget caſtellani faciunt ſuas turres rotundas vt poſſint reſiſtere machinis belli ſ; et ad hec argumenta dici poteſt vnica reſponſione ꝙ non ſequitur illud graue rotundum deſcendit: ergo eſt maioꝛis actiuitatis quia non ponuntur cetera paria. Nam in graui rotundo omnes partes applicãtur circa idẽ punctu; quod quidem non eſt in graui quadrato cũ partes habeantur diſperſe et late diſtenſe: et per hoc dici poteſt ad confirmationem et illius ꝙ tangitur de oculis eminentibus eſt falſum qð minus videãt ꝓpter reſiſtere magis impꝛeſſioni ſpecierum: id enim falſum eſt: quia ꝓductioni ſpecierũ nihil reſiſtit quia vbi non eſt contrarietas nulla eſt reſiſtẽtia quarto phiſicoꝛũ Auerrois: et in hac cauſa errauit ludouicus Coꝛonel: ſed verioꝛ eſt cauſa quia oculi eminentioꝛes plures recipiunt ſpecies et in ea pꝛopoꝛtione qua plures recipiuntur ſpecies maioꝛ fit confuſio: quia pluribus intentus ⁊c. ꝓpter quod dicit auicẽna fen.tertia tertii tractatu pꝛimo capitulo pꝛimo oculos cõcauos melioꝛis eſſe viſus.

¶ Tertio pꝛincipaliter ſic arguitur Tertium pꝛincipa. ſi actiuitas attẽderetur penes multitudinẽ foꝛme: ſequeretur ꝙ in ea pꝛopoꝛtione qua aliquid plus habet de foꝛma in eadẽ ꝓportione plus haberet de actiuitate: ſequella videtur nota: et falſitas conſequentis ꝓbat ſit.a.ignis ſextupedalis ⁊.b.ignis tripedalis et.c.paſſum habens reſiſtentiam vt vnum ſi in eadem ꝓpoꝛtione in aqua.a.habet magis de foꝛma quã.b.haberet maioꝛẽ actiuitatẽ ſuper.c.quam.b. ſequitur (cũ in duplo magis haberet.a.quã.b.ð foꝛma) ꝙ in duplo maioꝛẽ effectũ pꝛoducet.a.quam.b. in.c.in equali tẽpoꝛe vel equalẽ effectũ in ſubduplo tẽpoꝛe: tenet conſequentia: et falſitas conſequentis pꝛobatur: ſequitur bene.a.ꝓducet in.c.in duplo maioꝛem effectũ quã.b.⁊c.ergo in duplo eſt maioꝛ pꝛopoꝛtio.a.ad.c.quam.b.ad.c. Tenet conſequentia ex regulis poſitis ſeptimo phiſicoꝛum. Sed conſequens eſt falſum: igitur falſitas conſequentis pꝛobatur ꝓportio que ẽ inter a et.c.cõponitur ex ꝓpoꝛtionibus que ſunt inter.b.et.c.et inter.a.et.b.quia pꝛopoꝛtio extremoꝝ ex ꝓportiõibus inter mediis cõponitur ſed ꝓpoꝛtio que eſt inter.b.et.c.eſt maioꝛ quã ꝓpoꝛtio que reperitur inter.a.et.b.ergo ꝓpoꝛtio q̃ eſt inter.a.et.c.non eſt dupla ad ꝓpoꝛtionẽ inter.b.et.c.hoc declaratur.a.ſe hab; ſicut ſex ⁊.b.ſicut tria et.c.ſicut vnũ modo triũ ad vnũ tripla eſt ꝓpoꝛtio: ⁊ ſex ad tria dupla que eſt minoꝛ et totum ex duabus partibus in equalibus cõpoſitũ minus eſt quam duplum ad partẽ maioꝛẽ et maius quã duplũ ad partẽ minoꝛẽ. Igitur ꝓ ſolutione huius nota egregia puncta que colligit Albertus.2.phiſi.queſtione.12.vbi q̃rit vtrũ talis ſit effectuũ ſicut eſt ꝓpoꝛtio cauſarum ꝓ rñſione q̃õnis pmitto aliq̃ notabilia Notab.1. Primũ ẽ qð effect⁹ põt capi duob⁹ modis. Uno mõ effect⁹ ꝓ entitate ꝓducta: alio mõ effect⁹ ꝓ velocitate. Noto ſecũdo Notab.2. ꝙ reſiſtentia eſt duplex, q̃dã eſt q̃ in actione coꝛrũpitur reliq̃ ẽ q̃ ĩ actiõe nõ coꝛrũpit: pꝛioꝛis exẽplũ eſt frigiditas reſpectu caliditatis. Nam in actione caliditatis in frigiditatẽ frigiditas deuaſtatur. Poſterioꝛis exemplũ eſt denſitas reſpectu illuminationis. Nam illuminatio actio quedã eſt que virtute ſui nõ tollit denſitatem: ſed virtute calefactionis que annexa eſt illuminationi. Notabis tertio ꝙ effectus ipſoꝛum agentiũ poſſunt dupliciciter conſiderari vno Notab.3. modo quantũ ad multitudinẽ foꝛme quam vocat Albertus large intenſionẽ, alio modo poteſt effect⁹ conſiderari: quantũ ad extenſionẽ ideſt q̃ntũ ad ſpherã actiuitatis. Tunc igitur ꝓ reſponſione. Ad queſtionem ponamus aliquas concluſiões. Pꝛima eſt loquẽdo de effectibus ꝓ velocitate nũquam eſt eadẽ ꝓpoꝛtionẽ effectuũ ſicut cauſarũ. Iſta concluſio ꝓbatur: quia vel agentia agunt cũ reſiſtentia ſicut calefactiua: vel agũt ſine reſiſtentia ſicut luminoſa. Si pꝛimũ bene ꝓbatur in hoc argumento: ꝙ agens vt ſex, ergo ⁊ agens vt tria cũ cõparãtur ad reſiſtẽtiã vt vnũ agentibus ſe habentibus in dupla non ſe habent velocitatis in dupla: nã ſextupla nõ eſt dupla ad triplã ſi vero ſecundis agentibus loquaris dato luminoſa,

vt.8.et luminoſo vt.4.hñt ſe luminoſa in dupla ⁊ ve
locitates cū ābe ſint inſtātanee ī ꝓportione eq̄litatis
igit̄ nō in eadē ꝓportione q̄ ſe hñt cauſe ſe hñt et ve
Secūda ꝓpoſitio. locitates in eis q̄ agunt ſine reſiſtentia. ¶Secūda
ꝓpō. Qualis eſt ꝓportio cauſaꝝ talis ē effectū vltia
toꝝ quo ad multitudinē forē iſta bñ pꝫ q: dato agen
te qō hēat.4.gradꝰ de forma:alio ꝙ hēat duos gra
dus de forma neceſſariū eſt ꝙ cū ābo ꝑfecte ſibi paſ
ſum aſſimilauerint ꝙ effectꝰ totalis ꝓductꝰ ab agen
te vt.4.et effectus totalis ꝓductus ab agēte vt duo
Tertia ꝓpō ſe habeāt in dupla. Tertia ꝓpō Coronel opinatur ꝙ
in agentibus q̄ agūt ſine reſiſtētia in eadē ꝓportiōe
q̄ ſe habent cauſe ſe hēbūt et effectꝰ ſumendo effect̄
ꝑ entitate ꝓducta:ita ꝙ ſi luminoſum vt.8.⁊ lumino
ſum vt.4.approximent̄ mediis ſimili mō diſpoſitis ī
duplo maiꝰ lumen cauſabit̄ a luminoſo vt.8. quã a
luminoſo vt.4.hanc tñ ſententiā ſubtiliſſime repro
bat Albertus ſaxonienſis loco p̄citato cuius ꝓbatio
talis ē ſit lumen vt.4.ꝓductū a lominoſo vt.4.et lu
mē vt.8.ꝓductū a luminoſo vt 8.in mediis eq̄ raris
et ſic arguit̄ volo ꝙ illa media incipiāt inſpiſſari eq̄
liter et peto vel quātū deꝑdit̄ a lumine vt.4.tm̄ de
ꝑdit̄ a lumine vt.8.⁊ ſi ſic ſequit̄ eq̄ cito debere deꝑ
di lumen vt.4.in medio vbi ſolū ē vt.4. et lumē vt
4.vbi lumē eſt vt.8.hoc tñ eſt falſum:q: lumē vt.8.
magis ſe cōſeruat q̄ lumē vt.4.⁊ dato ꝙ ita ſit qñ d
lumine vt.4.deꝑdunt̄ duo gradꝰ et de lumine vt.8.
totidē gradꝰ habebūt ſe cauſe in dupla et effectꝰ in
tripla. Si vero dicat̄ ꝙ magis deꝑdit̄ de lumine vt
4.quā de lumine vt.8.peto in qua ꝓportione et ſit
dupla ita ꝙ qñ de lumine vt.4.ꝑdant̄ duo gradꝰ d
lumine vt.8.ꝑdat vnꝰ gradꝰ. Tūc arguo ſic:qñ aliq̄
duo diminuunt̄ vſq3 ad non gradꝰ et ſemꝑ in dupla ꝓ
portiōe magis de vno q̄ de altero diminuit̄ illa eq̄ ci
to veniūt ad nō gradū igit̄ eq̄ cito deꝑdit̄ lumē vt.8
ſic lumē 8.vt.4.debēt ſe ſemꝑ hēre lumina ꝓducta
ī dupla ꝓpor. Quarta ꝓpō loq̄ndo de effectibꝰ q̄ ſūt
Quarta ꝓpō. ſphera actiuitatꝫ nō ē veꝝ ꝙ ꝓportio ſe hꝫ vna cā ad
aliā in eadē ꝓportione ſphera actiuitatis vniꝰ dꝫ eē
maior ſphera actiuitatis alteriꝰ qō pꝫ ſumpto cir-
culo:cuiꝰ dyameter ſit bipedalis et circulo cuiꝰ dya
meter ſit pedalis ibi iuxta regulā: Euclidis.12.ele-
mentorū circuloꝝ ē ꝓpor.quadrupla:q: dyametroꝝ
eſt dupla:q: ꝓportio circulorū eſt diametrorū dupli
cata et tñ ſolū ad in duplo maiorē diſtantiā videbit̄
circulus maior quā minor:q: ſi videt̄ circulꝰ dꝫ vide
ri diameter et tñ diameter ſolū videt̄ ad ī duplo ma
iorē diſtātiā quā aliꝰ:g̊ ⁊ totꝰ circulꝰ ſolū videbit̄ ad
in duplo maiorē diſtātiā:qō etiā ꝯfirmat̄ ꝑ illā ꝓpo.
euclidis ꝓpor. ſpheraꝝ tā eſt diametroꝝ triplicata
ita ꝙ ſi due ſphere ſic ſe habēt qō diameter vniꝰ ē du
plꝰ ad diametrū alteriꝰ tota ſphera ad totā ſpheraꝫ
ſe hꝫ ī octupla q: octopla ē triplā ad duplū:iā g̊ ſphe
re ſe habēt in octupla et tñ ſphere actiuitatis ad q̄s
poſſunt agere ſpēs viſibiles ſe habent in decupla.

Quartū principa. ¶Quarto p̄cipaliter ſic arguit̄ vo
lo ꝙ ſit vnū ferrū calidū vt.4.et applicet̄ illi vna ſtu
pa ſequit̄ tale ferrū ꝓducere in ſtupa plures quā.4.
gradꝰ caliditatis q: cū agēs nāle īt̄dat ſibi paſſum
aſſimilare in multitudīe forme et actiuitate et dādo
4.gradꝰ caliditatis ipſi ſtupe nō ꝑfecte aſſimilat in
entitate caloris ⁊ actiuitate:q: illi gradꝰ ſunt rario
res ⁊ ſub eadē q̄ntitate minꝰ cōprehēdētes de entita
te neceſſe ē g̊ ꝙ tradat ſtupe plures gradꝰ q̄.4.det
igitur ferrum ſtupe ſex gradꝰ: et ſequitur iterū ſtu-
pā agere in ferrū cū non ſit paſſum aſſimilatū et fer-
ro aſſimilato ꝑ ſex gradꝰ: iterū agit in ſtupā q: ſub
ꝑitate gradꝰ plꝰ hꝫ de multitudine forme ⁊ erit vna
cōtinua actio et reactio īfinita inter illū ignē et fer-
rū qō eſt falſum. Dicendū ad hoc argm̄ ꝙ illa ſtupa
non aget in ferrū q: eſt aſſimilatū quo ad multitudi
nem forme licet ſit diſſimile in intēſione:q: agēs na
turale nō curat aliud quā aſſimilare in multitudine
forme:licet hoc faciēdo qñq3 diſſimilet in intēſione:
ꝓ maiori declaratione iſtiꝰ materie ponã quattuor
Pria ꝓpō ꝓpoſitiones. Prima eſt dat̄ aliquod paſſum eiuſdem
ſpēi cū ſubiecto.a.in qō nō pōt ꝓducere.a. calidita
tē:ita intenſam ſicut ipſa eſt. Hec ꝓpō ꝓbat̄ det̄ vnū
ferrū nullā habens caliditatē denſius ſubiecto.a. in
illud non ꝓduceret̄ ab.a.caliditas, ita intenſa ſicut
a.q: iam ꝓduceret̄ magis de forma quā in.a:conti-
Secūda ꝓpō. neat̄ ꝓpter maiorē denſitatē. Secunda ꝓpō in aliqō
paſſum pōt ꝓducere caliditatē in duplo intēſiorē ⁊ ꝑ
Tertia propō. ꝯñs ſumā (cū gradꝰ ſummꝰ) vt octo reputetur. Ter
tia ꝓpō q̄uis in ſemipedale paſſū eque denſum ſicut
ſubiectū.a.aliis impedimētis ſecluſis poſſet ab.a.ꝓ
duci caliditas vt octo:nō opꝫ ꝙ in paſſum ſub q̄dru-
plū ad.a.eque dēſum ⁊c.caliditas vt ſexdecim.ab.a
ꝓducat̄. Hec ꝓpō claret ex eo ꝙ non eſt dabilis ſal-
tē per naturā caliditas intenſior quā vt octo qua ꝓp
ter licet.a.intendat quo ad multitudinē forme aſſi-
milare ſibi paſſum:et ꝓducta ī illud ſubquadruplū
caliditate vt octo non ſit tm̄ de forma ſicut in.a. cōti
netur ceſſabit eo ꝙ non pōt magis ſub illa intenſiōe
Quarta propō. de caliditate āduci. Quarta ꝓpō bene cōtingit ꝙ in
ſubduplū ad ad.a.ī duplo denſius preciſe caliditas
eque intenſa ſicut in.a.ꝓducitur ſi illud ſubduplum
tempore calefationis ad duplum rarefiat:ſed ſi rare
factio impediat̄ ſecunda propō obtinet veritatē.

¶Sed contra hoc arguit̄ de actiui-
tate penes multitudinē forme ſupponamus ꝙ forma
ſubſtantialis ignis nuſquā ſeu nūquam conſeruatur
niſi cū latitudine caloris maiore medietate latitidi
nis quā ſupponē:ſic ꝓbo ignis ſemꝑ eſt calidꝰ igitur
ſemꝑ hꝫ maiorē ꝑtē ſufficiētē ipſum denominare quā
medietatē latitudinis:ꝓbat̄ ꝯña q: nil d̄nominat̄ ca
lidū niſi ſuꝑet caliditas frigiditatē:ſuppono.n. hic q̄
litates cōtrarias ſe cōpati q̄ ſuppoſitiōe iacta ſic ar
guo:ignis ad ſui cōſeruationē req̄rit maiorē latitu-
dinē quā medietatē:g̊ ēt ad ſui ꝓductionē req̄rit ma
iorē latitudinē medietate. Cōſeq̄ntiā reliquo notā et
illo ſuppoſito ſic arguo. Det̄ aliqō ſubiectū ita dēſum
ꝙ cū.4.gradibꝰ caliditatis hꝫ tm̄ de multitudīe for
me, ſicut ignis cū calore vt.8. Certū eſt ꝙ ignis non
poterit illi materie dare plꝰ de calore et ex illo ha-
bebo ꝙ ſi illic eſt caliditas vt.4. illic ēt eſt frigidi-
tas vt.4 ꝙ ſi ſic nō poterit ibi introduci forma ignis
Certe ad hoc argumentum nil video dicēdum niſi ꝙ
illa caliditas intēdet̄ a forma ſubſtātiali ignis et cū
fuerit maior gradu medio ibi ꝓducet̄ forma ignis ⁊
ꝑ hoc infert̄ ꝙ caliditas gradꝰ medii ē maxima ſub
qua nō pōt forma ignis cōſeruari ⁊ qō forma aque
ꝓducit̄ exiſtēte in materia tm̄ de calore ſicut de fri-
giditate.

Quintū principa. ¶Quinto argr̄ ſi maior actiuitas a
maiori multitudīe forme ꝓduceret̄:ſeq̄ret̄ ꝙ a maio
ri luminoſo maior q̄ a minori ceteris ꝑibꝰ ꝓcederet
illuminatio:ꝯñs eſt falſum : igit̄ prima ꝑs aītis liq̄t
et minor ꝓbat̄ ſi maior illuminatio a maiori q̄ a mi-
nori luminoſo reſultaret : ſequit̄ ꝙ corpore oppaco
in oppoſitum ad corpus luminoſum poſito non cauſa-
ret̄ vmbra qō eſt cōtra expiētiā ⁊ oēs in ꝑſpectiua lo

quētes.ſeq̄lla ꝓbat̃ deſ̃.a. luminoſum diſtās.a.b. op
paco ꝑ aliquā diſtātiā et cauſet vmbrā pedalē adda
tur.a.vnum aliud pedale luminoſum eiuſdem ꝛ ac-
tiuitatis et continuentur ſi ab agregato reſultante
poſtq̄ magis de forma continet q̄.a maior illumina
tio fieret et deberet vmbra diminui: ergo diminuat̃ ꝑ
digitalitatē ꝛ addat̃ aliud pedale quo addito ꝛ con
tinuato ad min⁹ per digitalitatē vmbra diminueret̃
Si igit̃ finitaꝝ digitalitatū erat vmbra (ſi ꝑ quia:)
ergo ꝑ additionē finitaꝝ pedalitatū tādē nil vmbre
manebit. Pro ſolutione hui⁹ nota q̄ vmbra diffinit̃
a Cantuarienſi q̄ ſit lumen diminutū ſiue lumē ſecun
dariū tenebra vero eſt priuatio tā luminis ꝓmarij q̄
ſecūdarij. Umbra vero cauſat̃ ſemꝑ q̄ luminoſum il
luminat aliquod oppacū in ſolo vno caſu luminoſuꝫ
in oppaco non cauſat vmbram et eſt cum luminoſum
ſtat ꝑpendiculariter ſuper oppaco et oppacū oſt af-
fixū in terra iuxta illō Lucani. Umbras nuſq̄ flectē
tes. ſiene nō credas Alberto ſaxonienſi nec coronel di
centib⁹ q̄ ſi luminoſum ſit infinitū ꝛ non ſit ꝑpendicu
lariter ſuꝑ oppacū q̄ non cauſabit oppacū vmbram
qđ euenit quia ad quālibet ptē poſt oppacū pōt duci
linea recta: qđ aūt hoc ſit falſum duab⁹ iactis ſuppō
nib⁹ geometricis demonſtratur. Prima ſuppoſitio
q̄ ſi ſuꝑ duas lineas rectas vna tertia ſuꝑueniēs cau
ſat duos angulos intrinſecos duob⁹ rectis equiualē
tes aut rectos ille linee erūt paralele. Suppō ſcđa
q̄ ſi aliqua linea recta tangat circulū in puncto dya-
metri cauſabit cū dyametro duos angulos rectos.
Hoc ſuppoſito ſic arguo. Umbra que adiacet pūcto
medio nō pōt auferri ꝑ quēcūq̄ radiū rectū veniētē
a luminoſo patet ſic quia ſi aliqua linea tāgit circulū
in pūcto.c.ꝑ ſcđaꝫ ſuppōnē facit duos āgulos rectos
cū linea.c.a.q̄ eſt dyameter ꝛ illa linea.c.a.cadit ſu-
per duas lineas.ſ.ſuꝑ luminoſum ꝛ ſuꝑ lineā contan
gentē circulū in puncto.c.ꝛ cauſat ſuꝑ eas duos an-
gulos rectos intrinſecos: igit̃ tales due linee ſunt eq̄
diſtantes ꝑ primā ſuppōnē: q̄ ſi ſic non pōt vna illarū
oriri ab altera primo linea contāgēs circulū in pun
cto.c.ab ipſo luminoſo. non igit̃ poſſibile ē vmbram
illā oīno auferri niſi luminoſuꝫ ſit ꝑpendicul'r ſuꝑ op
Ad ſcđaꝫ difficulta pacū. ¶ Ad ſcđaꝫ difficultatē in q̄ dicebat̃ vtrū forma
ſubalis ſit omniū opationū pncipal'r actiua: duplex ē
opinio. Prima eſt Buridani dicētis q̄ omniū opatio
nū immanentiū forma ſubalis eſt principal'r actiua:
ſed operationū tranſeūtiū ꝛ diſcōuenientiū forma ac
cidentalis eſt principal'r actiua. Pro cui⁹ declara-
tione notandū eſt: q̄ opatio imanēs ē opatio q̄ manet
intra aliquā partē principalē ipſi⁹ agentis q̄lis ē in
frigidatio aq̄ q̄ manet ītra aquā, ſ.ī mā aq̄. Nec op⁹
eſt ad hoc q̄ ſit opatio imanens q̄ non fiat ab aliquo
agente particulari extrinſeco. Nā noticia ē opatio
imanens ꝛ fit ab aliquo agente particulari extrinſe
co.ſ.ab obiecto: ex quo ſequit̃ non inconuenire q̄ ea
dē opatio ſit imanens ꝛ tranſiens vt pꝫ de infrigida-
tione aq̄ ab intrinſeco q̄ eſt imanens reſpectu aq̄ ꝛ ē
tranſiens reſpectu dei. ¶ Suppono ſcđo q̄ duplex ē
Argū.i. opātio: conueniens ꝛ diſcōueniēs. Prima eſt vt aq̄ in
frigidatio. Scđa eſt vt aq̄ calefactio: hoc habito ꝓ-
bat Buridanus ſuum intentū: ſi omniū opationū for
ma ſubſtantialis eſſet principal'r actiua tā imanētiū
quam tranſeuntiū: conuenientiū et diſconuenientiū
ſequeret̃ idē ad opationes cōtrarias ſimul coadiu-
uare qđ eſt falſum: ꝛ ſeq̄lla ꝓbat̃ q: forma ſubalis aq̄
mediāte caliditate calefacit ꝛ mediāte frigiditate
infrigidat ꝛ hoc ſimul facit ad extra calefaciēdo et
ad intra infrigidādo; hoc aūt libēter cōcedit Alber
tus reſpectu diſoꝝ paſſoꝝ ſicut aloe per exteri⁹ ꝯſoli
dat ꝛ ꝑ interi⁹ apit orificia venaꝝ aptione ſanguinē
manare faciēti: vt Meſue i.c.de aloe. Silr ape per
interi⁹ nutrit ꝛ ꝑ exteri⁹ vlcerat: Ad hec vinū ꝑ exte
ri⁹ deſiccat ꝛ ꝑ interi⁹ humectat. Scđo ꝯ̄ Albertū ar Argū.2.
guit̃: ſequit̃ hoc cōīr̄ q̄ for̄a ſubalis aq̄ mediāte ali
quo inſtrumēto appetit aliq̄d ꝓducere ꝛ tñ appetit
illud inſtr̄m nō eſſe qđ vr̄ falſum: ꝛ ſeq̄lla ꝓbat̃ q: aq̄
calida mediāte caliditate calefacit ꝛ tñ appetit ca-
liditatē nō eē cū illā deſtruat: ſꝫ dicēdū illō nō eſſe in
cōueniēs imo ꝯcedit̃ aliqđ ens nāle ꝓducit aliquem
effectū nālē quē nō pōt ꝯſeruare vt pꝫ de iſtāti reſpe
ctu ſue noticie quā nō pōt ꝯſeruare: et ēt pꝫ de lumi
ne totali ꝓducto in terra a ſole ab oriēte ī occidēs:
illō.n.lumē totale qđ ſit.a.nō p̄t a ſole ꝑ aliqđ tp̄s cō
ſeruari q: cū ſol ſemꝑ moueat̃ poſt hoc inſtās multas
ptes nō reſpicit ꝑ lineā rectā; ꝛ ita nec illas ꝯſerua-
bit illuminatas. ¶ Tertio principal'r arguit̃: ſeq̄ret̃ Tertium principa.
idē paſſuꝫ ab eodē agēte ſil' alterari motib⁹ ꝯrījs ſuꝑ
poſito q̄ ceteris parib⁹ datis duob⁹ agētib⁹ ꝓducti
uis effect⁹ eiuſdē rōnis ꝑfecti⁹ ē actiui⁹. tūc ſic arḡr
hoc mō forma aq̄ calide calefacit manū meā ꝛ eadē
īfrigidat ſil' ergo intentū: qđ calefacit notū ē qđ īfri
gidet: ꝓbat̃ q: ſi ī aq̄ eēnt ſeptē grad⁹ frigiditatis ꝛ
q̄ttuor caloꝝ man⁹ frigeſieret: ergo ſi aq̄ hēat.4.ca
loꝝ frigefaciet. ꝓbo ꝯ̄ñaꝫ: q: ꝑ ſuppōnē illa for̄a aq̄
ē maioris ꝟtutis frigefactiue quā.7.grad⁹ frigidi.
¶ Jā vero ꝯ̄ opinionē buridani arḡr ſequit̃ q̄ aliqđ Cōtra Buridanū argumeuta.
accñs ꝓduceret ſubaꝫ vtpote caliditas ferri cādētꝭ
dū ꝯuertit ſtupā ī ignē: ſꝫ ibi facile ē dicere ſicut ad
murē genitū ex putrefactiōe qđ ꝯcurrūt īfluētie cele
ſtes ꝛ pma cā. īmo hoc ē potiſſimū arm̄ ad ꝓbādū pri
mā cāꝫ eē. Primā cāꝫ dabileꝫ eē Scot⁹ diu⁹ Tho. et
Gre. diuerſis rōnib⁹ ſuadēt. Arguit̃ ſic ſcot⁹ i.d.2.i.
cui⁹ rōni formali repugnat eē ab alio ſi p̄t eē iā ē: ſed
rōni for̄ali p̄ie cāe repugnat eē ab alio: ḡ ſi p̄t eē iā
eſt: maior dicit ſcot⁹ ē ꝑ ſe nota: nā da oppm̄ alicui⁹ rō
ni for̄ali repugnat eē ab alio ꝛ p̄t eē ꝛ nō ē: ponat̃ ḡ ī
eē: ſi p̄t eē: vel ḡ hꝫ eē a ſe: vel ab alio ſi ab alio a ſe nō
eſt id cui⁹ rōni formali repugnāt eē ab alio: ſi a ſe fal
ſum eſt quia nihil ſeipſum facit: Minor patet quia
ſi prima eſt repugnant eſſe ab alio: ꝛ p̄t eē q: primā
cāꝫ eē nō īplicat ꝯdictionē: īmo ꝯſtituit meliorē ordi
nē vniuerſi: igit̃ iam eſt qđ bene phs dixit phiſi.3. In
eternis nihil differt poſſe ꝛ eſſe Doctor ſanct⁹.3.ſen.
di.13. Primā cām eē hoc ꝓbabit mō: oīs ordo aliquo
rū ordinabiliū depēdet ab aliquo directiuo extra il
lū ordinē. ſꝫ tot⁹ ordo toti⁹ vniuerſi ē ordo aliquoꝝ or
dinabiliū: igit̃ depēdet ab aliquo directiuo extra il
lū ordinē ꝛ tale dꝫ eē pma cā: q: al's eſſet ꝓceſſus in
infinitū: igitur prima cauſa eſt dabilis. Gregorius
36. diſtin.j. facit quattuor rationes quib⁹ ꝓbat primā
cauſam eſſe imo concurrere ad oēs operationes.
Prima ratio quodlibet agens naturale eſt indiffe-
rens ad ꝓducendū infinitos effectus: q̄ igit̃ primo
producat effectum.a.q̄.b.etc. non eſt a ſe: ergo a pri
ma cauſa cognoſcente et volenti fieri effectum.a.an
te q̄.b. Que ratio efficaciter ꝓbat deū oīa cogno
ſcere et facere. Nam intelligentie agunt per intelle
ctum et voluntatem meta.12. Secunda ratio viuen
tia non viuentibus: ſentientia non ſentientibus: intel
ligentia non intelligentibus preſtantiora ꝓhibent̃.
Sed de⁹ ē illud quo mai⁹ cogitari nō poteſt: vt An
ſelmus in monologijs: igitur ōbet oīa cognoſcere
Tertia ratio. Ariſtot. in libro de bona fortuna dicit
quoſdā homines habere impetus fortunatos: alios
infortunatos qđ euenit in optione reꝝ indifferenti



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

um quedā ſemp̱ optat meliora alius deteriora. Q̄d totū euenit ab impulſu prime cauſe: ſic.n. placet ſue mageſtati hūc ad bona dirigere aliū vero ſinere. ſum⁹ enim vaſa et ipſe figulus. Quarta ratio. Ex ſemine vniformiſſimo virt⁹ informatiua facit mēbra diuerſiſſima quare potius ex illa parte facit os: ex iſta carnem: niſi quia a deo ſic dirigitur: igiť deus oēs operationes iſtoꝝ inferioꝝ gubernat et facit.

Secūduꝫ principa.

## ¶ Secundo principaliter ſic arguiť

Sequiť idē agens ꝓducere effectus contrarios ſi forma ſubſtantialis ſit principaľr actiua operationū īmanentium et eſt argūm contra ambas opiniones. tam Buridani ꝙ̄ Alberti. Sequella ꝓbatur: ſit caſus ꝙ ſit vnus leo egrotans per caliditatem et ſaneť ab intrinſeco ⁊ ſequiť illā aīam leonis remittere illum intenſum calorem. Iterum volo ꝙ ille leo egrotet per remiſſionem caliditatis et cureť ab intrinſeco: et ſequitur ꝙ ille leo facit intenſioneꝫ caliditatis ergo idē agens eſt ꝓductiuū effectuū contrarioꝝ. Idem argumentum poſſet formari de anima hominis: ⁊ per illud ꝓbare ꝙ aīa rationalis determinat ſibi complexionem et educatur de potentia materie Pro ſolutione preſentis argumenti notandū eſt ꝙ in quolibet mixto preter quattuor primas qualitates debet aſſignari: vna qualitas virtualis que hꝫ mixtū conſtituere in ſtatu meliori de poſſibilibus conſtituti per illam qualitatem per quam vnuſquiſqꝫ hō talem vel talē complexionē ſibi limitat et determinat qḋ triplici ratione fundatur.

Pria rō.

Prima rō. Volo ꝙ ſint duo homines vn⁹ perſpicacis ingenij: alter hebetis ambo egrotent vna egritudine cerebri per quā vnius et alterius cerebrū diſtemperatur: et volo ꝙ ambo ſanentur a natura ſine auxilio medici: perſpicax rediuit ad ſuam ingenij perſpicacitatem: et hebes ad ſuam hebitudineꝫ. Peto igitur vnde iſte redibit ad perſpicacitatem non ex parte anime: quia cū altera anima ſit eiuſdem ſpeciei rediret ad ſimilem perſpicacitatem quia oēs forme eiuſdeꝫ rōnis nate ſint facere effectuꝫ eiuſdē rōnis: nec ex parte materie cū ſit eiuſdē ſpeciei in ambabus. Si dicas illḋ ꝓuenire ex parte alicuius cōplexionis que eſt melior in iſto perſpicaci quam in alio. Hoc eſt falſum: qr vel illa complexio eſt qualitas prima: et hoc non qr illa in vno et in altero manet: eodem modo diſtēperata ꝙ ſi eſt qualitas virtualis id eſt qḋ ego probo.

Secūda ratio

Secunda rō. Quia melācolicus poteſt fieri temperatus. Peto cur non redit ad priſtinam malā complexionem cum ſuapte natura illam primā complexionem determinat? Preterea ſi anima rōnalis quādoqꝫ intendit calorem et quandoqꝫ remittit: ſequitur ꝙ illa determinaret ſibi aliquam complexionem mediam qḋ eſſet educi de potentia materie: ideo dicēdū tale mediū ſibi limitare illā qualitatē virtualē.

Tertium principa.

## ¶ Tertio principaliter arguiť.

Nā eſt principaľr actiua operationū naturalium et non materia quia nullius eſt actiuitatis ergo forma ſubſtantialis: et per conſequens non forma accidētalis. Ad hoc rn̄detur ꝙ large ſumendo nomen nature denominat operationē naturalē: et ideo ſic large ſumēdo accidens eſt natura.

Quartuꝫ principa.

## ¶ Quarto principaľr arguitur.

Nutritio et augmentatio ſunt operationes quas non facit ſolus calor naturalis ſed etiam anima principaliter: ergo oīuꝫ operationū forma ſubſtantialis eſt principaliter actiua. Antecedēs ꝓbatur quia ſi operationes fierent a calore dumtaxat ſequeretur ſanguinem dum ſit a iecore plus debito exardeſcere niſi ab aīa ille calor manu teneatur ad operationes ſicut calor fornacis manu teneť ab artifice vt agat tātum quantū neceſſariū eſt ad agendū opera artis. Similr ſi principaľr fieret a calore, ſeq̄reť ꝙ calor ſpirituū exiſtentiū in cerebro cerebrum calefaceret tanta calefactione vt inde ſequeretur in operationib⁹ deliramentū: Et ſequella patet quia tā vehemēs eſt calor in ſpiritibus. Hec opinio eſt Alberti de ſaxonia et eſt ſecunda in hac materia: quā habet Albertus.3.de celo.q.9. ꝙ forma ſubſtantialis eſt ꝓductiua omniū operationū tā immanentiū ꝙ̄ tranſeuntiū: conuenientiū ⁊ diſcōuenientiū: licet forma accidentalis inſtrumentaľr ſit taliū operationuꝫ actiua. Ex quo ſequitur ſm̄ Albertū ꝙ deſcēſus deorſum ē grauitas agens principale nec ipſa duplata duplabitur velocitas in deſcenſu que velocitas non duplatur niſi ad duplationem ꝓportionis: illa autē ꝓportio non duplatur ꝓtinus ſi dupleť grauitas: ſed opus eſt etiam duplari forme ſubſtantialis concurſum: verum ē tn̄ ꝙ grauitas ſi eſſet ſeparata et cauſaret deſcēſum ⁊ eſſet principaľr actiua. Corrm̄.1.

Sequitur ſecundo ꝙ ſtat dare duos calores eiuſdē ſpeciei equaľr denſos intēſos et extēſos ⁊ ꝙ vnus ſit actiuior altero vt ſi ponātur in duobus entibus diuerſe ſpēi quoꝝ vni magis conueniat caliditas quam alteri. Ita enim neceſſe ē illum calorē magis conuenire vni forme quā alteri quia datis tribus rebus diuerſaꝝ ſpecieꝝ.a.b.c. neceſſe eſt aut.b. magis conuenire eſſentiaľr cū.a. aut c. magis cōuenire eſſentiaľr cū.a. ꝙ̄.b. quia ſi equaľr diſtarent.b.⁊.c.a perfectione eſſentiali.a. eſſent.b.⁊ c. inter ſe equaľr perfecta per illā regulā. Quecunqꝫ diſtāt ab vno extremo finite ꝑfectionis ſunt equaliter perfecta. Corrm̄.2.

Sequitur tertio ꝙ calor diſponit ad formam inſtrumentaľr tantū ⁊ ſtat diuerſos calores differentes penes intenſum et remiſſum ꝓducere inſtrumentaľr diuerſas formas ſubſtātiales: nec valet allegare philoſophū.10.meta. dicentē intenſum ⁊ remiſſum non variāt ſpēm. Nā ad illud diciť hoc eē verū in ſpē intenſi et remiſſi ſecus aūt in illo qḋ conſequiť ad intenſum et remiſſum. Corrm̄.3.

## ¶ Queriť preterea vtrū forma ſubſtantialis ſep̱ata ſit alicui⁹ actiuitatis

¶ Utrum forma ſubſtantialis ſeparata ſit alicui⁹ actiuitatis

in q̄ q̄ōne due famoſe opiniones verſanť. Prima eſt Scoti in quarto ſenten. diſtin.12.q.3.ar.2. ꝙ caliditas ſeparata nullius eſt actiuitatis: quod intellige circa gradū infimū ſub quo poteſt forma ſubſtantialis conſeruari. Nam tunc ait: ſi talē gradū infimū poſſet ꝓducere ⁊ ꝯſtruere infimū gradū oppoſitū ſequereť ꝙ accidēs corrūperet ſubſtantiā et generaret aliam ſubſtātiā qḋ eſt falſum. Tenet ergo Scotus ꝙ accidens ſep̱atū non pōt eſſe principiū generandi ſubſtantiaꝫ nec principale nec inſtrumentale: ſed nec corrumpendi ſubām in tm̄ ꝙ ſi tota ſuba ignis ī ſphera ſua deſtrueret remanētib⁹ accn̄tib⁹ ⁊ ita maxio calore gutta aq̄ ibi poſita nunquam corrumperetur ab illis: quia ſicut generatio ſubſtantie ita et corruptio eius nō poteſt fieri ni a ſubſtantia: huius principale motiuum eſt: quia totale cauſans non poteſt eſſe imperfectius cauſato: cū ergo ſpecies eſſent totale agens (Nō enim cum eis concurrit aliqua ſubſtantia) cum ſubſtantia panis et vini nō ſint: nec alia, g̊ ſpēs q̄ ſunt accn̄tia nō pn̄t eſſe cauſe reſpectu ſubie ḡnande vel corrūdēde quia nil pōt corrumpere ſubſtantiaꝫ niſi habeat virtutem producēdi ſubſtātiā: et per hoc patet ſecūdū

illā opinionem ꝙ ſpecies ſacramentales non poſſunt
producere ſubſtantiā in quacūꝙ materia et hec opi
nio Scoti diſtinctione.12.queſtione 3.quarti ſcripti.
Opinio Thome.
¶ Aliter opinatur beatus Tho.in quarto ſcrip.ea
dem diſtinctione queſtiōe prima quam Scotus vbi
ſupra recitat et improbat. Tenet autē ꝙ ſpecies in
virtute forme ſubſtantialis poſſunt agere ad formā
ſubſtantialem tanquā ad terminū ſue actionis: quā
virtutē receperunt a forma panis:et vini dū prio in
pane producte ſunt et vino que virtus in eis manet
deſinentibus pane et vino ſicut eis manet,idem eſſe
quod in eis receperunt. ¶ Sed quicquid ſit de il
lis opinionibus.poteſt hic dici poſt Guilel.ochā ꝙ
accidens poteſt eſſe cauſa partialis ſubſtantie gene
rande et corrumpende tan coniunctū quā ſeparatū
nec oportet refugere ad virtutē a ſubſtantia recep
tā: ſed hoc conuenit ſibi a propria natura. Nā eadē
ratiōe qua perſuaderetur ſubſtātiā eſſe cauſam ſub
ſtantie eadē,etiā probatur accidēs eſſe cauſam ſub
ſtantie licet neutrum poteſt demonſtrari. Nam ſicut
ad preſentiā ſubſtantie:ſequitur productio vel cor
ruptio ſubſtantie q̄ non corrūperet vel ꝓduceret in
eius abſentia ⁊ ideo ſuba dicitur productiua vel cor
ruptiua ſubſtantie:vt patet de igne producente ig
nem et corrumpente aquā,ſic etiā ad preſentiā ca
loris producitur ignis et conſumetur aqua qḋ nō fie
ret ſine preſentia caloris imo aliquando ad preſenti
am caloris ſine igne producitur ignis vt in motu for
ti confricationis vt in molendinis nonnūquā contin
git:nūquā autem ad preſentiā ignis ſine calore, nec
aliqua alia via poteſt probari aliquid eſſe cauſam al
terius. Verum ratio non demonſtrat quia inſtantia
eſt de anima intellectiua que a ſolo deo cauſatur et
tm̄ productionem eius precedit cōmixtio maris ⁊ fe
mine ſicut in generatione bruti,vnde ſi eſſet hec ma
teria informata forma ignis: et alia eſſet informata
forma aque ſine omnibꝰ accidentibus hinc inde tūc
poſſet aperiri certitudinaliter:vtrū ſubſtantia gene
raret ſubſtantiā ſine accidentibꝰ et ſi ſic tunc poſſet
ſuſtineri, ꝙ accidentia non eſſent cauſe partiales
illius generationis ſubſtantie,ſi non tunc neceſſe fo
ret ponere ꝙ accidentia eſſent cauſe ad minus par
tiales ſubſtantie:ſic etiā ſi ad preſentiam accidentiū
ſeparatorū produceretur ſubſtantia poſſet certe ſci
ri ꝙ accn̄tia producerent ſubſtantiam principaliter
ſine ſubſtantia concurrente ſed quia nullibi eſt inue
nire ſubſtantiā ſine accidentibus nec accidentia ex
ſubſtātiā naturaliter:ideo certitudo haberi nequit.
¶ Neꝙ videtur poſſe demoſtrari ex ſe notis et ali
qua creatura cauſet quencūꝙ effectū efficienter:q2
poſſet proptervieus dicere: ꝙ omnis effectus poſi
tiuus imediate eſt a ſolo deo:quātuncūꝙ concurrūt
cauſe ſcōe:ſicut dicitur de productione aie intellec
tiue cui poſſet applicari illud apoſtoli. Ego plantaui
Apollo rigauit:deus aūt in crementū dedit:quaſi di
ceret etſi a creatura actiua paſſiuis applicātur de
us tamen eſt qui operatur omnia in omnibus:et poſ
ſet ratio addi quia ſine deo nil producitur vt patet
in igne caldeorū pueros non comburente et in ſimi
libus multis miraculis ⁊ ipſe ſolus in principio crea
tionis mundi omnia produxit:ideo videtur qḋ eque
probabile ē accidentia partialiter ꝓducere ſubſtan
tiam ſicut ꝙ ſubſtantie producunt ſubſtantias cum
neutrū ſine altero producit. ¶ Nec ratio Scoti ali
quis probat:quia admiſſo qḋ cauſa totalis non ſit im
ꝑfectior cauſato:nō ſequitur ideo qḋ cauſa partia
lis nō poſſit eſſe imꝑfectior cauſatio nulla aūt creatu
ra pōt eē cauſa totalis efficiēs cuiuſcūꝙ effectꝰ q2 de
us ē cauſa pncipalis cuiuſꝫ effectꝰ poſitiui q ſine alteriꝰ
cauſe ꝯcurſu pōt ꝓducere effectū et nulla cauſa ſcōa
ſine ea:iō in oī actiōe cauſa totalis efficiēs ē ꝑfectior
cauſato propter deū principaliter concurrentem et
ſi illa ꝓpō ꝙ cauſa nō ē imperfectior cauſato reſtrin
gitur ad cauſas ſecundas tunc patitur multiplicē
inſtantiam, vt patet de productione animaliū ex pu
trefactione vbi non cōcurrit aīal viuens:et ſic dicit
ꝙ concurrit celum:celū nō eſt perfectius eēntialiter
viuente ſcōm beatū Auguſti. dicentem ꝙ viuentia
imperfectione ponūtur non viuentibus.

¶ Ex quo ſequit opiniōez doctoris
ſubtilis falſe recitatam a Coronel. Nam loco quem
citat iſte doctor ponit duas ꝓpōnes. Prima eſt acci
dens ſeparatū poteſt ſibi ſimile cauſare quando nō
attigerit ad minimam diſpoſitionē q̄ ſufficit aliquā
formā ſubſtantialem ꝓducere. Secunda ꝓpoſitio
Minimam diſpoſitionem que ſufficit aliquā formā
ſubſtātialē cauſare caliditas ſeparata non pōt ꝓdu
cere:quia ſi ſic aut accidens cauſaret ſubſtantiā:aut
materia eſſet ſine forma:quoꝝ nullum inconueniens
concedendū venit. Et ſequella ꝓbatur:quia ſi calidi
tas hoſtie conſecrate ꝓducat in materia guttule aq̄
minimā diſpoſitionem que ſufficit ad ignem: forma
aque ibidem non permanebit ꝓpter defectum qua
litatum conſeruantiū ꝙ ſi dicatur ibi ꝓduci formam
ignis et nō videtur a quo alio niſi ab illo calore: igi
tur accidens quod eſt calor ꝓducit ſubſtātiā.i.ignē
Sed non eſt hec ratio tanti momenti:namꝙ dicam
ꝙ ibi forma ignis a ſolo deo cauſabitur. Hec eſt ve
ra recitatio opinionis Scoti. Sed credo veriorem
opinionem ſancti Thome. Non eniꝫ eſt intelligibile
ꝙ aliquis calor queat facere quemlibet calorem ci
tra vnū gradū ⁊ neq̄at facere vnū:et vt clariꝰ agno
ſcas intentum Scoti vide que ſcribit in loco citato
per verba propria. ¶ Reſpondeo ꝙ ponendo cali
ditatem ignis et frigus aque in quantitatibus ſepa
ratis ſi frigiditas ſimpliciter vinceret ſm̄ intēſionē
in ſpecie ſua:calorem in ſpecie ſua:concedo ꝙ quili
bet gradus etiam vltimus illius caloris poſſet cor
rumpi ab illo frigore. Sed non ſequitur ꝙ ſimiliter
poſſit vltimus gradus caloris corrumpi quando ca
lor eſt in igne. Et ratio eſt hec quia quātitas ſubiici
tur calori ſeparato non determinaret ſibi neceſſario
gradum aliquem caloris non magis infimum quaꝫ
ſuum:non habet enim aliquam virtutem actiuā vel
neceſſitatem reſpectu cuiuſcūꝙ gradus ibi:et ideo
ꝙ poteſt corrumpere in tali ſubiecto vnum gradum
poteſt corrumpere alium et quemlibet. Unde hic
gradus ſunt eiuſdem rationis in ſe et in comparan
do ipſi ſubiecto: ideſt equalis eſt determinatio vel
indeterminatio ſubiecti ad quemcunꝙ gradum et
econuerſo. Sed non ſic quando calor eſt in igne ſu
premum enim gradum non ſibi neceſſario determi
nat;ſed contingenter eſt in igne:et ideo ſi ille gradꝰ
non poteſt reſiſtere frigori corrumpēti nec ſubiectū
reſiſtet:quia non neceſſario requirit illum gradum:
ſed infimum gradum ſibi determinat neceſſario: et
ideo licet ille gradus infimus non poſſit reſiſtere:
tamen ſubſtantia ignis que eſt maioris virtutis pōt
reſiſtere contrario corrumpēti plus. Etenim poteſt
ſubſtantia ignis ad conſeruandū illum effectum quā
frigus ad corrumpendum conſeruabitur ergo ille

gradus quandiu ignis eſt ĩ ſuo eſſe manens et ideo
niſi ſit aliquid corrumpẽs ignem non corrumpetur
ille gradus. ¶ Quando ergo dicitur ꝙ non eſt fri-
gus maioris virtutis nec magis actiuum per hoc ꝙ
calor ſine ſubſtantia quam ſi eſſet cum ſubſtantia: cõ
cedo ꝙ non eſt in ſe magis actiuum ſed in hoc con-
trarium magis poteſt agere quia hoc contrariũ ſe-
paratum caret cauſa conſeruante ſuum eſſe: coniun
ctum autẽ habet cauſam conſeruantem ſuum eſſe: et
iſta reſponſio eſt vniuerſaliter de cauſis contrarijs
formaliter vel virtualiter concurrentibus circa idẽ
paſſum: non enim eſt vna magis actiua ſimpliciter
vel minus, quia alia concurrit circa idem paſſum: ſʒ
tantum vna eſt minus actiua in illud: quia alia con-
currit, quia illa impedit tanquam probabiliorem
approbauimꝰ ꝙ tenere oportet accidentia ſeparata
eſſe alicuius actiuitatis quod oſtenditur ſic: calidi-
tas aque calefacit non coagente materia cum nulli-
us ſit actiuitatis nec coagente forma ſubſtãtiali aq̃
cum potius frigefaceret: ergo quo ad calefactionẽ
nihil caliditas aq̃ importat ex materia nec ex forma
ergo non minus ceteris paribus ſeparata caleface-
ret: et ſi contra arguas ex hoc ſequitur ꝙ caliditas
ſeparata eſſet forme ſubſtãtialis corruptiua: ſeq̃lla
probatur: aplicetur parua gutta aque caliditati ſe
parate valde intenſe tanta caliditas põt a calidita
te ſeparata produci in materiam illius gutte ꝙ for
ma ſubſtantialis aque corrumperetur: ꝙ ſi conceda
tur videtur ſequi qȯ materia naturaliter abſqʒ for-
ma ſubſtantiali maneret: Sequella patet quia cali
ditas ſeparata non habet virtutẽ ibi inducendi for
mam ſubſtantialẽ. ¶ Reſpondetur ꝙ ſecundũ docto-
rem ſubtilem illa caliditas licet poſſet caliditatem
producere non tamen poteſt corrumpere ſubſtanti-
am eo ꝙ non eſt forme ſubſtantialis productiua et ſe
cundum cum non eſt aliquod agens alicuius corrup
tiuum quin ſit forme tante perfectionis productiuũ
et ad argumentum de caliditatis inductione in ma
teriam gutte aque diceretur ꝙ tandem corrumpe-
tur forma ſubſtantialis aque non virtute calidita-
tis: ſed virtute agentis vniuerſalis qȯ in materiã in
duceret aliã formam ſubſtantialẽ ad cuiꝰ inductio-
nẽ eſſet materia per caliditatẽ inductam diſpoſita.
Probabiľr: tamẽ dicimus ꝙ caliditas ſeparata poſ
ſet corrumpere per introductionẽ caliditatis ĩ ma-
teriam aque qualitates conſeruatiuas forme ſubſtã
tialis aque ad quarũ corrũptionẽ forma ſubſtantia
lis aque corrumpetur: et ſic caliditas ſeparata non
eſſet imediate de per ſe et ſecundũ ꝑpriã naturã for
me ſubſtantialis aque corruptiua: quia ſi per poſſi-
bile vel impoſſibile poſſet forma ſubſtantialis aque
abſqʒ conſeruatiuis q̃litatibus in materia eſſe prop
ter actionẽ caliditatis non corrũperetur et hoc idẽ
poteſt dici de actione caliditatis aque calide vel
caliditatis exiſtentis cũ forma ſubſtantiali cui diſcõ
uenit vnde ꝙuis videtur fuga cõis, vt doctor ſubti-
lis habet corrupta ſic caliditate forma ſubſtãtialis
ab alio agente vniuerſali introduceretˀ alia forma
ſubſtantialis.

Tex.c.16 QUoniam autem determina
tum eſt quot modis natura diciť: poſt
hoc ſpeculãdũ eſt quo differt mathe-
maticus a phiſico. ¶ Etenim plana ⁊
firma habent phiſica corpora: et lõgi-
tudines et puncta de quibus intendit mathemati-
cus. ¶ Ampliꝰ aſtrologia aut altera eſt aut pars phi Tex.c.17
ſice. Si enim phiſici eſt quid ſit ſol aut luna ſcire ac
cidentium aũt que ſunt per ſe nullum inconueniens
eſt: et aliter quoniã videntur de natura dicentes: et
de figura ſolis et lune: et vtrũ ſpherica ſit materia:
et mundus aut non. ¶ De his quidẽ igitur negociã Tex.c.18
tur ⁊ mathematicus ſed non in quantum phiſici cor
poris terminus eſt vnũquodqʒ, nec accidentia ſpe-
culatur in quantum talibus exiſtentibus accidunt.
¶ Uñ et abſtrahit abſtracta .n. in intellectu a motu
ſunt: et nil differt: nec fit mendacium abſtrahentiũ.
¶ Latet aũt hoc faciẽtes ⁊ ideas dicẽtes. Phiſica .n. Tex.c.19
abſtrahũt cũ minꝰ ſint abſtracta mathematicꝭ. ¶ Fi
et autẽ hoc manifeſtum ſi aliquis vtrorũqʒ tentaue-
rit dicere terminos: et ipſorũ accidentiũ impar qui
dem enim et par: et rectum et curuum. Ad hoc au-
tem: et linea: et figura ſine motu: caro autem et os
homo non ad huc ſed hec ſicut naris ſima: ſʒ nõ ſicut
curuum dicitur. ¶ Demonſtrat autem ⁊ que magis
phiſica quã mathematica: vt perſpectiua et harmo- Tex.c.20
nica, et aſtrologia. Contrario enim quodam modo
ſe habent cum geometria, geometria quidem eñ
phiſicam intendit lineam: ſed non in quantum ẽ phi
ſica: ſed perſpectiua quidem mathematicam line-
am ſed non in quantum mathematica: ſed in quantũ
eſt phiſica. ¶ Quoniam autem natura dupliciter di
citur ſpecies et materia ſicut de ſimo quid ſit inten- Tex.c.21.
dimus: ſic conſiderandum eſt, quare nec ſine mate-
ria huiuſmodi: nec ſecundum materiam. ¶ Etenim
iam ⁊ de hoc dubitabit aliquis dupliciter qꝛ due na
ture ſunt de qua eſt phiſica aut de eo ꝙ ex vtriſqʒ: ſʒ
ſi de eo ꝙ ex vtriſqʒ et circa vtraqʒ. ¶ Utrum igitur
eiuſdem: aut alius vtrunqʒ cognoſcere. ¶ In anti- Tex.c.22
quos quidem enim aſpicienti videbitur vtiqʒ cẽ ma
teriei: ex parua enim parte quadam empedocles ⁊
democritus ſpeciem: et quod quid erat eſſe tetige-
runt. ¶ Si autem ars imitatur naturam: eiuſdem
autem ſcientie eſt cognoſcere ſpeciem et materiam
vſqʒ ad hoc vt medici ſanitatem et colerã et flegma
in quibus eſt ſanitas: ſimiliter autem et edificatoris
eſt ſpeciem domus et materiam: que lateres et lig-
na ſunt: ſimiliter autem in alijs et phiſice vtiqʒ erit
cognoſcere vtraſqʒ naturas. ¶ Ad hoc ꝙ cuius cau
ſa fit et finem eiuſdẽ et quecũqʒ ſunt propter hoc na Tex.c.23.
tura autem finis eſt et cuius cauſa fit. Quorum eñ
continui motus exiſtẽtis eſt finis aliquis motus hoc
vltimum eſt et cuius cauſa fit: vnde et poeta deriſo-
rie appoſuit dicere hunc finē: cuius quidem cauſa
effectus eſt. Uult enim non omne eſſe vltimũ finem:
ſed optimũ. ¶ Quoniã autem faciũt artes materiã Tex.cõ.
alie quidem ſimpliciter: alie vero operoſe et vtimur 24.
tanq̃ ꝑpter nos omnibꝰ que ſunt: ſumus eñ quodã
modo ⁊ nos finis. Dupliciter enim eſt id cuius cauſa
fit: dictũ eſt autem de his in his que de prima philo-
ſophia ſunt. ¶ Due igitur ſunt principantes materiã Tex.c.25
et cognoſcentes artes: que vtitur et factiua q̃ archi
tetonica, vnde et vniuerſalis architonica quodã mõ
eſt: differũt aũt ſcđm ꝙ hec ſpeciei quidẽ cognoſciti
ua eſt et architetonica: alia autẽ vt factiua materie
gubernator eñ qualis ſit ſpẽs aliqua temonis cog-
noſcit et inſtituit: alius aũt ex quo ligno et qualibꝰ il
lis erit: in his quidẽ igitur q̃ ſunt ſm artẽ nos facimꝰ
materiã ꝑpter opus: ſed in phiſicis ineſt. ¶ Ampliꝰ Tex.c.26
eorũ q̃ ſunt ad aliquid materiã eſt: in alia, eñ ſpẽ alia
materia vſqʒ ad quãtũ: ergo phiſicũ opʒ cognoſcere
ſpẽm et qȯ quidẽ eſt aut quẽadmodũ ad medicum

neruū et fabꝛū eſ vſqꝫquo: cuiꝰ cēm cauſa: vnūquodqꝫ ⁊ circa hec q̃ ſunt ſepate q̄dē ſpēs in materia hō eñi hominē gñat ex materia ⁊ ſol quomō aūt ſe habeat hoc ſepabile et quid ſit pħie pꝛime eſt determinare

¶ Ariſtoteles intendit delarare de quibus conſiderat ſcientia naturalis et dicit ꝙ poſt quam conſideratum eſt quot modis natura dicitur conſiderandum eſt modo in quo differat mathematicus a naturali philoſopho. Poſtea: dicit ꝙ videtur mathematicam et phiſicam eandem ſcientiam eſſe: quia de eodem obiecto conſiderant namqꝫ philoſophus conſiderat plana ideſt ſuperficies ⁊ firma ideſt ſolida et lineas Et pūcta et mathematicus cōſiderat eadem: ergo mathematicus et phiſicus non differunt. Iterum cōfirmat de aſtrologia ꝙ ipſa aut eſt pars philoſophie naturalis: aut altera eſt, quaſi diceret. Mouetur queſtio vtrum aſtrologia ſit omnino altera a naturali philoſophia vel pars eius: ⁊ pꝛobat ſtatim ꝙ aſtrologia ſit vna pars philoſophie naturalis: quia cuicūqꝫ pertinet cognoſcere ſubſtantias et naturas aliquarum rerū eidem pertinet agnoſcere accidentia illarū rerū ſed ad naturalē philoſophum pertinet conſiderare naturam et ſubſtantiam ſolis et lune cum ſint quedam coꝛpoꝛa naturalia: ergo ad eum pertinet etiam conſiderare per ſe accidentia ipſorum. Hoc etiam pꝛobatur quia philoſophꝰ nālis inq̄rit d̄ figura ſolis et lune: ergo phiſica non totaliter differt a mathematica: et hoc habetur, textu cōmenti.16.et.17.. Jam vero textu commenti decimi octaui ſoluit pꝛemiſſam queſtionem dicens ꝙ quamuis mathematicus et phiſicus de eiſdem ſpeculentur tamē eſt differētia: quia mathematicus tractat de pūctis et lineis non in quantū ſunt termini coꝛpoꝛis naturalis: philoſophus vero econuerſo Unde infert coꝛolariū ⁊ abſtrahit ſcilicet mathematicus a motu ⁊ a materia ſenſibili ⁊ naturali ⁊ cauſa quare poſſunt abſtrahere eſt quia ſecundū intellectū ſunt abſtracta a motu. Et dicit textꝰ nil differt ſic abſtractum abſtractione pꝛeciſiua a ſeipſo realiter coniuncto et dicit ꝙ ſic abſtrahens nō mentitur quia aſtrahentiū non eſt mendatiū cū ſic abſtrahentes ſimplici conceptu intelligant et in ſola cōpoſitione, et diuiſione ſtat veritas et falſitas. Sunt eñi multa in re cōiūcta: quoꝛū vnū poteſt intelligi abſqꝫ alio, vt pꝛius abſqꝫ poſterioꝛi. Exempli gratia quia quantitas magis eſt imediata ad ſubſtātiā pꝛioꝛ eſt qualitate ⁊ ideo intelligi poteſt abſqꝫ qualitatibus ſenſibilibus et motu non autem abſtrahit a materia intelligibili que eſt ſubſtantia quia claudit in ſui intellectu ſubſtātiam: et hoc dicitur ſeptimo metaphiſice. in textu cōmenti decimi noni dicit latet hoc ponētibus ideas qui quidē ea que phiſica ſunt abſtrahunt dicentes ſeparatum hominē ⁊ equum et lapidem eſſe diſtinctaqꝫ ab indiuiduis eo ꝙ ſcientia eſt de vniuerſalibus et non de ſingularibus ideoqꝫ plato errauit cogitans omne quod eſt abſtractum per intellectū foꝛe abſtractum ſecūdū rem quod eſt falſum ideoqꝫ maleſaciunt abſtrahentes phiſica cū ſint minus abſtracta mathematicis. Nā mathematicus abſtrahit a materia ſenſibili et nō a materia intelligibili ſed phiſicus non abſtrahit a materia ſenſibili ſed ſolum a materie indiuiduali. Deinde dicit ꝙ hec ſolutio queſtiōis manifeſtatur ſi aliquis velit tradere diffinitiones phiſici et mathematici. Nam mathematicus diffinit ſine motu et materia impar rectum curuum ſed philoſophus, carnem, os, et hominem non adhuc ideſt non ſine motu et ſenſibilibus qualitatibus ſed naturalis dat deffinitionē ſicut ſimi et mathematicus ſicut curui. Quoꝛum pꝛimū includit materia et ſubiectū reliquum vero non adhuc idem pꝛobat textu cōmenti.20. per ſcientias q̃ ſunt medie inter mathematicam ⁊ naturalē, ille eñi ſunt magis phiſice quia vnumquodqꝫ denominatur et ſpeciem habet a termino: vnd equia harum ſcientiarū conſideratio terminatur ad materiā naturalē licet per pꝛincipia mathematica pꝛocedant magis ſunt naturales quam mathematice: dicit ergo ꝙ contrario modo ſe habent iſte ſcientie medie cū mere mathematicis q2 mere mathematice ꝯſiderāt lineam non in quantum eſt phiſica: ſed perſpectiua: non in quantum eſt mathematica: ſed in quantū eſt phiſica. Poſtea philoſophus textu cōmē.21. d̄clarat quid ſit terminus cōſideratiōis naturalis circa foꝛmam: et oſtendit ꝙ ad naturalem Philoſophum pertinet conſiderare de foꝛma: et de materia: et dicit ꝙ natura dupliciter dicitur ſpecies ideſt foꝛma et materia: et ſic eſt conſiderandū ꝙ intendimus de foꝛma ſicut de ſimo ideſt conſiderando materiā ſenſibilem, quare nec ſine mataria huiuſmodi conſideratio eſt: nec ſecundū materiā ſcilicet ſolum quia opoꝛtet cōſiderare vtrūqꝫ. Deinde textu cōmenti.22. dicit ꝙ dubitabit aliquis dupliciter. Pꝛimo cū natura dicatur de materia et foꝛma vtrū ſcientia naturalis ſit tantū de materia: vel tantū de foꝛma, vel de eo quod ex vtroqꝫ cōpoſitum eſt. Secūda dubitatio eſt vtrū ad diuerſos artifices pertinet conſideratio de foꝛma et de materia: et ſtatī ſoluit p̄dictas queſtiones et pꝛio ſecundā, quia pꝛīa queſtio videt̃ ſatis ſoluta per hoc ꝙ dixerat ꝙ conſideratio naturalis eſt tanquam de ſimo ideo ſecūdam ſoluit dicens ꝙ ſi velit aliquis aſpicere ad antiquoꝛum dicta videtur ꝙ ſcientia naturalis non ſit niſi de materia quia parū vel nihil tetigerunt foꝛmā: et ideo videtur hanc ſcientiam ſolum ſpeculari materiam: ſed ipſe vult perſuadere tribus rationibus hoc intentum. Pꝛimo ſic ars imitatur naturā quam pꝛopoſitionē intellige de bite et regulariter operantē, quia ſi male operatur ars coꝛrigit naturā ⁊ itelligitur ꝙ ars imitatur naturam in affirmatiuis: non autē in negatiuis. Exēpli gratia ſi in apoſtemate epatis natura regulariter operādo euacuat ſanguinē per naſum dextrū: ergo ⁊ ars ſi illud faciat bene agit iuxta illud Hyppocratis pꝛima aphoꝛiſmoꝛum, vndecūqꝫ natura repit: inde ducere per conueniētes regiones: ſed in negatiuis non imittatur ars naturam: quia non ſequitur natura nunquam euacuauit per venam bꝛachij: ergo ars non debet illud facere. Neganda eſt conſeq̄ntia. Dicit igitur ꝙ ſic ſe debet habere ſcientia naturalis circa naturalia ſicut ſe habet ſcientia artificialis circa artificialia: ſed ſcientie artificis eſt cognoſcere materiam et foꝛmā vſqꝫ ad aliquē certū terminum, vt patet de medico cognoſcēte ſanitatem ſicut foꝛmam ⁊ coleram et flegma: ſicut materiam in qua eſt ſanitas. Nam in contēperatione humoꝛū ſanitas conſiſtit. Similiter edificatoꝛis eſt agnoſcere ſpeciē et materiam domus: igitur etiā phiſici eſt agnoſcere vtraſqꝫ naturas. Poſtea vero textu cōmenti vigeſimi tertij idem declarat dicens ſecundam rationē eiuſdē ſciētie eſt ꝯſiderare finē ⁊ ea q̃ ſunt ad finē, q2 rō coꝛū q̃ ſunt ad finē a fine ſumit̃. Sed natura eſt finis materie: g̊ eiuſdē ſciētie ē ꝯſiderare materiam

[Left margin, beside "nino altera a naturali philoſophia":] ¶ Utrum aſtꝛologia differt a naturali phīa.

[Right margin, beside "mam: et oſtendit ꝙ ad naturalem Philoſophum":] Duplex̃ bona dubitatio

[Right margin, beside "ſuadere tribus rationibus hoc intentum":] Quō itelligit̃ ars imittatur naturam.

et formam: ꝙ autem forma ſit finis materie probat
dicens ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit finis alicuius motus
continui duo requiruntur, vnum eſt ꝙ ſit vltimum
motus et ꝙ ſit id cuius cauſa fit. Unde poeta dicit
deriſorium eſt finem dicere cuius cauſa fit. Uide-
tur enim eſſe nugatio: ſicut dicendo homo animal:
id ergo finis eſt quod eſt vltimum et optimū et quia
forme eſt vltimū generationis probat ꝙ ſit cuiꝰ cau-
ſa fit per ſimilitudinem in artibus preſupponens ꝙ
alique artes faciunt materiā ſimpliciter, vt figulus
lateres; alie vero operoſe ideſt materiam iam factā
preparant vt ars carpentaria ligna: et dicit ꝙ vti-
mur omnibus que ſunt ſecundum artem ſicut prop-
ter nos exiſtentibus. Nos enim ſumus quodā modo
fines artificialiū. Dicit quodam modo quia ſicut dic
tum eſt in philoſophia prima dupliciter dicit aliqd
cuius cauſa fit ſcilicet cuius ⁊ quo vt finis domus vt
cuius eſt habitator, vt quo vero eſt habitatio ex his
igitur accipere poſſumus ꝙ due artes ſunt domine
materie ſcilicet vna que vtitur et alia que ē factiua
artificiati inducens formā ⁊ hec ē architetonica reſ
pectu eius que diſponit materiā: ſicut nauifactiua
reſpectu carpentarie que ſecat ligna, vnde opor-
tet ꝙ ipſa ars vſualis ſit magis architetonica: quia
iudicat qualis d̄beat eſſe forma temonis: ſed factor
nauis iudicat ex quibus lignis et qualibus debeat
fieri nauis vnde vtens precipit ſcilicet gubernator
inducenti formā, vt nauifactiue et hic preparanti
materiam: vnde ſicut preparās materia ordinatur
ad inducentē formā ⁊ hic ad gubernatorē vtentē ſic
Tertia rō — materia in naturalibꝰ ordinat ad formā. ¶ Tertia
rō cōmenti. 26. ꝙ materia deſignat aliquid quod in
tellige de materia ſecunda habenti has vel illas diſ
poſitiones vnde diuerſe materie ſecunde ad diuer-
ſas formas ordinantur: ſed relatiuorū eadem eſt ſci
entia: ergo intentum deinde declarat: ꝙ ſicut medi-
cus non conſiderat neruum in quantū eſt neruus qꝛ
pertinet philoſopho, et ſimiliter faber de ęre in quā
tū eſt ęs non conſiderat: ſed in quantū eſt ſubiectū ſta
tue ſic naturalis non conſiderat formam niſi in quā-
Quis eſt trīs ſpeculatōis phī naturalis — tum habet eſſe in materia et ideo terminus conſide
rationis, ſciētie naturalis eſt circa formas que par-
tim in operando dependent a materia et organo et
partim non ſic dependent, ſicut eſt anima rationalis
que quo ad operationes ſenſitiuas pendet ab orga-
no et quantū ad vegetatiuas. Non ſic autē quantum
ad intellectiuas: itaqꝫ iſte aīe rationales ſunt in ma
teria in quantū dant eſſe naturale tali corpori et qō
ſint in materia per hoc probant: quia forma cuiuſli-
bet rei generate ex materia eſt in materia. Ad hoc
enim terminatur generatio, vt forma ſit in materia:
ſed homo generatur ex materia et ab homine quaſi
ab agente primo. et a ſole tanquā ab agenti vniuer-
ſali reſpectu generabilium: vnde ſequitur: ꝙ anima
que eſt forma hūana ſit in materia: vnde vſqꝫ ad ani
mā rationalē ſe extendit conſideratio naturalis que
eſt de formis: ſed non vſqꝫ ad formas totaliter ſepa-
Dubitat an bñ diuidat natura in materiā ⁊ formam. — ratas. Dubitatur circa preſentē textū vtrum natura
cōpetenter diuidatur in materiā et formā: et argui
tur ꝙ non, quia aliquid eſt principiū motus et quie-
tis, ⁊ ex conſequenti natura ꝙ non materia ⁊ forma:
antecedēs probatur, quia grauitas ſeparata ē prin
cipiū motus et quietis et tamen non eſt natura que
ſit materia vel forma: idem argumentum eſt de cali
ditate ſeparata, et confirmatur lumen eſt calefacti
uū et principiū motus et quietis ⁊ tamen non ē ma-
teria vel forma. Pro ſolutiōe huius queſtiōis notat
Albertus de ſaxonia ſecundo phiſicorum queſtione
ſexta: ꝙ materia eſt natura quia eſt principiū mouē
di et quieſciendi paſſiuum: et forma ſimiliter eſt na-
tura, quia eſt principium mouendi et quieſcendi ac
tiuum ſed nil aliud ab his ex natura ſumendo ꝓprie
naturā. Ex quo ſequitur ꝙ nullū efficiens ea ratione
qua efficiens et nullus finis ea ratione qua eſt finis
eſt principiū intrinſecum. quia aliter, ſequeretur ꝙ
aliqua pars eſſet cauſa aut ſuimet, aut totius cuius
eſt pars quod eſt falſum, quia nihil ſeipſum facit, et
nihil ſeipſum gignit vt Auguſt. tertio trinitate capi
tulo tertio, vbi dicit conceſſa in diuinis productiōe
facile eſt cuicūqꝫ perſuadere in diuinis eſſe diſtinc-
tionē aſſignandaꝫ. Nec pars poteſt eſſe finis ſui toti
us alioqui pars haberet meliorē rationem quā to-
tum quod eſt falſum: et conſequētia tenet, quia ſem
per finis tenet rationē melioris.

¶ Preterea notandum eſt ꝙ quam
Qō caliditas ſeparata ſit actiua et non grauitas. — uis caliditas ſeparata ſit alicuius actiuitatis. Non
tamen grauitas ſeparata eſt alicuius actiuitatis ra
tio diſcriminis eſt: quia caliditas ſeparata non alte
rat ſe, nec agit in ſe ſed grauitas mouet ſe motu to-
tali per ſe primo: quod eſt falſum quia omne quod
mouetur ab alio moueri neceſſe eſt: ⁊ ita diceremus
ꝙ illa caliditas ſeparata non eſt natura quia ad hoc
ꝙ ſit natura; requiritur ꝙ taliter ſit agens principa
le quod in quantū huiuſmodi ideſt naturale agēs nō
poſſit eſſe inſtrumentū alterius agentis creati: et qꝛ
caliditas ſeparata nata eſt eſſe iſtrumentū alterius
nō dicetur agens principale et ſic patet nullū agēs
inſtrumentale in quantum huiuſmodi fore naturam
ſed quia de agenti principali et inſtrumētali hēo no
tāda aliqua. Primo noto de mēte Buridani ꝙ ratio
agentis principalis potiſſima eſt in hoc quod eſt di-
rigere, inſtrumentalis vero in hoc quod eſt dirigi qō
bene manifeſtat artifex, et fornax eius namqꝫ ſecun
dū ꝙ eſt expediens operi artificis, ita magis et ma
gis fornax incendit quid tamen ſit dirigere non eſt
facile cognitu. Illud tamen declarabo agēs a diri-
gere. b. eſt ſecundum conatum a conari: et. b. atqꝫ
b. dependere ab. a. in agendo hanc ſecundam par-
ticulam addiderim ne cōcedamus celum eſſe agēs
inſtrumentale reſpectu ignis quia ſecundum cona-
tum ignis ita conatur celum quia tamen celū nō de
pendet ab igne ideo non eſt inſtrumentale agens ig
nis: et pro huius diffinitionis maiore enucleatione
et videndo quomodo ſecundum maiorē applicatio
nem agentis principalis magis conetur inſtrumen
tale adduco tres rationes pria eſt partes corporis
humani conſtant in debita proportione quod certe
non poſſet eſſe, ſi calor noſter eſſet agens principale
cum dicat philoſophꝰ ſecundo de anima: ꝙ ſi opera
tiones noſtre naturales fierent principaliter a calo-
re poſſet homo in infinitum creſcere: ergo principa
liter fiunt ab anima que dirigit calorem vt ad maio
res partes magis deferat de alimento et ad mino-
res minus. Secunda ratio videmus in fronte nnuqꝫ
pilos generari cum tamē ad frontem fumoſitas ter
tie digeſtiōis eleuetur que eſt materia vnde pili ge
nerantur ſed ideo pili in fronte non generantur: qꝛ
ibi anima propter decorem hominis retrahit calo-
rem naturalem ne perfecte fumum adurat qua per
fectione aduſtiōis deficiēre nō gñatur pilꝰ. Tertia
rō ſupponamꝰ ex Ariſto li. d̄ motibꝰ aīaliā ⁊ in li. de

reſpiratione et inſpiratiōe ꝙ om̄e quod eſt maxime
calidū preſertim in mixtis animatis ſemꝑ dilataṫ ⁊
conſtringitur cuius dilatio prodeſt infrigidationi
per aerem attractuꝫ conſtrictio vero prodeſt expul
ſioni aeris iam calefacti vt alius frigidus ingredia
tur:ſequitur ergo ex hac propoſitinne ꝙ cū cerebrū
ſemper dilatetur et conſtringatur in eo maximū ca
lidum eſt non quidem in ſui ſubſtantia cū ſit maxime
frigidū et exangue:ergo in q̇buſdā ſpertibꝰ vitali-
bus et aīalibꝰ maxīe feruidis eſt illud maxīe calidū
et ſi peteretur cum tantum calidum ſit preſens ipſi
cerebro quare in ipſum nō plus agit: imo maxime
auget calorem cerebri. Dicendum id eſſe, quia aīa
noſtra manu tenet et regulat calorem illorum ſpiri
tuuꝫ ne plus imprimat in cerebro quam ſit cerebro
conueniens:et in hoc ſtat potiſſima ratio dirigētis
et directi. Non pretermittas tn̄ ꝙ agens inſtrumen
tale quoddam eſt ꝓpriſſime tētū: et illud non attin-
git effectum ſecundum propriam naturam:ſed ꝓut
ab artifice ſic vel ſic mouetur: et ita ſe habet ſerra ⁊
malleus reſpectu artificis:aliud tn̄ iꝓprie vt ē ca
lor reſpectu ignis reſpectu celi:quia iſta ſecundū ꝓ
prias formas agunt:tn̄ conatuꝫ ſuum variant ſecun
dum conatū principalis, a quo dependent:et in hoc
ſtat eorum inſtrumentalitas. Ex quo inferas quod
non ſemper agens naturale agit ſecundum vltimū
ſue potentie quod bn̄ monſtrat calor naturalis quē
ſecundum quod expediens natura fortius dirigitꝛ
per illum vehementius operatur.

Dubium ſecunduꝫ

¶ Dubitaṫ ſcōo qn̄o intelligiṫ id qđ
dicit Doctor ſanctus in hoc ſecundo. Textu cō.18. ꝙ
mathematica ſunt abſtracta a materia ſenſibili:nō
autem a materia intelligibili. Pro cuius declara-
tione noto quid per materiam intelligibilem intel-
ligatur et quid per materiam ſenſibilem, per ma-
teriam ſenſibilem intelligo materiam prout ſubiec-
tū qualitatibus ſenſibilibus, vt caliditati et frigidi
tati et eius modi aliȷ̄s per materiam vero intelligi-
bilem intelligo illud quod eſt ſubiectum entis ma-
thematicis:per quod diffinitur. Unde nō ſolum ſub
iectum paſſionis mathematice ē eius materia intel-
ligibilis:ſed etiā ſubiectū ī quo ſunt numeri et mag
nitudinis, eſt materia intelligibilis eorum. Unde di
cit diuus Thomas qui eſt latinorum expoſitorū faci
le princeps hec verba. Si igitur quantitas nō clau
dit in ſuo intellectu qualitates ſenſibiles;vel motus
claudit tamen in ſuo intellectu ſubiectum poteſt igi
tur intelligi quantitas ſine materia ſubiecta motui ⁊
qualitatibus ſenſibilibus non tamē abſqꝫ ſubiecto;
⁊ ideo huiuſmodi quātitates ⁊ que eis audiunṫ ſunt
ſecundum intellectum abſtracta a motu et a mate-
ria ſenſibili:non autem a materia intelligibili. Uult
igitur expoſitor ꝙ quia non ſunt abſtracta a ſubſtan
tia;ideo non ſunt abſtracta a materia intelligibili:
quod non diceret niſi intelligeret ſubſtantiam eſſe
materiam intelligibilem eorum:et dico vlterius ꝙ
per iſtam ſubſtantiam intelligibilem ſcilicet ꝑ ſubſ-
tantiam ſubiectam poteſt diffiniri:ſi perfecte diffini
rētur:quod ꝓbo quia illud quod eſt principiū eſſen
di alicuiꝰ: eſt principiū cognoſcēdi cognitione per
fecta, vt patet ex ſecundo meta. conſtat autem quod
ſubſtantia ſubiecta eſt principium per ſe eſſendi iſta
rū formarū, vt ſuppono tanquā notū:ergo et cetera
Si autē queras huiuſmodi diffinitiones forte poſ-
ſunt eſſe tales:magnitudo eſt quātitas cōtinua per
manens per quā ſubſtantia ſubiecta habeat partes
quaꝝ vna ē extra aliā ſine diſcretione interueniente.
Numerus autem eſt quantitas diſcreta permanens
per quam ſubſtantia ſubiecta habet partes quarū
vna eſt extra aliā diſcretione interueniēte: has autē
diffinitiones ſumpſi ex tractatu Roberti dortu ſciē
tiarum:ꝙ ſi quis ponat meliores michi nō diſplicet.
¶ Secundo dico ꝙ etiam genus ⁊ differentia entis
mathematici poſſunt dici materia intelligibilis ipſi
us qđ ſic videtur:quia partes habēt rationem mate-
rie reſpectu totius:vt vult Ariſtote. ſecundo huius
modo genus et differentia ſunt partes diffinitionis
entis mathematici, vt euidēs eſt:ergo quodam mo-
do habent rationem materie reſpectu ipſiꝰ dffinitio
nis eius. Non autem ſunt materia ſenſibilis:vt mani
feſtū ē, quare ſunt materia intelligibilis, nec ſequiṫ
ex hoc ꝙ naturalis ſimiľr diffiniat vt mathematicꝰ:
qꝛ naturalis:⁊ ſi diffiniat ꝑ genꝰ ⁊ dr̄ias;non tn̄ diffi
nit ꝑ genus et dr̄iaꝫ rei mathematice:et iſtud pono
eē materia itelligibilē rei mathematice q̄ntū ad eiꝰ
diffinitionē. ¶ Queriṫ preterea vtrū differētia quā
aſſignat Ariſtoteles inter ſcientiam naturalem ⁊ ma
thematicam ſit bene aſſignata:et differentia eſt ꝙ ſci
entia naturalis diffinit per motum:mathematica ve
ro non:et arguitur pro parte negatiua ꝙ non ſit be-
ne aſſignata quia philoſophia naturalis tractat ḋ pri
mo motore et tamen primus motor non diffinitur ꝑ
motum:quia eſt motor immobilis. In oppoſitum eſt
Ariſtoteles in litera. ¶ Pro ſolutione noto quod
ad hoc ꝙ aliqua ſcientia dicatur naturalis:requi-
ritur et ſufficit ꝙ conſideret de terminis ſupponen-
tibus pro rebus naturalibus ⁊ inueſtiget terminos
connotantes motum, et operationes:vel ſi aliqua
conſideret:conſideret ſecūdum ꝙ ſunt ordinabilia
ad motum et operationes:ex quo ſequitur ꝙ ſi conſi
derat de prīo motore illud eſt ſecundū ꝙ in eius diſ-
finitione quid nominis exprimente exprimitur mo-
tus. Nam a naturali philoſopho deſcribitur primus
motor eſt principium mouens immobile: mathe-
matici vero ſolum conſiderant terminos prout ha-
bent magnitudinem et menſuram;per hoc patet, ꝙ
ſi philoſophus tractat ḋ materia prima illud eſt ſe-
cūdum ꝙ eſt ſubiectum cuiuſlibet tranſmutationis:
et ita patet ſolutio argumenti ante oppoſitum. Hec
annotat Albertus de ſaxonia ſecundo phiſicorum
queſtione ſeptima.

Dubium tertium (margin, beside "Queriṫ preterea")

¶ Iterum dubitatur circa tertum. Dubium quartum.
Utrum ſcientie medie inter puras mathematicas
et naturales ſint magis naturales quam mathema-
ce:et arguitur ꝙ non ſint medie, quia vel eſſent me-
die per abnegationem:vel per partipationem:non
primum: quia tunc Ariſtoteles non recte diuiſiſſet
ſexto metaphiſice ſcientiam ſpeculatiuam in mathe
maticam:et naturalem et metaphiſicam:quod ē fal
ſum, nec ſunt medie per participationē:qđ ē falſum:
qꝛ cū ſit habitus ſimplex non hꝫ partim de vno ⁊ par
tim de alio. Preterea iſte ſcientie medie cōputanṫ
inter mathematicas ſcilicet, arithmetica, geome-
trica:ſunt pure mathematice:ſed muſica, perſpecti
ua, et aſtrologia:ſunt ſcientie medie:que cum pure
mathematicis computantur. Ad idem iſte ſcientie
medie ſubalternantur mathematicis ergo ſunt ma
thematice:conſequentia tenet:et probatur antece-
dens:quia iſtarū ſcientiarū mediarū principia ſunt
mathematica. ¶ Oppoſitum ſentit phs in litera.

¶ Notandum ꝙ ꝓpoſitionum quedam ſunt compoſite ex terminis pure naturalibus, vt corpus humanū eſt compoſitum ex materia et forma: quedam vero ſunt compoſite ex terminis pure mathematicis, vt omnis triangulus habet tres angulos; quedam vero habent vnum terminum naturalem et alium mathematicum: celum eſt ſphericū: et iſte ſunt medie que continentur in ſcientijs medijs: et ſubiectum earum non eſt pure mathematicum: nec pure naturale vt numerus ſonorus eſt ſubiectuz muſice: linea viſualis perſpectiue: vniuerſum aſtrologie. ¶ Notandum ſecundo ꝙ quedam principia ſcientiarum cognoſcūtur ex ſolis terminis: vt quodlibet eſt vel non eſt: quedam vero per experiētiā. Exemplū primi eſt in mathematicis. Exemplum ſecundi in naturalibus: Ex quo ſequitur ꝙ concluſiones pure naturales non poſſunt demonſtrari niſi per principia pure naturalia: et concluſiones pure mathematice per principia pura mathematica. Exemplum primi. Eſt lapis ſurſum poſitus deſcendit deorſum. Exemplum ſecundi Omnis triangulus habet tres angulos etc. Sed concluſiones medie demonſtrātur vno principio accepto ex terminis: et altero per experientiam. Exēpli gratia. Iſta ꝓpoſitio, celum eſt ſphericum ſic demonſtratur: omne illud eſt ſpericum a cuius puncto medio ad circunferentiam omnes linee ducte ſunt equales: ſed celum eſt huiuſmodi: quia ſtelle apparent equales in oriente, meridie, et occidente: ergo celum eſt ſphericum. Illa namqꝫ ꝓpoſitio minor eſt media que ſolum capit euidentiam ex experientia. Aliquando vero demonſtratur aliqua ꝓpoſitio media per ꝑmiſſas pure naturales vt illa: celū eſt ſphericuz: ſic nobiliori corpori debetur nobiliori figura: ſed celum eſt nobilius corpꝰ; ergo etc. Maior non eſt mathematica: quia in mathematicis non eſt finis nec bonū Minor adidē eſt pure naturalis ſem per ergo ad concludendam concluſionē mediaz eſt opꝰ aliqua premiſſa per experientiam accepta. Ex quo ſequitur ꝙ concluſio media non poteſt concludi per premiſſas pure mathematicas.

Quomodo ſciētie medie ſūt magis naturales

¶ Nunc autem volo declarare quomodo ſcientie medie ſunt magis naturales ſupponēdo ꝙ ſcientia debet capere denominationem ab eo a quo capit certitudinem et euidentiam: et quia hoc accipit a principijs: ſequitur ꝙ principia ſunt maxima pars prebendi denominationem ſcientie. Supponamus ſecundo ꝙ ſemper concluſio ſequitur debiliorem partez vt ſcripſi in poſterioribus et ꝙ copulatiua non poteſt eſſe euidentior quā ſit eius pars: tūc ſit. Prima concluſio: ꝙ nulle propoſitiōes medie poſſunt eſſe magis certe quā naturales: probatur. Nā in demonſtratione talium concluſionum oportet ad minus ſumere vnam minorem cuius euidentia non habetur niſi per experientiam: ſecundum ꝙ dicebatur: cum ergo concluſio capiat euidentiam ex ſuis principijs per vnam ſuppoſitionem: et cum conſequens non poſſit euidentius eſſe antecedēti per vnā aliam ſuppoſitionem: ſequitur copulatiuā que eſt antecedens totale ad concluſionem mediam demōſtrādam non eſſe euidētiorem quam ſit minor premiſſa ad predictam concluſionem cum illa ſit minus euidens maiore: ꝓpter hoc ꝙ maior eſt innata: minor vero capta per experientiaz. Ex quo ſequitur vlterius concluſionem mediam nō poſſe habere maiorem euidentiam nec certiorem quam habeat minor: ex qua ſyllogizatur: et per conſequens: ſequitur ipſam concluſionem non poſſe habere maiorē euidentiam quam poteſt habere per experientiā et tantam poſſe habere concluſiones naturales: quibus concluſiones medie ſunt equales in certitudine et euidētia. Ex quo ſequitur: ꝙ ſcientie medie debent dici naturales magis quam mathematice: patet quia ſciātie medie non ſunt equaliter certe cum ſcientijs mathematicis: et ſm certitudinem maiorem vel minorem ſcientie debent capere denominationem: ad rationes principales. ¶ Ad primam dico ꝙ dicuntur medie: quia earum propoſitiōes ſunt compoſite ex vno temino naturali et alio mathematico. Ad confirmationem dico ꝙ enumerantur inter ſcientias mathematicas: nō ꝙ ſint magis mathematice quam naturales: ſed quia antiquitus conſueuerant eas addiſcere cum ſcientijs pure mathematicis ante ſcientias naturales. Ad aliam dico ꝙ non oportet ſciētias ſubalternatas eſſe eiuſdem generis. Nam ſic omnes ſcientie mathematice eſſent eiuſdem generis propter hoc ꝙ ſcientie mathematice quodam modo ſubalternantur. Tandem dico ꝙ bene verum eſt ꝙ ſcientie medie vtuntur principijs generalibus ſciētiarum pure mathematicarum: ſed principia ſpecialia mediarum ſunt ſimilia in certitudine principijs ſcientie naturalis propter ꝙ ſcientie medie magis dicūtur nāles vtpote denominationē a principijs ꝯ ſpecialibus ſuſcipiētes magis quam a generalibꝰ.

¶ Querit̄ ꝑterea an naturalis philoſophus habeat conſiderare materiam primam: et primam formam que eſt prima cauſa: et videtur ꝙ nō quia hec conſiderare pertinet ad metaphiſicum: ergo non philoſopho naturali: ſimiliter primus motor eſt mouens immobile: ergo non pertinet ipſiꝰ cōſideratio philoſopho naturali: tenet conſequentia quia philoſophus conſiderat omnia ratione motus. Pro ſolutione preſentis queſtionis: quia videtur oppoſitum dicere Ariſtoteles et Cōmētator in iſto textu cōmenti decimi ſexti. Noto de mente Commentatoris in primo commento. 83. et ſecundo huius commento. 22. ꝙ Auicenna voluit philoſophum naturalem non demonſtrare materiam primam eſſe nec formam primam eſſe: ſed iſta demōſtrare pertinet ad philoſophum primum et naturalis debet accipere et ſupponere ab ipſo et ratio Auicenne fuit quia audiuit ex poſterioribus analecticis: ꝙ nulla ſcientia demonſtrat ſua propria principia: ſed materia prima et forma prima ſunt principia omnium rerum naturalium: ergo philoſophus nō pōt illa demonſtrare: ſed iſta poſitio non placet Commentatori: quia materia prima demonſtratur per tranſmutatiōem iuxta illnd Auerrois octauo metaphiſi. textu commenti decimiſeptimi: ſicut operatio fecit ſcire formam: ita tranſmutatio fecit ſcire materiam: ſimiliter primus motor cognoſcitur a nobis per motum eternū que demonſtratio non pertinet ipſi metaphiſico ſed philoſopho naturali: ergo pertinet naturali conſiderare primam materiam: et primam formam ſed in veritate Cōmētator non videtur adeo bene ſenſiſſe, vt ſenſit Auicenna: quia philoſophus ꝺclarans vſqꝫ ad quantum ſe extenderet philoſophus naturalis dixit ꝙ ſe extendebat vſqꝫ ad animam rationalem in quantum non eſt abſtracta a materia ſm operationes ſenſitiuas: et naturales: et ita dicerem ego ꝙ primus motor conſideratus ſecundum ꝙ eſt princi-

Bona qō.

pium motus vere eſt de coſideratione philoſophi ſʒ
conſideratus in quantum eſt actus purus. primum
ens ſic eſt de conſideratione methaphiſice: et mate-
ria prima conſiderata in quantum eſt ſubiectū tranſ
mutationis eſt de conſideratione philoſophi natura
lis ſed in quantum eſt in pura potentia et omniū ſub
ſtantiarum imperfectiſſima dicetur de conſideratio
ne metaphiſice ſi plura placet videre d̄ hoc vide Jo
annē de ianduno. 2 phiſicorū .q. 7. Forte tamen hec
que nos dicimus ſunt melius digeſta.

Tex.c.27 DEterminatis aūt his con-
ſiderandum eſt de cauſis: que ⁊ quot
numero ſint. Qm̄ enim ſciendi gra-
tia hoc negocium eſt ſcire aūt non an
te opinamur vnūquodqʒ. Quā vtiqʒ
accipimus ꝓpter quid eſt vnumqđqʒ
Hoc aūt eſt accipere priam cauſam: manifeſtum eſt
quoniam et nobis hoc faciendū eſt: et de generatio-
ne et corruptione et de oī phyſica mutatione: quate
nus ſcientes eoꝝ principia reducere in ipſa tētem⁹
Tex.c.28 queſitoꝝ vnūquodqʒ. ¶ Uno quidem mō cauſa dici
tur ex quo fit aliquid cū inſit: ſicut es ſtatue: et argē-
tū phiale: et hoꝝ genera. Alio aūt mō ſpecies et exē
plum. Hec aūt eſt ratio ipſius ꝙ aliquid erat eſſe: ⁊
huius gn̄a: vt eius que eꝝ diapaſon: duo ad vnū ⁊ om
Tex.c.29 nino numerus et partes q̄ in diffinitione. ¶ Ampli⁹
vnde principiū mutationis primū ad quietis eſt. vt
conſilians cauſa: et pr̄ filij: et omnino faciens facti: ⁊
cōmutans cōmutati. Ad huc aūt quemadmodum fi-
nis: Hoc aūt eſt qđ cuius cauſa: vt ambulādi ſanitas
ꝓpter quid em̄ ambulat dicimus: vt ſanetur. Et dicē
centes ſic opinamur aſſignare cauſam. Et quecūqʒ iā
mouente alio intermedia ſunt finis: vt ſanitatis: ma-
cies: aut purgatio: aut potiones: aut organa. Oīa
em̄ hec finis gratia ſunt. Differunt tn̄ ab inuicē. Qđ
alia quidem opa: alia vero organa. ¶ Cauſe quidē
Tex.c.30 igitur fere tot modis dicūtur. ¶ Contingit aūt mul-
tipliciter dictis cauſis: multas eiuſdē cauſas eſſe nō
ſm accidens: vt ſtatuifica et es non ſm alterū aliqd:
ſed ſcđm ꝙ eſt ſtatua: ſed non eodē modo. ſed hoc qui
dem vt materia. illud aūt ſicut vnde motus. Sūt aūt
quedam ⁊ ad inuicem cauſe, vt laborare cauſa ē bo
ni habitus ⁊ hic laborandi, ſed nō eodē mō: ſed hec
quidem ſicut finis: illa ſicut principiū motus. Ampli
us aūt eadē cōtrarioꝝ eſt. Que enim p̄ſens cauſa hu
ius eſt: et abſentem cauſam aliqn̄ ꝯtrarij: vt abſentia
gubernatoris nauis ſub merſionis, cui⁹ erat preſen
Tex.c.31. tia cauſa ſalutis. ¶ Oēs aūt nūc dicte cauſe in qt-
tuor incidūt modos manifeſtiſſimos. Elementa em̄
ſyllabaꝝ: et materia vaſoꝝ: et ignis ⁊ huiuſmodi cor
porū et partes totius, et ſuppoſitiones concluſionis
ſicut ex quo cauſe ſunt. Harū aūt he quidē ſunt ſicut
ſubiectū et partes. Alie aūt ſunt ſicut qđ quid erat
eſſe: et totum et compō et ſpecies. Semen aūt et me
dicus et conſilians et omnino faciens omes ſunt: vn-
de principiū mutationis ſtatus aut motus eſt. Alie
aūt ſicut finis et bonū alioꝝ. Que em̄ eſt cuius cauſa
potiſſima eſt: et finis alioꝝ voluit eē. Differt aūt nihil
Tex.c.32 eandem dicere bonā: vel videri bonā. ¶ Cauſe qdē
igitur he tot ſunt ſpē. ¶ Modi aūt cauſarum nume
ro quidem ſunt multi. Capitales aūt et hi minores.
Dicuntur aūt cauſe multipliciter. Et ipſarū ſimiliū
ſpecierū et prius et poſteri⁹ altera alterius: vt ſani-
tatis medicus et artifex et dyapaſon duplū et nūe-
Tex.c.33. rus et ſemper cōtinentia ad vnūquodqʒ. ¶ Ampli⁹
autem ſm accidens et horum genera: ſicut ſtatue: et
aliter polycletus: ⁊ aliter ſtatuā faciēs quoniam ac-
cidit ſtatuā facienti Polycletum eſſe. Et ꝯtinentes
ſm accidens: vt ſi homo cauſa ſit ſtatue aut omni-
no animal. Sunt autem accidentiū alie alijs longi⁹
et ꝓprius: vt ſi albus et muſic⁹ cauſa dicant̄ ſtatue.
¶ Preter aūt omnes et ꝓprie dictas et ſm accidēs Tex.c.34
alie quidem ſicut potentes dicuntur. alie vero ſicut
operantes: vt edificandi domum edificator: aut edi
ficās edificator. Similiter autem dicuntur ⁊ in qui Tex.c.35
bus cauſe que ſunt cauſe de his que dicta ſunt. vt hu
ius ſtatue vt ſtatue: aut et omnino imaginis: et eris
huius vt eris: aut omnino materie: et in accidentib⁹
ſimiliter eſt. ¶ Amplius autem complexe et iſte et Tex.c.36
ille dicuntur: vt non polycletus neqʒ ſtatuam faciēs
ſed polycletus ſtatuā faciens. ¶ Sed tamen omnes Tex.c.37
he ſunt multitudine quidem ſex: dicte autem dupli-
citer. Sunt enim ſicut ſingulare: aut ſicut genus:
aut ſicut acccidens: aut genus accidentis: aut ſicut
complexe he: autem ſicut ſimpliciter dicte. Omnes
autē actu operantes, aut ſecundum potentiam ſunt.
¶ Differunt aūt in tantū ꝙ operantes quidem et ſin
gulares ſimul ſunt et nō ſunt: ⁊ quoꝝ ſunt cauſe: ſicut
hic medicans cum hoc qui fit ſanus: et hic edifica-
tor cum hoc edificato. Que autem ſunt ſecundū po
tentiam non ſemper. Corrumpuntur enim non ſimul
dom⁹ ⁊ edificator. ¶ Oportet autē ſemper cauſam
vniuſcuiuſqʒ ſummā q̄rere: ſicut et in alijs: vt hō edi Tex.c.38
ficat: qm̄ edificator eſt: edificator aūt ſm edificatio
nem. Hec autem prima cauſa eſt: et ſic in omnibus.
¶ Amplius autem alie quidem genera ſunt gene-
rum: alie autem ſingulares ſingularium vt ſtatue ſta
tuam quidem faciens. Hic autem et huius et potē-
tie quidem poſſibilium: operantes autem ad opera
ta ¶ Quot quidē igitur cauſe ſint: et quomō cauſe
ſunt nobis determinata ſunt ſufficienter. Tex.c.39

PHiloſophus impreſentiarū agit
de cauſis dicens ſe velle determinare q̄ ⁊ quot
ſunt cauſe et hoc ideo quia hoc negocium non ordi-
natur ad operationem ſed ad ſcientiā quia nos non
poſſumus facere res naturales ſed ſolum de eis ſciē
tiam habere et quia ſcire non opinatur aliquis, niſi
cum accipim⁹ ꝓpter quid qđ eſt accipe cauſam. Un
manifeſtū eſt ꝙ hoc obſernandū eſt apud nos circa
generationem et corruptionē et omnē naturalē muta
tionē, vt ſciamus cauſas illoꝝ mutationū vt vnūqđqʒ
de quo querit̄ reducamus in proximā cauſam: ⁊ hec
dicit philoſophus vſqʒ ad illā partē vno quidem mō
vbi d̄terminat nobis d̄ cauſis: dicēs quot ſunt et prio
oſtendit diuerſas ſpēs cauſarū dicēs primo cauſam
materialem quā diffinit hoc modo quod eſt illud: ex
quo fit aliquid cū ī ſit quam vltimā particulā poſu-
it ad differētiam p̄uationis ⁊ cōtrarij. Nā ſtatua q
dē fit ex ere et phiala ex argento quare es eſt mate
ria ſtatue et argentū phiale et horū genera ſcilicet
metala et liquabilia ſunt materia ſtatuaꝝ et phiala-
rū. Poſtea dicit alio modo vocat cauſam formalem
ſpeciem ideſt formam materie coniunctā et exēplū
ideſt ideā platonicā que a platone ponebatur natu-
ra ſpecici ⁊ quedam forma abſtracta quam dicebat
plato ideam exemplar et paradigma exemplificās
autem de hac cauſa formali ponit exemplū in quadā
conſonantia muſice que vocatur dyapaſon cuius for
ma eſt ꝓportio dupla que eſt duorum ad vnū. Nam ꝓ
portiones numerales applicate ad ſonū ſicut ad ma

teriam conſonātias muſicales conſtituūt et cū duplū
ſit forma conſonantie que eſt dyapaſon benemerito ē
cauſa formalis et ad hunc modū cauſe reducuntur
oēs partes ī diffinitione: Nam ptes ſpeciei ponun
tur in diffinitione non autē partes materie, vt dici
tur in ſeptimo metaphiſice et ſi dicatis ſupra dixit
philoſophus ꝙ in diffinitiōe naturali debet poni ma
teria: qꝛ nō debet poni materia in īdiuiduo ſ; in ſpe
cie et natura ſpeciei conſtituta ex materia cōmuni ⁊
forma ſe habet vt cauſa formalis reſpectu indiuidui
qō participat tale naturam.

Qō celebris ō ideis ¶ Queritur circa iſtum textum q̄ ſit
opinio platōis de ideis circa qō inuenio multos mo
dos dicendi accipiam tñ tres tm̄ et eligam modum
conuenientē verbis platonis et Ariſtotelis. Prim⁹
modus eſt qui ex verbis extrahitur Jam vici in ſym
poſio platonis qui ponit ideas nil aliud eſſe niſi ratio
nes rerum naturalium in anima mundi ſigillatas in
vltimo cōplemento ornamenti eius vbi debes ſcire
animā mūdi duos habere ordines vnum quo ab om
niū rerum auctore in medio mundi egredit̄. Alterū
quo redit in illum in primo quidē aīa tenebroſa ſeu
cauſa exiſtit in fine redit⁹ ornata ſeu mūdū adipiſcit̄
Jterū in reditu plures imaginandi gradus. Unus
quidē quo in illum reuertit̄ et hic amoris dicitur ori
go a platone in illo libro Secūdus quo ab actore il
lo illuſtratur et hic amoris pabulum. Tertius quo
illi inheret et hic amoris incendium. Quartus quo
deo plus appropinquat et hic amoris impetus dic-
tus eſt. Quintus quo deus vt ſigillator in illa ei⁹ mē
te omniū rerū naturaliū formas, vt eſt dicere depin
git celoꝝ et breuiter omniū reꝝ naturaliū ⁊ hic amo
ris perfectio dicitur. vltimus ē quo omnes ille idee
rerūqꝫ ſimilitudines habēt eſſe quietum perfectūqꝫ
et ſic mundus dicitur id eſt ornamentum in quo amo
ris ſtatū plato poſuit ecce igitur ſm̄ hos ideas nil
aliud eſſe niſi rationes ⁊ rerū ſimilitudines in anima
mūdi formatas vt per illas omniū rerū teneat notio
nes et eas producere ſciat in vltimo complemento
mundi appoſitas ei. Cum autem aīa hominis in quin
to fuerit gradu rationes omniū reꝝ ſibi depingunt̄
veniens tamen ad hominis corpus mole corporis ob
tunditur et obnubilatur atqꝫ obliuiſcitur: et poſtea
ſuum ſcire ē quoddam reminiſci Secūdus modus
famoſus eſt ab Alberto elect⁹ in primo ſue metaphi
ſice et eſt ꝙ ideas ponit virtutes ſtellarū deus em̄ cū
auctor perfectus omniū exiſtat cōueniebat mūdum
formare: ita vt nil ei deeſſe videret̄: formabit itaqꝫ
celū octauū eiqꝫ. 48. appoſuit imagines, verbi gr̄a
celeſtis ſcorpio nil aliud eſt niſi ſtellarum amplexus
qui inferis dominatur ſcorpionib⁹: ſerpens ſerpen-
tibus: et ſic ſecūdū numerū omniū aīaliū poſuit ima
ginem determinatam, ſingulos ſingulam determinā
te: imo Hermes Enoch Mercurius Egyptius inqt
quelibet arenarum maris ſuum obtinet ſydus: inci-
tans ad incrementū eiuſdem: et quia huiuſmodi ſtel
le vitutes earum in hunc mundum mutiplicāt. ideo
inquit Ariſto. in libro de mundo quoſdam antiquoꝝ
rū dixiſſe omnia hec plena dijs eſſe Opus eſt modo
dicere modū qui mihi plus platonis verbis congru
et. Dico itaqꝫ ꝙ plato in parmenide de vno rerū om
niū principio: de ideis diſputans quattuor abſoluit
Egregie qōnes de ideis queſtiones de eis Prima quidē vtrū idee ſint. Secū
da quorū idee ſint: et quoꝝ minime. Tertia q̄les ſint
quamue vim habeāt. Quarta quomodo ab his: que

infra eas ſunt participantur. ¶ Et quia queſtio an
res ſit quid rei nominis ſupponit. Jdeo dicendum
ꝙ in omnibus his queſtionibus plato per ideam vni
uerſale audit: qō enim apud peripateticos vniuerſa
le dicit̄ ideā plato appellat. Sūt aut vniuerſalia du-
plicia generica ſpecificaqꝫ: generū plato ideas non
apponit vt in illo libro videtur. apponit ergo ideas
indiuiduorum: quas ſpecies appellat. Eſt ergo ſen-
ſus prime queſtiōis an idee id eſt ſpecies indiuiduo
rum ſint, Uerbi gratia: homo ſeparatus ab indiui-
duis ſecundū eſſe exiſtentie: cui reſpondet plato ca-
pitulo quarto ꝙ ſic: et tu debes ſcire: ꝙ ſicut nos poni
mus hominē conceptum eſſe ens ſecūdū rationē diſ-
tinctum ab indiuiduis ꝓprijs ipſumqꝫ, vt ſic non eſſe
in loco: nec in tempore: conceptus em̄ rei dū in intel-
lectu eſt nullū tenet locū: iterum nec temp⁹: ſic ⁊ pla-
to hominem ſeparatum a materia et ab indiuiduis
ſm̄ rem ponit nullum tenens locum: nec tempus ocu
pans: et ſicut de homine dixi ita audit plato et ō om
nium indiuiduorum ſpeciebus cunctis. Ad ſecundā Ad ſcōaꝫ qōnem
queſtionem ſoluit ibidem non omnium ideas debere
poni: vt non piloꝝ luti macularum nec viliſſimorum
et vniuerſaliter eorum non videtur ponere ideas q̄
non ſunt per ſe intenta a natura; nec ſunt opus natu-
re per ſe: ſed ſequūtur opera nature et ideo ſi habēt
ideas non proprias ſed cōmunes eis et illas que cō
ſequūtur: vt videtur ibi probare plato ſocratem in-
ducens. ¶ Debes ſcire qō (vt dicam) plato poſuit
ideas ꝓpter duo: propter generationem et propter
ſcire: et quia huiuſmodi entia viliſſima nec per ſe ſci
untur; nec per ſe generātur: ideo propie idee nō eis
reſpondēt ſed eedem idee que ſunt primoꝝ: atqꝫ hu
iuſmodi conſequuntur ſunt ⁊ horum conſequentiam
ꝓpter quod in accidentium plato ponit ideas. Ter Ad tertiā qōnem
tiam queſtionem abſoluens vult plato capitulo quin
to huiuſmodi ideas eſſe ſimilitudines rerum impar
tibiles: non diſtantes a rebus nec in his rebus vni-
tas; inquit em̄ plato ꝙ idea hominis non partita eſt
ita ꝙ pars eius ē in vno homine et alia in altero; quē
admodum velamen quo plures cooperiuntur per to
tum eſt in pluribus; ſed velut dies; ſicut em̄ dies tot⁹
eſt omnibus habitantibus: et nihil ſe cernitur a die
ſic tota illa forma ē in indiuiduis; et nil ab eis ſe cer
nitur. ¶ Debes ſcire ꝙ ſicut Ariſtnteles ponit homi
nis conceptum in mente exiſtentem eſſe omnium ho
minum indiuiduorum. iterū eſſe indiuidualem ⁊ ab
omnibus participatum ſic et plato ponit hominē con
ceptum ſecundum eſſe ſeparatum ab indiuiduis ip-
ſum impartibilem et omnibus illis p̄ſentem et nulla
tenus diſtantem quemadmodum ſimilitudo vna exiſ
tens: in omnibus eſt ſimilibus: et hoc vniuerſale ē pla
tonis. ¶ Quartam abſoluit plato tandem ⁊ vult hu
iuſmodi eſſe ab indiuiduis participatas non ſic intel Ad q̄rtaꝫ qōnem
ligendo: ꝙ pars eius vna capiatur ab vno indiuiduo
ſic enim idea diminuibilis et augmentabilis eēt: ſed
intelligēdo ꝙ ea que ſunt hec illa capiant in diuiſibi-
ter: que participari dicuntur: eo quia non eſt aliqua
eoꝝ in vno indiuiduo quin ſit in alio: et ſic participa
tam dicit illi eſſe ideam ab eis ſecundū tñ theologos
notandū ꝙ in deo ſunt plures idee realiter diſtincte
indiuidui precise nullam tamen eſt dabilis idea de
formitatis quamuis ipſam de formitatem deus cog-
noſcat. Secunda pars huius prime literalis eſt ꝙ in
deo ſuut plures idee diſtincte. pro cuius intelligētia
noto poſt ocham ꝙ ō huiuſmodi ideis que res ſint, di-
uerſi doctores diuerſa et ad verſa ſenſere; non nullis

dicentibus eas ipſam eſſentiam diuinā eſſe: que cog
nitio eſt omnium rerū et hoc marſili⁹ nō nullis aſſerē
tibus eas reſpectus eſſe imitabilitatis ſecundum
quos diuīa eſſentia diuerſis creaturis diuerſi mode
eſt imitabilis vt henrricus: alijs aut recētiorib⁹ opi
nantib⁹ ipſas ideas eē creaturas adeo cognitas, vt
Gerſon ocham. ‖ Hec tamen controuerſia facile tol-
lereť ſi quid nominis idee prius aſſignetur et ꝓprie-
tates que ideis attribuūtur in medium ꝓponantur
Pro quo noto ꝙ inter alios beatus Auguſtinus mul
ta de huiuſmodi ideis locutus eſt: qui libro 83 q̄ſtio
num inter cetera que dicit, idee ſunt quedā princi-
pales forme vel ratiōes reꝝ ſtabiles que ipſe forma
te non ſunt et propter hoc eterne et ſemper eodem
modo ſe habentes que diuina intelligentia continen
Nota mirabilia d̄ ideis — tur et cum ipſe nec oriantur: nec intereant ſecundū
eas tn̄ formari dicitur omne quod oriri et interire
poteſt aīa vero negatur eas intueri poſſe niſi ratiōa
lis: non quelibet: ſed que ſancta e pura fuerit ⁊ ad
dit qua viſiōe fit anima beatiſſima: ex quibus in fer
ri poteſt plures ꝓprietates ideis conuenire: quales
pluralitas eternitas neceſſitas in mutabilitas beati
ficatiuitas: idem Aug. vbi ſupra dicit de huiuſmodi
ideis. ‖ Has autem rationes vbi arbitrādū eſt eſſe ni
ſi in mente creatoris. Nō eñ extra ſe poſitum quicꝗ
intuebať deus vt ſcđm id cōſtitueret qđ conſtituebat
Seneca etiā ad Luciliū: d̄ idea dicit eā eē id ad qđ
reſpiciens artifex id quod deſtinabat efficit: ex qui
b⁹ clare poteſt dici hoc quid nominis idee: idea eſt
exemplar cognitū: ad quod reſpiciens cognoſcens
pōt aliquid ꝓducere in eſſe reali. ‖ Hanc aūt diffini-
tionē non eſt dubiū creature cuicūꝗ cōpetere: ipſa
eñ creatura eſt aliquid adeo cognitū ad quā creatu
rā deus reſpiciens pōt aliquid in eē reali ꝓducere:
quia ipſammet que ꝓ tanto vocať exemplar ſui: quia
deus talē producit creaturā in eſſe reali qualē cog-
noſcit et prius cognoſcit taliter qualiter eſt ꝓduce-
da quā ꝓducat. Pari forma predictas ꝓprietates
creaturis competere reperiemus. Nam ſunt plures
quia plura cognita: ſunt eterne in eſſe cognito: quia
eternaliter cognite: ſunt neceſſarie in eſſe cognito:
et immutabiles: quia immutabiliter cognoſcuntur:
ſunt beatificatiue quia non poſſunt in verbo cognoſ
ci quin cognoſcens ſit beatus ex quibus ipſas crea-
Nota vbi ſunt idee — turas patet ſui eſſe ideas. Noto ſecūdo ꝓ eo qđ dici
tur ꝙ ſunt in deo: tribus modis dicitur aliquid eſſe
in deo formaliter et ſubiectiue vt perſone et relatio
nes potentialiter ſeu virtualiter: vt effectus adeo ꝓ
ducibiles et obiectiue vt res adeo cognite cum dici
mus ideas eſſe in deo intelligatur tertio mō ſcilicet
obiectiue quō dicitur obiectū eſſe in cognoſcente et
hoc ſequitur ex dictis corolarie: ſequitur etiam ex
premiſſis ideas non eſſe deo rationes formales cog
noſcendi nec ad id ponuntur vt per eas formaliter
deus intelligat nec vt ſint principiū cognoſcendi: ſꝫ
ponūtur vt ſint ſuo modo principiū ꝓducēdi ſeu rō
ſic ſcilicet ꝙ de⁹ nil pōt nec ī eſſe reali efficere: niſi ꝑ
intelligat illud taliter qualiter faciendum eſt: quib⁹
premiſſis pꝫ concluſio: ſcilicet qđ in deo ſunt idee ob
iectiue tamen: et plures et diſtincte: quod pꝫ nūc ex
precedentibus tum etiam alia authoritate Auguſt.
vbi ſupra dicentis ſingula ꝓprijs ſunt creata ratio
nibus. ‖ Has aūt vbi arbitrandū eſſe niſi in mēte crea
toris: patet etiam ꝙ ſint plures per eundē dicētem
Alia ratione conditus eſt homo: alia equ⁹: item per
Dioniſium 6 capite de nominibus diuinis: qui dicit
eas in plurali eſſe exemplaria et rationes proprias.

¶ Vltra dico ꝙ ſolius indiuidui eſt
dabilis idea: per hanc partem intendo negare vni-
uerſalia in eſſe reali: que platonis ſunt atributa po-
nenti hūanitatem eſſe naturam quādam communem
omnibus hominib⁹ et eadē eſſe in quolibet homine
vnde ſtatim īfertur: hūanitatem cuiuſcūꝗ hominis
ad eo eſſe aſumptā: et ex cōſeq̄nti beatā. Que tamē
ſentētia vt prius patuit dānata eſt in cōcilio conſtan
tienſi. Intēdo ſimiliter negare alia vniuerſalia ī eſſe
reali cōicabilia per identitatem: vt videť ſentire
Paul⁹ venetus aut in differētiā vt tenet Scotus qꝛ
tamen hec aut logicalia ſunt: aut metaphiſicalia
pretermitto et probo meam concluſionem ſic. So-
lum illud habet ideam in mēte diuina quod poteſt
in eſſe reali ab eodem ꝓduci vt pꝫ ex dictis: ſed nil
pōt ꝓduci q̄m ſit indiuiduū pꝫ qm̄ īdiuiduū et ſingla
re idem ſunt vt ſuppono: et indiuiduum et ſingulare
diciť id qđ ē idē ſibi ⁊ diſtinctū a quolibet alio: vt pꝫ
ex qd nōis: igiť cū de quolꝫ poſſibili ſit hoc verū qđ
ſit idē ſibi et diſtinctū a quolꝫ alio: ſequiť ꝙ omne ta
le: eſt ſingulare et indiuiduū: et per ꝯñs nullū eſt vni
uerſale in eſſe reali: quod non ſit indiuiduū: tū etiam
omnis res eſt vna numero q̄ cū alia facit numerum:
igiť cū omnis res cū alia faciat numerū erit vna nūe
ro et per ꝯñs indiuiduū.

¶ Vltra dico ꝙ nō eſt dabilis idea
de formitatis pro hac parte noto de formitatē du-
pliciter accipi poſſe ꝓ actu aut voluntate difformi a
recta rōne cui debꝫ ꝯformari: illud dr̄ māle pecca-
ti: quod ſi ſit commiſſionis: erit actus contra ꝑ-
ceptum elicitus. Si autem omiſſionis erit ipſa volū
tas omittens cōtra preceptū. Alio modo accipiť ꝓ
ipſa malicia ꝯñti actū vel volūtatē difformem: et hoc
eſt formale pecati ſuppono etiā huiuſmodi maliciā
pro formali non eſſe poſitiuū quid ſed priuatiuū: qꝛ
eſt carentia rectitudinis debite in eſſe cui autem
ſit debita in eſſe illa rectitudo quā priuat peccatum
eſt controuerſia inter doctores. Tenet ſcotus in ſuo
ſecūdo ꝙ ē debita in eſſe actui quod ex hoc apparet
falſum quia eſt aliquod peccatū intrinſece malū pu-
ta odiū dei: cui non poteſt eſſe rectitudo: ergo mali
tia illi⁹ non eſt carentia rectitudinis debite in eſſe il
li actui: qꝛ pono ꝙ illud odium eliciatur a ſocrate tē
pore quo non teneť aliquem actū elicere. Alij autem
vt Ocham tenent ꝙ illa rectitudo debita eſt in eſſe
volūtati: ſed hoc eadē ratione improbari pōt: qꝛ in
tp̄e quo nil boni tenetur ſocrates agere ſi dei odiū
eliciat: non caret rectitudine debita in eē ſue volūta
ti tūc maxime ſi teneatur ꝙ rectitudo nō aliud ſit ꝗ
actus rectus vt aliqui volūt: aliter igitur videť di
cendū: ꝙ rectitudo quā priuat peccatū eſt conformi
tas ad rectā rationem cōtra quā quis peccat que in
hoc ſtat ꝙ voluntas ſic ſe habeat ſicut recta rō obli-
gās dictat ſe debere vnde patet ꝙ difformitas pec
cati et malicia pro formali eſt carentia rectitudinis
debite in eſſe volūtati quo premiſſo intelligo meam
concluſionem de difformitate: et eam probo ſolum il
lud habet ideā in mēte diuina quod poteſt deo cog
noſcente in eſſe reali fieri ſed difformitas huiuſmodi
non poteſt in eſſe reali adeo fieri igiť: maior eſt beati
Auguſti. vbi ſupra minor illa pꝫ qꝛ: difformitas illo — Aug
modo ſumpta non eſt quid reale: ſed priuatio vt pꝫ
ex dictis: id etiam patet per Dioniſium libro. 4. de — Dio
diuinis nominibus per damaſcenū libro 2 cap 4 di

centeꝫ malū nil eſſe ſed boni priuationē ratio etiam
confirmatur per illud Joānis .i. oīa per ipſum fac
ta ſunt: et ſine ipſo factum eſt nihil: vbi gloſat Aug.
nil ideſt peccatum quod ideo fieri non pōt quia pro
formali eſt nihil.

¶ Ultra dico ꝙ deꝰ hmōi deformi-
tatē cognoſcit. Pro hac pte noto ſm theologos Du
randū et alios in ſuis primis ꝙ triplex ponit̄ in deo
cognitio ſimplicis tendentie vel aphēſionis ⁊ ſcīe vi
ſionis et ſciētie approbatiōis. Prima cognoſcit deꝰ
ſe et alia extra ſe et poſſibilia omnia: vt ex dictis pa
tet: Secūdo modo dicitur ſolum cognoſcere ⁊ ſcire
illa que ſunt ſecundum aliquam differentiam tem-
poris preteriti: pn̄tis: aut futuri: quia ſicut nos nō vi
demus niſi que extra nos habent eſſe in tempore: ita
deus non dicitur videre niſi illa que alicui tempori
coexiſtunt. Tertio modo dicitur ſcire ſolum illa in
quibus ipſe deus complacet vt ſunt bona et etiā ma
la pene: non autem culpe: ſed ea dicitur cognoſcere
primo: et ſecundo modo: et non tertio: et ita illud
Abachu eſt intelligendum mūdi ſunt oculi tui ne vi
deas malū: et illud Matthei .5. Neſcio vos: quod
ad virgines fatuas dictum eſt. Quo premiſſo patet
mea concluſio ꝙ deus cognoſcit deformitatē cogni-
tione ſimplicis tendentie ſeu apprehenſionis ſicut eā
intelligo: Probatur quia ex dictis in prima conclu-
ſione patet deum nullum verum ignorare: igitur da
to hoc vero. Hic actus eſt difformis a recta ratione
vel caret rectitudine debita illi ineſſe (demonſtra
to vno peccato:) deus aſſentiet illi: et per conſe-
quens apprehendet extrema: quorum alterum eſt
deformitas: igitur. Patet etiam ſecūdo: quia ſi deꝰ
huiuſmodi deformitatem ignoraret: neſciret qō
peccatum eſſet alio grauius: et per conſequens neſ-
ciret penam debitam peccatis ⁊ cui peccato maior
pena: et cui minor debeatur quod eſt manifeſte fal-
ſum autoritate: Id etiā probatur per illud Job .ii.
Ipſe enim nouit hominum vanitatem: et videns ini
quitatem nonne conſiderat? Idem etiam teſtatur
pſalmiſta dicēs. Delicta mea non ſunt a te abſcondi
ta igitur. Nunc autem videamus ſecundum doctorē
ſanctuꝫ quid ſint idee. Circa qō breuiter pono aliq̄s
concluſiones quas ponit cōtra gētiles capitulo 54
Conclo. 1. Prima cōcluſio: diuina eſſentia eſt propria ratio cu
iuſlibet creature: que ſic ꝓbatur: id in quo ſunt om
nes perfectiones omnium rerum eſt ratio cognoſcē
di omnia: ſed diuina eſſentia eſt huiuſmodi ergo pro
batur maior: quia id in quo plura adunantur poteſt
accipi ab intellectu vt ꝓpria ratio vnius abſq; aliīs
vt in denario poteſt accipi ratio nouenariī vna vnita
te ſubſtracta. Minorem probat contra gentiles
capitulo .51. tribus exemplis, Primum eſt: ꝙ ſicut
calor et ſiccitas que in igne ſunt qualitates diuerſe
ſoli attribuūtur ſecundū vnam virtutē. Secundum
eſt ꝙ ea que diuerſis potentiīs ſenſitiuis cognoſcun-
tur vna tamen potētia itellectiua intelligūtur. Ter
tium eſt ꝙ ſicut vnica potentia regis ſe extendit ad
omnia que ſe extendit potentia comitis: et ſenes
calci: ſic diuina eſſentia vnite habet in ſe omnes per
Cōclo. 2. fectiones que in creaturis diſperſe ſunt. Secunda
concluſio iſte plures rationes in deo diſtinguntur ꝑ
reſpectum rationis: hanc declarat diuus Thomas
contra gentiles capitulo quinquageſimo ſecundo di
uina eſſentia intellecta preciſe ſecundum ꝙ eſt imi-
tabilis a lapide eſt propria ratio lapidis et intellec
ta preciſe, vt ē imitabilis ab homine eſt propria ra-
tio hominis ⁊ ſic de aliīs: ſed imitabilitas eſt reſpec
tus et ſit ī deo reſpectu creature eſt reſpectus ratio
nis: ergo ille rationes diſtinguntur per reſpectū ra-
tionis: dico ergo ꝙ deus videndo eſſentiam diuinā
videt quicquid in ea continetur, ſi vere preſentatur
huiuſmodi autem ſunt omnes quiditates creabiles
et vt repreſentat lapides eſt idea lapidis et vt homi
nem eſt idea hominis. Tertia concluſio: iſte plures Conclo. 3.
rationes ſunt plures idee: pro cuius concluſionis de
claratione eſt notandum ꝙ tres conditiones requi-
runtur ad ideam. Prima ꝙ ſit forma quam aliquid
imitatur. Secunda ꝙ iſta immitatio ſit ex intentio-
ne agentis. Nam pictura que ē ſimilis ſocrati preter
intentionem pictoris non habet pro idea ſocratem
Tertia conditio ꝙ tale agens pre determinat ſibi fi
nem et propter hoc anima patris non eſt idea aīe fi
liī q2 generatio eſt opatio nature: his habitis ſic ar
guitur iſte plures rationes in diuino intellectu ſunt
ad quarum ſimilitudinem producuntur creature ex
intentione agētis predeterminātis ſibi finem: ergo
ſunt idee ꝙ autem ſint plures patet: quia ſunt diſtin-
cte per reſpectus ſupradictos: ex quo ſequitur ꝙ di-
uina eſſentia ſecundum aliam ⁊ aliam rationem eſt
omnium idea. Quarta concluſio licet deus non ha-
beat ideam proprie loquendo niſi de cognitis ab ea Cōclo. 4.
pratice tamen rationes habet de cognitis ab eo pra
tice, vel ſpeculatiue. Hoc enim apparet rationabile
quia idea eſt exemplar ad aliquid faciendum: ergo
ꝙ non eſt operabile non habet ideam. Quinta con
cluſio non omnia diſtincta in re habent diſtinctā ide- Cōclo. 5.
am proprie loquendo de idea probatur concluſio:
Tum quia mala non habent propriam ideā in deo,
nec ſecundum ꝙ idea eſt exemplar: quia nihil qō
eſt in deo poteſt eſſe principium male formatiuum:
nec etiam ſi accipiatur communiter idea pro ratio
ne vel ſimilitudine: quia malum dicitur ex hoc ipſo
quod non habet formam, Unde cum ſimilitudo at-
tendatur ſecundum formam aliquo modo practicaꝫ
non poteſt eſſe quod malum aliquam ſimilitudinem
habeat in deo cum aliquid dicatur malum ex hoc ip
ſo ꝙ a ꝑticipatione diuinitatis recedit. Iſtam proba
tionem ponit ſanctus Thomas de veritate queſtio
tertia articulo quarto tum q2 materia prima licet
habeat ideam in deo: non tamen diſtinctam ab idea
forme vel compoſiti: quia idea proprie dicta reſpi-
cit rem ſecundum quod eſt producibilis in eſſe: ma-
teria autem non poteſt tranſire in eſſe ſine forma nec
econuerſo: vnde proprie idea non reſpondet mate-
rie tantum: nec forme tantum: ſed toti compoſito re
ſpondet vna idea que eſt factiua totius: ⁊ quantum
ad formam et quantum ad materiam. Si autem
large accipiamus ideam pro ſimilitudine vel ratio-
ne: tunc illa poſſunt per ſe diſtinctam habere ideam
que poſſunt diſtincte conſiderari: quamuis ſepara-
tim eſſe non poſſint: et ſic nihil prohibet materie pri
me etiam ſecundum ſe ideam eſſe. Iſtam ꝓbationē
ponit ibidem articulo quinto. Tum quia quedam ac
cidentia non habent ideam diſtinctam ab idea ſub-
iecti proprie loquendo de idea ſcilicet ſecundum qō
eſt exemplar factiuum. Sicut enim dicit ibidem ar
ticulo ſeptimo quedam ſunt accidētia ex principiīs
ſubiecti cauſata que ſecundum eſſe nunquam a ſuis
ſubiectis ſeparantur: et huiuſmodi vna operatione
cum ſuis ſubiectis producuntur in eſſe: vnde cū idea
proprie loquendo ſit forma rei operabilis in quantū

huius non erit talium accidentium idea diſtincta ab idea ſubiecti: ſed ſubiecti cum omnibus accidentibus erit vna: quedam vero ſunt accidentia que non conſequuntur inſeparabiliter ſuum ſubiectum: nec ex principijs eius dependent et talia producuntur ineſſe alia operatione preter illam qua producitur ſubiectum et talium accidentiū in deo ē idea diſtincta ab idea ſubiecti: ſed ſi inquit large accipiamus ideam pro ſimilitudine vel ratione ſic vtraqꝫ accidētia habent ideam diſtinctā in deo: quia per ſe diſtincte conſiderari poſſunt. Tum quia non alia idea reſpondet generi vel ſpeciei: et alia indiuiduo in quo ſunt: vnde ibidem argumento octauo ad ſecundum dicit: ſi loquamur de idea proprie ſecundū ꝙ eſt rei eo modo quo eſt ineſſe producibilis ſic vna idea reſpondet ſingulari et generi et ſpeciei indiuiduitatis in ipſo ſingulari. Si autem accipiamus ideam communiter pro ſimilitudine vel ratione: ſic cum diuerſa ſit conſideratio ſortis vt ſortes eſt: et vt homo eſt: et vt animal eſt reſpōdebunt ei ſecūdum hoc plures idee vel ſimilitudines. Hec ille et breuiter omnium probatio eſt: quia ſolum illa habēt diſtinctas ideas proprie loquendo de idea que ſunt diſtinctim factibilia. Idem ponit prima parte queſtione decima qn̄ta articulo tertio. Poſtea philoſophus proſequitur de alijs generibus cauſarum ponens exēm̄ de cauſa efficienti dicens ꝙ cauſa efficiens eſt duplex ſcilicet perficiens, preparans, adiuuans, conſilians. Perficiēs eſt q̄ dat complementum motui vel mutationi: vt introducens formam ſubſtātialē in generatione cauſa preparans ſeu diſponens eſt diſponens materiā. Adiuuans vero eſt que non operatur ad finem proprium ſed alterius. Conſilians vero eſt in his q̄ agunt a propoſito et eſt qđ dat agenti formam per quam agit. Nam agens a propoſito agit per ſuam ſcientiam quam conſilians ſibi tradit ſicut in omnibus naturalibus generans dicitur mouere grauia, vel leuia in quātum dat illis formam quod dicit ſub his verbis vnde principiū mutationis: primū vt conſilians cauſa et pater filij et omnino faciens facti et commutans commutati. Poſtea aſignat cauſam finalem et dicit ꝙ finis eſt duplex ſcilicet quo et gratia cuius finis quo eſt medium ad finem gratia cuius vt ſi aliquis euellat herbas propter conficiendam potionem potio eſt finis quo: et ſi potionem conficiat et bibat propter ſanitatem ſanitas eſt finis gratia cuius. Unde dicit ꝙ non ſolum eſt finis id quod eſt vltimum vt ſi aliquis premittat multa media ad conſequendum vnum finem que media ſint inuicem ſubordinata: tunc iſtorum mediorum quedam ſunt organa ideſt inſtrumenta vt farmacum: quedam vero ſunt opera operata vt humorum purgatio. Circa hanc materiam de cauſa finali aliqua ad mentem Ocham ſecundo ſententiarum queſtione tertia: et ad mentem Gabrielis ſecundo ſententiarū diſtinctione prima queſtione quinta epilogabo.

Nota. i. Primo noto ꝙ cauſa finalis ſtricte eſt aliquid amatum amore amicitie ab aliquo agente propter ipſum aliquem effectum producēte. Ubi notandum eſt ꝙ amor amicitie eſt qui habetur de aliqua re non propter aliquez actum preuium vt ſi amarem filium meum non ꝓpter aliquod niſi quia filius eſt. Amor vero concupiſcientie eſt amor quo amo rem aliquam propter aliquem actum preuium, vt ſi amo preceptorem docentem filium meum propterea ꝙ amo filium meum Diffinitio declaratur exemplariter hoc modo amatur amē vita amore amicitie propter quā amatam deſidero ſanitatem et propter ſanitatem dilectam diligo potiōem amatam: propter quam dilectam diligo euellere herbas vita vt dilecta amore amicitie amē ē cauſa finalis propter quam ego euellam herbas et faciā reliqua.

Ex hac diffinitione inferunt tria corolaria. Primum. Nō omne illud per quod Corola. i. ſufficienter reſpondetur ad queſtionem factam de propter quid eſt cauſa finalis probatur. Nam ſi aliquis egrotans deambularet: et peteret aliquis propter quid iſte deambulat ſufficienter reſponderet quia non vult eſſe eger et tamen egritudo nolita non eſt: eſt cauſa finalis ſtricte: quia non eſt amata amore amicitie.

Secundū corrclariū quādo plu Corrm̄. 2. res effectus ordinantur vt erat in exemplo tacto. Poſteriores effectus ſunt cauſe finales priorum et priores effectus ſunt cauſe efficientes poſteriorum exemplum eſt de euulſione herbarum et de potione amara. nam potio amara eſt cauſa finalis euulſionis herbarum. et euulſio herbarum eſt cauſa efficiēs potionis amare.

Tertium corolarium: illud dic Corom̄. 3. tum philoſophi ſecundo phiſicorum, Finis eſt primus in intentione vltimus in executione non eſt intelligendum ꝙ finis vltimo acquiratur. Nam vita in exemplo ſignato acquiſita eſt et preeſt actioni: ſed intelligatur ꝙ cauſa finalis eſt vltima in executione ideſt dirigit agens vſqꝫ ad vltimi effectus executionem. Notabis ꝑterea ꝙ cauſa finalis capitur large et ſic eſt aliq̄d amatū amore amicitie vel ꝯcupiſcientie vel nolitum ab aliquo agente propter ipſum amatum vel nolitum aliquem effectum producente. Nota vlterius ꝙ duplex eſt cauſa finalis quedam eſt ꝑ̄ſtituta a voluntate: reliqua eſt non preſtituta a voluntate: voco preſtitutam a volūtate illam propter quā amatam vel nolitam agens agit effectum cauſa vero finalis: non preſtituta a voluntate eſt illa propter quam agens agit non tamen propter illam eſſe amatam vel nolitam. Ex quo infertur ꝙ primū velle voluntatis non habet cauſam finalem a voluntate preſtitutam quia tale velle non agitur propter aliud velle prius. Primum tamen velle habet cauſam finalem a voluntate preſtitutam: quia nolitio alicuius ſemper preſupponit volitionem alterius. Notabis preterea ꝙ cauſa finalis dicitur cauſa metaphorice Cauſa enim proprie aut dat eſſe aut conſtituit eſſe ſꝫ cauſa finalis nec dat eſſe rei nec eſſe rei conſtituitur per illam. Sed dicitur cauſa: quia propter illam amatam agens mouetur ad operandum. Dubitaret aliquis ꝙ eſt cauſatum cauſe finalis. Ad quod dico ꝙ non eſt ipſum agens. Nam tunc idem eſſet cauſatum a ſeipſo. Accidit enim idem eſſe cauſam finalem et efficientem quod eſt in deo. Deus enim eſt cauſa efficiens omnium effectuum et etiam cauſa finalis illorum. Nam dicitur prouerbiorum decimo ſexto capitulo. Omnia propter ſemetipſum operatus eſt dominus. ⁊ ſi cauſatum cauſe finalis eſt efficiens idem cauſaretur a ſeipſo propter quod dico ꝙ cauſatum cauſe finalis ſupponit pro effectu cauſe efficientis connotandoqꝫ a cauſa efficienti ſit factus ex amore cauſe finalis.

Notabis vltra de intellectu illius dicti Auicenne ſexto metaphiſice: vbi dicitur. Cauſa finalis ē prima cauſarum ꝙ tu ſano modo intelligas. Nam vere quando cauſa finalis cauſat effectum: ſimiliter efficiens cauſans illum eſt: ergo cauſalitas cauſe finalis eſt prior cauſalitate cauſe efficientis quantum ad effectus ad extra: nō

quantum ad effectus ad intra. Exemplum ē bonum Habeo deſideriū ſanitatis: pꝛopter illud vado ad euellendas herbas: pꝛius eſt cauſam finalem mouere me ad ſui dilectionē ad intra et poſt eſt me euellere herbas preceſſit: ergo cauſa finalis cauſam efficientem quantum ad operationem ad extra que eſt euellere herbas non tamen quantum ad operationē ad intra que eſt volitio ſanitatis. Ultimo note ꝙ agētia inanimata non habent cauſam finalem pꝛeſtitutā a volūtate creata ſed bene cauſam finalē pꝛeſtitutā a voluntate increata dirigēte: tales enim fines habent agentia creata quales ipſis pꝛeſtituit deus.

Dubium vtruꝫ pꝛeter q̄ttuoꝛ genera cauſarum ſit aliō genus.

Dubitaret aliquis vtrum pꝛeter quattuoꝛ genera cauſarum ſit aliud genus: ⁊ videtur ꝙ ſic quia datur cauſa inſtrumentalis que non reducitur ad aliquod quattuoꝛ generum: ſimiliter datur cauſa exemplaris que nō reducitur ad aliquod quattuoꝛ generū. Ad hoc dicitur ꝙ cauſa inſtrumentalis reducitur ad genus ſue cauſe pꝛincipalis vt ſi eſt inſtrumentalis cauſe efficientis reducitur ad cauſam efficientē et ſi eſt inſtrumentalis cauſe materialis reducitur ad cauſam materialem qualis eſt quantitas et ad illud de cauſa exemplari: dicitur quod cauſa exemplaris idem eſt ꝙ cauſa efficiens per intellectum. Poſtea philoſophus dicit ab illa parte textus. Contingit autem multipliciter dictis cauſis vſqꝫ ad illā cauſa ſalutis: tria pꝛimum eſt ꝙ cum cauſe dicantur multipliciter contingit vnius et eiuſdem effectꝰ eſſe. multas cauſas de per ſe: vt ſtatuariꝰ eſt cauſa efficiens et es eſt materia: et inde eſt: quod aliquando vnius rei aſſignantur plures diffinitiones potiſſima tamen diffinitio eſt illa que complectitur omnes cauſas, ſecūdum ꝙ dicit eſt ꝙ quedam ſibi inuicem ſunt cauſe vt laboꝛare eſt cauſa efficiens ſanitatis: ⁊ ſanitas eſt cauſa finalis de ambulationis. Tertium qō dicit eſt ꝙ idem poteſt eſſe cauſa contrarioꝛum ſicut nauta per ſuam pꝛeſentiam gubernat nauim et per ſuam abſentiam ſubmergit nauis quod in pluribus aliīs poſſet exemplificari, namqꝫ ſol liquefacit ceram et coagulat lutum quod eſt ex diuerſitate paſſi, namqꝫ in cera eſt humiditas aerea viſcoſa tenax: taliter ꝙ nequeas diſtendere vnam partem quin tota diſtendatur pꝛius quidem rarefactibilis quam reſolubilis. Aliud eſt de humiditate luti que eſt aqa male comixta cum ſicco terreo: ratione cuius facile exhalat: ideoqꝫ lutum induratˀ. Similiter ſol coagulat ſalem et tamen liquefacit niuem: ſimiliter cepe per exterius vlcerat et per interius nutrit ſimiliter aloes per exterius conſolidat venas et reſtringit ſanguinem et per interius aperit oꝛificia venarum apertione ſanguinem manare facienti. Similiter vinum melancolicos facit hilares et colericos facit furioſos ex diuerſitate paſſi tertia pꝛobleumatum Ariſtoteles. Similiter vinum per exterius deſiccat et per interius humectat. Similiter plūbum per exterius reſoluit et non per interius: ergo bene pꝛobatum eſt idem eſſe cauſam contrarioꝛum quod etiam videre eſt in Pſylio qō quidem per exterius infrigidat ideſt in partibus exterioꝛibꝰ ſui ſed in interioꝛibus eſt calidum in quarto gradu: ergo idem poteſt eſſe cauſa cōtrarioꝛum, item ſol facit ceſſare ventos et commouet illos. Pꝛimum quidem facit in eſtate ſecundum in autuno et vere.

¶ Jam vero a textu commenti trigeſimi pꝛimi vſqꝫ ad illud tot ſunt ſpecie philoſophus pꝛobat exemplariter ꝙ omnia genera cauſaꝝ reducātur in quattuoꝛ ſpecies numeratas quod declarat exemplis quia elementa ſunt cauſa ſyllabaꝝ et terra eſt cauſa vaſoꝛum vt argentum phiale et ignis et reliqua elementa ſunt cauſe mixtoꝛum et ſimiter partes ſunt cauſe materiales totius et ſuppoſitiones ideſt pꝛopoſitiones ſyllogiſmi ſunt cauſa concluſionum et omnia iſta habent ſe vt cauſe materialis ſyllabarum et quattuoꝛ elementa coꝛpoꝛum mixtoꝛum. ¶ Dicit deinde textus ꝙ foꝛmales cauſe ſunt ſicut ꝙ quid erat eſſe ideſt diffinitio et totum: ideſt foꝛma totius ⁊ compoſitio: ideſt foꝛma arificialis et ſpecies: ideſt foꝛma naturalis et ſtatim dubitat philoſophꝰ quo modo dicit ꝙ partes ſunt cauſe materiales totius animalis. Cum ſupꝛa dixerit ꝙ ſunt cauſa foꝛmalis poteſt dici ad hoc ꝙ ſupꝛa locutꝰ eſt de partibus ſpeciei que cadunt in diffinitione totius: hic autem loquitur de partibus in quarum diffinitione cadit totum ſicut circulus cadit in diffinitione ſemicirculi.

¶ Dubitaret etiā aliq̇s qūo dicit ꝙ pꝛemiſſe ſint materia ꝯcl'onis cū cauſa materialis ſit intra rem et pꝛemiſſe non ſunt intra concluſionē. Dicendum ꝙ pꝛemiſſe ſunt cauſe materiales concluſionum: quia materia ideſt termini pꝛemiſſarum ſunt termini concluſionis: ſicut farina eſt cauſa materialis panis: quia materia farine eſt panis. Deinde ponit exemplum de cauſa efficienti de ſemine conſiliante et medico: deinde dicit exm̄ de cauſa finali dicens ꝙ eſt id gratia cuius fit aliquid: et dicit ꝙ finis eſt habens rationem boni et eſt cauſa cauſarum quia finis mouet agens et foꝛme oꝛdinantur ad finē et materia ad foꝛmam ſicut ad finem et dicit ꝙ nihil refert finē eſſe bonū vł apparēs bonū. Dicit p̄terea philoſophus: modi autē cauſarum numero quidem ſunt multi ſed pꝛincipales et in capita redacti et ſummas ſunt paucioꝛes: dicuntur autem cauſe multipliciter et in cauſis ſimilium ſpecierum ideſt eiuſdem generis inuenimus aliquid pꝛius et aliquid poſterius cauſam in quam vniuerſalioꝛem vocamus pꝛioꝛē vt ſanitas cauſa ē ⁊ medicus vt cauſa pꝛopꝛia ⁊ poſterioꝛ artifex vero vt pꝛioꝛ ⁊ cōmunioꝛ ſed notādū ꝙ illud etiam contingit in cauſa foꝛmali vt videre eſt reſpectu conſonātie que eſt diapaſon eſt duplex cauſa foꝛmalis pꝛopinq̄ vna ſed nūerus eſt cauſa foꝛmalis remota et ſemꝑ continentia ad vnūquodqꝫ ideſt ſuperius reſpectu inferioꝛis eſt cauſa pꝛioꝛ et communioꝛ.

¶ Preterea dicit amplius autem ſecundum accidēs. Textu commenti trigeſimi tertij: ꝙ quemadmodum cauſe per ſe diuiduntur in poſterioꝛes et pꝛioꝛes: ita etiam cauſe per accidens vt videre eſt quia Polycletus eſt cauſa per accidens ſtatue et eſt cauſa per accidens pꝛopinqua ⁊ poſterioꝛ ſed homo et animal ſunt cauſa per accidens ſtatue: ⁊ remotioꝛes. Preterea harum cauſarum de per accidens quedam ſunt magis pꝛopinque quedam magis remote vt muſicum reſpectu edificationis pꝛopinquius ſe habꝫ quam album eo ꝙ muſica ⁊ ars edificatoꝛia ſunt ī eodē ſubiecto ⁊ hoc dicit vſqꝫ ad illā partem (: Preterea autem omnes vbi inchoat: textu commenti trigeſimi quarti, vbi dicit aliam diuiſionem cauſe quedam ſunt in potentia quedam in actu cauſe quidem in actu ſunt operantes; et in potentia ſunt potētes.)

¶ Preterea dicit Philoſophus textu commenti trigeſimi quinti ꝙ etiam in effectibus contingit reperire prius et poſterius: magis commune et minus commune, vt ſi dicamus aliquid huius ſtatue vel ſtatue: Et ſimiliter poteſt dici in effectibus de per accidens vt effectus coci eſt cibus delectabilis de per ſe: ſed per accidens eſt cibus ſanitatiuus ⁊ medici econuerſo.

¶ Dicit preterea textu commenti trigeſimi ſexti ꝙ aliquando accipiuntur complexe cauſe per ſe cum cauſis per accidens: vt ſi dicatur Polycletus ſtatuam faciens. ¶ Deinde dicit ꝙ iſti modi cauſarum reducuntur ad ſex: ſcilicet ſingulare et genus aut accidens: et genus accidentis ſimplex et complexum ⁊ quodlibet horum diuidit per actum et potentiã: et ita omnes modi fiunt duodecim.

¶ Preterea dicit textu cõmẽ. trigeſimi ſeptimi ꝙ ĩ cauſis in actu ſimul ſunt cauſa ⁊ cãtũ et ſe inferunt mutuo affirmatiue. et negatiue: ſed nõ ſic cauſa in potentia. Nam non valet edificator non eſt: ergo domus non eſt.

¶ Deinde etiam textu commẽti trigeſimi octaui, dicit ꝙ in naturalibus oportet ſemper ſupremam cauſam vnius cuiuſcꝫ requirere: ſicut contingit in artificialibus vt ſi queramus quare homo edificat. Reſpondetur quia eſt edificator: et ſimiliter ſi queramus quare eſt edificator. Reſpondetur quia habet artem edificatiuam: et hic ſtat: quia eſt prima cauſa in hoc ordine et ideo oportet in rebus naturalibus procedere vſcꝫ ad cauſam ſupremam et hoc ideo eſt quia effectus neſcitur niſi ſciatur cauſa. Unde ſi alicuius effectus cauſa ſit etiam illius cauſe effectus ſciri non poterit niſi cauſa eius ſciatur: et ſic quouſcꝫ perueniatur ad primam cauſam.

¶ Deidne textu commenti trigeſimi noni: ꝙ effectus et cauſa debent proportionari generales cauſas generalibus effectibus ſingulares ſingularibus: et ſpeciales ſpecialibus: vt ſtatue cauſa eſt ſtatuarius et huius cauſe hic ſtatuarius et effectus in potentia correſpondet cauſe in potentia et effectus in actu cauſe in actu: ſed quia Ariſtoteles loquitur de multiplici diuiſione cauſarum non erit inutile ſi nos etiam aliquas cauſarum diuiſiones percurramus. Prima diuiſio eſt. Cauſarum efficiẽtium quedam ſunt ſubordinate: alie vero ſunt nõ ſubordinate: poſteriores ſunt quarum nulla ab alia eſt producta et nulla concurrit ad productionem alterius Subordinate vero dicuntur quarum vna eſt ab alia producta aut vna concurrit ad productionem alterius: et iſte ſubordinate bipharíam dicuntur: quedam ſunt eſſentialiter ſubordinate: alie vero accidẽtaliter ſubordinate. Eſſentialiter ſubordinate ſunt quarum vna eſt ab alia producta et ab alia conſeruatur: et ad eius actionem concurſum eius requirit. Accidentaliter vero ſubordinate ſunt quarum vna eſt ab alia producta ſed non requirit concurſum ei⁹ ad actionem: nec eius exiſtentiam ad eius conſeruatiationem: quomodo ſe habent pater et filius. Exemplum autem cauſarum. Eſſentialiter ſubordinatarũ ſunt ſol et ſuum lumen. In his autem cauſis accidentaliter ſubordinatis non eſt dependentia vnius ad alteram: ſed in cauſis eſſentialiter ſubordinatis bene eſt dependentiã inferioris a ſuperiori. Hanc tamen dependentia duabus rationibus egregijs ſuadet Ludouicus coronel in ſecundo phiſicorum. Prima ratio. Uidemus omnia entia naturalia abhorrere vacuum et deſiderare vnionem: quod nõ eſſet ꝓpter aliud: niſi quia ſi eſſet vacuum protinus non poſſet actio celi peruenire ad rem ipſam: alio qui creatura crearet producendo aliquid per vacuum: ergo neceſſe eſt dicere ꝙ omnia hec entia inferiora deſiderant continuitatem vt magis abunde recipiãt influentiam celi. Secunda ratio eſt eiuſdem egregia ſupponẽdo ꝙ naturaliter non poſſunt eſſe plures ſpecies quam iam ſunt et ꝙ corpora celeſtia ſunt perpetua. Tunc ſic arguo vel ad conſeruationem vel actionem iſtorum inferiorum corpora celeſtia requirunt vel non: ſi primum intentum: ſi ſecundum fruſtra in eternum conſeruarentur cum poſſent produci entia eiuſdem ſpeciei cum illis que iam ſunt ab exiſtentibus in inferioribus: et ſi dicatur ꝙ conſeruantur in eternum ad productionem eorum: et alterius ſpeciei eſſe non poſſunt. Patet ex vna ſuppoſitione: igitur et ſi dicatur ꝙ ſine concurſu corporum celeſtium entia exiſtentia non ſufficerent ad productionem aliorum entium: habetur intentum.

¶ Sed cõtra ſic arguitur ſi ſecundũ concurſum agentis particularis ita concurrit agẽs vniuerſale: ſequeretur ꝙ deus faceret aliquod agẽs ꝑticulare infinite actiuitatis ita ꝙ tale agẽs ageret independenter a celo aut ſi celum cũ illo agat infinito concurſu coageret quod videtur falſum cum celum ſit finite actiuitatis. Dicendum ad hoc argumẽtum celum vſcꝫ ad ſuum concurſum quo concurrere ſolet procedere duplando et triplando concurſum ſuum ſicut agens naturale ſuam virtutem duplauerit aut triplauerit. Deinde vero cum illud agens plus acreuerit coaget illi celum ſuo concurſu maximo non magis augmentando. Secunda diuiſio eſt Duplex eſt agens quoddam mediatum aliud immediatum. Agens immediatum dicitur ꝙ ſic ad actionem concurrit ꝙ inter ipſum et effectum non mediat aliud agens ab eo productum: taliter ſe habet aqua reducendo ſe ad priſtinam frigiditatem: ⁊ taliter ſe habet ſpecies et potentia in cauſando notitiam: Agens vero mediatum eſt inter quod ⁊ effectum mediat aliquid ab eo productum taliter ſe habet intellectus reſpectu aſſenſus cõcluſionis quia illum producit mediante aſſenſu premiſſarum dicitur ab eo productum: quia deus reſpectu cuiuſcunqꝫ effectus eſt agens immediatum quia ad nullius effectus producionem requirit agens productum ab eo Ex quo ſequitur deum ſe ſolo quemlibet effectum ꝓducere poſſe. Si contra hoc arguas ſupponendo ꝙ ex diuerſitate efficientiũ concludẽda eſt diuerſitas effectuũ ſi ẽ ſpecifica ſpecifica ſi generica generica. Tunc ſic ad productionem luminis eiuſdem ſpeciei cum lumine ſolis deus requirit ſolem ſecum concurrere: igitur antecedens probat detur oppoſitum et deus ſe ſolo producat tale lumen iam cauſe totales illorum luminum ſpeciei diſtinguerentur agregatũ enim ex deo et ſole non eſt eiuſdem ſpeciei cũ deo ergo lumina illa ſpecie diſtinguerẽtur. Pro ſolutione nota ꝙ diuerſitas cauſarum non arguit diuerſitatem in effectibus. Nam quicquid deus et cauſa ſecunda facit deus ſe ſolo põt facere in hoc enim con

ſiſtit omni potentia: igitur quamuis deus ſit cauſa differens in ſpecie ab ipſo deo et a cauſa ſecunda nõ propterea effectus cauſatus ab ipſo deo differt ſpecie ab effectu cauſato ab ipſo deo: et a cauſa ſecunda: Notabis tamen ꝙ iſta ꝓpoſitio: quicquid deꝰ põt facere cum cauſa ſecũda poteſt facere ſe ſolo, intelligatur de cauſa ſecunda efficiẽti non formali vel materiali. Nam deus cum forma et materia poteſt componere hominem: deus tamen ſe ſolo non poteſt componere hominem attamen hec diuerſitas cauſarum ſpecifica non arguit diuerſitatem ſpecificam effectuum. Effectuum tamen diuerſitas negatiue arguit diuerſitatem ſpecificam cauſarũ vt bene dicit Paulus venetus ſecundo de anima, vt bene ſequitur. b. effectus natus eſt produci ab. a. cauſa et. b. nec ſibi ſimilis eſt natus produci. a. c. cauſa: ergo. a. cauſa ⁊. c. cauſa differunt ſpẽ. ¶ Secundo arguitur, deus non poteſt ſe ſolo producere peccatum: ergo nõ eſt agẽs immediatum reſpectu cuiuſlibet effectus. Reſpondetur peccatum deus poteſt producere ſed non poteſt dẽus producere pecatum ſed ſi quiſpiam argueret ꝙ deus ſit cauſa pecati in ratione pecati. Sic arguendo: bene ſequitur iſte actus eſt demonſtrando quẽdam actum intrinſece malum: ergo iſte actus eſt difformis. Conſequentia eſt bona et deus vult antecedens: ergo vult conſequens: ⁊ ita vult difformitatem ſub ratione difformitatis dicunt aliqui ad hoc concedendo illud. Nec per hoc infertur ꝙ deus pecaſſet: quia non eſt legi aſtrictus: Sed forte dices ꝙ quamuis Deus velit antecedens: non tamen vult conſequens: quia non vult bonitatem conſequentie Et ſi contra hoc arguatur illa, conſequentia eſt bona ergo deus vult illam eſſe bonam. Pro reſponſione noto ꝙ in deo duplex eſt voluntas. Prima eſt voluntas beneplaciti. Secunda eſt voluntas ſigni vt ponit Magiſter ſententiarum: diſtinctione quadrageſima quinta primi: Et de Aliaco bene explicat decima quarta primi voluntas bene placiti eſt qua deus vult aliquid eſſe vel fieri et hec voluntas ſemper impletur alia voluntas ſigni et hec eſt volũtas qua deus vult a nobis aliquid eſſe vitandum vel faciendum vel conſilio proſequendum et habet ſecundum magiſtrum quinqꝫ ſpecies preceptio, prohibitio, conſilium, operatio, permiſſio: et vocãtur iſte voluntates: quia ſepe numero ſignum vocatur nomine ſignati, vt dicimus teſtamentum eſſe voluntatem teſtatoris et ſic intelligitur illud Pſalmi. Magna opera domini exquiſita in omnes voluntates eius; et de hac oportet dicere ꝙ nõ ſemper impletur. Nam deus voluntate bene placiti vult illã conſequentiã eſſe bonam non tamen vult conſequens: quia conſequẽs videtur velle Deus voluntate ſigni. Ex quo ſequeretur deum velle nos peccare. Vel dicas ꝙ deus vult conſequens voluntate bene placiti non ſigni et nos nõ tenemur ꝯformari deo in voluntate beneplaciti ſʒ ſigni nãqꝫ cũ occiditur aliquis a fulgure deꝰ vult illum occidi voluntate bene placiti poſtquam occiditur: et tamen ego non ſunt obligatus ad volendũ ꝙ occidatur ſed ad oppoſitũ. ¶ Tertia diuiſio agentium quoddam eſt agens liberum et aliud ẽ agens naturale. Agens liberum eſt ꝙ poſitis omnibus requiſitis ad agendum poteſt agere et poteſt non agere. Talis eſt voluntas quequidem poſitis omnibus requiſitis ad volendũ poteſt velle ⁊ non velle. Agẽs vero naturale eſt: qđ poſitis omnibus requiſitis ad agendum neceſſario agit: talis eſt ignis qui poſitis omnibꝰ neceſſario requiſitis ad cõburendũ de neceſſitate cõburit vt poſita ſtupa deſiccata et igne ꝓximo illi. Sed ꝯtra illã diffiniõnẽ agentis liberi ſic argumẽtoꝛ ſequeretur ꝙ volũtas eſſet agens naturale: quia oĩbus poſitis requiſitis ad volendum neceſſario vult: quia vnum de requiſitis ad volendum eſt concurſus dei ſed ſi deus concurrat neceſſario voluntas operabitur: ergo omnibus poſitis ad agendum neceſſario agit. Dicit ad hoc Almain in ſuis moralibus ꝙ in diffinitione agentis liberi per ly requiſitis debet intelligi preuijs ⁊ non cõcomitantibus et concurſus dei non eſt de preuijs ſed ſolum de concomitantibus aliter reſpondet Anges in ſuis moralibus folio quarto dicens ꝙ inepte intelligitur a philoſophis: illa diffinitio agentis liberi: putant enim communiter omnibus poſitis requiſitis ad agendum intelligi: ideſt poſitis cauſis in actu cauſandi: de quo non eſt dubium ꝙ cũ cauſe actualiter cauſent neceſſario fit effectus neceſſitate conſequentie ſed intelligenda ẽ diffinitio agentis liberi quod agens liberũ eſt quod omnibus poſitis ideſt paratis ad agendum in potentia ꝓpinqſſima neceſſario aget. Cũ nõ potiꝰ ad aliquoꝝ productionem quam ad omnium productionem requirantur actibus voluntatis ſecluſis ſi aliquis dicat ꝙ ad aliquẽ aliũ finem corpora celeſtia ordinantur ſignet illum: et omnibus penſatis hoc apparentius concludit ꝙ ad omnium effectuum inferiorum actibus voluntatis ſecluſis concurrit celum videlicet qđ conſtat concurrere ad aliquos et non eſt maior ratio de illis quam de alijs.

Redeundo ad celoꝝ cõcurſum.

## ¶ Quod celum agat in iſta inferiora

preter duas rationes inſignes Coronel qˢ Paulo infra ponit vbi dicit cauſaruʒ efficientium q̃dam ſubordinate poteris alias addere quarum prima ẽ fluxus et reflexus maris. Nõ poteſt niſi motui lunari attribui quia vt dicit Picus mirandu. tertio contra. aſtro. capitulo decimo quinto: aſcendit mare cũ aſcendenti luna et deſcendit cum deſcẽdenti ad idẽ Ariſtoteles ſecundo de partibus animalium. Dicit creſcentente luna creſcunt cerebra in animalibus decreſcente decreſcunt cerebra: et ita dicas de hũiditatibꝰ arborum. Tertia ratio natus octimenſis nõ viuit qui ſeptimenſis viueret cuius rei eſt cauſa quia primus menſis geniture attribuitur dum eſt in vtero ſaturno ſecundus ioui et ordinatiʒ ſeptimus menſis attribuitur lune: que eſt planeta cum bonis bonus: et cum malis malus redit poſtea cura nati octauo menſe ſaturno qui cum ſit peſſimus puerũ egredientem ad lucem tenellum: ſuis malis influentijs interimit. Quarta ratio arbores que ſint ad ferẽdos fructus, vt poma vites ſunt plantande in cõiunctione lune qđ eſt qꝛ ĩ pleni lunio plante cum tot humiditates habent quas neq̃ant regulare ex illis non niſi ramos procreãt et materiem. Si vero ſint arbores ad ferenda ligna pro domibus plantande ſunt ĩ pleni lunio. Quinta ratio ſuper ſepteʒ metalla ſeptem planete dominantur, vt luna ſuper argentum, Venus ſuper ſtannum, ſol ſuper aurum, mars ſuper cuprum, et Jupiter ſuper plumbum, Saturnus ſuper ferrum. De prima autem cauſa ꝙ ad omnes effectꝰ ĩmediate concurrat: patet auctẽ apoſtoli pria ad corin. ca. decimo quinto dicentis. Stulte: granum tritici quod ſeminas non prius viuit quam moriatur: ⁊ hoc corpus qđ poſtea accipit tu non ſeminas: ſed deus eſt qui dat corpa vnicuiqꝫ omniũ ſeminũ. Item

beatus Auguſtiuus tertio, contra Julianum: nemo
chriſtianus ignorat: ꝙ quem ad modum deus fecit
primum hominem ex pulueribus terre: ita omnes
alios facit ex ſeminibus. Item ſecūdo Machabeo-
rum. Dicit illa ſancta mater ad filios ſuos. Filij neſ-
cio quō eſtis formati in vtero meo: ego membra veſ-
tra non compegi: ſed deus eſt qui compegit. Si pla
cet vide Gregoriuz diſtinctiōe quadrageſima quin
ta primi ſentētiarum queſtio vnica: ſed arguit Gre-
gorius contra hoc ſi deus ad omnes concurrit ope-
rationes: ſequitur ꝙ negatur fortuna: et caſus: quod
ſic probatur: quia fortuna eſt cum aliquid agit pre-
ter intentionem. Sed deo nil aduenit preter inten-
tionem: quia omnia que fiunt ipſe vult fieri: ergo ne
gatur fortuna. Dicendum id quod dicit beatus Au
guſtinus in libro octuaginta trium: queſtione vige-
ſima quarta: Et Boetius quinto de conſolatione pro
ſa prima. Quod aliquem effectum eſſe fortuitum
ſtat dupliciter. Uno modo quia a qualibet cauſa ſit
non intētus: et hoc modo non eſt dabilis effectus for
tunatus: quia ſaltē prima cauſa talem effectuz inten
dit reſpectu cuius nihil fit a fortuna cum omnium
ſit cauſa de per ſe. Secundo modo. Aliquis effectus
poteſt dici fortuitus quia reſpectu alicuius cauſe eſt
non intentus et hoc modo ſtat vnuz effectū reſpectu
vnius cauſe eſſe effectum fortuitum: reſpectu vero
alterius eſſe effectuz de per ſe: ſicut ſi debitor obuia
ret illi cui debet et intentio debitoris eſſet dare pe-
cuniam: alterius vero non. Ideoqz erit fortuitus
reſpectu illius cui debetur: non vero reſpectu alteri
us. Argumentū ergo probat deum nil agere a fortu
na ſecus autem de creatura que bene agit a fortuna
Sed de concurſu corporum celeſtium grandis ſtat
dubitatio quomodo ſaluabuntur velocitates ſi con-
currant iſta inferiora cum celeſtibus atqz deo: quia
ex illo ſequeretur aliquem eſſe motuz nullius deter
minate velocitatis. Sequella probatur. Sit agens
creatum agens ſuper reſiſtentiam vt vnū a dupla ꝓ-
portione ſi dicatur quod correſpondet ei velocitas
vt vnum ſic arguitur: a maiori proportione agit:
quaz a dupla: ergo maior velocitas correſpondebit
quam vt vnum. Nota eſt conſequentia: et antecedēs
ꝓbatur: quia non ſolum concurrit agens vt duo par
ticulare: verum etiam deus ſi forſam dicas ꝙ veloci
tas vt vnum correſpondet totali agēti ex particula-
ri vt duo: et vniuerſali vt duo. Cōtra hoc replicatur
vrgenter. Sequitur ꝙ non ſm duplationem ꝓpor.
agentis particularis duplaretur velocitas: quod eſt
contra experientiam quotidianam: ſequella nota
eſt: quia ad duplationem velocitatis non ſufficit du
plare ꝓportionē agentis partialis ad reſiſtentiam:
ſed duplare ꝓportionē agentis totalis ad reſiſtētiā
ꝙ ſi experientiam negare videaris vt videtur eam
negare Gregorius diſtinctione quadrageſima quin
ta primi. Dicit enim quod ad duplandum velocita-
tem non ſufficit duplare proportionem agentis par
ticularis ſuper reſiſtentiam ſed requiritur duplare
totam proportionem agētis totalis ad reſiſtentiam
quod forſitam erit duplando cōcurſum agentis par
ticularis aut triplando, aut quadruplādo vt ſi agēs
particulare ſit, vt duo accreſcat per ſex gradus: ita
qz fiat vt octo vniuerſale vero accreſcit per alios ſex
erit proportio decem et ſex ad vnum quadrupla ad
duplam: quod etiam poterit alio modo fieri: vt ſi
agens particulare acquirat decem gradus: et vni-
uerſale acquirat quattuor: itaqz non eſt vera iſta re
gula apud Gregorium: Duplato concurſu cauſe
particularis duplatur concurſus cauſe vniuerſalis
Corol. tamen tenet hic duo q̄ ſunt repugnantia ꝙ
in eadem proportione qua augetur concurſus cau-
ſe particularis augetur cōcurſus cauſe vniuerſalis
et ꝙ ſecundum duplationem concurſus cauſe parti-
cularis duplatur tota actio quod eſt falſum. Nam ſi
cauſa particularis eſt vt duo ⁊ vniuerſalis ſimiliter
facta particulari vt quattuor: iam duplata eſt pro-
portio cauſe particularis: non tamen quāuis agens
vniuerſale dupletur ita ꝙ fiat vt quattuor duplabi-
tur velocitas totius actionis: quia proportio totius
eſt octo ad vnum que non eſt dupla ad quadruplam
immo ſolum ſexquialtera. Ideo credo ꝙ prima cau
ſa et celi non concurrant alio concurſu ad effectum
producendum quam illo quo concurrunt ad conſer-
uandum agens. Nam ſecundum Durandum in ſe-
cundo diſtinctione ſecunda. Quilibet effectus qui
dependet in conſeruari ab aliqua cauſa in quolibet
inſtāti producitur ab illa cauſa quia producere nō
eſt dare eſſe de nouo. Nam filius in diuinis produ-
citur a patre: et tamen non de nouo: Et cum multi
doctores theologi concedunt deum poſſe produ-
cere creaturam ab eterno: non intelligunt ꝙ illam
poſſet facere deus de nouo ab eterno quia eſt contra
dictio.

¶ Ulterius notabis ꝙ in voluntate
ponitur quadruplex libertas ſcilicet contradictio-
nis, contrarietatis, indifferentie, et complacentie,
libertas ꝯtradictiōis ē libertas q̄ volūtas pro inſtā
ti pro quo facit aliquem actum: poteſt non facere ta
lem actum. Libertas vero contrarietatis ē libertas
qua voluntas pro inſtanti quo elicit aliquem actum
poteſt facere contrarium. Libertas indifferentie ē
libertas comprehendens vtranqz iſtarum: et eſt li-
libertas qua voluntas eſt indifferens ad eliciendum
aliquem actum et ad non eliciendum talem actum
et illum et ſibi contrarium. Libertas complacentie
eſt libertas qua aliquid naturaliter et neceſſario ꝓ-
ducit aliquem actum et tamen ſibi complacet in fa
ciendo talem actum: ſic pater in diuinis naturaliter
neceſſario producit filium et tamen libere libertate
complacentie: et inter has libertates hic eſt ordo
qō quicquid eſt liberum libertate in differētie eſt li
berum alijs duabus prioribus libertatibus: non ta-
men econuerſo. Nam voluntas ſumo bono clare vi-
ſo habet libertatem contradictionis ad volendum
tale ſumum bonum ⁊ ad nō volendum. Non tamē ha
bet libertatem cōtrarietatis: itaqz illo clare viſo poſ
ſit velle et nolle: ſed neceſſitatur ad nō actū non tn̄ ad
actū: itaqz ſm doctorem ſanctū et Scotum neceſſita
tur voluntas ad non nolendū, et tn̄ non ad volendū.

¶ Sequitur textus.

Dicitur autem et fortuna
et caſus cauſarum. Et multa et eſſe
⁊ fieri propter fortunam et propter
caſum. Quo igitur modo in his cau
ſis eſt fortuna et caſus: Et vtrum idē
ſit fortuna et caſus: aut altera. Et om
nino quid ſit fortuna et caſus conſiderandum eſt.
¶ Quidam enim ſi ſint an non dubitant. Nihil enim T.c.40.
fieri a fortuna dicunt: ſed omnium eſſe aliquam cau
ſam determinatam: quecunqz nos dicimus a caſu fie
ri aut a fortuna; vt veniendi a fortuna in forum: et re

periendi quem volebat: quem non eſt opinatus ante
cauſa eſt venientem velle emere. Similiter autem ⁊
in aliis que a fortuna dicũtur ſemper eſt aliquam ac
T.cõ.41. cipere cauſam: ſed non fortunam. ¶ Quoniam ſi ali
quid erat fortuna: inconueniens vtiqꝫ videbitur: ſi-
cut et vere eſt. Et dubitabit itaqꝫ aliquis: propter
quid nullus antiquorum ſapientum cauſas de gene-
ratione ⁊ corruptione dicens de fortuna nihil deter
minauit. Sed ſicut viſum eſt nihil opinabãtur: neqꝫ
T.c.42. illi aliquid eſſe a fortuna. ¶ Sed et mirabile hoc vi
debitur ſicut vere eſt. Multa enim et ſunt et fiunt a
fortuna et a caſu que non ignorantes quoniam eſt in
ferre vnumquodqꝫ in aliquam cauſam eorum que fi
unt: ſicut antiqua ratio dixit deſtruens fortunam et
caſum: tamen horum alia quidem dicũt eſſe omnes
a fortuna: alia non a fortuna. ¶ Unde et quodammo
T.c.43. do erat ipſis facienda memoria. Atuero neqꝫ illorum
aliquid opinabantur eſſe fortunam. vt amicitiam aut
litem: aut ignem: aut intellectum: aut aliquid aliud.
¶ Inconueniens igitur eſt ſiue non putauerunt eſſe:
ſiue putantes reliquerunt: et hac aliquando vtentes
ſicut Empedocles non ſemper aerem congregari ſu
perius dicit: ſed vt contingit. Dicit enim in mundi
creatione: ꝙ ſicut colliſit ſe currens tunc: multotiẽs
autem aliter: et partes animalium ait a fortuna fie-
ri plurimas. ¶ Sunt autem quidam qui celi huius
T.c.44. et mundanorum omnium cauſantur eſſe caſum. A ca
ſu enim fieri volutationem et motum diſcernentem
T.c.45. et ſtatuentem in hunc ordinem omne. ¶ Et multum
hoc admiratione dignum eſt dicentes animalia qui
dem et plantas et fortuna nec eſſe nec fieri: ſed aut
naturam aut intellectum eſſe aut huiuſmodi alteram
cauſam. Non enim quoniã euenit ex ſemine vnoquo
qꝫ aliquid fit. ſed ex tali quidem oliua: ex tali autem
homo. Celum autem et diuiniora manifeſtorum a ca
ſu fieri: huiuſmodi cauſam nullam: qualium animali
um et plantarum. ¶ Et igitur ſi ſic ſe habet hoc ipm
T.c.46. dignum eſt inſiſtere: et bene habet aliquid dicere de
hoc ipſo. ¶ Quomodo enim eo ꝙ aliter inconueni-
ens eſt quod dicitur adhuc inconuenientius dice-
re hoc: videntes quidem in celo nihil caſu fieri. In
his autem que non ſunt a fortuna multa contingere
T.c.47. a fortuna: et erat merito econtrario fieri. ¶ Sunt
aũt quidã qb⁹ videtur eſſe quidem cauſa fortuna.
In manifeſta autem humano intellectui tanquam
diuinum quoddam ens et felicius. Quare conſide-
randum eſt quid ſit vtrumqꝫ: et ſi idem aut alterum
ſit: et caſus et fortuna et quomodo in determinatas
T.c.48. cauſas incidunt. ¶ Primum quidem igitur quoni-
am videmus alia quidem ſemper ſimiliter fieri: alia
autem ſicut frequenter: manifeſtum eſt ꝙ neutri⁹ ho
rum cauſa fortuna dicitur neqꝫ eius quod eſt a for-
tuna neqꝫ eius quod eſt ex neceſſitate et ſemp: neqꝫ
eius quod eſt ſicut frequenner. Sed quoniam que-
dam fiunt et preter hec: et omnes dicunt hec eſſe a
fortuna: manifeſtum ꝙ fortũa aliquid ſit et caſus. hu
iuſmodi enim fortuna fieri et a fortuna huiuſmodi
T.c.49. eſſe ſcimus. ¶ Eorum autem que fiunt alia propter
hec fiunt: alia vero non. ¶ Horum autem alia quidẽ
ſecundum propoſitum fiunt: alia vero non. Ambo au
tem ſunt in his que ſunt propter hoc. Quare mani-
feſtum quoniam in his que ſunt preter neceſſarium.
et que ſicut frequenter ſunt quedam circa que con-
tingit quod eſt propter hoc. Sunt autem propter
hoc quecunqꝫ ab intellectu vtiqꝫ aguntur: ⁊ q̃cunqꝫ
T.c.50. a natura. ¶ Huiuſmodi igitur cum ſecundum acci-
denes fiant a fortuna dicimus eſſe. Sicut enim ⁊ qđ
eſt aliud quod per ſeipium eſt: aliud autem ſecundũ
accidens: ſic et cauſam contingit eſſe: vt domus qui-
dem per ſeipſam cauſa eſt edificatiua: ſꝫ accidenes
autem album aut muſicum: per ſe quidem igiť cau-
ſa finita eſt: ſecundum accidens autem infinita. In-
finita enim vni accidunt. ¶ Sicut igitur dictum eſt:
cum his que propter hoc fiunt hoc fiat: tunc dicitur
a caſu et a fortuna. ¶ Ipſorum autem differentia ho Tex.c.51
rum ad inuicem poſterius determinanda. Nunc aũt
hoc ſit manifeſtum: ꝙ vtraqꝫ ſunt in his que ſunt pro
pter hoc: vt accipiendi argentum venit vtique dela-
turus pecuniam: ſi ſciuit. Uenit autem non hui⁹ cau
ſa: ſed accidit venire et facere hoc reportandi gra-
tia. Hoc autem neqꝫ ſicut frequenter veniens ad vil
lam: neqꝫ ex neceſſitate. Amplius autem finis eſt re-
portatio non in ſeipſo cauſarum: ſed propoſitorum:
et ab intellectu: et dicitur a fortuna venire. Si autẽ
proponens et huius cauſa aut ſemper veniens: aut
ſicut frequenter reportaturus: nõ a fortuna. ¶ Ma T.cõ.52.
nifeſtum itaqꝫ ꝙ fortuna cauſa ſit ſcđm accidenes in
his q̃ i minori ſunt ſecundum propoſitum: eorum: que
porpter hoc ſunt. Unde circa idem et intellectus et
fortuna eſt: propoſitum enim non ſine intellectu eſt.

Declarat Philoſophus de modis quibuſdam in manifeſtis cãrum ſcilicet õ fortuna et caſu: et dicit primo ꝙ fortuna et caſus computantur inter cauſas cum multa dicantur fieri vel eſſe propter fortunam et caſum et ideo tria conſideranda ſunt de eis ſcilicet quomodo reducantur ad cauſas predictas et iterum vtrum caſus et fortuna ſint idem vel aliud et aliud et iterum quid ſit caſus et fortuna. Et hec dicit in textu commenti trigeſimi noni: in textu vero quadrageſimo. Incipit de fortuna et caſu determinare; ibi quidam enim et proponit opiniones aliorum ſecundo determinat veritatem: in illa parte vbi dicit textus primum quidẽ igitur. Circa primum ponit opinionem negantiũ fortunam et caſum et rationes eorum dicit: ergo primũ ꝙ quidam dubitauerunt an fortuna et caſus eſſent ⁊ negauerunt ea eſſe duabus rationibus. ¶ Prima ratio: Quia omnia iſta que dicuntur fieri a caſu vel fortuna inueniuntur habere aliquam cauſam determinatam aliam a fortuna: et ponit huiuſmodi exemplum. Si quis veniens ad forum gratia reperiendi quem volebat: de quo tamen non opinatus eſt antea cauſa eſt venientem velle emere: ⁊ ſimiliter eſt in omnibus effectibus a fortuna: vbi ſemper eſt aliquam accipere cauſam ſed non fortunam.

¶ Deinde textu commenti quadrageſimi primi iterum arguit dicendo ꝙ non ſit fortuna: quia antiqui naturales tractantes cauſas de generatione et corruptione nunquam inueneruntfortunam eſſe cauſam generationis ⁊ corruptionis imo ipſam ſpreuerunt.

¶ Deinde philoſophus textu commenti quadrageſimi ſecundi. Diſputat ſuper hac ſecunda ratione oſtendens ꝙ profecto eſt inconueniens philoſophos naturales nunquam determinaſſe aliquid de caſu et fortuna: et hoc probat duabus rationibus quarum primam ponit: dicens quod mirabile videtur ſicut vere eſt ꝙ antiqui naturales de caſu et fortuna non determinauerunt. Nam volebãt determinare cauſas eorum que fiunt; multa

autem fiunt a fortuna et caſu. Unde de fortuna et caſu determinare debuerunt nec excuſantur propter ratione͂ ſupradicta͂ prima͂ qr licet homines non ignorent omnia reduci in aliqua͂ ca͂m dterminata͂ tamen predicta opinio non obſtante hoc dicebat quedam fieri a fortuna et quedam non: vnde ipſis philoſophis naturalibus facienda erat mentio d fortuna ⁊ caſu ſaltem vt oſtenderent impoſſibile eſſe ꝙ aliqua fierent a caſu aliqua a fortuna et vt aſſignare͂t rationem ꝙ quedam dicerentur a fortuna et queda͂ non ſic etiam non poſſunt excuſari per hoc ꝙ cauſa ⁊ fortuna reducerentur in cauſas quas ipſi ponebant puta amiciciam et litem. Poſtea textus: ea parte inconueniens igitur dicit ꝙ eſt inconueniens non tractaſſe de fortuna quia ſi putauerunt eam eſſe male fecerunt de ea non tractare. Si vero non putauerunt eam eſſe: quomodo vſi ſunt ea. Dicentes ꝙ aer non ſemper eſt ſupra terram niſi a caſu; dicit ꝙ quando mundus eſt factus lite diſtinguente eleme͂ta aer ſe collegit in iſtum locum ⁊ iſto mundo duranti ſemper erit in tali loco: ſed in aliis mundis quos ponebat ſepe fieri et deſtrui forte aer eſſet in alio loco et ſic dicit de partibus animalium ꝙ quedam fiu͂t a caſu et hoc fit quando in prima conſtitutione mundi fiebant capita ſine ceruice.

¶ Dicit preterea textu commenti quadrageſimi quarti ſecundum opinionem democriti dicentis ꝙ ex concurſu atomorum per ſe mobilium celum et totus mundus cauſaliter conſtitutus eſt et dicebant ꝙ reuolutio mundi et motus ſtellaru͂ gubernans inferiora ſit a caſu.

¶ Poſtea vero philoſophus textu commenti quadrageſimi quinti facit duas rationes contra hanc opinionem: videtur falſum ꝙ animalia et plante habeant cauſas determinatas puta determinata ſemina et peculiaria. Non autem celi cum ſunt corpora diuiniora et ſi ſic eſt debeba͂t reddere cauſam huius rei tam abſcondite quam cauſam pretermiſerunt. Secundam rationem ponit ibi quomodo enim dicens quomodo poteſt eſſe verum quod celeſtia corpora ſunt a caſu: et inferiora non cum videatur hoc eſſe inconueniens: quia illa ſunt nobiliora tum etiam quia cum celi ſint facti a caſu omnes effectus eius deberent prouenire a caſu qđ non eſt ita et in his inferioribus nihil deberet eſſe a caſu quia hec inferiora non fiunt a caſu quorum oppoſitum totum contingit.

¶ Deinde ponit tertiam opinio͂em textu commenti quadrageſimi ſeptimi dicens ꝙ quibuſdam: videtur ꝙ fortu͂a ſit cauſa ſed immanifeſta intellectui hu͂ano ac ſi ſit quodda͂ diuinu͂ ⁊ ſupra homines in qua͂ ſicut in ca͂m ordina͂te͂ reducerent oe͂s effectus fortuiti ſed quamuis hec opinio habet veram radicem tamen non bene vſi ſunt nomine fortune quia quanto magis recedit a recto ordine rationis tanto magis accedit ad fortunam ergo illud diuinum non eſt fortuna: igitur declarandum eſt quid ſit fortuna et caſus: et quomodo reducantur ad cauſas predictas

¶ Deinde philoſoph⁹ textu co͂me͂ti quadrageſimi octaui dterminat veritatem. Primo declarans quid ſit fortuna. Secundo differentiam inter caſum et fortunam. Tertio ad quod genus cauſe redducantur fortuna et caſus. Circa primum ponit quaſdam diuiſiones ad inueſtigandum diffinitionem fortune et ſtatim ponit diuiſiones ex parte effectus: poſtea ex parte cauſe. Prima diuiſio quedam fiunt ſemper vt ortus ſolis quedam frequenter vt quod homo naſcatur occulatus et manifeſtum eſt ꝙ neutrius illorum fortu͂a eſt cauſa ſed illorum que ſunt preter hec: ideſt in paucioribus hec fiunt a caſu.

¶ Deinde textu commenti quadrageſimi noni. Dicit ꝙ quidam effectus fiunt propter finem alii vero non. Primi quidem poſſunt eſſe a natura ſine intellectu: et notat ꝙ quedam fiunt no͂ propter finem quia propter ſe ſcilicet propter honeſtum vel delectacionem: aut dicuntur fieri non propter finem deliberatum ſicut confricatio barbe. Deinde ea parte qua dicit horum autem dicit ꝙ ea que fiunt propter finem quedam fiunt ſecundum ordinem voluntatis: quedam vero a natura: ⁊ manifeſtum eſt ꝙ ſunt quedam preter ſemper et frequenter: et talia non ita co͂tingit fieri propter finem ordinatum a voluntate ſicut ea que contingunt ſemper aut frequenter.

¶ Deinde vero textu co͂menti quinquageſimi. Dicit ꝙ ponende ſunt diuiſiones per ſe cauſe et dicit ꝙ quedam eſt cauſa per ſe alia per accidens. Per ſe quidem eſt cui non coniungitur aliquod accidentale, vt edificator reſpectu domus. Per accide͂s vero eſt illa cui coniungitur aliquod accidentali vt muſicus reſpectu domus et ſupra diximus quid eſſet cauſa per accidens in primo phiſicorum: ſic effectus alius eſt per ſe ali⁹ vero ꝑ accide͂s vt foſſio ſepulchri e͂ effect⁹ per ſe reſpectu ſepelientis: et per accidens inuentio teſauri. vnde quicquid prouenit in effectu preter intentione͂ et per accide͂s preſertim ſi fit in paucioribus quod enim vt ſemper vel vt frequenter coniungitur effectui: cadit ſub intentione eadem. Deinde ponit differentia͂ inter cauſam per ſe et cauſam per accide͂s quia cauſa per ſe eſt finita ⁊ determinata. Cauſa per accide͂s eſt i͂finita et i͂determinata quia infinita vni poſſunt accidere.

¶ Deinde philoſophus textu commenti quinq͂geſimi primi oſte͂dit ſub quibus membris predictarum diuiſionum fortuna contineatur ⁊ quod eſt a fortuna: et dicit primo ꝙ fortuna ⁊ caſus vt prius dictum eſt: ſunt in his que fiunt propter aliquod: Differentia autem caſus et fortune poſterius determinabitur: ſed nunc hoc debet fieri manifeſtu͂ quia vtrumq͂ continetur in his que aguntur propter finem: ſicut ſi aliquis ſciret ſe recepturum pecuniam in foro iuiſſet ad deporta͂dum eam: ſed ſi non venit propter hoc per accidens eſt ꝙ aduentus ei⁹ fiat reportationis gratia: ideſt habeat hunc effectum et ſic patet ꝙ fortuna eſt cauſa per accidens eorum que ſunt propter aliquid. Item manifeſtum eſt quod eſt cauſa eorum que ſunt in minori parte: quia iſta reportatio pecunie. dicit͂ fieri a fortu͂a q͂n reportat ad villa͂ venie͂s: neq͂ ex neceſſitate nec freq͂nt͂. Ite͂ eſt in his que ſunt a propoſito: quia reportatio pecunie que dicitur fieri a fortuna eſt finis aliquaru͂ cauſarum non ſecundum ſeipſam ſicut in his que fiunt a natura ſed eſt finis eorum: que fiunt ſecundum propoſitum et ab intellectu: ſed ſi aliquis hoc propoſito iret vt pecunia reportare͂t vel ſemper aut frequen-

ter repararet quando venit: nõ diceretur eſſe a for
tuna: ſicut ſi aliquis frequenter aut ſemper madefa-
cit ſibi pedes quãdo vadit ad locum lutoſum ⁊ hoc
licet non intendat: tamen hoc non dicitur eſſe a for-
tuna. Deinde dicit textu commenti quinquageſimi
ſecundi manifeſtum eſſe ex premiſſis quia fortuna
eſt cauſa per accidens in his que ſunt ſecundũ pro
poſitum propter finem in minori parte et ex hoc pa-
tet ꝙ fortuna et intellectus ſunt circa idem quia in
his tantum conuenit agere a fortuna que habent in
tellectum: propoſitum enim vel voluntas non eſt ſine
intellectu et licet ea tantum agant a fortuna que ha
bent intellectum tanto quanto aliquid magis ſubia
cet intellectui tanto minus ſubiacet fortune.

Queſtio ꝺ fortuna caſu: ⁊ mõſtro.

¶ Queritur quid ſit fortuna caſus
et monſtrum. Circa quod dico ꝙ fortuna eſt intellec
tus practicus vnum intendens: cui euenit aliud pre
ter intentionem. ¶ Dicitur intellectus per quod
ego intelligo agens intellectiuum. Nam carentia in
tellectu non habent fortunam: propter quod Philo
ſophus dicit improprium eſſe ꝙ lapides exiſtentes
in altaribus ſint fortunati: et qui ſunt in terra ſint in
fortunati: quia conculcantur: ab hominibus dici-
tur practicus: ideſt expertus: quare in pueris di-
cit Philoſophus non eſt fortuna. Sunt enim in ex-
perti eorum actuum qui ſunt vite primo ethicorum
dicitur vnum intendens cui euenit aliud preter in-
tentionem. Ex quo infertur ꝙ deus nihil agit a for-
tuna: quicquid enim agit deus immo quicquid agi
tur vult deus illud fieri voluntate bene placiti: qua-
re nihil agitur preter intentionem dei. Ex quo infer
tur declaratio dicti philoſophi in libro de bona for
tuna vbi dicitur. Ubi parum de intellectu multum
de fortuna; ⁊ vbi multum de intellectu parum de for
tuna: quod eſt dicere; qui ad pauca perſpicit: multa
habet conſequi preter intentionem: qui vero mul-
tum perſpicax eſt omnia que cõſequitur, conſequi-
tur tanquam preuiſa et cum intentione conſequen-
di illa. Ariſtoteles autem diffinitionem fortune tra-
dit ſub his verbis. Fortuna eſt cauſa per accidens
extra ſemper et frequenter ſecundum propoſitum
eorum que propter hoc ſunt. Dicitur cauſa per acci-
dens quia conſequitur aliquem effectum non inten-
tum que eſt vna pars diffinitionis cauſe per accidẽs
diſiunctiue poſite a nobis in gloſis ſuper textu. Dici
tur extra ſemper et frequenter: per quod datur in-
telligi fortuna duntaxat eſſe in effectibus notabilis
bonitatis vel malicie. Dicitur ſecũdum propoſitum
vt detur intelligi fortuna ſolum eſſe in habẽtibus in
tellectum. Dicitur eorum qui propter hoc ſunt ad
dandum intelligere ꝙ fortuna reſpectu alicuius ef-
fectus eſt cauſa ꝺ per ſe: et reſpectu alterius eſt cau
ſa de per accidens. Hic nota ꝙ caſus et fortuna ha
bent ſe ſicut ſuperius et inferius: ita ꝙ fortuna ẽ infe
rior ⁊ caſus ſuperior: ex quo patet Corone erraſſe ꝙ
dixit. Caſus ſolum eſt in rebus in animatis. Fortuna
vero in habentibus intellectũ. Expreſſe enim Ariſto
teles ſecundo phiſicorum textu commenti quinqua-
geſimiſeptimi ponit illos terminos differe: ſicut ſu-
perius et inferius. Ita ꝙ caſus eſt cauſa de per acci
dens extra ſemper et frequẽter: eorum que propter
hoc ſunt: propter quod ſi lapis cadens ꝺ alto in imũ
frangit tegulam: dicemus ꝙ ille lapis eſt cauſa de
per ſe reſpectu deſcenſus: ſed eſt cauſa caſualis reſ-
pectu fractionis tegule.

¶ Circa hanc materiam queritur — Utrũ effe ctꝰ fortui ti habeãt cauſam ꝑ ſe.
vtrum effectus fortuiti habeant aliquam cauſam de
per ſe: ſuper quod ſunt opiniones. ¶ Prima eſt ꝙ ve — Opinio. i
rius dicerem fidem ꝙ omnes effectus fortuiti redu-
cuntur in cauſam de per ſe que deus eſt: cuius con-
trarium tenet. Auerrois dicens ꝙ deus eſſet faſcina
tor: ſed iſta ratio Auerrois pauci eſt momenti. Nam
deus eſt tanquam figulus ⁊ nos vaſa: qui format nos
ſicut ei placet: nec querenda eſt cauſa quare quẽdã
fortunat: alium vero infortunat. In his enim vt dicit
Auguſtinus noli querere ſi non vis errare: propter
qꝺ tenet Auerrois ꝙ effectus fortuiti nullã habent
cauſam de per ſe: cuius opinio manifeſte eſt falſa: qr
non datur aliquis effectus quin illum aliqua cauſa
ſa intendat. ¶ Secunda eſt opinio Temiſtij dicen- — Opini. 2.
tis ꝙ effectus fortuiti habẽt aliquam cauſam de per
ſe particularem occultam tãtum: ſed quia dare cau
ſas occultas pro cauſis naturalibus eſt nihil decla-
rare: ideo nõ placet hec opinio. ¶ Tertia eſt opinio — Opinio. 3
Ariſtotelis in libro de bona fortuna dicẽtis ꝙ in for
matione cuius vis hominis a fato ideſt a diſpoſitio-
ne celorum ⁊ cauſis particularibus producuntur in
ipſo homine quidam impetus indiuiduales quoni-
am hominem illum inſtigãt ad bonum: ſi eſt bonus: ⁊
ſi eſt malus ad malum: et iſte impetus eſt quidam
inſtinctus indiuidualis quemadmodum datur ali-
quis inſtinctus ſpecificus qualis eſt inſtinctus formi
carum: ad congregãda grana tempore eſtiuali pro
hieme: et hec opinio ẽ que magis placet in naturali
bus ſecluſa fide. ¶ Circa hanc materiam declara- — Quid eſt monſtrũ
mus de monſtris: vnde diffinitio monſtri eſt. Monſ
trum eſt quodam ens genitum: cum diſpoſitione con
uenienti extra ſemper et frequenter: et fit quattu-
or modis ſecundum Albertum magnum ſecundo
phiſicorum, tra. vltimo capitulo tertio: aut propter
multam quantitatem ſeminis: vnde naſcitur aliqs
homo cum ſex digitis: aut propter paruam ſemi-
nis quantitatem: quare fit aliquis nanus: aut prop-
ter malignam qualitatem quare maſculꝰ fit effemi-
natꝰ: vt ſardanapalus aſſiriorum rex qnebat. Quar
to modo fit aliquod mõſtrum propter maliciam lo
ci continentis: et ſic ſi quiſpiam vir indiſcretus acce
dat ad feminam tempore fluxus menſtruorum naſci
tur inde fetus leproſus: et ſi contra diffinitionem
monſtri arguas: homo cum ſex digitis non eſt ex-
tra ſemper et frequenter: quia ſemper eſt aliquis ho
mo cum ſex digitis: ergo non eſt monſtrum. Dico ꝙ
licet non ſit extra ſemper et frequẽter quo ad tẽpus
tñ ẽ extra ſemper frequenter quo ad patrias regio
nes et domos non placet aſtrologis huiuſmodi mo-
dus faciendi monſtrum: vt patet ex Tholomeo ter
tio apoteleſmatum: et in libro centum enũciatorum
Nã facere hominem cum ſex digitis non eſt ex erro
re virtutis informatiue. Nam inuenta multa quanti
tate ſeminis non eſt error quod fiat multum. Simi-
liter ſtat aliquem fieri ex minori materia quam ali-
um et fieri non nanum et quod alter ex maiori mate
ria fiat nanus quare credit Tholomeꝰ ꝙ a fato vir-
tus informatiua indiſponatur obidqꝫ illa indiſpoſi-
ta errat organizando et illa eſt potiſſima cauſa mõſ
tri quod bene dixit Tholomeus libro centum enun
ciatorum vultus huius ſeculi ſunt ſubiecti vultibus
celeſtibus: quare quidam artifices pro faciendis
imaginibꝰ expectabãt introitũ ſolis in ſignũ ſimilis
figure cũ illo qꝺ ꝺbebãt formare; ⁊ hoc dixit Ari. p-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

mo de generatione cum dixit. Figure rerum ſunt
in terminis ideſt eminenter continentur in corpori⸗
bus celeſtibus ſecundū ꝙ ſic vel ſic illa corpora cele
ſtia diſponunt aut indiſponūt virtutem fortunatam.
Sed quia doctor ſanctus ſexto metaphiſice lectione
tertia egregia et luciſſima poſuit de fato et proui
dentia et de entibus per accidens īſeram hic decla
rationem illius textus ſexto metaphiſice textu com⸗
menti ſexti illo. ¶Quod autem ſint vſ[que] ad textu
commenti octaui ea parte q̄ dicit ſufficienter.) Phi
loſophus illo textu ponit opinionem quandā q̄ tole⸗
bat totuʒ ens ꝑ accidēs. Nam ponebāt aliqui ꝙ quic
quid eſt in mundo habet aliquam cauſam per ſe: Et
iterum ponebant ꝙ qualibet cauſa poſita neceſſe eſt
ſequi effectum eius: Unde ſequebatur ꝙ omnia ex
neceſſitate acciderent: hāc ergo opinionem philoſo
phꝰ deſtruit dicēs ꝙ non oportet ꝙ ſi generatio vel
corruptio alicuius cauſe ſit de neceſſitate: ſequatur
generatio vel corruptio effectꝰ: quia quedam cauſe
ſunt agentes vt in pluribus: vnde eis poſitis adhuc
poteſt impediri effectus per accidens ſicut propter
indiſpoſitionē materie vel occurſum contrarij agē⸗
tis: vel propter aliquid huiuſmodi. Sciendum ta⸗
men ꝙ Auicenna probat in ſua metaphiſica ꝙ nullꝰ
effectus ſit poſſibilis in cōparatione ad ſuam cauſam
ſed ſolū neceſſarius. Si.n. cauſa poſita poſſibile eſt
effectum non poni ⁊ poni id autem quod eſt in poten
tia: in quantum huiuſmodi reducitur in actum per
aliquod ens actu: oportebit ergo quod aliquid ali⸗
ud a cauſa faciat ibi ſequi effectum in actu: igitur
illa non erit ſufficiens cauſa effectus: Et hoc videtur
contra id quod philoſophus hic dicit. Sed ſciendū
ꝙ dictum auicenne intelligi debet ſuppoſito ꝙ nullū
impedimentum cauſe adueniat: neceſſe eſt enī cau⸗
ſa poſita ſequi effectum niſi ſit impedimentum: quod
tamen contingit eſſe per accidens: Et ideo philoſo
phus dicit ꝙ nō eſt neceſſarium generationem ſequi
vel corruptionem poſitis cauſis generationis vel cor
ruptionis. Si enim non eſt verum hoc quod dictum
eſt ſequeretur ꝙ omnia erunt ex neceſſitate: ſi tamen
cum hoc quod dictum eſt ꝙ poſita cauſa neceſſe eſt ſe
qui effectum. Ponatur etiam alia poſitio: ſcilicet ꝙ
cuiuſlibet quod fit et corrumpitur neceſſe ſit eſſe ali⸗
quam cauſam per ſe et non per accidens. Ex his enī
duabus ꝓpoſitionibus ſequitur omnia eſſe de neceſſi
tate. Quod ſic probat: ſi enī queraẗ de aliquo vtrū
ſit futurum vel non: ſequiẗ ex predictis quod alterū
ſit de neceſſitate: verum quia ſi omne quod fit habet
cauſam per ſe ſue factionis: qua poſita neceſſe ē ipm
fieri: ſequetur ꝙ res illa de qua queritur vtruʒ ſit fu
tura fiat: ſi ſit hoc quod ponitur cauſa eius: et ſi illud
non fuerit ꝙ nō fiat: et ſimiliter oportet dicere ꝙ iſta
cauſa erit futura ſi aliquod aliud quod eſt cauſa eiꝰ
erit futurm. Conſtat autem ꝙ tempus quantumcū[que]
futurum accipiatur ſiue poſt centum annos: ſiue poſt
mille eſt infinitum: incipiendo a preſenti: nunc vſ[que]
ad illuʒ terminum. Cum autem generatio cauſe pre
cedat tempore generationem effectus: oportet ꝙ ꝓ
cedendo ab effectu ad cauſam auferamus aliquid d̄
tempore futuro et appropinquemus magis ad pre⸗
ſens. Omne autem finitum conſumitur aliquotiens
ablato quodam ab ipſo: et ita ſequitur ꝙ proceden
do ab effectu ad cauſam: et ſic deinceps auferatur
totum tempus futurum cum ſit finitum ⁊ ita perue⸗
niatur ad ipſum nunc quod quidem patet in hoc ex
emplo. Si enim omnis effectꝰ habet aliquā cauſam
per ſe ad quā de neceſſitate ſequitur oportet ꝙ iſte
de neceſſitate moriatur vel ꝑ infirmitatē vel violen⸗
tiā: ſi exit domum ſuam: exitus enim a domo eius in⸗
uenitur cauſa eſſe mortis eius vel violentie: puta ſi
exiens domum inueniatur a latronibus et occiditur
vel per infirmitatem puta ſi exiens de domo et eſtu
incurrit febrem et moritur: ⁊ eodem modo hoc erit
ex neceſſitate ſcilicet ꝙ exeat domum ad haurien⸗
dam aquam ſi ſitit. Nam ſitis inuenitur eſſe cauſa vt
exeat domuʒ ad hauriendam aquam: Similiter per
eandem rationem hoc erit de neceſſitate: ſcilicet
quod ſitiat: ſi aliquid aliud erit quod ex cauſa ſitis
et ita ſit procedens de effectu ad cauſam perueni⸗
et ad aliquod quod nūc eſt ideſt in aliquod preſens
vel in aliquod factorum ideſt in aliquod preterito⸗
rum ſicut ſi dicamus ꝙ ſitis erit ſi comedit mortifi⸗
cantia vel falſa que faciunt ſitim. Hoc autem ſcili⸗
cet ꝙ comedat falſa vel non comedat eſt in preſenti
et ita ſequitur ꝙ predictum futurum ſcilicet ꝙ iſte
moriatur vel non moriatur ex neceſſitate erit: cum
enim quelibet cōditionalis vera ſit neceſſaria opor
tet ꝙ ex quo antecedens eſt poſitum ꝙ conſequens
ex neceſſitate ponatur: ſicut hec ē vera: ſi ſortes cur
rit mouetur: poſito ergo ꝙ currat neceſſe erit ipſum
moueri dum currit: ſi autem quilibet effectus habet
cauſam per ſe ex qua d̄ neceſſitate ſequitur: oportet
ꝙ ſit illa condicionalis vera cuius antecedens ē cau
ſa et conſequens effectus: et licet inter cauſam que
nunc eſt preſens et effectum qui erit futurus quan⸗
do[que] ſunt plurima media quorum vnumquod[que] eſt
effectus reſpectu precedentium: et cauſa reſpectu
ſequentium: tamen ſequitur de primo ad vltimum ꝙ
condicionalis ſit vera cuius antecedens eſt preſens
et eius conſequens quando[que] futurum: ſicut hic ſi co
medit falſa occidetur. Antecedens autem ponitur:
ex quo preſens eſt ergo de neceſſitate erit quod oc⸗
cidatur et ita omnia alia futura erūt neceſſaria quo
rum cauſe prime vel remote ſunt preſentes et ſimi⸗
lis ratio eſt: ſi aliquis procedēs ab effectibus ad cau
ſas ſuper ſiliat ad facta ideſt a preterita: hoc eſt di⸗
cere ſi reducat effectus futuros ad aliquam cauſam
preteritam non preſentem: quia hoc quod preteritū
eſt iam eſt ſecundum aliquem modum hoc autem di
co in quantum eſt factum vel preteritum. Licet enī
vita ceſaris non ſit nunc vt in preſenti: eſt tamē ī pre
terito. Uerum enim eſt ceſarem fuiſſe: ⁊ ita nunc eſt
ponere verum eſſe antecedens cōdicionalis in cuiꝰ
antecedenti eſt cauſa preterita et in conſequēti cau
ſa futura: et ſic ſequeretur cum omnes effectus futu
ros oporteat redigere in tales cauſas preſentes vel
preteritas ꝙ omnia futura ex neceſſitate eueniant:
ſicut nos dicimus ꝙ viuentem fore moriturum eſt ne
ceſſarium abſolute: quia ſequitur de neceſſitate ad
aliquid quod iam factum eſt: ſcilicet duo contraria
eſſe in eodem corpore per commixtionem. Hec enī
condicionalis eſt vera ⁊ ſi aliquod corpus eſt compo
ſitum ex cōtrarijs corrumpetur. Hoc autem eſt im⸗
poſſibile ꝙ omnia futura ex neceſſitate eueniant: er⸗
go illa duo ſunt impoſſibilia. ex quibus hoc ſequeba
tur ſcilicet quod quilibet effectus habeat cauſam ꝑ
ſe et quod cauſa poſita neceſſe ſit effectum poni: quia
ex hoc ipſo ſequeretur quod iam ſupra dictum eſt:
quod quorumlibet effectuum futurorum eſſent ali⸗
quod que cauſe iam poſite ſicut corruptionis animalis: iā
ſunt alique cauſe poſite: ſʒ quod iſte homo moriatur
per infirmitatem vel violentiam nondum habet ali

Si negeẗ ens ꝑ accidens: oīa euenirent de neceſſi tate.

qua in cauſam poſitã ex qua de neceſſitate ſequatur infert quandam concluſionem ex predictis dicens: ergo ex quo nõ qõlibet quod fit habet cauſam ꝑ ſe palã ꝙ in futuris ꝯtingẽtibꝰ effectꝰ futuri reductio ad cauſam ꝑ ſe vadit vſq; ad aliquod principium quod quidẽ pricipiũ nõ reducit̃ i aliqđ pricipiũ ad huc per ſe ſed ipſum erit cuius cauſa erit quodcũq; euenit ideſt cauſalis et illius cauſe cauſalis non erit aliqua alia cauſa ſicut iam predictum eſt ꝙ ens per accidens nõ habet cauſam vꝫ generationem: verbi gratia ꝙ iſte occidat̃ a latronibꝰ hꝫ cãm ꝑ ſe: q2 vulneratur ⁊ hoc ẽt hꝫ cãm ꝑ ſe q2 a latronibꝰ inuenitur Sed hoc nõ habet niſi cauſam per accidens. Quod enĩ iſte qui negociatur: vadens inter latrones incidat eſt per accidens vt ex predictis patet: vnde eiꝰ non oportet ponere aliquam cauſam. Ens enim per accidens vt ſupra dictum eſt: non habet generationem: et ita eius generationis cauſam per ſe querere que non oportet: mouet quandã q̃ſtionem occaſio natam ex dictis. Dixit enim ſupra immediate ꝙ cauſe entium per accidens reducuntur vſq; ad aliqđ principium cuius non eſt ponere aliam cauſam. Et ideo hic inquirit de hac reductione vel anagoge qđ

Q̄r fortuna et caſus ad qđ genꝰ cauſe reducãtur,

eſt. Ad quale principium et ad qualem cauſam debeat fieri: ideſt ad quod genus cauſe vel principij: ſcilicet vtrum ad aliquam cauſam primam que ſit cauſa materia aut aliqua que ſit cauſa ſicut finis cuius gratia aliquid fit: aut aliquam que ſit cauſa ſicut mouens: Pretermittit autem de cauſa formali: quia q̃ſtio hic habetur de cauſa generationis rerum que fiunt per accidens: In generatione autem forma non habet cauſalitatem niſi per modum finis: Finis autem et forma in generatione incidunt in idem numero: Hanc autem queſtionem hic notam nõ ſoluit: ſed ſupponit eius ſolutionem ab eo quod ẽ determinatum in ſecundo phiſicoꝝ: Ibi.n. oſtenſum ẽ quod fortuna et caſus que ſunt cauſe eoꝝ que ſunt per accidens reducuntur ad genus cauſe efficientis: ergo concludit ex premiſſis ꝙ pretermittendum ẽ loqui de ente per accidens ex quo determinatum eſt ſufficienter ſecundum id quod de eo determinari poteſt. Attendẽdum eſt aũt ꝙ ea que philoſophꝰ hic tradit videntur remouere quedam que ſecundum Philoſophiam ab aliquibus ponuntur ſcilicet fatũ et prouidentiam: Uult.n. hic philoſophus ꝙ nõ omnia que

Utrũ ſint fatũ ⁊ prouidentia

fiunt reducantur in aliquam cauſam per ſe ex qua đ neceſſitate ſequantur: Alias ſequeret̃ ꝙ omnia eſſent ex neceſſitate: Et nihil per accidens eẽt in rebꝰ. Illi autem qui ponũt fatum dicunt contingentia q̃ hic fiunt que videntur per accidens eſſe reducibilia in aliquam virtutem corporis celeſtis: per cuius actionem ea que fiunt ſecundum ſe conſiderata per accidens fieri videntur cum quoddam ordine producantur: Et ſimiliter illi qui ponunt ꝓuidentiam circa ea que aguntur: hic dicunt eſſe ordinata ſecundum ordinem prouidentie: Ex vtraq; igit̃ poſitione duo videntur ſequi que ſunt cõtraria hijs que hic philoſophus determinat quoꝝ primum eſt: in rebus nihil fit per accidens nec a fortuna ⁊ a caſu: Que.n. ſecundum ordinem aliquem procedunt non ſunt per accidens. Sunt enim vel ſemper vel in maiori parte: Secundum autem ẽ ꝙ oĩa ex neceſſitate eueniãt: Si enĩ omnia ex neceſſitate veniunt quoꝝ cauſa vel ponitur in preſenti vel iam eſt poſita in preterito: vt ratio philoſophi procedit: Eorum autem que ſunt ſub prouidentia vel facto cauſa ponitur in preſenti et iam poſita eſt in preterito: eo ꝙ prouidentia eſt immutabilis et eterna: Motus etiam celi ẽ inuariabilis: Unde videtur ſequi ꝙ ea que ſunt ſub prouidẽtia vel fato: Ex neceſſitate contingant et ita ſi omnia que hic aguntur fato et prouidentie ſubduntur ſequitur: ꝙ omnia ex neceſitate prouenĩant videtur: ergo ꝙ ſecundum intentionem philoſoꝰ non ſit ponere nec prouidentiã nec fatum: Ad horum autem euidentiam conſiderandum eſt ꝙ quanto aliqua cauſa eſt altior Tanto eius cauſalitas ad plura ſe extendit habet.n. cauſa altior cauſatum altius quod eſt comunius et ĩ pluribus inuentum: Sicut in artifitialibus patet ꝙ ars politica que eſt ſupra militarem ad totum ſtatũ comunitatis ſe extendit: militaris ſolum ad eos qui in ordine militari continentur: ordinatio aũt que eſt in effectibus ex aliq̃ cauſa tantum ſe extendit quãtũ extẽdit ſe illius cauſe cauſalitas omnis enim per ſe cauſa habet determinatos effectꝰ quos ſm̃ aliquem ordinem producit manifeſtũ: igitur eſt ꝙ effectꝰ relati ad aliquam inferiorẽ cauſam nullum ordinẽ habere vident̃: ſed per accidens ſibi ipſi coincidũt qui ſi referunt̃ ad ſuperiorem cauſam et cõmunem ordinati inueniunt̃: et non per accidens cõiuncti: ſed ab vna per ſe cauſa ſimul producti ſunt: ſicut floritio illiꝰ herbe vel illius: ſi referatur ad particularem virtutem que eſt in hac planta vel in illa nullum ordinem habere videtur: ĩmo videtur eſſe per accidẽs ꝙ hac herba florente illa floreat: et hoc quia cauſa virtutis huius plante extendit ſe ad floritionẽ huius et nõ ad floritionem alterius: vnde eſt quidẽ cauſa ꝙ hec plãta floreat: non autem ꝙ ſimul cũ altera. Si autẽ ad virtutẽ corporis celeſtis que eſt cauſa cõmunis referatur inuenit̃ hoc non eſſe per accidens: ꝙ hac herba florente floreat ſed eſſe ordinatum ab aliqua prima cauſa hoc ordinante que ſimul mouet vtranq; herbam ad floritionẽ. Inuenit̃ autẽ in rebus triplex cauſarũ gradus: eſt enim prĩo cauſa incorruptibilis et ĩmutabilis ſcilicet diuina: ſub hac ſcđa eſt cauſa incorruptibilis: ſed mutabilis ſcilicet corpꝰ celeſte ſub hoc tertio ſunt cauſe corruptibiles et mutabiles: he igit̃ cauſe in tertio gradu exiſtentes ſunt particulares ad ꝓprios effectus ſecũdum ſingulas ſpecies determinate. Ignis enĩ generat ignẽ: et hõ generat heminẽ et planta plãtam. Cauſa aũtẽ ſecũdi gradus eſt quodam mõ vniuerſalis: et quodã mõ particularis: ꝑticularis quidẽ: q2 ſe extendit ab aliquod genus entiũ determinatũ ſcilicet ad ea que per motũ ineſſe producuntur. Eſt enĩ cauſa mouens et mota Uniuerſalis aũt quia non ad vnã tantũ ſpeciẽ mobilium ſe extẽdit cauſalitas eius ſed ad omnia que alterantur et generantur et corrumpuntur. Illud enĩ quod eſt prĩo motum oportet eſſe cauſam omniũ conſequẽter mobiliũ ſed cauſa primi gradus eſt ſimpliciter vniuerſalis. eius enim effectus proprius eſt eẽ Unde quicquid eſt et quocũq; modo eſt ſub cauſalitate et ordinatione illius cauſe proprie continetur ſi igitur ea que hic ſunt contingentia reducamus in cauſas ꝓximas particulares tantum ĩueniuntur multa fieri per accidens. Tunc propter concurſum duarum cauſarum quarum vna ſub altera non continetur: ſicut cum preter intentionem concurrunt michi latrones: hic enim cõcurſus cauſatur ex duplici virtute motiua ſcilicet mea ⁊ latronum. Tum etiam propter defectum virtutis agentis cui accidit debilitas vt nõ poſſit ꝑuenire ad finẽ ĩtẽtũ: tũc etiã ꝓpter diſpõnẽ materie q̃n recipit formã ĩtẽtã ab igne ſꝫ al

Nota triplicẽ gradum,

terius modi ſicut accidit in mōſtruoſis animalium.
Hec autem contingentia ſi vlterius in cauſam cele-
ſtem reducantur multa horum inuenientur non eſſe
per accidens quia cauſe particulares: ⁊ ſi non conti
nentur ſub inuicem: continentur tamen ſub vna cau
ſa cōi celeſti: vnde cōcurſus eaꝝ poteſt hēre aliquaʒ
vnam cauſam celeſtem determinatam. Quia enim
virtus corporis celeſtis et incorruptibilis eſt et im-
paſſibilis non poteſt exire aliquis effectur ordinem
cauſalitatis eius ꝓpter defectum vel debilitatē ipiꝰ
virtutis: ſed quia agit mouendo et omne tale agēs
requirit materiam determinatam et diſpoſitam pōt
contingere ꝙ in rebus naturalibus virtꝰ celeſtis nō
conſequat̄ ſuū effectū ꝓpter materie indiſpoſitionē
et hoc erit per accidēs: Quis igitur multa que vidē-
tur eſſe per accidens reducendo ipa ad cauſas par-
ticulares inueniantur non eſſe per accidens reducē
do ipa ad cauſam cōeʒ vl̄em. ſ. virtutem celeſtem: ta
men in hac reductione facta inueniunt̄ eſſe aliqua ꝑ
accidens ſicut ſuperius eſt habitū a philo. Quādo
enim agens aliquod inducit effectum ſuū vt in pluri
bus et nō ſemper ſequit̄ ꝙ deficiat in paucioribus.
et hoc per accidens eſt. Si igitur corpora celeſtia
effectus ſuos inducūt i inferiora corpora: vt in pluri
bus et non ſemper ꝓpter materie indiſpoſitionem ſe
quit̄ ꝙ ipm ſit per accidens ꝙ virtus celeſtis effectū
ſuū non conſequatur: licet etiā ex hoc inueniatur ali
qua per accidens: facta reductione ad corpus cele
ſte: quia in iſtis inferioribus ſunt alique cauſe agen
tes que poſſunt per ſe agere abſq; impreſſione cor-
poris celeſtis. ſ. aīe rōnales ad quas non ꝑtingit vir
tus corporis celeſtis: cū ſint forme corporibꝰ. nō ſub
iecte niſi forte per accidens inquantum. ſ. ex impſſio
ne corporis celeſtis fiat aliqua īmutatio in corpore
et per accidens in viribus anime que ſunt actꝰ qua-
rundam partium corporis ex quibus aīa rationalis
inclinatur ad agendum ſed nulla neceſſitas induca
tur cū habeat liberū dominiū ſuper paſſiones vt eis
diſſentiat vel cōſentiat. Illa igitur que in his inferio
ribus inueniuntur per accidens fieri reducendo ad
ad has cauſas. ſ. animas rationales ꝓut non ſequunt̄
inclinationem que eſt ex impreſſiōe corporis celeſti
non inuenientur per ſe fieri per reductionem ad vir
tutem corporis celeſtis. Et ſic pʒ ꝙ poſitio facti q̄ eſt
quedam diſpoſitio inherens rebꝰ inferioribus ex ac
tione corporis celeſtis non remouet ea que ſunt per
accidens: ſed ſi vlterius iſta contingentia reducant̄
in cauſam altiſſimam diuinam nihil inueniri poterit
ꝙ ab ordine eius exeat cum eius cauſalitas extēdat
ſe ad oīa in quātum ſunt entia. Non pōt igitur ſua
cauſalitas impediri per indiſpoſitionē materie: qꝛ
et ipa materia et eius diſpoſitiones non exeūt ab or-
dine illius agentis: qō eſt agens per modum dantis
eſſe et non ſolum per modum mouentis et alterātis
Non enim poteſt dici ꝙ materia preſupponatur ad
eſſe ſicut p̄ſupponit̄ ad moueri: vt eius ſubiectū quin
immo eſt pars eſſentie rei ſicut igit̄ virtus alterātis
et mouentis non impedit̄ ex eēntia motꝰ aut ex tēr̄o
eius ſed ex ſubiecto qō preſuponitur: ita virtus dan
tis eſſe non impeditur a materia vel a quocunq; qō
adueniat qualitercūq; ad eſſe rei: Ex quo etiam pʒ
ꝙ nulla cauſa agens pōt eſſe in illis inferioribus que
eiꝰ ordini non ſubdatur relinquitur: igitur ꝙ omnia
que hic fiunt. prout ad primam cauſam diuinam re-
feruntur inueniuntur ordinata et non per accidens
eſſe inueniantur et propter hoc ſecundum fidem ca-
tolicam dicitur ꝙ nihil fit temere ſine fortuito in mun
do: et quod omnia ſubduntur diuine prouidentie
Ariſtoteles aut hic loquitur de contingentibus que
hic fiunt in ordine ad cauſas particulares, ſicut per
eius exemplum apparet. Nunc autem reſtat videre
qūo poſitio facti et prouidentie non tollit a rebus cō
tingentiam quaſi omnia ex neceſitate non ꝓueniant
et de fato quidem manifeſtum eſt per ea que dicta
ſunt. Jam enim eſt oſtenſum ꝙ licet corpora celeſtia
et eorum motus et actiones quantum in ipſis eſt ne-
ceſitatem habeant: tamen effectus eorū in iſtis infe-
rioribus poteſt deficere vel ꝓpter indiſpoſitionē ma
terie vel propter animaʒ ratinalem que habet libe-
ram electionem ſequendi inclinationes que ſunt ex
impreſſione celeſti vel non ſequendi: et ita relinqui-
tur ꝙ huius effectus non ex neceſſitate: ſed contin-
genter preueniant. Non enim poſitio cauſe celeſtis
eſt poſitio cauſe talis: ad quam de neceſſitate ſequa
tur effectus, ſicut ad compoſitionem ex contrarijs: ſe
quitur mors animalis vt in litera tangit̄: ſed de pro
uidentia maiorem habet difficultatem: prouidentia
enī diuina falli nō poteſt. Hec enim duo ſunt in com
poſibilia qō aliquid ſit prouiſum a deo et nō fiat: ita
videtur ꝙ ex quo prouidentia iam ponitur et eius
effectus neceſſe ſit ſequi: ſed ſciendum eſt ꝙ ex eadē
cauſa dependet effectus et omnia que ſunt per ſe ac
cidentia illius effectus: ſicut enim homo eſt a natu-
ra: et omnia eius per ſe accidentia: vt riſible, et men
tis diſcipline ſuſceptibile. Si autē aliqua alia cau-
ſa nō faciat hominem ſimpliciter ſed hominem talē
eius non erit conſtituere ea que ſunt per ſe acciden
tia hominis ſed ſoluʒ vti eis politicus enī facit homi
nem ciuilem. Non tamen facit eum mentis diſcipli-
ne ſuſceptibilem: ſed hac eius proprietate virtute:
ad hoc ꝙ homo fiat ciuilis: Sicut autem dictum eſt
ens in quantū eſt ens habet cauſam dūm: vnde ſicut
diuine prouidentie ſubditur ipſum ens: ita etiā om-
nia accidentia entis in quantum eſt ens inter q̄ ſunt
neceſſarium et contingens ad diuinam prouidentiā
pertinet non ſolum qō faciat hoc ens ſed ꝙ det ei cō
tingentiam vel neceſſitatem. Scōm enī qō vnicuiq;
dare voluit contingentiam vel neceſſitatē prepara-
uit ei cauſas medias ex quibus de neceſſitate ſequa
tur vel contingenter inuenitur: igitur vnuſquiſq; ef
fectus ſecundum qō eſt ſub ordine diuine prouiden
tie neceſſitatem habet ex quo contingit ꝙ hec con-
dicionalis eſt vera, ſi aliquid eſt a deo prouiſum hoc
eſt ſecundū autem ꝙ effectus aliquis conſideratur
ſub ordine cauſe proxime: ſic non omnis effectus eſt
neceſſarius: ſed quidam neceſſarius et quidam con-
tingēs ſm analogiam ſue cauſe. Effectus enim in ſu-
is naturis ſimilantur cauſis ꝓximis: non eſt dicēdū
ſolum hoc eſt prouiſum a deo vt ſit: ſed hoc eſt proui
ſum a deo vt cōtingenter ſit vel vt neceſſario ſit. Un
de nō ſequitur ſcōm rationem Ariſtotelis hic induc
tam ꝙ ex quo diuina prouidentia eſt poſita ꝙ omnes
effectus ſint neceſſarij: ſed neceſſariū eſt effectus eſſe
contingenter vel de neceſſitate quod quidem eſt ſin
gulare in hac cauſa ſcilicet in diuina prouidentia re
lique enim cauſe non conſtituunt legem neceſſitatis
vel contingentie ſed cōſtituta a ſuperiori cauſa vtū
tur vnde cauſalitati cuiuſlibet alterius cauſe ſubdi
tur ſolum quod ens effectus ſit qō autem ſit neceſſa
rio vel contingenter dependet ex cauſa altiori qua
eſt cauſa entis in quantum eſt ens a qua ordo neceſſi
tatis et contingentie in rebus ꝓuenit.

Querit̃ an diffinitio fortũe ſit bona.

¶ Queritur hic vtruꝫ diffinitio for-
tune data ab Ariſtotele ſit bõa ſcilicet fortuna ẽ cau
ſa per accidens extra ſemꝑ et frequenter ſcõm ꝓpo
ſitũ eorũ q̃ ꝓpter hoc ſunt: et arguitur ꝙ fortuna nõ
debeat diffiniri: q2 eſt quid ignotũ et eſt ens per ac-
cidens et de tali nõ eſt ſciẽtia. 6. methaphiſice. Pre
terea illa diffinitio implicat contradictionẽ cũ dici-
tur per accidens et ſcõm ꝓpoſitũ. Nam ſi dicitur ac
cidẽs: illud eſt preter intentionẽ et ſi eſt ſcõm ꝓpoſi-
tũ: illud eſt per intentionẽ: ergo illa diffinitio impli-
cat. Preterea ſi muſicus faciat domũ: tunc muſicus
eſt cauſa per accidens extra ſemꝑ et freq̃nter: eorũ
q̃ ꝓpter hoc ſunt: et tñ non eſt fortuna neq̃ꝫ illa do
mus facta eſt dicenda effectus fortuit9. In oppoſitũ
eſt Ariſt. in ſto ſecundo pro ſolutione preſentis queſ

q̊d cã per accidẽs.

tionis noto quid eſt cauſa per accidens: et eſt cauſa
q̃ nõ influit in effectũ vel non explicat rõnẽ ſcõm quã
eſt cauſa vel q̃ agit effectũ nõ intentũ ab ea: exẽplũ
primi eſt applicans actiua paſſiuis: exẽplũ ſecũdi eſt
dũ muſicus edificat: exemplũ tertij eſt de laboranti
in vinea et inuenienti theſaurũ. Noto ſecũdo ꝙ effec
tus quidã ſunt intenti alij non intenti vt ſi natura in-
tenderet ꝓducere hominẽ cu. 5. digitis et produce
tur cum ſex digitis homo ſex digitorũ eſt effect9 de
per accidens: ſimiliter ſunt effectus non intenti du-
plices q̃dã ſunt frequẽtes: alij nõ freq̃ntes ⁊ ad huc
quidã ſunt effectus non intenti notabilis bonitatis ⁊
malicie vt inuentio theſauri alij vero ſunt nõ notabi-
les bonitatis vel malicie vt caſus pili ð barba ꝓpter
fricationem. Similiter eſt notandũ ꝙ quedã agẽtia
agunt per intellectũ ⁊ voluntatem quedam vero nõ.
His habitis dicimus ꝙ fortuna non dicitur in effec
tibus non intentis niſi contingant raro et ſint notabi
lis bonitatis vel malicie et probatur hoc quia non
dicitur aliquis fortunatus vel infortunatus per ea q̃
contingunt ſemel vel frequenter et per ea que non
ſunt: notabilis bonitatis vel malicie. ergo vera ẽ hec
ꝓpoſitio. Similiter ĩ illis q̃ nõ agunt ſecũdũ ꝓpoſitũ
non dicitur ꝓprie fortura quare in congrue dicere-
tur lapides altaris eſſe fortunatos: et ſimiliter nõ ꝓ-
prie puer dicitur fortunatus. Notabis vlteri9 in hac
materia ꝙ fortuna recte dicitur cauſa: quia per eam
conuenienter: reſponderur ad interrogationem fac
tam de propter quid vt ſi aliquis peteret ꝓpter q̃d
fregiſti tibiam. reſponderet ꝓpter infortunium ſed
diceret aliq uis ad quod genus cauſe reducunt̃ for
tuna et caſus. Reſpondeo ꝙ nõ ad cauſam materia
lem: quia non intrat compoſitionẽ effectus. Cauſa ve
ro materialis intrat compoſitionẽ effectus, nec redu
cuntur ad cauſam formalẽ ex eadẽ ratiõe ſed nec ad
cauſam finalẽ: quia ſequeretur ꝙ agens a fortuna in
tenderet finẽ quod eſt falſum quia intendens finem
intendit ordinem ad illum: ergo reſtat ꝙ reducatur
ad cauſam efficientem: ſed dices tu effectus fortuiti
ſunt infinite cauſe: ſꝫ nulli9 effect9 ſunt infinita agen
tia ergo: dico ꝙ cũ Ariſt. dixit ꝙ effectuũ fortuitoꝝ
ſunt infinite cauſe: nõ intellexit ꝙ effectuũ fortuitoꝝ
eſſent infinite cauſe quaꝝ qualibet eſſet fortuna capi
endo fortunã ꝓ aĩa vel ꝓ volũtate: ſed capiendo pro
intentione ſicut non tot quin pluriũ q̃olibet põt eſſe
efficiens fortuiti. i. non cum tot quin cũ plurib9 inten
tis põt accidere effectus fortuitus ergo ⁊c̃. Et ad rõ
nes cũ arguebas ꝙ fortuna eſt per accidẽs: ergo de
ipſa nõ habet̃ ſciẽtia. Nego añs ꝙ fortuna ſit ens per
accidens: q2 vt dixi in prio phiſi. ens per accidens ẽ
aggregatũ ex aliquib9 partib9 quaꝝ vnio nõ hꝫ cau
ſam determinatam et de per ſe, vt albus muſic9. Ad
aliud q̃õ dicebas ꝙ fortuna eſt incerta intelligendũ
ꝙ effectus fortuitus eſt incertus quia non preſciatur
euenire. Ad illud in quo ais ꝙ videt̃ contradictio q2
dicitur ſm ꝓpoſitum et preter intentionem: Dicẽdũ
ad hoc ꝙ non eſt ꝯtradictio quia intelligit̃ reſpectu
diuerſoꝝ. Namq̃ꝫ beneſtat ꝙ reſpectu vnius agẽs in
tendat et non reſpectu alterius: nec valet dicere illð
q̃õ dicebas de muſico: nã ille nõ eſt fortuna reſpectu
domificationis quia hic domificationem intendit et
ſic illa domificatio eſt effectus intentus: et per ꝯñs
non fortuitus.

¶ Querit̃ vtrum aliquid fiat a fortu Utrũ aliquid fiat a caſu.
na vel caſu: ⁊ arguitur ꝙ non nihil fit malũ in natura
ſed aliqui effectus caſuales ſunt mali vt monſtra: er
go tales effectus non poſſunt fieri a natura ⁊ ſic nec
ab intellectu. Preterea natura non habundat in ſuꝑ
fluis nec deficit in neceſſarijs. 3. de aĩa: ſed monſtra
ſunt ſuperflua. Similiter oẽs effectus intendit prĩa
cauſa: ergo nihil fit a caſu reſpectu prĩe cauſe. Pre-
terea reſpectu celi nullus effectus naturalis fit a ca-
ſu. In oppm̃ eſt Ariſt. in iſto textu. Pro declaratiõe
huius noto vt bene notat Albertus de ſaxonia. 2. phi
ſicoꝝ. q. 14. ꝙ ſunt due opiniones extreme ⁊ vna me-
dia. Prĩa erat ꝙ nihil fiebat a caſu q2 oĩa ex neceſſi
tate eueniũt taliter ꝙ neceſſitas operationũ ⁊ diſpo
ſitionum fit ex parte materie et non ex parte finis vt
non pluit ꝓpter herbas: ſed quia vapor factus aqua
et pluuia deſcendit. Secunda eſt opinio q̃ tenet oĩa
fieri a caſu q̃õ euenit quia oẽ agẽs naturale in aĩatũ
non cognoſcit: ergo agit preter intentioneꝫ. Tertia
opinio eſt vera q̃õ aliqua fiunt a caſu aliqua non: pri-
mum patet quia aliqua fiunt preter intentioneꝫ agẽ
tis vt artifex qui intendit ſcribere. b. et ſcribit. a. ali
qua etiam non fiunt a caſu vt motus celeſtes fiunt de
per ſe et non a caſu celo. Ex quo ſequitur ſolutio illi9
rationis quia agentia inanimata aguut preter inten
tionem. i. preter cognitionem: non aũt preter intẽtio
nem. i. preter inclinationem vt lapis non agit preter
inclinationem deſcenſum ſed fractionem olle. Noto
ſecundo ꝙ in iſtis inferiorib9 cõcurrũt ſepenumero
plura agentia ad vnũ effectum et reſpectu quorũdã
eſt a caſu et reſpectu alioꝝ non ita ꝙ reſpectu cauſe
prime nil fit a caſu: bene tñ reſpectu cauſe ſecunde.
Noto tertio ꝙ fortuna ꝓprie dicitur ⁊ caſus in his q̃
fiunt preter intentionem ⁊ ſunt contingentia rara no
tabilis bonitatis vel malicie: licet caſus cõuenit taꝫ
reb9 aĩatis q̃ inanimatis: vnde eclypſis lune q̃uis fi
at preter intentionem ipſius motoris non intenden-
tis defectũ ſui orbis: non tñ fit a caſu q2 nõ fit preter
intentionem omnium cauſarum agentium ſimul con
currentium. Etiam patet quia caſualia non preſciun
tur: eclypſis tamen preſcitur. Noto quarto ꝙ accipi
ens caſum proprie reperit̃ in ꝯtingẽtib9 raro ⁊ ideo
non fit in contingentibus ad vtrũlibet ⁊ per idẽ pa-
tet ꝙ accipiendo fortunã improprie põt reperiri in
contingentibus ad vtrũlibet, vt quando dicitis ludẽ
tem ad taxillos ſi lucratur eſſe fortunatum q̃uis in-
tendebat lucrari ⁊ ſic conciliabis Auicennã ⁊ Auer
roem in iſta parte. Nam cum dicit Auicenua in con
tingentibus ad vtrũlibet fore fortunã intelligas im
proprie: ſed cũ dixit Auerrois ꝙ nõ intellige ꝓprie.
Ad rationes principales facile dicitur ꝙ bñ ꝓbant
nihil fieri a caſu ſimpliciter ſecus autem ſcõm quid.

T.cō.53. INfinitas quidē igiť cāſ ne
ceſſe eſt eſſe: a quibus vtiqꝫ fiat: quod
eſt fortuna. Unde videtur fortuna in
finiti eſſe: et imanifeſta homini. ¶ Et
T.c.54. ē vt nihil a fortūa; videbiť vtiqꝫ fieri
Omnia quidem eñ hec recte dicun
tur: quoniam rationabiliter. Eſt quidem enim vt ſit
a fortuna: et ſecundum accidens enim fit: et eſt cau
ſa ſicut accidens fortuna: vt autem ſimpliciter nulli
us vt domus edificator quidem cauſa eſt: ſecundum
accidens autem tibicem: et venientem referendi ar
gentum non hui⁹ cauſa venientem infinite ſunt mul
titudine. Et enim videre aliquem volens et pſequēs
et fugiens et viſurus. ¶ Et fortunam dicere eſſe ali
T.c.55. quid extra rationem recte eſt. Ratio enim autē eo
rum que ſemper ſunt: aut eorū que ſicut frequenter:
fortuna autem in his que fiunt preter hec. Quare
quoniam infinite que ſic cauſe ſunt et fortuna infini
ta eſt. ¶ Tamen deficiet in quibuſdam vtiqꝫ aliquis
Nunquid igitur contingentia cauſa vtiqꝫ fiant for
tune: vt ſanitatis aut ſpiritus: aut eſtus: ſed non de
pilari. Sunt autem alie aliis proximiores que ſunt
ſm accidens cauſarum. ¶ Fortuna autem bona qui
T.c.56. dem dicitur: cū bonum aliquid euenit praua autem
cum prauum aliquid. ¶ Eufortunium autem et diſ
fortunium eſt cum magnitudine habentia ſunt hec:
vnde et ſecus paruum malum: aut bonum accipere
magnum: aut diſcontingere: aut eucontingere eſt:
quoniam ſicut eſt dicit intellectus: quod eñ ad par
uum tanquam nihil debere videtur. ¶ Amplius au
tem in certum eufortunium rationabiliter eſt. For
tuna enim incerta eſt. Neqꝫ enim vt ſemper: neqꝫ ſi
cut frequenter poſſibile eſſe que ſunt a fortuna ni
T.c.57. hil. ¶ Sūt quidē igitur ambo cauſe quemadmodū
dicendum eſt ſecundum accidens: et fortuna ⁊ caſus
in contingētibus fieri: neqꝫ ſimpliciter: neqꝫ ſicut fre
quenter et eorū quecūqꝫ vtiqꝫ fiēt propter aliquid.
¶ Differūt autem quoniam. Caſus amplius eſt. Quō
enim eſt a fortuna: eſt et a caſu: hoc autem non omne
T.c.58. a fortuna eſt. ¶ Fortuna quidem enim et quod a for
tuna eſt quibuſcunqꝫ et eu contingere vtiqꝫ inerit ⁊
omnino actus eſt. ¶ Unde neceſſe eſt circa practica
eſſe fortunam: ſignum autem eſt quod videtur idem
felicitati aut prope. Felicitas autem praxis quedā
T.c.59. eſt. Eupraxia enim eſt. Quare quibuſcunqꝫ non con
tingit agere: neqꝫ a fortuna aliquid facere. ¶ Et
ppter hoc neqꝫ inanimatū nihil: neqꝫ infans: neqꝫ beſ
tia nihil facit a fortuna: quoniam non habent propo
ſitū: Neqꝫ eufortunium: neqꝫ infortunium ineſt his
niſi ſm ſimilitudinem: ſicut dixit Plutarchus eufor
tunatos eſſe lapides ex quibus ſunt are: cum hono
rentur. Copulati autem his conculcantur: pati autē
a fortuna ineſt quodammodo et his cum agens ali
T.c.60. quid circa hec agat a fortuna: aliter aūt non. ¶ Sꝫ
caſus eſt in aliis animalibus ⁊ ī animatis vt equ⁹ ca
ſu inquit venit: quoniam ſaluatus eſt quidem veniēs
non ſalutis autem cauſa venit. Et tripoda caſu ceci
dit. Stat quidem enim cauſa ſedendi; ſed non cau
T.c.62. ſa ſedendi cecidit. ¶ Quare manifeſtū eſt ꝙ in his q̄
ſimpliciter propter aliquid fiunt cum non acciden
tis cauſa fiunt: quorum extra eſt cauſa: tūc a caſu di
cimus: a fortuna autem eorum quicunqꝫ a caſu fiunt
T.c.63. propoſitorum in habentibus propoſitū. ¶ Signum
autem eſt quid vanum eſt: quoniam dicitur cum non
fiat quod propter aliud illius cauſa: vt ambulare
diſpoſitionis cauſa eſt. Si vero non fiat ambulanti
fruſtra dicimus ambulaſſe: et ambulatio vana tan
quam hoc ſit fruſtra: quod aptum natum eſt alteri
us cauſa cum non includit illud cuius cauſa erat ap
tum natum. Quoniam ſi aliquis ſe balneatum dicat
fruſtra: quia non dēficit ſol: deriſio vtiqꝫ erit: non enī
erat hoc propter illud. ¶ Si igitur ꝙ automatum
ſecundum nomen eſt, cum ipſum fruſtra fiat. Cecidit
enim non percuciendi cauſa lapis. Ab eo igitur qd
automatum cecidit lapis: quia cecidit vtiqꝫ a quo
dam et percutiendi cauſa. ¶ Maxime autem ſepa T.c.64.
ratum eſt a fortuna in his que a natura fiunt: cum
enim fiat aliquid extra naturam tunc non a fortuna
ſed magis ab eo quod per ſe fruſtra eſt factū eſſe di
cimus. Eſt autem et hoc alterum: huius quidem eñ
exterius eſt cauſa: illius vero interius. ¶ Quid igi
tur ſit per ſe fruſtra: ⁊ quid fortuna dictū ⁊ eſt: quid
differunt ad inuicem. ¶ Sed modorum cauſarū in T.c.65.
quibus eſt vnde principium motus vtrumqꝫ ipſo
rum eſt: aut enim eorum que ſunt a natura cauſa ali
qua eſt: aut eorum que ſunt ſub intellectu cauſa ſem
per eſt ſed eorū multitudo indeterminata ē. ¶ Qm̄ T.c.66.
aūt caſus et fortuna ſunt cauſe eorū quoꝝ vtiqꝫ aut
intellectu fiat cauſa aūt natura: cū ſm accidens cau
ſa aliqua fiat horū ipſorum nihil aūt ſm accn̄s prius
eſt his que ſunt p ſe manifeſtū eſt ꝙ neqꝫ p accn̄s cau
ſa prius eſt ea que eſt per ſe. ¶ Poſteri⁹ itaqꝫ eſt ca T.c.67.
ſus et fortuna et intellectu et na. Quare ſi q̄ maxie
celi cauſa ē caſus: neceſſe pri⁹ cām intellectum et na T.c.68.
turā eē et alioꝝ multorū ⁊ huius aūt omnis. ¶ Que
aūt ſunt cauſe: et ꝙ tot ſint numero quot dicim⁹ ma
nifeſtum eſt: tot eñ ſm nūerum ppter quid cōprehē
dit aut eñ in qd̄ qd eſt reducitur ppter quid vltimū
in īmobilib⁹: vt i mathematicis. In diffinitione eñ re
cti aut cōmenſurati aut alicui⁹ cuiuſdā reduciť vlti T.c.69.
mū. ¶ Aut imouentem primū: vt ppter qd certaue
runt: qm̄ furati ſunt: aut alicui⁹ grā vt dn̄enť: vt in
his q̄ ſunt nā. Quō quidē igiť cauſe he et tot ſint ma
nifeſtum eſt.

ARiſtoteles textu cōmēti quin
q̄geſimi tertii dicit rationem eorū que d̄ for
tuna dicuntur. Et primo eorum que dicta ſunt ab an
tiquis. Secundo eorū que ab hominibus vulgariter
dicuntur ea parte qua dicit ⁊ fortunā dicere, poſuit
autem ſupra tres opiniones de fortuna quarum me
diam oīo improbauit tanqꝫ omnino falſaꝫ: quia pone
bat fortunam eſſe cauſam celi et mundanoꝝ omniū:
vnde media ſubſtracta de medio. Pmo aſſignat quo
modo veritatem habet tertia opinio: que ponebat
fortunam eſſe immanifeſtā homini. Secundo decla
rat primam opinionem que poſuit nil fieri a fortuna
et a caſu in illa parte et eſt vt nihil a fortuna. Dicit
aūt tex. mō quare fortuna eſt homini in manifeſta: et
dicit qꝛ ſunt infinite cauſe effectus fortuiti ⁊ īfinitum
in quātū infinitū eſt ignotū. Hic benemerito dubita
ret aliquis vtrum ſint omnes cauſe poſſibiles dabi
les alicuius effectus: et Entiſber eruditiſſimus cre
dit non poſſe dari omnes cauſas poſſibiles alicuius
effectus. Pro cuius propoſitionis dclaratione noto
aliquas propoſitiones. Prima propoſitio reſpec
tu effectus intentionalis dantur omnes cauſe poſſi
biles ſimul: non tamē ſucceſſiue. Probatur ſic. Nam
reſpectu noticie intuitiue quam habet anima petri
de Joane dantur omnes cauſe poſſibiles ſimul con
currentes ſcilicet obiectum quod eſt Joānes poten

tia que eſt anima petri et ſpecies atq; deus dixi non
ſucceſſiue: quia aliud poteſt eſſe cauſa illius noticie
Secũda ppõ. puta deus. Secunda propoſitio Marſilij eſt opinio
primo de generatiõe in illa queſtione an id eſt effec-
tus poſſit produci a plurium agentium quelibet. qd
quilʒ effectus producitur ab omnibus cauſis poſſibi
lib9 produci itaq; ſi petr9 fiat in hoc inſtanti & hoc inſ
tans laberetur et non fieret non poſſet vltra produ-
Tertia ppõ. ci. Tertia ꝓpoſitio verior ẽ opinio Ochamm in quotli
betis et in tertio ſententiarum ꝙ nullus effectus po
teſt fieri ab omnibus ſuis cauſis poſſibilibus. Nam
inquit ſi filius aliquis predeſtinatus fiat a platõe pa
tre preſcito illemet ſi fieret in ſtatu inocencie fieret
ab alio patre prediſtinato igitur non habet ille fili9
eſſe effectus ab omnibus ſuis cauſis poſſibilibus.
Secunda ratio quando fit aliquis effectus non ha-
bet tot cauſas finales quot poſſet habere plures vt pa
tet de eũte ad eccleſiam qui non poteſt ire ꝓpter tot
fines quin poteſt ire propter plures: ergo eodẽ mo-
do. Dicetur de effectibus comparatis ad cauſas ef-
ficientes. Tertia ratio ſuppoſitatio nature humane
non poteſt fieri a tot ſuppoſitis quin poſſet fieri a plu
ribus vt patet de tribus perſonis indiuinis ſi aſſume
rent eãdẽ humanitatem et vnus angelus et &c. ſimi-
lis queſtio poſſet formari vtrũ eiuſdeʒ effect9 poſſint
eſſe plures cauſe totales. Circa quod nota ꝙ cauſa
totalis dicitur duobus modis. Uno modo totalis to
talitate effectus et hec eſt que producit totum effec
tum ſyncathegorematice et hoc modo bene poteſt
eſſe quod vnius effectus ſint plures cauſe totales to
talitate effectus. Nam dum deus et agens cauſant
ignem: ille ignis ſecundum ſe et quodlibet ſui fit a
deo & ſimiliter ab igne: ergo bene poſſunt eẽ plures
cauſe totales eiuſdem effectus alio modo dicit̃ cau-
ſa totalis: totalitate cauſe idest faciens effectum ſe
ſola et hoc modo non poſſunt eſſe due cauſe totales:
idest adequate eiuſdem effectus et hoc modo ratio
nes Scoti tertio ſenten. diſtinctione et .q. primis ꝙ
non poſſunt eſſe plures cauſe totales eiuſdem effec-
tus bene conuincũt non tamẽ ſi capiatur cauſa tota
lis pro totali totalitate effectus poteſt etiam capi to
talis vt tantum valeat ſicut ſufficiens: et hoc modo
bene poteſt eẽ ꝙ ſint plures cauſe totales idest ſuffi-
cientes eiuſdem effectus, vt iam exemplificatum eſt
de cauſis finalibus. ¶ Poſtea philoſophus oſtendit
quomodo prima opinio veritatem habeat ſcilicet ꝙ
a fortuna nihil fit quod probat quia fortuna eſt cau-
ſa per accidens et quod eſt per accidens non ẽ pro
prie cauſa, vt edificator eſt cauſa per ſe domus ſecũ
dum accidens vero tibicem qui vere non eſt cauſa
edificãdi quod idem ſuadet quia infinite tales ſunt
cauſe per accidens vt ſi deportaſti argentum a do-
mo petri potuit eſſe cauſa ſi non intendebas porta-
re te videre aliquem velle et perſequi et fugere et
ſic de reliquis infinitis: et hoc dicit tex. cõ. 54. ſed
textu cõ. 55. aſſignat rationem eorum que dicuntur
de fortuna vulgariter ſcilicet ꝙ fortuna ẽ ſine ratio
ne ſecundo eius quod dicitur fortunam eſſe bonam
vel malam. Dicit ergo primo ꝙ recte dicitur fortu-
nam eſſe abſq; ratione: quia nos nõ poſſumus ratio-
cinari niſi in his que frequenter vel ſemper accidũt.
Fortuna vero eſt in his que raro contingunt: quare
quoniam infinita ſunt talia per accidens et ſine ra-
tione: ſequitur ꝙ fortuna infinita eſt: et per cõſeqũs
ſine ratione. Statim vero mouet quandam dubita-
tionem: et eſt. Utrum quecũq; contingat eſſe cau-
ſas per accidens debeant dici fortuna: ſicut patet ꝙ
ſanitatis cauſa per ſe poteſt eſſe, vel natura, vel ars
medicine: cauſe autem per accidẽs poſſunt dici om
nia illa quibus contingentibus contingit fieri ſani-
tatem: ſicut eſt ſpiritus idest ventus: et eſtus et abra
ſio capitis: nunquid igitur quodlibʒ iſtorum eſt cau
ſa per accidens: ſed quia ſupra diximus ꝙ fortuna
maxime dicitur cauſa per accidens ex parte effect9
prout ſcilicet aliquid dicitur eſſe cauſa ei9 quod ac
cidit effectui. Manifeſtum eſt ꝙ cauſa fortuita ali-
quid operatur ad effectum fortuitum: licet non in-
tendat illud: ſed aliquid aliud effectui coniunctũ:
et ſecundum hoc ventus aut eſtus poſſunt dici cauſe
fortuite ſanitatis in quantum faciunt aliquam alte-
rationem in corpore: ad quam ſequitur ſanitas: ſed
depilatio aut aliquid aliud huiuſmodi non facit ma
nifeſte aliquid ad ſanitatem: ſed tamẽ inter cauſas
ꝑ accidens: alique ſunt ꝓpinquiores: et alique remo
tiores: ille autem que ſunt remote min9 videnť eſſe
cauſe. Deinde tex. cõ. 56. aſſignat rationem eius qd
dicitur fortunã eẽ bonum vel malum: et primo aſſig
nat rationem quare dicitur fortuna bona vel mala
ſimpliciter: et dicit ꝙ fortuna dicitur bona quando
aliquod bonum contingit: et mala quando malum.
Poſtea vero aſſignat rationem eufortunij: & dicit ꝙ
eufortunium dicitur quando habet aliquod bonum
vel malum cum magnitudine. Nam eufortuniũ dici
tur quando ſequitur aliquod magnum bonum: infor
tunium autem quãdo ſequitur aliquod magnum ma
lum et quia priuari bono accipitur in ratione mali-
et priuari malo in ratione boni: ideo quãdo aliquis
parum diſtat a magno bono ſi amittat illud dicitur
infortunatus: et ſi aliquis ſit propinquus magno ma
lo et liberetur ab illo dicit̃ etiam fortunatus: et hoc
ideo quia intellectus accipit illud quod parum diſ-
tat ac ſi nihil diſtaret ſed iam haberetur. Poſtea au
tem aſſignat rationem: quare eufortunia ſit incerta
et dicit ꝙ ideo eſt: quia eufortunium fortuna quedã
eſt. Fortuna autem eſt incerta cum ſit eorum que nõ
ſunt ſemper neq; frequenter vt dictum eſt. Unde ſe-
quitur eufortunium eſſe incertũ. Deinde vero tex.
cõ. 57. Concludit quaſi recapitulando ꝙ vtrumq;
ſcilicet caſus & fortuna eſt cauſa ꝑ accidẽs & vtrũq;
in his que contingunt non ſimpliciter idest nec ſemꝑ
neq; frequenter: et vtrunq; eſt in his que fiunt prop
ter aliquid: vt ex ſupra dictis patet. Poſtea philoſo
phus ea parte qua dicit. Differunt autem declarat
ꝙ caſus differt a fortuna quia caſus eſt terminus ſu
perior ad fortunam: namq; fortuna eſt in his q̃ agũt
ſecundum intellectum et vnum intẽdunt et aliud ſe
quitur preter intentionem: ſed caſus eſt in illis que
intendunt vnum atq; ſequitur aliud preter intẽtio-
nem. Poſtea dicit tex. ꝙ fortuna tantum eſt in his q̃
poſſunt eſſe fortunati vel infortunati et in illis in qui
bus contingit eſſe domines ſuorum actuũ quare for
tuna ſolum eſt circa pratica vel ea que agi poſſunt
cuius ſignũ eſt quia videtur eſſe idem felicitati. Fe
licitas autem eſt quedã praxis vel eupraxia idest bo
na praxis. Eſt enim operatio virtutis optime ſecun-
dum potentiam optimam in vita perfecta: vt dixit
Ariſtoteles in primo ethicorum quare infertur ꝙ
quibuſcunq; non contingit agere idest non eſſe
dominos ſuorum actuum: nec contingit a fortũa ali
quid facere: propter quod dicit textu commenti qn
quageſimi noni ꝙ nullum inanimatum, nec infans,
nec beſtia: facit aliquid a fortuna quare in his non

contingit euſoꝛtunium nec infoꝛtunium niſi ſimilitudinarie: ſicut dicitur ꝙ lapides ĩ altaribus ſunt foꝛtunati quia eius honoꝛ et reuerentia exhibetur cum lapides coniuncti conculcentur, pati autem a foꝛtuna ineſt quodam modo his vt quando agẽs aliqđ circa hec agit aliquid a foꝛtuna aliter autem non. Deinde Philoſophus textu commenti ſexageſimi dicit ꝙ caſus eſt in alijs animalibus: et etiam in rebus in animatis: ſicut ꝙ equus caſu venit quando ſalutem adeptus eſt veniens: licet nõ venerit cauſa ſalutis. Aliud exẽplũ ponit in reb⁹ in animatis ſimiliter. tripoda ſtat per caſum vt ſit apta ad ſedendum licet non iſta de cauſa ceciderit vt ſtaret apta ad ſedẽdũ. Concludit philoſophus textu commenti ſexageſimi pꝛimi ex pmiſſis ꝙ ĩ his q̃ cõtingit facere aliquid, pꝛeter intentionem cum tamen faciant aliud ex intentione, contingit ſi habeant pꝛopoſitum eſſe foꝛtunam: ſi vero non eſſe caſum. Poſtea vero textu commenti ſexageſimi ſecundi. Declarat ꝙ caſus accidit in his que ſunt pꝛopter aliquid et accipit ſignum ab eo quod dicitur vanum: quod ſecundum nomen in greco pꝛopinquum eſt caſui. Dicitur autem vanum cum id quod eſt pꝛopter aliquid non fiat ei⁹ cauſa ideſt non accidit ex eo pꝛopter quod fit: ſicut ſi quis ambulet ad deponendũ ſuperflua nature. Si hoc non accidat de ambulanti: dicitur fruſtra deambulaſſe: et ambulatio eius eſſe vana: ac ſi hoc ſit fruſtra vel vanum: quod aptum natum eſt fieri cauſa alicuius cum non includat illud (Cuius cauſa natum ẽ fieri) quare dicat (Cuius cauſa natum eſt fieri) exponit ſubdens quia ſi aliquis dicat ſe fruſtra balneatum: quia eo balneato non deficit ſol: Per iſoꝛie diceret: quia hoc quod eſt ipſum eſſe balneatum non erat natum fieri pꝛopter hoc quod deficeret ſol: vnde caſus qui in greco dicitur Automaton ideſt per ſe fruſtra accidit in his que ſunt pꝛopter aliquid: ſicut id quod eſt fruſtra: vel vanum: quia per ſe fruſtra ſecundum ſuum nomen ſignificat: ſicut per ſe homo ipſum hominem et per ſe bonum: ipſum bonum ⁊ exemplificat in his que caſu ſunt: ſicut cum dicitur ꝙ lapis cadendo percutiens aliquem cecidit non percuciendi cauſa: ergo cecidit ab eo quod eſt per ſe vanum: vel per ſe fruſtra: quia non natus eſt pꝛopter hoc cadere: Cadit enim aliquando lapis ab aliquo emiſſus percuciendi cauſa: quamuis autem caſus: et vanum conueniant in hoc quod vtrunꝙ eſt in his que ſunt pꝛopter aliquid. Differunt tamen qꝛ vanum ex hoc ꝙ non conſequitur aliquid quod intẽdebatur: vnde quãdoꝙ eſt vanum: et caſus ſimul puta cum non accidit illud quod intendebatur: ſed accidit aliquid aliud quãdoꝙ autem eſt caſus ſed nõ vanũ cum accidit: et illud quod intendebatur ⁊ aliud quandoꝙ autem eſt vanum: et non caſus quãdo non accidit illud quod intẽdebatur nec aliquid aliquid aliud. Queritur circa iſtum textum: vtrũ poſſit eſſe aliquid in natura vanum: et videtur ꝙ ſic qꝛ muſca videt̃ in natura eſſe quid vanum: et animalia venenoſa dicuntur eſſe quid vanum. Similiter dicũtur quid vanum ſol et angelus: quia non poſſunt facere ſibi ſimile: ergo tanquam fruſtrata ſuo fine videntur vana. In oppoſitum eſt philoſophus dicens in natura non eſſe vanum: ſed omne quod agitur agi pꝛopter finem. Pꝛo declaratione iſtius queſtiõis pono hanc concluſionem foꝛme ſubſtantiales rerum in animatarum poſſunt ſibi ſimile, pꝛoducere extra ſe: foꝛme vero rerum animatarum ſi ſint anima extenſa poſſent diſſimilem facere foꝛmam ſubſtantialem et ſimilem generatione coniuncta et non ſeparata: foꝛme vero que ſunt anime inextenſe vt anima rationalis ſibi ſimilem omnino non poſſunt diſſimilem vero foꝛmã ſubſtantialem poſſunt pꝛoducere: ſpirituales autem ſubſtantie nequeuntes infoꝛmare materiam ſi ſunt create: nec ſimilem, nec diſſimilem ſubſtantiam facere queunt ſed ſolas notitias et voliciones.

Pulcherrima concluſio.

In coꝛpoꝛalibus tamen aplicant actiua paſſiuis ⁊ nihil amplius agunt. Deus vero omnium ſupꝛema intelligẽtia omnia facit: pꝛemittit tamen creaturas ſuos actus facere ipſo concurrente. Iſta concluſio continet ſex partes. Pꝛima pars eſt ꝙ foꝛme ſubſtãtiales rerum in animatarum poſſunt aliquid agere extra ſe quod docet experientia. Nam foꝛma ignis foꝛmam ignis generat extra ſe. Secunda pars ẽ ꝙ anima extẽſa ſicut eſt anima bꝛuti foꝛmam ſibi diſſimilem in ſpecie poteſt generare: ſicut anima eq̃ foꝛmam ſanguinis et etiam ſibi ſimilem valet generare generatione coniuncta. Nam anima equi dum creſcit equus ſibi ſimilem animam pꝛoducit generatione tamen ſeparata nunquã anima equi generat animam equi: cum equo moꝛtuo generante foꝛma geniti generetur. Tertia pars pꝛobatur: quia anima rationalis a deo ſolo fit: igitur vna ratiõalis nõ pꝛoducit aliam: quod autem diſſimilem poſſent facere bena patet: quia anima rationalis mediante caloꝛe naturali generat foꝛmam ſanguinis. Quarta pars eſt quod angeli non poſſunt pꝛoducere niſi accidentia ſpiritualia: accidentia vero coꝛpoꝛalia nullaten⁹ poſſunt facere: ſed ſolum applicant actiua paſſiuis: ſi tamen in demone aſſumente coꝛpus appareat qđ faciat operationes vitales que ſunt nutritio ⁊ augmẽtatio: illud eſt phantaſtice non vere: ꝙ ſi vere ſint a ſolo deo fiũt. Quinta pars eſt nota: ſed vt amplius hec manifeſtent̃ nota cuilibet foꝛme ſubſtãtiali coꝛpoꝛali inditum eſt foꝛmam ſubſtantialem ſimilem in ſpecie pꝛoducere ſicut quibuſdam conuenit diſſimilem foꝛmã in ſpecie efficere: et nulli foꝛme intellectuali conuenit aliam foꝛmam ſubſtantialem ſimilem vel diſſimilem ĩ ſpecie pducere. Pꝛima pars de foꝛmis coꝛpoꝛalibus conſtat partim experientia: partim ex illa maxima phiſica. Omne agens naturale cui ſimilia in ſpecie poſſunt eſſe multa eſt ſibi ſimilis in ſpecie pꝛoductiuũ dicitur cui ſimilia ⁊ cetera: quia ſol non eſt alterius ſolis pꝛoductiuus: quia naturaliter plures eſſe non poſſunt: et an alia aſtra eiuſdem ſint ſpeciei vel diuerſarum: in ſecundo de celo videbitur: et inſtantia eſſe poſſet de foꝛma coꝛpoꝛeitatis: (de qua ſuperius: que ſi admittatur nullius eſt actiuitatis: ſicut nec materia: et per conſequens nec foꝛme eiuſdem ſpeciei: nec diuerſe eſſet pꝛoductiua Sed nos pꝛobabilius reputauimus talem foꝛmam non eſſe admittendam: ⁊ quando non eſſet aliud argumentum quam ꝙ ſi aſſignaretur eſſet foꝛma ſubſtantialis nullius pꝛoductiua eẽt ſatis apparens contra poſitionem ponentem talem foꝛmam nec ſatiſfaceret dicere ꝙ, nec angelus, nec anima rationalis ſunt alicuius foꝛme ſubſtantialis pꝛoductiua: quia nihilominus alicuius actiuitatis ſunt. Secunda pars pꝛefate pꝛopoſitionis videlicet ꝙ nulle foꝛme intellectuali conuenit aliam foꝛmam ſubſtantialem pꝛoducere partim ratione partim fide teneri poteſt. Unde doctoꝛ ſubtilis in quarto diſtinctione pꝛima: et queſtione pꝛima nititur contra Auicennam oſtendere nullum angelum alicuius ſubſtan

Pꝛia ps. — Secũda pars — Tertia pars — Quarta pars — Quinta pars — Maxia phyſica.

ſubſtantie eſſe pꝛoductiuum: ⁊ ratio qua vtitur idē videtur concludere de anima intellectiua. Conſiſtit enim ſua ratio in hoc quod angelus nihil poſſet pꝛoducere niſi per intellectionem: et cum nulla intellectio: eo quod eſt accidens ad pꝛoductionem ſubſtātie valeat non poſſet angelus ſubſtantiam pꝛoducere: ⁊ cum anima rationalis ſit nature intellectiue: idem de ea videtur dicendum eſſe: ſed vt oſtendetur ratio Doctoꝛis ſubtilis non concludit efficaciter intentum: immo nec nimis pꝛobabiliter: quia pꝛopter aſſerimus ſola fide tenendum eſſe animam rationalem non poſſe aliam eiuſdem ſpeciei pducere et credendum ē ipſam a ſolo deo pꝛoduci: ꝙ ſi anime competeret aliā pꝛoducere nihil pꝛohiberet quin admi nus ad pꝛoductionem alteriꝰ cum deo cōcurreret quia deus non denegaret quandoqꝫ anime concurſum in pꝛoductionem alterius ſi eidē conuenire poſſet: ſed quelibet intellectualis natura talis conditionis eſt ꝙ nullius rei extra ſe eſt pꝛoductiua: dempta pꝛima cauſa, quia cum debeat pꝛio eſſentia intellectualis intellectionem pꝛoducere et talis intellectio operatio ſit imanēs; non eſt alicuius extrinſeci creatura intellectualis pꝛoductiua: hoc tamen non dicitur ad mentem doctoꝛis ſubtilis qui loquens de collocutione angeloꝛum ſecundo ſenten. dicit vnum angelum alteri angelo loqui per hoc quod pducit in eo noticiam rei quam ſignificare vel repꝛeſentare ei intendit: ſed alium modum angelice collocutionis alij aſſignant Guilelmo Ocham dicente. Unum angelū alteruꝫ alloqui per hoc quod repꝛeſentat ei noticias reꝝ i ipo exiſtētes recte ſicut ſoꝛtes diceret alloqui platonem per hoc quod ei oſtendit literas q̄bus repꝛeſentatur ipſi platoni quod ſoꝛtes intendit ipſum platonem cognoſcere. Gregoꝛius autem quibuſdaꝫ nutibus et ſignis angelos vti qui nobis ſunt incogniti in ſua collocucione aſſerit: dominus Ocham: ⁊ opinio communis tenet ꝙ locutio angeli ſupponit pꝛo ipſo conceptu quem foꝛmat angelꝰ loq̄ns ⁊ connotat volicionem qua vult manifeſtare aliquid alicui: auditio vero angeli ſupponit pꝛo noticia reflexa quam habet angelus audiens de noticia quā angelus loquēs foꝛmat: vnde imaginatur quod q̄madmodum aliquis videns imaginem ceſaris per illam cognoſcit ceſarem: ita angelus audiens per noticiam quam habet de noticia angeli loquentis cognoſcit obiectum repꝛeſentatum per noticiam angeli loquētis. ¶ Ex quo īferūtur tria coꝛrolaria. Pꝛimū eſt ꝙ impoſſibile eſt angelum audientem pꝛopter ſolam noticiam reflexam qua audit habere noticiam intuitiuam obiecti repꝛeſentati per noticiam loquētis: ſiue obiectum ſit viſum ab audiente: ſiue nō. Coꝛrelarium pꝛobatur. Nam quemadmodum ego per ſolam noticiam imaginis imperatoꝛis nō foꝛmo noticiam intuitiuam imperatoꝛis niſi ipſe ſit pꝛeſens ⁊ aduertam ad illum: ita pari modo nō poterit angelus audiens per ſolam illam noticiam reflexam agnoſcere intuitiue obiectū: quamuis ſit pꝛeſens. Secundum coꝛrelarium: ſi angelus loquēs alloquatur audiētem de obiecto alꝭ viſo ab audiente foꝛmabit angelus audiens noticiam abſtractiuam pꝛopꝛiam diſtintam de illo obiecto: ſi vero angelus loquēs loquatur de obiecto nunquam viſo ab audiente foꝛmabit auditꝰ abſtractiuam cōfuſaꝫ diſcurſiue per hoc quod loquens foꝛmet multas noticias et multos aſſenſus ꝺ illa re incognita audienti: quas omnes aſpiciat audiens. Tertium coꝛrelarium. Noticia loquentis repꝛeſentat loquenti naturaliter pꝛopꝛie ſuum obiectum, ſed in audienti inſtrumentaliter naturaliter ex inſtinctu nature: nāqꝫ quēadmodū imago ceſaris repꝛeſentat mihi ceſarem inſtrumentaliter: ad quod requiruntur due noticie: vna de illa imagine altera de habitudine imaginis ad rem ſignificatam per illam: ita pari modo requirit vna noticia illius noticie angeli loquentis: altera q̄ cognoſcatur in quantuꝫ noticia eſt: vide Gabrielem diſtinctione nona ſecundi queſtione ſecunda. Opinio Scoti eſt de locutione angeloꝛum: ꝙ vnus angelus alloquitur alium angelum cauſando in illo notiā de obiecto quod vult manifeſtare. ¶ Notabis quod eodem oꝛdine quo cauſantur noticie in angelo loquēte eodem penitus oꝛdine cauſantur in angelo audiēti aloquenti. Ita ꝙ quemadmodum non poteſt cauſari in angelo loquente noticia abſtractiua diſtincta quin pꝛeceſſerit intuitiua: ita neqꝫ poteſt cauſare notiam abſtractiuam diſtinctā in audienti quin pꝛeceſſerit cauſatio intuitiue in eodem audienti et q̄madmodum angelus loquens non poteſt habere noticiam intuitiuam de aliquo quim cauſetur a ſolo deo vel ab obiecto pꝛeſenti: ita non poteſt loquens cauſare intuitiuam in audiēte niſi obiecto pꝛeſenti vel dō ſe ſolo cauſanti. Item nō poteſt angelus loquēs cauſare aſſenſum in audiente de aliqua pꝛopo. quin pꝛeceſſerit in audiente cauſatio noticie apꝛehenſiue: ex quo ſequitur ꝙ intellectꝰ angeli loquentis poteſt neceſſitare audientem vt audiat et poteſt loqui vni et non alteri quamuis ſint multi pꝛeſentes: ſed certe durum eſt concedere ꝙ angelus loquens poſſet pꝛoducere volitionem in audiente de aliquo quod audiens non vult audire. Nam tunc voluntas creata poteſt neceſſitari ab angelo. Tertia eſt opinio Gre. et docto. ſancti dicentium ꝙ angelus alloquitur alium angelum per quoſdam nutus namqꝫ dicunt ꝙ ē impoſſibile aliquem angelum agnoſcere conceptus alterius quod pꝛobant multis auctoꝛitatibus ſacre ſcripture pꝛimo auctoꝛitate pꝛimi Paralipomenon Ubi dicit tu ſolꝰ noſti coꝛda filioꝝ hominum ſcrutās coꝛda et renes deus: dicebat pſalmiſta. Item Hieronymus ſuper illud: vbi dicit. Cum vidiſſet Jeſus cogitationes eoꝛum dixit. In hoc monſtratur quod ſit deus: quia ſolus dn̄s cognoſcit cogitationes alioꝛum. Tales autem nutus repꝛeſentant obiectū naturaliter ex inſtinctu nature. Durandus tn̄ ſecundo ſenten. Arguit contra hoc dicendo: vel illi nutꝰ ſunt ſigna ſpiritualia vel coꝛpoꝛalia non ſecundū: ergo pꝛimum ꝙ ſi angelus poteſt videre illos nutus ſpirituales: quare non poterit videre noticias angeli loquentis cum ſint etiam ſpirituales. Dicam ego ad hoc ꝙ ſumus opifex deus ſciuit condere quedam ſigna ſpiritualia repꝛeſentantia ſolum habenti illa: et ipſi deo et: quedam alia ex natura ſua repꝛeſentantia habenti illa et omnibus quibus vult habens manifeſtare. Unde in ſequendo modū Ocham: non tenetur dicere creaturam intellectualem eſſe alicuꝰ extrinſeci pꝛoductiuam quod intelligēdum eſt. Nō tanquam obiectum: quia pꝛout ſic: bene eſt quelibet talis creatura ſue noticie effectiua. Et ratio ſubtilis doctoꝛis loco pꝛe allegato non pꝛobat quod angelus non poſſet aliquam foꝛmam ſubſtantialem in materiam pꝛoducere: ſed bene ſuadet. Immo perſuadet ꝙ non poteſt angelus abſqꝫ pꝛeſuppoſito ſubiecto pꝛoducere. Unde cum angelus debeat per intellectionem pꝛoducere illa intellectio non poſſet ali-

De locutiōe angeloꝝ multa egregia.

Guillermꝰ Okā.

Coꝛoꝛꝛ.i.

Coꝛoꝛꝛ.2.

Coꝛoꝛꝛ.3.

Doctoꝛ ſubtilis.

Doctoꝛ ſanctus.

cuius extrinſeci eſſe productiua niſi forme acciden
talis que deberet in ſubiecto recipi: ⁊ per conſeqns
non eſſet creatio: et cum natura angelica ſit ſimplex
in nullo ſubiecto ſuſceptibilis ſatis ſubtiliter ex il
lo deducitur ꝙ vnus angelus non poſſet alium pro-
ducere: ſed quod nō poſſet angelus aliquam formā
ſubſtantialem producere in aliqua materia non cō-
cluditur ex dictis doctoris ſubtilis claret dicta ei⁹
conſideranti niſi dicatur ꝙ intellectio non eſt alicu-
ius forme ſubſtantialis diſpoſitiue qualitatis ꝓduc
tiua: ad cuius quidem productionem ipſe angelus
ipſa intellectione tanquam inſtrumento vteretur: ſa
tis apparenter tamen probaretur ꝙ forma acciden
talis que non eſt alicuius entitatis conſeruatiua po
teſt eſſe inſtrumentum in forme ſubſtātialis produc
tione cuiuſmodi intellectio. Ad rationes in opoſitū
reſpondetur ꝙ muſce non ſunt in vanum quia purifi
cant aerem et tota venenoſitas que deberet per ae
rem diuidi: in breuem locum congeritur: et non no-
cet: ad aliud qđ videtur angelus eſſe fruſtra cū nō
producat ſibi ſimilem: certe hoc nihil valꝫ quia ſi nō
producit ſibi ſimile: hoc eſt quia eſt creatura non va
lens informare materiam: et creatura non poteſt ꝓ-
ducere niſi in materia. Iterum circa iſtam materiā
de caſu ⁊ fortuna, volo querere duas queſtiōes. Pri
ma eſt circa textū commenti trigeſimi tertij ſepti-
mo methaphiſice. vbi dicit tex. ꝙ generationes que
fiunt ab arte aut a poteſtate aut a mente vocantur
factiones et iſtarum factionum quedam fiunt a ca-
ſu: alia vō nō vt in factis a natura. Deinde dicit tex.
ꝙ eadē animalia fiunt ex ſemine et eadem ſine ſemi
ne: que fiunt a ſemine fiunt a natura: que ſine ſemine
a caſu. Circa quod videtur dubitatio duplex: prima

Utrū ſint eadē ſpē ex ſemie ⁊ putrefac-tione.

¶ Quia ſi cuiuſlibet rei naturalis ſit determinatus
modus generationis non videntur eſſe eadem que
generantur ex ſemine et per putrefactionem: quod
Auerrois in ſeptimo phiſicorum ſentire videatur di
cens ꝙ non poteſt eſſe idem animal in ſpecie quod
generatur ex ſemine: et quod generatur ex putre-
factione. Auicenna autem contrariū ſentit ꝙ omnia
que generantur ex ſemine eadem ſpecie poſſunt ge
nerari ſine ſemine per putrefactionem: vel per ali-
quem modū cōmixtionis terrene materie. Senten
tia Ariſtotelis videt eſſe media inter has duas opi-
niones ꝙ ſcilicet aliqua poſſunt ſine ſemine genera-
ri et ex ſemine: non omnia vt indicet: ſicut nec artifi
cialibus omnia poſſunt fieri per artem et ſine arte.
ſed quedam fiunt per artem vt domus: animalia eīn
perfecta videntur non poſſe generari niſi in ſemine
Animalia vō īperfecta que ſunt vicina plātis viden
tur poſſe generari ex ſemine: ſicut plante producun
tur aliquando ſine ſemine per actionem ſolis in ter
ra ad hoc bene diſpoſita: et tamen plante ſic produ-
cte producunt ſemina ex quibus plāte ſimiles in ſpe
cie generantur et hoc rationabiliter accidit: quia
quanto aliquid perfectius eſt: tanto plura ad eius
complexionem requiruntur: et per hoc ad plantas
et ad animalia imperfecta ſufficit ad agendum ſo-
la virtus celeſtis. In animalibus vero perfectis re-
quiritur cum virtute celeſti etiā ſeminis virtus. Un

Utrū gñata ſine ſe-mie fiāt a caſu.

de dicitur in ſecūdo phiſicorū ꝙ hō generat hoīem
et ſol. Secunda dubitatio eſt: quia videntur anima
lia generata ſine ſemine et putrefactione non fieri
a caſu ſed ex determinato agenti ſcilicet ex virtute
celeſti que in generatione eorum ſupplet vicem vir
tutis generatiue que eſt in ſemine: ⁊ hoc etiam vult
Commentator in vndecimo huius: ſed dicendum
eſt ꝙ nihil prohibet aliquam generationem eē per
ſe cum refertur ad vnam cauſam: que tamen eſt per
accidens et cauſalis: cum refertur in aliam cauſam
ſicut in ipſo exēplo philoſophi patet: ideſt cum enim
ſanitas ex confricatione ſequitur preter intentionē
confricantis ipſa quidem ſanatio ſi referatur ad na-
turam: que eſt corporis regitiua: non ē per accidēs
ſed per ſe intenta: ſi vero referatur ad intellectum
confricantis erit per accidens et cauſalis. Simili-
ter etiam generatio animalis ex putrefactione ge-
nerati ſi referatur ad cauſas particulares, hic infe-
rius agentes inuenitur eſſe per accidens et cauſa-
lis. Non enim calor qui cauſat putredinem intendit
naturali apetitu generationem huius vel illius ani
malis que ex putrefactione ſequitur: ſicut virtus q̄
eſt in ſemine intendit productionē talis ſpeciei: ſed
ſi referatur ad virtutem celeſtem que eſt vniuerſa-
lis regitiua virtus generationum et corruptionum
in iſtis inferiorivus non eſt per accidens ſed per ſe
intenta: quia de eius intentione eſt vt educantur in
actu omnes forme que ſunt in potentia materie ⁊ ſic
recte aſſimilauit hic Ariſtoteles ea que ſunt ab ar-
te his que fiunt a natura.

¶ Poſtea philoſophus textu com
menti ſexageſimi quarti: dicit ꝙ maxime ſeparātur
caſus et fortuna in his que a natura fiunt. Nam cum
in his que fiunt ſine propoſito fit aliquid extra natu
ram vt homo cum ſex digitis non fit a fortuna ſꝫ per
ſe fruſtra ideſt a caſu. Poſtea dicit ꝙ eorum que fi-
unt a caſu: cauſa eſt intrinſeca ſed eorum que ſunt a
fortuna, cauſa eſt extrinſeca. Poſtea philoſophus.
Dicit ꝙ caſus et fortuna reducuntur ad cauſam ef-
ficientem que dicitur vnde principium motus, ſed
dicit ꝙ iſtarum cauſarum de per accidens ſunt infi-
nite. Tandem textu commenti ſexageſimi ſexti: di-
cit ꝙ caſus et fortuna ſunt cauſe per accidens quo-
rum cauſe per ſe ſunt intellectus ⁊ natura ⁊ ille cau
ſe per ſe precedunt ad cauſas de per accidens et ſi
celi fiunt a caſu oportet alia priora iſto mundo fieri
ab intellectu ⁊ natura de per ſe quod eſt falſum. De
inde textu commenti ſexageſimi octaui: facit epilo-
gum omnium cauſarum: Dicens ꝙ tot numero ſunt
cauſe per quod reſpondemus ad interrogationem
de propter quid: aut enim reducitur hec interroga
tio de propter quid in quod quid ē ideſt cauſam for
malem vt in immobilibus ideſt mathematicis quan
doqꝫ reducitur propter quid ad cauſaꝫ efficientem
vt propter quid certauerunt quoniā furati ſunt: aut
ſicut finis vt dominentur vt in his que ſunt materie
et hoc dicit textu commenti ſexageſimi noni, conclu
dit quod tot ſint cauſe et que manifeſtum eſt.

Cur aliq̄ q̄ fiūt ab arte fiunt a caſu aliq̄ vero nō.

¶ Dubitatur cur aliqua que fiunt ab
arte nunquam fiunt a caſu vt domus: aliqua vero fi-
unt a caſu vt ſanitas. Ad quam queſtionem reſpon-
det Ariſtoteles ſeptimo metaphiſice textu cōmen-
ti vigeſimi noni ꝙ artificialia quedam non poſſunt
fieri ſine habente artem que ſcilicet in ſua materia
vel non habent aliquod principiuꝫ motiuum ad for
mam vt ligna reſpectu domus vel non ſic motiuum ſi
cut ars mouet vt ars ſaltandi quia licet homo habe
at principium ad mouendum ſeipſum ſed non ſic ſi-
cut habent illi qui habent arteꝫ ſaltandi: et hec ſem

per fiunt cum intentione quia per artem que inten‑
dit talem formam dare aliqua vero ſunt artificialia
que poſſunt eſſe et fieri ſine habente artem: et habēt
principium intrinſecum motiuum ad illud ad quod
mouet ars vt arborem plantare poteſt et qui habet
artem plantandi et qui non habet: ſimiliter ſanitas
poteſt fieri ab arte ⁊ ſine arte quia habet principiū
intrinſecum quod eſt cor quod non eſt ſuſceptium in
firmitatis vt credit doctor ſanctus lectione octaua
ſeptimo methaphiſice textu commenti duodecimi

## ¶ Sequitur textus.

T.cõ.10 Quoniam autem cauſe quat
tuor ſunt de omnibus erit phiſici cog
noſcere: et in omnes inducens ꝓpter
quod demoſtrabit phyſice materiā:
ſpeciem mouentem: et quod eſt cuius
cauſa. Ueniunt aūt tres in vnā multo‑
tiens. Quod quidem enim quid eſt: et quod cuius
cauſa vna eſt: quod vero vnde motus principiū: ſpe
cie eadem eſt his. Homo enim hominem generat.
T.cõ.11 ¶ Et tenetur phyſicus conſiderare omnino q̄cunqꝫ
mota mouent: quecunqꝫ autem non: non amplius
phyſice ſunt. Non enim in ſeipſis habētia motū neqꝫ
principium motꝰ: mouent: ſꝫ immobilia ſunt. Unde
tria negocia ſunt: hec quidem circa immobile: alia
vero circa mobile quidē incorruptibile autē. Que‑
dam autem circa mobilia corruptibilia. ¶ Quare
T.c.12. propter quid in materiam reducenti redditur: ⁊ in
eo quod quid eſt: et in primum mouens. ¶ De
generatione enim maxime hoc modo cauſas conſi‑
derant. quid poſt aliquid fiat: ⁊ quid primum fecit:
aut quid ſuſtinuit: et ſic ſemper quid conſequenter.
T.cõ.13 ¶ Duplicia autem ſunt principia mouentia: quorū
alterum non phyſicum eſt. Non enim habet motus
principum in ſeipſo huiſmodi autem ē ſi aliquid mo
uet: quod non mouetur: ſicut eſt quod et penitus imo
T.c.14. bile eſt: et omnium primum. ¶ Et quod quid ē ⁊ for
ma: finis enim et cuius cauſa. Quare quoniam natu
ra propter aliquid eſt: et hanc cognoſcere oportet.
¶ Et penitus reddendū propter quid: vt qr ex hoc
neceſſe ē hoc eſſe. Hoc autem ex hoc aut ſimpliciter
eſt: aut ſicut frequenter. ¶ Et ſi hoc debet fieri: ſicut
ex propoſitionibus concluſio. Et quoniam erat quod
quid erat eſſe. Et quia dignius eſt ſic: non ſimpliciter
ſed ad vniuſcuiuſqꝫ ſubſtantiam. ¶ Dicendum qui‑
T.cõ.15 dem igitur primū: quoniam natura eorum que ſunt
propter hoc cauſarum eſt: poſtea de neceſſario quo
modo ſe habeat in phiſicis. In hanc enim cauſam in
ducunt omnes: quoniam calidum huiuſmodi aptum
natum eſt ⁊ frigidum: vnūquodqꝫ igitur talium hec
ex neceſſitate ſunt: et fiunt: et apta nata ſunt. Et nāqꝫ
et ſi aliam cauſam dicant quamcūqꝫ tangentes gau
dere ſinant: hic quidem concordiam et diſcordiam
ille vero intellectum. ¶ Habet autem oppoſitiōem
T.cõ.16 ꝙ prohibeat naturam non propter hoc facere: neqꝫ
quia melius: ſed ſicut pluit iuppiter: non vt frumen‑
tum augmentet: ſed ex neceſſitate. Surſum enim
ductam aquam congelari oportet: et congelatam
aquam deorſum venire. Augeri autem cum hoc fiat
accidit frumentum. Similiter ſi perditur frumen‑
tum in area: non huius cauſa pluit vt perdatur: ſed
hoc accidit quare quid prohibet ſic et partes ſe ha

bere in natura: vt dentes ex neceſſitate oriri ante‑
riores quidem acutos aptos ad diuidendum cibū:
quoniā non propter hoc hoc fieri: ſed ſimul euenire.
Similiter autem eſt et de alijs partibus in quibus
videtur eſſe quod propter hoc: vbicunqꝫ enim om‑
nia accidunt: ſicut ſi propter hoc fiant: hec quidem
ſaluata ſunt ab eo quod propter ſe vanum conſtātia
apte. Quecunqꝫ vero non ſic perdita ſunt: et per
duntur quemadmodum Empedocles dixit bouige
nas viriproras. ¶ Ratio quidem igitur qua vtiqꝫ T.cõ.67
deficiet aliquis hec ē: et ſi aliqua alia huiuſmodi eſt.
¶ Sed impoſſibile eſt iſta hūc habere modum: hec
quidem enim et quecunqꝫ ſunt a natura: aut ſem‑
per ſic fiunt: aut ſic frequēter. Sed eorum que ſunt
a fortuna et per ſe vano nihil. Neqꝫ enim a fortuna,
neqꝫ a caſu videtur pluere multotiens hyeme: ſed
forte ſub cane. Neqꝫ cauma ſub cane: ſed ſi hyeme.
Si igitur a caſu videnť: aut propter hoc eſſe: ſed nō
poſſibile eſt hoc eſſe: neqꝫ a caſu neqꝫ ꝑ ſe vano: pro‑
pter aliquid vtiqꝫ erunt. At vero natura ſunt huiuſ‑
modi omnia: quemadmodum et ipſi firmabant hoc
dicentes. Eſt itaqꝫ quod propter aliquid in his que
natura fiunt et ſunt. ¶ Amplius in quibuſcunqꝫ finis T.c.68.
aliquis eſt huius cauſa agit quod prius: ⁊ quod con
tingenter. Ergo ſicut agitur aptum natum eſt: et ſi‑
cut aptum natum eſt: ſic agitur vnumquodqꝫ: ſi non
aliquid impediat: agit autem propter hoc: ⁊ aptum
natum eſt itaqꝫ huius cauſa: vt ſi domus eſſet eorum
que natura fiunt: ſic vtiqꝫ facta eſſet: ſicut nunc ab ar
te eſt. Si autem que natura non ſolum natura ſed ar
te fierent: ſimiliter vtiqꝫ fierent ſecundum ꝙ apta na
ta ſunt: propter ergo alterum alterum.
¶ Omnino autem ars alia quidem perficit quod T.cõ.79
natura nō poteſt operari: alia vero imitatur. Si igi
tur que ſunt ſecundum artem: propter hec ſunt: ma
nifeſtum ꝙ ⁊ que ſunt ſecūdum naturam. Similiter
autē ſe habent adinuicem in his que ſunt ſecundum
artem: et in his que ſecundum naturam poſteriora
ad priora.
¶ Maxime autem manifeſtum eſt in animalibus q̄ T.cõ.80
aliorum neqꝫ arte neqꝫ queſitura: neqꝫ deliberatu‑
ra faciunt. Unde dubitant quidam vtrum intellec‑
tu aut quodam alio operantur aranee et formice: et
huiuſmodi. Paulatim autem ſic procedenti et in
plantis apparet expedientia quedam facta pro‑
pter finem: vt folia propter fructus cooperimen‑
tum. Quare ſi natura facit: et propter hoc hyrundo
nidum: et aranea telam: et plante folia gratia fruc‑
tuum: et radices non ſurſum: ſed deorſum gratia ve
getandi: manifeſtum ꝙ cauſa huiuſmodi eſt in his q̄
natura fiunt et ſunt.
¶ Et quoniam natura dupliciter: alia quidem ſicut T.cõ.81.
materia: alia vero ſicut forma: finis autem hec eſt
propter finem autem alia ſunt hec vtiqꝫ erit cauſa
cuius gratia.
¶ Peccatum autem fit et in his que ſunt ſecundum T.c.82.
artem. Scripſit enim non recte grammaticus: et
potauit medicus non recte potione. Quare maniſe
ſtum eſt ꝙ contingit in his que ſecundum naturam
ſunt. Si igitur ſunt quedam ſecunduꝫ artem in qui‑
bus quod recte fit propter aliquid fit: in quibus eti
am peccatur: alicuius gratia agitur: ſed fallitur ſi‑
militer vtiqꝫ et in phyſicis. Et monſtra ſunt peccata
illius quod propter aliquid eſt. Et in ſubſtantijs er‑
go que ſunt in principio bouigena ſi non ad aliquē

terminum et finem poſſibilia erat venire corrupto principio aliquo facta ſunt: ſicut nunc ſemine.

T.cō.83. ¶Amplius neceſſe eſt ſemen fieri primum: ſed non ſtatim animalia: et molle natura primum: quod ſemen erat.

¶Amplius et in plantis ineſt quod propter hoc: minus autem dearticulatū eſt. Utrum igitur in arboribus fiant: ſicut bouigene viriprora: ſic et vitigine oliuiprora: aut non inconueniens enim eſt: ſed tamē oportuit. ſiquidem in animalibus eſt.

T.c.84. ¶Adhuc oportuit in ſeminibus fieri: vt contingit.

¶Omnino autem deſtruit ſic dicēs: que natura quidem ſunt et ſecundum naturam. Natura quidem enim ſunt quecunqꝫ a quodam in ſeipſis principio continue mota accedunt ad aliquem finem Ab vno quoqꝫ autem non idem vnicuiqꝫ neqꝫ contingens: ſemper tamen in eundem: niſi aliquid impediat.

T.cō.85 ¶Quod autem eſt cuius cauſa fit: et quod propter hoc fiet vtiqꝫ a fortuna: ſicut dicimus a fortuna venit extraneus: et balneatus abſceſſit: cum tanquam propter hoc veniens egerit: non propter hoc autem venit: et hoc ſecundum accidens. Fortuna autem eſt cauſarum que ſunt ſecundum accidens: quemadmodum et prius diximus. Sed cum hoc ſemper aut ſicut frequenter fiat non ſecundum accidens: neqꝫ a fortuna eſt. In phyſicis autem ſemper ſic eſt: niſi aliquid impediat.

T.cō.86 ¶Inconueniens aūt eſt nō opinari propter aliquid fieri: niſi videatur mouens deliberatum: et tamen ars quidem non deliberat. Et nāqꝫ ſi eſſet in ligno nauis factiua: ſimiliter vtiqꝫ natura feciſſet. Quare ſi in arte ineſt propter aliquid: et in natura ineſt. Manifeſtum eſt autem maxime: cum aliquis medicatus fuerit ipſe ſeipſum. huic quidem enim aſſimilatur natura. Quod quidem igitur cauſa ſit natura et ſic ſicut propter aliquod: manifeſtum eſt.

Philoſophus textu commenti ſeptuageſimi declarat de numero cauſarū vt ſupra dictum eſt ꝙ ſtat in quaternario et ꝙ pertinet philoſopho determinare de omnibus generibus cauſarum: et ꝙ pertinet philoſopho omnes cauſas reducere in quattuor genera cauſarum ſcilicet efficientem: finem: materiam: et formam. Dicit deinde. Ueniunt autem tres in vnam: vt ꝙ eadem ſit efficiens cauſa: finalis: et formalis. Nam forma eſt finis generationis licet non rei generate: et eſt forma et eſt efficiens reſpectu alterius effectus: nunꝙ tamē poſſunt coincidere alique cauſe cum cauſa materiali: quia materia non poteſt eſſe efficiens: nec forma: nec finis eſſet tamen dubitatio tenendo cū medicis ꝙ ſemen virile concurrit actiue ad formacionē embrionis: et ſimul paſſiue: videtur idem eſſe cauſam efficientem et materialem ſcilicet tale ſemen. Dicēdum tamen breuiter ꝙ ſemen habet duas partes. Unam groſſam corpulentam. Alteram ſubtilem ſpirituoſam. Prima pars ſe habet tanquam materia. Secunda vero pars ſe habet tanquam forma: et appellatur virtus informatiua: et ex illa parte groſſa corpulenta fiunt membra ſpermatica nobiliora: licet ex ſemine femine fiunt membra ſpermatica viliora vtpote nerui cartilagines. Mēbra autem carniformia fiunt ex ſanguine menſtruali quo ad partem puriorem eius ad replēdas rimoſitates corporis humani.



¶Dicit ergo phs hec ṽba. Ueniūt autem tres in vnam multotiens. Quia aliquando finis generationis non eſt idem ſpecie cum generante vt in equiuocis: ſed quoddamodo gerit ſimilitudinē generantis: ideo dixit. Multotiens veniunt tres in vnam: quia non ſemper omnis finis eſt forma: quod quidem enim quid eſt ideſt forma et quod cuius cauſa vna eſt: ideſt cauſa finalis: qō ṽo vnde motus principium: ſpecie eadem his: ideſt forma genita eſt eiuſdem ſpeciei cum generante. Homo enim hominem generat. Statim vero textu commēti ſeptuageſimi primi proponit de quibus intendit philoſophus naturalis determinare et de quibus non dicit tenetur philoſophus conſiderare quecunqꝫ mota mouent: quia mouens non motum non amplius eſt phiſice conſiderationis. Sunt enim quedam mouentia immota incorruptibilia de quibus methaphiſicus: quedam vero mouentia incorruptibilia mota vt celi de quibus aſtrologus qui eſt magis naturalis quam mathematicus: quedā vero ſunt mobilia corruptibilia de quibus philoſophus iam vero incipit declarare quomodo philoſophus reducit ſuas probationes in omnia genera cauſarum: quia propter quid ignoranti redditur cauſa in materiam reducenti: et quod quid eſt ideſt formam et primum mouens: declarat quomodo philoſophus tractet omnia genera cauſarum. Dicit enim ꝙ de generatione tractaturus primo conſiderant: quid poſt aliquid fiat: et hoc eſt forma per quam genitum eſt id quod eſt et quid primum fecit: ideſt primum efficiens: aut quid ſubſtinuit: ideſt recipit et eſt materia: et non ſolum eſt conſiderare a philoſopho primum mouens et primum ſubiectum circa generationem: ſed etiam ea que ſunt conſequēter. Dicit deinde ꝙ quedam ſunt mouentia que non habent in ſe principium motus et ſunt immobilia et non ſunt de conſideratiōe philoſophi. Alia vero ſunt immobilia et ſunt de conſideratione philoſophi.

¶Poſtea phs tex. cōmenti ſeptuageſimi quarti oſtendit ꝙ naturalis conſiderat finem dicens ꝙ cum forma ſit finis etiam forma pertinet cōſiderationi philoſophi et ex conſequenti finis quare cum natura agat ꝓpter finē conueniens eſt et finem agnoſcere. Et poſtea dicit ꝙ philoſophus naturalis docet demōſtrare et reddere propter quod penitus ideſt ſecundum quodlibet genus cauſe vt quia hoc preceſſit ſiue illud materia ſiue mouens neceſſe eſt effectum aliquem ſequi vt ſi aliquod generatum eſt ex contrarijs neceſſe eſt illud corrumpi: et ſi ſol appropinquet ad polum ſeptemptrionalem neceſſe eſt dies fieri longiores et frigus diminui et calorem augeri apud eos qui habitant in ſeptemtrionalibus. Sed tamen conſiderandum eſt quod non ſemper ex precedenti materia vel mouente neceſſe eſt aliquid ſubſequi. Sed quandoqꝫ ſubſequitur aliquid ſimpliciter ideſt vt ſemper vt in his que dicta ſunt. Quandoqꝫ autem vt frequenter: vt ex ſemine humano et mouente in generatione: vt frequentius ſequitur generatum habere duos oculos: quod tamen aliquando deficit: et ſimiliter ex hoc ꝙ materia ſic ē diſpoſita in corpore humano accidit generari febrē propter putrefactionem vt frequentius: quandoqꝫ tamen impeditur.

¶Notandum eſt igitur: vt bene dicit Egidius Romanus ꝙ ſi effectus proueniant ex

neceſſitate tanquam ex propoſitionibꝰ ideſt premiſ-
ſis concluſio recte poſſumus demonſtrare per prio-
res cauſas: vt ſi arguatis ad exiſtentiā ſolis in ſignis
ſeptētrionalibꝰ ſequi maioritatē dieꝝ in clymatibus
ſeptemtrionalibus et ad māꝫ diſponi ꝗlitates con
trarias ſequi corruptibilitatem. Si tamen effectus
conſequantur vt frequenter non eſt arguendum ex
cauſis prioribus: vt ſi ad acceſſum ſolis ad nos ſe-
quitur pululatio arborum: non ſequitur de neceſſi-
tate ſol acceſſit ad nos: ergo arbores pululant: quia
ſtat quod fiat impedimentum: quare dicit ꝙ tunc ar
guendum eſt ex poſterioribus ſcilicet per formam
et finem vt ſi arguatur hic generatur homo: ergo ꝓ
fuit ſemen gumanum. Uel ſi arguatur generaliter
pululant oēs arbores: ergo ſol acceſſit ad nos. Po
ſtea dicit quomodo fiat demonſtratio per cauſas po
ſteriores ſcilicet cauſam et finem dicēs ꝙ quid erat
eſſe ideſt forma: erat hoc: ideſt erat talis: ideo ſuple
neceſſe eſt talia eſſe neceſſaria precedentia: et quia
dignius eſt eſſe ſic ſecundum finem: ideo neceſſe eſt
talia eſſe que ſunt ad finem. Dicit preterea ꝙ digniꝰ
ſemper eſt arguendum non ſimpliciter: ſed ſecundū
naturam vniuſcuiuſqꝫ rei dat enim natura niſi impe
diatur in agendo cuilibet rei perfectiones non me-
liores ſimpliciter: ſed vt requirit eius natura. Qua
re infertur ꝙ cum argumētamur ex cauſis prioribꝰ
ſolum arguimus in effectibus neceſſarijs. Sed cum
arguitur ex cauſis poſterioribus ſiue ſint ſemper ſi-
ue frequenter poſitis poſterioribus neceſſe eſt poni
priora. Deinde philoſophꝰ declarat ꝙ natura agat
propter finem: et poſtea dicit ſe declaraturum ſi ne-
ceſſitas prouenit ex materia vel ex fine: et dicit ꝙ in
cauſam materialem inducunt omnes antiqui omne
fieri. Nam dicunt ꝙ aliquid eſt calidum quia huiuſ-
modi a ꝑum natum eſt eſſe: ideſt quia habet mate-
riam paratam vt ſit calida. Poſtea dicit ꝙ iſti philo
ſophi antiqui ſi aliam cauſam dixerunt rerum natu-
ralium quam neceſſitatem materie: nō tamen habēt
vnde gaudeāt gloriātes: quia cauſis poſitis ab eis. ſ.
intellectū quē poſuit anaxagoras: ⁊ amicicia et lite
quas poſuit Empedocles non ſunt niſi in generalibꝰ
quibuſdam: ſicut in conſtitutione mundi. In particu
laribus autem effectibus huiuſmodi cauſas preter-
miſerunt. Poſtea vero philoſophus oſtendit funda-
mentum rationis illius opinionis dicens ꝙ videtur
ea que aguntur non agi propter finem. Nam pluit
non vt augmentet frumentuꝫ: ſed quia accidit aquā
ſurſum congelari et congelatam deſcendere: ergo
videtꝰꝙ accidāt oīa ex neceſſitate materie ⁊ nō ex ne
ceſſitate finis. Silr̄ nihil ꝓhibet dētes ex neceſſitate
materie euenire accutos aptos ad molendum: ſed
poſteriores latos aptos ad molendum ſed hoc nō fit
propter finē ſed ita caſu euenit: et dicit ꝙ quecunqꝫ
orta a caſu ac ſi affectu eſſent propter finem illa ſal-
uantur et permanent quecūqꝫ vero non ſic ſcilicet fa
cta ſunt perdita ſcilicet ſunt nec permanent quēad
modum empedocles dixit bouigenas viri proras ꝗ
ſunt monſtra quedam facta aliter a caſu quam ſi ꝓp
ter finem fierent ideoqꝫ non ſaluantur nec perma-
nent: et hec dicit textu commenti ſeptuageſimi ſex
ti. Deinde vero in illa parte tex. ſed impoſſibile eſt
ponit philoſophus quinqꝫ rationes quibus impro-
bat opinionem dicencium naturam nihil agere ꝓp-
Rō. i. ter finem ſed caſu: Quarum prima talis eſt. Om-
nia que fiunt naturaliter: aut fiunt ſicut ſemper: aut
ſicut frequenter: ſed nihil coruꝫ que fiunt a fortuna
vel per ſe vano ideſt a caſu fit ſemper: vel vt frequen
ter. Non enim dicimꝰ ꝙ a fortuna vel a caſu fit quod
multotiens pluat hieme: ſed diceremus eſſe a caſu
ſi forte multum plueret ſub cane ideſt in diebus ca-
nicularibus: et ſimiliter non dicimus ꝙ fit a caſu ꝙ
in diebus canicularibus ſit cauma: ſed ſi hoc eſſet
in hyeme dicunt ꝙ ſit a caſu: ex his duobus ſic ar-
gumentatur: Omnia que fiunt aut fiunt a caſu aut
propter finem. Que enim accidunt preter intentio
nem finis dicuntur accidere caſualiter. Sed impoſ
ſibile eſt ea que fiunt ſemper vel frequenter accide-
re a caſu: ergo ea que fiunt ſemper vel frequenter fi-
unt ꝓp aliqd: ſꝫ oīa ꝗ fiūt ſm nāꝫ fiūt vel ſemꝑ vel fre
quenter ſicut et ipſi ꝯfitebanꝰ: ergo oīa ꝗ fiunt a na-
tura fiunt propter aliquid. ¶ Ponit ſecundam ra- Rō. 2.
tionem dicens ꝙ in quibuſcunqꝫ eſt aliquis finis ibi
priora: et que ſequuntur ſic apta nata ſunt agi: ſi na
turaliter agantur: ſed ea que fiunt naturaliter ſic a-
guntur quod inducuntur ad fineꝫ: ergo ſic apta ſunt
agi vt ſint propter finem et manifeſtat per exemplū
quemodo ex prioribus venitur ad poſteriora in ar-
te et in natura: vnde dicit ꝙ ſi artificialia fierent ex
natura ſic intenderentur fieri vt ab arte: et natura-
lia ſi fierent artificialiter ſic intenderenꝰ: vt fiunt ab
arte: et ars agit ꝓp finem ḡ ⁊ natura. ¶ Poſtea vero Rō. 3.
philoſophus ponit tertiam rationem textu commen
ti ſeptuageſimi noni dicens ꝙ ars alia perficit que
natura non poteſt perficere vt domum: alia vera imi
tatur: vt patet in ſanitate que fit ab arte et a natura
vbi ars imitatur naturam vt patꝫ in ſanitate ex quo
infert ꝙ ſi ars agit propter finem ſimiliter et natu-
ra: quia ars eſt imitatrix nature. Nam tam in natu-
ra quam in arte ordinantur priora ad poſteriora.
Poſteriora autem ſicut tanquam finis. ¶ Poſtea vo Rō. 4.
philoſophus ponit quartam rationem textu commē
ti quinquageſimi dicēs ꝙ poteſt ſumi ratio in his ꝗ
manifeſtius propter aliquid operari videntur vt in
animalibus que nec operantur per artem nec per
inquiſitionem nec per deliberationem et tamen ma
nifeſtum eſt ꝙ propter aliquid operantur propter
quod videtur ꝙ aranee et formice operantur ex na
tura quia ſemper eodem modo operantur et ſi ha-
berent intellectum vel artem qua operentur diuer-
ſo modo operarentur hec autē propter finem. Nam
irūdo agit nidum vt nutriat pullos ſuos: et aranea
telam vt colligat predam et plante folia gratia fruc
tuum ⁊ radices nō ſurſum ſed deorſum gratia vege
tandi manifeſtum ꝙ cauſa huiuſmodi eſt in his que
natura fiunt et ſunt ideſt ꝙ in natura inuenitur actio
propter finem. ¶ Quinta ratio ponitur textu com- Rō. 5.
menti quinquageſimi primi cum natura dupliciter
dicatur ſcilicet de forma et materia et forma ē finis
generationis et finis eſt propter quem agitur ali-
quid: ergo cum natura agat propter formam natu-
ra agit propter finem. Poſtea vero textu commenti
quinquageſimi ſecundi: declarat quomodo natura
agat propter finē remouendo contraria philoſopho
rum antiquorum: primum autem per quod mouebā
tur illi antiqui ad dicendum ꝙ natura non agit ꝓp-
ter finem erat quia videbamus multa fieri monſtra
quequidem monſtra: non intenduntur fieri ergo nō
agit natura propter finem: ſed contra hos replicat
ſic ſicut a in arte ſic ē in nā ſed ars agit ꝓpter finē nō
obſtāte ꝙ aliqn̄ ꝯtingat in natura mōſtrū ⁊ peccatū

quia illud eſt per corruptionem principiorum imo
non dicitur inordinatio a fine niſi reſpectu alicuiꝰ
ordinantis et diſponentis ad finem immo in natura
non eſſet inordinatio ſi natura non intenderet ordi
nem: natura ergo intendit ordinem a quo ſi fiat re-
ceſſus eſt inordinatio: ergo potius illa ratio conclu
dit ꝓpoſitū ꝙ oppoſitū. Illa inquā q̄ ꝓpter peccatū in
nā dicebatur ꝙ natura non agit propter finē: ponit
T.c.85. ſcdam rōnē textu cōmenti. 85: dicēs vbicūq; ſunt de
terminata principia et dterminatꝰ ordo ꝓcedēdi ibi
oportet eſſe determinatum finē propter quem alia
fiant ſed ita eſt in animalibus, vbi propter priꝰ eſſe
ſemen et deinde eſſe organizationem et poſtea indu
rationem et tandem animal. Poſtea dicit tertiā ra-
tionem ꝙ licet natura in plantis agat propter aliq̄d
ſicut in animalibus: tamen non eſt ita articulatum:
ideſt diſtinctum in plantis tamen ſi fiunt hec mōſtra
propter naturam non agere propter finem multo
magis debent accidere in plantis. Utrum igitur fi-
ant in animalibꝰ bonigene ideſt medietate homines
et ex medietate boues ſic in plantis vitigine oliui ꝓ
ra: ideſt media parte oliue: et ex media parte vites
quod non contingit in arboribus: et deberet contin
T.c.84. gere: ſicut in animalibus. Poſtea vero textu com-
menti octuageſimi quarti dicit quartam rationem
que talis eſt ſicut animalia generantur a natura: ſic
ſemina: ſed animalia nō agunt propter finem: ergo
nec ſemina et ita a quocūq; quodcūq; ſemen produ
cere et concludit omnino autem vult excludere ſe-
cundum ꝙ ea que naturaliter accidunt fiunt ex prio
ribus principiis ſcilicet eficienti et materia ergo nō
ex fine deſtruit ſic dicens: ideſt dicens. Omnia eue-
nire ex neceſſitate materie deſtruit que ſunt natura
et ſecundum naturam. Nam ea ſunt a natura q̄cūq;
a quodam principio intrinſeco mota continuo acci-
dunt ad aliquem finem non in quodcūq; contingēs
ſed a determinato principio in determinatum finē: et
ea que ſunt natura ſemper in eundem: niſi aliquid in
pediat. Contingit autem aliquid quādoq; agere ali
quid preter intentionem et illud eſt a caſu vel fortu
na. Nam fortuna eſt cauſa per accidens in contingē
tibus raro. Nam natura ſemper eſt vnum finem ha-
bens quem conſequitur niſi impediatur. Poſtea ve-
T.c.86. ro textu commēti octuageſimi ſexti: excludit tertiū
ex quo aliquis opinari poteſt ꝙ natura non agat ꝓp
ter aliquid. Uidebitur enim quibuſdam ꝙ natura
non agat propter aliquid q2 non deliberat: ſed phi-
loſophus dicicit: ꝙ incōueniens eſt hoc opinari quia
manifeſtum eſt ꝙ ars agit propter aliquid: et tamen
manifeſtum eſt ꝙ ars non deliberat, nec artifex deli
berat in quantum habet artem: ſed in quantum defi
cit a certitudine artis: vnde artes certiſſime nō deli
berant: ſicut ſcriptor non deliberat quomodo debe-
at formare literas: et illi etiam artifices qui delibe-
rant poſtquam inuenerunt certum principium artis
in exequendo non deliberant. Unde citharedus ſi
in tangenda qualibet corda deliberaret imperitiſſi
mus videretur: ex quo patet quod nō deliberare cō
tingit alicui agenti: non quia non aget propter finē
ſed quia habet determinata media per que agat: ꝓ
pter hoc non deliberat in nullo enim alio natura ab
arte videtur differre: niſi quia natura eſt principiū
intrinſecum: et ars eſt principium extrinſecum. Si
enim ars factiua nauis eſſet intrinſeca ligno: facta
fuiſſet nauis a natura: ſicut modo fit ab arte: et hoc
maxime manifeſtum eſt in arte: que eſt in eo quod

mouetur: licet per accidēs ſicut d medico qui medi
catur ſeipſum: Huic arti enim maxime aſſimilatur
natura: vnde patet ꝙ natura nihil eſt aliud quam ra
tio cuiuſdam artis ſcilicet diuine indita rebus: qua
ipſe res mouentur ad finem determinatum: ſicut ar
tifex factor nauis poſſet lignis tribuere quod ex ſe
ipſis mouerentur ad nauis formam inducendā. Ul-
timo autem epilogando dicit manifeſtum eſſe ꝙ na
tura ſit cauſa: et ꝙ agat propter aliquid. Dubitaret Dubitat
forte aliquas vtrum natura agat propter finem. Di vtrum na
cendum ꝙ tota cauſa quare natura non videtur age agat p
re propter finem: videtur oriri ex eo, ꝙ natura cog- ter finem.
nitione caret. Hoc autem non obſtante triplici via
oſtendere poſſumus naturam agere propter finem.
Prima via ſumitur ex ordine nature ad intelligen- Pria via.
tias: ſecunda ex ordine intentionis ad cognitionem
tertia ex ordine motus ad motorem immobilem.
Prima via ſic patet. Nam vt in de generatione oſtē-
dimus non oportet ꝙ quicquid intendit aliquid vel
agit propter finem: ꝙ hoc agat per cognitionem
que eſt in ipſo: ſufficit autem ꝙ agat id per cognitio
nem que eſt in alio in quantum dirigitur ab habēte
cognitionem. Nullus enim negaret ꝙ voluntas non
intenderet vel ꝙ voluntas non ſic ageret propter fi
nem. Et tamen voluntas non cognoſcit: ſed a cognoſ
cente dirigitur: quia dirigitur ab intellectu: ita ꝙ
opus voluntatis eſt quaſi opus intellectus: in quam
tum ab intellectu dirigit̄: ſic etiam licet natura non
cognoſcat: tamen quia dirigitur a cognoſcēte vt ab
intelligentia: et opus nature eſt quodammodo opꝰ
intelligentie: dici poteſt ꝙ natura intendat: et ꝙ
agat propter finem in quantum intelligētia mouēs
naturam propter finem agit ex ordine ergo nature
ad intelligentias poſſumus dicere naturam agere
propter finem. Secunda via ad oſtendendum hoc Scōa via
idem ſumitur ex ordine intētionis: vel ex ordine ac-
tionis intente ad ipſam cognitionem. Niſi enim pre
cederet cognitio: vel ordine vel tempore nihil intē
deretur cognitio ergo aliquo modo precedit ſed ta
men poſtquam agens adeptum eſt formam vel ha-
bitum inclinantem per modum nature non oportet
quod agendo actionem debitam vel intentam ꝙ de
ea cogitet vel aduertat: niſi enim quis ex preceden
te premeditacione citharizare adiſceret nunquam
citharizare ſciret: ſed poſtquam adeptus eſt plene
artem et habitum citharizandi multotiens debite et
ordinate citharizat: et tamen nihil de actu illo cogi
tat: non ergo ſemper cogitacio et intentio conco-
mitatur actionem intētam et ordinatam: cum ergo
forma naturalis non minus inclinet in modum natu
re quā habitus et ars: nō oportet ꝙ natura cogitet
vel deliberet ad hoc ꝙ agat actionem intentam et
ordinatam et propter finem: ſed ſufficit ꝙ forma per
quam agit ſit per intelligentias et per cognitionem
inducta: ſicut vt dicebatur non oportet ꝙ agens ac-
tiōem artis cogitet vel deliberet cum agit propter
finem: ſed ſufficit artem vel habitum illum eſſe per
meditationem vel per cognitionem inductam. Ter Tertia
tia via ſumitur ex ordine motus naturalis ad moto via.
rē immobilem. Cum enim omnis talis motus per ſe et
directe reducatur in motorem immobilem quia mo
uere immobiliter eſt mouere ſub ratione finis: et ſi-
cut deſideratum et amatum: quia nihil mouetur a fi
ne: niſi finem intendat et agat propter finem: ex quo
tota natura mouetur a fine et a motore immobili to
ta nā intendit participare diuinū bonum: et intēdit

finem quem preſtauit ſibi motor immobilis deꝰ bene dictus in ſecula.

**Dubium ſecundū.**

¶ Dubitatur ſecundo circa illum textum ſed impoſibile eſt vtrum omnes effectus naturales ſint a caſu vel propter finem: ⁊ videtur ꝙ nō. Nam quedam ſunt ex neceſſitate materie cuiuſmodi eſt corruptio animalis quequidem non fit caſualiter nec etiam propter ffinem quia corruptio omnibꝰ contingit de per accidens: et productio de per ſe. Dicendū ad hoc quod duplici via poſſumꝰ declarare hoc eſſe verum ꝙ omne quod fit: fit propter finem vel a caſu. Primo ſic: quia ſi nihil eſſet intentum ab agente et nil fieret propter finem: nil per comparationem ad cauſam eſſet frequenter, vel ſemper. Nā ex hoc aliquid per comparationem ad cauſam ē frequenter vel ſemper: quia eſt a cauſa intentum, vel quia eſt inſeparabiliter annexum ei quod a cauſa intenditur: ſed ſi nihil per comparationem ad cauſam eēt frequenter: vel ſemper: nihil fieret; vel quicquid fieret eſſet per comparationem ad cauſam in pautioribus et raro: et quia omne tale eſt cauſale, vel fortuitum: quicquid eſſet, eſſet a caſu, vel a ꝑ ſe vano. Diuiſio ergo philoſophi dicentis. Omne ꝙ eſt aut propter finem, vel a caſu vera et recta eſt ſi conſideretur opinio antiquoꝝ contra quam procedat ſecundo via ad declarandum hoc idem ſic haberi poteſt, quia vt ex ſuperioribus aliqualiter patet intentorū quedam ſunt intenta principaliter: quedā interpretatiue; quedam autem nullo modo niſi ſolum per accidens per ſe: et directe intenditur quicquid eſt ꝙ ſibi conſtituit aliquis tanquam finem. Interpretatiue autem intenditur quod vt ſemper: vel vt frequēter annexum eſt tali fieri vt ſi intemperatus volens delectationē fornicationis nolit autem turpitudinē eius: tamen: quia huiuſmodi turpitudo: ſemper annexa eſt illi delectationi ridiculum eſt dicere ꝙ q̇s velit delectationē illam et tamen nullo modo velit turpitudinem ſibi annexam: vel id quod vt ſemper, vel frequenter ſequit̄ ad illum actum: vt plane videtur velle philoſophus in libro ethicoꝝ: quia ergo ſi non eſſet actio propter finem nihil eſſet intentum principaliter vel interpretatiue ſiue ex conſequenti nihil ꝑ comparationem ad cauſam eſſet vt frequenter vel vt ſemper: quia omne tale vel eſt intentum principaliter, vel interpretatiue: et ex conſequenti. Hoc ergo poſito vel nihil fieret vel quicquid fieret per cōparationem ad cauſam eſſet raro vel caſuale: et nec eſſet intentum principaliter, vel ex conſequenti ſiue interpretatiue. Si ergo nil eſſet propter finē vt patet per iam dicta vel nihil fieret: vel quicquid eſſet cauſale eſſet.

**Dubium tertium.**

¶ Dubitatur tertio vtrum ſint aliqua animalia que agunt ſine aliqua deliberatione et q̄ careāt phantaſia et videtur ꝙ non: quia philoſophus ſecundo de anima dicit: nullum eē animal quin habeat phantaſiam. In oppoſitum eſt philoſophus dicens multa eſſe animalia que carent deliberatione inquiſitura ⁊ arte. Pro ſolutione queſtionis nota ꝙ in brutis animalibus tres ſunt gradus cognitionis: quedā enim ſunt que licet ſenſum habeant non tamen habēt memoriam que ex ſenſu fit: memoria enim ſequitur phantaſiam que ē motus factus a ſenſu ſm actum: vt habetur in tertio de anima: in quibuſdam vero animalibus ex ſenſu non fit memoria: ⁊ huiuſmodi ſunt animalia imperfecta que ſunt immobilia ſecundum locum vt conchylia. Cum enim animalibus cognitio ſenſitiua ſit prouiſiua ad vite neceſſitatem et propria operationem animalia illa memoria habere debēt que mouentur ad aliquod diſtans motu proceſſiuo. Niſi enim apud ea remaneret per memoriam intentio preconcepta ex qua ad motum inducunt̄ motum continuare non poſſent quo ad vſq; finem intentum conſequerentur. Animalibus vero immobilibꝰ ſufficit ad ꝑprias oꝑationes preſentis ſenſibilis acceptio cum ad diſtans nō moueātur: ⁊ ideo ſola imaginatione confuſa habent aliquem motum indeterminatum vt dicitur tertio de anima: ex hoc autem ꝙ quedam animalia memoria habent et quedā non habent: ſequitur ꝙ quedam ſunt prudentia: ⁊ quedā non. Cum enim prudentia ex preteritoꝝ memoria dē futuris prouideat: vnde ſecundum Tulium in ſecundo rethorice partes eius ponunt̄ memoria intelligētia et prouidentia: in illis animalibus prudentia eē nō poteſt que memoria carent. Illa vero animalia q̄ memoriā habent aliquid prudentie habere poſſunt: dicitur autem prudentia aliter in brutis animalibꝰ: et aliter in hominibus ineſſe: in hominibꝰ quidem eſt prudentia ſm ꝙ ex rōnē deliberāt quid eos oporteat agere. Unde dicitur ſexto ethicoꝝ ꝙ prudentia eſt recta ratio agibilium. Iudicium autem de rebꝰ agēdis non ex rationis deliberatione ſed ex quodam nature inſtinctu: prudentia ī alijs animalibus dicitur. Unde prudētia in alijs animalibus eſt naturalis extimatio de conuenientibus ꝓſequendis et fugiendis nociuis: ſicut agnus ſequitur matrem ⁊ fugit lupum Inter ea vero que memoriā habent: quedam habēt auditum: et quedam non: quecunq; autem auditum nō habent vt apes vel ſi quod aliud huiuſmodi animal eſt: licet prudentiam habere poſſint: non tamen ſunt diſciplinabilia: vt ſcilicet ꝑ alterius inſtructionem poſſint aſſueſcere ad aliquid faciendum vel vitādū. Huiuſmodi .n. inſtructio precipue recipitur per auditum vnde dicitur in libro de ſenſu et ſenſato ꝙ auditus eſt ſenſus diſcipline: ꝙ autem dicitur apes auditum non habere: non repugnat ei ꝙ vident̄ ex quibuſdam ſonis exterreri. Nam ſicut ſonus vehemēs occidit animal: et ſcindit lignum vt in tonitruo patet: non propter ſonum ſed propter cōmotionem aeris vehementer in quo eſt ſonus ita animalia que auditu carent: iudicium de ſonis non habendo poſſunt per ſonos aereos exterreri. Illa vero animalia que memoriam et auditum habent: et diſciplinabilia et prudentia eſſe poſſunt.

**De tribꝰ gradibꝰ cognitionis aīaliū**

Patet igitur tres eſſe gradus cognitionis: in animalibus. Primus eſt eorum que nec auditum nec memoriam habent: vnde nec diſciplinabilia non ſunt nec prudentia. Secundus eſt eorum que habent memoriam: ſed non auditum. Tertius eſt eorum que vtrumq; habent: et ſunt prudentia et diſciplinabilia. Quartus autem modus eſſe non poteſt: vt ſit ſcilicet aliquod animal qd̄ habeat auditum et non habeat memoriam. Senſus enim qui per extrinſecum medium ſuum ſenſibile aprehendunt: inter quos eſt auditus: non ſunt niſi in animalibus que mouentur motu progreſſiuo quibus memoria deeſſe non pōt vt dictum eſt.

**Queſtio vtrū finis ſit cauſa.**

¶ Queritur circa precedentia vtrum finis ſit cauſa et arguitur ꝙ non quia ſepe finis non eſt: ergo non eſt cauſa. Tenet conſequentia: et antecedens patet. In oppoſitum arguitur auctoritate Ariſtotelis dicentis in hoc ſecundo ꝙ finis eſt cauſa cauſarum. Pro declaratione huius queſtionis notandum ꝙ finis quidam eſt quo quidā eſt gratia cuius: vt inuit Cōmentator ſcdō celi vbi dicit ꝙ q̇dā ē finis dictꝰ primaria itētione: ⁊ q̇dā ſcdaria. Exēplificat: ſicut itelligētie mouēt

corpora celeſtia propter duplicem finem: Quorum
vnus eſt finis vltimatus: et principaliſſimus: propt̃
quem primaria intentiõe mouẽt.ſ.primum principi
um vt deus. Alter ẽ finis ꝑpter q̃m mouẽt ſecũdaria
ria intẽtiõe: et hec ſunt iſta inferiora: vnde ſicut do-
mificator agit propter domum: ſic intelligentie mo
uent orbes propter iſta inferiora: ſicut domificator
non ſolum agit propter domũ: ſed propter domũ vt
defendat nos ab imbrib⁹: ⁊ corruſcationib⁹: ſic ẽt in
telligentie mouẽt orbes ꝑpter iſta iferiora dirigen
do vltimate actionẽ eoꝝ in primũ principiũ tanꝙ in
Conclo.1. finẽ pricipal'r intentũ. Pria cõcl'o ꝙ finis dictus a ſe
cundaria intentiõe ꝑprie loq̃ndo: nõ eſt cauſa ipi⁹ a
gentis: hoc probatur: quia ſic ſequitur ꝙ iſta inferio
ra eſſent cauſe intelligentiarum: ſed hoc non eſt cõ-
cedendum: quia iſta inferiora non ſunt priora: ſed
poſteriora ſuperioribus. Modo ſi eſſent cauſe intel
ligentiarum deberent eſſe priora eis: quia cauſa de
Cõcl'o.2. bet eẽ prior illo cuius eſt cauſa. Secunda concluſio
eſt ꝙ quadam denominatiõe extrinſeca per modum
cuiuſdam attributionis: nos ſolem⁹ dicere ꝙ fi-
nis dictus ſecundaria intentione eſt cauſa recte: ſi-
cut ſolemus dicere ꝙ vrina eſt ſana: quia eſt anima-
lis habentis in ſe ſanitatem et ſic finis dictus ſecun-
daria intentione: dicitur cauſa quia eſt illud ad qđ
producendum finis ſuperior et vltimatus determi-
nat ſibi agens ad taliter vel taliter agendum. Ter
Conclo.3. tia concluſio eſt ꝙ finis dictus primaria intentione:
omnium eſt prima cauſa: hoc patet quia illa quod-
libet agens dirigitur et ſecum concurrit in eius ac
tione. vel ad eius effectus productionem: ſed q: vul
gus non percipit talem directionem vel talem mo-
tionem cuiuſlibet agentis per ipſum principium nõ
dicit principium eſſe finem omnium ſed magis illud
ad cuius productionem dirigitur actio ipſius agen
tis: et de iſto fine principali eſt verum ꝙ eſt cauſa-
cauſarum et quod eſt nobilius cauſato et quod pre
cedit cauſam et multe alie conditiones: et per pre-
dicta patet ad rationes.

T.c.87. Quod aũt ex neceſſitate eſt:
vtrum ex ſuppõne exiſtit: aut ſimpli-
citer. ¶ Nunc quidam enim opinan-
tur ꝙ ẽ ex neceſſitate ĩ generatiõe eẽ
quẽadmodũ vtiq; ſi aliq̃s murũ eſſe ex
neceſſitate exiſtimet: quoniã grauia
quidẽ dorſum ferri apta nata ſunt: leuia aũt ſup emi
nent. Unde lapides quidem deorſum in fundamen-
tum: terra autem ſurſum propter leuitatem. Super
T.c.88. enim autem ligna leuiſſima enim ſunt. ¶ Sed ta-
men non ſine his quidem factum eſt: non tamẽ prop
ter hoc: niſi ſicut propter materiam: ſed cauſa abſ-
condendi ipſa: et ſaluandi. Similiter autẽ ⁊ in alijs
omnibus: in quibus propter aliquid eſt non ſine qui
dem habentibus neceſſariam materiam ſunt. Non
tamen propter hoc: ſed aut ſicut materia ſunt: ſed
propter aliquid ẽ vt propter quid ſerra hmõi. Qua
tenus hoc ſit: et propter hoc: ſed tamen id quod eſt
cuius cauſa impoſſibile eſt fieri niſi ferrea ſit. Neceſ
ſe igitur ferream eſſe: ſi ſerra erit et opus ipſius. Ex
ſuppoſitione autem ꝙ neceſſarium eſt: ſed non vt fi-
nis. In materia enim neceſſarium eſtꝙ autem eſt cu
T.c.89. ius cauſa. in ratione eſt. ¶ Eſt autem et in doctrinis
neceſſarium: et in his que ſecundum naturam fiunt
quodam modo ſimiliter: quoniam enim rectus hic
eſt neceſſe eſt triãgulum duobus rectis equales ha
bere: ſed non ſi hoc eſt: illud eſt ſed ſi hoc non eſt: nec
ille rectus eſt. In his autem: que fiunt propter hoc
econtrario eſt. Si finis enim erit: aut eſt quod ẽ an-
te finem: erit aut eſt: ſi vero non: ſicut ibi cum non ſit
concluſio: principium non erit: et hic finis ⁊ quod cu
ius cauſa. Principium enim et hoc non actionis: ſed
ratiocinationis. Ibi autem ratiocinacionis: actus
enim nõ ſunt. ¶ Quare ſi erit domus: hec neceſſe fie T.c.90.
ri: aut exiſtere: aut eſſe: aut omnino materiam: que
propter hoc: vt lateres et lapides eſſe ſi domus: non
tamẽ propter hoc eſt finis ſed aut ſicut materie ſunt
nec erit propter hoc omnino tamen ſi nõ ſint: nõ erit
nec domus. neq; ſerra: hec quidem niſi ſint lapides
illa vero niſi ferrum ſit. Nec enim ibi principia ſunt
niſi triangulum duobus rectis. Manifeſtum igitur
eſt quod eſt neceſſarium in phiſicis quod ſicut mate
ria dicitur motus qui ipſius. Et vterq; phiſico dicen T.cõ.91.
te ſunt cauſe: magis autem que cuius cauſa. Cauſa
enim hec materia eſt: ſed nõ hec finis. ¶ Et finis qui
cuius cauſa et principium a diffinitione: et ratione
eſt: ſicut in his que ſecundum artem quoniam ſi do-
mus talis eſt: oportet hec fieri ex neceſſitate: et eſſe:
et quoniam hoc eſt ſanitas: hec oportet fieri: et eſſe
ex neceſſitate: ſic et ſi homo hoc eſt hoc: ſi autem hoc T.c.92.
et hoc. ¶ Fortaſſis autem: et in ratione eſt neceſſa-
rium. Determinati enim opus ſerrandi: quoniam di
uiſio huiuſmodi: hoc autem nõ erit niſi ferrum. Sũt
enim in diffinitione quedam partes: vt materia.

Queritur hic ĩ preſentiarũ vtrũ
in rebus naturalibus ſit neceſſarium ſimpli-
citer id eſt abſolute: aut neceſſarium ex con-
ditione ſiue ex ſuppoſitione. Pro cuius declaratiõe
noto ꝙ neceſſitas q̃ prouenit a cauſa materiali effi-
cienti vel formali eſt neceſſitas abſolute vt neceſſi-
tas: qua arguit̃ eſſe alterationem noctis et diei ꝑp-
ter motum ſolis et neceſſitas: qua arguitur animal
eſſe corruptibile: quia eſt materiale et: neceſſitas
prouẽniens ex cauſa formali: eſt etiam neceſſitas ab
ſoluta: ſed neceſſitas ex fine, eſt neceſſitas conditiõa
ta, vt ſi dicatur ſi hoc debet fieri õ neceſſitate debet
fieri hoc: et hoc dicit commento octuageſimo ſepti-
mo. Poſtea vero dicit fuiſſe opinionem quorundam
philoſophorum: ꝙ tota neceſſitas pẽdet ex materia
vt ſi debet fieri domus debent poni lapides deorſum
in fundamento: terra autem ſurſum propter leuita
tem et ligna magis adhuc ſurſum propter maiorem
leuitatem. ¶ Poſtea Philoſophus textu commen-
ti octuageſimi octaui. Dicit ꝙ licet videatur incon-
ueniens: ꝙ in rebus naturalibus omnis diſpoſitio ve
niat ex neceſſitate materie tamen aliquo modo preſ
tat aptitudo materie cum neceſſitate finis, vt dom⁹
principaliter fit propt defenſionem hominum a cau-
mate et pluuia tamen preſtat aliquid ꝙ materialia
ſic vel ſic diſponantur ſecundum exigentiam finis et
ponit exemplum in ſerra. Eſt enim ſerra huiuſmodi
id eſt talis diſpoſitionis vel forme propter finem ta-
men vt iſte finis conſequatur debet materia ferrea
eſſe: ergo in rebus naturalibus eſt neceſſarium ex
ſuppoſitione ſicut in artificialibus: ſed non ita quod
id quod ẽ neceſſarium ſit ſicut finis quia id quod ne
ceſſarium eſt ponitur ex parte materie ſed ex parte
finis: ponitur ratio neceſſitatis. Non enim dicimus
ꝙ neceſſarium ſit eſſe talem finẽ quia materia eſt ta-
lis ſed potius econuerſo: quia finis ⁊ forma talis fu
tura ẽ neceſſe ẽ materiã eẽ talẽ ⁊ ſic neceſſitas ponit̃

ad materiã ſʒ rõ neceſſitatis ad finẽ. Deide philo. tex. com. 89. dicit et aſſimilat neceſſitatem que eſt in generatione rerum naturalium neceſſitati que ẽ in ſcientijs demonſtratiuis et primo quantum ad ordinẽ neceſſitatis. Dicitur ergo primo ꝙ aliquo mõ inuenitur neceſſarium in ſcientijs demonſtratiuis ſimile his q̃ generantur ſecundum naturam nanq; inuenitur in ſcientijs demonſtratiuis neceſſarium a priori ſicut ſi dicamus ꝙ propter diffinitiõem recti anguli neceſſe eſt triãgulum habere tres angulos equales duobus rectis: et ex illo priori quod aſſumitur vt principium prouenit ex neceſſitate concluſio: non tamen econtrario. Si concluſio eſt vera principium eſt verum q2 aliquando ex falſis propoſitionibus poteſt ſyllogizari cõcluſio vera: ſed tamẽ ſi concluſio non eſt vera ſimiliter neq; principiũ eſt verũ: quia falſum nunq̃ ſyllogizatur niſi ex falſo. ſed in his que fiunt propter aliquid ſiue natura ſiue arte contrario ſe habet quia ſi finis erit aut eſt: neceſſe ẽ media preceſſiſſe: ſed tamẽ ſi medium non eſt nec finis erit ſicut in demonſtratiuis ſi non ſit concluſio non erit principiũ: ergo ſicut finis in agibilibus: ita principium in demonſtratiuis. Nam et finis principium eſt non quidem actionis ſed rõcinationis quia a fine incipim9 ratiocinari de his que ſunt ad finẽ. In demonſtratiuis aũt attenditur principium ratiocinationis: licet aliqua ſit diuerſitas: q2 finis ẽ vltimũ in actione quod in demonſtratione non eſt: ſic igitur cõcludit ꝙ ſi debeat fieri domus neceſſe eſt preexiſtere materiam que ꝑpter finem eſt ſicut lateres ⁊ lapides nõ q finis ordinetur in materiam: ſed q finis non erit ſi materia non ſit ſicut domus non erit ſi non ſint lapides et ſerra non erit ſi non fuerit ferrum ſic et in ſcientijs demonſtratiuis principia non ſunt ſi concluſio non ſit manifeſtum: igitur eſt ꝙ in rebus naturalibus debet ſe habere per modũ materie: et ratio hui9 neceſſitatis eſt ex fine: propter finem enĩ neceſſarium eſt eſſe materiam talem et naturalis debet aſſignare vtranq; cauſam ſcilicet materialem ⁊ finalem ſed magis finalem q2 ad illã ordinaĩ materialis: non enĩ finis eſt talis q2 materia eſt talis ſed econuerſo. Poſtea vero philoſophus aſſimilat neceſſitatem generationis his neceſſitatibus que fiunt in ſcientijs demonſtratiuis et dicit ꝙ eſt manifeſtum ꝙ in ſcientijs demonſtratiuis principium demonſtrationis eſt diffinitio et ſimiliter finis qui eſt principiũ et ratio neceſſitatis in his que ſunt ſecundum naturam eſt quodam principium ſumptum a ratione et diffinitione. Nã ſi edificator accipit ſuam edificationem illud facit ſumẽdo pro principio diffinitionem domus ad hoc ꝙ bene edificet. Pro quo notat doctor ſanctus ꝙ contingit quandoq; triplicem eſſe diffinitionem: quarum vna eſt demonſtrationis principium vt hec tonitruũ eſt extinctio ignis in nube q̃dam vero demonſtratiõis concluſio: vt hec tonitruũ eſt continuus ſonus in nubibus: quedã vero cõplectitur vtrunq;: vt hec tonitrum eſt continuus ſonus in nubibus propter extinctionem ignis in nube: ⁊ hec comprehendit in ſe totã demõſtrationem: abſq; demõſtrationis ordine. Unde in primo poſteriorum dicit ꝙ diffinitio ẽ dmõſtratio ſola poſitiõe differẽs: q2 igiĩ in his que fiunt propter finem finis ſe habet vt principiũ in demonſtratiuis et ea que ſunt ad finem ſicut concluſio: etiam in diffinitione rerum naturalium inuenitur id quod eſt neceſſarium propter finẽ. Si enĩ aliquis velit diffinire opus ſerre: quoniã eſt talis diuiſio ꝗ̃quidem nõ erit niſi habeat dentes qui non erunt apti ad diuidendũ niſi ſint ferrei: oportebit in diffinitione ſerre ponere ferrum. Nihil enĩ prohibet in diffinitione poni quaſdem partes materie: nõ quidem partes indiuiduales vt has carnes: et hec oſſa: ſed partes communes: vt carnes et oſſa ⁊ hoc neceſſarium eſt in diffinitione omnium rerum naturalium: ſicut ergo diffinitio q̃ colligit in ſe principium demonſtrationis et concluſionis: eſt tota demonſtratio: ita diffinitio colligens finem et formam et materiam comprehendit totum proceſſum generationis naturalis.

Utrũ neceſſitas ꝓueniat ex fine.

Dubitaĩ vtrũ neceſſitas in operationibus naturalibus proueniat ex fine vel ex materia: et arguiĩ ꝙ non proueniat ex fine q2 videmus multas operationes naturales fieri ex materia vt patet q2 pluit non propter crementum herbarum ſed propter vaporem ingroſſatum atq; factum grauem ergo prouenit neceſſitas ex materia: quia ſi proueniret ex fine nunquã pluuia deſtrueret ſegetes nec fierent monſtra. In oppoſitum eſt philoſophus aſſeuerans ꝙ neceſſitas prouenit ex fine qḋ perſuadetur quia ſi natura non ageret propter finem nil fieret a caſu quod eſt falſum: et ſequella patet: quia ſi nunquam natura intendit finem: ſequiĩ ꝙ nihil fit ꝑter intentionem: aut omne quod fit: fit a caſu: quod ẽ cõtra experientiã vt pʒ tã in aĩatis q̃ i inaĩatis Itẽ probatur quia occulus ſituatur in capite vt ſit ſpeculator corporis humani vt Auicenna fen prima tertij tractatu primo capitulo primo.

Nota. 2.

Notabis ſecundo ꝙ neceſſarium capitur trib9 modis. Primo modo ſimpliciter vt deum eẽ. Alio modo ex ſuppoſitione vt ſi aliquis debet viuere debet habere alimentum. Tertio modo pro vtili vt ſi aliquis debet viuere debet habere veſtes.

Pria cl'o

His habitis pono cõcluſiões. Prima ꝙ omnes operationes fiunt propter materiam: ſed principaliter propter finem: quia materia eſt talis propter finem eſſe talem vt ſerra eſt dentata propter finẽ ⁊ ꝑſupponiĩ eẽ ſerra vt ſit dura ad ſcindẽdũ Secundo ſuadetur ſicut in demonſtratione premiſſis ſe habent ad concluſionem ſic ſe habet finis reſpectu eorum que ſunt ad finem: ſed neceſſitas premiſſarum probat neceſſitatem concluſionis: ergo finis intentus ponit neceſſitatem ad conſecutionẽ eorum que ſunt ad finem. Item diſpoſitiões rerum naturalium fiunt ſecundum exigentiam finis vt patet quia ſi fierent ſecundum exigentiam materie deberent omnia oſſa eſſe infra et omnes ſpiritus ſuperius quod eſt falſum quare ſequitur omne agẽs agere propter finem quem intendit tanquam cognitum a ſe vel ab intelligentia non errante. Ex quo ſequitur ꝙ cum dicitur omne agens agere propter finem intelligitur de diſpoſitionibus et operationibus cõuenientibus non autem corruptiuis ſicut ſunt mors et ſenectus que fiũt ex neceſſitate materie. Ideo dicendum ad argumentum ante oppoſitum quod probabat fieri omnia ex neceſſitate materie quia pluuia non cadit propter augmentandum ſegetes. Dicendum ad hoc ꝙ duplex eſt finis: quidam eſt ẽm intẽdit agens particuulare et ꝺ hoc fateor ꝙ pluuia non intendit augmentare ſegetes: ſecus autem de fine quem intendit agens vniuerſale propter ordinem vniuerſi. Nam celum intendit pluuiam propter augmentandas ſegetes.

¶ Explicit ſecundus phiſicorum.

## ¶ Liber tertius de phiſico auditu.

Quoniam autem natu-
Tex.cō.i tura eſt principium motus: et
mutationis ſcientia autem no-
bis de natura eſt: oportet non
ignorare quid ſit motus. Nece
ſſariū eſt eñ eſt ignorato ipſo ⁊
ignorari naturam. ¶ Determi
nantibus aūt de motu tentan-
dum eſt eodem aggredi modo:
et de his que ꝯñter ſunt. Uidetur aūt motus eſſe cō
tinuorum: ſed infinitum apparet primo in continuo
Unde et diffinientibus continuum contingit prius
indigere multotiens rōne infiniti: et cum in infinitū
T.cō. 2. diuiſibile continuum ſit. ¶ Adhuc aūt ſine loco et va
cuo et tempe impoſſibile eſt eſſe motū. ¶ Manifeſ-
T.cō.3. tū igitur eſt ꝙ et ꝓpter hec et ꝓpter id quod omni-
um ſunt cōmunia et vniuerſaliter omnibus intendē
dum pre argumentantib⁹ de vno quoqꝫ iſtoꝝ. Poſ-
terior autem de ꝓpriis ſpeculatio ea que de cōmuni
bus eſt. ¶ Primum autem ſicut diximus de motu.
¶ Eſt quidē igiť aliquid quod endelechia tm̄ eſt ali
ud aūt tm̄ potentia. Et eorū que ſunt actu: hoc qui-
dem hoc aliquid: aliud vero quantū: aliud vero qua
le: vel aliquod aliorū entis predicamentorum. Sed
cius quod ad aliquid: aliud quidem ſcðm ſuperabū
dantiā et defectū dicitur: aliud aūt ſecūdū actiuū ⁊
paſſiuū: et omnino motiuū et mobile: motiuū eñ mo-
tiuū mobilis eſt: et mobile a motiuo ē mobile. ¶ Nō
T.cō. 4. eſt autem motus preter res ad quas eſt mot⁹. Mu-
tatur eñ ſemper id quod mutat: aut ſecundum ſub
ſtātiā: aut ſecundum quantitatē: aut ſecūdū qualita
tem: aut ſecundum locū. Cōmune autem in his nullū
eſt accipere: ſicut diximus, quod neqꝫ hoc, neqꝫ quā
tū: neqꝫ quale ſit, neqꝫ aliorum p̄dicamentorum nul
lū. Quare neqꝫ motus, neqꝫ mutatio nulli⁹ erit: ex-
tra ea q̄ dicta ſunt: cū nihil ſit extra p̄dicta. ¶ Unū
T.cō.5. quodqꝫ aūt dupliciter ineſt omnibus vt hoc. Aliud
quidem enim forma ipſius: aliud vero priuatio: et ſe
cundum qualitatem. Hoc quidem enim albū: iſtud
autem nigrū: et ſecundū quantitatem: aliud quidē
perfectum: aliud vero imperfectum. Similiter aūt
et ſecundum loci mutationem. Hoc quidem ſurſum
iſtud vero deorſum: aut aliud quidem graue: aliud
vero leue. Quare motus et mutationis tot ſunt ſpe
T.cō. 6. cies: quot et entis. ¶ Diuiſio autē ſm̄ vnunquodqꝫ
gen⁹: hoc quidē eſſe endelechia: aliud aūt potentia.
potentia exiſtentis endelechia: ſecundum quod hu
ius eſt motus eſt. ¶ Ut alterabilis quidem in quan-
tum eſt alterabile: alteratio eſt. Augmentabilis aūt
et oppoſiti: nullum enim cōmune nomē vtriſqꝫ: aug-
mentū et decrementum. Generabilis aūt et corrup
tibilis generatio et corruptio: loco mutabilis loci
T.cō.7. mutatio. ¶ Qð aūt hoc ſit motus ab hinc manifeſtū
eſt. Cum eñ edificabile in quantū huiuſmodi ipſum
dicimus eſſe actu edificatur et: eſt hoc edificatio.
Similiter aūt et doctrinatio et volutatio: et medi-
catio: et ſaltatio: et adoleſcentia et ſenect⁹. ¶ Qm̄
T.cō.8. aūt quedam eadem ſunt et potentia et actu quāuis
non ſimul: aut non ſecūdū idem: ſed vt calidum qui-
dē potētia: frigidū aūt endelechia multa iam agūt
et patiunť adinuicem. Omne enim erit ſimul acti-
uū et paſſiuū. Ergo et mouens phiſice mobile erit.
Omne eñ huius mouet: cū moueť et ipſum. Videť
quidem igiť quibuſdā omne moueri mouens. Sed
de his quidē ex aliis erit manifeſtū que mō ſe habe-
ant. ¶ Eſt eñ quidā mouentium et īmobile: ſed po- T.cō. 9.
tentia exiſtentis cū endelechia ens agat aut ipſum
aut aliud in quantū mobile motus eſt. Dico autem
hoc in quantum ſic. Eſt eñ es potentia ſtatua: ſed tñ
nō eris endelechia: et in quantū es eſt motus eſt Nō
eñ idem eſt eri eē: et potentia alicui mobili. Qm̄ ſi
idem eſſe ſimpliciter et ſm̄ rationē eēt vtriqꝫ es in q̄n
tum es eſt endelechia motus. Non eſt aūt idē queād
modū dictū eſt. ¶ Manifeſtū aūt eſt et in cōtrariis T.cō.10.
poſſe quidē eñ ſanari: et poſſe laborare alterum eſt.
Et nāqꝫ ſi laborare quidē et ſanari idem eēt: ſubiec-
tum autem et ſanabile et infirmū ſiue humiditas ſiue
ſanguis vnū et idē eſt. Qm̄ aūt non eſt idē: queadmo
dū neqꝫ color idē et viſibile. Poſſibilis in quantum
poſſibile endelechia manifeſtū eſt ꝙ ſit motus.

ARiſtoteles in iſto tertio phiſi Dubiū .i.
corū intendit declarare quid ſit motus: qm̄
in diffinitiōe nature ponebať motus: ideoqꝫ
neceſſaria eſt cognitio motus ad cognitionē nature
Nam ignorato motu neceſſe eſt ignorare naturam:
circa quod dubitari ſolet quomodo ignorato motu
neceſſe eſt ignorare naturam, cum naturam eſſe ſit
per ſe notum nō aūt motum eſſe. Dicendum ad hoc
ꝙ ad cognitionem nature diffinitiuam et exactā ne
ceſſe eſt cognoſcere motum: ſed tamen ad diffinitio
nem nature ſufficit cognouiſſe motum quantū ad ſi
eſt. Secundo dubitant aliqui propter quid añ prin Dubiū.2.
cipiū materiale non fuit neceſſaria diffinitio motus
exacte: bene tamen ante primum principium effecti
uum neceſſaria eſt cognitio motus. Dicendū ad hoc
ꝙ principium materiale potuit declarari ſine exac-
ta diffinitione motus: ſed ſufficit cognitio: quia eſt
ſed ad cognitionem primi motoris requiritur exac
ta cognitio motus. Nam Ariſt. 8. phiſi. probauit pri
mū motorē eē per eternitatē mot⁹: eternitas aūt mo
tus ꝓbatur per eternitatem mobilis: querēdo vtrū
mobile inceperit eſſe aut ſit eternū: ſi incipit eſſe: et
non niſi per motū: nec fuit mot⁹ abſqꝫ mobili: igitur
ante mobile ſignatū fuit mobile: ſi mobile eſt eternū
aut igitur ſemper mouebať: et habeť intentū: aut in
cipit moueri: ſic ꝙ nūquā ante mot⁹ fuit: ſi incipit mo
ueri: igiť aliqua fuit cauſa quare non prius moueba
tur: que neceſſario auferebatur añ principium mo-
tus: ſed non potuit illa cauſa auferri niſi per motum
igitur añ iſtū motū fuit motus. Dubitať vtrū ignora Dubiū .3.
to motu ſit neceſſe ignorare naturam: et videť ꝙ nō:
qꝛ ſtat ignorare eclipſim cognita interpoſitiōe terre
inter ſolem ⁊ lunam: ſimiliter naturam eſſe eſt per ſe
notum: ergo ſciť quocunqꝫ alio ignorato. Dicendū
ꝙ ignorato motu quo ad ſi eſt ignoratur natura etiā
quo ad ſi eſt: ⁊ ignorato motu quo ad quid eſt igno-
ratur natura quo ad quid eſt: non tñ ignorato motu
quo ad quid eſt ignoratur natura quo ad ſi eſt: vel
quia eſt: ſed propoſitio Ariſtotelis eſt vera: quia ly
ignoro propter negationem incluſam diſtribuit ca-
ſum ſequentē et ſignificat ignorato motu ideſt nulla
notitia habita de motu neceſſe eſt ignorare naturā
ideſt ſi nulla notitia cognoſcitur mot⁹: nulla noticia
cognoſcetur natura: ex quo ſequitur ꝙ in ſecūdo nō
cognoſcebatur quiditatiue natura: quia non cogno
ſcitur quid eſt motus: quia nondum cognitum eſt
quid eſt motus: igitur nondum cognitum eſt quid
eſt natura. ¶ Ad primam rationem responde-
tur ꝙ quando cauſa includit relationem cum cau-

ſato oportet ꝙ cognita cauſa cognoſcatur cauſatum
ſed quando non includit talem rationem in ſuo ge-
nere cauſandi oı̄o opus eſt ꝙ cognita cauſa cognoſ-
catur cauſatum. Exemplum primi eſt de natura reſ-
pectu motus: et patre reſpectu filij. Exemplum ſecū
di eſt de interpoſitione terre inter ſolem et lunā reſ
pectu eclipſis. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ licet natu
ram eſſe ſit manifeſtum per ſe: tamē ad ſui notitiam
requirit cognoſcere motum eſſe. Poſtea philoſophꝰ
intendit declarare ꝙ tractandum eſt ō infinito ⁊ cō-
tinuo que motui accidunt. Eſt enim motus in gene-
re continuorum: et continuū in infinitū eſt diuiſibile
ergo tractandum eſt de continuo et infinito tanquā
de conſequentibꝰ vel deinceepicijs que vocanť gre-
ce epheſes ſiue conſeq̄ntia. Et addidit philoſophus
ꝙ cōtinuū eſt quod eſt diuiſibile in infinitū: non ſem-
per: ſed vt Auerrois inquit aut quia non conceditur
ab omnibus: quia non ab illis qui continuum cōſti-
tuūt ex in diuiſibilibꝰ. Similiter dixit multotiēs: qꝛ
cōtinuum habet aliam diffinitionem in predicamen
tis continuū eſt cuius partes copulanť ad vnum ter-
minum communem: quamvis poſſemus addere aliā
diffinitionem continui. 5. metaphiſice. A poſteriori
continuū eſt cuius motus eſt vnus: quam intellige: vt
dixi primo pphiſicorū de motu ſimplici recto non cō-
prehendenti diuerſas ſpecies motus. Poſtea dicit
philo. tex. cō. 2. ea parte. Ad huc aūt dicit ꝙ ad natu
ralē expectat conſiderare ō loco vacuo et tempe: qȯ
probat: quia ad naturalem expectat conſiderare de
his que conſequntur motū ſecūdū veritatē vel exiſti
mationē: ſed ita ſunt locus vacuū ⁊ tempꝰ: ergo per-
tinet philoſopho determinare de his dixi ſecundum
exiſtimationē qm̄ vacuū requirebať ad motū ſecūdū
exiſtimationē antiquoꝝ. Item ad naturalem perti-
net cōſiderare paſſiones cōmunes omnibus rebus
naturalibus: ſed locus vacuum et tempꝰ ſunt paſſio
nes cōmunes omnibus rebꝰ naturalibus: ergo ptinet
philoſopho de illis declarare. Nam in hoc libro phi
ſicorū ſpeculanda ſunt omnia: poſt vero inueſtigan-
da ſunt particularia: qꝛ ille eſt ordo doctrine. Dein-
de vero tex. cō. 3. philoſo. premittit quaſdā diuiſiōes
faciētes ad declarationē diffinitionis motꝰ: ⁊ ſuper
iſto tex. dicit de mente Auerrois et themiſtij ꝙ Ariſ
to. premittit aliquas ſuppoſitiones (More mathe-
Suppō i. matico) ¶ Prīa ſuppoſitio. Omne ens aut eſt actu:
aut poteſtate: ex quo vult habere ꝙ motus eſt aliqȯ
Suppō 2 iſtorum aut mediū inter iſta. Secunda ſuppoſitio ē
quod ens diuidiť in decem predicamenta: et vult ha
bere motū eſſe in quattuor predicamentis ſcilicet
Suppō. 3 ſubſtantia: quātitate: qualitate: et vbi. ¶ Tertia ſup
poſitio ē ꝙ tria ſunt genera relationū: q̄dā referunť
ꝑmodū exceſſus et deffectus: quedā per modum ac
tiui et paſſiui: et omnino motiui ac mobilis: et forte
per hoc tertium dedit intelligere menſurā et menſu
rabile. Ex hac tertia ſuppōne vult habere Thimiſ-
tius et Auerrois ꝙ motus eſt actus motiui et mobi-
lis: ſed ſoluꝫ fulcitus et fundatus ī mobili: ſed doctor
ſanctus vult Ariſtotelem premittere tres diuiſiones
ex eo quia via qua diffinitiones colligi ſolent eſt diui
ſio et compoſita: vt in ſecundo poſteriorum: et ſepti-
mo metaphiſice traditur: vt ex his ſumat motum re-
cidere in predictas diuiſiones: et hoc verum eſt: qꝛ
diuiſiones facit: vt inde definitionem nāciſcatur: ſed
dubitaret aliquis cur dixit modo actiui et paſſiui ⁊
omnino motiui et mobilis. Reſpondet Auerrois in
commento tertio ꝙ illud poſitum eſt quia mouens ⁊
motum ſunt perfectiora quam agens et patiens: cū
omne agens ſit mouens et non econuerſo: quod dic-
tum intelligitur hoc modo: notando ꝙ per agens et
patiens intelligit ea que deſcripſit in libro perige-
neos: ea que corruptiue agunt et patiuntur: et hoc
modo mouens et motum ſunt perfectiora ideſt com
muniora: quam agens et patiens. Nam omne agens
illo modo eſt mouens: ſed non econuerſo: quia primꝰ
motor illo modo eſt mouens. Sed non eſt agens,
cum non agat actione qua repatiatur: vel in ſe de-
trimentum recipiat. ¶ Hic autem dubitari ſolet
cum Ariſtoteles diuidat ens in actu: in decem gene
ra: et. 5. metaphiſice diuidit ens in decem predica-
menta: et poſtea quodlibet predicamentū in actum
et potentiā; videtur ꝙ ponať diuiſum pro membro
diuidenti. Ad quod dicit Burleus non eſſe inconue
niens ſicut pꝫ in diuiſione quantitatis continue in ha
bentē poſitionem in partibus: vt eſt quantitas conti-
nua ꝑmanens: vt eſt lignū: et in non habētē poſitionē
in ꝑtibus vt eſt tēpus: poſtea vero quātitas quedam
eſt non habens poſitionē in partibꝰ vt eſt tempꝰ: que
dam non habēs poſitionem in partibus vt numerus.
Sed in veritate Burleus: decipitur quia cum diui-
ditur quantitas continua: et ſic pro diuiſo alterius
diuiſionis capitur quantitas non habens poſitionem
in partibꝰ quequidē diuiditur in quantitatē ꝯtinuā
non abſolute: ſed in quantitatē ꝯtinuā non habenteꝫ
poſitionē in partibus. Aliter dicit Paulꝰ venetꝰ ꝙ
ens in actu actualitate exiſtētie diuidetur in decem
predicamenta ſtricte ſumpta ⁊ poſtea quodlibꝫ pre
dicamentū large tentū diuidiť per actum et potenti
am. Imaginandum eſt enī ꝙ predicamentū capitur
ſtricte vt includat ſola entia actualiter exiſtentia et
capitur large vt ēt includat entia poſſibilia. Aliter
ter tamen ſuper hac re loquiť celebris philoſophus
Auguſtinus nimphus dicens ꝙ ens in potentia ē du-
plex ſcilicet ens in potentia obiectiua dicitur notan-
ter ens in potentia obiectiua prout obijcitur agen-
ti vt proprium factibile: vel obijci poteſt. Ens vero
in potentia ſubiectiua dicitur prout refertur ad for
mam cui aut ſubijcitur aut ſubijci poteſt: ita ꝙ ens
in potentia obiectiua et ſubiectiua idē ſunt realiter
ſed differunt ratione per reſpectum ad ſubiectum:
aut agens: ſic et actus reſpectu potentie dicitur per
fectio reſpectu agentis eſt obiectum: tunc dicerem
ꝙ ens diuiditur per actum ⁊ potentiam et pōt quod
libet membrorum diuidentium iterū diuidi per de-
cem predicamēta: et ſic conuenit cū Burleo in prio
ri ſolutione dicens: ꝙ iſte diuiſiones ſunt in adequa-
te in quibus non inconuenit diuiſum vnius eſſe diui-
dens alterius: ſed arguitur contra hoc ꝙ hec diuiſio
ſit mala: entium quoddam eſt ens in actu: quoddam in
potentia: quia ens in potentia non eſt ens. Item ens
large ſumptum non eſt obiectum intellectus: quia
chimera eſt aliqȯ intelligibile: et tamen non eſt ens
Dicendum ad hoc ꝙ ly ens in potentia eſt dictio diſ-
trahens: ⁊ ad ſecundum dic ꝙ cum dicitur ens fore
obiectum adequatuꝫ intellectus intelligitur ens ac
tu, poſſibile: vel imaginarium. ¶ Iterum aliquis
argueret contra illud ꝙ ens in actu diuiditur in de
cem predicamenta: quia videtur ꝙ punctus vnitas,
deus, et materia prima: non videntur eſſe in aliquo
predicamento: et tamē ſunt entia in actu. Et maior
patet: quia non componuntur ex actu et potentia: et
minor ſimiliter patet. Item antichriſtus et roſa po-
nuntur in predicamento de per ſe et directe ſicut au

tem reductiue et de per accidens. Ad ſecundum di
citur ꝙ iſta omnia que non ſunt licet non ſint vt ly eſt
dicat ēē actualis exiſtētie ſunt tamen vt ly eſt dicat
eſſe eſſentie. Dicit ergo cōmentator cōmento tertio
ꝙ agens dicitur in reſpectu patientis. et patiens in
reſpectu agentis. Et induxit Ariſtoteles diuiſioneꝫ
de relatiuis ad declarandum ꝙ motus eſt actio mo-
toris in motū ⁊ ꝙ non habet eſſe: niſi in moto: ideoqꝫ
res mota licet non ſit dr̄ia motus quia eſt ſubiectum
eſt tamen quaſi dr̄ia. Et notabis ꝙ actio vno mō dici
tur operatio proueniens ab agente: et hec eſt in mo
to: et de hac dicitur primo de anima. Operationes
ſunt ſuppoſitoꝝ. i. entium actualiter exiſtentiū. Alio
modo actio dicit reſpectū ad patiēs: et ſic capit Cō
mentator in iſto cōmento tertio: et ſic eſt in mouente
Et cum dicit ꝙ per agens et patiens philoſophus in
telligit relatiuum quod inuenitur in predicamento
actionis et paſſionis: intellige relatiuum materialr̄
et fundamentaliter: ſed non formaliter. Deinde phi
loſophus textu cōmenti. 4. ea parte: non eſt autem
motus: vult ponere tres concluſiones: quarum prīa
Cōcluſio i est iſta. Quattuor ſunt genera predicamētorum in
quibus tantum inuenitur motus. ſ. ſubſtantia: quanti
tas; qualitas: ⁊ vbi concluſio ſic probatur. Motꝰ eſt
actus entis in potentia ſm ꝙ in potentia ibi: Diuiſio
autem. Prima cōcluſio arguitur ſic. Motus eſt de
eodem genere cum termino ad quem ſed tātū ſunt
quattuor genera predicamentoꝝ in quibus eſt ter-
minus ad quem. ſ. ſubſtantia: qualitas: quantitas et
vbi. Igitur tantum ſunt quattuor genera in quibus
reperitur tm̄ motus: patet ꝯña cū maiori: quia mo-
tus ſpecificatur et denominatur a termino ad quem
vt ꝓbatur. 5. phiſicoꝝ. Minor autem eſt manifeſta:
quoniam in predicamento ſubſtantie reperitur for-
ma ſubſtantialis que eſt terminus ad terminum ad
quem: et in predicamento q̄ntitas reperit̄ q̄ntitas q̄
eſt terminꝰ ad quem augmentationis: Et in predica
mento qualitatis inuenit̄ qualitas que eſt terminus
ad quam alterationis. Et in predicamento vbi repe
ritur locus qui eſt terminus ad quem motus localis
in nullo autem alio predicamento reperitur aliqua
forma que ſit per ſe terminus motus: cū omne quod
mouetur moueatur per ſe ad ſubſtantiā vel ad quā-
titatem: vel ad qualitatē: vel ad locū ⁊ non ad aliquā
aliā formā alterius predicamenti: vt videbit̄. 5. phi
ſicoꝝ: vnde dicit litera: non eſt aūt motus preter res
ad quas eſt motus. i. non eſt motus extra predicamē
tuꝫ termini ad quē. Mutatur enim ſemper illud qđ
mutatur ſm ſubſtantiā aut quantitatē aut qualitatē
aut vbi. ¶ Notandū ſm Cōmentatorē cōmento. 4.
Q̄ūo motꝰ eſt ī pluribꝰ p̄dicamentis. huiꝰ ꝙ motus eſt in pluribus vno predicamento: qđ
ſic ꝓbatur. Motus eſt in moto. i. in mobili ⁊ mobile
eſt in pluribus vno p̄dicamento: igit̄ motus eſt in plu
ribus vno p̄dicamento: et intelligit̄ mobile formalr̄
q̄ūo intellexit p̄hs. 5. phiſicoꝝ: ꝙ alterius et alteriꝰ
motus eſt alteꝝ et alterū mobile: vt alteratio altera
bilis. loci mutatio mobilis: et augmentatio augmen
tabilis bene: ergo argumētatus eſt Cōmentator ex
varietate mobilis formalr̄ concludendo varietateꝫ
motꝰ. Poſtea vero p̄hs excludit opinionē quorūdā
antiquoꝝ dicentiū: motū non eſſe in aliquo decē p̄di-
mentoꝝ: ſed conſtituere per ſe aliud genus genera-
liſſimū qđ eſt motus: ⁊ ſub illo duo genera ſubalter-
na. ſ. motum ad vbi ⁊ motū ad formā. Motus vero
ad formā continet multas ſpēs ſubalternas. ſ. ſubſtā
tialē ⁊ accidentalē. Ad formā vero accidentalē quā

titatē ⁊ qualitatē quantitatē augmentatio ⁊ diminu
tio qualitatem: frigefacio: calefacio ⁊ ſic de reliquis
Motus vero ad vbi. ſ. furſum ⁊ deorſum ⁊ circa me
diū. Sed hoc reprobat p̄hs dicens: ꝙ nihil cōe vni-
uocū conuenit vniuerſis predicamētis: īmo ſolū vni
⁊ conuenit motus diuerſis p̄dicamētis: ergo nō pōt
eſſe cōe vniuocū: q2 licet analogia cōueniat diuerſis
p̄dicamentis nō tñ vniuocatio. Et hoc ſignificat p̄hs
quando dicit. Cōe aūt in his p̄dicamētis cōitate vni
uoca nullum eſt accipere ſicut dicimus ꝙ neqꝫ hec. ſ.
ſubſtantia nec quātū neqꝫ quale ſit neqꝫ alioꝝ p̄dica
mētoꝝ vllū quare neqꝫ motꝰ neqꝫ mutatio nulliꝰ erit
extra ea p̄dicamenta q̄ dicta ſunt. ¶ Notādū ſm cō Motus non dicit̄ vniuoce.
mentatorē cōmento. 4. ꝙ motus nō dicitur vniuoce
de illis de quibus predicat̄ ſed ſm prius ⁊ poſteriꝰ:
ſꝫ tales diffinitiones iuuant in actibꝰ demonſtratiuis
motus igitur dictus vniuoce ſm cōmentatorē neceſ
ſario eſt in aliquo predicamento: ſꝫ motus non dictꝰ
vniuoce. ſ. in ſua maxima cōitate non eſt in aliquo p̄-
dicamento: ſicut nec ſua diffinitio eſt vniuoca ſignifi
cans plura equalr̄: ſed eſt analogia ſignificās plura
ſm prius et poſteriꝰ. ſignificat enim tam motꝰ ꝙ diffi
nitio motus prius motū localē quā aliquē aliū motū
ſicut natura prius ſignificat formā quā materiaꝫ: vt
dicebat̄ ī ſcđo huiꝰ talis tñ equiuocatio vel analogia
non tollit quin tales diffinitiones ingrediant̄ demō
ſtrationē. Equiuocatio enī tollēs vnitatē conceptꝰ ſi-
cut eſt equiuocatio canis ad latrabilē ⁊ marinū aut
equiuocatio acuti ad ſaporē ⁊ ſonū tollit introitū ad
demonſtrationē: motus aūt ſignificat plura: vno con-
ceptu ⁊ vna ratione: licet ſecundū prius ⁊ poſterius
nō tñ vna natura admodū generū ⁊ ſpecieꝝ cōpetit
ſuis inferioribus: nec hic tollit ingreſſum ad demon
ſtrationē q2 ſufficit vnitas conceptꝰ ⁊ rōnis. ¶ Notā Utrū motꝰ ſit ī gn̄e paſſionis.
dū ꝙ Cōmentator in cōmento mouet vnā dubitatio
nē cum motus ponat̄ in pluribus p̄dicamētis vno q2
dictū eſt ꝙ motus ponit̄ in p̄dicamento paſſionis vt
pꝫ ex libro p̄dicamentoꝝ. Dicendū ꝙ vno mō capit̄
ꝓ forma diminuta q̄ nō differt a terͦ ad quē niſi ſicut
imperfectū a pfec: ⁊ ſic motus non differt a terͦ ad
quem ⁊ tu ꝑ formā diminutā non intelligas formam
intenſibilē vel remiſſibilē ſed formā poſſibilē ad vlte
riorē formā tanꝙ ad actū quietationis: ſiue maneat
ſiue non maneat: ideo oīa vbi in motu locali dn̄r for-
me diminute ⁊ imperfecte tendentes ad vlteriorem
perfectionē. ſ. ad vltimū vbi in quo mobile quieſcit ⁊
pari mō dicendū eſt de generatione q̄ quidē acqui-
rit̄ per diſpoſitionē preuiā donec veniamꝰ ad ꝑfectū
⁊ in illis eſt reperire formā diminutā q̄ eſt minimum
naturale: vel dic ꝙ eſt mobile ꝓut hꝫ formā ſub q̄ nō
quieſcit. Scđo mō capit̄ motꝰ ꝓ via ad illū terͫ ⁊ ſic
eſt de genere paſſionis ⁊ eſt fluxꝰ forme ⁊ trāſmuta-
tio coniūcta cū tpe ⁊ acquiſitio ⁊ deniqꝫ paſſio: ⁊ hoc
mō motus ꝓ forma diminuta eſt perfectius ens. Sꝫ
ꝓ fluxu eſt famoſior in genere motus. i. perfectior in
genere motuū. ⁊ motꝰ ꝓ forma fluēte vocat̄ ab Auer
roe motus ſm materiā: ſed motus ꝓ fluxu appellat̄
motus ſm formā. Sed quid dicendū ꝙ Ariſt. 5. me
taphi. dicit ꝙ motus eſt per ſe quantitas: ⁊ ſic videt̄
eſſe in p̄dicamento quantitatis: ſed nō paſſionis. Di
cēdū ꝙ illa p̄dicatio eſt cauſalis. i. in motu fundat̄ q̄n
titas que eſt tp̄s. ¶ Poſtea p̄hs tex. cō. 5. ponit ſecū Cōcluſio 2
dam cōclōnē. Tot ſunt ſpēs motuū quot ſunt ſpēs ter
minoꝝ ad quē. Iſta ꝯclo ſequit̄ ex priori. Si enī mo
tus ē de eodē genere cū terͦ ad queꝫ: igit̄ quot ſunt
genera terͦꝝ ad quē tot ſunt genera motuū: ⁊ ꝯñter

quot ſunt ſpẽs terminorũ ad quẽ tot ſunt ſpẽs motu
uꝫ:verbi grã in predicamẽto ſubſtãtie ſunt duo ter-
mini ad quẽ ſcilicet forma ſubſtãtialis et priuatio:
ita ſunt in predicamento ſubſtẽtie duo mot⁹ ſcilicet
generatio et corruptio:ſimľr in p̃dicamẽto quãtita-
tis ſunt duo tꝰi ſcilicet quãtitas minor et quãtitas
maior:ita ſunt duo mot⁹ ſclicet augmentatio ⁊ dimi
nutio. In predicamẽto q̃litatis ſunt duo tꝰi ad quẽ
ſcilicet q̃litas vna et oppoſita ſibi:ita erũt duo mot⁹
alterationis cõtrarĩj:et in loci mutatione ſurſum et
deorſum: ⁊ id in quo locatur graue et leue:vult dice
re quẽadmodũ et ſunt duo tꝰi ſurſum et deorſum : et
loc⁰ grauiũ et leuiũ:ita ſunt duo mot⁹ in p̃dicamẽto
vbi:ergo ſunt.4.mot⁹ in gñe gñaliſſimo:et.8.in ſub
alterno et in ſpẽ in numeri:et concludit phs tot ſunt
ſpecies mutationis quot entis ideſt tꝰi ad quem. Di
cit Auerrois in iſto cõmento.5.ꝙ non ſolũ definitio
motus eſt ambigua ⁊ analoga:ꝑpterea ꝙ motus eſt
in plˀib⁹ p̃dicamẽtis vno:ſed q2 in eodẽ p̃dicamento
eſt aliq̃s mot⁹ prior et aliq̃s poſterior aliquis ipfec-
tior. Ex quo hꝫ cõmentator ꝙ non ſolũ diſtinctio mo
tiuũ capit̃ ex diſtinctiõe tꝰorum ad quẽ ſed etiã no-
bilitas. Nã generatio eſt nobilior q2 eius terminus
ad q̃m ſcilicet forma ſubſtantialis eſt nobilior quam
Arg.mi; priuatio. ¶ Sed contra hoc arguit̃ ſequit̃ ꝙ mot⁹
localis celi nõ eſſet nobilior et preſtantior quã aug-
mentatio:et generatio:et alteratio ꝯñs eſt falſum:ſe
quella probatur:quia omne abſolutum eſt preſtanti
us reſpectiuo : ſed terminus motus localis eſt vbi:
quod dicit reſpectũ et tꝰi aliorũ ſunt entitates abſo
lute:falſitas conſequentis ꝑbat̃ autoritate. Ariſto.
primo de celo dicentis ꝙ mot⁹ localis añcedit cete-
ros mot⁹ tpe natura et ꝑfectione:ergo nõ capit̃ diſ-
tinctio et nobilitas motuũ penes tꝰos ad q̃m. ¶ Se
Argũ.2. cũdo arguit̃ agẽs et patiẽs dixit ſupra cõmentator
cõ.5.ſunt de p̃dicamẽto actiõis et paſſionis:ergo ge
nerans et genitũ ſimiliter:ergo ſimiľr gñatio et cor
ruptio:tenet ꝯña q2 ad idẽ p̃dicamẽtũ ꝯueniũt abſ-
tracta ⁊ ꝯcreta. ¶ Ad primũ argũ dicendũ ꝙ ſi mo
t⁹ ſint i eodẽ p̃dicamẽto nobilitas motuũ attẽdit̃ pe
nes nobilitatẽ tꝰorũ ad quos:ſꝫ ſi mot⁹ ſint diuerſoꝝ
p̃dicamẽtorũ attendit̃ nobilitas motuũ penes nobi-
litatẽ ſubti vel finis vt in motu locali celi q̇ eſt p̃ſtan-
tior generatione q2 in nobiliori ſubto repit̃ et ad no
biliorẽ finẽ. ¶ Ad ſecũdũ dico ꝙ gñatio ⁊ corruptio
ꝑ forma diminuta ſunt in p̃dicamẽto ſubſtãtie : ſꝫ ꝑ
Nota, fluxu ⁊ fieri in p̃dicamẽto paſſiõis. ¶ Notãdũ igit̃ eſt
ꝙ a philoſopho hic diffinit̃ mot⁹ ſm formã ꝑ fluxu ⁊
non ſm materiã:q2 hic eſt forma diminuta et ꝑ acci
dens mot⁹:et ea q̃ ſunt de ꝑ accidẽs ſunt relinquẽda
a ſcientia demonſtratiua.5. phiſicorũ. Hic aũt mo-
t⁹ ſm formã eſt in p̃dicamẽto tꝰi ad quẽ ſicut via re-
ductiue mot⁹ ṽo ſm materiã eſt in predicamẽto tꝰi
ad quẽ de per ſe. Hinc pꝫ ꝙ calefactio ⁊ gñatio pñt
capi multifariã.vno mõ abſolute et ſi ſm materiam
ſunt de per ſe in p̃dicamẽto tꝰorũ ad quẽ:et ſi ſm for
mã ſunt de per accidens in p̃dicamento ſuorũ tꝰorũ
ad quẽ:ſi vero dicãt reſpectũ ſunt in p̃dicamento ac
tionis aut paſſionis. ¶ Jã vero philoſoph⁹ tex.com.
6.ꝑ añ habita pre ambula vel poſtulata cõcludit de
finitionem mot⁹ vt ait themiſti⁹. Nã dixerat in p̃ria
diuiſione quoddã eſſe ens in actu et aliud in poten-
tia:et ꝙ in quolibꝫ p̃dicamento erant ſpẽs partici-
pes tũ act⁹ tũ poteſtatis concludit ꝙ mot⁹ eſt actus
entis in potentia ſm ꝙ in potentia:quã definitiõem
ſtatim ꝑbat inductiõe in oĩb⁹ ſpẽb⁹ mot⁹. Nã altera
tio eſt act⁹ alterabilis et augmentatio eſt act⁹ aug-
mentabilis:et ſic de reliquis:nunc vero themiſtius
q̃m ſequit̃ Auerrois declarat illã ꝑticulam ſm ꝙ in
potentia:dicens ꝙ mobile poteſt conſiderari añquã
moueatur et tunc eſt omnino potentia et nihil habꝫ
act⁹:aut põt ꝯſiderari ſm ꝙ iam mouet̃:et tũc eſt in
potentia ad vltimã perfectiõem ſcilicet ad formam
quã acquiſitur⁹ eſt in tꝰo ad quem et ſemper ꝙ mo-
uet̃ nondũ habꝫ vltimũ cõplementũ ad acq̃rendam
perfectionem tꝰi ad q̃m:ergo omnis mot⁹ eſt actus
per mixt⁹ potentie:mobile nãqꝫ ſm ꝙ hꝫ motũ nõ eſt
omnino in potentia:et ſm ꝙ expectat perfectionem
tꝰi ad q̃m eſt in potentia:et iõ per illã particulã ſm
ꝙ i potentia differt mot⁹ a forma naturali. Nã albe-
do eſt act⁹ ſubſtantie que eſt in potẽtia ad nigredinẽ
ſed non ſub illa rõne eſt act⁹ ſubſtantie qua eſt in po
tentia ad nigredinẽ. Sec⁹ eſt albatio eſt enĩ actus
ſubſtantie prout habet potẽtialitatẽ ad vlteriorẽ al
bedinem et maiorẽ perfectionẽ. ¶ Auerrois tamen
parũ digrediẽdo dicit ꝙ hec diffinitio cõueniat mo
tui nouo et eterno:nouo quidẽ ſm ꝙ eſt in pc̃ñia ad
totalẽ tꝰm mot⁹ eterno aũt ſm ꝙ eſt in potentia ad
partialẽ tꝰm mot⁹ (Et tñ intelligit per ꝯtinuationẽ
motus ſucceſſionẽ). Nã mot⁹ nõ eſt act⁹ pur⁹ q2 tũc
mobile q̇eſceret nec potentia pura q2 non mouere-
tur ergo eſt actus ſucce.
¶ Notat vlterius comentator in iſto comento.6.ꝙ Nota,
omnis mot⁹ ẽ ſuceſiu⁹ cum ſit act⁹ ꝑmixt⁹ potentie:ſꝫ
tñ ſol⁹ localis ẽ continu⁹ nam reliq̃ mot⁹ oẽs compo
nunt̃ ex plurib⁹ motibus et q̇erib⁹ : fit.n. quodlibet
minimũ ſubito et ſtatur donec fiat aliud minimũ et
ſic fit ꝯſeq̃nter ſꝫ quomodo iſta intelligant̃.6.phiſi-
coꝝ ẽ examinandũ q̃re modo ſup ſe dem⁹. ¶ Poſte
a vero.tex.cõ.7.dicit ꝙ Ariſ.ꝑbat ꝙ mot⁹ ſit hoc.i.
act⁹ vi exempli dicens edificabile tunc mouet̃ cum
actu edificat̃ ergo edificatio ẽ act⁹. Nam ſi nihil edi
ficaret̃ tunc eẽt in pura potentia ⁊ nõ moueretur: et
ſi iam dom⁹ eẽt completa nõ eẽt mot⁹:⁊ hoc ẽ exẽplũ
de alteratione dicens de medicatione : ⁊ õ virilitate
et ſenecture : ꝑ augumentatione ⁊ diminutione : q̇a
grece dicit̃ loco iloꝝ andrinſis ⁊ geranſis :q2 virili-
tas ſeu adoleſcentia ẽ auctio:ſꝫ ſenect⁹ ẽ diminutio.
Themiſti⁹ tñ in expoſitione hui⁹ loci aliã dat defini
tionẽ de motu ꝙ ſit act⁹ prim⁹ rei q̃ poteſtate aliq̃d ẽ
quia illa res erit actu talis q̃ñ actũ conſumatũ atti-
gerit. ¶ Deinde philoſoph⁹.tex.cõ.8.dicit ſm do-
ctrinã ſancti Thome quomodo mot⁹ ſit act⁹ entis in
potentia. Dicẽs hoc modo:illud ẽ ſubiectũ alicui⁹ ac
cidentis in quo ſolet tale accidens eẽ:ſed ita ẽ õ mo
tu ꝙ ſemp ẽ in ente in potentia ergo in illo reperitur
ſed ꝑbat ꝙ ſit act⁹ entis in potentia q2 cui⁹ cunqꝫ ſit
act⁹ aut mouentis aut mobilis ſemp ẽ act⁹ entis in
potentia q2 ſi mobilis ẽ clarum ſi mouentis ad idem
q2 õe mouens mouet̃. Aliter tñ. Themiſ. ⁊. Auerro
is dicunt. Ariſ. velle premitere vnã ſuppoſicionem
pro declaranda illa particula ſm ꝙ in potentia hoc
modo õe quod cõponit̃ ex actu et potentia ſi mouet
et mouet̃ quod ꝑbat q2 compota naturalia partim
ſunt in actu ⁊ partim i potentiã ꝑ formã ſunt in actu
ꝑ materiã vero ſunt in potentia. Et ſtatim.tex.cõ.9.
concludit motũ eẽ actũ mobilis q2 dicit cum õe mo-
uens moueat̃ ⁊ nõ ſit poſſibile motũ eẽ actũ mouẽtis
ea ratione qua eſt ens actu.g.debet eẽ mobilis ea
ratione qua eſt ens in potentia : et declarat illud ex
emplo ſtatui ficatio ẽ act⁹ eris nõ in quantũ ẽ es q2
ſic eſt ꝑfectũ ⁊ ens in actu ſed in quantũ ſtatui ficabi

le:et licet ſtatuificabile et es ſint idem realiter non
tm̄ rōne qm̄ alia eſt ratio eris et ſtatuificabilis:et di
cit Auerrois ꝙ ſi motus eſſet actꝰ entis in actu tunc
ſequit̄ ꝙ perfectio cēntialis eēt motꝰ q2 eſt actus en
tis in actu qḋ falſum eſt ꝙ illa pfectio ſit motꝰ ¶Jte
rum tex.cō.10.dicit Ariſto.ꝙ illa ſunt diuerſa in qui
bꝰ ſtat vno multiplicato alterū eē idē re et rōne:ſed
ita eſt de ſubiecto et potentijs vt videre eſt in homi
ne q̄ eſt vnꝰ ſibi re et ratione:et tm̄ potentias habet
plures vt poſſe ſanari et poſſe egrotare et reliqua:ꝙ
aūt iſte potentie ſint diuerſe pʒ q2 actus ſunt diuerſi
ſcilicet egrotare et ſanare:idē pʒ de colore et viſibi
li que differūt rōne lʒ ſint idē realiter:ſic ergo patet
ꝙ motꝰ licet ſit actus entis in actu nō ſm̄ qḋ eſt in ac
tu ſed in potentia.¶Dicit tm̄ hic Auerro.ꝙ potētie
contrariorū ſunt diuerſe q2 ſunt cōtrarie:ſed tu in-
tellige potentias cōtrariorū eſſe contrarias de po-
tentijs ꝑpinquis:nam ḋ potentia remota que eſt ma
teria pria eadē eſt potētia cōtrariorū vt Auerrois.
prīo de celo cō.120.¶Circa iſtos textꝰ pcedētes du
bitat̄ vtrū motꝰ diſtinguat̄ a re mobili vel non diſtin
guat̄ in qua re ſunt tres opiniones famoſe. Pria eſt
nominaliū tenētiū ꝙ motꝰ eſt idē ꝙ mobile qḋ moue-
tur:quā opinionem attribuunt venerabili inceptori
Argm̄ .1. Okam dicētes ꝙ non eſt ponenda pluralitas ſiue ne
ceſſitate: ſʒ oīa poſſunt ſaluari nō poſito motu diſtin
cto a re mobili ergo nō ē opꝰ ponere motū diſtinctū
Argm̄ .2. a re mobili. Jtē ſi motꝰ cauſaret̄ l' cauſaret̄ rebꝰ qūo
cunqȝ ſe habētibꝰ vel certo mō ſe habētibꝰ:ſi primū
ſequit̄ ꝙ qūocunqȝ eſſent mouēs et mobile ſemp mo-
uerent̄:ſi certo mō ſe habētibꝰ:ſicut dicēdū eſt ſic ar
guo ille certꝰ modꝰ ſe habendi quo ſe habēt mouēs
et mobile nō videt̄ alius ꝑ ꝑducendo motu quā ac-
quiſitio noui et noui,vbi ergo priꝰ eſt acquiſitio no-
ui et noui vbi quā ſit motꝰ; ergo ſequit̄ ꝙ ſuperfluit
motꝰ:q2 illa entitas que eſt motꝰ non deſeruit ad ali
ud niſi ad faciendū acquiſitionē noui ⁊ noui vbi:ſed
illa eſt añ quā ſit motꝰ ergo motꝰ nihil opatur:ſʒ quā
uis hec rō ſit vrgētiſſima facile eſt ad illā dicere ꝙ
acquirere nouū et nouū vbi eſt eſt cauſa motꝰ in ge-
nere cauſe efficientis:⁊ priꝰ eo in iſto genere cauſe:
ſed motꝰ in genere cauſe formalis eſt q̄d prius ipſa
acquiſitione.¶Sed cōtra hoc replicat̄ hec vbica-
tio eſt reſpectꝰ ergo p̄ſuppōit rē abſolutā ſcilicet mo
tū.Dicendū ꝙ vbicatio eſt duplex .ſ. fundamentalis
et formalis:fundamentalis p̄ſupponit̄ ad motū natu
ra ſed formalis que eſt relatio cōſequit̄ ad motū na-
tura.Habes bonā analogiā a nobis datā in predica
bilibꝰ de veritate logica et veritate fundamentali.
Nā veritas fundamētalis que eſt ita eē preſupponi-
tur ad ꝑpōnem eſſe verā:ſed nō veritas logica ad ꝑ
Argm̄.3 poſitionē eſſe verā veritate logica.¶Tertio ſi motꝰ
eſt entitas diſtincta a mobili vel ſucceſſiua vel pma-
nens nō permanēs q2 nō poteſt hēre ſuas ptes ſimul:
factꝰ eſt eñ motꝰ ad lucriperdā:ita ꝙ ſemper ſit ali-
us et aliꝰ non ſucceſſiuꝰ:q2 quecūqȝ partes eiꝰ den-
tur illas habʒ ſimul. ¶Pro ſolutione huiꝰ argumē-
ti notādū ꝙ motꝰ habet duplices partes ſcilicet ad
diuiſionē tpis et ad diuiſionem ſubiecti:ad diuiſionē
temporis nunquā ſunt ſimul partes equales q̄ non ſe
habēt ſicut totū et pars:ſed ad diuiſionē ſubiecti be
ne ſunt ſimul:q2 cū inhereant ſubiecto de neceſſita-
te vna medietas motꝰ in ſubiecto ſimul eſt cū alia:ſʒ
in veritate apparet hec diſtinctio falſa:quia peto de
his partibus quo ad diuiſionē ſubiecti ſi ſunt partes
quo ad diuiſionē temporis;et ſi ſic cū ille ſunt muta-
ta eē:quia non durant niſi per inſtans:ex mutatis eē
fieret motꝰ quod eſt falſum:ſi vero non ſunt ptes mo-
tus ad diuiſionem temporis dande ſunt alie partes
motꝰ ad diuiſionē temporis et non niſi extra ſubiec-
tum ergo eſſet accidens extra ſubiectum.¶Ideo ſo
lū mihi videor motū eſſe ī mobili toto tēpore motꝰ et
partes ſuccedere in eodē:nunꝗ pro inſtanti exiſten-
tes ſimul eq̄les:nec inherentes niſi eo mō quo habent
eſſe:quare ſicut cōcedimꝰ totus motꝰ horarius nunc
eſt ſignando inſtans mediū ita concedimꝰ totꝰ ille in
heret:et ſicut ꝯcedimꝰ in illo inſtāti due medietates
ſunt:et nulla eſt ita concedimꝰ:due medietates inhe
rent ſubiecto et nulla inheret quare non puto dupli
ces partes ſed eaſdē eſſe ad diuiſionē ſubiecti ⁊ tem
poris:et ſi diceres quēadmodū motus ſit ex duabus
medietatibꝰ in inſtanti medio eius quarū nulla ē ita
fieret ex hircoceruo et chimera: vides eſſe multam
diſſimilitudinē.¶Et ſi iterū arguas corruptio alicu Argm̄.4
ius eiꝰ praſupponit exiſtētiam:ergo nō pōt eſſe ꝙ in
tota hora motꝰ fiat corrūpatur et producatur dicen
dū ad hoc ꝙ exiſtentia preſupponitur ad corruptio-
nē in ſucceſſiuis nō tpe ſʒ ſolū natura;ſʒ ꝯtra ſi motꝰ
diſtinguat̄ a re mobili ſequit̄ ꝙ eſt aliq̄ creatura quā
deus nō pōt annihilare:cōſequēs eſt falſum ergo in
tētū:ſequella ꝑbat̄ ſit aliquis motꝰ horarius:et ſimꝰ
in inſtanti medio hore tūc ille motus eſt:et deus non
poteſt illū anihilare: probatur ſic q2 ſi illū poſſet an
nihilare maxime eſſet illū corrūpendo ſm̄ ſe et quod
libet ſui:ſed hoc nō q2 corruptio alicuius preſuppo-
nit eius exiſtentiam ergo preſupponit ꝙ vltima me
dietas motus ſit q̄ tamen non eſt.¶Reſpondet Lu-
douicꝰ coronel concedendo ſequellā:ſed errat gra-
uiter concedens ꝙ ſit aliqua creatura quā deus non
poteſt annihilare:immo ſi deus annihilaret totū mo
bile annihilaret motū:et ſufficit ipſum motū annihi-
lare ſm̄ illud quod hʒ ſcilicet ſm̄ ſe totū cathegoreu
matice:et ſm̄ partem que eſt nec valet annihilat to-
tū motū cathegoreumatice ergo annihilabit partē
que erit eius et non eſt non opʒ. ¶Quare dico ꝙ in
inſtantia medio hore hec eſt vera iſte motꝰ fuit et ne
ceſſaria:ſi ſi non amplius ꝑcurrat motus eſt vera iſte
motꝰ fuit et aliqua pars et partes eiꝰ fuerunt non tm̄
vltima medietas,nec depēdet veritas illiꝰ ab vna de
futuro ꝯtingēti:nā ſic depēdere eſt inferri ab vna de
futuro ꝯtingenti: qḋ non eſt in illa q2 non ſequit̄ iſte
motꝰ erit ergo iſte motꝰ fuit:īmo nec ab alia de futu
ro contingenti infertur.¶Quinto ſic arguit̄ ſequit̄ Argm̄.5.
aliquod graue naturaliter ſurſum aſcendere quod
eſt falſum et contra Ariſtotelem ſecundo ethicorum
dicentē naturalia nō aſſueſcunt:et ſequella ꝑbat̄ ex
pluribus motionibꝰ actualibus in manu pulſatoris
acquirit̄ in eo quedam habilitas vel habitus ꝑ intēſi
cans illos ad ſimiles actus eliciendos:ergo eadem
ratione ex pluribꝰ iactibus ſurſum lapidis genera
bitur quid dā motus habitualis qui quidē lapidē fe
rat ſurſum gratia illiꝰ q̄litatis habitualis. Ad hoc
argumentū poſſemꝰ dicere ꝙ quemadmodū in habē
te habitum contrarium non pōt alius habitus gene-
rari niſi priꝰ primꝰ habitꝰ depdat̄:ita ꝙ manēte pri-
mo habitu non generatur per frequentationē actuū
alius habitus:ſic pari modo in lapide per actus ferē
di ſurſum non generatur motio habitualis:ita feren Bona du
di q2 eſt aliquid plus repugnans illi habitui quam ſi bitatio ſi
eſſet habitus cōtrariꝰ ſcilicet natura lapidis.¶Sʒ pōt ī nāli-
mō tantis per volo tractare ſi poteſt in naturalibus bꝰ acq̄ri
acquiri conſuetudo ⁊ videtur ꝙ ſic autoritate Hip- ꝯſuetudo

po. ſecūda aphoriſmoꝝ aſſueti aſſuetos labores fer
Rō.1. re et ſi imbecilles et ſenes inſuetis iuuenibꝰ fortio-
Rō.2. ribus facilius ferunt. Secundo probatur qꝛ arcus
baliſte plicatꝰ multociens magis facile flectitur quā
Rō.3. nouiter plicatus. Tertio coquētes vitra facile per-
ferunt eſſe corā fornace: quod alij ſubſtinere non poſ
ſent: et ruſtici propter conſuetudinem facile frigo-
Rō.4. ra et eſtū perferūt quod nos nō poſſumꝰ. ¶ Quarto
et egregie valde Auicē. 4.1. cap. 1. inquit nec i vna
medicatione cū vna tibi ſtandum eſt medicina: ſʒ me
dicinas permuta qꝛ ab eo quod cōſuetū ē nō fit paſ-
ſio ergo ſequit̄ quod licʒ medicina agat naturaliter
atamen ꝓpter multā conſuetudinē nō patit̄ corpus
ab illa: quod videt̄ falſum. Nā videmꝰ certe ꝙ ignis
non pōt tm̄ aſſueſcere cōcremandis lignis ꝙ aliquā
Egregiū do non comburat. ¶ Pro declaratione p̄ſentis mate
notabile rie notandū ꝙ conſuetudinē acquiri ſtat biſariā vno
mō ꝓprie prout eſt habitꝰ derelictus ex pluribꝰ ac-
tibus ⁊ hoc mō in naturalibus nō acquirit̄ habitꝰ qꝛ
naturalia vt dixit philoſophus ſecundo ethicorum
non aſſueſcunt: et quia habitꝰ ponitur ad facilitan-
dā et expediendam potentiā que de ſe non eſt incli-
nata: ſed naturalia de ſe ſunt inclinātiſſima ergo nō
indigent habitu: alio modo dicit̄ conſuetudo acquiſi
tio cuiuſdam qualitatis per exercitiū: quā ſi aliquis
ex natura habuiſſet eodē modo ageret et reſiſteret:
et hoc mō bene in naturalibꝰ acquirit̄ cōſuetudo vt
egregie dixit Ugo ſenenſis ſecūda aphoriſmorum
canone allegato et hoc modo ruſtici reſiſtūt conſuetu-
dine ꝑ duritiē et dēſitatē cutis vt reſiſtat impꝛimēti-
bus: et hoc modo coquentes vitra reſiſtunt qꝛ hn̄t
conſumptū hūidū roridū et in quo ſtat iſlāmatio: et
hooc modo baliſta per conſumptionē humiditatum
groſſiorum pluribus plicationibus melius placat̄: ⁊
idem dicas ad illud de aſſuefactione medicine: qꝛ
vt inquit doctor ſanctus naturalia non aſſueſcunt
vt deſinant operari: ſed bene aſſueſcunt vt non ſen-
tiatur operatio ſua ⁊ quia ad hoc vt medicina agat
in corpus oportet ꝙ corpus agat in eam ſequitur ꝙ
cum ꝓpter conſuetudinē non ſentitur non inſtimulat
et non inſtimulando non agit in medicinā, et ita non
agit in medicinā ⁊ illa non agit in ipſum: nec ē mira
bile ꝙ nō ſentiat̄. Nā ⁊ ruſticꝰ non ſentit calorē ſolis
ex cōſuetudine ꝑ quā ꝯſumptū ē humidū roridū.
¶ Poſſemꝰ hoc ꝯfirmare de puella nutrita napello
ꝑ conſuetudinē vt Gale. de ſimplici medicina: ⁊ ſimi
liter de metridato qui propter aſſuetudinē illius me
dicine nō recipiebat nocumentū a venenis. ¶ Et de
Opinio melōgenis q̄ ſunt in ꝑſia venenoſe ⁊ ad nos ducte bo
noialium. ne ex nutrimēto bono terre ¶ Scđa ē opinio noīaliū
omniū tenentiū ꝙ motꝰ eſt idē mobile vnde cū Ariſt.
dicit ꝙ motꝰ eſt īmobili illa conſtructio tranſitiua ca
pitur loco vniꝰ intrāſitiue motus eſt mobile. Ad aliā
motus diuiditur ad diuiſionē mobilis dico ꝙ intelli-
git̄ ideſt mobile priꝰ ſm̄ vnā partem diuidit mediū
quā ſm̄ aliā. Similr cū dicit̄ ꝙ motꝰ ignis ſurſum ē
contrariꝰ motui terre deorſum et tñ non eſt contra-
rius ignis terre cū ſint ſubſtantie dicendū intelligi
debere illā ꝓpōnē ꝙ motꝰ ignis ſurſum et motꝰ ter-
re deorſū ſunt contrarij ideſt important tr̄os contra
rios: ad aliā motꝰ incipit per vltimū non eſſe ſed non
taliter incipit mobile: ergo motꝰ nō eſt mobile. Dico
in bono ſenſu intelligi motus incipit per vltimū non
eē ideſt mobile dū incipit moueri incipit per vltimū
non eē: et ad illud añ omnē motū fuit motꝰ non tñ añ
omne mobile fuit motus: qꝛ ante celū non fuit motꝰ

dicendū ꝙ añ omnē motum fuit motꝰ intelligit̄ ideſt
ante quodcūqꝫ inſtās vbi verū eſt dicere mobile mo-
uet̄ añ in aliquo inſtanti ante fuit verū dicere mobile
mouet̄. ¶ Et ſi dicas ſuppoſito ꝙ angelus moueatur
quō poteſt ille motꝰ eſſe idē ꝙ angelꝰ: cū omnis mo-
tus ſit diuiſibilis: diceremꝰ ꝙ angelꝰ eſt indiuiſibilis
res tamen eſt diuiſibilis motꝰ imo ſm̄ reales eſſet ar
gm̄ vrgētius quō poſſet res indiuiſibilis eē ſubiectū
accidentis diuiſibilis ſicut eſt motꝰ; et ſic in bono ſen
ſu gloſſatur motus ſurſum terre eſt violentus ipſi ter
re ideſt terra cū ſurſum aſcendit violente ſurſum aſ-
cendit. ¶ Sed contra hanc opinionē arguitur im- Argm̄ ꝯ
petus eſt qualitas diſtincta a re que impetuoſe moue noiales
tur ergo motꝰ eſt quid diſtinctū a mobili eadē rōne
ꝯña videt̄ nota ex paritate rationis et añs ꝓbat̄: qꝛ
cum lapis mouet̄ ſurſum aliquid eſt cauſa motꝰ eius
non ꝓijciēs: qꝛ ſtat ipſo mortuo lapidē moueri ſurſum
nō forma ſubſtātialis lapidis: qꝛ illa potiꝰ reſiſtit mo
tui ſurſum illius lapidis ergo non quo adiuuat: nec
aer vt quidam falſo credunt eſſe opinionem philoſo
phi: qui dicunt vt Thomas de garbo in ſua doctrina
de elementis queſtione finali ꝙ mouet̄ de mente phi
loſophi ille lapis et omnia proiecta ab aere pulſo a
proijcienti ita ꝙ imaginatur ꝙ cum proijciens pellit
lapidem ille lapis egredit̄ a certo loco quem dere-
linquit vacuum et ne ſequatur vacuum aer ingredi
tur replendo illud vacuum: et latera aeris in ea con
iunctione pellunt lapidem et ſic mouetur lapis a lo- Nota.
co in quem primo intrauit in alium: et deinde aer ne
detur vacuum in loco quē derelinquit lapis iterum
fortiter coniungit ſua latera in qua coniunctione ra
pida iterum pellitur lapis et ſic tandem mouetur
lapis: ſed hoc biſariam nihil valet primo non va-
let quia ſtat ventum fortiter trahere aerem ex alia Pulchꝛa
parte. Secundo quia ſequeretur ꝙ ille motus violē probatio
tus lapidis ſurſum eſſet vniformiter vniformis (Quod impetus.
eſt contra Ariſtotelem. dicentem quarto de celo ꝙ
hec eſt differentia motus violenti a naturali ꝙ violē-
tus ſemper procedit tardior et tardior: ſed natura-
lis ſemper procedit velocior et velocior) et ſequella
patet qꝛ ſemper eſt equale mouens illum lapidē ſci-
licet latera aeris intentione vitandi vacuum: ergo
ſemper motum equali velocitate mouebit̄: ergo opꝰ
eſt ponere impetum diſtinctū a re q̄ impetuoſe mo-
uet̄; aliter ille lapis ſurſum iactus ſurſum ferret̄ et
non eſſet cauſa aliqua ſui motꝰ vt egregie ꝓbatū eſt.

¶ Pro declaratione argumenti et
preſentis difficultatis de impetu non erit in conſonū
ſi hanc materiam in aliquas difficultates diuidamꝰ
¶ Prima ſit ſi eſt impetus diſtinctus a re impetuo ſe
mota. ¶ Secūda eſt ſi qualitas permanens. ¶ Ter-
tia a quo cauſat̄ et ſi in inſtāti vel ſucceſſiue. ¶ Quar
ta de cauſa cur lapis vehementius percutit ad me-
diocrem diſtantiam quam ad propinquā. ¶ Quin-
ta ſi ē aliquis impetus naturalis. ¶ Sexta ſi ſunt ali
qui impetus differentes ſpecie. Ad primam diffi-
cultatem reſpondeo affirmatiue quod ſuadeo expe-
rientijs prima eſt motus naturalis velocior eſt in fi-
ne quam in principio vt Ariſtoteles teſtatur quarto
de celo aſſignans differentiam inter motum natura-
lem et violentum et non poſſet dari cauſa huius niſi
per impetum ergo impetus diſtinguitur a re que im
petuoſe mouetur: ꝙ autem non poſſit dari cauſa niſi ꝑ
impetum ſic ſuadeo quia dr̄ cur lapis qui cadit de
turri deſcendit velocius in medio eius quam in prin

cipio:ſi dicatur vt Thomas ḋ garbo in ſua doctrina
de elementis queſtione finali et aluarus Thomas in
ſuo triplici motu tractatu ſecundo queſtiōe i4. quia
cum eſt ſuperius habet multum aerem infra ſe ⁊ plꝰ
reſiſtit graui deſcendenti: et cum eſt inferius minꝰ
habet de aere et iō velocius deſcendit. Eſt bona ana
logo de nanicula que in pelago nō ſubmergitur:ſed
bene in aqua parum profunda:ſed licet iſta cauſa ſit
apparens arguo contra illam ſic volo ꝙ ſint duo lapi
des equalis grauitatis:et incipiant deſcendere in
eodem inſtanti:vnus caſurus ad os putei:alius per
profunditatem eius:certum eſt ꝙ cum ambo diſtite
rint ab ore putei et a profunditate putei per ſex pe-
des eque velociter deſcendent:et tamen qui vadit ꝑ
profunditatem putei plus habꝫ de aere infra ſe quā
alius:ergo non eſt cauſa maioris velocitatis habere
Rō. i. infra ſe plus vel minus de aere. ¶ Ideo ego crede-
rem profecto egregie cauſam eſſe:ꝙ natura ſemper
conatur ſuum finem conſequi quanto citius poteſt:
obidq; deſcendit graue ad centrum per lineam bre
uiſſimam:et ideo graue producit in lapide quendā
impetum qui ſemper eſt maior ⁊ eo mediante lapis
velotius deſcendit quanto magis appropinquat ad
centruꝫ:quia ſemper ille impetus augmētatur a for
Rō.2. ma grauis. ¶ Secunda ratio egregia que probat
talem impetum eſſe diſtictum are que impetuoſe mo
uetur eſt Ariſtoteles octauo phiſicorum probat ꝙ in
ter omnes motus contrarios eſt dare quietem inter
mediam:quod non poſſet ſaluari niſi per impetū qō
ſic ſuadeo aſcendat aliquis lapis ſurſum deſcenſurꝰ
poſtea:inter aſcenſum et deſceſcenſum eſt quies in-
ter media temporalis per certam morulam tempo-
ris:quod certe non poſſet ſaluari abſq; impetu hoc
mō ſit lapis aſcendens grauitatis vt quattuor ⁊ me
dium reſiſtens vnum:et impetus ferens ſurſum vt oc
to aſcēdet ille lapis vſq; ad certum ſpacium per im-
petum vt octo:et quia ille impetus eſt preter naturā
ſemper paulatim deſtruetur donec equetur reſiſten
tie vt quinq; grauitatis ⁊ mediȷ:tunc ad huc non deſ
cendet quia grauitas eſt vt quattuor et reſiſtēria vt
ſex ſcilicet quinq; impetus et vnus mediȷ:oportet ta
lem lapidē toto tempore quieſcere donec imperꝰ vt
quinq; tantum diminuatur vt non remaneant ḋ illis
quinq; gradibus niſi duo gradus vel paulo plus vt
grauitas lapidis ſuperet reſiſtentiam mediȷ ſimul et
impetus ergo ſequitur ꝙ impetus eſt dabilis diſtinc
tus are que impetuoſe mouetur. ¶ Tertia ratio vi-
Rō.3. demus hominem iratum tremere totum labris ma-
nibus et pedibus:et non poſſe ſe continere et hoc eſt
propter impetum quem acquiſiuit qui fert impetuo
ſe cuncta membra. ¶ Quarta ratio videmus in paſ
Rō.4. ſionibus anime quandoq; ſpiritus ire ad extra vt in
gaudio pernitioſo:quandoq; ad intra reuocari vt
in timore:talis motus non fit niſi per aliquem impe-
tum ferentem ad extra vel ad intra ergo intentum
Ad.2.dif- ¶ Ad ſecundam difficultatem reſpondeo ꝙ eſt qua
ficultatē. litas permanens probatꝰ habet omnes ſuas partes ſi
mul ergo eſt qualitas permanens conſequentia ē no
ta et antecedens patet. Nam quando impetus eſt in
vltima intēſione habet omnes ſuas partes ſimul: ex
quo ſequitur erraſſe grauiter ludouicum Coronel
dicentem ꝙ motus et impetus non differant niſi per
intenſum et remiſſum et ꝙ ambo ſunt qualitates per
manentes hoc enim eſt falſum quia motus eſt quan-
Ad.3 diffi titas ſucceſſiua:et impetus permanens qualitas:er
cultatem go vnum non eſt aliud. ¶ Ad tertiam difficultatem
que eſt optima dico falſum eſſe quod cōmuniter qd-
dam aiunt ꝙ producatur impetus in vltimo inſtanti
proiectibilis in manu vel in inſtrumento. Nā ex hoc
primo ſequitur ꝙ aliquis effectus in primo inſtāti eſſe
ſui eſſe non haberet cauſam:et ſequella patet caſu ꝙ
proiiciens in vltimo inſtanti eſſe proiectibilis in ma
nu moriatur per vltimum eſſe:iam immediate poſt
hoc erit impetus et non ſua cauſa ergo intētum. Se
cundo ſequeretur ꝙ aliquis effectus intēderetꝰ poſt
ſue cauſe deſtructionem:patet de impetu qui ad cer
tam diſtantiam intenditur et tamen hoc eſt ſua cau
ſa perempta in caſu ꝙ deſinat per vltimum eē quod
ſit vltimum eſſe proiectibilis in manu. ¶ Ideo cre-
derem ꝟe ꝙ impetus producitur in manu per quan
dam concuſſionem et agitatiōem (Dico in manu vel
alio inſtrumento) ita ꝙ certa morula temporis fit il-
la concuſſio per quam fit impetus:et ille non poteſt
quantumuis ſit intenſus inchoare:quia ſequeretur ꝙ
lapis non proiectus ſed concuſſus in manu acquiſito
impetu volaret naturaliter a manu quod eſt contra
experientiam:ſed ideo non valet quia quamuis acq̇
ſierit impetum non poteſt iſte impetus inchoare mo
tum:ſed mouens inchoabit et impetus continuabit:
⁊ dico ꝙ ſucceſſiue iſte impetus cauſatur cum ſit qua
litas que fiat et dependeat a motu. ¶ Ad quartam Ad quarā
difficultatem dico cauſam eſſe impetus intenſionem difficulta-
ſimul cum bona diuiſione et fractione aeris:et tu be tem.
ne nota ꝙ iſta multa aeris fractio vel diuiſio confert
multum pro diuiſione rerum et fractione quia pene
trat in rem:ſed ad paruam diſtantiam profecte eſt
pauca aeris diuiſio et ad multam remiſſio impetus:
ex quo patet cauſa vacillationis rote ad finem motꝰ rota
circularis eſt ꝙ impetus fert ad vnam partem et qꝛ
debilis aer ex alia parte rareſit qui erat condenſatꝰ
et pellit rotam:et poſt aer alterius partis regredi-
tur condenſatꝰ et diſtenditur et ſic mouetur rota mo
tu vacillatiuo:et hec cauſa fundatur in hoc ꝙ omne
ens naturale deſiderat reducere ſe ad meliorem diſ
poſitionem de poſſibilibus. ¶ Ad quintam ſi eſt ali- Ad. 5:
quis impetus naturalis reſpondeo ꝙ ſic vt patet de difficulta
impetu quo deſcendit lapis velotius et velotius mo- tem.
tu naturali:aliquis vero eſt neutralis et in differens
vt patet de illo quo ſphera ignis mouetur circulari
ter ab oriente in occidens ſequēdo motum primi mo
bilis. Nam motui circulari nil eſt contrarium. Aliq̇s
vero eſt contra naturam vt qui fert lapidem ſurſum
ex quo patet reſponſio ad ſextam quia aliqui impe-
tus ferunt lateraliter aliqui ſurſum aliqui deorſum
qō eſt ex natura ſua:et ideo impetus ferens ſurſum
vocatur leuitas accidentalis et ferens deorſum gra
uitas accidentalis ⁊c. ¶ Poſſes addere huic ſexte
difficultati ſeptimam et ē ḋ motu reſilitionis quo reſi
lit pila in altum dum cecidit ab alto:cui non valet di
cere ꝙ ſit ab ab aere qui appetit ſe reducere ad lo-
cum ſurſum pro reductione ad raritatem: quia ſtat
aerem fortiter pelli deorſum per tubam:ſed cauſa ē
impetus reflexus acquiſitus ab impetu recto ſimul ⁊
contactu ſuper durum:et reductione ad ſpericitatē
quarundam partium applanatarum per percuſſio-
nem illā ſuper durum:que omnia experiri tu potes
in pila cutea ad terram proiecta:ꝙ autem ab impe-
tu recto cauſetur patet quia quanto impetus rectus
eſt intenſior tanto reflexus inde cauſatus eſt intēſior
⁊ ꝙ faciat aliquid iſta reductio partium applanata
rum patet quia non tantum reſilit pila erea vel lapi
dea vt cutea vel neruoſa ⁊ hec eſt cā cur neruoſa plꝰ

reſilit quia neruus eſt corpus flexibilius et corruga
Opinio bilius cute. ¶ Tertia eſt opinio Gregorij arimi-
Gregorij nenſis i ſecundo diſt. prima. q. quarta tenentis ꝙ mo
arimineñ. tꝰ ē ſpatiū quod mobile tempore motꝰ ꝑ ſe pertran
ſit: et eius ꝑcipuū motiuū ē ꝙ motꝰ nō eſt entitas ſu-
cceſiua vt credit ſe ſufficienter ꝓbaſſe. Nec ē mobi-
le quod mouet̄: ergo ē ſpatiū quod tēpore motᵒ mo-
bile ꝑtranſit: ꝛ ſi dicat̄ ꝙ motꝰ ē in mobili. i. mouetur
et motꝰ ē actꝰ extrinſecus mobilis ſicut locus locati.
Similiter motꝰ celi eſt cauſa generationis ꝛ corru
ptionis ꝛ tñ ſpaciū per quod mouet̄ celū nō eſt cauſa
generationis ꝛ corruptionis: dicit ad hoc ꝙ intelligi
tur celū cauſat gñones ꝛ corrptiōes ſꝫ nō ꝑ ſpacium
item motꝰ ē velox vel tardꝰ: ſed ſpatiū non ē velox
vel tardū: dico ꝙ intelligit̄ mobile dum ꝑtranſit ſpa
cium quandoq̄ꝫ tranſit velociter qñdoq̄ꝫ tarde. Pre
terea moueat̄ aliq̄s ſuper ſpaciū q̇eſcēs illud ē motꝰ
et eſt q̇es: dicendū ꝙ ē motꝰ ꝛ nego ꝙ ſit q̇es ꝛ ſi dicas
quieſcit ergo ē quies nego ꝯſequentiā ad hoc eñi vt
ſit q̇es req̇rit̄ vt nihil ſuper illud moueatur. ¶ Mo-
uebatur etiam Gregoriꝰ ꝙ ſicut motꝰ alterationis
nihil aliud ē quā qualitas acq̇ſita: ita motus localis
nihil aliud ē quā ſpaciū ꝑtranſitū. ¶ Ex dictis de mo
Corolū. 1. tu locali infero ꝙ ſtat idem moueri recte et circula-
riter vt patet ſi ſit vna ſemi diameter tangens circu
lum in punto tantum: et illa deſcendat intra circulū
trāſeundo vnam qurtā eiꝰ ita vt ſit illa ſemi diame-
ter penetrans in circulū tota vſq̄ꝫ ad centrum: ſꝫ ſit
talis modus ſe mouendi ꝙ vnus angelus ſemper ſit
in punto vbi illa ſemper diameter tangit circulum
tunc clare patet illum angelum moueri recte qꝛ trā
ſit ſemi diametrū et mouetur circulariter qꝛ tranſit
quartam partem circuli ergo idem mouetur recte
Corolū. 2. et circulariter ſimul et ſemel. Sequit̄ ſecundo ꝙ dū
mouetur vnus globus ligneus rotando per terram
planam ille quidem mouetur pluribus motibus cir
cularibus et facit plures circulos ſe contingentes
exterius eccentricos et non eſt vnꝰ motꝰ circularis
continuus: immo illi motus recti ſunt plures et non
vnus quia ſemper tangit in punto tantum et puncta
Corolū. 3. non poſſunt cōtinuari. ¶ Sequitur tertio vt dixit in
primo phiſicorꝫ ꝙ omne quod mouetur per terram
planiſſimam partim aſcendit et partim deſcendit.
Corolū. 4 ¶ Sequitur quarto ꝙ ſtagnum in terra planiſſima
fundatū profundius eſt in medio quam in extremis:
quia cum aqua ſemper fluat ad locum decliniorem
neceſſe eſt cum medium ſit declinius ibi fluere ma-
iorem quantitatem aque: ꝙ ſi ſic ergo in medio ē ꝓ-
Corolū. 5 fundius. ¶ Sequitur quinto ꝙ puteus factꝰ ad mo
dū per pendiculi vel turris in fundo hꝫ latera ꝓpin-
quiora: quia ſuper rem ſphericam linea perpendicu
laris eſt que tendit ad centrū ergo cum in centro li
nee coniungerentur: quanto magis iret tanto ma-
Corolū 6. gis iret ad centrum appropinquādo. ¶ Sequitur
ſexto ꝙ cauans equalr̄ infra ſicut ſupra iniuriā facit
ſuo vicino ſi ita iret ad cētrū qꝛ nō accipit linea ꝑpē-
diculari q̄ ſuum ē. Quibꝰ d̄claratis vt hec q̄ ꝑtinēt
q̇dditati motꝰ ſemel d̄clarent̄ dico ꝙ motꝰ alterōnis
ē qualitas prīo acq̇ſita q̄ ē ꝑs q̄litatis acq̇rēde ita ꝙ
ſi ſit acq̇rēda albedo vt. 4. vna hora albedo vt duo ē
alt̄atio i iſtāti quo prīo acq̇rit̄: qꝛ ē aliq̄ q̄litas prīo ac
q̇ſita et ꝑs q̄litatis acq̇rēde ḡ ē alteratio: ex quo ſe-
quit̄ ꝙ oīs q̄litas motu alterōnis acq̇rēda infini: is al
terōnibꝰ acq̇rebat̄: qꝛ q̄lꝫ q̄litas q̄ ſi erat t̄s ad q̄m vl
timatꝰ erat alterō: ſequit̄. 2. ꝙ q̄lꝫ q̄litas cū pmū ē al-
terō non imediate an̄ fuit alterō: nec imediate poſt
hec erit alterō tñ imediate hoc erit: ſequit̄. 3. q̄lꝫ alte
rō icipit ꝑ pmū iſtās eē ſubito: ꝙuis oē q̄ alterat̄ ſuc
ceſſiue alterat̄ nec hoc ē difficiliꝰ ꝙ cuiuſꝫ albedinis
dat̄ pmū iſtās eē tñ incipit albedo ꝑ vltimū nō eſſe et
nihil ſit in inſtāti ꝯplete ipſius albedinis.

Quod quidē igit̄ hoc ſit: ꝛ q̄ accidi t
tunc meueri: cum eſt endelechia: et
et neq̄ꝫ prius neq̄ꝫ poſterius ōnſuꝫ ē.
Contingit. n. vnūq̄ꝫq̄ꝫ aliquādo qui-
dē operari: aliqñ aūt non: vt edifica
bile ꝛ edificabilis actus: in quantū
eſt edificobile: edificatio eſt. Aut. n. hoc eſt edifica-
tio actus aut domꝰ. ſed cū domꝰ ſit non ampliꝰ edifi-
cabila eſt. Edificatur aūt edificabile. Neceſſe eſt er
go edificationem eſſe actū. Edificatio aūt motꝰ qui-
dā eſt. At vero eadē cōtinet rō in alijs motibꝰ.

Philoſophus tex. cō. 11. dicit ꝙ edificatio ē actꝰ
edificabilis ſm ꝙ eſt potētia: hoc mō aut edi-
ficabilis actꝰ ē domꝰ: ꝛ hoc nō qꝛ cū e domꝰ iā nō eſt
q̄ edificat̄ nec edificatio: ergo edificatio eſt actus
entis in potentia: ꝛ ſit ſillr̄is hoc mō: oīs edificatio eſt
actꝰ mobilis ſm ꝙ mobile: edificatio eſt motꝰ: ergo
motus eſt actꝰ mobilis ſm ꝙ mobile: ꝯña ē in datiſi:
totū añs eſt verū: ergo et ꝯñs: Et addit phs eadem
ratio accōmodabitur pro ceteris motibus.

## ¶ Dubitat̄ circa tex. cō. octaui vtrū

oē agens in agendo repaciat̄: ꝛ ꝙuis nos i tractatu
noſtro de calculationibꝰ de hac q̄ne abunde ſcripſi
mus: volo tñ mō ꝑfunctorie ꝛ obiter de hac q̄ne diſ
quirere. Et ꝓbo partē affirmatiuā ꝙ oē agēs in agē
do repatiat̄ actibꝰ phi ꝛ Auerrois. Prima eſt nr̄i Autori
textus vbi Ariſto: dicit ꝙ oē actiuū ē paſſiuū: qꝛ illō tas. 1.
actiuū hꝫ aliquid poteſtatis ꝛ actualitatis. Secūda Autori
auct̄as eſt in libro de generatione vbi loquit̄ de age tas. 2.
re ꝛ pati. Tertia auct̄as eſt q̄uo fieret mixtū niſi per Autori
actionē ꝛ reactionē quattuor elementoꝝ temperarē tas. 3.
tur. Quarta auct̄as ē Auerrois. 4. metheo. cō. 10.
vbi argumento a mixtura idem ſubſtinere videtur. Autori 4
Quinta auct̄as eſt Auerrois. 3. de aīa cō. 20. vbi ve- Aut̄as. 5
rificans verbū Alexandri aphrodiſij dicit ꝛ ꝙ bene
aſſimilat illud Alexander igni. Ignis eñi ē innatus
alterare om̄e corpus ꝑ virtutē exñtē in eo: ꝛ tñ cum
hoc patit̄ aliquo mō ab eo q̄ alterat: ꝛ aſſimilat̄ cuꝫ
eo aliquo mō ſimilitudinis. i. acquirit ab eo formaꝫ
igneā minorē: forma ignea alterante. ¶ Preterea Rō. 1.
rationibus ꝓbatur: qꝛ cū ſit mixtio neceſſe eſt elemē
ta oīa temperari: ergo ſit actio ꝛ reactio. Secunda Rō. 2.
rō: qꝛ qualitas magis actiua eſt minime reſiſtiua: er
go poteſt eſſe ꝙ actiuitas caliditatis ſuperet reſiſtē-
tiam frigiditatis ꝛ econuerſo actiuitas frigiditatis
ſuperet reſiſtentiaꝫ caloris: ergo fiet actio ꝛ reactio
Tertia rō: niſi ita eſſet ſequeret̄ ꝙ agēs. a. dū agit in Rō. 3.
paſſum. b. haberet agens. a. quodcūq̄ꝫ ſit infinitā re-
ſiſtentiaꝫ: ſeq̄lla ꝓbatur: qꝛ falſitas ꝯñtis nota eſt: qꝛ
in infinitū parua eſt aliqua pars ꝛ i infinitū parue re
ſiſtentie: ergo ſi non pōt agere in partē q̄tūuis mini-
mā agentis ſequit̄ ꝙ erit paſſum infinite reſiſtentie:
pꝫ qꝛ q̄cunq̄ꝫ pars eſt maioris reſiſtentie ꝙ totū agēs
actiuitatis: ergo cū in infinitū parua ſit aliqua pars
ꝛ quelibet maioris reſiſtentie quā paſſum: q̄libet ſu-
perabit actiuitatē paſſi ꝛ ſic in infinitū ſaltem ſynca
thegoreumatice ſuperabit actiuitatē paſſi exponen
do per reduplicationē ſpērū. i. pluſq̄ in duplo totum
quā medietas: ꝛ pluſq̄ in quadruplo quā quarta pꝰ:
ꝛ pluſq̄ in octuplo quā octaua: ergo infinite reſiſten

tie erit totū in ordine ad paſſuꝫ: cū q̄lꝫ ps ſit maioris reſiſtentie ipſo toto igne. Et confirmatur ſi ſuper aliquā partē .a.b. ſufficeret agere eſſet .a. alicuiꝰ reſiſtētie: ⁊ ſi ſuper in duplo minorē tm̄ eſſet .a. in duplo maioris reſiſtentie: ergo ſi ſuper nullā eſſet infinite reſiſtentie agens .a. ex quo ꝓbabit̄ .b. nulliꝰ actiuitatis eſſe q2 in nullā reſiſtentiā quantūuis paruā ipſius .a. pōt agere. ¶ Comprobat̄ experientiis titulꝰ q̄ōnis affirmatiuus: q2 ferrū ignitū iactū intra aquā eā calefacit: ⁊ ab ea infrigidatur: ergo repatit̄ cum agit. Secūda experientia de vola manus q̄ frigeſit a glacie et tm̄ manus liquefacit glaciē. Tertia experiētia de duobus vaſis duris dum ſe percuciūt ⁊ frangunt̄ ambo. Quarta experientia: guttula aq̄ ſup magnuꝫ carbonē ꝓfuſa ab illo patitur cū reſoluatur ⁊ certaꝫ partē ignis extinguit: ergo cū agit repatitur. His iam diſcuſſis ⁊ ꝓ parte affirmatiua ventilatis. Pro parte negatiua eſt argumētum vrgētiſſimū ſi pōt .a. agens deſtruere totum paſſuꝫ ita ꝙ nihil paſſi maneat cur ipſummet agens non poterit ſe defendere ne quicꝙ̄ detrimenti ab agente patiatur. ¶ In hac materia ⁊ ſi ſcripſerim multa egregia ī tractatu tertio noſtraꝝ calculationū: tm̄ mō obiter dicā aliq̄d de q̄ōne in qua verſant̄ due opiniones. Prima eſt cōis q̄ꝫ oē agens in agendo repati extra quoſdam caſus: primus ſi non cōicant in materia non fit actio ⁊ reactio vt pꝫ de celo agēti in hec inferiora a quibꝰ non repatitur. Secundus caſus eſt quando agens agit actione intentionali. Nā viſibile agit in viſum ⁊ viſus non agit in illud: q2 viſio fit non extra mittendo: ſed intꝰ ſuſcipiendo. Tertius caſus eſt ſi non ſolū agens ſuperet paſſum in actiuitate ſed etiā in reſiſtentia. Nam quis credat ꝙ ignis maximus infuſa ſup eū guttula aq̄ ab ea repatiat̄ quicꝙ̄. Quartꝰ caſus eſt qn̄ paſſuꝫ habet agens extra ſpheram ſue actiuitatis: ſed non econuerſo vt contingit ſi agens agat ad decē pedes ⁊ ſphera actiuitatꝫ paſſi ſit ad quincꝫ pedes ⁊ ſit paſſum diſtans ab agente per ſex pedalitates. ¶ Hec opinio cōis fulcit̄ in hoc ꝙ latitudo actiuitatis ⁊ reſiſtētie ſunt ineq̄les in q̄litatibꝰ primis ita ꝙ ſicut aliq̄ q̄litas ē magis actiua ē miniē reſiſtiua ⁊ ita cū ī actione nō cōparet̄ gradꝰ gradui pōt actiuitas caloris vt 8. agere ī reſiſtētiā frigiditatꝫ vt. 8. ⁊ viceꝟſa actiuitas frigiditatis vt. 8. ī reſiſtētiā caloris vt. 8. et ſic fit actio et reactio: hoc mō diſponendo cogitādum ē: ꝙ nulla q̄litas hꝫ tm̄ ꝺ actiuitate ſicut ſunt in ea gradꝰ niſi caliditas: ſit caliditas vt. 8. actiuitatꝫ vt. 8. et reſiſtentie vt tria: ⁊ frigiditas. 8. graduū: cū ſit minus actiua ꝙ̄ caliditas ſit vt. 6. actiuitaꝫ ⁊ reſiſtētie vt. 4. q2 eſt magis reſiſtiua ꝙ̄ caliditas. Profecto ſic facta diſpoſitione erit agens caliditas vt. 8. in reſiſtentiā frigiditatis vt. 8. q̄ ē vt. 4. ⁊ reagēs frigiditas vt. 8 q̄ eſt actiua vt. 6 in reſiſtentiā caliditatis vt. 8. q̄ eſt vt. 3. Ecce modū quo quis pōt imaginari actionem ⁊ reactionē inter aliqua: ⁊ vides ꝙ nō ſequitur a ppoꝛtione eq̄litatis fieri actionē nec minoris ineq̄litatis: q2 non cōparamꝰ in actione gradū gradui: ſed actiuitatē reſiſtētie q̄ ſunt diſpares vt pꝫ in diſpōe caſus. ¶ Alia eſt opinio Calculatoris tenētis ꝙ eſt impoſſibile fieri actionē ⁊ reactionē ſm̄ eandē partē ſꝫ ſm̄ diuerſas partes: aut ſm̄ diuerſas q̄litates ita ꝙ dū aq̄ agit in ignē: ignis reagit in eā: ſꝫ ignis agit ꝑ caliditatē et repatitur per humiditatē. ¶ Auguſtinus nimphꝰ tenuit ꝙ oē agēs in agēdo repatit̄ priuatiua reactione non poſitiua. Vocat poſitiuā cū paſſum minuit aliquid de agente: priuatiuā vocat reſiſtentiā; ita ꝙ oē agens in agendo repatit̄ .i. inuenit reſiſtētiā in paſſo. ¶ Jam vero reſtat reſpōdere ad rōnes factas. Primo ad auctoritates ad illā in qua dicit̄ oē actiuū eſt paſſiuū: ⁊ ad ſecūdā ſimili mō intelligunt̄ de reactione priuatiua non poſitiua. Ad rōnē de mixto tēꝑato ex elementis dic ⁊ bn̄ ꝙ illa elemēta ſe tēperant ſm̄ diuerſas q̄litates vel ab influentia celeſti: ad aliaꝫ ꝙ oīs q̄litas magis actiua eſt minime reſiſtiua. Nego hoc ſm̄ hanc opinionē: imo tm̄ eſt actiua quātū reſiſtiua: ad aliā ꝙ ſi non pōt agere in aliquā parteꝫ: ergo paſſum eſt infinite reſiſtentie. Rn̄deo ꝙ nō ē infinite reſiſtentie ſed maioris quā agens q2 partes ſe adiuuant ⁊ ita tm̄ reſiſtit minima ſicut totū ⁊ ſic pꝫ reſolutio queſtionis.

¶ Qd̄ aūt bene dictū ſit manifeſtū ē ex q̄bꝰ aliꝫ de ip̄o dicunt: ex eo q̄ nō facile eſt diffinire alit̄ ip̄m. Necꝫ .n. motū in alio genere ponere pōt vticꝫ aliq̄s. Manifeſtū aūt intendētibꝰ quēadmodū ponunt quidā ip̄m alteritatē ⁊ inequalitatē: ⁊ q̄ nō ē dicētes eſſe motū: quoꝝ nullū neceſſariū ē moueri: necꝫ ſi altera ſint: necꝫ ſi inequalia necꝫ ſi non ſint. T.cō.12.

¶ Doctor ſanctus exponit hunc textū ꝙ cū Ariſto. ſupra definitionē motꝰ explicauerit cōpōe ⁊ diuiſiōe vt viſum eſt mō eā indirecte declarat dicēs ꝙ nō recte aliꝫ diffinierūt: nec pōt alr̄ recte definiri: cū non poſſit motꝰ eſſe in alio genere ꝙ̄ in genere actꝰ: ⁊ lꝫ hec expō ſit pulchra tm̄ auerrois alr̄ exponit dicēs ꝙ triplex ē diffinitio: q̄dā ꝑ ſe nota q̄ dr̄ petitio vt pūctꝰ eſt cuiꝰ ps nō eſt: alia prorſus ignota q̄ ſyllō declarat̄ vt definitio aīe: alia media ⁊ hec declarari ſolet compoſitione ⁊ diuiſiōe vt definitio motꝰ: aut loco a ꝯtrario aut ꝯtradictorio arguēdo. Prīo nō pōt ꝑ aliō genus ⁊ dr̄iaꝫ meliꝰ diffiniri ꝙ̄ diffinitū ſit a nobis: ſcdō ꝑ locū a ꝯtrario hoc ē ꝑ definitiōes malas alioꝝ q̄dā enī definiūt ꝙ motus ſit alteritas: q2 oē q̄ mouetur ſit alteruꝫ ab altero ⁊ ſemꝑ alr̄ ſe hēat: aliꝫ ꝙ ſit ineq̄litas aiūt: q2 oē q̄ mouet̄ q̄nto magis mouet̄ magis participat de termino ad quē: aliꝫ cē nō ens quia omne quod mouet̄ ad id mouetur quod non habet ꝙ autem iſti male dicant probat̄ non enim quia aliquid ſit alterum ab altero moueri dicitur vt q2 equꝰ ſit alter ab homine non moueri dicitur: ſimiliter denariꝰ quinario eſt inequalis et non propterea mouetur: ſimiliter chimera non eſt ens: et tamen non propterea mouebitur: et ex hoc patet bene ꝙ Ariſtote. non intendebat hic probare genꝰ definitionis motus vt themiſtius cogitat ſed totam definitionem.

SEd necꝫ mutatio in hoc necꝫ ex his magis eſt quam ex oppoſitis. Cauſa autem in hoc ponere ꝙ indeterminatum. Quiddam autē videtur eſſe motꝰ: alterius aūt coordinationis principia ex eo ꝙ ſunt priuatiua: ⁊ indeterminatiua ſunt necꝫ enim hoc: necꝫ tale: necꝫ vnū ipſoꝝ: q2 necꝫ duorū predicamētorum.) T.cō.13.

SEcundo declarat vt placet diuo Thome ꝙ motꝰ non ſit alteritas nec inequalitas nec nō ens ex parte termini ad quē q2 non ſemper quilꝫ motus terminatur in non eſſe nec in alteratione, nec in equalitatē: imo aliquis ꝺterminat̄ ad ſimilitudinē: aliquis ad equalitatē aliquis ad eſſe: et poſtea ꝓbat ex parte tr̄i a quo: quia aliquis venit ex non eſſe aliquis ex ſimili: aliquis ex equali ꝙ aūt motus ſit non ens ſuadebat pythagoras q2 ponit̄ in coordinatine priuatiuorū et indeterminatiuorū vt patet ponendo coordinationē priuatiuoꝝ hoc mō, par, infinitū, ſiniſtrum

femininum motũ.curuũ.altera parte longiꝰ opinio multa tenebꝛe:ſeries vero poſitiuoꝝ ſic diſponit.impar.finitũ.dextrũ.maſculum.quietũ.rectũ. quadratũ.intellectꝰ.vnũ.lumen.

T.cõ.14. VIderi autem indeterminatũ eſſe motũ cauſa eſt qꝛ nec in potentia eoꝛũ que ſunt generũ neqꝫ in actum eſt ponere ipſum,neqꝫ enĩ poſſibile:eſſe quantitatẽ potentia moueri ex neceſſitate neqꝫ quod actu quantũ eſt.

VUlt dicere philoſophꝰ motũ eſſe quid in determinatum qꝛ nec in aliquo genere perfecte collocabile nec eoꝛũ que ſunt actu nec eoꝛũ que ſunt potentia:ſed eſt quid mediũ inter actũ et potentiã. Nã ſi eſſet eoꝛũ que ſunt in actu õe quod actu haberet quãtitatẽ deberet moueri ad quantitatẽ:et ſi eẽt eorum que ſunt in potentia omne quod eſſet in potẽtia quantũ deberet moueri ad quãtitatẽ cũ eẽt in potentia quod eſt falſum.

T.cõ.15. ET motus quidem actus quidam videtur imperfectꝰ:cauſa autem eſt qm̃ imperfectũ quod poſſibile cuiꝰ eſt actꝰ ꝓpter hoc igit̃ difficile eſt ipſum accipere quid ſit:aut enĩ in pꝛiuatione neceſſe eſt ipſum ponere:aut in potentiã aut in actũ ſimplicẽ:hoꝛũ aũt nullũ videt̃ cõtingens relinquitur igit̃ p̃dictus modꝰ actũ quẽdã eſſe: ſed huius actũ q̃lẽ diximꝰ difficile quidẽ videre:ꝯtingentẽ aũt eſſe.

PEr contingentẽ intelligit poſſibilẽ litera eſt clara et dixit poſſibilem contra Zenonẽ et Parmenidem qui motũ abnegarunt,vt in ſexto videbit̃ et difficultas cognoſcendi motũ dicit Auerrois eſt ex natura rei:qꝛ motꝰ eſt natura imperfecta:et ẽ ex parte noſtra,vt habet̃ in ſecũdo meta. Nã non percipimꝰ niſi permanẽtia diſtincte et nõ ſucceſſiua:quod videt̃ vere clarũ quia quis bñ percipit ꝙ in inſtanti medio:motꝰ hoꝛarij ſit motꝰ hoꝛariꝰ:et tñ nulla medietas eius ſit:ſunt tñ ambe medietates:⁊ ꝙ aliquid cõponat̃ ex partibꝰ duabꝰ quaꝝ nulla ſit ipm tñ eſt.

T.cõ.16. MOuetur autem et mouens omne ſicut dictum eſt:cum ſit potentia mobile. Et cuiꝰ mobilitas quies ẽ cui enĩ motus ineſt huius ĩmobilitas quies eſt. Adhuc agere enĩ inquantum huiuſmodi ipſum mouere eſt. Hoc autem facit tactu : quare ſimul ⁊ patitur: Unde motꝰ actꝰ mobilis ẽ inquantũ eſt mobile. ¶Accidit autẽ hoc tactu motiui : quare ſimul et patitur.

ARiſtoteles intẽdit inueſtigare vtrũ motus ſit actꝰ motiui aut mobilis ⁊ dicit egregie Thomas velle phũm concludere alterã definitionẽ materialem motus que ſit velut concluſio pꝛioꝛis ſcilicet motus eſt actus mobilis in quantũ mobile;et ſtatim in hoc loco pꝛemittit vnã ſuppoſitionẽ et eſt ꝙ omne mouens mouet̃ quã declarat tribus rõnibus. ¶Pꝛima rõ:omne quod pꝛius fuit in potẽtia : et poſtea ẽ in actu quoddã mõ mouet̃:ſed mouens quod mõ incipit mouere añ hoc erat in potentia et mõ eſt in actu ergo mouẽs mouet̃ et valet illa particula cũ ſit potẽtia mobile ideſt ad mouendũ. ¶Dicit ſecũdã rõnẽ ad illud et cuius ĩmobilitas eſt quies. Uult dicere cuicunqꝫ ſua ĩmobilitas ẽ quies illius motus: ẽ ſed multa ſunt mouẽtia vel agentia que cũ ceſſant agere quieſcunt ergo omne tale mouens quod dum ceſſat mouere quieſcit dum mouet mouetur. ¶Poſtea vero ea pte ad huc agere:declarat ꝓ vt accidat mouẽti ꝙ moueat̃:qꝛ coꝛpoꝛa q̃ cõicãt in mã(Ut excludamus celos)Agũt tactu mutuo:ſed omne tãgẽs tãgitur:ergo omne mouẽs cõmunicãs in materia cũ moto mouet̃. Sed hunc eũdẽ textũ alr̃ exponit themiſtius volẽs eandẽ definitionẽ reſumere et declarare clarioꝛibus verbis pꝛemittẽs ꝙ õe mouẽs poteſtate mouet̃. Deinde dicit cuiꝰ immobilitas eſt quies eidẽ põt cõpetere motꝰ:qꝛ ꝯtraria nata ſunt fieri circa idẽ;dicit quies qꝛ poli ſunt ĩmobiles:et nõ q̇eſcũt qꝛ nõ poſſunt moueri:eſt igit̃ ſuppõ õe mouẽs quod potentia eſt mobile et cuiꝰ ĩmobilitas eſt q̇es in mouendo mouet̃:addita eſt aũt hec ſecũda ꝯditio nõ ad neceſſitatẽ ſed ad explicationẽ pꝛīe ſillogizat ſuppõnẽ ſic omne agẽs in aliq̇d cũ quo cõicat in materia ĩ mouendo mouet̃ omne mouens eſt agẽs tale:igit̃ omne mouens in mouẽdo mouet̃ ⁊ illiꝰ rõnis ponit minoꝛẽ dicens. Nã mouens ipſum quod q̇dẽ tactu et cõicacione materie agit agens eſt in hoc quod tale eſt ſcilicet cõicacione materie infert q̄re ſimul ⁊ patit̃ ⁊ in mouẽdo mouet̃:et nota ꝙ quãuis in grecis codicibꝰ legatur agere et pati per infinitiua verba ad nos veniunt quandoqꝫ pꝛo ꝑticipijs. ¶Notat Auerrois in iſta parte;ꝙ ad hoc vt mouens moueatur requiritur pꝛimo ꝙ eius ĩmobilitas ſit quies quare habitꝰ et qualitates ſpirituales mouẽt ſꝫ nõ mouent̃ ꝓpꝛie cum nõ ſint coꝛpoꝛa. Secundam adiecit cum dixit omne mouens potentia volens dicere ꝙ ſit communicãs in mã ꝓpter quod excluſit celos reſpectu ĩferioꝝ ex his ĩfert. Tertio ꝙ mouẽs nõ mouet̃ q̄tenꝰ mouet:ſꝫ q̄tenꝰ ẽ ens mobile ⁊ id cuiꝰ ĩmobilitas ẽ q̇es.

VNde motꝰ actꝰ ẽ mobilis ĩ quãtũ eſt mobile. ¶Accidit autem hoc tactu motiui quare ſimul et patit̃ : ſpecies autẽ ſemꝑ exiſtimabit̃ aliquam mouens aut enim hec aut qualis: aut quanta:que erit pꝛincipiũ et cauſa motꝰ cuꝫ moueat actu hõ facit ex potentia exñte hoĩe hominẽ. T.cõ.17.

TUnc Ariſtoteles ex ſuppoſitione cõcludit diffinitionẽ ſecundam motꝰ qꝛ motꝰ eſt actus mouẽtis nõ quatenus eſt mouens: ſed quatenꝰ eſt poteſtate mobile: ergo motꝰ eſt actꝰ mobilis in quãtũ mobile:ſꝫ Themeſtiꝰ duas hic dubitationes perſoluit. ¶Pꝛima quidem ẽ ꝯtra ſuppoſitionẽ in qua dictũ ẽ oẽm rem que de poteſtate egredit̃ ad actũ opoꝛtere eſſe in motu. Nam arboꝛ q̄ mihi a dextris ẽ ſi ad leuã me contulero de poteſtate egredit̃ ad actũ:et tamẽ nõ mutat̃. Dicendũ ad hoc ꝙ illa ꝓpoſitio intelligit̃ in abſolutis in quibus cõtingit ꝓcedere de imperfecto ad ꝑfectũ: nõ autẽ in reſpectiuis in quibꝰ contingit fieri ſubitam mutationẽ cuiuſmodi eſt ĩ caſu õ arboꝛe. ¶Secunda dubitatio eſt qꝛ videt̃ hec diffinitio mala cũ diffiniat̃ eque ignotũ. Ad quod dicit nõ eſſe inconueniens quando ſunt relatiua:et tu intellige ꝙ iſta ſunt relatiua ſecundũ dici. ¶Pꝛobat autẽ philoſophꝰ vnde accidit ipſi mouẽti moueri et dicit ꝙ illud accidit motiui ratione quam habet ad rem quã mouet cuiꝰ rei cauſaꝫ affert qꝛ ſemper id quod mouet foꝛmã aliquam habet alicuiꝰ p̃dicamenti:q̄ quidẽ pꝛincipium ſit motꝰ ceu actu homo ex poteſtate homine. Puta ſemine humano facit hominẽ aut foꝛmã quã habet.ex his ergo patent duo. pꝛimũ q̇ᵭ mouens ꝑ ſe moueat qꝛ ꝑ ſe foꝛmã habet q̄ ẽ ꝑncipiũ ⁊ cauſa motꝰ ⁊ quod per accidens moueatur quatenus mouet tactu,et ita per accidẽs contingit quod mouens moueatur.ſ.per tactum. Tu tamen nota ꝙ Ariſtoteles nõ vult dicere ꝙ omne mouens moueat̃ motu eiuſdẽ ſpeciei cũ illo q̇ᵭ mouet :qꝛ illõ eſt ꝯtra

philoſophū expreſſe. 8. phiſicoꝝ. tex. cō. 28. ſed vt
aiunt expoſitores greci intelligit̄ omne mouens mo
uet̄ motu analogo quatenus educitur de poṫi moue
T. cō. 18. ri ad actū motionis. ¶ Textu. cō. 18. et dubiū mani-
feſtum eſt: ꝙ eſt motꝰ ī mobili. Actꝰ enim huiꝰ et ab
hoc. motiui autem actus nō alius eſt. Oportet q̄dē
enim eē actum vtriſqꝫ: motiuū q̄dem et in ipſo poſſe:
mouens autem in ipſo operari vel agere: ſed eſt acti
uū mobilis quare ſimiliter vnꝰ vtriſqꝫ actꝰ ſicut idē
ſpacium eſt vnius ad duo: et duorum ad vnum: et aſ-
cendentis et deſcendentis: hec enim vnum et idem
ſunt: ratio autem nō vna: ſimiliter autem eſt et in mo
uente et in moto. ¶ Remouet dubia ex declaratis.
¶ Primo queret aliquis vtrum motus ſit in mouēte
an in re que mouet̄. ¶ Reſpōdet philoſophus hinc
patet motum eē in re que mouetur tanꝙ in ſubiecto
Colligitur enim ꝙ motus eſt actus mobilis et ab eo
quod motiuū eſt. ¶ Et dicit ꝙ idē eſt actꝰ vtriuſqꝫ. ſ.
motiui et mobilis. Nam motus eſt actꝰ extrinſecus
motiui ⁊ eſt actus intrinſecꝰ mobilis. Nam idē motꝰ
eſt actio et paſſio: illa prout prouenit ab agente: hec
vero prout recipit̄ in paſſo: ſicut idē ſpaciū duorum
ad vnum et econuerſo realiter: ſed diuerſa ratione
et accliue et decliue idem ſed differunt in aſcenſu ⁊
deſcenſu. Similiter autem eſt in mouente et in mo-
to de motu comparato ad ambos: ꝙ eſt actus vnius
in quantū actio alteriꝰ in quantū paſſio.

T. cō. 19. Habet aūt defectū rōnabilē.
Neceſſe ē eīm fortaſſis eē quēdā actū
actiui ⁊ paſſiui. Hinc q̄dē. n. actio: il-
linc. n. paſſio opꝰ. n. ⁊ finis. huiꝰ quidē
actio: illiꝰ autem paſſio. ¶ Quoniam
igit̄ vtraqꝫ ſunt motus: ſiquidē alteri
in aliquo ſunt. aut eīm vtraqꝫ in patiente ⁊ moto ſunt
aut in agente ſunt vtraqꝫ: aut actio quidem in agen
te: paſſio autem in patiente eſt. Si autem oportet: ⁊
hanc actiōem vocare: equiuoce quidem fit at vero
ſi hoc eſt in mouente: motus erit eadem eīm ratio ē in
mouente: et in moto quare aut omne mouens moue
bitur: aut habens motū non mouebitur. ¶ Si autē
vtraqꝫ in moto ſunt: et in patiente: et actio: ⁊ paſſio:
et doctio: et doctrina: cum duo ſint in adiſcente: pri-
mū quidē ꝙ actꝰ vniꝰ cuiuſqꝫ non in vno quoqꝫ erit:
poſtea et inconueniēs eſt per duos motꝰ ſimul moue
ri quedā nāqꝫ erunt alterationes due vniꝰ: et in vnā
ſpeciem: ſed impoſſibile eſt. ¶ Sed vnius erit actꝰ
ſed irrationabile: et duorum: et alterorum ſecundū
ſpeciē eundē: et vnum eſſe actum et erit ſiquidē doc
tio: et doctrina idē et paſſio: et actio et docere cum
adiſcere idem et agere cum pati. Quare neceſſe
eſt oēm docentem adiſcere et agentem pati. ¶ Aut
T. cō. 20 neqꝫ actum alterius in altero eſſe inconueniens eſt.
¶ Eſt enim doctio actus docētis. In quodā enim: et
non deciſus: ſed huiꝰ in hoc. ¶ Neqꝫ vnū duobꝰ pro
hibet nihil eundem eſſe actum: non ſicut eſſe idem:
ſed ſicut eſt ꝙ potētia eſt ad agens. ¶ Neqꝫ neceſſe
T. cō. 21. eſt docentem adiſcere: neqꝫ ſi pati: et agere idem
eſt: non tamē tanꝙ rationē eſſe vnam: quod quid ē eē
dicentē: ſicut tunice: et indumenti: ſed ſicut via the-
bis ad athenas ⁊ ab athenis ad thebas quēadmodū
dictū ē priꝰ. Nō eīm oīa eadē inſunt quolibꝫ mō eiſdē
ſed ſolum quibꝰ eſſe idem eſt. ¶ At vero neqꝫ ſi doc-
tio: et doctrina idē: et adiſcere: et docere idē: ſicut
neqꝫ ſi ſpacio vnū diſtancium ſit: et diſtare hinc illuc:
T. cō. 22. et inde huc vnum: et idem eſt. ¶ Omnino aūt dice-
re eſt: neqꝫ doctio cum doctrina: neqꝫ actio cum paſ
ſione idē ꝓprie eſt: ſed cui inſunt hec: motus qō eīm
huius in hoc: et quod huius ab hoc actum eſſe: rōne
alterum eſt: ¶ Quid quidē igit̄ motus ſit: et vniuer T. cō. 23.
ſaliter: et ſm̄ ptem dictum eſt. Non eīm in manifeſtū
eſt quō determinabitur ſpecierum vnaqueqꝫ ipſius.
Alteratio quidē eīm alterabilis ſm̄ ꝙ eſt alterabile
endelechia eſt. Amplius aūt notiꝰ ꝙ potentia actiui
et paſſiui in quantū huiuſmodi: ſimpliciterqꝫ: ⁊ iterū
ſecundum vnumquodqꝫ: qm̄ edificatio aut medica
tio: eodē aūt dicetur mō et de aliis motibꝰ ſingulis.

Ariſtoteles in preſentiarū diſputat quādā qō
nē quā vocat logicā idest rōnabilē et eſt vtrū
agere et pati ſunt vnꝰ motꝰ et in quo ſubiecto ſint et
aī quam dubitationem ꝓſequatur premitit eē quen
dam actū actiui ⁊ paſſiui qui quidē vocat̄ aliꝰ actus
ideſt cōmunis actiui et paſſiui et ille actꝰ eſt opus ⁊
finis illiꝰ quidē actio; ideſt agentis ſed huius paſſio
ideſt patientis: ſtatim vero philoſophus dicit ꝙ ſi te
neamꝰ actionē et paſſionē eē diuerſos motꝰ in aliquo
ſubiecto ſunt: aut igit̄ ambo ſunt in patiente: aut am-
bo in agente: aut actio in agente et paſſio in patiēte
aut paſſio in agente et actio in patiente: et ſtatim re
probat hoc quartum dicens ꝙ videt̄ equiuoce et in
ꝓprie vocare actionem q̄ eſt in patiente. Poſtea phi
loſophꝰ ꝓbat ꝙ non poſſit actio eſſe in agente et paſ-
ſio in paſſo q: cū actio et paſſio ſint motus erit mo-
tꝰ in mouēte ⁊ ſic ōe mouēs mouebit̄ aut aliq̄d motū
habens non mouebit̄. ¶ Deinde philoſophus impu-
gnat ꝙ ambe nō poſſunt eē in patiente ⁊ hoc ꝓponit
dicens ſi vero ambe: et actio et paſſio ſint in paſſo et
doctio et diſciplina ambe ſint ī adiſcente: ſeq̄tur ꝙ
actus nō eſſet in ꝓprio denominabili. nā actio nō in
agente eēt qō agere denominat̄. Deinde ſeq̄retur ꝙ
vnum mobile diuerſis motibꝰ moueret̄: vt paſſione ⁊
actione; q̄ ſunt due motiones diuerſe: quod ē impoſſi
bile quemadmodū neqꝫ due alterationes eē poſſunt
vniꝰ et ad vnam formā ergo ambo eſſe nō poſſunt in
patiente. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ ea parte ſi ve-
ro vnꝰ ſit actus irrationabile vtiqꝫ erit ꝓbat ꝙ actio
et paſſio nō ſunt vnus motꝰ quia ſequeretur ꝙ idem
eſſet diſciplina et dotrina. Et agere et pati diſcere ⁊
docere et ſic ōe docens adiſceret qō ē falſum. ¶ Po
ſtea vero philoſophꝰ dicit ſolutionē ꝙ actio et paſſio
ſunt vnꝰ motus realiter et ſubiectiue in quantū ſunt
in patiente duo tamen ſecundū rationē et ſtatim ſo-
luit abſurda q̄ inferebant̄ ſi actio et paſſio ſint vnus
motꝰ aut diuerſi. Erat enim ratio ꝙ actus cuiꝰqꝫ non
eſſet in eo cuiꝰ eſt et concedit hoc. Nā doctrina ſiue
doctio eſt actꝰ docentis ⁊ ē in aliquo nō geminꝰ atqꝫ
inciſus ſed vnus ⁊ contiuus et ita actio eſt actꝰ agen
tis vt a quo nō vt in quo: non ē inconueniens actꝰ ali-
cuiꝰ vt a quo eſſe alteriꝰ vt in quo. Poſtea vero pħus
ea parte qua dicit nec vnū duoꝝ ſoluit aliud abſur-
dum ꝙ idem eēt actus duoꝝ realiter differentiū ad
quod reſpondet nullū eſſe inconueniens quādo ſub-
iecto vnus ſit ſet ratione diuerſus nanqꝫ Ariſt. vult
ꝙ quemadmodū ab agenti in paſſo et econtra ea-
dē ē diſtantia ſubiecto ſed ratione diuerſa ita eoꝝ
vnus eſt actus ſubiecto ſed ratione diuerſus. Nā q̄
tenus eſt ab hoc actio ē quatenꝰ eſt in hoc paſſio erit.
Poſtea vero philoſophꝰ. tex. cō. ii. dicit ꝙ nō ſequit̄
docentem diſcere et ſi pati ⁊ agere idē ſit. Nam age
re et pati licet ſint idem realiter tamē differunt ra-
tione ſicut via qua a thebis itur in Athenas et econ-
uerſo quare ꝓpter hāc diſtinctionem rationis nō oīa

predicata q̄ dicunt̄ de vno dicunt̄ de alio. Poſtea ve
ro Ariſtoteles negat iſtā conſequentiā doctrina eſt
diſciplina: ergo diſcere eſt docere nā nō valet conſe-
quentia ab abſtratis in concrecta maxīe in relati-
uis. Poſtea vero dat bonā cōparationem dicens ꝙ
coꝝ que diſtant vnuꝫ eſt ſpaciū ſiue diſtantia nō tamē
vnū diſtare imo duo diſtare .ſ. huius ab hoc ⁊ illiꝰ ab
hoc. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ dicit ꝙ tunc doctio
ſiue doctrina et diſciplina ſint idem .ſ. actio ⁊ paſſio
nā ſolum cōcedit̄ actionē et paſſionem identificari
vni motui. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ. tex. cō. 15. po-
nit tres diffinitiones motus. Prima motus eſt actus
entis in potentia et cetera. Secunda motus eſt actꝰ
mobilis et cetera. Tertia motꝰ eſt actus potentie actiui
et paſſiui quatenus tale et ſic declarato motu in vni-
uerſali deſcendit ad particularia dicens nō eē obſ-
cuꝝ quomodo diffiniant̄ alteratio medicatio ⁊ reliq̄
ſpecies nā alteratio eſt actꝰ alterabilis ī q̄ntū altera
bile.

Dubiū .i. ¶ Querit̄ circa iſtum textū ſi actio
⁊ paſſio ſunt vnꝰ motꝰ et nō diſtigunt̄ niſi ſm rationē:
quomodo diſtinguant̄: duo p̄dicamenta actionis et
paſſionis. Secundo ſi motꝰ vel eſt actio vel paſſio nō
Dubiū .2. inuenient̄ motꝰ in ſubſtantia quantitate vel qualita-
te ⁊ in vbi. ¶ Ad hec duo dicunt̄. Primo ꝙ licet mo-
tus ſit vnꝰ: et idem actio ⁊ paſſio tn̄ p̄dicamenta que
ſumunt̄ ſm motum ſunt duo .ſ. actio ⁊ paſſio: ſm qđ
a diuerſis rebꝰ exterioribꝰ fiunt p̄dicamentales de-
nominationes: nā alia res eſt agens a qua ſicut ab ex
teriori ſumit̄ per modū denominationis p̄dicamētū
paſſionis: nam pati nil aliud eſt quā ſuſcipere aliqđ
ab agente ⁊ alia res eſt patiens a qua denominatur
agens: nā actio nil aliud ē quā actꝰ ab agente ema
nans in aliud. ¶ Secunda dubitatio de facili ſoluit̄
dicendo ꝙ motꝰ conſideratꝰ ꝓut ē forma īperfecta
tendens ad vlteriorē p̄fectionē ſic eſt in genere ter-
mini ad quē: ſed cōſideratꝰ ꝓut eſt medium inter du
os terminos a quo et ad quē: ſic cōſiderat̄ ꝓut exit dē
potentia ad actū: et illo mō indiget cauſa reducēte
et extrahente: et ſic pertinet predicamento actiōis
et paſſionis. Hec diuus Thomas in preſenti. ¶ No-
tādum eſt vlterius ꝙ bene poſſibilis eſt aliqua actio
abſq; hoc ꝙ ſit paſſio vt pꝫ de creatione que eſt actio
et tn̄ nō eſt paſſio cū nō recipiat̄ in aliquo ſubiecto.
Preterea dico ꝙ impoſſibile eſt eſſe paſſioneꝫ niſi ſit
actio: q2 ſi aliquid patit̄ ab agente patit̄. Omnis
tamē actio naturalis eſt paſſio: quia omne agens na
turale agit in paſſo. Similiter motus eſt actio et
paſſio. Eſt enim actio ꝓut ꝓuenit ab agente: et ꝓ paſſio
ꝓut recipit̄ in paſſo: quare hec predicamēta ſola ra
tione diſtinguuntur et non realiter: ꝙuis ꝓpōnes vni-
uerſales negatiue in eis ſint vere: vt iſta: nulla actio
eſt paſſio: ſunt enim predicatiōes formales in quibꝰ
ſufficit vt ſint vere extrema importare eandē rē ſub
diuerſis rationibus formalibus. Ex quo ſequitur ꝙ
iſta ꝯña non valet: iſta ſunt diſtincta genere ergo nō
ſupponunt ꝓ eadem re: inſtantia pꝫ de ly homo ⁊ de
ly albū. Sequit̄ preterea ꝙ non valet actio eſt paſſio
ergo agere eſt pati: nam locus a coniugatis non va-
let niſi in predicationibꝰ quiditatiuis. Ultimo ſequi
tur ꝙ potentiarum actiuarum et paſſiuarum nō ac-
cipitur differētia ex actibꝰ cum idem actꝰ ſit actio ⁊
paſſio ſi vis plura videre de hoc vide Albertū de ſa-
xonia. q. 7. huiꝰ. 3. et Joannē de ianduno. q. 4. huiꝰ ⁊
5. et ſueſanum. tex. cō. 25. huius.

¶ Sequitur textus.

QUoniam autem de natura T.c.24.
ſciencia eſt circa magnitudines: et
tempꝰ et motum quoꝝ vnūquodq; ne
ceſſe eſt aut infinituꝫ aut finitū eē. Et
ſi non omne ſit infinitum: aut finitū: vt
paſſio aut punctuꝫ. Taliū enī fortaſſe
nullū neceſſe eſt ī altero hoꝝ eſſe; ꝯueniens vtiq; erit
de natura negociantē cōſiderare ſi eſt: aut nō eſt: et ſi
eſt: quid ē. ¶ Signum enim ꝙ huius ſcientie ꝓpria T.c.25.
cōſideratio de ipſo eſt. Omnes enī qui vident̄ ratio
nabiliter tetigiſſe huiuſmodi philoſophiā: fecerunt
verbū de infinito. Et oēs tanꝙ principiū quoddam
ponunt coꝝ que ſunt. Alij quidem quemadmodum
Pythagorici et Plato per ſe non ſicut accidens ali
cui alteri: ſed ſicut ſubſtantia ipſum eſſe infinitum.
Preter hoc quod pythagorici quidem in ſenſibilibꝰ
Neq; enim abſtractum faciunt numerum: et eſſe ex-
tra celum infinitum. Plato autem extra nullum eſſe
corpus neq; ideas: eo ꝙ nuſꝙ ſint ipſe: tamē infinitū
et in ſenſibilibus et in illis eſſe. ¶ Et hi quidem infi-
nitum eſſe parem. Hic quidem enim comprehenſus T.cō.26.
et ſub impari recluſus adhibet his que ſunt infinita
tem. Signum autem huius eſt quod contingit in nu
meris: circumpoſitis enim gnomonibꝰ circa vnum ⁊
extra: aliquando quidem aliam fieri ſpeciem: aliquā
do autem vnā. ¶ Plato autem duo infinita magnū ⁊
paruum. De natura aūt oēs ſemper ſubijciunt alte T.c.27.
ram quandam naturam infinito dictoꝝ elementorū:
vt aquam: aut aerem: aut medium hoꝝ. Finita auteꝫ
facientium elementa nullus infinita facit. Quicūq;
autem infinita faciunt elementa quemadmodū Ana
xagoras et Democritus. Hic quidem ex ſimilibꝰ par
tibus: ille autem ex omni ſemine figurarum per con
tactum continuū infinitū eſſe dicit. ¶ Et hic quidem
quamlibet partem eſſe ſimiliter mixtam toto ex eo T.c.28.
quod videt quodlibet ex quolibet fieri. Hinc eteniꝫ
videtur et ſimul aliquando omnes res firmate eſſe:
vt hec caro et hoc os: et ſic quodlibet: et oīa itaq; et
ſimul igitur. Principium enim nō ſoluꝫ in vnoquoq;
diſgregationis ſed et omniū eſt. Qm̄ enim omne qđ
fit: ex huiuſmodi fit corpore: omniū enim generatio
preterꝙ ꝙ non ſimul: et quoddam principiū eſſe opꝫ
generationis. Hoc autem eſt vnum: quod ille vocat
intellectū. Intellectus autem ex principio quoddaꝫ
operatur intelligens et cognoſcens. Quare neceſſe
eſt ſimul aliquādo oīa eſſe: et incipere moueri aliqn̄.
¶ Democritus aūt nihil alterum ex altero fieri pri- T.cō.29.
moꝝ dicit. Sed tn̄ ipſum cōe corpus omniū eē prin
cipiū magnitudine ſm partes et figuras differēten.
¶ Quod quidē igitur conueniēs ſit phiſicis hec ſpe T.cō.30
culatio manifeſtū ex his. Rationabiliter aūt et prin
cipiū ip̄m ponunt. Neq; enim fruſtra poſſibile ē ip̄m
eſſe: neq; aliā ineſſe potentiam: niſi ſicut principium.
Omnia enim principiū ſunt: aut ex principio: infini
ti autē non eſt principiū: eſſet enim vtiq; finis ipſius.
Ampliꝰ aūt et ingenitū et incorruptibile: ſi eſt quod
dam principiū. Quodcūq; enī fit neceſſe eſt accipe
finem: et finalitas eſt corruptionis. Quare ſicuti di-
cimus non eſt huiꝰ principiū: ſed hoc alioꝝ videt̄ eē:
et cōtinere oīa et gubernare: ſicut affirmant quicun
q; non faciunt extra infinitum aliquā cauſaꝫ: vt intel
lectū aut concordiā. Et hoc eſſe debet diuinum. Im
mortale enim et incorruptibile ē: ſicut affirmāt Ana
ximandrios et plurimi philoſophoꝝ.

PHiloſophus tex.cōmē.decimi quarti declarat ꝙ philoſopho naturali pertinet tractare de infinito dicens pho naturali ptinet conſiderare circa magnitudines ⁊ tempꝰ et motuȝ quoꝝ vnūquodq̨ neceſſe eſt aut finitū, aut infinitū eſſe:ſȝ tñ nō eē eſt finitū vel infinitū vt pȝ de puncto et de paſſione ideſt q̄litate q̄ nec ſunt finita neq̨ infinita et hoc dixit d̄clarando pertinere pho pꝛio cōſiderationem de infinito q2 poſſet aliquis credere infinitū rōne ſue cōmūitatis ptinere pho pꝛio quod declarauit eſſe falſum ꝑ exēplum de puncto et caliditate:poſtea vero dicit ꝙ ptinet pho cōſiderare infinitū q2 oēs phi tetigerunt eſſe infinitū et dicebant eē pꝛincipiū rerū imo pithagoꝛas et plato ponebāt nō eē accidēs alicui nature ſȝ eſſe quoddā ꝑ ſe exiſtēs:et hoc emopetebat eoꝝ opinioni q2 ponebant numeros et quantitates eſſe ſubſtantias rerū infinitū aūt in quātitate eſt. Preterea oſtendit d̄riā inter platonē et pithagoꝛam quantū ad poſitionē infiniti pꝛio q2 pithagoꝛici non ponebāt infinitū niſi ī ſenſibilibꝰ et ſingularibꝰ ⁊ non faciebant ideā nūeri abſtratam et ponebant hoc infinitū extra celos nullū eſſe coꝛpus:neq̨ ideas eo quod nuſq̨ ſint ipſe locus coꝛpaliū eſt:quales nō ſunt idee tñ dicebat nō ſolū infinitū eſſe in rebꝰ ſenſibilibꝰ ſȝ etiā in illis ideſt in ideis ſeparatis. Deinde phꝰ dicit de mente pithagoꝛe infinitū cōpari potiꝰ nūero pari eo ꝙ finiatur ⁊ cōpꝛehendaꝛ ſub impi addendo vnitatē ⁊ dat ſecundā rōnē q2 vt omnibus numeris circa vnum incipiendo ab vno qō eſt poteſtate q̄dratū et extra ideſt in alijs pibꝰ addendo pꝛimo quadrato velut noꝛmatī ſecundū imparē reſultat ſecūdꝰ quadratꝰ vt addendo vnitati ternariū reſultat q̄ternariꝰ:et ſi iſti q̄drato ſcilicet quaternario addamꝰ tertiū imparē qui ē quinarius reſultat tertiū quadratū ſcilicet nonenariꝰ et ſic foꝛma impis videꝛ eſſe vna et finita ſȝ addēdo circa vnū ideſt vnitatē noꝛmatim et eodē noꝛmatim et eodem mō omnes pares reſultāt diuerſiſſime ſpecies figurarum vt ſi vno addamus pꝛimū parem ideſt binariū fit ternarius pꝛimꝰ numerꝰ trī laterꝰ et ſi iſti addas ſecūdū partem ideſt quaternariū reſultat eptagonus plato vero facit duo infinita ideſt magnū et paruum:ſed ſimplicius contra Alexādrū peripatheticū dicit pithagoꝛam attribuiſſe infinitudinē pꝛio pꝛincipio ideſt eo cum quo plato et catholici conueniunt:dicentes deū eſſe virtute et perfectione infinitum. Deum autem vocat plato magnum Magnum:q2 nihil eo maius paruum vero in cunctis eſt minimis. Pithagoꝛas vero appellat ipſum infinitudinem extra celum hoc eſt in celo non contentum nec clauſum:q2 cum ſit imēſus infinitus:chaos extra celum poſuit infinitū et ſuam infinitatē cōparat nūero pari:q2 nihil efficit quim reſtet ad huc aliquid efficiendū ſicut non eſt par nūerus quim illi poſſit addi vnitas:quare patet hec oīa eſſe ſoli deo tributa eſſeq̨ verba cōſueta apud antiquos:qui numina occultare quantum poterant enitebantur:ne illorum publicatione in contentum venirent vt autoꝛ ē philoxenus. ¶ Dicit deinde phs:ꝙ oēs ſubijciunt alteram quandā naturam infinito ideſt faciunt infinitum eſſe accidens:et eam naturam quam ſubijciunt īfinito quiddā vocauere aerē aut aquā aut medium hoꝝ:ſȝ ponētiū finita pꝛincipia gn̄ationis nullꝰ infinita facit ſm quātitatē:q̇ vero aſſignant pꝛincipia infinita differunt q2 q̇dā ex ſimilibꝰ partibus vt Anaxagoꝛas;q̇dā ex indiuiſibilibꝰ ſm quātitatē differentibꝰ figura:et Anaxagoꝛas oīa miſcet cū omnibꝰ q2 videbāt fieri quodlȝ ex quolibet. Hinc etenim videꝛ et oēs res firmatas eſſe ideſt coniunctas:vt hec caro:hoc os:⁊ ſic quodlȝ ideſt de quolȝ alio:⁊ omnia itaq̨ et ſi muligiꝛ aliquando erant oīa:et non ſolum opȝ ponere vnū pꝛincipiū diſgregationis cuiuſlibet rei ſed et omniū ſimul:et hic eſt intellectꝰ imixtꝰ ſed democritꝰ non ponebat vnū fieri ex altero.ſed natura coꝛpis q̄ eſt cōmunis omnibꝰ in diuiſibilibꝰ coꝛpibꝰ differens ſm ptes et figuras ⁊ pꝛincipiū omnium ſm oꝛdinem concludit bonā eē pho ſpeculationē de infinito: Poſtea phs ponit.4.in quibꝰ concoꝛdabāt pꝛimū ꝙ omnes poſuerūt infinitū eē pꝛincipiū:⁊ hoc rationabiliter ideſt per ꝓbabilē rōnē:nō eñ poſſibile eſt ſi infinitū eſt ꝙ ſit fruſtra:ergo vel eſt pꝛincipiū vel ex pꝛincipio:ſi pꝛimū intentū:ſi ſecundū ergo ſi hȝ pꝛincipiū habȝ finē. Sȝ certe iſta rō antiquoꝛum non valȝ:q2 ſemel capiunt pꝛicipiū ꝓ pꝛincipio gn̄ationis:et deinde ꝓ fine magnitudinis in quo eſt clara equocatio. Scōm qō aiunt eſt ꝙ eſt incoꝛruptibile et ingenitū:q2 ſi eſſet genitū et coꝛruptibile haberet pꝛincipiū et finem:et ſic non eſſet infinitū in quo vides rerū eſſe equiuocationē. Tertiū ꝙ continebat et gubernabat oīa:et hoc erat apud eos q̄ ſolū ponebāt vnū pꝛicipiū materiale:non vero apud illos q̄ ponebāt pꝛicipijs concoꝛdiā et intellectū vt Anaxagoꝛas:et hoc infinitū debȝ eſſe diuinū et īmoꝛtale et incoꝛruptibile vt aſſeruerūt Anaximādros et plīmi phiſicoꝛum.

ESſe autē infinitū fides ex quinq̨ contingit maxime intentēdētibꝰ ex tempoꝛe:hoc eñ infinitū:⁊ ex magnitudinū diuiſiōe. Utunꝛ eñ mathematici īfinito. Amplꝰ ſic vtiq̨ ſolū non eſt deficere fieri:et coꝛrūpi:ſi infinitū ſit āplꝰ inducendo finitū ſemꝑ ad aliquid. ¶ Quare neceſſe eſt ei nullū eſſe trm:ſi ſemper inducere neceſſe eſt alterū ad alterū. ¶ Maxie aūt:⁊ magis ꝓpꝛie qō cōmunē facit dubitationē oībꝰ:ꝓpter id eñ qō intellectu nō ē deficere et nūerꝰ infinitꝰ videꝛ eē:et mathematice magnitudines:et qō ē extra celū. Infinitū aūt cū ſit extra:et coꝛpꝰ infinitū videꝛ eē:⁊ mūdi:qd eñ magis vacuū hic ꝙ ibi q̄re ſiq̇dē in vno loco:⁊ vbiq̨ eſſe magnitudinē. Similiter aūt et ſi vacuū eſt:et locꝰ infinitꝰ ⁊ coꝛpꝰ infinitū neceſſe eſt eē. Cōtingere eñ ab eſſe nihil differt in perpetuis. ¶ Habȝ aūt dubitationē de infinito cōſideratio:et nanq̨ nō eſſe ponētibꝰ multa impoſſibilia accidūt:et eē. Amplꝰ aūt q̄liter ē:vtrū ſicut ſucſtātia:aut ſicut accn̄s ꝑſe alicui nē:aut nāliter:ſed nihilominus ē infinitū:aut infinita multitudie. ¶ Maxime aūt phiſici eſt cōſiderare ſi ē magnitudo ſenſibilis infinita. ¶ Pꝛimū ergo determinādū quot modis diciꝛ infinitū. Uno q̇dē igiꝛ mō ꝙ impoſſibile eſt trāſiri ex eo ꝙ nō ē aptum trāſiri:vt ē vox īuiſibilis:aliꝛ aūt trāſitū hn̄s in ꝯſumabilē:aut qō vix:aut qō aptū natū ē hēre:nō tñ habȝ trāſitū:aut finē. Amplꝰ infinitū eſſe aut ſcōm appōnē:aut ſm diuiſionē:aut vtroq̨ mō. ¶ Sepatū q̇dē igiꝛ eē īfinitū a ſenſibilibꝰ ipſum aliq̇d ens īfinitū īpoſſibile ē,ſi nāq̨ neq̨ magnitudo:neq̨ multitudo ē:ſubſtantia aūt ipſū infinitū:et nō accidens:indiuiſibile erit. Diuiſibile enim aut magnitudo aut multitudo erit. Si autē indiuiſibile eſt:nō infinitū ē:niſi ſicut vox inuiſibilis. Sed neq̨ ſic dicunt affirmātes eē infinitū:neq̨ nos querimꝰ:ſȝ ſicut itranſibile. ¶ Si aūt ſm accn̄s ē īfinitū:nō erit

vticꝫ elemētū eoꝝ que ſunt ſm ꝙ ē īfinitū:ſicut necꝫ in
uiſibile locutionis:ꝙuis vox ſit inuiſibilis. ¶ Amplīꝰ
quomō contingit aliquid eē ipſum īfinitū ſi vero nō ē
et ſm numeꝝ ⁊ magnitudinē: quoꝝ ē ꝑ ſe paſſio q̄dā
infinitū. Adhuc eīm minꝰ neceſſe eſt eē ꝙ ſm numeꝝ
T.cō.37. et magnitudinē. ¶ Manifeſtū autē ē ꝙ nō ꝯtingit i
finitū eē ſicut actu eē:⁊ ſicut ſubſtantiā ⁊ principium.
Erit eīm quodlibet ipſiꝰ acceptū infinitū ſi partibile
eſt. Infinito.n.eē ⁊ īfinitū idē ē ſi ſuba īfinitū ē:⁊ nō de
ſubiecto. Quare aut indiuiſibile eſt: aut in infinita
diuiſibile. Multa autē īfinita eē īpoſſibile ē. At vero
ſicut aeris aer pars eſt: ſic ⁊ infiniti infinitū:ſi quidē
ſuba ē ⁊ principiū īpartibile:igiꝉ et īdiuiſibile eſt: ſꝫ
īpoſſibile ē eē actu infinitū: Quantitatē eīm aliquam
neceſſe ē eſſe. ¶ Secundū accn̄s ergo eſt īfinitū:ſed
T.cō.38. ſi ſic eſt dictū ē ꝙ nō cōtingit ipſum dice ꝑncipiū:ſed
illud cui accidit:vt aerē aut par. Quare īcōuenien
ter vticꝫ enuncient idē dicentes ſicut pythagorici di
cunt. Simul eīm ſubā faciunt infinitū:et parciuntur.
¶ Sed fortaſſis hec quidē ē vniuerſalis queſtio ma
T.cō.39. gis: ſi cōtingit in mathematicis īfinitū eē ⁊ ītelligi
bilibꝰ et in nullā habentibꝰ magnitudinē. Nos autē
ītendimꝰ de ſenſibilibꝰ: et de q̄bꝰ facimꝰ ſcīam: vtrū
in ipſis ē:aut nō eſt corpus īfinitū in augmentū.

Philoſophꝰ in preſentiaꝝ diſpu
tat hanc queſtionem vtrancꝫ parte ꝓbans
quod ſit dabile quincꝫ rationibꝰ. Prima ratio quia
tempꝰ ē īfinitum qȯ necꝫ inchoauit necꝫ fini et ergo
īfiuitū ē dabile. Secunda ratio cōtinuū ē diuiſibile ī
īfinitū qua tanꝙ ſuppoſitiōe vtunꝉ mathematici. Ter
tia ratio generationes ⁊ corruptiōes nūcꝫ deficient
ergo dabile ē īfinitū e quo tācꝫ e fonte perenni orieꝉ
q̇cquid inde ꝑ ablationē ꝓfici ſciꝉ. Quarta rō:ſi ſēꝑ
corpꝰ finiꝉ ad corpꝰ:oportet tandē īfinitū ⁊ ī mēſum
eē vel dabiꝉ aliqȯ corpꝰ qȯ in nullum deſinat corpꝰ.
¶ Auerro. aūt dicit oēs has rationes eē ꝓbabiles:
⁊ q̄ꝛ multa falſa poſſūt eē ꝓbabilia ⁊ multa neceſaria
etiā vt diciꝉ ꝑmo thopicoꝝ. Ideo ait aliquas haꝝ rō
nes eē veras ⁊ aliquas falſas ⁊ maxime apreciat illā
rationē de tēpore:dicens eē īpoſſibile ꝙ tempꝰ ī cho
auerit. Quia ſi tēpꝰ generareꝉ vel generareꝉ in tē
pore:vel in nunc ſi ꝑmū ante illꝰ temporis generatio
nē preceſſit tēpꝰ ⁊ eēt tempꝰ:ſi vero genereꝉ in nunc
cū illud nūc ſit cōtinuatiuū temporis futuri cum pre
terito ante illud nūc ꝑceſſit tempꝰ. ¶ Secūdo ſua
det hoc Auerroes oē qȯ gn̄aꝉ et corrūpiꝉ claudiꝉ tē
ꝑe a ꝑte an̄ et a ꝑte poſt:ſꝫ tēpꝰ nō claudiꝉ tēꝑe a ꝑte
an̄ et a ꝑte poſt ergo tēpꝰ nō gn̄aꝉ et corrūpiꝉ:tenet
ꝯn̄a in baroco:totū an̄s eſt verū ergo ꝯn̄s. ¶ Sed
he rōnes Auerrois ſm catholicos nihil valent:q̄ꝛ nō
oē qȯ īcipit īcipit ꝑ gn̄ationē:ſꝫ ꝑ ſimplicē emanatio
nē aliq̄n q̄ diciꝉ creatio. Nā tēpꝰ īcepiſſe dicimꝰ ꝑ ac
cn̄s ad mūdi et celi creationē ꝓpterea necꝫ ipm̄ in
cepit ī nūc necꝫ ī tꝑe ſꝫ bn̄ ď nouo ꝑ creationē. ¶ Qui
ta rō mens in cogitādo nūerū inter vallū et magni
tudinē extra celū non ꝺficit igiꝉ hec oīa ſunt infinita:
tenet ꝯn̄a q̄ꝛ q̇cq̇d intelligi pōt:eē opꝫ:ſi vt diciꝉ.4.
metha:imaginatiōes vere ſunt. Ultra ſpaciū extra
celū eſt infinitū:ergo mūdi erunt infiniti:hic eſt mū
dꝰ nō eſt potior rō ꝙ ſit in vna ꝑte quā in alia:et ſi va
cuū infinitū erit locꝰ non repletꝰ corꝑe infinitꝰ aptꝰ
natꝰ repleri:et q̄ꝛ tale vacuū eēt ꝑpetuū:⁊ hꝫ aptitu
dinē continendi infinitū:iā ꝯtinet infinitū:q̄ꝛ in ꝑpe
tuis nil differt poſſe eē:et eſſe:alioq̇ ꝑpetuo aliq̄ potē
tia ſeu aptitude fruſtrareꝉ. ¶ Eſt tn̄ magnū dubium
circa iſtā ꝓpōnē:ī ꝑpetuis nil differt poſſe eē ⁊ eē;q̄ꝛ
videꝉ ꝙ celū pōt moueri reuolutione craſtina:ſꝫ non
moueꝉ reuolutione craſtina:et deꝰ pōt de nouo aliū
mūdū facere:ſed nō facit nec faciet. ¶ Dicit Egidi
us romanꝰ ꝙ ſolū hꝫ iſta ꝓpō intelligi in deo quo ad
ſuas ꝑfectiones ſimplr̄:vt ſi pōt deꝰ eē ſapiēs iā ē ſa
piens et ſic de reliq̄s. ¶ Uel dicas vt de Janduno.q.
9.huiꝰ tertij:ꝙ in ꝑpetuis trāſmutatiōis ex ꝑtibꝰ nil
differt poſſe eē et eſſe:ſed in ꝑpetuis tranſmutabilibꝰ
vt eſt celū et materia pria nil differt poſſe eē et eē de
potentia reſpectu eē eēntialis vt ſi pōt eſſe m̄ā iam ē
ſed reſpectu eſſe ſupadditi vel accn̄talis:vt eſt reci
ꝑe hāc formā vel illā:aliud eſt poſſe eē et eē:nō eīm ex
hoc ꝙ pōt recipꝑe hanc formā ſequiꝉ ꝙ hꝫ illā: Auer
roes tn̄ dicit ꝙ ī ꝑpetuis nil differt poſſe eē ⁊ eē:ſi ſint
eterna nō ſubiecta tēpori:vt ſunt ea q̄ extra celos nō
ſubdita tꝑi. ¶ Ego tn̄ crederē magis ad literā Ariſ
totelē velle dicere:in ꝑpetuis nil differt poſſe eē.i.nō
inueniꝉ aliquod ꝑpetuū eternaliter fruſtratū eo: qȯ
ei ꝑ ſe et eēntialr̄ natū eſt cōuenire:et ideo nos bene
videmꝰ ꝙ ſi eſt aliqȯ ꝑpetuū ſimpliciter:cū iā infini
tū tempꝰ tranſierit a ꝑte an̄ ꝙ nō potuit toto illo tē
ꝑe eē orbatū exercitio illiꝰ potētie ſaltē in gn̄e vt in
ſole ſi pōt illūinare iā illuminauit,lꝫ nō ſi pōt hoc lu
mē facere:ſequiꝉ hoc lumen fieri.

¶ Obijcit Ariſtoteles in cōtrariū di
cit ergo dubitatio eſt circa infinitū vtrū ſit vel nō ſit
multa eīm īpoſſibilia accidūt ſiue ponamꝰ eſſe ſiue nō
eē ſimiliter vtrū ſit ſubſtātia vel accidere alicui natu
re aut neutro mō ſꝫ nihilominꝰ ē infinitū vnū aut mul
titudine infinita. Tādē cōcludit ꝙ maxīe phiſici eſt
conſiderare ſi eſt aliq̄ magnitudo ſenſibilis infinita.
Poſtea dicit ꝙ infinitū capiꝉ ꝓ illo quod īpoſſibile ē
trāſiri ex eo qȯ non eſt aptū trāſiri vt eſt vox inuiſibi
lis. Secūdo mō diciꝉ infinitū qȯ hꝫ tranſitū in conſu
mabilē aut vix. Ultio dicit ꝙ infinitū pōt accipi aut
ſecūdū apoſitionē tantū aut ſcōm diuiſionē tantū: aut
vtrocꝫ mō: prioris. Exm̄ eſt q̄ntitas continua. Secun
di exm̄ eſt nūerꝰ. Tertij exm̄ eſt tꝑs. Poſtea vero phi
loſophꝰ ponit rōnes ad excludendū infinitū: et prīo
ad excludēdū infinitū ſeꝑatū qȯ platonici poſuerūt
Secūdo ad excludendū infinitū a rebꝰ ſenſibilibus
ibi rōnabiliter q̄dē igiꝉ. Circa primū ponit tres rō
nes. Prima rō dicit īpoſſibile eſt eſſe infinitū ſeꝑatū
a ſenſibilibꝰ: q̄m tale nō erit q̄ntū nec multū ⁊ ſic erit
indiuiſibile:et ꝑ cōſequens nō erit infinitū ſi ē indiui
ſibile. niſi ſicut vox inuiſibilis ſic infininitū q̄ꝛ non fi
nitū:ſed nos q̄rimꝰ infinitū ſicut in trāſibile. Si vero
dicas infinitū non eſſe ſolā ſubſtantiā ſed hēre accn̄s
qȯ eſt magnitudo et multitudo cui cōuetit infinitū:⁊
ſubſtantie ꝯuenire infinitudiuē ſcōm illud accn̄s:ſe
quiꝉ ꝙ infinitū in quātū huiuſmodi non ſit principiū
eorū q̄ ſunt ſicut nō dicimꝰ inuiſibile eſſe principiū lo
cutionis ꝙuis accidat voci q̄ eſt p̄cipiū locutionis.
¶ Secūda rō poniꝉ ibi amplīꝰ qūō cōtinget etē ta
lis. Minꝰ eſt ſeꝑabile et ꝑ ſe exiſtens paſſio quā ſub
iectū:ſed infinitū eſt paſſio magnitudinis et numeri
ſed magnitudo et nūerꝰ nō poſſunt ſeꝑari vt in meta
phiſica ꝓbatū eſt ergo necꝫ infinitū. ¶ Tertia rō po
niꝉ ibi manifeſtū aūt eſt ⁊ dicit ꝙ nō poteſt poni ꝙ in
finitū ſit actu ſubſtantia et principiū reꝝ:q̄ꝛ vel ē di
uiſibile vel nō ſi primū q̄libꝫ eiꝰ ꝑs erit infinita q̄m in
ſubſtantijs idē eſt hoc eē et natura eiꝰ. Nā idē eſt ho
minē eē et natura hominis vnde oportebit ꝙ ſi de rō
ne infiniti ſit ꝙ ſit ſubſtātia et principiū cūctarū reꝝ
ipſum infinitū ꝓrinꝰ hēbit q̄ſlibꝫ ꝑtes infinitas cū q̄li
bꝫ ꝑs ſit p̄cipiū;⁊ pꝫ ꝙ ſit indiuiſibile aut diuidaꝉ

in ptes infinitas qḋ eſt īpoſſibile qm̄ ex multis infini-
tis cōpōeret̄ aliqḋ idē et ita infinitū trahet̄ ad aliud
infinitū. ¶ Et tota rō q̄re valet hec ꝯña eſt infinitū: er
go q̄libꝫ ps eſt infinita eſt iſta qꝛ infinitū ē principiū
et ſubſtantia ſimplex ergo q̄lꝫ ps principij erit infini
ta et principiū: ſicut q̄libꝫ ps aeris ē aer. ¶ Hoc aūt
impoſſibile eſt ꝙ ſit actu infinitū et indiuiſibile qꝛ oē
infinitū eſt quātū et ſic ſequit̄ ꝙ cōueniat infinito eē
principiū p accn̄s: q̄re nō eſſet pricipiū illud cui acci
dit: quare non eſſet principiū illud cui accidit quan
titas vt aer vt poſuerunt phi naturales: ſiue ſit aliq̄
ſubſtātia itelligibilis vt par ſicut pithagorici poſue
runt. Unde manifeſtum eſt ꝙ incouenienter dixerūt
pithagorici ponētes infinitū eē ſubſtātiā et ſimul cū
hoc dicentes ipm eē diuiſibile: qꝛ ſequit̄ ꝙ q̄libet ps
eiꝰ ſit infinita: qḋ eſt īpoſſibile: vt ſupradictum ē. Ul-
timo dicit ꝙ forſan iſta q̄ſtio trāſit limites: vtrum ſit
infinitum in mathemathicis et in in intelligibilibꝰ ⁊
in his q̄ nullā hēt magnitudinē. Solum .n. cēt inq̄rē-
dum: ſi ſit infinitum inſenſibilibꝰ.

T.c.40. Ratiōabiliter quidē igit̄ ſpe
culantibꝰ ex hmōi videbit̄ nō eē vtiqꝫ
Si .n. ē corporis rō ꝙ planicie deter
miatū ē: non erit vtiqꝫ corpꝰ infinitum
neqꝫ itelligibile: neqꝫ ſenſibile. ¶ Atue
T.cō.41 ro nec nūerꝰ ſic ē ſicut ſeparatꝰ ⁊ īfini
tus. Numerabile .n. numerꝰ eſt: aut hn̄s numerū. Si
ergo numerabile poſſibile eſt numerari. ⁊ tranſiri
vtqꝫ poſſibile erit infinitū. ¶ Phyſice aūt magis cō
T.cō.42 ſiderantibꝰ ex his manifeſtū erit. Neqꝫ .n. ꝯpoſitum
poſſibile ē eē infinitū neqꝫ ſimplex. Cōpoſitū q̇dem
igit̄ nō erit īfinitū corpꝰ ſi finita elementa ſunt multi
tudine. Neceſſe ē .n. plura eſſe ⁊ equare cōtraria ſp:
et nō eē vnū ipſoꝝ īfinitū. Si nāqꝫ q̄tūcumqꝫ defici-
at q̄in vnoquoqꝫ corpore ē potētia a potentia alteriꝰ
vt ſi ignis finitus ſit aer autem infinitus eſt aūt equa
lis ignis eq̄li aeri ī potētia quātūcūqꝫ duplicatus ſo
luꝫ āt nūeꝝ q̄ndā hn̄s: tūc manifeſtū ꝙ īfinitū excellit
⁊ corrūpit finitū. ¶ Unūq̄dqꝫ āt īfinitū eē īpoſſe ē: cor
T.cō.43. pꝰ .n. ē penitꝰ hn̄s dimēſionē. Infinitū āt īdeterminate
diſtans ē. Quare īfinitum corpꝰ vbiqꝫ diſtans erit ī
īfinitum. ¶ Atuero neqꝫ vnuꝫ cōuenit īfinituꝫ corpꝰ
T.c.44. eſſe ⁊ ſimplex: neqꝫ ſicut dn̄t q̇dā: ꝙ extra elementa
eſt: ex quo alia generāt̄: neqꝫ ſimpl'r. Sunt .n. q̇dam
qui hoc faciunt īfinituꝫ: ſꝫ nō aerē: aut aq̄m: quatenꝰ
nō alia corrūpant̄ ab īfinito. Hn̄t .n. adiuicē ꝯtrarie
tatē: vt aer q̇dē hūidꝰ: aqua āt frigida: ignis vero ca
lidꝰ: quoꝝ ſi eēt vnū īfinituꝫ corrumperet itaqꝫ iam
alia. Nunc autē dicunt alterum eſſe: ex quo hec ſunt.
¶ Impoſſibile eſt autem eſſe aliquod corpus huiuſ-
T.cō.45 modi infinitum. De hoc eīm cōmune quiddam dicen
dum eſt: et de omni ſimiliter et aere aqua et quoli-
bet. Sed primo dicendum ꝙ non eſt huiuſmodi cor
pus ſenſibile extra notata elementa. Omne nāqꝫ ex
quo eſt et reſoluit̄ in hoc. Quare eſſet vtiqꝫ hoc cor-
pus preter aerem et ignem et terram et aquam: vr̄
T.cō.46 autem nullū huiuſmodi. Neqꝫ igit̄ ignem neqꝫ alio-
rum elemētorum nullum contingit infinitum eſſe ali
quod. Omnino enim et preter id quod infinitum ſit
aliquod ipſorum: impoſſibile eſſe: ſi tamen infinitum
ſit: aut eſſe: aut fieri: vnum aliquod ipſorum: ſicut di-
cit Heraclitus omnia fieri aliquando ignem. Eadē
T.cō.47 autem ratio eſt et de vno et de alio quod faciunt ex
tra elementa phyſici. Omne namqꝫ mutatur ex con
trario in contrarium: vt ex calido in frigidum.

Iam philoſophus nobis oſtēdit
opinionem eorum qui de infinito naturaliter
loquebantur. Mō declarat opiniones illoꝝ
que de infinito nateraliter loquebantur: ipſum aſſe-
rentes eſſe tanquam decepti et primo probat ꝙ non
poſſit dari corpus finitum rationibus logicis: ſic ar
guēdo eſt corpus ergo terminatur ſuperficie ꝙ ſi ſic
ergo non eſt infinituꝫ. ¶ Secūda rō probans ꝙ nō
ſit infinitum multitudine: quia omnis numerus ē nu
merabilis et omne numerabile habet terminum: er
go non eſt infinitum multitudine. Dicit deinde tex.
commenti. 42. phiſice autem magis conſiderātibꝰ
ex his manifeſtū erit non eſſe infinitum: quia vel eſt
ſimplex vel compoſitum: et prīo probat de compoſi-
to ꝙ non poſſit eſſe infinitum ſi finita ſunt elementa:
niſi illorum vnum ſit īfinitū: et ſi ſic illud ſuperabit et
vincet reliqua et per conſequens non manebit mix
tum ſaluum dicere aūt omnia. 4. eſſe infinita impo-
ſſibile: quia de ratione corporis eſt extenſio ad oēm
partem et infiniti in infinitam diſtantiam ergo cum
quodlibet omnia occupet eſſent plura corpora pe-
netratiue. Iam vero probat ꝙ non poteſt eſſe ſim-
plex quia illud deſtrueret omnia reliqua: cum ſit cō
trariū reliquis: et eadem ratione cum ſit medinm
aliquod infinitum deſtrueret alia: dicit textus. Nūc
autem dicunt alterū quoddam eē ex quo hec ſunt: i.
eē mediū qḋ ē falſuꝫ: qꝛ ſolū reſoluūt̄ corpora ī .4. ele
menta ergo non fiunt ex medio. Item dicere vt he-
raclitus omnia aliquando eſſe conuertenda in vnū
propter excellentiam ſue virtutis manifeſtum eſt: ⁊
idem eſt dicendum de elemento medio quod ponūt
principiū generationis omniū. Quod ex cōtrarie-
tate futurum eſt: ergo ſi illud medium eſt infinitum
deſtrueret eodem mō omnia ſicut ſi eēt contrarium.

Oportet autem de omni ex
T.c.48. his conſiderare: ſi contingat aut non
ꝯtingat corpꝰ īfinitū eē ſenſibile ꝙ aūt
omnino impoſſibile ſit corpus infini-
tū eſſe ſenſibile ex his manifeſtum eſt.
Aptum eniꝫ natum eſt omne ſenſibile
alicubi eſſe ⁊ locus aliquis eſt vnius cuiuſqꝫ et idem
partis et omnis eſt: vt totius terre et vnius glebe ⁊
ignis et ſcintille: Quare ſiquidem ſit eiuſdem ſpēi
aut immobile erit: aut ſemper mouebitur: īpoſſe eſt.
Quid enim magis deorſum aut ſurſum aut alicubi.
Dico autem vt ſi gleba ſit alicubi ipſa vbi mouebit̄
aut vbi manebit: locus enim infinitus erit ſibi ⁊ cog
nati ſibi corporis. Utrum igit̄ continebit totum lo-
cū et q̄uo. Que igit̄ vbi mānſio et motus ipiꝰ: aut vbi
manebit. Nō ḡ mouebit̄ ſi vbiqꝫ mouebit̄ nō ḡ ſtabit
Si aūt diſſimile eſt oē: diſſimiles ⁊ loci ſunt: ⁊ primū
quidem non vnum corpus oīs eſt: ſed aut in tangen
do. Poſtea aut finita hec erunt: aut infinita ſpecie.
Et finita quidem nō eſſe pn̄t. Erunt enim alia quidē
finita: alia vero nō: ſi omne infinitum eſt: vt ignis aut
aqua. Corruptio autem huiuſmodi in contrariis eēt
ſicut dictum eſt prius. Et propter hoc nullus vnum ⁊
infinitum ignem facit: neqꝫ terram phyſiologorum:
ſed aut aerem: aut aquam: aut ipſorum medium: qꝛ
locus vniuſcuiuſqꝫ manifeſtus erat et determinatus
Hec autem terminatur ad duas partes ſurſum et
deorſum. Si autem infinita et ſimplicia ſunt et loci
infiniti et elementa infinita erunt. Si autem hoc im
poſſibile eſt: et loci finiti ſunt: totum finitum eſſe ne-
ceſſe eſt. Impoſſibile enim eſt non comparare locū

et corp us. Neqꝫ enĩ locus oĩs maior ē quã quantum
cunqꝫ contingit corpus ſimul eſſe. Similiter autem
neqꝫ ĩ nfinitum erit corpus neqꝫ corpꝰ maius quam
locꝰ: aut enĩ vacuum erit aliquid aut corpꝰ nuſq̃ ap-
T.cō.50 tũ natũ eſt eſſe. ¶ Anaxagoras aũt inconuenienter di
cit d̓ infiniti manſione. Fulcire enĩ ipſum ſeipſum di-
cit infinitum. Hoc aũt eſt qꝛ in ſeipſo eſt. Aliud enĩ
T.cō.51. continet nihil. ¶ Tanq̃ vbi vtiqꝫ aliqd ſit aptũ natũ
ſit ibi eſſe. Hoc autem non verũ eſt. Erit enĩ aliquid
alicubi et non ibi aptum natum eſt eſſe. Si igitur
qꝛ maxime non mouetur tot ũ in ſeipſo namqꝫ fulcit:
et in ſeipſo eſt: ĩmobile eē neceſſe eſt. Sꝫ quare non
aptũ natum ſit moueri dicendũ eſt: non enĩ ſufficiēs
eſt ſic dicentem euadere. Erit enĩ vtiqꝫ et quodlꝫ ali
ud non motũ: ſed aptum natũ eē nihil ꝓhibꝫ: qm̃ et
terra non fertur: neqꝫ ſi infinita eēt ferret coercita
tamen a medio: ſed non qꝛ non eſt aliud vbi mutat
manebit in medio: ſed non mouebit: qꝛ non apta na-
ta eſt ſic: ſed tamen licebit vtiqꝫ dicere: qꝛ fulcit ſe
ipſam. Si ergo neqꝫ in terra hec cauſa eſt cum ſit in
finita: ſed qꝛ grauitatem habꝫ: graue autem manet
in medio: ſimiliter et infinitũ manet vtiqꝫ ĩ ſeipſo ꝓp
ter quandam aliam cauſam: ſed non qꝛ infinitũ eſt: ⁊
fulcit ipſum ſeipſum. Similiter aũt manifeſtũ ꝙ ⁊ ſi
T.cō.52. ſit: quelibet pars indigebit manere. Sicut enĩ infi-
nitũ in ſeipſo manet ſe fulciens: ſic et ſi quelibꝫ pars
accipiatur: in ſeipſa manebit. Totius enĩ et partis ſi
miles loci ſunt: ſicut terre et glebe deorſum: et omnis
ignis et ſcintille ſurſum. Quare ſi infiniti locus qđ ĩ
ſeipſo et idem partis: manebit ergo ĩ ſeipſo. ¶ Om
T.cō.53. nino aũt manifeſtũ eſt ꝙ impoſſibile eſt ſimul dicere
infinitum corpꝰ: et locũ quendã corporibꝰ eē ſi omne
corpus ſenſibile: aut grauitatē hꝫ: aut leuitatē: et ſi
graue quidē in mediũ natura hꝫ ferri: ſi vero leue
ſurſum: neceſſe enĩ et infinitum corpus. Impoſſibile
autem aut oē vtrũlibꝫ: aut mediũ vtrũqꝫ ſubſtinere.
Quõ enĩ diuides: aut quõ infiniti erit hoc quidem
ſurſum: illud aũt deorſum: aut vltimũ: aut medium.
T.c.54. ¶ Amplius oē corpus ſenſibile in loco eſt. Loci aũt
ſpēs et differentie ſurſum et deorſum añ et retro: dex
trorſum et ſiniſtrorſum: et hec non ſolum ad nos ⁊ po
ſitiones ſunt: ſed in ipſo toto determinata ſunt. Im-
T.cō.55 poſſibile aũt in infinitum hoc eē. ¶ Simpliciter aũt
ſi impoſſibile eſt locum eſſe infinitum: in loco aũt om
ne corpꝰ eſt impoſſibile eſt infinitũ eſſe aliquod cor-
pus: At vero quod alicubi eſt et in loco eſt: et qđ in
loco eſt: alicubi eſt. Si igitur neqꝫ quantitatē poſſi-
bile: eſt infinitã eē: quãtũ enĩ aliquid erit vt bicubitũ
aut tricubitum: hec enĩ ſignificat quantũ: ſic in loco
quia alicubi: hoc eſt autē aut ſurſuꝫ aut deorſum aut
in aliqua alia diſtantia: que ſunt ſex. Horum autem
vnumquodqꝫ terminus aliquis eſt.

Ariſtoteles in iſta pte (oportet autem) ꝓbat ſine aliqua ſuppoſitione nõ eſſe dabile infinitũ: cũ ante ꝓbauerit: ꝙ nõ ſit dabile infinitũ ſuppoſito elementa eē finita: ⁊ ad hoc ꝓbãdũ ſupponit tria: pmũ eſt qđ omne corpꝰ ſenſibile hꝫ aptitudinem naturalē vt ſit in aliquo loco naturali. Secundũ eſt quod cuilibꝫ corpori naturali conuenit aliquis locus propriꝰ locorum q̇ ſunt. Tertiũ eſt idē ē locus totius ⁊ partis hoc habito talem fundat rationē ꝓbando eē impoſſibile ꝙ infinitum det arguens vt themiſtio placet vel tale infinitũ cõſtabit ex partibꝰ cõſimilibus aut ex partibus diſſimilibꝰ: neutrũ horum ē dicendum: ergo tale infinitũ non eſt dabile: et Primo deſtruit ꝙ nõ ſit homogeneũ hoc mõ ſi ē homogeneũ idem erit locus totiꝰ et partiũ atqꝫ eque infinitꝰ totiꝰ ſicut et partiũ. Tunc arguit vt exponit themiſtius ꝙ ea pars que imaginet ſeparata aut oĩno erit ĩmobilis aut ſemꝑ mouebit. Ex quo patet Ariſtotelem non referre hoc argumentũ ad totũ infinitum vt expoſitores dicunt ſed ad partē: et ſeq̃l lam ꝓbat qꝛ perit de illa parte quõ mouebit: qꝛ cũ locus ſit infinitꝰ ſequit illi infinito tã naturalem eē locũ ſurſum q̃ deorſum añ quã retro: et per conſeq̄ns non potius ad vnũ locũ q̃ ad aliũ mouebitur: ⁊ ſimili ratione probabis ꝙ non q̇eſcit quia non ē potior rõ ꝙ quieſcat in vna parte quã in alia ergo ſequella ꝓbata ē. ¶ Dubitat circa illã ꝑtem idem eſt locꝰ totius et ꝑtis qꝛ videt falſum ſequeret enĩ ꝙ pars eēt eq̄lis toti: qꝛ ſi idē eſt locus totiꝰ et ꝑtis et locꝰ ſemꝑ eſt equalis locato ergo ꝑs et totũ ſunt eq̄lia vni tertio ⁊ ita ſunt eq̄lia inter ſe. Primum dubiũ. ¶ Dicendũ ad hoc ꝙ idē ē locꝰ totiꝰ et ꝑtis in gñe vel in natura ſed nõ ĩ idiuiduo hoc eſt dicere ſi toti cõuenit locus ſuꝑnꝰ ſimiliter cõuenit parti. ¶ Dubitat ſcđo qꝛ videt rõ Ariſto. eſſe vana. Nã eodē mõ ꝓbaret ꝙ terre nõ eſſꝫ locꝰ qꝛ aut eius pars eēt ĩmobilis: aut non poſſet moueri qꝛ cũ terre locus naturalis ſit amplus non eſt potior rõ ꝙ ad vnã partē illius q̃ ad aliã tendat et ſic aut nõ mouebit ſi eſſet ſepata a toto aut ſemꝑ mouebit. Dubium ſecundũ. ¶ Dicēdũ ꝙ eſt maxime diſpar rõ qꝛ dicedũ eſt terre locũ eſſe finitũ et magis cõuenientē in centro q̃ in alia ꝑte et natura ſemꝑ apetit ſe ſtatuere in meliori ſtatu de poſſibilibꝰ obidqꝫ gleba terre non ĩpedita petit centrũ. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ dicit ſi vniuerſum ſit diſſimilare et noĩe vniuerſi intelligit infinitũ qꝛ ſi infinitũ eēt non eēt aliud quã totꝰ mundꝰ ⁊ arguit ſic ſequit tale infinitũ non eē vnũ continuũ qꝛ res diuerſarũ ſpērũ non poſſunt cõtinuari et qꝛ forte aliq̇s libenter concedet ſeq̄llã replicat ſic petendo an ille ꝑtes diſſimilares ſint finite ã infinite, ſi dicatis ꝙ ſunt finite: non poterit eſſe quin aliqua illarum ſit infinita et ſic deſtrueret oĩa alia vt ſupra dictum eſt: nec valet dicere ꝙ tales ſimplices ſint infinite qꝛ: ſeq̄ret eſſe loca infinita et elementa infinita ꝙ ſi hoc non poteſt eſſe vt ſuadebit habet intentum: ꝙ autē non poſſit eſſe loca infinita nec elementa monſtrabit infra ĩ et ſtatim dicit ꝙ cõueniens eſt ex infinitate corporũ arguere infinitatem locorũ qꝛ locus et locatũ debēt eſſe eq̄lia et ex hoc concludit ꝙ non eſt dare infinitũ qđ ſic probat Auerrois cõmento q̄drageſimo. 8. huiꝰ dicens ſic omne quod eſt in loco ſibi equali eſt finitũ qm̃ infinitũ non dicit eq̄le: oē corpus ſimplex eſt in loco ſibi equali ergo omne corpꝰ ſimplex ē finitũ. ¶ Dubitat hic circa illud qđ dixit philoſophꝰ ꝙ nullꝰ naturaliũ poſuit ignem infinitũ aut terrã: ſed aquã aut aerem et ratio erat qꝛ terra et ignis habebãt loca determinata et ad illa tendebant loca determinata et ita non poterant omnia occupare ſed aer ⁊ aqua non habebãt loca determinata cum aque ſurſum et deorſum ferantur ſimiliter et aer videtur enim hoc eſſe falſum ⁊ contra dicens ante dictis: vbi dictum eſt ꝙ cuilibet corpori ſimplici proprius eſt locus. Dubium tertium.
¶ Dicendũ cum Auerroe ꝙ ignis non habet niſi leuitatem tm̃ terra grauitatem ſolum: ideo loca eorũ ſunt definita: et valde contraria aqua vero ⁊ aer habent vtrũqꝫ. Nam aer in loco ignis eſt grauis et ĩ loco aque eſt leuis. ¶ Et ſi diceres ergo aer ⁊ aqua cõponerentur ex terra et igne dicit. Auer. 4. celi. c.

26.et non eſt dicendū ꝙ due potentie exiſtunt in his ſicut cōtraria in medio ſ; ſm cōparationē ex quo nō ſequiť aquā et aerē cōponi ex terra ⁊ igne. ¶Dubitať ſcđo quō intelligiť ꝙ locꝰ ſit equalis locato q: videť hoc eſſe falſum cū celū lune ſit maiꝰ igne elemētari. Dicendū ſm reales aſſignantes ſuperficies diſtinctas a corporibꝰ ꝙ locꝰ eſt equalis locato quo ad ſuperficiē concauā ⁊ cōnexā locati ⁊ locantis. S; ſ; noīales locus eſt equalis locato quātu; ad trinā diametrū menſurantem trinā dimenſionē locati atq; cōcaui ambientis. ¶Dubitať tertio: ſi verū eſt ꝙ dixit Ariſto. res diuerſaꝝ ſpecieꝝ non poſſunt continuari videtur enim falſum de virga cuiꝰ vna medietas ſit viua et alia mortua: q̄ quidē eſt cōtinua et tn̄ h; ptes diuerſe ſpeciei: puta ambas medietates: et ꝙ ſit continua p; q: cōtinua ſunt quoꝝ motꝰ eſt vnꝰ. Pro ſolutione huiꝰ noto ꝙ triplex eſt cōtinuitas: q̄dā eſt ex ꝑte forme vnius: et hec aliquando eſt ꝯtiguitas tantū vt p; in membris hominis q̄ ſunt contigua: et tn̄ oīa informanť vna forma. Secundus modꝰ eſt, cōtinuitatis ex parte vniꝰ humiditatis viſcoſe tenacis: et de hoc intelligiť illud phi, 2. de generatiōe. Humiditas aquea ē continuatiua partium mixti: et de hac etia; continuitate intelligiť. Cōtinua ſunt quoꝝ motus eſt vnus. Tertio mō capiť cōtinuitas ꝓ illis ī quibꝰ vna quantitas materiā informat: et hoc mō dicimꝰ ꝙ illa virga in argumento aſſumpta eſt cōtinua: dico ergo ꝙ res diuerſaꝝ ſpecierū non poſſunt continuari continuitate prīo mō ⁊ ꝓprie dicta q̄ eſt ex vna forma et ex vna quantitate: bene tn̄ poſſunt ꝯtinuari aliīs duobus ſecundis modis. ¶Addo huic ſententie falſam eſſe opinionē Gentilis doctrina. 5. de membris affirmātis res diuerſaꝝ ſpecieꝝ poſſe continuari afferēs exempla de ramo pro medietate viridi ⁊ ꝓ medietate ſicco: et de īſertis arborū ⁊ de planta canouo qua; dicit ꝓ medietate ferreā ⁊ ꝓ medietate plantā eſſe. ¶Sequiť ſcđo ꝙ illa ꝓpō: cōtinua ſunt quoꝝ motus eſt vnus: debet intelligi de motu ſimplici: vt ſcripſi. i. phyſi. et debet intelligi ꝙ cōueniat oībꝰ cōtinuis: ſed non ſolis: et nō eſt diffinitio: ſed ſolū eſt declaratio cuiuſdam ſigni infallibilis ꝙ aliquid ſit cōtinuū nō quidem: ſigni in antecedente poſiti ſed in conſequente illati: ſic arguendo hoc eſt continuū: ergo illiꝰ motus eſt vnus: ſed tn̄ ecōuerſo non valet. ¶Anaxagoras vero dicit infinitū fulcire ſeipſum ⁊ ideo quieſcere. Contra quē arguit ꝙ non vbicūq; aliquid ē ibi aptū natū eſt eſſe: ideo querenda eſt alia cauſa quare infinitū nō moueť: q: ſicut terra ī cētro ē q: ē ſumme grauis: ſic q̄renda eſt alia cauſa quare eſt infinitum vbi eſt: magis quam ꝙ ſit infinitum. ¶Secundā rationē aſſignāt ibi: ſimiliter aūt ꝯdicēs: ſi totū infinitū q̄eſcit q: manet in ſeipo: ergo quelibet pars quieſcit quia manet in ſeipā ⁊ nō ꝓpter aliquid aliud: qđ vť falſu;. ¶Adhuc tex. cō. 53 ꝓbat ꝙ non ſit poſſibile eſſe aliquod corpꝰ ſenſibile infinitū hoc modo cuilibet tali debeť aliquis locus vt ſurſum vel deorſum: ſed infinito nō ꝯuenit magis ſurſum ꝙ̄ deorſum q: l. totū ē graue aut totū leue: aut ꝓ medietate graue et ꝓ medietate leue: qđ dicit ſub his verbis: impoſſibile eſt eē vtrūlibet. i. grauitatē vel leuitatē: aut mediū vtrūq;. i. pro medietate graue: et pro medietate leue ſubſtinere. ¶Ponitur tertia ratio tex. c. 54. in qua ſic arguiť: Omne corpus ſenſibile eſt in loco: et differentie loci ſunt ſex in quibuſdā accepte ex natura rei in quibuſdam per reſpectum ad nos. Prima quidem ſunt animata cuncta atq; celi, Nam in animatis accipiť ſurſum ⁊ deorſum ſm motum alimenti: dextrū ⁊ ſiniſtrū ſm inicium motus. Nā ſemꝑ inchoamꝰ a dextro ipm motum. et ante et retro ſm motū ſenſus. et in celis vocamus dextrum et ſiniſtrū oriens et occidens: et ſurſum et deorſum vocamꝰ polum antarticum ſurſum ⁊ articum deorſum. Meridiem ante ⁊ ſeptētrionē retro: ſed in rebus inanimatis accipiunť differētie poſitionis in ordine ad nos. Nam columna diciť dextra vel ſiniſtra q: ē ad noſtrā dextrā vel ſiniſtrā. Hec autem non poſſunt determinari in corpore infinito impoſſibile eſt ergo totum vniuerſum eſſe infinitū. S; textu commenti. 55. ponit quartā rationem dicens ſi infinitum eſt: in alico loco eſt: locus eſt terminꝰ: ergo infinitum illud eſt terminatum: item īpoſſibile eſt aliquā quantitatē eſſe infinitā q: vel eſſet bicubita vł tricubita quarū nulla eſt infinita item omnis locus ē ſurſum vel deorſum: ſed infinitū non eſt magis ſurſu; quā deorſum: ergo nullibi eſt.

¶Textus. T.cō.56

QUod quidem igiť actu corpus non ſit infinitū manifeſtū ex his. Quod aūt ſi nō ſit infinitū multa īpoſſibilia accidant: manifeſtū ē: tēporis eīm erit quoddā ꝑncipiū ⁊ finis ⁊ magnitudines nō diuiſibiles ī magnitudines: ⁊ numerꝰ nō erit infinitꝰ. Cum aūt determinať ſic neutro mō videť cōtingere: ob hoc videlicet eſt manifeſtū ꝙ ſic q̄dē eſt ſic aūt nō. Diciť igitur eſſe aliud q̄dē potentia: aliud vero actu. Et infinitū ē quidē appoſitione: eſt aūt ⁊ ablatione: magnitudo aūt qđ quidē actu non ſit infinita: dictū eſt: diuiſione aūt ē. Non. n. difficile deſtruere īdiuiſibiles lineas. ¶Relinquiť igitur potentia eē infinitū. Nō oportet aūt potentia ens accipere: ſicut ſi poſſibile ſit hoc ſtatuā es eē: qđ et erit hec ſtatua: ſic ⁊ infinitū: qđ erit actu. S; quoniā multipliciter ē eē quemadmodū dies ⁊ agon in ſemꝑ aliud ⁊ aliud fieri: ſic ⁊ infinitū eſt. Et nāq; in his eſt ⁊ potentia ⁊ actu. Olympia. n. ſunt ⁊ in poſſe agonem fieri: ⁊ in eo qđ fit. Aliter aūt ⁊ in tempore manifeſtū qđ infinitū ⁊ ī hominibꝰ ⁊ diuiſione magnitudinū. Omnino quidē enim ſic ⁊ infinitū in ſemper aliud et aliud accipiendo: ⁊ acceptū q̄dē ſemper eē finitū: ſed ſemper alterū ⁊ alteꝝ. ¶Quare infinitū nō oportet accipere ſicut hoc aliq̄d: vt hominē aut domū: ſ; ſicut dies diciť et agon: q̄bꝰ eē nō ſicut ſubaq̄dā facta eſt: ſ; ſemꝑ in ḡnatione aut corruptione finitū: ſ; ſemꝑ alterū ⁊ alterū. ¶S; ī magnitudinibꝰ q̄dē ꝑmanente accepto hoc accidit: in hoībꝰ aūt ⁊ tēꝑe corruptis ſic vt nō ſit deficere. Qđ aūt ſm appōnē idē quoddāmō ē ⁊ qđ ē ſm diuiſionē. Infinitū eīm ſm appōnē fit ecōtrario ſcđm ꝙ eīm diuiſum vť in infinitū: ſic appoſitū videbiť ad ꝺterm̄atū. Infinita eīm magnitudine ſic accipiēs aliquis determ̄atū accipiet eadē rōne: non eadē aliq̄m magnitudinē rōne accipiēs nō trāſibit īfinitū. Si vō ſic augmētet vt ſemper eadē aliq̄m ſit accipe magnitudinē trāſibit finitū: ꝓpter id qđ oē infinitū remoueť quol; finito. Aliť q̄dē igiť nō ē: ſic aūt eſt infinitū potētia ⁊ diuiſione. Et actu aūt eſt ſicut diē eſſe dicimꝰ ⁊ agonē: ⁊ potētia ſic ſicut m̄ām: et nō ꝑſe ſicut finitū. ¶Et ſcđm appoſitionē igiť ſic īfinitū potentia ē: qđ idē dicimꝰ qđdāmō eē ei qđ eſt ſcđm diuiſionē. Semꝑ q̄dē eīm aliq̄d ipſiꝰ extra eſt accipere. Nō tn̄ excellit oē; determinatā magnitudinē ſicut ī diuiſiōe excellit oē determinatū: ⁊ erit minꝰ. Quare neq; eſt excellere oīe ſm

T.cō.57 (beside "actu non ſit infinita")
T.c.58. (beside "manifeſtū qđ infinitū")
T.c.59. (beside "q̄dē ꝑmanente accepto")
T.cō.60 (beside "Et actu aūt eſt")

appoſitionē: neqꝫ potentia poſſibile eſt eē: ſiqdē non eſt ſecundum accidens actu infinitum: ſicut dicunt phyſiologi extra corpus mundi cuius ſubſtantia eſt aer aut aliud huiſmodi. Sed ſi non poſſibile eſt ꝙ infinitum copus ſenſibile actu ſit manifeſtum ꝙ neqꝫ potentia vtiqꝫ erit ſecundum appoſitionem: ſed aut ſicut dictum eſt ecõtrario diuiſioni.

T.cō.61. ¶ Quoniam ⁊ Plato proper hec infinita duo fecit: quia et in augmentum videtur excellere ⁊ infinitum abire et ad annihilationem. faciens tamen duo non vtitur duobus. Neqꝫ enim in numeris ſecundum diuiſionem infinitum eſt: vnitas enim minimum ē: neqꝫ in augmentum: vſqꝫ namqꝫ decem facit numerum.

## ¶ Commentarium.

POſtquam philoſophus proceſſit diſputatiue de infinito: hic incipit inquirere veritatē et primo an ſit infinitū: ſecūdo qd ſit. Dicit ergo primo ex premiſſis manifeſtū eſt quod infinitum dari eſt impoſſibile ſi ſit in actu: ꝙ autem non ſit infinitum inconuenientia adducit grandia vt pote ꝙ tēpus non ſit eternū: et ꝙ magnitudo in diuiſione non habeat ſtatū: et ꝙ numer⁹ nō augeatur in infinitū: quare concludit quoddāmodo dari infinitū: alio vero modo non.

¶ Poſtea vero ibi dicitur igitur: dicit infinitū duplex eē ſcilicet in actu ⁊ in potentia in actu quidē eſt quod habꝫ infinitas partes actu ſeparatas: in potencia vero qđ in infinitū poteſt diuidi: vel quod in infinitū poteſt accreſcere per appoſitionē prioris exēplū eſt cõtinuū. Poſterioris exēplū eſt numerus.

¶ Poſtea vero ibi non oportet. Oſtendit ꝙ dupliciter aliquid eſt in potentia. Prio mō qꝛ illud poteſt fieri actu ens. Secundo modo qꝛ licet poſſit fieri in actu nō eſt hoc ſimul ſed ſucceſſiue prioris exēplū eſt de ere cum ſit potentia ſtatua: ⁊ poteſt fieri ſtatua in actu totum ſimul: poſterioris exēplum ponit de tempore in quo ſuccedit vna pars alteri et de ludis agoniſticis qui celebrabant in monte Olimpo: ſic ergo dicit ꝙ infinitum in diuiſione fit ſucceſſiue qꝛ non poteſt continuū actu eſſe diuiſum ī omnem ſuam partē: et idem eſt de appoſitione numeri. Deinde philoſoph⁹ ibi aliter aūt comparat diuerſa infinita ad inuicem dicens ꝙ aliter manifeſtatur infinitū in generatione hominū et in tēpore: ⁊ in diuiſione magnitudinum.

¶ Poſtea vero ibi omnino quidem oſtendit quid ſit cõmune omnibus infiniſtis: et dicit ꝙ cõmune omnibus illis eſt vt nūquā infinitū totum ſimul reperiatur: ſed ſucceſſiue ita ꝙ quicquid acceperis in actu eſt finitum: ſed ſemꝑ ſucedit aliud et aliud.

¶ Poſtea vero ibi ſed in magnitudinibus. Ponit differētiam inter infinitum permanēs et ſucceſſiuam quia in permanenti vna pars manet cum alia: neqꝫ ad eſſe vnius ſequitur corruptio alterius: ſecus in tempore et generatione humana in quibus et ſi vnū deficiat aliud exiſtit: vt ſic ſaluentur in perpetuum.

¶ Poſtea vero tex' cō. quinqꝫgeſimi noni ibi autem dicit ꝙ infinitum ſecundum diuiſionē et appoſitionem cõparantur ad inuicem quia codē modo ſe habet vnū in diuiſione: ſicut aliud in appoſitione: ſed in magnitudinib⁹ hec appoſitio licet ſit infinita per partes proportionales: tamen ſiſtit ad aliquam determinatam quãtitatē et ſtatim manifeſtat ꝙ ſi aliquis diuidat continuū per partes eiuſdem ꝓportionis ſemper erit in infinitū abitio: ſed non tranſiliemus finitam quantitatem ſecus ſi procederem⁹ per partes equalis quantitatis nã tunc ſemper magis ac magis augeretur proportio puta ſi a quantitate decē cubitorum ſubſtrahas vnum cubitū ſubſtractum ſe habet ad totum ī ſub decupla et ſi iterum ſubſtrahas alium cubitum ſubſtractum ſe habet ad totū ſubnonocupla q̄ eſt maior ſubdecupla et ſic ſubſtrahendo equales quantitates auges ꝓportionem et ſolum tranſibis finitam magnitudinem: quoniam omne finitum conſumitur per ablationem finitam finitarū partium equalium: ſed quando in diuiſiõe tendimus per equales proportiones infinitas ſemper diminuitur quantitas et ita tranſitur ſola magnitudo finita. ¶ Videor mihi igitur infinitum ab ariſtotele dici actu finitum et potentia et ſucceſſione infinitum ſicut eſt materia prima tempus: et agō. Cõcludit idem de infinito in appoſitione quia per partes proportionales ſemper eſt aliquid ipſius extra accipere.

¶ Poſtea vero dicit differentiã inter infinitum appoſitione et diuiſione dicēs ꝙ infinitum in appoſitione tendit in maius: excedendo omnem minorem quantitatem: ſed infinitum in diuiſione tendit in minus: nec eſt dare minimum: ſed ſemper eſt exceſſum a maiori et maiori magnitudine.

¶ Poſtea vero ibi: quare neqꝫ eſt. Ponit vnam concluſionem dicens ꝙ ex quo appoſitio in infinitum non facit tranſcēdere omnem determinatam quantitatem: non eſt poſſibile in actu nec in potentia: ꝙ excedatur omnis determinata quantitas per appoſitionem: quia ſi hoc eſſet ſequeretur ꝙ eſſet actu infinitum: et ſic infinitum eſſet accidens alicui nature: ſicut dixerunt phyſiologi extra mundum: ſi ergo non eſt poſſibile corpus actu infinitum nec erit profecto potentia ad omnem magnitudinē per appoſitionem tranſcendentem omnem magnitudinem: erit ergo hec appoſitio in infinitum per partes proportionales ſicut diuiſio.

¶ Tandem textu commenti ſexageſimi primi ibi quoniam et Plato dicit platonem: ad ſimilitudinem infiniti in diuiſione et appoſitione poſuiſſe duo infinita: ſcilicet magnum et paruum. Magnum ad augmentum paruum per diuiſionem et in nihil. Sed Plato faciens duo infinita non vtitꝰ eis quia ponit ſubſtantiam rerum eſſe numerum in quo non inuenitur in infinitum diuiſio: quia in numeris minimum eſt vnitas. Neqꝫ in augmentum: quia vſqꝫ in decem facit numerum: poſtea rediens ad vnitatē Nam dicit vndecim eſſe decem et vnum.

## ¶ Textus.

ACcidit autem contrarium eſſe infinitum: quam ſicut dicunt: non enim cuius nihil eſt extra: ſed cuius ſemper aliquid eſt extra hoc infinitū eſt. ¶ Signum autē eſt: et namqꝫ annulos dicunt infinitos vt habētes cir- T.cō.62.

culationem: quia ſemper eſt extra accipere: ſecun-
dum ſimilitudinem quandam dicentes: Non tamen
proprie. Oportet enim et hoc eſſe: et non aliquan-
do idem recipi: in circulo autem non ſic fit: ſed ſem
T.cō.63. per quod eſt conſequenter ſolum alterum. ¶ Infini
tum quidem igitur hoc eſt: cuius ſecundum quanti
tatem accipientibus ſemper eſt aliquid accipere ex
tra. ¶ Cuius autem nihil eſt extra: hoc perfectum
eſt totum. Sic enim diffiniuimus totum: cui nihil ab
eſt vt hominem totum aut arcam. Sicut autem ſin-
gulare: ſic et quod proprie: vt totum cuius nihil eſt
extra: cuius autem abſentia extra eſt: non omne eſt:
cum abſit. Totum autem et perfectum aut idem pe
nitus: aut proximum ſecundum naturam eſt. Perfe
ctum autem nullum non habens finem. Finis autem
T.c.64. terminus eſt. ¶ Unde melius eſt opinandum Par-
menidem Meliſſo dicere. Hic quidem enim infini-
tum totum dicit. Totum autem finiri a medio eque
pugnans. Non enim linum lino eſt continuare omni
T.cō.65 et toti infinitum. ¶ Quoniam hinc accipiunt digni-
tatem de infinitn: quod eſt omnia continens: et om-
nia in ſeipſo habens: propter id quod habet ſimilitu
dinem quandam cum toto. Eſt enim infinitum per-
fectionis magnitudinis materia et quod potentia
totum eſt. Actu vero non. Diuiſibile autem eſt ad
diuiſionem τ ad oppoſitam appoſitionem. Totum au
tem τ finitum non ſecundum ſe ſed ſecundum aliud
et non continet: ſed continetur in quantum eſt infi-
nitum. ¶ Unde ignotum eſt in quantum eſt infi-
T.cō.66 nitum. ¶ Speciem enim non habet materia. ¶ Er
go manifeſtum ꝙ magis in partis ratione ſit infini-
tum quam in totius: pars enim materia totius eſt ſi
cut es ſtatue. ¶ Quoniam ſi continet autem in ſen
ſibilibus et in intelligibilibus magnum et paruum
oportuit continere intelligibilia: incontinens autẽ
et impoſſibile ignotum et indeterminatum contine
re et determinare.

## ¶ Commentarium

Dicit modo Ariſtoteles de
finitionem infiniti: non eſſe bonam
qua dicitur: infinitum eſt cuius nihil
eſt dicere extra: ſed melius cuiꝰ ſem
per eſt aliquid accipere extra ꝙ au-
tem ita recte definiat declarat egre-
gie philoſophus a ſigno hoc modo: ꝙ annuli dicun-
tur infiniti qui pala carent: et hoc eſt ſimilitudinarie
quia poſt quamcumqꝫ partem acceptam poteſt in in
finitum fieri progreſſio accipiẽdo partem: ſed quia
hoc fit cum repetitione eiuſdem p̄tis: annulꝰ ille nō
proprie dicetur infinitus. Dicit preterea cuius au-
tem nihil eſt extra τc. ideſt magis eſt definitio toti-
us illa: quam infiniti: totum autem et perfectum idẽ
ſunt: eſt autem perfectum habens finem: ergo quod
finitum eſt finem non habet: hec erit ergo d̄finitio in
finiti. ¶ Preterea philoſophus dicit vnde meliꝰ eſt
opinandū dicere parmenidem meliſſo nam meliſſus
vocabat infinitum eſſe totum: ſed permenides totū
ideſt vniuerſum finiri per eque pugnans ideſt eque
diſtans a medio: ideſt ꝙ vniuerſum eſſet ſphericum:
vnde dicit ꝙ infinitum et totum non ſe inuicem con-
ſequuntur ſicut linum lino. Nam que ſequuntur dice
bant inuicem ſe conſequi vt linum lino inſilanti-
bus.

¶ Dicit preterea philoſophꝰ ꝙ qui
cogitauerunt infinitum toti coniungi id extimaue-
uerunt eſſe totum: ex hac dignitate: vel nobili con-
ditione quia omnia continet: et vniuerſum in ſeipſo
complectitur: et ideo cogitant ꝙ habet quandam ſi-
militudinem cum toto: ſicut id quod eſt in potentia
habet quandam ſimilitudinem cum actu: quod pa-
tet ex hoc infinitum dicitur totum in potentia ſecun
dum quod poteſt diuidi in minus: aut ſecundum qd̄
poteſt diuidi in minus: aut ſecundum quod poteſt
augeri in maius: quare de ratione infiniti potius eſt
contineri et eſſe partem quam totum: et eſſe ſicut
materiam non habentem formam. Infinitum ergo
in quantum huiuſmodi magis habet rationem par-
tis quam totius in quatum non eſt de ipſo accipere
niſi aliquam partem in actu: et eſt quid ignotum.

¶ Poſtea vero philoſophꝰ ibi quo-
niam ſi continet excludit opinionem platonis qui po
nebat infinitum tam in ſenſibilibus quam in intelli-
gibilibus tanquam continens ſenſibilia et intelligi-
bilia: ſed hoc videtur falſum propter hoc ꝙ infini-
tum eſt quid ignotum: et ſic ignotum contineret no-
tum quod eſt falſum.

## ¶ Tertius.

Secundum rationem autẽ T.cō.67
accidit: τ ꝙ ſecundum appoſitionem
non eſſe videri infinitum ſic vt omnẽ
excellat magnitudinem in diuiſione
autem eſſe: continetur enĩ ſicut ma
teria intꝰ τ infinitum: continet autem
ſpecies. ¶ Rationabiliter autem eſt τ in numero T.cō.68
quidem ad numerum eſſe terminum: ad plus autem
ſemper omnem excellere multitudinem. In magni-
tudinibus autem econtrario. In minus quidem ex-
cellere omnem magnitudinẽ: ſed in maius non eſſe
magnitudinẽ infinitam. Cauſa autem eſt: q: vnum
eſt indiuiſibile quodcunqꝫ vnum ſit: vt homo vnꝰ hō:
τ nō multi. Numerus autem eſt vno plura τ quelibet
quedã. Quare neceſſe eſt ſtare ad indiuiſibile. Duo
namqꝫ τ tria denominatiua nomina ſunt: ſimiliter τ
aliorum numerorum vnuſquiſqꝫ. In plus autẽ ſemꝑ
eſt intelligere: infinite autem ſunt deciſiones magni
tudinis. Quare potentia quidem eſt. Actu vero nō:
ſed ſemper excellit acceptum omnem multitudinẽ
determinatam. Sed non ſeparabilis eſt hic nume-
rus a deciſione neqꝫ manet infinitas: ſed fit ſemper
ſicut τ tempus τ numerus temporis. ¶ In magnitu T.cō.69
dinibus autem cōtrarium eſt. Diuiditur autem in in
finita ſ cōtinuum. In maius autem nō eſt in infinitum.
Quantum enim contingit potententia eſſe: τ actu
contingit tantum eſſe. Quare quoniam infinita eſt
nulla magnitudo ſenſibilis: non contingit oĩs excel
lentiam eſſe magnitudinis determinate. Eſſet enim
vtiqꝫ aliquid celo maius. ¶ Infinitum autem non T.cō.70
idem eſt in motu et magnitudine et tempore tanꝙ
vna quedam natura: ſed poſterius dicitur τ ſecun-
dum prius. Ut motus quidem quia prior eſt magni
tudo ĩ qua mouetur: aut alteratur: aut augmentatur
Tempus autem propter motum. Nunc quidem enĩ
vtimur his: poſterius autem tentabimus dicere et
quid eſt vnumquodqꝫ: et quia omnis magnitudo ſit
in magnitudines diuiſibilis.
¶ Non remouet autem ratio neqꝫ mathematicos a T.cō.71.
conſideratione auferens ſic eſſe aliquid infinitum:
vt actu ſit in augmentum intranſibile. Neqꝫ enim

ſic inteligent infinito neqꝫ enim vtuntur: ſed ſolum eſſe quantumcunqꝫ vellit finita. Maxime aūt magnitudini ſecundum eandem ineſt ſecari ration em quantumcūqꝫ magnitudo ſit altera. Quare ad demoſtrādum quidem illo modo nihil differt. Eſſe aūt in exiſtentibus erit magnitudinibus. ¶ Quoniam
T.cō.12 autem cauſe diuiſe ſunt quadrifari am: manifeſtum ꝙ ſicut materia infinitum cauſa eſt: ⁊ quod eſſe q̇dē ipſi priuatio eſt. Perſe autem ſubiectum cōtinuum et ſenſibile eſt. Uidentur autem et oēs aliȷ̄ ſicut materia vtentes infinito. Unde inconueniens eſt contiī nens ipſum facere: ſed non contentum.

## ¶ Commentarium.

POſtea philoſophꝰ poſita diffinitione infiniti dicit ꝙ in magnitudinibꝰ ſit appoſitio in infinitū: ſic tñ qȯ nō excedit q̄lꝫ magnitudo: ſꝫ venimꝰ ad determinatā magnitudinē maximā et hoc eſt ecōtrario in diuiſione: q̄m itur ad quantūcūqꝫ ꝑuam. Continet eñ infinitum ſicut materia et per modum partis continens aūt eſt forma et q̄ritur a toto in ꝑtes per diuiſionē: rōnabile ⁊ ꝙ ibi nullꝰ terminꝰ inueniatur: ſed a ꝑtibꝰ in totū it a materia in formā ꝑ modum continentis et terminātis. ¶ Poſtea vero dicit ꝙ econuerſo ſe habet in numeris: qui habent terminum ad vnitatem: et in augmētum habent ſtatum: probat autē ꝙ nūerꝰ conſtat ex vnitatibꝰ quia ab illis denoiatur vt duo a duobꝰ ⁊c. ¶ Poſtea vero philoſophus aſignat cauſam quare numerꝰ cauſatur ex diuiſione continui: et continuū procedit infinitū ergo et nūerꝰ. Hic tñ numerꝰ eſt ꝑdicamentalis qui non pōt ſepari a diuiſione cōtinui. Secus ſi eſſet tranſcendētalis qui repit in re vna: vł in rebus indiuiſibilibꝰ. Numerꝰ autem eſt infinitus non ſicut permanēs ſed ſicut ſucceſſiuum. ¶ Poſtea vero tex.cō.69. dicit ꝙ in magnitudinibꝰ dat maxima q2 vltimo celo non eſt dare maius. ¶ Poſtea vero dicit ꝙ infinitū reperit in magnitudine motu ⁊ tēpore ſm priꝰ et poſteriꝰ. Nā infinitū in potentia primo eſt in magnitudine: ſecundo in motu: tertio in tēpore tanq̄ in ꝓpria paſſione q̄uo aūt hec ſint vera dicit infra li.4.tex cō.iiȷ̄. ¶ Poſtea vero dicit ꝙ mathematici licet quandoqꝫ vtant ꝓ ſua imaginatione infinito tñ non ideo eſt īfinitū in actu ineſſe rei: neqꝫ eo vtunt: q2 qualiſcūqꝫ diuiſio ꝓportionis pōt fieri in linea maxima. ¶ Poſtea piloſophꝰ tex.cō.12. dicit cū cauſe ſint diuiſe quadrifariā: infinitū eſt ſicut materia cui anexa eſt priuatio. Nā priuat perfectione q̄ noiat ſub fine: et dicit ꝙ infinitū non eſt materia prima ſed eſt continuū ſenſibile.

## ¶ Textus.

T.cō.13. Reliquum autem eſt aggredi: ſecundum quas rationes infinitū eē videtur: nō ſolum potentia: ſꝫ ſicut determinatū eſt. Alia q̇dem ipſoꝝ nō neceſſaria ſunt. Alia vero hñt q̄ſdam veras contrarietates. Neqꝫ enim vt generatio non deficiat neceſſariū eſt infinitū eē actu ſenſibile corpus. Cōtingit enim alterīꝰ corruptionē alterius generationem eſſe: cum omne finitum ſit. ¶ Ampliꝰ tangi ⁊ includi alterū eſt. Hoc q̇dē enim
T.c.14. ad aliq̇d et cuiuſdā. Tangit eniꝫ aliq̇d oē: et finitoꝝ alicui acidit. Finitū autem nō ad aliq̇d eſt: neqꝫ tangere cnotingenti: contingens: eſt. ¶ Intelligentie
T.cō.15 autem credere incōueniens eſt. Nō eñ in re abundātia ⁊ defectus eſt: ſꝫ in itelligentia. Unūq̄nq̄ enim noſtrum intelliget vtiq̄ aliq̇s multiplicē ſeipſo augmentans in infinitū. Sed nō propter hoc extra aliquid eſt aut extra tantā magnitudinē: quā habemꝰ: quamuis intelligit aliq̇s: ſꝫ q̄m eſt hoc accidit. Tempus aūt ⁊ motus infinita ſunt et intelligentia nō permanente accepto. Magnitudo aūt neqꝫ ī diuiſione neqꝫ intelligibili augmētatione īfinitū. Sꝫ ō infinito quidem quomodo eſt: ⁊ quomodo non eſt: ⁊ quid eſt dictum eſt.



## ¶ Commentarium.

NUnc autem philoſophꝰ tex.cōmenti.13. dicit ꝙ vult ſoluere quinqꝫ rōnes añ factas: q̄rū aliq̄ omnino ſunt falſe alique vero veritatē habent primo dicit ad illud ꝙ ne generationes pereant neceſſe eſt eſſe infinitū in actu non concludit q2 cū generatio vnīꝰ ſit corruptio alterīꝰ et econuerſo ſic permanebunt abſqꝫ hoc quod detur infinitū in actu. Similiter alia rō que dicit ſi finitū eſt finit per aliud a ſe ergo vltra illud eſt aliud et ſic dabit infinitū in actu. Dicit philoſophus ꝙ aliud eſt finiri: aliud vero tangi. Finiri quidē poteſt aliquid a ſeipſo ſed non tangi. Poſtea vero philoſophus tex.cō.15. Dicit ꝙ illa ratio ītellectus intelligit infinitum extra celos ergo extra celos eſt aliquod infinitum dicendū ꝙ non valet hoc apprehēdo ſic vł ſic eſſe ergo ita eſt ſed bene econuerſo ſi ita eſt contingit ſic aprehendere. ¶ Dicit preterea philo. ꝙ tempus et motus ſunt infinita in potentia q̄m de illis nihil ē accipere in actu niſi quoddā īdiuiſibile: ſꝫ intellectꝰ intelligit continuitatē temporis et motus accipiendo ordiōem prioris et poſterioris: priori non ꝑmanente. Ultimo ſoluit rationē de magnitudine dicēs ꝙ neqꝫ diuiſiōe neqꝫ in cremtoē intelligibili ideſt poſſibili eſt infinitū in actu bene in potentia et ita finitur tex.cō. tertiȷ̄ phiſicorum.

¶ Circa iſtam longā digreſſionē infiniti; queritur vtrū poſſit dari aliquod infinitū ī actu: et arguit ꝙ ſic primo Ariſtoteles concedit tēpꝰ et motū eſſe infinita ipſe fatetur. 8. phiſicorum ergo dabile eſt infinitū in actu. Secūdo linea gyratiua ābiens colūnam ōcupedalem eſt infinita: ergo dare eſt infinitū in actu: conſequentia eſt nota: et añs probat: q2 diuiſo corpore per partes proportionales dupla proportione: et gyris gyrantibꝰ talem columnā: ibi ſunt infinite gyre quarū quelꝫ ē maior vna certa data: ergo illa linea gyratiua eſt infinita: tenet conſeq̄ntia et añs probat: quia quelibꝫ eſt maior q̄ circulus recta via gyrans cādem colūnā. ¶ Tertio arguitur angulꝰ rectꝰ eſt aliq̄ magnitudo: et tñ eſt infinitus in actu ergo intentū. Minor ꝓbat q2 reliq̄ patent: q2 diuiſo angulo recto per ꝑtes ꝓportionales dupla ꝓportione: q̄lꝫ ꝑs ꝓportionalis eſt angulꝰ acutus ⁊ eſt maior angulo contingentie vt tertio elementorū euclidis: et angulus contingentie eſt certe q̄ntitatis: ergo angulus rectꝰ eſt infinitus.

¶ In oppoſitū eſt phs negans infinitū. Pro ſolutione preſentis queſtionis noto ꝙ infinitū eſt duplex: quoddā in potētia: aliud in actu: infinitū ⁊ pōnia autē ꝑ diuiſionē: aut ꝑ appōnē aliud ē infinitū in actu ⁊ eſt magnitudo actu infinita ſine tro: vel multitudo infinita entium actu ſeparatorum. ¶ Alia diſtinctio. īfinitū ē triplex duratiōe: ꝑfectiōe ⁊ vigore; q̄ oīa cōcedit phs dari poſſe. Nā infinitū in

duratione daꝛ in celis materia prima: atq; intelligē
tijs: In ꝑfectione aūt daꝛ in prima cauſa: In vigore
vo ſm veriſimilioꝛē ſnīaꝫ Scoti Thome ⁊ Okā daꝛ
ī pria cauſa q̄cq̄d ī ꝯtrariū ſentiat Gre. ō mēte Ariſ.
Nota. 1. ¶ Noto prio ꝙ īfinitū dari ſtat bifariā vno mō cathe
goreumatice vt attribuiꝛ magnitudini vel multitu
dini. Alio mō ſyn. infinitū magnitudine: cathegore-
matice ē ens quantū ſine t'o ſꝫ infinitū multitudine
cathegoreumatice ē multitudo cuiꝰ ꝯſeq̄nter nu-
merādo nō ē dabilis vltima vnitas: īfinitū vo ſyn. vt
attribuiꝛ magnitudini pōt dici dupliciter: prio mō
nō tantū quā maiꝰ: ſecundo mō aliq̄ntū ⁊ q̄ntunlibet
maiꝰ prio mō ꝯcedit īfinitū pondꝰ ſortes pōt porta
re non ſecundo mō infinitū vero ꝓut ꝑtinet multitu-
dini exponiꝛ vno mō non tot q̄n plures: alio mō ali-
Nota. 2. quot ⁊ quotlibet plures. ¶ Nota. 2. ꝙ Aris. in iſto
3. phiſicoꝝ multas egregias facit demonſtrationes
ad ꝓbandū ꝙ nō ſit aliq̄d corpꝰ īfinitū in actu: ſꝫ mul
te illaꝝ ſunt ꝓbabiles et ſuaſiue. Nam nulla illaꝝ ꝓ
bat nō eē infinitū extra celos: nec valet dicere ꝙ oīa
alia deſtrueret. Nā celū ē impaſſibile: ſimiliter ſi eēt
circa aliq̄d corruptibile: non ꝓtinꝰ deſtrueret illud
q2 nō opꝫ dato infinite extenſo ente naturali: ꝙ oīa
deſtrueret: q2 nō oēs partes ſe adiuuāt ſꝫ ad certaꝫ
diſtantiā: vt clare ē videre in manu q̄ equaliter īfri-
Nota. 3. gidaꝛ in ſecana in mari et in vaſe. ¶ Noto. 3. ꝙ circa
lineā gyratiuā ſunt opiniones q̄buſdā vt Alberto de
ſaxonia et Buridano dicentibꝰ: ꝙ nō ē infinita. Et
aiunt ꝙ īfinita ē linea gyratiua: ſꝫ nulla linea gyrati-
ua eſt īfinita: ⁊ ꝙ quacūq; linea gyratiua data datur
maior et maior: ⁊ ꝙ q̄madmodū nō danꝛ oēs partes
ꝓportionales: ita nō datur linea gyratiua: gyrans
oēs partes ꝓportionales: ⁊ ſic nulla talis ē infinita: ſꝫ
in veritate credere hos luce clara deceptos: nec volo
facere maiorē ratioē quā illā quā feci in. 2. loco ante
oppm̄ vn̄ ego dicerē ꝙ linea gyratiua ſi imagineꝛ vni
formis finita ē: q2. 2: pars ꝓportionalis eſt in duplo
minꝰ lata quā pria: ⁊. 3. quā. 2. ⁊ ſic tandē redacta ad
vniformitatē inueniet tota tam lata vt pria gyrati. ⁊
in duplo lōgior pria gyra. ideoq; vt ſit īfinita tenēdū
eē difformiter longū: ita longū vt eiꝰ lōgiſſima pars
et imaginanda ē vt turris gradata hoc mō. Nā ſi ali
ter diſponereꝛ vt linee extremales eēnt cōtinue cū
ſupinitiū illaꝝ cadat vna tertia cauſans āgulos acu
tos ītrinſecos anteq̄ trāſeāt ſpaciū īfinitū ꝯcurrēt: ḡ
non eēt infinita: nec ſup linea gyratiua fundere volo
alia verba inania ſꝫ hoc ſufficit. ¶ Ideo ad argumē
ta. q. reſpondeo cū diciꝛ: motꝰ ē infinitꝰ: ⁊ tēpꝰ dic eē
ī potentia ⁊ ſucceſſione vt agoniſtici ludi vt dicebat
tex. nō tn̄ in actu. ¶ Ad ſecūdū de linea giratiua ſuf
ficiēter rn̄ſum ē nota. 3. ¶ Ad tertiū de angulo recto
Dic ꝯcedēdo aīs. ſ. angulꝰ rectus cōtinet infinitos
acutos: quoꝝ quilibet eſt maior vno certo dato: non
tn̄ eſt infinitꝰ: q2 cōparaꝛ ad aliquid alteriꝰ rōnis. ſ.
anguli rectilinei ad mixtū angulū. ¶ Circa materiā
hanc de infinito quidā inferūt ꝙ impoſſe ē de duobus
pedalibꝰ ſecluſa rarefactiōe fieri vnū infinitū corpꝰ
¶ Sed cōtra hoc arguiꝛ: ſit vnū pedale ⁊ diuidatur
vna medietas ab eo ſm longitudinē: ⁊ poſtea illi ſe-
mipedali ſm longitudinē diuiſo addaꝛ medietas ſꝫ
latitudinē alteriꝰ ſemipedalis: ⁊ hoc in lōgū: poſt vo
medietas reſtātis ſm latitudinē in lōgū. et fiet īfini
te lōgū ⁊ altero pedali eodē mō diuiſo: addanꝛ ptes
minores vbi fuerūt craſſiores ⁊ ſic fiet infinite lōgū
vniformiter latū. ¶ Sed hoc ē impoſſibile vt pꝫ cal
culanti: ideo ꝓbatio nil vrget.

¶ Scd̄a q̄ō vtrū detur infinitū mul- Secūda
titudinē in actu entiū actu ſeparatoꝝ ⁊ arguiꝛ ꝙ ſic
ſuppoſito ꝙ mundꝰ fuerit ab eterno: ⁊ ꝙ intellectus
hoīs ſit ꝑpetuꝰ a ꝑte poſt: tūc ſic arguo infiniti dies ꝓ
ceſſerunt in quibꝰ ſaltē in toto vniuerſo nō fuit dies
vacua: quin in illa aliquis perierit: ⁊ eius aīa fuerit
ſeparata: ergo iā mō infinite aīe rōnales ſunt ī actu.
¶ Scd̄o arguiꝛ ſpēs reꝝ ſunt eterne: ſꝫ numeri ſunt
ſpēs reꝝ: et infinite: ergo danꝛ in actu infinite ſpēs.
¶ Tertio in materia ſunt infinite potētie ad īfinitu
dinē formaꝝ quā pōt recipere materia: ergo in ma-
teria daꝛ infinitū in actu. Oppm̄ determinat phs in
hoc tertio. ¶ Pro ſolutione p̄ntis q̄ōnis notandū ꝙ
multitudo queddā ē ſpecieꝝ: ⁊ talis nō eſt dabilis ī
finita. Alia ē indiuiduoꝝ differentiū penes diuerſas
quantitates: ⁊ talis nō ē dabilis. Tertia ē in diuiduo
ꝝ ſubiecto ꝯuenientiū: ſꝫ differentiū ꝑ diuerſos ter
minos vt ē illaꝝ potentiaꝝ materie: tenendo ꝙ ſunt
potentie reſpectiue. Tale īfinitū bene ē dabile: non
vero reliq̄duo. ¶ Per hec ad argūenta patet ſoluti
o: ad priū de animis dicendū ꝙ vnꝰ ē intellectꝰ in
oīibꝰ hoībꝰ vt credit cōmentator demente Ariſtote
lis: vel dic et melius: cū Alexandro ꝙ aīa noſtra eſt
extenſa ſm Ariſ. q̄ cū homine ſi mul depereat vt ille
brutoꝝ vel dic. 3. vt multi ꝙ Ariſ. nō negauit īfinitū
in diuiſibiliū: ſecꝰ aūt corporaliū. ¶ Ad ſecundū de
nūeris dic nō eſſe incōueniēs: ꝙ deꝛ infinitū in actu
in ſpeciebus: q̄ nō facte ſunt ad ꝑfectionem vniuerſi.
¶ Ad tertiā rn̄ſum eſt ex ꝑte cōmentatoris ꝙ negat
infinitū in actu ex ꝑte formarū: et ex ꝑte quātitatis
plurificatorū: ſecꝰ ex ꝑte eoꝝ: q̄ recipiūt ſuā differen
tiā extrīs.

¶ Tertia q̄ō vtrū deꝰ poſſit facere ī- Tertia q̄ō
finitū in actu: ſiue magnitudine: ſiue multitudine: et
arguiꝛ ꝑs affirmatiua: oē q̄d nō īplicat cōtradictio-
nē deꝰ pōt facere. ſed infinitū eē nō īplicat cōtradic
tionē: ḡ deꝰ pōt facere: ꝙ aūt nō implicet videbiꝛ reſ
pondendo ad obiecta in contrariū. In oppoſitū ar-
guiꝛ ꝙ nō ſit dabile infinitū q2 illud equareꝛ in ꝑfec-
tiōe ipſi deo: ſimil'r eſt bona rō: ꝙ illo dato deꝰ nō po
ſſet facere maiꝰ illo: ⁊ ſic pōtia dei eēt exhauſta. Itē
ſi tale infinitū dareꝛ maxime eēt ꝙ in quolꝫ inſtanti
vniꝰ hore ꝓducat deꝰ vnā pedalitatē quā cōtinuet al
teri: ſꝫ tale nō daꝛ: q2 nō videꝛ q̄ cui eēt ꝯtinuata: nō
enī eſt potior rō ꝙ vna alteri cōtinueꝛ quā alia alte-
ri: q2 ſicut inter inſtās et inſtās mediāt infinita inſtā
tia: ſic inter pedalitatē vnā et alterā mediabūt infini
te pedalitates. ¶ Pro ſolutiōe p̄ntis q̄ōnis noto fui
ſſe opinionē Doc: ſanc. ꝙ infinitū ēt ꝑ pōtiā dei fieri
non valꝫ: et hāc opinionē habuit pria ꝑte. q. 7. quam
hoc modo ſuadet: nullum ſimpliciter infinituꝫ habet
eſſe limitatū: ſed omne ens creatum habet eſſe limi-
tatum: ergo nullū ens creatū ē ſimpliciter infinitū:
ꝯña eſt in ceſare: aīs eſt veruꝫ pro maiori vt conſtat
ꝓ minori vo ꝓbaꝛ oē ens creatuꝫ hꝫ eē limitatuꝫ: er-
go nō infinitū. ¶ Scd̄o dicit Do. ſanc. ī eadē ꝑte vbi
ſupra ar. 2. ꝙ deꝰ pōt facere aliquā formā tā ſubaleꝫ
q̄ accidētalē infinitā ſm rōnē ſue ſpēi. Hāc aūt ꝓpō
nē ſic ꝓbat oīs forma hn̄s oēm modū ꝑfectiōis poſſi-
bilē ſpēi ē īfinita in tali ſpē: q2 ei vt ſic nihil pōt addi
ſꝫ aliq̄ forma huiuſmodi vtpote cuꝫ fuerit a ſubo ſe-
parata habet oēm moduꝫ ꝑfectiōis poſſibilē debitū
ſue ſpēi: q2 non limitatur a recipiēti ḡ concl'o vera
¶ Ex qua opinione aliqua eliciunꝛ. Primū eſt talis
forma ſeparata nō eēt indiuidua: q2 oēs indiuidua-

tio ē ex ſubiecto vel ex quantitate: quantitas vero a ſeipſa indiuiduatᷓ penes diuerſum ſitū partiū quē a ſeipa hꝫ. ¶ Scōo. nō pn̄t eē due albedines ſepate qꝛ differūt nūero: ⁊ nō hn̄t vn̄ differāt nūero. ¶ Tertio ꝙ quātūcunqꝫ albedo intendatᷓ exiſtens in ſubiecto tn̄ nūquā equabitᷓ pfectioni vel intenſioni albedinis in ſubiecto nō exiſtentis ⁊ q̄ntū ego intelligo vult dicere ꝙ albedo in ſubiecto habet quoddā eē actualis exiſtentie limitatū cōforme ſubiecto: ſꝫ extra habet eſſe pfectiꝰ nō eſſentialiter ſꝫ accidentalr̄: ⁊ hoc eē nanciſcitᷓ a ſolo deo. ¶ Seq̄tᷓ. 4. ꝙ ille caloꝛ ſeparatꝰ nulliꝰ eſt actiuitatis qꝛ nulla foꝛma materialis vꝫ introduci ab agēte creato ī materiali: vt pma parte Doctoꝛ ſanctꝰ queſtione. 65. ar. pꝛimo: imo nec angelꝰ poteſt tranſmutare materiā ad foꝛmā ſꝫ deus hoc poſſit: qꝛ materia nō ꝯtinetᷓ in virtute angeli: ſecꝰ in virtute dei pꝛima parte queſtione. ii5. ¶ Sequitᷓ. 5 ꝙ ſꝫ albedo queat eē abſqꝫ ſubiecto ſꝫ non curſus includendo vbicationē ſecꝰ quo ad abſolutū.

## ¶ Secunda cōcluſio Doc. ſancti ē

ibidē. ar. 5. ꝙ nō poteſt dari magnitudo actu infinita quā hoc mō ſuadet qꝛ de ratione linee ē ꝙ terminetᷓ punctis ſupficiei ꝙ lineis: et coꝛpoꝛis ꝙ ſupficiebꝰ: ꝙ ſi terminatū ē: quomodo ē infinitū. ¶ Contra quam ſniaꝫ arguit Gregorius. diſt. 44. pꝛimo ſen. nō repugnat deū in qualibet parte ꝓpoꝛtionali facere vnā magnitudinē cubā q̄dratā: ⁊ vnā alteri continuare: quo habito ī fine hoꝛe erit talis magnitudo infinita. ¶ Dicunt ad hoc argumentū ꝙ iſti duo termini ſunt repugnātes. ſ. infinitū: ⁊ ens actu: qꝛ vt inquit Ariſ. 5. phiſicoꝝ ꝙ de ratione infiniti eſt: ꝙ hēat actum admixtū potentie: ⁊ nunquā totaliter ponatᷓ in actu. ¶ Idē aiunt implicare cōtradictionē ꝙ detᷓ infinitū in actu quo ad multitudinē: qð ita ſuadetᷓ: qꝛ oīs multitudo eſt numerabilis: ⁊ ſi numerabilis finita. ¶ Sed ī hanc ꝯclōnē arguit Gregoꝛiꝰ. Deꝰ pōt quamlibet partē ꝓpoꝛtionalē huiꝰ ꝯtinui ſeparare ab alia ⁊ ſic ſeparatā ꝯſeruare: ⁊ ſic tandē ī fine hoꝛe erit multitudo actu infinita entiū ſeparatoꝝ. ¶ Dicēdū īplicare ꝯtraditionē ꝙ in fine ita ꝑmaneat. ¶ Iterū arguit Gregoꝛiꝰ deꝰ pōt q̇cquid infiniti angeli ſi eēnt: ſꝫ īfiniti angeli: ſi eēnt ꝓducerēt īfinitū ī notitijs ğ deꝰ pōt illð. ¶ Rn̄dent arguere loco ab impoſſi.

## ¶ Tertia cōcluſio Docto. ſancti eſt

ar. 4. pꝛefate queſtionis ꝙ oīm magnitudine data vel multitudine data ē dabilis maioꝛ: q̄ ꝓbatᷓ: qꝛ de multitudine nō ē dubiū: qꝛ vadit ī infinitū: qꝛ ꝓcedit ex diuiſione ꝯtinui: de magnitudine pꝫ qꝛ numeratᷓ ſicut numerꝰ: ⁊ eadē appellatiōe vt pꝫ de bicubito tricubito ⁊c. ğ ꝓcedere pōt ī īfinitū vt nūerꝰ ſyn.

## ¶ Iā vero mihi libet q̄dā argumē

ta foꝛmare ꝑdocta q̇bꝰ ego ꝓbē dari infinitū in actu naturaliter adhuc loquēdo. ¶ Pꝛimū argumētū ſit de circulo ſic arguo circulꝰ eſt infinite capacitatis: ergo circulus eſt quid infinitū: tenet ꝯſequentia: et antecedens ꝓbatᷓ ſuppoſita illa ꝓpoſitione euclidis omniū figuraꝝ hyſoperimetrarū: q̄ plium eſt angulorū ē capatioꝛ: et ꝙ omniū hyſopimetrarū ſphera maximū eſt: quo habito ſic arguo volo ꝙ hoꝛa futura diuiſa ꝑ ꝑtes ꝓpoꝛtiōales minoꝛibꝰ v̄ſus finē ī pma pte fiat vna figura polygonia triū anguloꝝ: in ſecunda fiat altera 4. angulorum hyſoperimetra illi: in tertia altera pentagona quinqꝫ anglōꝝ: q̄ ſemꝑ ibūt capatioꝛes: et oībꝰ illis capatioꝛ eſt circulꝰ hyſopimeter: ergo circulꝰ eſt infinite capacitatis. ¶ Dicēdū ad hoc argumētū ꝙ q̄madmodū non valꝫ: addendo vni pedali oēs ꝑtes ꝓpoꝛtionales alteriꝰ: additᷓ nūerꝰ infinitꝰ: igitᷓ res acreſcit in infinitū: ſic non valꝫ addendo plēs angulos creſcit capacitas: ergo ſi addātur anguli in infinitū creſcit capacitas in infinitum cōcedēdū eſt ſyn. nō tn̄ cathegoꝛeu. qꝛ hoc cremētū fit ſemꝑ q̄ſi ꝑ ꝑtes ꝓpoꝛtionales minoꝛes ⁊ minoꝛes.

## ¶ Scōm argm̄ ē vmbꝛa ē lumen di

minutū: et q̇d poſitiuū vt declaraui in nr̄o tractatu ð luminoſis: et tn̄ cauſatᷓ hodie infinita naturaliter: ergo ꝯn̄a eſt nota: et ꝓbatᷓ an̄s hoc modo: ſit lumīoſum minꝰ et oppacū maius: ita vt tale oppacū faciat vmbꝛā pyramidis euerſe infinite vt cantua. i. par. perſpectiue ꝓpoſitione. 24. iam ibi eſt vmbꝛa infinita: ergo datᷓ infinitū in actū. ¶ Dicendū ad hoc ꝙ intelligendꝰ eſt cantuarīēſis: ſi luminoſum eēt infinite virtutis ad illuminandū: et non alr̄ vel dic ꝙ ibi capietᷓ vmbꝛa vt ſe extendat ad tenebꝛā.

## ¶ Tertium argm̄ eſt ð duobꝰ ſpecu

lis. a. et. b. contrapoſitis: fiunt infinite imagines: ergo datᷓ infinitū in actu: ꝓbatᷓ an̄s qꝛ. a. apparet in. b. et iterū. b. in. a. et iterū. b. in ſeipſo et iterū. a. intra. b. ergo infinite imagines apparebūt: qꝛ detᷓ quare erit ſtatꝰ. ¶ In hoc argūto bona ē difficultas cur tot apparēt imagines: ad qð dicitᷓ ꝙ illud ē ꝓpter multiplicē reflexionē. Nā. a. ꝓducit ſuos radies rectos in. b. a quo in occulū veniunt et videtᷓ ſemel. a. in. b. Iterū radij reflexi. a. de. b. redeunt iterū in a. a quo iterū in. b. et inde ad occulū et iō appꝫt iterū. a. in ſeipſo. ¶ Sꝫ cur ꝓfundioꝛ ſcða imago q̄m pꝛia dic illud eē qꝛ a radijs remiſſioꝛibꝰ. Nā clariꝰ viſa: ꝓpinquioꝛa: et remiſſiꝰ diſtantioꝛa apparēt. ¶ Sed cur non infinite imagines: qꝛ in his reflexionibꝰ venitur ad minimā in qua non eſt īmutatio ſufficiēs. ¶ Quare errauit Ludo. Coꝛo. cogitās cauſam eē imaginū ꝓfundius appꝫenciū: qꝛ imago. a. magis diſtat. a. b. ſpeculo quā. a. ſpeculū: qꝛ ſic diceret ꝙ imago. a. cauſat ſpecies in. b. qð eſt vanū: cū imago nō ſit diſtinctū quid a re viſa ꝑ radios reflexos vt dixi in nr̄o tractatu de luminoſis.

## ¶ Sed contra ponentes de poten

cia dei poſſe dari infinitū: cuiꝰ opiniōis eſt Grego. diſt. 44. ſen. ſequuntᷓ duo contradictoꝛia vera. ſ. manꝰ mea aliquid tāgit: et nihil tangit: ſcðlla ꝓbatᷓ: volo ꝙ inter manū meā ⁊ vnū lapidē q̄dratū faciat deꝰ aliud ſimile q̄dratū qð tangat manū. et pꝛimū q̄dratū: iterū inter hoc ſecūdū q̄dratū et pmū: idē faciat creādo aliud tangens ſcōm et pꝛimum ⁊c faciat de alijs ꝑ ꝑtes ꝓpoꝛtionales vniꝰ hoꝛe in fine vel illud eſt infinitū: et ſic infinitū rectū clauderetᷓ inter duo extrema ſcilicet pꝛimū lapidē et manū vel eſt finitū qð eſt intētū hoc habito ſic arguo in fine hoꝛe vel manꝰ mea tāgit aliquid vel nihil non ſcōm qꝛ tota hoꝛa tetigit et non deſinit tangere: nec pꝛimū qꝛ eſſet infinitū rectū clauſum inter duo extrema. ¶ Dicēdū illud in fine hoꝛe infinitū nec tangi aliquod quadratū a manu nec a pꝛīo q̄drato: qꝛ factū eſt infinitū et ſi quis irrideret hāc ſolutionē: irrideat ſibi iꝑi et ſoluat argm̄ zenois. 4. phiſicoꝝ ꝙ īpoſſibilis eſt motus hoc mō quo ego feci illud. i. phiſicoꝝ: vbi cōceſſi diuiſo ſpacio ꝑ ꝑtes ꝓpoꝛtionales minoꝛibꝰ verſus finē ſi ſoꝛtes trāſeat duas ꝑtes illiꝰ ſpacij: ⁊ plato ſemper vnā: ꝙ eque cito venient ad fine et tn̄ ſemꝑ plato poſtponitᷓ ſoꝛti: et hoc oēs cōcedunt ſpeciali pꝛeuilegio infinitoꝛum.

¶ Explicit tertius.

## ¶ Liber quartus de phiſico auditu.

Similiter autem ne
ceſſe eſt phyſicum et de lo-
co ſicut et de infinito conſi
derare ſi eſt: aut non: quo-
modo eſt: ⁊ quid eſt. ¶ Et
ea namqꝫ que ſunt omnes
opinanẗ alicubi eē. Quod
enim non eſt: nuſq̄ eſt. Ubi
enim eſt tragelaphus aut
ſphinx.
¶ Et ō motu qui cōmunis
T.cō.1. maxime eſt: magis prius ſecundum locum eſt: quem
vocamus loci mutationem. ¶ Habet autem multas
T.cō.2. dubitationes: quid forte ſit locus. Non eadem vide-
tur conſiderantibus ex omnibus que inſunt. Ampli-
us autem neqꝫ habem⁹ nihil ab aliis: neqꝫ predubi-
T.cō.3. tatum: neqꝫ bene exquiſitum de hoc. ¶ Quod qui-
dem igitur locus ſit: videtur ex tranſmutatione ma
nifeſtum eſſe. Ubi namqꝫ nunc eſt aqua hinc exeun-
te ſicut ex vaſe: iterum aer ineſt. Qn̄ autem eūdem
locum hunc aliud aliquod corporum detinet: hoc ab
his que inſunt et commutantur: alterum omnib⁹ eſſe
videtur. In quo enim aer eſt nunc: uqua in hoc pri⁹
erat. Quare manifeſtum eſt ꝙ erat locus aliquis et
T.cō.4. receptaculum alterum ab vtriſqꝫ in quod et ex quo
mutatū eſt. ¶ Amplius autem loci mutationis phy
ſicorum corporum et ſimpliciū vt ignis et terre et
talium non ſolum oſtendunt ꝙ aliquis ē locus: ſꝫ qꝛ
et habet quandam potentiam locus. Fertur eñ vnū
quodqꝫ in ſui locum non prohibitum. Hoc quidem
ſurſum: illō autem deorſum. He autem ſunt loci par
tes et ſpecies ſurſum et deorſum: et reliqne ſex diſtā
T.cō.5 tiaꝝ. ¶ Sunt autem huiuſmodi non ſolū ad nos dex
trorſum: ſiniſtrorſum: ſurſum: et deorſum. Nobis qui
dem enim non ſemper idem: ſed ſecundum poſitio-
nem quomodocunqꝫ vertamur fit: propter quod
idem multotiens dextrum et ſiniſtrum eſt et ſurſum:
et deorſum: et ante et retro. In natura autem deter
minatum eſt ſeorſum vnunquodqꝫ. Non enim quoni-
am contingit ſurſum eſt: ſed vbi fertur ignis et leue
Similiter autem et deorſum: non quia contingit: ſꝫ
vbi habentia grauitatem et terrena: tāquam non po
ſitione ſolum differentia: ſed potentia. Oſtendunt
autem et mathematica. Cum enim non ſint in loco ta
men ſecūdū poſitionem ad nos habent dextra et ſini
ſtra. Quare ſolum eſt intelligere ipſorum poſitionē
T.cō.6. non habentia natura horum vnunquodqꝫ. ¶ Ampli-
us vacuum affirmantes locum dicunt eſſe. Uacuum
enim erit vtiqꝫ locus priuatus corpore. Quod qui-
dem igitur ſit aliquis locus preter corpora: et omne
corp⁹ ſenſibile in loco eſſe: per hoc aliquis concipiet
¶ Uidetur autem vtiqꝫ ⁊ Heſiodus recte dicere fa
ciens primū chaos Dicit quidē igitur omniū primū
chaos factum: poſtea vero teram latam tanquam in
digeret primum eſſe receptaculum his que ſunt: ꝓp
ter id quod opinati ſunt quemadmodum multi om-
T.cō.7. nia alicubi et in loco eſſe. Si autem huiuſmodiē mi
rabilis quedam vtiqꝫ erit potentia loci ⁊ prima om
nibus. Sine quo nanqꝫ aliorum nullum eſt: illud au-
tem ſine aliis: neceſſe eſt primum eſſe: non eñ perdiẗ
locus his que ſunt in eo corruptis.

Philoſophus ī preſentiarū reddit cauſam cur de loco eſt mentio ſicut erat de infinito mentio; dicens eedem queſtiones que ſunt tractate de infinito debeot tractari de loco. ſ. vtrū ſit loc⁹: et poſtea quonā ſit mō: aut ſit ſubſtātia et ꝑ ſe exiſtens: vel poti⁹ in alio vt accidētia: ⁊ affert rationem cur de loco ſit diſſerendum arguēs hoc modo: omnes aiunt omne quod eſt eſt in loco: ergo de loco eſt diſſerendum: tenet conſequentia ⁊ añcedens probatur quia qō non eſt nullibi eſt: ergo oē quod eſt alicubi eſt. ¶ Secundo illud perſuadēt qꝛ communiſſimus motus eſt localis octauo phiſicorū hic pertinet conſideratiōi philoſophi: ergo et locus pertinet conſiderationi philoſophi. ¶ Sed dubitaẗ hic egregie: dicit philoſophus pertinere ſimilem cōſiderationem philoſopho de infinito et de loco quod eſt falſum: quia infinitum quid impoſſibile eſt quale non eſt locus. Dicendum philoſophum non velle dicere: niſi ꝙ quemadmodum infinitum erat conſiderandum: quia cōſequiẗ motum: et quia omnes philoſophi naturales de illo mentiōem fecerunt ſic pari modo de loco eſt conſiderandum tum quia ſequitur motum: tum quia alii philoſophi naturales de eo mētionem fecerunt. ¶ Iterum dubitatur de conſequētis quas facit dicens: ſi aliquid ē ⁊ in loco: quam probat eſſe bonam conſequentiam quia valet: ſi non eſt: non eſt in loco: ergo ſi ē in loco ē: vr̄ eſſe malus modus arguendi cum ſit a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis. Dicendum cum commentatore ꝙ hic philoſophus loquitur ſm̄ opiniōem antiquorum qui nihil arbitrabantur eſſe preter corporalia: que omnia in loco eſſe ē clarum: obidqꝫ ab eis ponitur eſſe bona cōſequētia ſi aliquid eſt ens: illud eſt in loco: quia loquitur de corporalibus: et ita arguendo a tota cōditiōali cū d̄ſtructiōe añtis ad deſtructionem conſequentis validum eſt argumentum in cōuertibilibus gratia materie et nō alias. Iterū dubitatur et bene quomodo motus localis eſt comuniſſim⁹: et magis proprius. Dicendum ꝙ eſt cōmuniſſimus quia tam ſuper celeſtibus: quam his inferioribus cōueniat: et magis proprius: quia inter oēs maxime cōtinuus: immo forte ſolus ipſe cōtinuus.

## ¶ Queritur hic vtrum omne ens ſit

in loco videtur eñ falſum quia angeli ſunt entia ⁊ tamē nō ſunt in loco. Dicēdum ꝙ āgeli ſunt in loco diffinitiue ideſt ſic hic ꝙ nō alibi vel dicēdū cū Doctore ſancto ꝙ ſunt ī loco per operatiōem quia eñ operātur ī iſto loco ſunt ī iſto loco vnde licet eſſe precedat opatiōem tamē eſſe ī iſto loco ſequitur operationem ī loco quod verum eſt ī his que ſunt in loco eq̄uoce: ſicut ſunt intelligentie. ¶ Poſtea vero textu commenti ſecundi declarat ꝙ difficile apparet declarare quid ſit locus: quia diuerſi diuerſa ſenſere: ⁊ quia ab antiquis nihil bene determinatum habem⁹. ¶ Poſtea philoſophus textu commenti tertii declarat locum eſſe et eſſe quid diſtinctum a locato hoc modo ſicut cognoſcimus ex ſucceſſione formarum circa idem ſubiectum materiam diſtingui a forma: ⁊ cognoſcimus locum eſſe diſtinctum a locato: quia in loco vbi erat vnum locatum ſuccedit aliud: ⁊ poſtea aliud: ergo locus eſt q̇d diſtinctū a locato. ¶ Iterum textu commenti quarti probat omnia loca per omnes mutatiōes q̄rū ſunt q̄dā ſurſum alie deorſum ⁊c. īmo ꝓbaẗ ꝙ loc⁹ hr̄ poñam q̄ndā ꝯſeruandi oīa: ⁊ dicit loci ſpēs. 6. eē ſicut ſunt d̄r̄ie poſitiōis. Sūt aūt huiuſmodi d̄r̄ie ex nā rei in vniuerſo et non in ordīe ad nos: ē. n. ſurſum vbi ferẗ ignis ⁊ deorſum vbi terra lꝫ ſit aliq̄ pō ī ordīe ad nos vt pꝫ ī mathematicis.

¶ Preterea textu commenti ſexti ꝓbat eſſe locum per antiquos ponentes eſſe vacuum: eſt autem vacuum locus non repletus corpore aptus natus repleri ergo eſt locus. Quod etiam ꝓbat teſtimonio Heſiodi qui dixit primo fuiſſe chaos deīde terram eē creatam tanquam receptaculum omnium ſi autem ita ē mirabilis profecto eſt ꝓprietas loci: et primum omnium: quia ſine loco reliqua non poſſunt eſſe bene tamen locus ſine iſto aut iſto locato.

Utrum locꝰ conſeruatiuꝰ locati.

¶ Queritur vtrum locus ſit conſeruatiuus locati circa iſtum textum: et videtur ꝓ parte negatiua ꝙ non: quia illa que ſe inuicem alterant et deſtruunt non ſe inuicē conſeruant: ſed ita eſt de igne et aere ꝙ ſemper ignis alterat aerem quia ſub polis multum de igne vertitur in aerem: et ſub equinoctiali multum de aere vertitur in ignem: ergo nō conſeruat ignis aerē. Idem eſt argumentum de celo lune reſpectu ignis. Nam ſicut planeta qui eſt luna declinat ad frigidum et humidum eſt enim luna dominatrix aquarum: ita pari modo ſe habet totum celum lune: ꝙ eius natura eſt frigida et humida et corrumpit ignem ergo non eſt locus conſeruatiuus locati. Oppoſitum determinat philoſophus dicens ꝙ mirabilis eſt proprietas loci et experientia pꝫ quia videmus omnia entia naturalia petere propria loca vt ignem ſurſum et terram deorſum ꝛc. ¶ Pro ſolutione preſentis queſtionis notandum loca naturalia rerum non eſſe determinata niſi merito influentiarū celeſtium: ita ꝙ influentie celeſtes vbi eſt ignis influunt rem igni proportionataꝝ: et vbi eſt aqua ſimiliter: et ſi contigerit eam influentiam eſſe fortiorem in igne qualitatibus aduerſis aeris conſeruabit aerem: et ſic ignis eſt conſeruatiuus aeris per influentiam potentiorem: licet quandoqꝫ deſtruat per qualitates alteratiuas manifeſtas: ꝙ autem locꝰ ſit con-

Expientia i. ſeruatiuus locati patet experientijs pl'ibus. Pria ex-

perientia quia in morbis cronicis quibus tota medi-

Experi. 2. cina non preſtat auxilium preſtat repatricio. Secū-

da experientia commen. ſecundo de celo ꝙ generantur elephantes in oriente et occidente et nō in alijs

Experiē. 3. partibus quod eſt quia ille eſt locus conſeruatiuus eorum. Tertia experientia ē ꝙ racemi ſiti ad oriēs ſunt dulciores et meliores: eo ꝙ meliores influētias participant q̄ ꝓpẽ feneſtre ſite ad oriēs ſunt ſalubriores quam ſite ad occidēs: vel ad meridiē: vel ad idē regionis meridionales ſunt humidiores et calidiores quam ſeptētrionales: ergo ſunt maiꝰ ſane: īmo regiones calidiores ꝓcreāt hoīes mīores et minus audaces et frigidiores maiores et auditores et meli-

Experi. 4. cos caloratos. 14. problematum philoſophus. Ad hec loca cōuallium ſunt infirmiora tāquam recipiētia plures humiditates et ſunt calidiora ꝓpter vnionem radiorum eſſe maiorem tāquam ī cētro ſpeculi

Expien. 5. ꝯcaui. Preterea lynco. ī ſuo tractatu de radijs dicit ꝙ intriuallis reperiebātur hoīes qui pre faſtidio vite ſeipſos precepitabāt vt morerent̃ ergo ille locꝰ ē maxime conſeruatiuus locati. Hoc etiā patet: quia

Expien. 6. regio ſub equinoctiali eſt temperatior alijs vt patet per quottidianā experiētiā ꝛ regio ſub tropicis aduſta vt mōſtrat ethiopia: iſtā autē diuerſitatē locorum ego certe accomodarem celo quieſcēti qꝺ diuerſis proprietatibꝰ in ſignitū diuerſas habꝫ influere qualitates diuerſis ī locis. Nam omne aliud celum ē volubile: et ſic ad omnes partes applicat ſuas met influentias.

Atuero habet defectum: ſi eſt: quid eſt. Utrum enim moles quedam corporis aut quedam altera natura. Querendum eſt enim genꝰ ipiꝰ primuꝫ diſtantias quidē igitur habet tres longitudinis latitudinis: ꝛ ꝓfunditatis. quibus determinatur corpus omne. Impoſſibile eſt autem corpus eſſe locum. In eodem nāqꝫ eſſent duo corpora. ¶ Ampliꝰ ſi vere corporis locus eſt receptaculum. manifeſtum ꝙ ꝛ ſuperficiei erit. ꝛ reliquorum terminorum. Eadem enim cōſonat ratio vbi namque prius erant aque planicies. erunt iteꝝ que ſunt aeris. Atuero differentiam neque vnam habemus puncti et loci puncti. Quare ſi neqꝫ ab hoc ē locus alterum. neque ab aliorum nullus. neque ē aliquid preter vnum quodqꝫ iſtorum locus. Quid. eīm forte et ponemus eſſe locum. Neqꝫ elementum enim neqꝫ ex elementis poſſunt eſſe huiuſmodi habētia naturam: neque corporeorum neque incorporeorum. Magnitudinem quidem enim habet locus: corpus autem nullum. Adhuc autem ſenſibilium quidē corporum elementa corporea. Ex intellgibilibus autē elemētis nulla magnitudo fit. Amplius et cuiꝰ vtiqꝫ quis ponet his que ſunt cauſam eſſe locum. nec vna cā ieſt ipſi ō q̄ttuor: neqꝫ eīm ſicut mā coꝝ q̄ ſunt. neqꝫ ex ipſo cōſtituta ſunt. Neqꝫ ſicut ſpecies ꝛ ratio coꝝ que ſunt. Neque ſicut finis. Neque ſicut mouens ea que ſunt. ¶ Amplius et ipſe ſi ē aliquid eorum. que ſunt alicubi erit zenonis enim opinio queret quādā rationem. Si nāque omne quod eſt in loco ē manifeſtum: qm̄ ꝛ loci locus erit et hoc: ī infinitum ꝓcedet. ¶ Amplius ſicut omne corpus in loco eſt: ſic ꝛ in omī loco corpus. Quomodo igitur dicemus de his que augmentātur. Neceſſe eſt enim ex his ſimul augmētari locum cum ipſis. Neqꝫ enim minor: neqꝫ maior locus eſt vnicuiqꝫ. Per hoc quidem igitur nō ſolum quid eſt: ſed etiam ſi eſt dubitare neceſſe eſt.

¶ In hac parte ariſtoteles probat ꝙ locus non ſit aliquid ſex rationibus. Prima ratio eſt ſi locus ſit aliquid oportet eſſe corpus quia habet trinam dimenſionē: ſed hoc nō poteſt eſſe quia ſequeretur eſſe duo corpora ſimul vtpote locus et locatum quod eſt falſum. ¶ Secūda ratio ponitur textu commēti. 9. vbi dicit ꝙ locus eſt receptaculum: ergo q̄madmodum corporis eſt vnum receptaculum ita ſupꝑficiei erit aliud: et punti locus erit pūtus: et ita duo punta occuparēt locum maiorem vno et due ſuperficies locum maiorem vna quod eſt falſum: quia ex indiuiſibilibꝰ fieret aliquod continuum. Tertia ratio oē quod eſt vel eſt elementum vel ex elemētis ſꝫ neutrum horum eſt locus: quia nec eſt ī corporeus vt patet nec corporeus qꝛ eſſent duo corpa ſimul. Quarta ratio textu commēti. 11. eſt quia ſi locus eſt aliquo modo eſſet cauſa ſed hoc non quia ſub nullo. 4. gn̄rū cauſarum ꝯtinetur. Non enim eſt materia: quia locata nō fiūt ex loco: nec formalis quia ſequeretur oīa hn̄tia eūdem locū eſſe eiuſdem ſpeciei: quia haberēt eādem formam que cōſtituit ſpeciem: nec eſt cauſa efficiēs quia eſt totus motus: nec finalis quia potius locus eſt propter locata quam locatum ꝓpter locum. Quinta ratio textu commenti. 12. eſt ſi locus eſt aliquid. ipſe erit in alio loco: et ille in alio: et ſic erit proceſſus ī infinitum. Sexta ratio textu commti. 13. habetur: ſi locus eſt aliquid: et in oī loco eſt corpus: et omne corpus in loco; ſequitur ꝙ augmētato corpore

locato augmentabitur locus: tenet ↄ̄ña: q̄ꝛ locus eſt
equalis locato, ⁊ falſitas ↄ̄ñtis ꝓbatur: q̄ꝛ locus ē im
mobilis.

¶ Circa iſtum textū querit̃. Primo
vtrum omne corpus habeat trinam dimenſionē. Ad
quod eſt reſponſio clara concedēdo ꝙ ſic. Et eſt vna
egregia ꝓbatio doctoris ſancti primo de celo: q̄ꝛ ſm
Euclidem impoſſibile eſt plures ꝙ̄ tres lineas in eo
dem puncto perpendiculariter concurrere: ⁊ ideo
non ſunt niſi tres dimēſiones. Nam ſi eſſent quattuor
dimenſiones eſſent quattuor linee concurrentes ī eo
dem puncto quod eſt falſum et contra Euclidem vn
decimo elementorum.

¶ Queritur ſi locus eſt equalis lo-
cato: et arguitur ꝙ non: quia locꝰ eſt ſuperficies dua
rum dimenſionum: et locatum eſt trium dimenſionū:
ergo non ſunt equalia: locus et locatum. Secundo
ſi locus eſſet equalis locato eſſet quantitas: et ita nō
eſſet conſeruatiuus nec actiuus: quod eſt falſum: ſe-
quella patet: quia proprium eſt quantitatis ſm eam
eq̄le vel inequale dici: et ꝙ non ſit actiuus pꝫ q̄ꝛ quan
titas vt quantitas nō eſt actiua. ¶ Oppoſitum dicit
philoſophus in textu. Pro deciſione huius queſtiōis
noto: ꝙ equalitas eſt duplex vt dicit Cōmentator in
iſto. 4. cō. 17. ſcilicet equalitas dimenſionis: et con
tinentie: prima equalitas eſt cū vnū corpus equatur
alteri ſm trinam dimenſionem. Continentie vero eſt
cū vnū capit aliud et non poſſet capere magis niſi di
latetur. ¶ Dico ergo ꝙ locus eſt equalis locato: ſecū
do modo non primo modo: et intellige de loco ꝓprio ꝙ
ſit equalis locato: quia locus cōis poteſt excedere lo
catū vt de ſe patet: et ſic patet ſolutio primi argumē
ti ꝙ ſunt equalia locus et locatum ſm duas dimenſio
nes in quantū ſunt ſuperficies concaua locantis et
conuexa locati: et non alio modo. Ad ſecundum dic
ꝙ quantitas in quantum huiuſmodi non eſt actiua:
ſecus quantum ad aliquas qualitates ſocias illius
quantitatis.

Quoniam autem aliud qui-
dem ſm ſe: aliud vero ſm aliud dicit̃:
ſimiliter et locus: alius quidem cōmu
nis: in quo omnia corpora ſunt: alius
vero propriꝰ in quo primo. Dico autē
cōmunis: qm̄ quaſi tu nunc in celo es
quia in aere. Hic autem in celo ⁊ in aere: q̄ꝛ in terra
Similiter aūt et in hac: q̄ꝛ in loco: qui continet nihil
plꝰ ꝙ̄ te. Si igitur eſt locus primū continēs vnūquodq̧
T. cō. 15. corpus terminꝰ quidā vtiq̧ erit. Quare videt̃ ſpe-
cies et forma vniuſcuiuſq̧ locus eē. qua determinat̃
magnitudo. et materia magnitudinis: hoc eñ eſt vni
uſcuiuſq̧ terminꝰ. ¶ Sic igitur conſiderantibꝰ locꝰ
vniuſcuiuſq̧ ſpecies eſt. ¶ Secūdū aūt ꝙ videt̃ eē lo
cus diſtantia magnitudinis: ſic materia. Hec namq̧
altera eſt a magnitudine. Hec autem eſt contenta
ſub ſpē et diffinita: ſicut ſub plano et termino. Eſt au
tem huiuſmodi materia et infinitum. Cum eñ remo-
ueantur termini et paſſiōes ſphere: relinquit̃ nihil p̄
ter materiam. Unde plato materiā et locū dicit eſſe
idem in timeo: receptiuum enim et locū vnū et idem
dicit̃: alio vero mō ibi dicēs receptiuū ⁊ in dictis nō
ſcriptis dogmatibꝰ: tamen locum et receptiuū idem
T. cō. 16. retulit. ¶ Dicunt quidem eñ omnes eē aliquid locū
quid autem eſt hic ſolus conatus eſt dicere. ¶ Me-
rito autem ex his intendentibus videtur vtiq̧ diffi-
cile cognoſcere quid eſt locus: ſiquidem horū quod
cunq̧ eſt ſiue materia ſiue ſpecies. Hec. n. altiſſimam
habent ſpeculationem: et ſine inuicē non facile ē cog
noſcere ipſa. ¶ At vero ꝙ impoſſibile ſit quodlibꝫ ho T. cō. 17.
rū eē locū: non difficile videre. Spēs quidē eñ: ⁊ ma
teria non ſeparantur a re: locū aūt contingit. In quo
nanq̧ aqua erat: in hoc iterū aer: ſicut diximus priꝰ
ſit tranſmutatis ad inuicē aereq̧ et aqua et alijs cor
poribus ſimiliter quare neq̧ pars neq̧ habitus ſꝫ ſe
parabilis eſt locꝰ ab vno quoq̧. Et videt̃ eñ huiꝰ ali
quid eſſe locꝰ vt vas. Et eñ vas locus tranſmutabi- T. cō. 18.
lis: vas aūt nihil rei. ¶ Secundū quidē igitur ꝙ ſe-
parabilis eſt a re: ſic quidem non eſt ſpēs: ſecūdū aūt
ꝙ cōtinet: ſic quidē alterū a materia. Videtur autē T. cō. 19.
ſemꝑ quod eſt alicubi ipſum eē aliq̄d. vt alterū aliq̄d
extra ipſum. ¶ Ploni igitur dicendū eſt: ſi oportꝫ trāſ- T. cō. 20.
gredientes dicere quare non in loco ſpecies et nūeri
ſunt et hoc ſi vere ꝑticipatiū eſt locꝰ: ſiue magnitudi
nis et paruitatis exſite participatiuū ſiue materie.
vt in timeo ſcripſit. Ampliꝰ quō ferentur in ſui locum
ſi locꝰ eēt mā aut ſpēs. Impoſſibile eſt eñ cuiꝰ nō eſt
motꝰ neq̧ ſurſum aut deorſum locū eſſe. Quare que
rendꝰ in huiuſcemodi locꝰ eſt. Si aūt in ipſo locꝰ eſt
oportꝫ eñ ſiquidem aut forma aut materia eſt: erit locꝰ
in loco. Tranſmutant̃ eñ ſimul cū re: et mouentur: et
ſpēs et infinitū nō ſemꝑ in eodē ſꝫ vbi vtiq̧ res. Qua T. cō. 21.
re loci erit locꝰ. ¶ Ampliꝰ cū ex aere ſit aq̄: ꝑditꝰ eſt
locꝰ. Non eñ in eodē loco ſit corpꝰ. Que igit̃ corrup
tio. Ex quibꝰ igit̃ neceſſariū eſt locū eē aliquid: ⁊ ite T. cō. 22.
rū ex quibꝰ de ſubſtantia ipſiꝰ dictum eſt.

In hac parte philoſophꝰ vult ꝓ-
bare ꝙ locus ſit quaſi forma ſic: ſicut forma me
dianti res dterminat ſibi talem vel talem quā
titatem: ita locus preſertim ꝓprius rē coercet cer-
tis limitibus ergo vere videt̃ locus eē forma vel q̄ſi
forma: vnde duplex eſt locus ſcilicet locus cōmunis
in quo plura continent̃ vt celū reſpectu terre et locꝰ
proprius vt aer circundans me reſpectu mei.

¶ Poſtea textus declarat ꝙ plato
ni videbatur eē locus tres dimenſiones ſeparate: et
dicebat illas diſtingui ab omni corpore ſenſibili: q̄ꝛ
variantur in eis corpora ſenſibilia ipſis illeſis exñti
bus: et dicit ꝙ hoc ſpacium ſeparatū dicebat Plato
eſſe materiam quia illud quod de ſe eſt indetermina
tum: et indiget aliquo termino eſt infinitū ⁊ materia
ſed talis eſt illa trina dimenſio ergo illud ſpacium ē
materia: maior pꝫ quia ſi remoueāur termini ⁊ paſ-
ſiones ſphere nō relinquit̃ aliquid niſi materia ergo
illud ſpacium eſt tanquam materia: vnde plato ī thi
meo receptiuum et locū idem dicit et in dictis non
ſcriptis dogmatibꝰ ideſt voce prolatis a platone di-
cebat materiam magnum et paruum: et eſſe locum.
Poſtea dicit tex. cō. 16. omnes dicere aliquid eſſe lo
cum quid autem ſit locus ſolus Plato dicere conatꝰ
eſt. ¶ Poſtea dicit cognoſcere quid ſit locus vtrū ſit
materia vel forma altiſſimam habet ſpeculationem
Nam nec vna valet cognoſci abſq̧ alia: nec econuer
ſo. Poſtea dicit tex. cō. 17. ꝙ locus nō eſt materia: q̄ꝛ
materia ē inſeparabilis ab eo vbi eſt et ſimiliter for
ma: ſed idem locꝰ recipere poteſt diuerſa locata: er-
go locꝰ diſtinguit̃ a locato: ſed magis comparari po
teſt vaſi ipſe locus niſi ꝙ locus eſt immobilis: ſed vas
eſt mobile. Item ꝙ non ſit materia ipſe locus patet:
q̄ꝛ locus continet et materia continetur. ¶ Secun-
da ratione probat ꝙ locus nō ſit materia nec forma

quia omnis loc⁹ eſt extra locatū:materia vero ⁊ for
ma ſunt intra rem: Ergo differt locus a materia et
forma. ¶ Tertio pbat ꝙ errauit plato dicens ꝙ idee
et numeri ſunt ſine loco:quod videtur falſum:q2 pti
cipantur a materia vel magno et paruo:ergo ſunt in
loco:tenet conſequentia: quia idem dicebant eē ma
teriam:magnum et paruum et locum idē. ¶ Quar
ta ratio ponitur ibi amplius:ſi materia ⁊ forma ſunt
locus:ſequitur nil ōbere moueri:quia iam habet lo
cum in ſe ſcilicet materiā et ſequeretur ſecūdo ꝙ cū
omne quod tranſmutatur localiter moueatur:et ma
teria et forma tranſmutetur motu totius: loci ideſt
materie erit locus alius et ſic proceſſus in infinitum
quod ē falſum. ¶ Quita ratio cum ex vna re fit alia
res corrumpitur vna illarū tam quo ad formam de
per ſe:quam quo ad materiam de per accidens:ſed
locus in mutatione vnius rei ad aliā ſemper eſt idē
incorruptus ergo locus nō eſt materia ſup hac quin
ta ratione tu nota ꝙ aliquid generatur et corrumpi
tur duobus modis ſcilicet ſubiectiue: terminatiue:
completiue:primo modo generatur materia cum in
cipit eſſe ſubiectum:et corrumpitur cum deſinit eſſe
ſubiectum terminatiue generatur et corrumpiť for
ma:completiue vero totum compoſitum:quare mate
ria non corrumpitur nec generatur de per ſe ſ3 per
accidens modo dicto.

¶ Quomodo autem intelligitur ꝙ
locus eſt immobilis id facile. Declaro notando ꝙ
duplex eſt locus ſcilicet formalis et materialis. Pri
mus eſt ſuperficies ambiēs connotando talem vel ta
lem diſtantiā ad corpora vel punta īmobilia vt po
los et centrū:et iſte diſtantie ſunt īmobiles et hic eti
am locus q2 qō mouetur manet idē in termino a quo
et ad quem:qualiter tota illa diſtantia nō manet ea
dē:ergo non mouetur: ali⁹ eſt locus materialis ſcili
cet ſuperficies ambiens:et ille mouetur ad motū to
tius:cum ergo phs dicit ꝙ locus eſt immobilis intel
ligitur de loco formali:ſ3 non materiali.

T.cō.25. POſt hec aūt accipiendū eſt
quot modis aliud in alio diciť. ¶ Uno
quidem igitur modo ſicut digit⁹ ī ma
nu:et omnino pars in toto eſt. Alio ve
ro ſicut totum in partib⁹. Non eñ pre
ter partes ē totū. Alio modo ſicut hō
in animali: et omnino ſpecies in genere. Alio vero
ſicut gen⁹ in ſpē:et oīno ps ſpeciei in ſpeciei ratione.
Adhuc ſicut ſanitas in calidis ⁊ frigidis ⁊ oīno ſpēs
in materia. Adhuc ſicut in rege q̄ ſunt grecorū: ⁊ oī
no motū in primo motiuo:ampli⁹ ſicut in optimo: et
omnino in fine. Hoc aūt eſt cui⁹ cauſa fit. Omniū aūt
maxime propriū eſt ſicut ī vaſe:et oīno in loco. ¶ Du
T.c.44. bitabit aūt aliqs:vtrū vnum et idem aliquid eē in ſe
ipſo contingit aut nihil:ſed oīa:aut nuſꝗ:aut in alio
eē:Dupliciter aūt hoc eſt: aut ſecundū alterū. Cum
eñ ſint quedam partes toti⁹ et hoc ī illa: et illa ī hoc
dicitur totum in ſeipſo eſſe. Dicitur aūt et ſecūdum
partes:vt albū:q2 ſuperficies:et ſciēs:quia rōcina
tiuū amphora quidem igiť non erit in ſeipſa:neqꝫ vi
nū:vini aūt amphora erit. Quod nāqꝫ ē:et in quo ē:
T.cō.25 vtraqꝫ eiuſdem partes ſunt:ſic quidem igitur cōtin
git idem aliquid eē in ſeipſo. Primū aūt non contin
git:vt albū in corpore ſuperficies eñ in corpore:ſci
entia aūt in aīa. Secūdū hec aūt ſunt appellationes:
cū ſicut partes ſint in homine:amphora autē et vinū
cum ſeorſum ſint non partes ſunt. Simul autem cum
ſint partes:erit eñ in ſeipſo:vt album in homine:qm̄
in corpore:⁊ in hoc quoniam in ſuperficie. in hoc aūt
non amplius quoniā ſecundū aliud eſt: et altera ſpē
hec ſunt:et alteram naturam habet vnumquodqꝫ ⁊
potentia:vt ſuperficies ⁊ albū. ¶ Neqꝫ igitur induc T.cō.26.
tiue conſiderantibus nihil in ſeipſo videm⁹ ſecūdum
nullū determinatorum modorū. ¶ Et ratione mani
nifeſtum eſt:quia impoſſibile ē. Oportet eñ vtraqꝫ
vtrūqꝫ eē:vt amphoram vas et vinū eē:vinū aūt vinū
et amphoram:ſi vere primū contingit:et ipſum in ſe
ipſo eſſe. Quare ſi quidē maxime in alterutris eēnt
amphora quidem acciperet vinū: non ſecūdū ꝙ vinū
ſed in quantum illa. Et vinū inerit in amphora:nō in
quantū amphora ipſa:ſed ſecundū ꝙ illud amphora
Secundum eſſe quidem igitur ꝙ alterū ſit:manifeſ
tum eſt. Alia nanqꝫ eſt ratio eius quod in quo:et alia
illius quod in hoc. ¶ At vero neqꝫ ſecundū accñs cō
tingit:ſimul enim duo corpora in eodē erūt. Ipſaqꝫ T.cō.27.
amphora in ſeipſa erit:ſi cuius natura receptiua eſt
hoc contingit in ſeipſo eſſe:et ad huc illud cuius re
ceptiuum eſt:vt ſi vini vinum. ¶ Quod quidem igiť T.cō.28.
impoſſibile ſit aliquid in ſeipſo eſſe primo manifeſtū
eſt. Quod autem zeno oppoſuit q2 ſi locus eſt aliqd
in aliquo erit:ſoluere non eſt difficile. Nihil eñ pro
hibet in alio eſſe primo locum:non tamen in illo ſicut
in loco:ſ3 ſicut ſanitas quidem in calidis vt habitus
calor aūt in corpore ſicut paſſio eſt. Quare nō neceſ
ſe eſt in infinitū abire. ¶ Illud autē manifeſtū: quo T.cō.29
niam nihil eſt vas eius quod eſt in ipſo. Alterū enim
primo ⁊ quod eſt et in quo eſt:propter quod non erit
vtiqꝫ neqꝫ materia neqꝫ ſpecies locus. ſed alterū illi
us vero entis aliqd hec et materia et forma. ¶ Hec T.cō.30.
quidem igitur ſunt oppoſita.

POnit hic philoſophus ſtatim
modos eſſendi in dicens primus modus ē ſi
cut pars ī toto vt digitus in manu. Secūdo
modo ſicut totū in partibus. Tertio modo ſicut ſpēs
in genere continetur potentialiter. Quarto modo ſi
cut genus in ſpecie continetur formaliter. Quinto
modo ſicut forma in materia. Sexto modo ſicut ī re
ge que ſunt regis vt omnia que ſunt in poteſtate ſunt
in habente poteſtatē. Septimo modo ſicut in fine et
optimo:ſic continentur virtutes in beatitudine. Oc
tauo modo et propriiſſime aliquid eſt in loco ſicut in
vaſe et omnino in loco. Poſtea vero philoſophua di
cit ꝙ idem poſſit eē in ſeipſo vel nihil. ſed oīa aut nuſ
quam ſint aut in aliquo alio ſoluit. Ariſt. dicens ꝙ du
pliciter poteſt aliquid eē in ſeipſo vno modo prīo et
per ſe alio modo ſm alterū ideſt ſecundū partem:et
iſto ſecundo mō aliquid eſt in ſeipſo cu3 eñ alicuius
totius due partes ita ſe habeant ꝙ vna ſit in quo ē ali
quid et alia ſit quod eſt in illa: ſequitur ꝙ totū dicať
in quo eſt in hoc ratione alterius et ſic totū dicetur
eē in ſeipſo. Pro cuius declaratione eſt notandum ꝙ
aliquid eſt in parte ſicut homo dicitur albus quia ſu
perficies eius eſt alba et hō dicitur ſciens quia ſciē
tia eſt in anima eius:ſi igitur accipiatur amfora ple
na vino ſicut quodā totum cuius partes ſunt amfora
et vinum, nec amfora eſt in ſeipſa nec vinū ſed totū
hoc:ſed anfora vini erit in ſeipſa in quantū vtrūqꝫ ⁊
pars eius ſed vinū quod eſt in anfora et anfora qua ē
vinū. Poſtea vero philoſophs in illa parte textus pri
mū autem ōclarat quomodo impoſſibile eſt aliquid
eſſe in ſeipſo per ſe prīo pro quo attulit exempla ō ſu
perficie et de aīa dicens qō ſuperficies prīo eſt alba

et deinde coꝛpus eſt album et anima pꝛio eſt ſciens
ſecundario totus hõ ſic eodem modo. dicitꝰ ꝙ aggre
gatū ex amphoꝛa et vino eſt in ſeipſo per ſe non pꝛio
quod eſt ratione partes qꝛ vna pars eſt in alia. Poſ-
tea philoſophus: iterum pꝛobat ꝙ impoſſibile eſt ali
quid eſſe in ſeipſo ꝑ ſe pꝛio qꝛ diſcurrendo ꝑ octo mo
dos eſſendi in non inuenitur aliquis in quo dicat ali
quid eſſe in ſeipſo et iterum ꝓbat ea parte textꝰ ⁊ ra
tione qꝛ ſi per ſe pꝛimo aliquid eſt in ſe ipſo ſeeqtur
idem eſſe continens et contentum et ſic eadem eſſet
ratio foꝛmalis ꝯtinentis ⁊ cõtenti: et ſic idem eſſet
amphoꝛa et vinum. ¶ Poſtea philoſophꝰ ꝓbat ꝙ im
poſſibile eſt aliquid eſſe in ſe ipſo de per accidens qꝛ
ſi aliquid eſſet in ſeipſo de per accidens maxime eēt
quia illud eſſet in ipſo in quo ſicut in vaſe ipſummet
coꝛpus eſſet ac ſi diceretur amphoꝛa eſt in vino ⁊ vi-
num eſt in ſe ipſo qꝛ eſt in amphoꝛa: ſed hoc eſt falſuꝫ
qꝛ ſequeretur duo coꝛpoꝛa de pꝛedicamento ſubſtā
tie eſſe penetratiue quod eſt impoſſibile: qꝛ quēad-
modū duo coꝛpoꝛa poſſunt eſſe penetratiue ita īfini-
coꝛpoꝛa qȯ eſt impoſſibile. ¶ Poſtea vero philoſo-
phus declarat quõ ſoluatꝰ rõ Zenonis qua ꝓbabat
ꝙ locus non ſit quia ſi eſt debꝫ eē in alio loco et ſic eēt
pꝛoceſſus infinitum ſi loci eſſet alius locus. Dicendū
ꝙ locus non eſt in aliquo ſicut in vaſe ſed ſicut foꝛma
vel accidens eſt in ſubiecto. Deinde ſoluit rõnes qui
bus dubitabatꝰ ſi locꝰ eēt materia vel foꝛma: et dicit
ꝙ per hoc ꝙ nihil põt eē per ſe pꝛimo in ſeipſo: mani
feſtū eſt ꝙ nihil põt eē ſicut vas vel locus eiꝰ qȯ conti
netꝰ in ipſo. Nam quis imaginaꝰ ꝙ pars ſit locꝰ totiꝰ
imo econuerſo quare locus nec eſt ſicut materia nec
eſt ſicut foꝛma.

¶ Hic licet dubitare vtrū duo coꝛ-
poꝛa eſſe poſſint penetratiue: et pꝛo parte negatiua
eſt autoꝛitas noſtri textus: ſed in oppoſitum arguitꝰ
de vino et aqua q̄ ſe penetrant et de pane recenti et
oleo: et de multis alijs que clare videntꝰ ſe penetra-
re. ¶ Ad hoc dicendū cenſemꝰ ꝙ non ſe penetrant: ſꝫ
potiꝰ miſcentꝰ in poꝛis quoꝛū neceſſitas ponitur mul
tis experientijs. Pꝛima experientia eſt ꝙ ſudamꝰ et
ille ſudoꝛ non poteſt exire niſi per poꝛos. Secunda
experientia qꝛ ſi non eſſent poꝛi in qualibet nutriõe
ſcinderetur membꝛū: et eſſet omnis nutritio doloꝛo-
ſa. Tertia experientia eſt de de pueris ludificanti-
bus: quoꝛū vnus in vna extremitate ligni exꝰs facit
ꝙ alter puerulus audiat cum ex alia parte: ſequitur
ergo ꝙ tranſiuit per poꝛos ille aer motus et ita nun
quam eſt penetratio ſed admixtio.

Quid autem foꝛte ſit locus
ſic fiet vtiqꝫ manifeſtū. Accipiamꝰ aūt
de ipſo quecūqꝫ videtur vere ſecundū
ipſum in eſſe ipſi. Dignū ē igitur locū
eſſe pꝛimū qȯ continet illud cuius lo-
cus eſt: et nihil eſſe rei. Ampliꝰ pꝛimū
neqꝫ maioꝛem neqꝫ minoꝛē eē. Ad huc aūt neqꝫ defi-
cere vnicuiqꝫ et ſeparabile eſſe. Ad huc aūt omnem
locū habere ſurſum et deoꝛſum et ferri natura: ⁊ ma
nere vnūquodqꝫ coꝛpoꝛū in ꝓpꝛijs locis: hoc aūt fa
cere aut ſurſum aut deoꝛſum. ¶ Suppoſitis aūt his
T.cõ.31. reliqua conſideranda. Opoꝛtet aūt tentare intētio-
nem ſic fieri: vt quid ſit reddatur: et queqꝫ oppoſita
ſoluantꝰ: et que videntur loco ineē inſint et ampliꝰ diſ
coꝛdie cauſa et oppoſitoꝛū circa locū manifeſta erit.
Sic eñ vtiqꝫ pulcherrime demonſtratꝰ vnūquodqꝫ.
T.cõ.32 ¶ Pꝛimū quidē igitꝰ opoꝛtet intelligere ꝙ non q̄re
retur locꝰ: niſi motꝰ aliquis eēt ſm locū: pꝛopter hoc
enim ⁊ celū maxime in loco eſſe opinantꝰ: qȯ ſemꝑ in
motu eſt. Huiuſmodi aūt aliud quidē ē loci mutatio
Aliud vero augmentū et decrementum. Et nanqꝫ in
augmento et decremēto tranſmutatꝰ: et qȯ pꝛiꝰ erat
hic iterū tranſmutatū eſt in maius aut minus. Eſt au
tem quod mouetur. aliud quidem per ſeipſum actu:
aliud vero ſecūdū accidens. Ipſius autem qȯ ſecun-
dū accidēs eſt: alia quidē cōtingentia moueri per ſe
vt partes coꝛpoꝛis: et in naui clauꝰ. Alia vero non cō
tingentia: ſed ſemper ſm accñs. vt albedo et ſciētia
Hoc eñ ſicut tranſmutāt locū quod in quo ſunt trāſ-
mutatꝰ. ¶ Om̄ aūt dicimꝰ eē ſicut in loco in celo: qꝛ T.cõ.33.
in aere: Hic aūt in celo: et in aere aūt non omni: ſed
ꝓpter vltimū ipſiꝰ et continēs in aere eē dicimꝰ. Si
eñ omnis aer locus. non equalis erit vniuſcuiuſqꝫ lo
cus et vnūquodqꝫ locatū. Videtꝰ aūt huiuſmodi pꝛi-
mū in quo eſt. ¶ Cū quidē igitꝰ non diuiſum ſit conti- T.c.34.
nens ſed continuū: non dicimꝰ eē in illo ſicut in loco:
ſed ſicut pars in toto. Cū vero diuiſum ſit et contactū
in pꝛimo quodā eſt vltimo cōtinentis quod neqꝫ ꝑs ē
ipſius quod eſt in ipſo: neqꝫ maius diſtantia ſed equa
le. In eodē eñ vltima contingentiū. Et cū continuū
quidē ſit: non in illo mouetꝰ: ſed cū illo: diuiſum aūt in
illo et ſiue moueatur continens: ſiue non: nihil minus
Amplius cū non diuiſum ſit: ſicut ꝑs in toto dicitꝰ vt ſi
cut ī oculo viſus: et in coꝛpoꝛe manꝰ. Cū aūt diuiſum
eſt: vt in cado aq̄: et in ſcypho vinū. Manus q̄dē eñ
cū coꝛpoꝛe mouetꝰ: aq̄ aūt in cado.

ARiſto. tex. cõ. 31. quod autem
foꝛte ſit locus ponit tres ſuppoſitiones, vt ve
ſtiget definitionem loci. Pꝛimo ſupponit ꝙ
locus non ſit pars locati: et ꝙ locus non ſit equalis lo
cato et ſeparabilis a locato: et omnem eē ſurſum vel
deoꝛſum in quo imitatꝰ eſt antiquos q̄ celū nature ele
mentaris aſſerebant. His habitis tex. cõ. 32. Pꝛimū
quidem igitꝰ dicit ꝙ per motū localē venamur locū:
ideo celū eſt in loco qꝛ ſemꝑ mouetꝰ: ſed verū eſt ꝙ eſt
aliquis motꝰ localis de per ſe: aliꝰ de per accidēs vt
augmentū. Iterū ſupponit aliq̄d mouetꝰ de per acci
dens qȯ põt moueri de per ſe vt clauꝰ q̄ñ eſt in fixus
mouetur de per accidēs et poteſt moueri ȯ per ſe vt
patet ſi abſtrahatur. Aliquid mouetꝰ de per accidēs
et non põt moueri de per ſe, vt albedo et ſciētia. Etiā
ſupponit ꝙ locꝰ eſt vltimū continentis ſolum qꝛ plus
quā vltimū non eſt locꝰ. Dicit tandē et bñ ꝙ locatum
dꝫ hēre diſcontinuationē a loco quia ſi eſt cōtinuū eſt
ſicut pars in toto.

Iam igitur manifeſtum ex T.cõ.35
his quid eſt locus. Vere eñ quattuoꝛ
ſunt: quoꝛum neceſſe ē locū vnū aliq̄d
eſſe. Aut eñ foꝛma. aut materia ē aut
ſpacium aliquod in medio extremoꝝ
vt extrema ſi non eſt ſpaciū vllum pꝛe
ter impoſiti coꝛꝑis magnitudineꝫ. Hoꝛum autem ꝙ
non contingat tria eſſe manifeſtū ē. Sꝫ ꝓpter id qȯ
cōtinet: videtur foꝛma eē. In eodē eñ ſunt extrema
continētis et contenti. ¶ Sunt quidē igitur vtraqꝫ T.cõ.36.
termini: ſed non eiuſdē: ſed ſpecies quidē rei. Locus
aūt continentis coꝛpoꝛis. Sed ex eo ꝙ mutatur mul
toties manente continente cōtentū vt diuiſum vt ex
vaſe aqua: ipſum mediū eē aliq̄d videtur ſpaciū tanq̄
aliq̄d ſit pꝛeter coꝛpus: quod tarnſfertur. ¶ Hoc au T.cõ.37.
tem non eſt: ſed cōtingens incidit coꝛpus eoꝛū que
tranſferuntur; et que ſe apta nata ſunt contingere.

Si autem aliquid eēt ſpaciū apum natum ⁊ maneēs in eodem loco: infiniti vtiqꝫ eſſent loci. Diſtante enī aere et aqua idem facient omnes partes in toto: qđ quidem omnis aqua in vaſe. Simul aūt erit et locus tranſmutans quare erit loci alius locus. Et multi loci ſimul erunt. Non eſt aūt alius locus partis in quo mouetur: cum totū vas tranſmutatur: ſed idē: in quo enī eſt cōmutatur aes et aqua: aut partes aque. Sꝫ non in quo fiunt loco. qui pars eſt loci: hui eſt locꝰ totꝰ celi. Et materia autem videtur vtiqꝫ eē locus: ſi in quieſcente aliquis conſideret ea non in ſeparato ſed continuo. Sicut enim ſi alteratur: eſt hoc quidem nūc vtiqꝫ albū nunc aūt nigrū: et nunc quipē durū: olim aūt molle: vnde dicimꝰ aliqđ eē materiā: ſic et locus per talē quandā videtur eē fantaſiā. Uerū tn̄ illud quidē qm̄ qđ nunc eſt aqua: prius erat aer: locꝰ aūt quia vbi nunc eſt aqua ibi erat aer. Sed materia quidē ſicut dictū eſt in prioribus neqꝫ diuiſa eſt aere: neqꝫ continet rem: locus autem vtraqꝫ. ¶ Si igitur nihil horū triū locus eſt: neqꝫ ſpēs: neqꝫ materia: neqꝫ ſpaciū aliqđ ſed ſemper eſt alterū preter id quod eſt rei diſtantia: neceſſe eſt locū eē reliquū de quattuor continentis terminū corporis. Dico aūt contentū corpus qđ mouetur ſm loci mutationē. ¶ Uidetur aūt magnū aliqđ ⁊ difficile accipi qđ ē locꝰ: ⁊ pp hoc ꝙ apparet eē materia ⁊ forma pp hoc qdē qđ in quieſcēte ⁊ ꝯtinēte fit trāſmutatio eiꝰ ꝙ fert ꝯtingere aūt videtur eē ſpaciū mediū aliud aliquid a motis magnitudinibꝰ proficit aūt aliqđ et aer: et apparens in corporeꝰ eē. Uidetur enī nō ſolum terminus vaſis eē locus: ſed et quid eſt mediū tanquam vacuū. Eſt aūt ſicut vas locus tranſmutabilis ſic locus vas immobile: vnde cū quidem in eo qđ mouetur moueat et mutetur quod intꝰ: vt in flumine nauis: tanq̄ vaſe vtitur magis q̄ loco continenti vult aūt imobilis locꝰ eē. Unde omnis fluuiꝰ magis locus eſt: quia immobilis omnis. Quare terminus continēs immobilis primū hic eſt locꝰ. ¶ Et ꝓpter hoc mediū celi et vltimum ad nos circularis loci mutationis videtur eē hoc quidē ſurſum illud vero deorſum: maxime omnibus ꝓprie: q2 hoc quidem ſemper manet circulorū aūt vltimū ſimiliter ſe habens manet. Quare quoniam qđ leue qdem ſurſum fertur natura. Quod vero graue deorſum: qđ quidē eſt ad mediū cōtinēs deorſum eſt: et ipſum mediū. Quod vero ad vltimū ſurſum eſt: ⁊ ipſum vltimū. Et propter hoc planū videtur eſſe quoddā: et ſicut vas locꝰ et continēs. Amplius ſimul cū re quodammodo locus eſt. Simul enim finis eſt et locus.

Ariſtoteles hic diſquirit de loco ꝙ ē vnū de. 4. aut forma: aut materia: aut ſpaciū mediū qđ eſt trina dimenſio: aut extremū cōtinentis. Dicit philoſophꝰ ꝙ licet ſimiliter forma q2 determinat rem certis limitibus non eſt tamē forma q2 forma eſt pars et non ſic eſt locꝰ pars locati: nec eſt ſpacium. Nā ſi ſic illud ſpaciū moueretur et mutaretur de loco ad locū: et ſic loci eēt locus et ſic infinitū. Dicit philoſophus locus licet pro materiali moueatur non pro formali ideſt ꝓut eſt locus totius celi ideſt in tali vel tali diſtantia a celo: nec eſt materia q2 eſt pars et locus non eſt ps: ſed ſimilatur materie quia quemadmodum hec tranſit ad rem ita locus tranſit de continendo hāc rē ad contintinendum aliam. Concludit ergo ꝙ debet eſſe quartum. ſcꝫ. terminus contentis; ſed videtur aliquibus eſſe ſicut ſpacium quia aer qui eſt in corporeus vel apparet eſt in illo: ſed clare vides id eſſe falſum: vnde infertur ꝙ q̄madmodum vas eſt locus mobilis: ita locus eſt vas immobile tu intellige pro formali: vnde infertur ꝙ q̄madmodū ſi quis ad motum nauis moueatur ei nauis non eſt locus: q2 mouetur ſed potius totus fluuiꝰ qui non mutatur in ordine ad ipſū vnde locus eſt terminus cōtinentis īmobilis primū ideſt locus eſt ſuperficies concaua ambientis īmobilis pro formali: primū vel ꝙ ſit locꝰ adeus atus. i. proprius et non loquimur de loco communi. ex hac diffinitione philoſophi infert Ariſt. proprie vocari loca ea que ſunt immobilia vel vere vt centrū vel quia ſemꝑ eſt in eadē elongatione vt vltimū ad nos ideſt ſuperficies cōcaua celi lune: quare deorſum quod ad centrum ſurſnm quo ad ſuperficiē conuam ce li lune.

¶ Textus.

Cui quidem igitur corpori ineſt ali quid extra corpus continens ipſum: hoc in loco eſt: Cui vero nō minime. Unde et ſi aqua fiat huiuſmodi partes quidē mouentur ipſius: continentur enim ſub inuicem. Omnis autem eſt tanquam quod mouebitur: et tanquam non ſic quidem enim tota ſimul locum non mutat. Circulariter autēꝫ mouebitur: partium enim hic locus eſt et ſurſum quidem et deorſum non: circulo aūt: quedam vero alia et deorſum: et ſurſum quecūqꝫ habēt denſitatem et raritatem. Sicut aūt dictum eſt: alia quidem ſunt in loco ſecundū potentiam: alia vero ſecundū actum. Unde cum quidem continuū ſit qđ eſt ſimilis partis: ſm potentiā in loco partes ſunt. Cū autem ſeparata quidem ſunt: tangant aūt ſe: ſicut collectio. ſecundū actū ſunt. Et alia qdē per ſe ſunt: vt omne corpus aut ſecūdū loci mutationem: aut augmentuꝫ mobile alicubi per ſe. Celū aūt ſicut dictū eſt non eſt alicubi totū: neqꝫ in aliquo eſt. Siquidē nullum continet ipſum corpus: ſecūdum quod autem mouetur ſic et locus ē partibus. Altera enim ab altera habita partium eſt. Alia vero ſecundū accidens vt anima et celum: partes enim in loco quodammodo omnes ſunt. In eo enim quod circulariter ſunt continet alia aliam. Unde mouetur circulariter ſolū qđ ſurſum eſt. Omne autem non alicubi eſt. Quod enī alicubi: ipſum aliquid eſt: et ad huc aliqđ oportet eē extra hoc in quo quidem continetur extra aūt omne et totum nihil eſt. ¶ Et propter hoc omnia in celo ſunt. Celum enim quidem oē fortaſſis eſt: eſt autem locus non celum: ſed celi quiddam vltimū: et tangēs mobilis corporis termininus quieſcens: et propter hoc quidem terra in aqua: hec vero in aere: hic aūt in ethere: Ether vero in celo: celnm aūt non amplius in alio.

T. cō. 45 — T. c. 44 — T. cō. 4 — T. c. 46

Obicit Ariſtoteles i iſto textu commenti. 45. quod eſt corpus quod eſt in loco ⁊ quod eſt corpus quod non eſt in loco: dicit in loco qdem eſt oē corpꝰ extra quod ē aliud cōtinens ipſum illud vero extra quod non eſt aliud continens ipſum.

¶ Circa preſentem textū dubitatur quia vltima ſphera non eſt ī loco habet corpus extra ipſam continens ipſam et tn̄ ꝓ alia ꝑtendetur ſit ī loco quamuis nō habeat corpus ambiens extra ſe q2 bn̄ ſeqtur vltima ſphera āmouit localitr: ergo mutat locum mutat locū ꝫ eſt in loco, Dicendū in iſta q̄ſtiōe

eſſe variatiſſimas opiniones vna eſt Auempace dicẽ
tis ꝙ cum corpus ſphericum ſit in ſeipo perfectum
non indiget alio cõtineri: ſed in ſeipſo locatur linea
vero recta nõ eſt perfecta: obidq̃ ambit extrinſeco
tño ⁊ illo videtur perfici: ideoq̃ indiget vt ſit in loco
aliquo ambienti: ſed hec videt falſa poſitio: q2 ariſt.
reprobauit ſupra aliquid eẽ in ſeipo tanq̃ in loco: iõ
aliter Temiſtius opinatur celum eſſe in loco per ſu-
as partes quia ſue partes ſunt in loco. Nec obſtat di
cere ꝙ quemadmodum ſue partes ſunt in loco in po
tentia et non in actu ſic ipſum totum eſt in loco in po
tentia ⁊ non in actu: q2 totum hoc concedo ꝙ ipſum
totum eſt in loco in potentia: et ſi dicas ergo non mo
uetur localiter in actu quimpoti⁹ mouetur localiter
in actu- quia vt dicit doctor ſanctus potentialitas il
larũ partium facit minorem variationem in mobili
eo ꝙ plus vniformiter mouetur. Hec autem poſitio
maxime reprehendit a Cõmentatore in iſto cõ.43.
eo ꝙ cõcedit celum octauũ eſſe in loco penes interna
que ambit tangit enim dicit orbem ſaturni et quod
dammodo continetur penes extrema ſaturni qõ ſa-
tis videtur falſum: quia nĩl eſt in loco per contentum
in eo: ſed orbis ſaturni eſt intra celum octauum: er-
go octauum celũ non eſt in illo tanq̃ in loco. Tenuit
tamen Alexãder ꝙ octaua ſphera nullo modo eſt in
loco: nec mouetur in loco nec ſm ſe totũ nec ſm par
tes. Sed hec opinio ſatis eſt falſa: vt patet ex eius
recitatione: ideo ponitur opinio Auicenne ꝙ motus
vltime ſphere non eſt in loco ſed in ſitu: ſed hoc ẽ con
tra Ariſto. dicẽtem ꝙ motus eſt in tribus generib⁹:
ſ. quantitate qualitate ⁊ vbi. Ad hec acquiſitio rei q̃
conſiſtit in indiuiſibili non eſt motus vt patet de ſub-
ſtantia: ſed ſitus conſiſtit in indiuiſibili cũ ſit relatio:
ergo ad ſitũ non eſt motus. Tertio ſitus vt conſtituit
predicamentum importat ordinem partium in loco
ſed vt ponitur differentia quantitatis nõ dicit niſi or
dinem partiũ in toto: ergo omne qõ mouet ſm ſitum
mouetur ſm locũ. ¶ Sed opinio eſt Auerrois ꝙ oẽ
ꝙ figitur et hꝫ fixionẽ per aliud eſt in illo loco vbi ẽ
illud per qõ figitur: ſed corpora celeſtia habẽt fixio
nem per centrum: q2 ab illo eq̃ diſtãt: ergo ſunt in il
lo de per accidens: ergo mouerent de per accidens
ſaltem vltima ſphera et non de per ſe: negat Auero
is conſequẽtiam vltima ſphera eſt in loco de per ac
cidens: ergo mouet de per accidens doctori ſancto
magis placet opinio Themiſtij. Poſtea philoſophus
dat comparationẽ de aqua: ſi tota vltima ſphera eẽt
aqua ⁊ moueretur taliter ꝙ partes quedam poſſent
diuelli a toto partes mutarent ſitum: ſed totum non
transferretur de loco ad locum: quia ſemper eſt in eo
dem loco: ergo mouetrr vltima ſphera cauſa partiũ
Et ſtatim dicit textus ꝙ alia ſunt in loco ſm potẽtiã:
vt partes nõ diuiſe: alia vero ſm actum vt partes di
uiſe: vt patet in cumulo lapidnm.

¶ Textus.

T.c.41. Manifeſtum autẽ ex his quo
niam et dubitationes oẽs ſoluũtur ſic
vtiq̃ dicto loco. Neq̃ vtiq̃ ſimul aug
mentari neceſſe eſt locũ: neq̃ puncti
eſſe locum: neq̃ duo corpora in eodẽ
loco: neq̃ ſpacium aliquod eſſe corpo
reum: corpus autem medium loci contingens eſt: ſꝫ
non ſpacium corporis: et eſt locus. eſt alicubi. non ſi
cut in loco. ſed ſicut terminus in finito. Non enim oẽ
T.cõ.48 quod eſt in loco eſt, ſed mobile corpus. ¶ Et fertur
igitur in ſuijpſius locum vnũquodq̃ rationabiliter.
Cui enim conſequenter et qõ tangit non vi proximũ
eſt. Et ſimul apta nata impoſſibilia ſunt: que vero tan
guntur et actiua et paſſiua ſunt ad inuicem. Et ma-
net igitur natura in proprio loco vnũquodq̃ ratiõa
biliter. Et namq̃ hoc pars in toto loco: ſicut diuiſibi
lis pars ad totũ eſt vt cum aque aliq̃s moueat partẽ
aut aeris. Sic aũt et aer ſe habet ad aquam: vt ma- T.cõ.49
teria: hic autem ſpecies. Aqua quidem materia ae-
ris: aer autem ſicut actus quidã ipſius. Aqua enĩ po-
tentia aer eſt: aer vero potentia eſt aqua alio modo.
Determinandũ autem de his poſterius eſt. Sed ꝓp
ter tempus neceſſe quidem dicere. In certe autem
nunc dictum: tunc erit certius Si igitur idem mate
ria et actus: aqua enim vtraq̃: ſed hoc q̇dem poten
tia: illud vero actu. Habebit vtiq̃. ſicut pars quodã
modo ad totũ: vnde et hic tact⁹ ineſt. Copulatio aũt
cum vtraq̃ actu vnum fiant. Et de loco quidẽ et quo
niam eſt et quid eſt dictum eſt.

Poſtquam Ariſtoteles oſtendit quid ſit locus hic. ¶ Diffinitione data ſoluit dubitationes poſitas de loco: Et primo ſoluit illam in qua dicebatur ꝙ locus eſſet ſine corpore aut ſi non eſt ita ſequitur ꝙ augmentato corpore locato augmentabit locus. Dicit ad hoc Ariſto. ꝙ hoc bene ſequebat ad illam poſitionem que tenet locum eſſe ſpacium coextenſuꝫ dimenſionibus: non tamẽ tenet contra illam poſitionem q̃ aſſignat locuꝫ eſſe terminum continentis. Alia rõ erat ꝙ ſi locus corporis eſſet aliud a corpore ſequitur ꝙ etiam locus puncti eſſet aliud a puncto: quare non videbatur proprie: ꝙ locus ſit aliud a corpore cum locus puncti ſit ali⁹ a puucto. Sed hec etiam rõ ꝓcedit ſm imaginationẽ eorum q̇ opinabantur locum eẽ terminũ trium dimẽſionẽ ſtatim: vnde opportebat ꝙ cuilꝫ dimenſioni corporis reſponderet dimenſio ſpacij quod non oportet dicere ſm opinionem tenentẽ ꝙ locus eſt terminus continentis nec ſeq̃t eſſe duo corpora ĩ eodẽ loco: q2 loc⁹ non ẽ corpus: nec ponim⁹ ſpaciũ aliq̃d corporeũ penetratiue cũ corpore locato: ſꝫ locũ in medio poni ad corpus locatũ et nõ locus. Preterea locus nõ eſt in alio loco ſꝫ ſicut termin⁹ in finito vel terminato quare non oẽ quod ẽ in loco eſt ſꝫ ſolum mobile corpus: qõ dixi: q2 motus locolis fecit nos cognoſcere diſtinctionem loci a locato.

¶ Poſtea textu. cõ. quadrageſimi 8. ex predicta diffinicione ſignat quaſdam ꝓprietates loci: dicens ꝙ omnia locata naturale feruntur in loca naturalia ita ꝙ ſm ordinẽ nature ordinat⁹ eſt ſit⁹ in partib⁹ vniuerſi nanq̃ non vi ſꝫ natura aer eſt ꝓxim⁹ aque et ignis ſuper aerẽ: et ſimul apta nata ſunt impaſſibilia ꝙ tu intellige ſm q̃litatis loci ⁊ locati. Que vero tangũt ideſt illa q̇ non ſunt ꝓxima natura ſe inuicẽ alterant: et ſunt actiua ⁊ paſſiua ad inuicẽ qõ eſt ſm qualitates elementoꝝ in q̃ntũ elemẽta. Et hec eſt cauſa q̃re corpora naturalia q̇eſcant in ſuis locis: qm̃ habent ſe locatũ videt eſſe quaſi materia vt aqua reſpectu aeris: et aer ſicut forma l reſpectu aque: quamuis vtrumq̃ eſt in potentia: vt fiat aliq̇d alioꝝ et aqua reſpectu aeris et econuerſo magis tñ proprie aqua eſt in potentia ad aerẽ qm̃ aer eſt ꝑfectior: quare phs huiuſmodi examinatione remittit ad librum de generatione vbi dicit ꝙ cum ex aqua generatur aer: eſt corruptio ſecũdũ quid ⁊ generatio ſimpliciter ꝓpter hoc ꝙ perfectior forma

introducit et imperfectioꝛ abijcit. Cum aūt ex aer generat aqua fit ꝯuerſo. Unde aqua lʒ vno modo ſit in potentia ī quantum imperfectioꝛ aere: alio modo eſt in actu in quantum aer pōt verti in aquaʒ tñ magis ꝓpꝛie eſt in potentia igit locatum habet ſe ſicut pars ad totum quare cum vnum vertitur in aliud fit copulati ideſt vnio ex quo patʒ ꝙ phus hic loquitur de coꝛpoꝛibꝰ ſecundū foꝛmas ſubſtantiales quas hñt ex influentia coꝛpoꝛis celeſtis qḋ ē pꝛimus locus et dans virtutem locatiuam omnibꝰ alijs coꝛpoꝛibꝰ: ſm autē qualitates actiuas vel paſſiuas ē cōtrarietas inter elemēta et vnum eſt coꝛruptiuum alterius.

Utrū angelꝰ ſit in loco ꝑ ſuā ſubām. ¶ Dubitatur vtrum angelus ſit ī loco ꝑ ſuam ſubſtantiam ꝓ cuius queſtionis examine noto de mente Ocham quolibeto pꝛio .q. 4. et de mente Grabielis ſecundo ſenten. d. 2. q. ſecunda ꝙ queſtio querit ḋ loco coꝛpoꝛali ꝓpꝛie dicto vt deſcribit. 4. phiſi. locus eſt terminꝰ cōtinentis immobilis pꝛimū ideſt ſuperficies coꝛpoꝛis cōtinentis immediata locato ideſt nō neceſſario ad motum contēti motū ⁊ ꝑ ꝯñs habebit eē diuiſum vt ſit hec deſcriptio in ꝓpꝛia foꝛma. Locus eſt ſupeꝛficies coꝛpoꝛis continentis in mediata ei et diuiſa ab eo: ex quo patet ꝙ non totum coꝛpus locans eſt locus: ſed ſola pars vltima continentis nō intelligas vltima affirmatiue ideſt qualibet alia vlterioꝛ: ſʒ intellige vltima negatiua ideſt nulla eſt vlterioꝛ ea. Nam quecunqꝫ parte data q̄ ſit vltima habet centeſſimas milleſſimas que ſunt vlterioꝛes ergo locꝰ eſt vltima pars cōtinentis negatiue ſʒ nō affir. ex quo ſeq̄tur ꝙ eiuſdem locati ſunt infinita loca cōmunicantia. Sequitur ſecundo ꝙ vltima ſphera nō eſt locus terre: qꝛ non eſt immediata terre. Seq̄tur tertio ꝙ totum nō eſt locus ſue ꝑtis: qꝛ eſt continuatū ſue ꝑti. Sequitur. 4. ꝙ pars non eſt locus ſui totius: quia non eſt continens ſuuʒ totum.

¶ Noto ſecūdo ꝙ licet philoſophꝰ multas ponat locoꝝ cōditiones ſed tamē Bonavētu. q. pꝛima. 2. ſententiaꝝ illas reducit ad tres que ſunt continere: menſurare: et conſeruare q̄ tñ nō cōueniunt loco reſpectu cuiuſlibet locati: comparat enī locus ad locatum in ratione continentis in ratione menſurantis: ⁊ in ratione conſeruantis: et ſm hāc triplicem habitudinem locus cōtinet vt vas: menſurat vt quantitas: cōſeruat vt natura.

¶ Notandum eſt tertio de mēte magiſtri ſententiaꝝ ī pꝛio. d. 37. ꝙ aliquid dicit eē in loco tripliciter circunſcriptiue: diffinitiue: repletiue: vel immenſiue. Circunſcriptiue aliq̄d eſt in loco qñ eſt in loco ocupando ꝑtes loci diffinitiue aliquid ī loco qñ ſic eſt in vna parte loci ꝙ non in alia. In menſiue vero vel repletiue aliquid eſt in loco qñ illud eſt in omni loco: quomodo ſolus deus eſt in loco. Iuxta illud Ieremie. 23. celum et terram ego impleo: hoc habito dicit ꝙ ſm opinionem nominalium et Scoti ꝓ firmo tenetur angelum eē in loco diffinitiue ⁊ non ſolum ꝑ operationem: qḋ putant ſe ſuadere autoꝛitate articuli pariſienſis. 203. condenantis illum q̄tenet angelum eſſe ī loco duntaxat ꝑ operationem ratione ita ſuadet: vel operatio angeli eſt immediata virtuti angeli et ſic ſi operatio angeli eſt in loco etiā virtus angeli: ſi vero dicatur ꝙ operatio angeli non eſt immediata virtuti angeli: ſeq̄tur eſſe mediatam et ſi ſic erit alicuis alteri loco immediata: et ſic habeo ꝙ angelus eſt in loco ꝑ ſubſtātiaʒ. ¶ Doctoꝛ ſanctus in pꝛima ꝑte. q. 52. et in pꝛimo ſententiaꝝ. d. 37. oppoſituʒ affirmat: tenens ꝙ angelus tm̄ eſt in loco per operationem: dicens ꝙ quemadmodum coꝛpoꝛalia ſunt in loco per contactum q̄ntitatis dimenſiue ita ſpiritualia ſunt in loco ꝑ contatū q̄ntitatis virtualis Et reſpondet capꝛeolus ad articulū pariſenſem: ꝙ ille articulus non eſt magne auctoꝛitatis: vel aliter dicitur ꝙ ille articulꝰ condemnat opinionem quoꝝdam artiſtaꝝ qui ī nixi poſitionibꝰ philoſophoꝝ aſſerebant de angelis ſicut phi ḋ intelligentijs qḋ nuſq̄ ſunt nec actu nec potentia: ſʒ habebant vniuerſalem influentiam in coꝛpoꝛibꝰ omnibꝰ a qua poſitione longe eſt poſitio ſanti Thome ad aliam rationem dicitur ꝙ operatio nō eſt immediata in medicatione ſitꝰ virtute angeli: ſʒ ſolum eſt immediata in mediatione quantitatis.

¶ Iterum argunt ſequeretur: ꝙ angeli non eſſent in celo empireo qꝛ ibi nihil operant. Ad hoc reſpondeo ꝙ licet angeli in celo empireo nō habeant operationem tranſeuntem ſummendo operationeʒ tranſeuntem ꝓ motu reali habent tñ operationem tranſeūtem ꝓ vt dicit pꝛeſidentiam: vel vnionem ad celum empireum q̄ pꝛeſidentia eſt q̄dā exoꝛnatio ⁊ nobilitatio coꝛpoꝛis ad ſpaciū que ē vel vt quedam relatio ſignificata ꝑ modū operationis trāſeuntis: vel eſt continentia que continentia ſm ſanctū Thomaʒ de veritate. q. 9. ar. i. eſt ex coniunctione coꝛpoꝛis ad ſubſtantiā ſuperioꝛem per quā percipit aliquid ḋ illa virtute non ꝙ illa virtꝰ ſit in coꝛpore ꝑ modū realis quantitatis: ſed per modū intētionis eo modo quo coloꝛ eſt in aere: et tū ex hoc coꝛpꝰ talē fluxū percipiens eſt vigoꝛoſius et actiuius.

¶ Iterū arguunt pꝛiꝰ eſt eē quā operari igitur pꝛiꝰ eſt eē in loco quā operari in loco: ſʒ poſteriꝰ non eſt cauſa pꝛioꝛis ergo angelus nō eſt in loco: qꝛ operet in loco. dicit ad hoc Doctoꝛ ſanctus in pꝛio quoli. ar. 4. Dicēdū ꝙ nil ꝓhibet aliquid eſſe pꝛiꝰ ſimpliciter: quod non eſt pꝛius quantū ad hoc, ſicut coꝛpꝰ ſubiectū: vel coꝛpꝰ ſubſtātie eſt pꝛiꝰ ſimpliter coꝛpꝰ quā tactꝰ tñ coꝛpus eſt in loco per contactū quantitatis dimenſiue et ſimiliter angelꝰ per contractū virtutis hec ille. ¶ Ex quo app꜄et ꝙ ſicut pꝛiꝰ eſt coꝛpus eē quā tangere, tamen poſteriꝰ eſt coꝛpꝰ eē in loco quā coꝛpꝰ tangere locū, ita in ꝓpoſito pꝛiꝰ eſt angelum eē q̄ operari, tñ poſteriꝰ eſt angelū eē in loco q̄ operari in loco. ¶ Ulteriꝰ ſic arguit, ſi angelꝰ eſt vbi operat: ſeq̄tur ꝙ ſit in toto celo, qꝛ totū celū pꝛimo mouet, ſed hoc eſt falſum quia cū celū nunquā quieſcat: ſequit ꝙ angelus ſit in continuo motu. Reſpōdeo negando maiorem, quia angelus pꝛimo mouet vnā ꝑtem et ibi eſt, et ꝑ motus illiꝰ partis mouet alias partes pellendo et trahendo. Eſt enī in celo aliq̄ pars pꝛio capax motꝰ. ſicut ē coꝛ in aīali et pars dextra, ⁊ hoc potiſſime verū eſt in oꝛbe cuiꝰ non omnes partes ſunt vnifoꝛmes. Si aūt loquamur de oꝛbe totalr̄ vnifoꝛmi in ſuis ꝑtibꝰ ad huc anglꝯ pōt ex diuina oꝛdinatiōe ſibi ḋterminare vnā ꝑtē q̄ pꝛio moueat

¶ Dico ſecundo ꝙ circa modū quo angelus mouet celum eſt duplex opinio. Aliqui. n. dicunt ꝙ mouet eo mō quo nauta mouet nauem: qui quidem quieſcit per ſe in naui et mouet ꝑ accidens ad motū nauis. Alij dicunt ꝙ mouet eo mō quo figu-

lus mouet rotam qui ad motum rote nec per ſe nec ꝑ accidens mouetᷣ: ⁊ ſꝫ hoc diceretᷣ ꝙ angelus mouens orbē: nec mouetᷣ nec quieſcit proprie localiter ꝑ ſe ſicut corp⁹: nec per accidens ſicut aīa: ſed tamen mouetᷣ localiter equiuoce: quia diuerſas partes celi attingit ſucceſſiue. Hanc viam vr̄ tenere. ſ. t. i. pre q. 52. Primā vero viā videtᷣ tenuiſſe prīo ſentēciaꝝ di. 37. et ſm̄ hoc diceretur ꝙ angel⁹ rotatur ꝑ accidens ad motum celi.

Dubiū. 2. ¶ Secundo dubitatur vtrum angelus determinet ſibi locuꝫ maximū. Ad qd̄ dicitᷣ ꝙ cū angelus ſit finite virtutis nō dubitamus quīn determinet ſibi locū maximū: ſꝫ determinare locū maximum pōt intelligi quātū ad qualꝫ dimenſionem copulatiue: aut copulatim. Primo mō concedit. Gregori⁹: ꝙ pōt aliquis angelus exiſtere in vno quadrato ꝑfecto: et nō in vno quadrangulo ſibi eq̄li: q2 excedit maximam longitudinē quam pōt replere nos tm̄ credimus ſecundo mō angelum determinare locum magixum.

Dubiū. 3. ¶ Tertio dubitatur vtrum angelus poſſit moueri in inſtanti ad quod dico. Notando primo de mente Ocham prīo celi. q. 5. ꝙ motus localis eſt coexiſtentia alicui⁹ ſucceſſiua: ⁊ cōtinua diuerſis locis ſine q̄ete media. Dicitᷣ ſucceſſiua q2 ſi ſimul coaſſiſteret diuerſis locis: ſicut aīa diuerſis corporis membris nō moueretᷣ: ꝑpter qd̄ de⁹ qui omnib⁹ locis preſens eſt ſemꝑ: nō mouetᷣ localiter. Dicitᷣ diuerſis locis: q2 manens ī eodē loco preciſe nō mouetur. Dicitᷣ ꝯtinue ſine quiete media: q2 ſi intercipere per quietem nō ē iam mot⁹ vn⁹: ſꝫ poſſunt eſt plures. Similiter ſi de⁹ corpus vnum exiſtens in vno loco corrūperet: ⁊ poſtea reꝑduceret in alio loco nō eſſet motus localis: lꝫ corpus illud ſucceſſiue coexiſteret diuerſis locis: q2 nō eſt ſucceſſio cōtinua. Ex illo pꝫ differentia inter motū: et mutationem.

¶ Tunc dico ꝙ ī hoc eſt duplex opinio: vna eſt Scoti ⁊ nominaliū aliquoꝝ vt eſt Ochā et Grabiel. d. ſecūda ſecūdi. q. 3. ꝙ ſi angel⁹ ſit in loco ſibi adequato ſic nō poteſt ad aliū in inſtanti: quia eſſet in loco maiori maximo: ſꝫ ſi nō ſit ī loco adeq̄to pōt mutari ad locum adequatum in inſtanti: Gregorius tm̄ cōcedit ꝙ intranſita bene pōt hoc eē ſecus ꝑmanenter: ſꝫ mihi videor dicendū ꝙ ſubito pōt moueri a loco maximo ita ꝙ ſi nunc eſt in loco maximo nunc ꝑ vltimū nō eſſe poteſt illū deſerere et acquirere alium locum inmediate poſt hoc derelicto primo ¶ Doctor tm̄ ſanctus tenet cōtrarium: ꝙ naturaliter angelus non pōt moueri localiter ī inſtanti: quā ꝯcluſionē habet in pria pte. q. 53. a prīo ad. 3. et prīo ſententiaꝝ. d. 37. q. 4. a ſecūdo ad. 3. cui⁹ rō eſt ī quocumq3 motu eſt aſſignare vltimū inſtans quo mobile fuit in termino a quo: et primū inſtans in quo eſt ī termino ad quē: ſꝫ talis mot⁹ eſt in tempore: q2 inter inſtans et inſtans mediat temp⁹ g̊ mouetᷣ ſucceſſiue et nō in inſtanti.

Dubiū. 4 ¶ Quarto dubitatur vtrum angel⁹ poſſit moueri de extremo ad exteriū quiꝫ ꝑ mediū. Ad qd̄ dicitᷣ ſm̄ Okam ⁊ Grabielem ꝙ nō: q2 dicūt eſſe articulū ꝯdemnatū pariſi⁹ et mouentᷣ: q2 moueri dicit ſucceſſioneꝫ ⁊ ſucceſſio requirit medium inter terminum et terminum. Nam ſi non eſt medium non erit ſucceſſio pōt tm̄ virtute diuina moueri de extremo ad extrem umq̄uim ꝑ mediū; q2 virtus diuina limitatur ad aliquem ordinē: ſicut facit Chriſtus corp⁹ ſuum in celo preſens ſub hoſtia ſine tranſitu ꝑ media vt declaratᷣ in. 4. ſententiaꝝ. ¶ Doctor tm̄ ſanctus in prima pte. q. 53. tenet ꝙ ad libitum angeli ē mouere ſe de extremo ad extremū ſine medio aut ꝑ medium: q2 pōt operari circa extremū non operādo circa mediū.

Dubiū. 5. ¶ Dubitatur quinto vtrum plures angeli poſſint eē in eodem loco. Ad qd̄ reſpondetᷣ cū nominalib⁹ ꝙ ſic vt Ocham prīo. quoli queſtiōe. 4. et ad huc naturaliter: cū legio demonū fuerit in corpore vnius hoīs obſeſſi vt habetur luce. 8. ſecūdo q2 nihil prohibet vno angelo exiſtente in. a. loco aliū angulum tranſire per eundē locū. Doctor ſanctus tenꝫ contrariū in pria pte. q. 52. a ſecūdo ad tertiū cuius ratio eſt impoſſibile eſt vni⁹ effectus eſſe plures cauſas proximas perfectas in eodē genere cauſe: ſꝫ angelus non eſt in loco niſi vt cauſa proxima et perfecta alicuius effectus ergo plures angeli non poſſunt eſſe in eodem loco: ex quo ſequitur ꝙ illa legio erat in diuerſis partibus illius hominis obſi: et ſi dicatis nonne vnus angel⁹ poſſet facere vnū effectum nō ſecundū ſuuꝫ totū conatum et alium ſimiliter eundem in ſpecie non ſm̄ ſuum totum connatum. Dicendum ꝙ angeli omnes differūt ſpecie: et omnes ſue operationes ⁊ ideo vnus non ꝯcurrit ad oꝑationē alteri⁹.

¶ Dubitatur ſexto. vtrum angelus poſſit eſſe in loco indiuiſibili. Ad quod dicit doctor ſanctus ꝙ ſic: quia poteſt applicare ſuam virtutē etiam ad locum indiuiſibilem. Contrarium tamē tenet Gregori⁹ et nominales negantes iſta indiuiſibilia. Dubiū. 6.

¶ Ultra dubitatur vtrum angelus poſſit eſſe naturaliter in diuerſis lacis. Ad qd̄ reſpōdet pria parte. q. 52. ꝙ non: cui⁹ ratio eſt: q2 repugnat āgelo operari circa diuerſa nullo mō vnita. Ex quo ſequitur ꝙ quādo angelus operatur in totam vnam ciuitatem tota ciuitas eſt ei vt locus adequatus.

Eodem āt modo accipiēdū phyſici eſſe conſiderare de vno: ⁊ ſi eſt aut nō: ⁊ q̄uo eſt: ⁊ quid eſt: ſicut et de loco. Et namq3 ſimilē hꝫ credulitateꝫ et fidem per ea q̄ opinantᷣ. Ut eni locū quendā et vas vacuum ponunt dicentes. Uidetᷣ aūt eſſe plenū quidē cū hꝫ graue: cui⁹ ſuſceptiuū eſt. Cum vero priuatū eſt vacuū: tanq̄ idē quid ſit vacuū ⁊ plenū: loc⁹ eſſe aūt ipſis non idem. T. cō. 50

¶ Incipere aūt opꝫ conſiderationē accipientes q̄ dicunt affirmantes non eſſe: et iterū cōes opiniones d̄ ipſis. ¶ Aliꝫ quidem igitᷣ tentantes monſtrarᷣ q2 non eſt: non qd̄ hoīes volunt dicere vacuū hoc arguūt: ſꝫ peccantes dicunt ſicut Anaxagoras et qui eodē mō argumentantes. Demonſtrant enim ꝙ aliquid ē aer litigantes per vtreꝫ: et demonſtrantes ꝙ aer eſt fortis: et accipiētes in clepſydriꝫs. Aliꝫ aūt hoīes volūt vacuū eſſe ſpaciū: ī quo nullū corp⁹ ſenſibile. T. cō. 51.

¶ Opinantes aūt oē qd̄ eſt eſſe corp⁹ dicunt oīno in quo nihil eſt hoc eſſe vacuū. Unde plenū aere vacuū eſt: Igitᷣ hoc non opꝫ monſtrare: q2 eſt aliquid aer: ſed q2 non eſt alterū ſpaciū a corporib⁹ neq3 ſeparabile qd̄ ſit actu. quod diſtingat omne corpus: vt ſit cōtinuū: ſicut dicunt Democritus et Leucippus: ⁊ aliꝫ multi phyſiologoꝝ. Aut et ſi aliquod extra omne corpus eſt: cū ſit continuū. ¶ Hi quidem igitᷣ non ſecundum poſita ad problema contradicunt. T. cō. 52

T. cō. 53.

¶ Sed affirmantes eſſe magis dicunt vnum quidē: quia motus ſm locum non erit: hic aūt eſt loci mutatio et augmētum. Non eñ videbit vtriq; motus eſſe: niſi ſit vacuum. Plenum eñ impoſſibile eſt recipere. Si vero recipiat: ⁊ ſunt duo ī eodem: cōtinget vtriq; et quelibet ſimul eſſe corpora. Differentiā enim propter quam nō erit vtriq; quod dictū ē non erit dicere Si autem hoc continget: ⁊ paruiſſimū accipiet maximum. Multa namq; parua magnū ſunt. Quare ſi multa equalia cōtinget in eodē eſſe: et multa inequa

T.c.54. lia. ¶ Meliſſus quidem igitur demonſtrat ꝙ omne immobile ex his. Si enim mouebit aliquid: neceſſe

T.cō.55 eſſe vacuū aūt non eſt eorū q̄ ſunt. Uno quidem igit modo ex his demōſtrāt ꝙ aliquid eſt vacuū. Alio vero modo: q2 videntur quedam coeuntia ⁊ calcantia: tanq̄ in ea que ſunt vacua coeunte denſato corpore. Amplius aūt ⁊ augmētū videtur omnibus fieri per vacuū. alimentū quidē corpus eſſe. Duo aūt corpora

T.cō.56 impoſſibile ſimul eſſe. Teſtimoniū aūt ⁊ qō eſt de cinere faciunt: qō recipit tantum aq̄: quantum ſi vas vacuum eſſet. ¶ Eſſe aūt affirmant ⁊ pithagorici vacuū ⁊ ingredi ipſum in celo ex infinito ſpiritu tanq̄ reſpiranti: ⁊ hoc eſſe vacuū: qō determinat naturas. tanq̄ ſit vacuū ſeparatio quedam eoꝝ q̄ ſunt conſequenter et determinatio: et hoc eſſe primū in numeris. Va-

T.cō.57 cuū enim determinare numerū ipſoꝝ. ¶ Ex quibus quidem alij dicuntur eſſe: alij vero non dicūt fere tot et huius ſunt.

In preſentiaꝝ Ariſ. querit vtrum vacuū ſit: et primo declarando hoc dicit ꝙ vacuum plenū et locus idē ſunt de materiali: ſed de formali cōnotāt diuerſa. Nam vacuū ſupponit ꝓ loco cōnotando ꝙ nihil intra ſe contineat: ſ; locus ſupponit ꝓ termino ambientis īmobili: primū: et plenum ſupponit pro loco cōnotando ꝙ intra ſe habeat aliquid.

¶ Poſtea vero tex. cō. quinquageſimi primi oſtendit quo ordine determinandū ſit de vacuo dicens ſe velle prīo recitare ratiōes eoꝝ qui dicunt vacuū eſſe ⁊ ſimiliter rationes eorum q̄ dicūt vacuum non eſſe et ſimiliter opiniones cōmunes de vacuo que ſcilicet ad rationem vacui pertinet. Poſtea vero phūs dicit rationem illoꝝ q̄ ꝓbabant nō eē vacuū et dicit illas peccauiſſe: q2 non probabāt non eſſe vacuū probabant poti9 ꝙ plenū aere nō ē vacuū primo per vtres qui cum ſint inflati poſſunt aliquod pondus ſubſtinere quod nō eſſet niſi aer eſſet aliquid et ſimiliter probant hoc in clepſedris in quibus non deſcendit aqua niſi introeat aer: patet igitur ꝙ iſti non obijciunt contra poſitionem: quia iſti dicebant non eē vacuum niſi vbi nullum corpus ſenſibile eſt ꝓpter hoc ꝙ oē opinant eſſe corp9 ſenſibile vnde cū aer ſit corpus modicū ſenſibile opinantur ꝙ vbi eſt aer ſit vacuū oportebat igitur oſtendere non ſolum ꝙ aer ſit aliq̄d: ſed ꝙ non ſit aliqō ſpaciū ſine corpore ſenſibili. Dicit preterea ꝙ dupliciter aliq̄ ponebant vacuum vno mō ſicut ſeparatum a corporib9 vt ſi diceremus ſpaciū qō eſt infra extremitates alicuius domus eſſe vacuū. Alio modo capitur vacuū ꝓ illo ꝙ facit corpora non eē cōtinua.

¶ Poſtea philoſophus textu. cōm. 53. declarat rationes ponentium eſſe vacuum ⁊ vna eſt motus localis quem dicunt non poſſe fieri niſi vacuum ponatur. Nam aliter ſequeret plenū poſſe recipere aliq̄d: quod eſt falſum: q2 daretur penetratio corporum de predicamento ſubſtātie ⁊ ita ſequitur ꝙ infinita corpora poſſent eſſe penetratiue ⁊ ita paruiſſimū accipere maximū: iterum ꝓbant ꝙ vacuum ſit dabile: q2 vt videmus in eodem dolio vbi de vino capit certa menſura ſimul cū vtribus capi eandem ꝙ non eſt niſi corporib9 coeuntib9 in quodam dēſato corpore in ea que ſunt vacua. Preterea videt et augmentum omnib9 fieri ꝑ vacuū. Nam alimentū nō pōt penetrare ꝑ membrū ğ recipit in quaſdā vacuitates. ¶ Iterum ꝓbant hoc idē ꝑ teſtimoniū de vaſe pleno cinerib9; qō tantū capit de aqua ſicut ſi non eſſent ibi cineres ğ recipit in quaſdam vacuitates illa aqua. Iterū dicit ꝙ pythagorici affirmāt eē vacuum et ingredi ipſum in celo ex infinito ſpū tanq̄ reſpiranti et ſeparare ea q̄ non ſunt continua.

¶ Dubitat circa preſentem. tex. vtꝝ ſit dabile vacuū ⁊ arguit ꝙ ſic a vacuo ſit attractio ğ vacuū eſt dabile: ꝯña tenet: q2 qō non ē non pōt eſſe cauſa alicuius: et añs ꝓbat ꝑ ventoſam que attrahit ſanguinem ⁊ carnem ⁊ alia plura: ⁊ ſimiliter ꝑ attractionem quotidianā qua videm9 ꝙ ſi candela ꝓ medietate ſit intra aquā ita ꝙ flāma maneat exteri9 et intromiſſo vrinali donec os ei9 attingat aquā aſcēdit aqua donec interimat candelam qō eſt: quia vacuum attrahit.

¶ Secundo arguo: ſupponendo ꝙ dentur due tabule planiſſime quaꝝ vna cadit ſuper aliā ſecūdū oēs partes equaliter et eleuet vna tabula ab alia ſecūdū oēs partes eq̄liter: tunc aut ſeq̄tur dari vacuū intra mediū tabulaꝝ: aut aerē ſubito intrare vſq; ad mediū: qō ē incōueniēs q̄ñ ē corp9 qō non pōt mutari in inſtāti cū ſit illi in motu reſiſtētia.

¶ Tertio arguit adhuc ē dabile vacuū igitur ꝯña eſt nota et ꝓbat añs de rarefactione et cōdenſatione et augmentatione et motu locali: q̄ oīa non poſſunt ſaluari niſi ꝑ vacuū. Probatur quia quomō poterit ſaluari ꝙ fiat rarefactio niſi per hoc ꝙ quedā ꝑtes q̄ erāt in quibuſdā cauernoſitatibus egrediuntur ab eis: ⁊ relinquunt illas vacuas: et eodem modo condenſatio fit per ſub introitū illarum partium in illas vacuitates: ergo dabile eſt vacuum Simile argumentum eſt de augmentatione que fit in etate adoleſcētie et eſt per hoc ꝙ omnia membra extenduntur magis quam antea per trinam diametrum: que quidem extēſio fit per intus ſuſceptionem alimenti: que quidē interior ſuſceptio fieri nō valet niſi aut membrū diuidendo: aut in vacuitates membri nutrimento ſe colligenti: ergo dabile eſt vacuum.

¶ Quartū patet de motu locali. Nā dum aliquid mouetur per aerem vel hoc ē: q2 intrat in pleno vel quia intrat in vacuo. Si ſecundū habeo intentum. Si primum vel hoc eſt q2 intrat in pleno et ſic duo corpora ſunt penetratiue quod eſt falſum: aut cedit ipſummet plenū: et ſic ſequit ꝙ non poſſet moueri vnus lapis quin latera celi rumperent: ꝯñs eſt falſum: ⁊ ſequella ꝓbatur. Nam ſi aer cedit ſequitur ꝙ illi aeri qui mouetur retrocedendo cedit ali9 et poſtea alius donec totus aer cedat et aeri cedenti cedit ignis ſi ſic cum igni cedenti non cedit celū ergo vel rumpit vel penetratio dimenſionū quod eſt impoſſibile. In oppoſitum eſt philoſophus.

Dubiū.i ¶ In hac materia iuxta argumentorum difficultates: alique dubitationes ſunt mouende. Prima dubitatio vtrum a vacuo poſſit fieri atractio.
Dubiū.2. Secunda dubitatio eſt ſi detur corpꝰ perfecte planū.
Dubiū.3. Tertia dubitatio eſt de rarefactione et cōdēſatione quō fiat ſine vacuo.
Dubiū.4 Quarta dubitatio eſt de augmentatione ⁊ motu locali quō iſta fieri valeant ſine vacui ad miſſione.

Nota.i. ¶ Ad primā igitur difficultatem noto vt bene dicit Auicena doctrina.6.de virtutibus, ꝙ a tribꝰ fit attractio, calido, vacuo, ⁊ ꝓprietate: prior q̄dem attractio apparet in flama lampadis que ꝑ lichinū attrahit oleū donec oleū in lichino inflamet̄ et fiat flama. Atractio vero a vacuo manifeſte patet in ventoſa: modus aūt attrahendi in ventoſa eſt hic: ꝙ quū vētoſa ponitur ſuper membrū cū quadā flāma interius: illa flāma habet duplicem motū: vnus eſt quo conuertitur ad materiam propriam: aliꝰ ē quo continue attrahit aerem ne tā cito materia in qua eſt cōſumat̄: ita vt ꝓpter illud pereat flama qđ ſcripſi ſatis late in queſtione noſtra d̄ antipariſtaſi ad calcem ꝓportionū adiecta. Cum igit̄ aliq̄ flama eſt ī carcerata: ita vt liberū motū attractionis aeris non habeat protinꝰ ille ignis flāma ſuā materiam diſſipat ⁊ diſſoluit ita vt antequam preparetur materia pro ſequenti flāma prior flāma diſſoluatur et euaneſcat: vn̄ de ſequit̄ ignē illuʒ rariorē exiſtentem aere conuerti in aerem denſiorem occupantem minorem locū et quia condenſatio fit ſucceſſiue aſcendit ſanguis qui repleat illā vacuitatem eſt iſte et modꝰ attrahendi ventoſe propter vacuū: alia eſt atractio que fit a ꝓprietate cuius modi attractio eſt illa q̄ fit a magnete ad ad attrahendū ferrū et illa qua adamas pellit ferrū et q̄ ſmaragdus frangit oculos bufonis aſpicientis illū: ⁊ qua lingua ſcorpionis poſita ī mēſa magnatum ſuper ſalem habet ſudare cum trahitur aliquod venenū: et proprietas qua Jacintus tollit inſultus libidinoſos et ſic de reliquis.

Nota.2. ¶ Notandum tamen quomodo intelligat̄ ꝙ a vacuo fiat attractio in rigore eī̄ ſermonis illa ꝓpoſitio eſt falſa. Nam vacuū nihil eſt: ergo vacuū non poteſt attrahere ideo Conciliator differētia.51.dicit ꝙ a vacuo fit attractio non tanq̄ a cauſa finali ideſt fit attractio ꝓpter euitandum vacuū: q̄d ſit tamen illud quod attrahit quando vacuū euitat̄ nō eſt pauce difficultatis. Nam quidā aiunt ꝙ illud quod tunc attrahit eſt celū ne ſequatur in vniuerſo aliqua in ordinatio. Alij vero dicunt ꝙ illud quod attrahit eſt illud quod attraxit corpus a loco per cuius ablationem fecit vacuʒ. Cuius opinionis ē vgo ſenenſis. Alij vero dicūt ꝙ hec attractio fit. Nā cogitāt tā intimū eē corpori vt aſcēdat ꝑ euitandū vacuum: ſicut vt deſcendat ſuapte nā: imo aliqui dicunt ꝙ intimiꝰ eſt graui aſcendere ad euitandū vacuū: quā deſcendere ad habendū ſuum locū naturale qđ ē q2 ille aſcēſus fit ad ꝯſeruādū ſe qđ eſt intimiꝰ q̄ ſtatuere ſe in loco naturali: quia euitare vacuū tollit neceſſitatem corruptionis ineuitabilem ſʒ ponere ſe in lo naturali facit ad perfectius exiſtendū non tn̄ ad ſimpliciter exiſtendum.

Nota.3 ¶ Noto tertio. circa iſtam partem ꝙ omnis attractio ſicut ad cauſam efficientē reducitur ad illam que eſt calido: Nam ſi capiamus attractionem que fit: proprietate occulta illa fit a calido quia proprietas occulta non agit niſi cum calore vt videre eſt de karabe qđ nō attrahit paleleas niſi fricatum: et de ventoſis que non attrahunt niſi per ignē ergo omnis attractio ſi quo ad cauſam efficiente reducitur ad illam que eſt a calido: ſimiliter illa que eſt a vacuo reducitur ad illam que eſt a calido. Nam calidū attragendo vnam ſubſtantiam facit vacuum.

¶ Jam vero accedamus ad illud ſecundū argumentū de tabulis perfecte planis. Auerrois ſecundo de aīa voluit dicere impoſſibile eē duo corpora dura immediate ſe tangere quam propoſitionem multi philoſophi volunt moderari ꝙ ſit intelligenda de corporibus mixtis ⁊ non elementis bene eī̄ pn̄t eē imediata elemēta ⁊ dicūt intelligendū de ſolidis: quia plumbum liquatum et aurum liquatum bene pn̄t eē imediata. ſed vt dicit Auguſtinꝰ nimphꝰ ſecundo de anima com.iiʒ. ſuper vacue tot conditiones addiderūt. Nā cū dicit duo corpora dura: ibi intelligitur mixta. Nam duricies eſt qualitas ſecūda vt habetur metheo.4. que non poteſt in mixtis reperiri. Jtē quidā addunt ꝙ debent eē dura diſcōtinua Nam dicunt due medietates continui bene ſe tāgūt immediate ſine aliquo medio: ſʒ hec omnia comprehenſa ſunt cū dicit̄ impoſſibile eſt duo corpora dura ſe tangere tactus eī̄ ſolꝰ eſt proprie dictꝰ inter res diſcontinuas mouet̄ Auerrois ad hanc ꝓpōnē ꝑ illā rōnē cōeʒ ꝙ ſequeret̄ aut dari vacuū aut penetrationem dimenſionū: ſi duo corpora dura ſe tangerēt immediate patet de duabus tabulis quadratis quarū vna ſuperponatur alteri īmediate et volo ꝙ vna ab altera ſeparet̄ eque cito quo ad omnes ſuas partes quod cū fiat ingrediatur aer ab extremo illarum tabularū vſqʒ ad mediū in īſtāti et ita daret̄ motus localis inſtantaneus quod eſt falſum: aut ſi ille aer moueat̄ ſucceſſiue ſequit̄ in medio tabularum darī vacuū ꝓpter que in conuenientia euitanda dicit Auerrois inter illas tabulas quantū vis leuigatas ſemꝑ exiſtere mediū. An duo corpa dura poſſint imediate ſe tāgere

¶ Sed contra hanc opinionē eēnt aliq̄ inſtantie. Pria ſequeret̄ ꝙ quantūuis magnum graue ſubſtinere q̄tumuis paruū leue: ⁊ ſeq̄lla pʒ de modico aere exiſtenti inter illa corpora dura. Secūdo ſequeret̄ ꝙ in entibus naturalibꝰ non eēt d̄terminatio quo ad paruitatem. Nam quocunqʒ aere dato exiſtenti inter illa corpora dura minor poſſet eſſe quia poſſunt magis leuigari ⁊ fieri īmediatiora: et aer medians eēt minoris quātitatis ꝓpter q̄ incōuenientia vr̄ mihi rectiꝰ dicendū ꝙ duo mixta bn̄ poſſunt eē īmediata: et ad inconuenientia q̄ affert Auerrois. dico ſicut bene dicit Tho. de garbo in trac.5. ſue ſumme in.q. de ſono ꝙ quia eleuatio eſt motus et fit per vltimum non eē: ſequitur ꝙ q̄madmodū īmediate poſt hoc fiet eleuatio: ita immediate poſt hoc fiet aliq̄s motus aeris et īmediate poſt hoc erit aliquis aer vſqʒ ad mediū: nec ſeq̄tur propterea ꝙ aliquis motus localis ſit inſtantaneus.

¶ Circa tertiam dubitatiōem anno to ꝙ rarefactio fit per maiorem elongationem priū: et condenſatio ꝑ maiorē appropinquationē partium tu intellige mediatarum: que quidem elongatio et appropinquatio non requirit aliquod vacuū. ¶ Aliam ſolutionē dat Marſiliꝰ prio de gene.q.15. quando dicit profundā neſciens ad ſit ſufficiens. Pro cuius intelligentia premittit in materia includi mul-

tas partes materie eque extenſas vna dūtaxat quan
titate et per rarefactionē vna illarū partiū egredit
limites alterius in qua noua quantitas inducit p̄exi
ſtente remanente in alia parte materie cui prius in=
herebat: ꝗuis vtraqꝫ pars erat eadem quātitate ex
tenſa: et vt hoc intelligatur ſint.a.et.b.due ptes ma=
terie aque pedalis eque extēſe et.a.preciſe inſit quā

Difficilis opinio Marſilij de augmētatione.

titas qȝ ſufficit ad extenſionem.b.poſt quā ē ſimul cū
a.ſicut ad extenſionē albedinis ſufficit quātitas ſub=
iecti et aqua illa rarefiat et ponat.b.extra: produce
tur in.b.vt extenſio eius ſaluet alia quantitas et ma
nebit in.a.preexiſtens ſicut prius erat et ſic non mi=
grabit et condenſatione quantitas vni pti inherens
corrūpetur: et pars illa erit extenſa q̄titate alteriꝰ
partis. Hec ſolutio eſt tam pfunda ꝙ vix aliquis va
let de ea haurire intelligētiā: ſubtilis tamē ē admo
dum et imaginatio illarum partiū materie eiuſdem
extenſionis poteſt intelligi ex dictis in prīo de rari=
tate et denſitate et de multitudine et paucitate ma=
terie. ſed illa ſolutio imaginat ꝙ qñcūqꝫ aliquod pe
dale ad duplum rarefit manet vna ps materie eque
extenſa ſicut prius ſed alia pars egredit illam ⁊ po=
nit ſe omni modo extra eandem qȝ tamen non eſt ve
rum quando totum ſecundū quamlibet partem ſui
rarefit. Proportionabiliter dicatur de condenſatio
ne quando totum ſecundum quodlibet ſui condenſa
tur ⁊ ſic oportet ſtare in prima ſolutione vel dare mi
grationem. Item ꝙ vni parti potius quam alij inhe
reat quantitas non videtur ratio ſignanda ⁊ pari fa
cilitate diceretur ꝙ forma ſubſtātialis eſt dumtaxat
in vna parte materie et non in alia et ſic habebis ma
teriam ſine forma.

Solutio argūti de augmētatiōe.

¶ Ad illud de augmentatione noto
ꝙ eſt duplex augmentatio quedam large dicta ⁊ eſt
idem ꝙ rarefactio: alio modo capitur augmentatio
proprie dicta et eſt conuerſio alimenti ſecūdū quod
eſt potētia animatū in corpus actu animatum in ma
iores partes quam ſunt deperdite ſecundū trinā dia
metruȝ. Pro cuius declaratione noto ꝙ cū caliditas
naturalis ſemper agat in membra in ipſis facit reſo
lutionem que eſt membri deperditio pro parte: ⁊ ſic
in membris facit foramina que in adoleſcentia re=
plentur nutrimento tanto quantum deperditum eſt
⁊ cū hoc calor dilatat mēbra paululū ꝗn reſoluat ali
quid et plus intrat de nutrimento quā de ſubſtantia
perditum eſt et ſic fit augmentatio non per penetra
tionem corporū aut vacuum ſed per generationem
foraminum et introitu alimenti in ea foramina.

Solutio argūti de motu locali.

¶ Ad illud de motu locali dicēdum
quidem eſt ꝙ dum aliquid mouetur per aerem: aer
cedit tranſeunti et condenſatur aer: non tamen illa
condenſatio fit per penetrationem partium: ſed per
ſolum cedere partiū: ita ꝙ dum condēſatur aliquod
totum bipedale ad ſubduplum quelibet pars condē
ſatur ad ſubduplū et ſic cedunt ſibi inuicem partes
ita tamen fit hec ceſſio vt proportionabiliter ſicut eſt
vnaqueqꝫ partiū ita retrahatur magis vel minus et
per hoc non itur in infinitū in hiſce retractiōibꝰ: nec
ſequitur totū aerē moueri et ignē elementarē et ce
los rumpi vt patet conſideranti hec a nobis dicta.

¶ Sequitur textus.

AD quale autem ſe hēat opꝫ
accipere quid ſignificet nomen. ¶ Vi
detur autem vacuū locus eſſe: in quo
nihil ē. Huius autem cauſa eſt: qr om=
ne quod eſt corpus opinant eſſe. Om
ne autem corpus in loco eſt: vacuū au
tem in quo nullū corpus eſt. Quare ſic vbi non ē cor
pus nihil eſt hic. Corpus autem iterū oē opinunt eſſe
tangibile huiuſmodi aūt eſt quod habꝫ grauitatem
aut leuitatem. Accidit igitur ex ſillogiſmo hoc eſſe
vacuū: in quo nullū eſt graue: aut leue: hec quidē igi
tur ex ſillogiſmo ſicut prius diximus accidūt. ¶ Sꝫ
inconueniens eſt: ſi punctum vacuū ſit. Oportet enī
locū eſſe in quo loco corporis ſit ſpacium tangibilis.
¶ Sic igitur videtur dici vacuū vno quidem modo T.cō.58
nō plenū ſenſibili corpore ſm tactum. Senſibile aūt
ſecundū tactum eſt grauitatē habens aut leuitatem.
Unde ſi dubitabit aliq̄s q̄d vtiqꝫ dicat ſi habeat hoc
ſpaciū colorem: aut ſonū: vtrū vacuū an non. Aut ma
nifeſtum eſt ſiquidem accipiat corpus qȝ tāgitur va
cuū eſſe: ſi vero non: minime. ¶ Alio autē modo ī quo
non eſt hoc aliq̄d neqꝫ ſubſtantia aliqua corpea. Un T.cō.59
de quidā dicunt vacuū eē corporis materiā q̄quidē
et locū dicentes idem hoc non bene: materia q̄dem
enim non ſeparabilis eſt a rebus. Vacuū aūt querūt
ſicut ſeparabile. ¶ Quoniam aūt ō loco determina T.c.60
tum eſt et vacuū locū neceſſe eſt eſſe ſi eſt priuatū cor
pore. Locus aūt quomodo eſt et q̄uo non eſt dictum
eſt: manifeſtū eſt q̄m ſic q̄dē vacuū non eſt: neqꝫ ſepa=
tum: neqꝫ inſeparabile. Vacuū enī non corpus: ſed
corporis ſpacium volunt eē. ¶ Unde et vacuū videt T.cō.61
aliquid eſſe: quia et locus. Et propter hoc acceptum
eſt. Prouenit enim motus qui eſt ſecūdū locum: ⁊ lo
cū dicentibus eſſe aliquid preter corpora incidētia
et in his q̄quidē dicunt ꝙ vacuū eſt. Cauſam aūt mo=
tus opinant eſſe vacuū ſic: ſicut in quo mouetur: hoc
autem erit quare locū quidē dicunt eſſe. ¶ Neqꝫ vna T.c.62
autem neceſitas eſt ſi motus eſt eē vacuū. Omnino q̄
dem igitur omnis motiōis nequaq̄: vnde et meliſum
latuit: alterari nāqꝫ contingit plenā. Sed neqꝫ ſecū
dū locū motum: ſimilr enī ſubingredi adinuicē cōtin
git: ſi nullū ſpaciū ſeparabile ſit preter corpora mo=
ta: et hoc manifeſtū eſt etiā in continuoꝝ reuolutioni
bus: ſicut in his que ſunt humidorū. Contingit aūt dē T.cō.63
ſari non in vacuū: ſed propter id qȝ ea que inſunt ela
buntur: vt aqua colliſa aerē q̄ ineſt. Et augmentari
non ſolū ingrediente aliquo: ſed et alteratione: vt ſi
ex aqua fiat aer. Omnino autem ⁊ que eſt de augmē
to rō: et in cinerē diffuſe aque: ipſa ſe ipſam impedit
Aut enī non augetur quodlibꝫ: aut non corpore: aut
contingit duo corpora in eodē eē. Dubitatiorē igit
volunt cōmunē ſoluere: ſꝫ non demonſtrāt vacuū q̄uo
eſt aut omne eſſe corpꝰ neceſſe eſt vacuum: ſi penitus
augetur et augetur per vacuum. Eadem autem et
in cinere ratio eſt. ¶ Quod quidem igitur ⁊ ex qui T.c.64
bus demonſtrant vacuum ſoluere facile ſit: manife=
ſtum eſt.

¶ Commentarium.

IN hac parte philoſophus decla
rat opinionem illam quā credit verā circa ma
teriam de vacuo: ⁊ dicit ſe velle declarare q̄d
ſit vacuū et ſtatim oſtendit ꝙ vacuū nihil aliud eſt ꝙ̄
locus ſine locato. Opinātur enī dicit homines ꝙ om
ne corpus habet qualitates tangibiles et habet gra
uitatē vel leuitatem: quare dicunt ꝙ vbi non eſt cor=

pus graue vel leue non eſt corpus: quare dicũt ꝙ vacuum eſt illud in quo non eſt corpus graue vel leue: ſed Ariſtoteles dicit ꝙ iſta diffinitio; vacuum eſt illud in quo non eſt corpus tangibile non eſt bona: ſed melior daretur ſi diceretur: vacuum eſt locus non repletus corpore aptꝰ tamen natus repleri alioqui punctum eſſet vacuum cum nõ ſit corpore repletum. ¶ Poſtea philoſophus remouet quandam dubitatiõem que eſt vtrum ſi eſſet aliquod ſpacium habẽs colorem aut ſonum eſſet vacuũ: ad quod dicitur ꝙ ſi in illo loco poſſit ingredi aliquod corpus tangibile ſicut ſubſtantia vacuum eſt: ſi vero non minime: et qꝛ vbi ſunt accidentia poteſt ingredi ſubſtantia; vacuum erit ibi.

¶ Poſtea vero textu cõmẽti quinq̃geſimi noni. Ponit aliam ſignificationem vacui ſecundum vſum platonicorum et dicit ꝙ alio modo dicitur eſſe vacuũ in quo non eſt aliqua ſubſtantia corporea nec hoc aliquid: ſed quaſi materia: quod Ariſtoteles dicit eſſe falſum. Nam materia non eſt ſeparabilis. ¶ Poſtea vero philoſophus textu cõmenti ſexageſimi dicit. Cum iam declaratum ſit quid ſit locus dicendo, ꝙ non eſt aliquod ſpacium: ſed terminus continentis. Manifeſtum eſt: ꝙ nec vacuũ ẽ ſpacium ſeparatum a corporibus: nec intrinſecum corporibus ſicut ponebat democritus: et hoc ideo qꝛ ponentes vacuũ quocunqꝫ iſtorum modorum volunt ꝙ vacuũ non ſit corpus: ſed ſpacium corporis; vnde et vacuũ dicit philoſophus videtur aliquid eſſe quia eſt locus. ¶ Poſtea vero philoſophus dicit cauſam qua. e poſuerunt vacuum eandem cum illa propter quã poſuerunt locũ: ponit͂ eñ locus propter motum: quia videmus ꝙ aliqua res modo eſt in vno loco ⁊ loco nõ mutato ſuccedit aliquid in eodem loco ergo locus eſt aliquid preter corpora locata: dicebant ergo hij ꝙ negato vacuo non poterat eſſe locus.

¶ Iam Ariſtoteles textu commenti ſexageſimi ſecundi: declarat ꝙ nulla eſt neceſſitas ſi motus eſt eẽ vacuũ: quia poteſt plenum alterari ergo ſolus motus localis excludi videtur ſi vacuũ non ponatur et hoc latuit Meliſſum dũ credit: remoto vacuo omnem ſpeciem motus auferri: ſecundo excludit eam rationem per hoc ꝙ motus localis non tollit͂ ſi vacuum non ſit: dato eñ ꝙ nullum ſpacium ſit ſeparabile preter corpora que mouentur poteſt motꝰ localis eſſe per hoc ꝙ corpora ſub intrent ſeinuicem ꝑ modum in ſpiſſationis: ⁊ ſic aliquid ĩ pleno mouetur et nõ in vacuo: ⁊ hoc apparet manifeſte in reuolutionibus corporũ humidorũ vbi contingit fieri quaſdã circulatiões circa locum percuſſionis quouſqꝫ pars aque depulſe commoueat aliam et ſub intret illam: vnde quia modica pars aque ſub intrat ĩ maiorẽ aquã circulaciones predicte a paruo in maius procedũt quouſqꝫ totaliter deficient.

¶ Poſtea vero philoſophus textu commenti ſexageſimi tertij excludit rationes ponentium vacuum eſſe in corporibus propter condẽſationem. Non eſt cogitandum: ꝙ quando ſit condenſatio quedam corpora ſub intrent alia: ſed potius ſe colligunt et elidunt alias partes vaporales vel ſubtiles q̇bus excluſis alie ſub intrant: et illud d̃ augmentatione diſſoluit dicens ꝙ non eſt neceſſe ad augmentationem fiat corporis ſub intratio. Nam et videmus ꝙ cum ex aqua ſit aer ibi ſit augmentatio eſt enim aer maior aqua.

¶ Poſtea vero philoſophus textu commenti ſexageſimi quarti dicit, ꝙ illa ratio de cinere ſeipſam deſtruit ideſt non concludit. Nam ſi capit tantum de aqua ſicut vacuum illud non eſt, quia realiter ibi tantum ſit de aqua. Nam ibi exhalauit aqua ⁊ condenſatus eſt cinis. ¶ Et illud de augmento ꝙ nequeat fieri niſi per vacuum non conuincit quia in veritate cum totum corpus augeatur: ſequitur totum eſſe vacuum quod certe ẽ falſum: aut non totum augeri aut non corpore augeri: aut contingit duo corpora eſſe in eodem.

## ¶ Textus.

Quoniam aũt nõ ẽ vacuum ſic diuiſum: ſicut quidã dicunt dicemꝰ iterum: ſi eniꝫ vniuſcuiuſqꝫ loci mutatio aliqua ſimplicium corporum natura eſt: vt ignis quidem ſurſum: terre autem deorſum, et ad medium manifeſtum eſt ꝙ non vacuum erit cauſa loci mutationis. Cuius igitur cauſa erit vacuum: videtur autem cauſa eſſe motus ſecundum locum. Huius autem cauſa nõ eſt. ¶ Amplius ſi eſt vacuum aliquid velut locus T.cõ.65
priuat° corpore: cum ſit vacuum quo mouebitur poſitum in ipſo corpus. Non enim iam in omne. Eadem autem ratio et ad locum eſſe aliquid opinantes ſeparatum in quem fertur quod fertur. Quomodo enim mouebitur poſitum aut manebit: et de ſurſum et deorſum et de vacuo cõuenit eadem ratio merito. Vacuum enim locum faciunt eum: dicentes. Et quomodo iam inerit: aut in loco aut in vacuo. Non enim accidit cum totum poſitum ſit ſicut in ſeparato loco et ſufferente corpore. Pars enim niſi ſeorſum ponatur. non erit in loco. ſed in toto. Amplius ſi non eſt locus vacuum non erit. ¶ Accidit autem dicentibꝰ eẽ T.cũ.66
vacuum tanꝙ neceſſarium ſiquidem erit motus: contrarium magis eſſe ſi aliquis intendat non contingere moueri nihil: ſi ſit vacuum. Sicut enim propter ſimile dicentes terram quieſcere. ſiqui et in vacuo neceſſe eſt quieſcere. Non enim eſt quo magis et minus mouebitur: ſecundum enim quod vacuum eſt nõ habet differentiam. ¶ Deinde quoniam omnis mo- T.cõ.67
tus aut violentus aut ſecundũ naturam eſt. Neceſſe eſt autem: ſiquidem ſit violentus eſſe et eum qui ſecũdum naturam. Violentus quidem enim eſt extra naturam: qui autem extra naturam poſterior eſt eo: q̇ eſt ſecundum naturam. Quare ſi non ſecundũ naturam eſt vnicuiqꝫ phiſicorum corporum motus: neqꝫ aliorum erit motuum: nec vnus. at vero motus natura quo modo erit in vacuo: cum neqꝫ vna ſit differentia ſecundum vacuum et infinitum: ſecundũ quidem enim ꝙ infinitum eſt: nihil erit ſurſum nec deorſum: nec medium: ſecũdum autem ꝙ vacuum eſt nihil differens ſurſum a deorſum. Sicut enim nullius neqꝫ vna eſt differẽtia ſicut et non entis. Vacuum autem cum nõ ſit aliquid priuacio videtur eſſe. Natura autem loci mutatio differẽs eſt. Quare erunt que ſunt natura differentia. Si igitur non eſt natura: nuſquã et nulla loci mutatio aut ſi hoc eſt non eſt vacuum.
¶ Amplius nunc quidem proiecta mouẽtur proiec- T.cõ.68
tore non tangẽte: aut propter antipariſtaſim: ſicut q̇dam dicunt: aut ex eo quod pellit pulſus aer velociore motu quam latio pulſi: ſecundum quam fertur in proprium locum. In vacuo autem nihil horum contingit eſſe; neqꝫ erit fieri: ſed aut ſicut quod vehitur

¶A mpliꝰ nullꝰ habebit dicere, ppter quid qđ mo uetur ſtabit alicubi: quid enim magis hic quam ibi Quare aut quieſcet: aut infinitum neceſſe eſt ferri: niſi aliquod impedierit maius. ¶Amplius autem nunc quidem in vacuum ob id quod cedit ferri vide tur. In vacuo autem vbiqꝫ ſimiliter eſt huiuſmodi. Quare vbiqꝫ fertur.

## Commentarium.

IAm poſitis opinionibus aliorũ de vacuo ⁊ quid ſignificetur nomine vacui hic incipit inquirere veritatem: ⁊ primo oſtendit vacuũ non eſſe ſeparatum: ſecundo oſtendit vacuum non eſſe inditum corporibus. Circa primũ põit ſex
Rō.1. rationes. Quarum prima eſt ſi oporter et ponere va cuum maxime eſſet propter motum localem: ſed mo tus localis non fit propter vacuũ ſed propter naturã
Rō.2. grauis aut leuis: ergo non fit propter vacuũ. Ponit ſecundã rationem dicens ſi ponatur vacuum: ſequiť ꝙ non dabitur cauſa motus localis: quia omnis motꝰ localis ẽ ad aliquam determinatam differẽtiam poſi tionis: ſed in vacuo non eſt aliqua determinata diffe rentia poſitionis ergo in vacuo non eſt aliquis motꝰ
Rō.3. localis. Tertia ratio potius ſi vacuũ eſſet non eẽt mo tus: quia q̃madmodũ terra dicitur quieſcere: qꝛ non eſt potior ratio ꝙ ad vnam partem quam ad aliam moueatur ſic etiam ꝙ eſt in vacuo non mouebiť nec quieſcet: quia non eſt potior ratio ꝙ in vna differen tia poſitionis quam in alia: et hec ratio habetur tex
Rō.4. tu commenti ſexageſimi ſexti. Quarta ratio poniť textu commenti ſexageſimi ſeptimi vbi dicit omnis motus naturalis preſupponitur ad violentum: quia violentus eſt quedam declinatio a naturali: ergo ſi tolitur propter vacuum motus naturalis etiam vio lentus: ꝙ autem tollatur motus naturalis probatur: quia omnis motus naturalis eſt in aliquam differen
Rō.5 tiam poſitionis qualis non reperitur in vacuo. Quin ta ratio habetur textu commenti ſexageſimi octaui ⁊ eſt: ꝙ tolliť motus proiectorum: quia motus proiec torum ſolum eſſet propter retropulſionem aeris ve lociter moti pellentis continue pulſum: ſed ſi eſt va
Rō.6. cuum tollitur talis antipariſtaſis. Sexta ratio poniť textu commenti ſexageſimi noni vbi dicitur ꝙ ſi mo tus eſt in vacuo non eſt potior ratio ꝙ mobile quieſ cat in vna parte quam in alia et ſic vel mouebitur in infinitum vel nunquam mouebitur: ſed videtur aliq bus cauſa propter quã mobile moueatur in vacuo: quia ſcilicet vacuum maxime cedit tangenti

## ¶ Textus.

T.cō.71. AMpliꝰ autem et ex his ma niſeſtum ẽ quod dicitur videmus enĩ idem et graue et leue copus velo cius ferri propter duas cauſas: aut in differẽdo quid: vt per aquam: aut per terram. aut p aerẽ aut in deferen do quod ferť ſi alia ſunt eadẽ propter excellentiam grauitatis: aut leuitatis. Hoc igitur per quod fer tur cauſa quia impedit maxime quidem quod con tra fertur: poſtea autem et manẽs. Magis autem quod non facile diuiditur huiuſmodi autem greſſiꝰ eſt. Id igitur ĩ quo eſt. a. mouebitur per. b. quod au tem in quo eſt. c. tempus per ipſum autem. d. cum ſit ſubtilius: ſed equalis longitudo eſt ipſius. b. que eſt ipſius. d. ſecundum analogiam impedientis corpo ris: ſit enim. b. quidẽ aqua. d. vero aer. Quanto igiť



ſubtiliꝰ aer aqua et in corporalius: tanto citius. a. p d. mouebitur quam per. b.. Habet igitur eãdem ra tionẽ: qua quidem diſtat aer ab aqua: velocitas ad velocitatem. Quare ſi dupliciter ſubtile eſt in dupli ci tempore quod eſt ipſum. b. tranſiuit quam. d. Et erit in quo eſt. c. tẽpus duplex eo in quo eſt. e. Et ſem per iam quantumcunqꝫ ſit in corporalius et minus impeditum et bene diuiſibilius per quod fertur: ci tius mouebitur. Vacuum autem nullam habet ratio nem qua excellatur ſub pleno: ſicut neqꝫ nihil ad nu merum. Si enim quattuor tria excellunt vno: pluri bus autem vno. et adhuc vnum pluribus q̃ duobus. Nihil autem non amplius habent rationem qua ex cellant. Neceſſe ẽ enim diuidi excellens in excellen tiam: et in id quod excellitur. Quare et quattuor ĩ quantumcunqꝫ excellunt et nihil. Unde neqꝫ linea punctum excellit: niſi componatur ex punctis. Si militer autem vacuum ad plenum nullam poſſibile ẽ habere rationem. ¶Ergo neqꝫ ad motum. Sed ſi T.c.72.
per ſubtiliſſimum in tanto taliqꝫ fertur per vacuum omnem exuperat rationem. Sit enim. ʒ. vacuum: equale autem magnitudine his que ſunt. b. et. d. a. ergo ſi tranſibit et mouebitur per: ʒ. in quodam qui dem tempore quod eſt. i. Sed in minori q̃ in quo eſt e. et hanc habebit rationem vacuum ad plenum. Sʒ in tanto tempore quantum eſt in quo eſt.. i ipſius. d. a. tranſibit ſubtilius. Tranſibit autem ſi ſit aliquid ſuptilitate differens ab aere in quo eſt. ʒ. ſm hanc p portionem quam tempus habet in quo eſt. e. ad tẽpꝰ in quo eſt. i. Si enim in tanto ſubtilius eſt corpus in quo eſt. ʒ. ipſo. d. quantum exuperat. e. ipſum. i. tran ſibunt econtrario velocitate in tanto quantuʒ. i. ipſũ ʒ. quod eſt in quo eſt. a. ſi feratur. Si igitur nullum ſit corpus in quo eſt. ʒ. adhuc velocius pertranſibit quoniam et ſicut prius: ſed erat in quo eſt. i. Quare in equali tempore tranſibit quod eſt plenum et va
cuum. Sed impoſſibile eſt. ¶Manifeſtum eſt igiť T.cō.73
ꝙ ſi fuerit aliquod tempus in quo per vacuum quod libet fertur: accidet hoc impoſſibile. In equali enĩ accipietur: et quod plenum eſt tranſire aliquod ⁊ va cuum. Erit enim aliquod analogum cordus alteruʒ ad alterum: vt tempus ad tempus. Sed ſicut in ca pitulo eſt dicere: palam accidentis cauſa eſt: quia motus quidem ad motum omnis proportio eſt: in tẽ pore enim eſt. Temporis autem omnis eſt ad tempꝰ finitis vtriſqꝫ. Uacui autem ad plenum non eſt. Se cundum quidem igitur ꝙ differunt per que ferun
tur: hec contingunt. Secundum autem horum que T.c.74
feruntur excellentiam hec ſunt. Uidemus enim ma iorem inclinationem habẽtia aut grauitatis aut leui tatis: ſi alia ſimiliter ſe habent figuris: citius lata p equale ſpacium finitum: et ſecundum rationem quã habent magnitudines adinuicem. Quare et per va cuum. Sed impoſſibile eſt: propter quam enim cau ſam fertur velocius. In plenis quidem enim ex ne ceſſitate. Uelocius enim diuidit ex fortitudine ma ius. Aut enim figura diuidit aut inclinatione quam habet quod fertur aut proiectum. Eque velocia er
go omnia erunt. Sed impoſſibile eſt. ¶Quod qui T.cō.75
dem igitur ſi vacuum ſit: accidat contrarium. q̃ pro pter quod probant eſſe vacuum: manifeſtũ ex dictis eſt. Hi quidem igitur opinantur vacuum eſſe. Si quidem erit ſecundum locum motus: diſcretum ſe cundum ſe. Hoc autem idem eſt ei quod eſt dicere locum eſſe aliquod ſeparatum. Sed hoc quod ſit im poſſibile eſſe: dictum eſt prius.

OStendit Ariſtoteles impreſentiarum textu commenti ſeptuageſimi primi vacuum non eſſe ex parte velocitatis et tarditatis in motu: dicens ꝙ aliquod graue velocius fertur propter duas cauſas: aut propter differentiam medij per quod fertur: aut propter mobile eſſe magis graue: aut magis leue: videmus enim quotidiana experientia: ꝙ aliquod mobile velocius fertur quia medium eſt rarius: aut tardius fertur quia medium eſt denſius aut quia corpus quod fertur eſt grauius aut leuius.

¶ Poſtea vero philoſophus: premittit vnam propoſitionem in qua dicitur: ꝙ proportio motus ad motum in velocitate eſt tanquam proportio medij ad medium in raritate et denſitate ita ꝙ ſuppoſito ꝙ mobile ſit idem erit proportio motus ad motum ſicut medij ad medium: quare infert quod quemadmodum ſe habet ſpacium ad ſpacium: ſic ſe habet motus ad motum et quia vacui ad plenum nulla eſt proportio ideo ſequitur ꝙ motus cauſati per vacuum ad motum cauſatum per plenum nulla ſit proportio: ex quo infero ꝙ poſito vacuo omnis motus impeditur. Iterum Ariſtoteles probat ꝙ vacui ad plenum nulla ſit proportio: quia quando inter aliqua eſt aliqua proportio illud eſt quia vnum excedit aliud per aliquam partem que ſit pars excedentis: ſed notum eſt ꝙ vacuum nullas habet partes ergo vnum non excedit aliud per partem excedentis: et ex conſequenti vacuum ſine aliqua proportione excedit plenum: quare ſequitur ꝙ non eſt proportio inter motum qui fit per plenum: et inter motum qui fit per vacuum. Poſtquam autem iſtam concluſionem philoſophus deduxit oſtenſiue eandem deducit ad impoſſibile hoc modo: ſequitur ſi per vacuum fieret motus ꝙ motus factus per plenum eſſet equalis velocitatis cum motu facto per vacuum: ſequella probatur ſit caſus ꝙ ſit aliquis motus factus per plenum decupedale: et alius motus factus per vacuum decupedale primus in vna hora: ſecundus in dimidia hora poteſt dari medium in duplo ſubtilius primo per quod quidem mouebitur graue in duplo velocius: et ex hoc habetur ꝙ moueatur in illo medio in dimidia hora ſicut in vacuo: et ſic tam velociter mouebitur per plenum ſicut per vacuum: quod eſt impoſſibile.

¶ Poſtea vero philoſophus ſummatim colligit ea que dixit: ꝙ motus ad motum eſt proportio ſicut temporis ad tempus: vnde quelibet duo tempora ſi ſint finita habent proportionem ad inuicem: ſed vacui ad plenum non eſt proportio: vt probatum eſt.

¶ Poſtea dicit ꝙ predicta inconuenientia accidunt ſi ſumantur velocitates ſecundum diuerſitatem mediorum.

¶ Poſtea vero oſtendit philoſophus non eſſe vaccuum ſeparatum ex velocitate et tarditate motus ſecundum ꝙ ſumitur ex parte mobilis: dicens quod mobilia ſuppoſita reſiſtentia inuariata mouentur velocius vel tardius ex hoc ꝙ mobile eſt maius vel minus: vel habens figuram acutam facile penetrantem: vel obtuſam non facile penetrantem ſed ſi vacuum eſſet mobile maius non moueretur velocius quam mobile minus: nec habens figuram acutam velocius quam habens figuram obtuſam.

¶ Tandem philoſophus textu commenti ſeptuageſimi quinti Dicit ꝙ clare probatur potius ex hoc ꝙ ponatur vacuum ſequi: quod non eſt motus quam ꝙ eſt motus quia propter hoc ꝙ ponatur vacuum ſequitur mobile non moueri ſucceſſiue ſed in inſtanti: quare poſito vacuo clare tollitur motus: ¶ Poſtea dicit ꝙ locus eſt quodam ſpacium ſeparatum ſicut et vacuum: et hoc probat eſſe impoſſibile per ea que ſupra dicta ſunt.

## ¶ Textus.

ET per ſe autem conſiderantibus videbitur vtique dictum vacuum (T.cō.16) ſicut vere vacuum: ſicut enim in aqua ſi ponat aliquis cubum: diſtabit tanta aqua quantus eſt cubus ſic eſt etiam in aere: ſed ſenſui immanifeſtum eſt. Et ſemper igitur in omni corpore habenti tranſmutationem: ad quod eſt aptum natum mutari: neceſſe eſt niſi coeat tranſmutari aut deorſum ſemper: ſi deorſum eſt motus: ſicut eſt terre: aut ſurſum: ſicut ignis: aut in vtraque aut quale aliquid ſit impoſitum. In vacuo autem hoc quidem impoſſibile eſt: nullum enim corpus eſt. Sed per vacuum equale ſpacium tranſire videtur: quod quidem erat prius in vacuo tanquam ſi aqua non cederet ligneo cubo neque aer: ſed omnia tranſirent per ipſum: atuero cubus habet tantam magnitudinem quantam continet vacuum. Quod ſi calidum eſt: aut frigidum: aut graue: aut leue: nihil minus alterum ineſſe ab omnibus paſſionibus eſt: et ſi non diuiſibile ſit ab illis. Dico autem corpus linei cubi. Quod etiam ſi ſeparetur ab omnibus alijs: et neque graue: neque leue ſit: continebit equale vacuum: et in eadem erit que eſt loci et vacui parte equale ſibi ipſi. Quid igitur diſtabit cubi corpus ab equali vacuo et loco. Et ſi duo huiuſmodi ſunt propter quid non quelibet in eodem erunt. Unum quidem igitur hoc inconueniens et impoſſibile eſt. ¶ Amplius autem (T.cō.17) manifeſtum eſt. quia hic cubus habet tranſmutatus quod et omnia alia corpora habent. Quare ſi a loco nihil differt quid oportet locum facere corporeus extra vnius cuiuſque corpus: ſi impoſſibile eſt corpus. Nihil enim conferet: ſi alterum circa ipſum equale ſpacium huiuſmodi ſit. ¶ Amplius oportet manifeſtum (T.cō.18) eſſe quale vacuum ſit in his que mouentur. Nunc autem nuſquam infra mundum aer enim aliquid eſt non videtur autem: neque aqua: ſi eſſent piſces ferrei. Tactu enim eſt diſcretio illius quod tangitur. Quod (T.cō.19) quidem igitur non ſeparatum ſit vacuum ex his manifeſtum eſt.

## ¶ Commentarium.

PRobat nunc philoſophus vacuum non eſſe aliquod ſpacium ſeparatum hoc modo ſupponit ꝙ corpora ſibi inuicem cedunt itaque vnum egreditur altero ſubintrante: vt videre eſt in quadrato cubo: quod in aqua ſubintrans tantam quantitatem facit egredi de aqua ſicut eſt ipſemet quadratus cubus. quare ex hoc vult conuincere ꝙ duo corpora non ſe penetrare: ſed dicit philoſophus ꝙ iſti confitebantur ꝙ tale ſpacium ſeparatum ſe penetrat cum corporibus et ex hoc infert ꝙ omnia corpora poſſunt ſe penetrare quod eſt impoſſibile. Nam dicit philoſophus ratio quare duo corpora non poſſunt ſe penetrare eſt quia ſunt dimenſionata non quia calida: non quia frigida vel grauia: ſed tale ſpacium vacuum eſt dimenſionatum et ſe penetrat

cum aliis ergo omnia corpora poſſunt ſe penetrare quod eſt impoſſibile.

¶ Secunda ratio adducitur textu commenti ſeptuageſimi ſeptimi ꝙ non eſſet neceſſarius locus pro corporibus quia ſi eedem ſunt dimenſiones ſpacij ⁊ corporis locati: non indigebit profecto corpore cōtinēti: ſed ipſum ſibi ſufficiet pro loco.

¶ Poſtea vero textu cōmēti ſeptuageſimi octaui dicit philoſophus ꝙ vacuum in his q̄ ſunt infra mundum non reperitur: quia maxime in aere: ſed ibi non eſt vacuum: quia licet viſu plenum aere videatur vacuum non tactu: quia aer ſemper nos alterat: et dat comparationem de piſcibus: quia ſi piſces eſſent ferrei non diſtinguerentur ab aqua ꝑ viſum tactu tñ diſcernerent: ſic ē ī propoſito ð aere.

¶ Textus.

SUnt autem quidam q̇ per rarū et denſuꝫ opinantur manifeſtuꝫ eſſe ꝙ ſit vacuum. Si quidem eniꝫ nō eſt rarꝫ et denſuꝫ: neqꝫ coire ⁊ calcari poſſibile eſt. Si vero hoc: aut oīno motus non erit: aut mouetur totum: ſicut dixit Xuthus: aut in equale ſemper eſt mutare aquam ⁊ aerem. Dico autem ſic: vt ſi ex aqua cyathi factus ſit aer: ſimul ex equali aere tantundem aquaꝫ fieri: aut vacuum erit ex nececeſſitate. Conculcari eñi
T.cō.80 vel extendi non contingit aliter. ¶ Si quidem igiť rarum dicunt multa vacua ſeparata habens, manifeſtuꝫ eſt ꝙ ſi neqꝫ vacuum contingit eſſe ſeparabile: ſicut neqꝫ locum habenteꝫ aliquod vacuum ſui ipſiꝰ
T.cō.81. nec rarum ſic. ¶ Si autem non eſt ſeparabile: ſed tamen ineſt aliquod vacuum: minus quidem impoſſibile. Contingit autem primum: ꝙ non omnis motus eſt cauſa vacuum: ſed qui ſurſum eſt. Rarum enim leue, Unde ignem rarum eſſe dicunt. Poſtea motus cauſa non ſic vacuum: ſicut ī quo eſt: ſed ſicut vtres in eo quod feruntur ipſi: ſurſuꝫ ferūt cōtinuū: ſic vacuum fert ſurſum: et etiam qualiter poteſt motus eſſe vacui: etiam locus vacui. Uacui enim ſit va-
T.cō.82. cuum: in quod fertur. Amplius quomodo aſſignant in graui ferri deorſum. Et manifeſtum eſt: quoniam quanto vtiqꝫ rarius: et magis vacuum ſit magis ſurſum fertur ⁊ ſit omnino vacuū velociſſime vtiqꝫ ferť. Fortaſſis autem hoc impoſſibile eſt moueri. Ratio autem eadem ſicut quia ī vacuo ſine motu omnia
T.cō.83. ſunt: ſic ⁊ vacuum quidem eſt quod eſt ſine motu. In comparabiles enim ſunt velocitates. ¶ Quoniam autem vacuum quidem non dicimus eſſe: alia vero vere dubitata. Aut motus non erit: niſi erit denſitas et raritas: aut turbatur celum: aut ſemper eq̄lis aqua ex aere: et ex aqua erit et aer. Manifeſtuꝫ eniꝫ quia plus aer ex aqua ſit. Neceſſe igitur niſi ſit aut depulſum quod habetur vltimum tumultuari facere: aut alibi alicubi eq̄liter mutare ex aere ī aquā: vt omne corpus totius equale ſit: aut nihil moueri. Semper enim tranſmutato hoc accidet: niſi circulariter circunſtet. Non ſemper autē in circulum loci mutatio: ſed aliquando et in rectum eſt. Siquidem
T.cō.84 igitur ꝓpter hoc vacuuꝫ aliquid dicunt eſſe. ¶ Nos autem dicimus ex ſubiectis: quoniā eſt materia vna contrariorum et calidi et frigidi et aliaruꝫ phyſicarum contrarietatum. Et ex eo quod potentia ē: actu ens ſit. Et non ſeparabilis quidem materia eſt eſſe: aūt alterum eſt. Et vna quidem numero: ⁊ ſi contingat coloris: calidi et frigidi. Eſt igitur et corporis materia et magni et parui eadem: manifeſtum ē aūt hoc. Cum enim ex aqua aer ſiat: eadem materia nō accipiens aliud aliquid facta eſt. Sed quod erat potentia: actu facta eſt: et iterum aqua ex aere ſimiliter: aliquando quidem in magnitudinem ex paruitate: aliquando in paruitatē ex magnitudine. Similiter autem cum multus aer exiſtens in minori ſit molle: et ex minori maior potentia cū ſit: ſit materia vtraqꝫ. Sicut enim ex frigido ſit calidum: et ex calido frigidum: quia eadem eſt que erat potentia: ſic ex calido magis calidum nullo facto in materia calido quod non eſſet calidum quando erat minus calidum. Sicut quidē nec maioris circuli circulatio ⁊ conuexitas: ſi ſiat minoris circuli eadem cum ſit aut alia: in nullo alio factus eſt ambitus: quod non eſſet ambitus: ſed rectum. Non eniꝫ deficiendo minꝰ aut maius eſt. Neqꝫ enim ſcintille accipere aliquā magnitudinem in qua non et caliditas et albedo in eſt Sic igitur et prior calor poſteriori. Quare et magnitudo et paruitas ſenſibilis corporis non accipiente aliquid materia extenditur: ſed quia potentia eſt materia vtriuſqꝫ. Itaqꝫ idem eſt denſum et raruꝫ et vna materia ipſorum. ¶ Eſt autem denſum qui- T.cō.85
dem graue: rarum autem leue. Amplius ſicut circuli circulatio conducta in minus non aliud accipit cōcauum: ſed quod erat conductum eſt. Sic et ignis ꝙcum aliquis accipiat omne calidum eſt. ¶ Sic et omne conductione et diſtenſione eiuſdem materie. Duo enim ſunt ab vtroqꝫ denſo et raro. Graue enim et durum denſa videntur eſſe: ⁊ contraria rara leue et molle. Diſſonat autem graue et durum in plūbo ⁊
ferro. ¶ Ex dictis igitur manifeſtum ē: ꝙ nec diſcre- T.cō.86
tum eſt vacuum: nec ſimpliciter: nec in raro: nec potentia niſi aliquis velit penitus vocare vacuum cauſam illus quod fertur. Sic autem qua grauis ē aut leuis materia que huiuſmodi erit vacuum. Denſum enim et rarum ſecundum hanc contrarietatem motus actiua ſunt. Secundum autem durum et molle paſſionis et non paſſionis receptiua et nō loci mutationis ſed alterationis magis et de vacuo quidem quomodo eſt: et quomodo non eſt determinatum ſit hoc modo.

ARiſtoteles in preſentiarꝫ ponit rationem aliquorum philoſophorum propter q̄m rarum et denſum nitebātur ꝓbare vacuum eſſe dabile. Nam dicebant ꝙ rarefatio erat egreſſio corporum a quibuſdam vacuitatibus et cōdēſatio erat ingreſſus corporum in quaſdam vacuitates: et ſi ita non eſt dicebant ꝙ ſi oporter cum aliq̄d cōdenſatur aliud moueri localiter. Sequitur facta cōdenſatione totum vniuerſum debere moueri localiter: aut ſequitur aquam dum cōuertitur in aerem in equalem quantitatem aeris conuerti: et ſimili mō aerem in aqua: aut totum vniuerſum mutabitur, qđ eſt falſum et hanc dicit eſſe ſentētiā xuti philoſophi.

¶ Poſtea vero textu cōmenti octaui dicit ꝙ nec videtur vacuum imaginabile: ſicut ſpacium ſeparatum: nec ſicut foramina quedam vacua: Nam ſicut ſpatium ſeparatum iam reprobatum ē: et ſicut foramina eodem mō deprobabitur.

¶ Poſtea vero philoſophus textu commenti octuageſimi primi dicit ꝙ talis modus vacui eſt cauſa raritatis: et leuitatis quare huiuſmodi

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

vacuū ſolum eſt cauſa motus ſurſum: ⁊ non motus deorſum: et poſtea dicit ꝙ motus cauſa non eſt vacuum ſicut in quo: ſed ſicut a quo: ⁊ ſic vacuum fert ſurſum quare ſequitur ꝙ illud vacuum mouetur: ⁊ ſic vacui erit aliud vacuum.

¶ Poſtea philoph⁹ textu cōmenti 82. dicit ꝙ ſi raruꝫ et vacuū ſunt cauſa motus ſurſuꝫ ſequitur ꝙ nihil deſcendet naturaliter deorſum. itē ſequitur ꝙ quanto erit magis vacuum tanto magis ſurſum ferreť et ita ſequiť ꝙ in omnino vacuo velociſſime ferreť: ſꝫ hoc eſt falſum: q2 ꝑ vacuū non fit motus vt ſupra ꝓbatum eſt.

¶ Poſtea vero textu cōmēti octuageſimi tertij dicit illam rationem quam illi dixerūt ꝙ tollitur motus generationis: et corruptionis: aut ſolum fit equalis in equale: aut turbatur celum niſi forſam diceret aliquis ꝙ ſolum intelligitur fieri motus circulariter vt ex.a.in.b.et ex.b.in.c et ex.c.in d.et iterum ex.d.in.a.

¶ Poſtea vero philoſoph⁹ tex.cō. 84. ſoluit premiſſam rationem prio premittens ꝙ vna eſt materia contrarioꝝ et ꝙ oē ꝙ fit in actu fit ex ente in potentia: et ꝙ nō ſeparabilis eſt materia a contrarijs realiter: ſed ratione: et vnam numero.

¶ Poſtea dicit ꝙ eadem eſt materia magni et parui: rari ⁊ denſi: duri ⁊ molis et dicit ꝙ quemadmodum contingit ex frigido fieri calidū et ex minus calido magis calidum quin fiat aliqd de nouo calidū: ex maiori circulatione fit minor non quidem facta circulatione d̄ nouo: ſic in rarefactione non oportet aduenire vel ingredi: vel egredi materiam a foraminib⁹: ſꝫ ſolum quadā ceſſione.

¶ Poſtea philoſophus dicit ꝙ cognoſcitur aliqñ rarū ⁊ dēſum ꝑ effectus ſcilicet durum ⁊ mole ⁊ ſic de alijs. ¶ Tandem dicit ꝙ diſſonat graue et durum in plumbo et ferro. Nam plumbuꝫ eſt graui⁹ ferrū aūt durius quod euenit: q2 ꝙuis in plumbo ſit plus de ptib⁹ terreſtrib⁹: tn̄ in ferro humidum aqueū eſt magis cōſumptum ꝙ̄ in plumbo: gratia cui⁹ plumbū eſt molli⁹. ¶ Poſtea vero philoſoph⁹ textu. cō. 86. dicit epilogando ea que dicta ſunt ꝙ non ē vacuū ſpacium ſeparatum ſimpliciter: nec exiſtens in raro ꝑ foramina vacua: et ſic nullo mō ē vacuū niſi aliqs vellit penit⁹ vocare vacuū materiaꝫ q̄ quodam mō eſt cauſa grauitatis et leuitatis: et ſic ē cauſa motus. ¶ Dicit preterea ꝙ denſum et rarum ſunt cauſa motus ſm̄ contrarietatem grauis ⁊ leuis ſꝫ ſm̄ꝫ contrarietatē duri et molis ſunt cauſa paſſibile et impaſſibile: ſꝫ hoc nō pertinet ad loci mutationē: ſed magis ad alterationem: et ſic concludit determinatū eſſe de vacuo quomodo ſit et quomodo nō ſit

¶ Dubitať circa iſtuꝫ textū et alios precedentes vtrum mobile poſitum in vacuo deſcendat in inſtanti: vel ſucceſſiue et arguitur: ꝙ in inſtanti auctoritate Ariſ. i textu: ꝙ aūt ſucceſſiue arguiť q2 ſequereť tale mobile deſcendens ꝑ vacuū eſſe infinite actiuitatis qđ eſt falſum: et ſequella probatur: ſi deſcenderet in vna hora eſſet alicui⁹ actiuitatis: ⁊ ſi in dimidia hora eſſet in duplo maioris actiuitatis: et ſi in quarta hore eēt i quadruplo maioris actiuitatis ergo ſi in inſtanti erit infinite actiuitatis. ¶ Pro ſolutione preſentis queſtionis noto ꝙ iſta queſtio debet intelligi de graui ſimplici non mixto ex gradib⁹ leuitatis et grauitatis. Nam tale graue mixtū etiā ꝑ vacuū deſcenderet ſucceſſiue: vtpote q2 hꝫ aliquos gradus intrinſecos ſibi reſiſtentes vt ſi ſit aliqđ graue habens tres gradus grauitatis: ⁊ duos leuitatis tale graue deſcendit ſucceſſiue ꝓpterea ꝙ grauitati reſiſtit leuitas. qđ ergo tantum debet intelligi de graui ſimplici.

*An nobile i vacuo deſcẽdat in iſtāti an ſuceſſiue.*

¶ Secundo notandum eſt, ꝙ ī hac materia ſunt due opiniones. Prima eſt opinio auenpache doctoris ſubtilis et Buridani tenentium ꝙ graue poſitum in vacuo deſcēdit ſucceſſiue cui⁹ cauſam dant: q2 hꝫ reſiſtentiam intrinſecam quam ipſi appellant limitationē virtutis: et hec opinio eſt bn̄ ſubſtētabilis lꝫ habeat cōtra ſe fortia motiua. Prio ſequereť ꝙ luminoſum illuminaret ſucceſſiue quod ē falſum: ſed hoc argumentum paruꝫ vrget ꝯcederet eñ ſequellā libenter predict⁹ Auēpache: et ad ideꝫ concederet ꝙ intellect⁹ et volūtas agunt ſuos actus ſucceſſiue: et non in inſtanti: eſt etiam contra iſtos auctoritas Ariſ. ꝓbantis: ꝙ graue poſitum in vacuo deſcendit i inſtanti, dicendum ꝙ Ariſ. illud nō dicit aſſertiue: ſed faciendo argumentum ad hominem dicens ſi tota ſucceſſio ꝓueniret ex reſiſtentia medij vt quidā falſo credebant, ſeqtur ꝙ graue poſitū in vacuo deſcenderet ī inſtāti qđ eſt falſum. Iteꝝ cōtra iſtos poſſet argui: ſequiť ꝙ aliqđ graue ita velociter deſcenderet ꝑ plenum ſicut ꝑ vacuū qđ eſt falſum: et ſeqlla ꝓbatur: ſit caſus ꝙ deſcendat aliqđ graue per vacuū decupedale ī vna hora: et deſcendat idē graue ꝑ aliqđ mediuꝫ in quattuor horis dabile ē mediū ī quadruplo ſubtili⁹ ꝙ̄ illud: ergo ꝑ illud deſcendet in vna hora ſicut per vacuū.

*Opinio Auempache Buridani Doctoris ſubtilis.*

¶ Pro ſolutione huius argumenti notandum . ꝙ duplex eſt reſiſtentia: quedam ē reſiſtētia eſſentialis: et alia eſt reſiſtentia accidentalis: reſiſtentia eſſentialis idem eſt ꝙ limitatio virtutis: ſꝫ reſiſtentia accidentalis idem eſt ꝙ raritas vel denſitas medij. Dico ergo ꝙ ꝙuis ex ꝑte reſiſtentie accidentalis ſolius arguendo deberet velotius deſcendere in duplo ꝑ medium in duplo min⁹ reſiſtens non tn̄ ex parte toti⁹ reſiſtentie intrinſece: et extrinſece et iđ poſſem⁹ etiam dare duplicē velocitatē. Quedā eſt velocitas eſſentialis alia eſt accidentalis: de velocitate eſſentiali non veloci⁹ deſcendit ꝑ mediū in duplo minus reſiſtens: ſꝫ de velocitate accidētali mobile excedit in duplo velotius: ſꝫ ꝑ hoc intelligendo datur vna bona analogia de gratia que cōfertur in baptiſmate: tenent eñ ſacri doctores ꝙ cuilꝫ adulto q̄ recte baptizatur abſq3 fictione et obice maior cōfertur gratia ꝙ̄ alicui paruulo: q2 vltra illam que baptizatis vi operis operati datur. Confertur alia ꝓpter deuotionem adulti: ſꝫ paruulo dumtaxat por et quacūq3 remiſſione vel diminutione data in deuotione adulti totalis gratia q̄ ei cōferť excedit gratiaꝫ paruuloꝝ. Et ſi arguatur: ſit gratia q̄ confertur paruulo intenſa vt vnum et gratia q̄ confertur forti adulto intenſa vt duo ſtat dari adultum q̄ ſubduplā preciſe deuotionem habebit: ergo illi gratia vt vnū preciſe collata erit: et ꝑ ꝯñs non minor ꝙ̄ paruulo. ¶ Dicendum eſt ꝙ propter ſubduplam deuotionem habetur ſubdupla gratia ad illaꝫ quam importat ꝓpter deuotionem et propter ſubquadruplam ſubquadrupla ⁊c. et ſic daretur gratia vt vnum cū dimidio vni alteri aūt gratia vt vnum cū vna quarta: ſed ſemper intenſior ꝙ̄ vt vnum: et ita in ꝓpoſito ſi debe-

at.a. graue moueri tarditate naturali vt vnum ꝑ va
cuum ꝑ quodcunq̃ medium mouet̃: mouebit̃ tardiꝰ
ita ꝙ dato vno ꝑ quod mouetur tarditate vt duo ali-
ud ſubduple reſiſtentie mouebit̃ vt vnum cū dimidio
⁊c. ꝑut dictum ē; et ſic velocitas vel tarditas motus
accidentalis ex reſiſtentia medij procedens bene
attendit̃ inq̃t auēpache penes ꝓportionē nature po-
tentie motiue ad reſiſtentiam: ſʒ velocitas vel tardi
tas alia minime.

¶ Ex hac opinione ſequit̃ cauſa q̃-
re celum mouetur ab intelligentia ſucceſſiue euenit
cū̄ hoc propter limitationem virtutis intelligentie
¶ Sequit̃ ſecundo ꝙ q̃uis dato maiori graui adda
tur limitatio limitationi: tñ non fit maior limitatio
imo minor bona eſt analogia de remiſſione in q̃addi
ta remiſſione remiſſioni non fit maior remiſſio imo
minor. Sequitur preterea ꝙ limitacio hec virtutis
non preſtat impedimentum. ſʒ ſucceſſionem: et ꝑ hoc
multa diſolues argumenta contra auenpoche.

Scda opinio cōis. ¶ Secunda eſt opinio cōmunes q̃
tenet ꝙ graue ſimplex poſitum in vacuo deſcendit ī
inſtanti et non ſucceſſiue cuiꝰ cauſa eſt: q2 ibi nulla ē
reſiſtentia: ſʒ reſtat ſoluere illud argumentū de celo
in quo videtur ꝙ propter non eē aliquam reſiſtentiā
in celo deberet mutari in inſtanti: ſʒ ego dicerem ad
hoc: ꝙ in grauibꝰ: et leuibꝰ: q2 ordinant̃ eoꝝ motus
ad quietem mouētur ſucceſſiue ſi adſit reſiſtentia ex-
trinſeca: ſʒ in illis q̃ nō ſunt grauia nec leuia: nec eo-
rum motus ordinantur ad q̃etem ſed mouētur pro-
pter motum et ſi nulla ſit reſiſtentia mouentur ſucceſ
ſiue; q2 ordinata ſunt ad motum et ad determinatā
velocitatē motꝰ. Quamuis Jeānes de ianduno di-
cat ꝙ celum mouet̃ ſucceſſiue ꝓpter diuerſaʒ oppiñ
tionē vbi hic, tñ incidētaliter quiſpiā dubitaret ſi ce
lum componatur ex materia et forma: ⁊ forma celi ī
clinet celum ad talē motū ſicut forma grauis ipſum
graue ad deſcenſum quid eſt opus intelligentia mo-
trice celoꝝ. Dicendū ad hoc ꝙ opus eſt vt illa intelli
gentia preſtet motui eternitatē. Nam nullū mouens
corporeum pōt mouere ꝑ tempꝰ īfinitum vt proba-
uit Ariſ. 8. phiſi. Ex quo ſeq̃tur corolarium ꝙ ſtat ali
q̃d graue ſimplex moueri ꝑ plenū in inſtanti: pʒ ſi ple
nū eſſet ſola materia prima, repletum tale cū̄ ple-
nū non reſiſtet ſue diuiſioni: q2 materia pⁱa non me-
liꝰ conſeruat̃ integra q̄ diuiſa cū ſit ingenerabilis ⁊
incorruptibilis.

Egregia Calcula. ſuiſeth. ¶ Circa iſtiam materiam de vacuo
Calcula. ſuiſet in tractatu de loco elemāti ponit vnā
ſatis egregiā ꝓbationē q̃ ꝓbat ꝙ ſi eſſet aliq̃d gra-
ſimplex poſitum in vacuo talr ꝙ eius aliq̃ pars eſſet
citra cētrum maior medietate: reliq̃ vero eſſet vltra
centrū minor medietate nur q̄ poſſet tñ deſcendere
donec punctum eius mediū fierit, medium vniuerſi.
Quod q̃dem egregie ꝓbat ſuppoſitis duabus ſup-
pōnibꝰ. Prima ē ꝙ ſi intra aliq̃ extrema ſit aliq̃ pro-
portio maioris in equalitatis et ab exceſſus quo
maius extremum excedit minuus tollatur quarta
pars: et addatur minori ꝓportio efficietur minor q̄
ſubdupla ideſt minor q̄ medietas totiꝰ ꝓportiōis ṗo
ris. Exempli gratia ſi ſumatur ꝓportio. 8. ad. 2. et
videatur exceſſus qui eſt. 8. ad. 2. qui eſt. 6. ſenarij
aūt quarta pars eſt vnum cū dimidio: et vnum cum
dimidio eſt q̃rta pars exceſſus quo octonarius exce
dit binariū: ⁊ ī illo caſu cū ꝓprotio aut octo ad duo
cēt quadrupla efficit̃ ꝓportio ſex cū dimidio ad tria
cū dimidio eſt tanq̄ tredecim ad ſepteʒ: q̃ eſt minor
quadrupla ⁊ ex conſequenti minor q̄ medietas qua
druple. Secunda ſuppoſitio cum mouet̃ tale corpꝰ
ita ꝙ aliqua pars eſt vltra centrū minor medietate;
et alia pars eſt citra centrū maior medietate illud
quod eſt inter centrum mundi ⁊ centrum illiꝰ corpo
ris eſt medietas exceſſus quo pars citra centrum ex
cedit ꝑtem vltra centꝝ. Exemplū ſit ita ꝙ ſit pars ci-
tra centꝝ pedale cū ſemis: et pars vltra centꝝ ſit ſe-
mi pedalis claꝝ eſt ꝙ pars citra centꝝ excedit ꝑtem
vltra cētrū ꝑ pedale: et clarum ē ꝙ ſemipedale quod
eſt inter ambo centra eſt medietas pedalis. ¶ Ex
quo infertur ꝙ diuidendo q̃ꝺ eſt inter ambo centra
ꝑ partes ꝓportionales ꝓportione dupla. Pⁱa pars
proportionalis eſt. 4. pars exceſſus: quia eſt medie-
tas medietatis exceſſus: ergo eſt. 4. pars exceſſus
Pars enim citra centrum eſt tanq̄ potentia moti-
ua; et pars vltra centrum eſt tanq̄ reſiſtentia ſit: ḡ
pars q̃ debet ire vltra centꝝ pedalis quam diuido ꝑ
ꝑtes ꝓportionales dupla ꝓportione. Tunc ſic ad pel
lēdam primam partem vltra centrum fit pulſio ab
aliqua proportione: et ad pellendam ſecundam con
curit ꝓportio pluſq̄ in duplo minor: et ipſa eſt indu-
plo minor ergo maius tempus occupabit in tranſitū
ſecunde q̄ pⁱe; ꝯña eſt nota et minor ꝓbatur; q2 qñ
pellit̃ ſecunda pars tollit̃ quarta pars exceſſus ⁊ ad
dit̃ minori ergo pluſq̄ ſubduplatur ꝓportio: et ſic ē
de tranſitu tertie partis et quarte et. c⁊. ꝙ tantum
occupabitur in trāſeūdo tertiam ſicut ſecūdā; ergo
infinitum tempus occupabit̃ a parte poſt. ſʒ infinitū
tempꝰ futurum non pōt eſſe tranſactū ḡ nunq̄ tale cor
pus mouebitur vt punctum eius medium fiat medi-
um vniuerſi.

¶ Sed contra hanc imaginationē
arguitur: ſequit̃ ꝙ appetitꝰ naturalis poſſet fruſtra
ꝯñs eſt contra Ariſtotelem primo de celo ſequella ꝓ
batur hoc graue appetit vt eius punctū mediuʒ fiat
medium vniuerſi et illud nō poteſt conſequi ergo in
tentum dicendum ꝙ ſatis eſt ꝙ poſſit conſequi ſi po-
neretur circa centrum plenum quedam ſunt tamen
aliqui vt Calculator qui negant ꝑtes aliquas poſſe
reſiſtere alijs partibꝰ que eſt poſitio Calculatoris q̄
credo eſſe falſam q̃ꝺ ſuadeo aliquibꝰ ratiōibꝰ. Pⁱa
ratio ſit ſi ꝑtes ille vltra centrum eſſent diſcōtinuate
partibus citra centrum reſiſterēt partibus citra cē
truʒ ergo modo reſiſtere debent. ſecundo illud met
ꝓbatur q2 unum quodq̃ graue reſiſtit facienti iꝑm
aſcendere ſʒ ſic eſt ꝙ partes ille vltra centrum aſcen
dūt ergo reſiſtūt facienti ipſas aſcendere.

¶ Iterum arguitur contra illud in
quo dici ꝙ graue poſitum in vacuo deſcendit, in in-
ſtanti ſequeretur ex illo aliq̃d ſucceſſiue et ſubito
dſcēdere quod implicat contradictionem ſequella
probatur ſit caſus ꝙ deſcendat vna terra ſimplex
et aſcendat vnus ignis purus elementaris ꝑ eandē
lineam et ſequitur ambobꝰ ꝓcedentibus per vacuū
tale graue īmediate poſt hoc ſubito deſcendit et im
mediate poſt hoc ſucceſſiue deſcēdere quia per ple
nū cui obuiat q̃ꝺ correlariū libenter ē cōcedendū ſi
cut data poſitione de maximo ꝙ non conceditur ꝙ
īmediate poſt hoc per vltimū non eē aliquid ſubito
inflamabitur ſcilicet quod correſpondet ipſi maximo
q̃ꝺ non ⁊ immediate poſt hoc aliquid ſucceſſiue infla
mabitur. ſ. q̃ꝺ correſpondet vltra maximuʒ ꝙ non.

¶ Iterum arguitur ꝙ mobile ſim-
plex poſitum in vacuo non deſcendet in inſtanti: q̄
ex illo ſequeretur ꝙ aliquid eſſet in pluribus locis:
et ꝙ partes alicuius totius ſe haberent penetratiue
ſequella patet de graui deſcendenti per vacuum qđ
ſit decupedale illud quidem graue ſimul eſt ſuperi⁹
et inferius et medietas vna ſimul eſt ſupra et infra:
et ita omnes partes ſe habent penetratiue. Ad hoc
argumentum dicendum eſt ꝙ non eſt inconueniens
raptim vel per inſtans.

¶ Sed đ motu grauis mixti per va-
cuum extat dubitatio ſi moueatur ſucceſſiue: vel in
inſtanti: quia cum habeat aliquos gradus leuitatis
et aliquos grauitatis neceſſe eſt quoſdam illorum
aliis reſiſtere. Ex quo ſequitur aliquod tale graue
deſcēdere velotius per plenum q̄ per vacuum: quod
ita monſtratur ſit aliquod graue habens quattuor
gradus grauitatis terre ⁊.4.grad⁹ grauitatis aq̄
⁊ quattuor gradus leuitatis aeris ⁊ tres grauitatis
ignis deſcendat illud per ignem: itaꝙ locus ignis
ſit plenus: ſed ab igne vſq; ad centrum ſit vacuum
tunc illud graue habet in ſphera ignis reſiſtentiam
vt vnum: et deſcendit a proportione duodecim ad
vnum: ſed in ſphera aeris deſcendit a proportione
8.ad.5. quia reſiſtunt tres gradus ignis: ⁊ in vacuo
ſphere aque nō deſcendit: q̄ quattuor grad⁹ terre
habent reſiſtentiā aeris ⁊ ignis vt. 7 .⁊ a ꝓportione
minoris in eq̄litatis nō fit actio ⁊ hoc debet intelligi
ſuppoſito ꝙ elementa i locis naturalib⁹ nec trahunt:
nec trahuntur.

T.cō.87 Onſequens autem dictis
eſt aggredi de tpe primum aūt bene
ſe hn̄t opponere de ipō ⁊ ꝑ extraneas
rationes vtrū ſit eorum q̄ ſunt: aut nō
T.cō.88 entium: poſtea que natura ipſi⁹. Qđ
q̄dē igit oīno non ſit aut vix aut obſcu
re: ex his aliquis vtiq; ꝯcipiet. ¶ Hoc q̄dez eīn pri⁹
factum eſt: et nō eſt: illud vero futurum: et nondum
eſt. Ex his aūt et infinitum et ſemp acceptū tps com
ponit. Ex his aūt q̄ nō ſunt compoſitū impoſſibile eſſe
T.cō.89 videt participare aliq̄m ſubſtātiā. ¶ Adhuc autem
omnis diuiſibilis ſi q̄dem ē neceſſe eſt cum ē: aut oēs
aut q̄ſdaz ptes eē. Temporis aūt alie facte: alie vero
future ſunt. Eſt aūt nihil cū ſit diuiſibile. Ipſum autē
nunc non eſt pars. Menſurat eīn pars: et componi
oportet totū ex partib⁹. Temp⁹ aūt non videt cōpo-
T.cō.90 ni ex nunc. ¶ Ampli⁹ aūt ipſum nunc qđ videt deter
minare preteritū et futurū vtrum vnū et idē ſemper
ꝑmanet: aut aliud ⁊ aliđ nō facile eſt ſcire. Si quidē
eīn nunc ſemper alterū et alterū: nulla aūt eorū que
ſunt in tēpore alia et alia pars ſimul eſt q̄ non ꝯtineat
alia vero contineat: ſicut minus tēpus ſubeſt ſub pluri
ipſuz nunc qđ nō ē: prius autem fuit neceeſſe ē corrū
pi aliq̄n: q̄ ipſa q̄dem nunc ſimul ad inuicem nō erūt
Corruptum aūt eſſe neceeſſe eſt prius. In eodem q̄dē
igit corruptū eē impoſſibile eſt: ꝑpter hoc qđ tunc ē
In alio aūt nunc corrumpi prius non contingit. Sic
enim impoſſibile eſt habita eē inuicem ipſa nunc: vt
punctum cū puncto. Si q̄dem igitur in eo qđ ꝯſe-
T.cō.91. quenter ē non corrumpit: ſed in alio. In medijs nūc
q̄ ſunt infinita: ſimul erit: hoc aūt impoſſibile ē. ¶ At
vero neq; nunc ſemper manere idē poſſibile ē. Nul-
lius enim diuiſibilis finiti vnus terminus eſt nec ſi in
T.cō.92. vno ſit cōtinuum: nec ſi in plura. Ipſum aūt nunc ter
minus eſt; et tempus ē accipere finitū. ¶ Amplius ſi
ſimul eē ſecundū tempus ⁊ nec prius nec poſterius ī
eodem eē: ⁊ in ipſo nūc eſt: ſimul ſunt q̄ in annū ſunt
milleſimum his q̄ ſunt hodie: nec prius nec poſterius
nihil aliud alio. ¶ De his q̄dem igitur q̄ inſunt ipſo T.cō.93.
tot oppoſita ſint.

Ariſtoteles ī iſto textu cōmen-
ti.87.ꝺterminat de tempore vbi dicit ꝙ cō
ſiderandum eſt prīo de ipſo per rationes ex
traneas id eſt ab aliis poſitas vel ſophiſticas. Utrum
tempus ſit vel non ſit: et q̄ natura ipſius temporis: qđ
autem tempus non ſit ita ſuadet: omne quod compo
nitur ex his que non ſunt non eſt ſed tempus compo-
nitur ex his que non ſunt: ergo tps non eſt maior vi-
detur nota: et minor probatur: quia tempus compo-
nitur ex preterito: et futuro quorum quidem prete-
ritum non eſt et futuꝝ non eſt: ⁊ hoc dicit tex.cō.88.

¶ Poſtea vero textu commenti oc-
tuageſimi noni dicit ſecundam rationem omne diui-
ſibile dū eſt habz aliquam partem que ſit vel aliquas
ſed tempus non habet aliquam partem que ſit: quia
de tempore non habemus niſi quodam nunc ergo tē-
pus nihil eſt: et ſi dicas ꝙ nunc eſt pars temporis er
go ex in diuiſibilibus conſtaret continuum.

¶ Poſtea vero textu commenti no
nageſimi. dubitat vtrum ſit idem nunc in toto tempo
re et oſtendit ꝙ ſic dicens ꝙ nunq̄ due partes tempo
ris ſunt ſimul niſi ſe habeant ſicut totum ⁊ pars vt an
nus dies et hora: igitur ſequitur ꝙ ſi in tempore eſt
accipere nunc ꝙ vnum non cōtinet alterum cum ſint
indiuiſibilia: ergo nunq̄ ſunt ſimul duo nunc ergo ne
ceſſe eſt in aduentu ſecundi nunc corrumpi pri⁹: vel
ergo corrumpitur in ſeipſo: vel in alio non primū: q̄
nihil corrumpitur dum eſt: ſi in alio corrumpit eſſent
duo nunc ſimul: quod eſt impoſſibile: ⁊ cum inter vnū
nunc et aliud ſint infinita nunc erit primū nunc ſimul
cum infinitis aliis.

¶ Poſtea vero textu commenti no
nageſimi primi oſtēdit ꝙ non poteſt manere idē nūc
quia tale nūc quod maneret idem faceret aliquid cō
tinuum ſolum habere vnum terminū: quod eſt impo
ſſibile quia continuū ſiue ſit diuiſibile per plures di-
menſiones ſiue per vnam non habet vnum terminum
ſed duos aut plures, vt videre eſt: quia linea termi-
natur duobus punctis.

¶ Preterea arguit philoſoph⁹ tex.
commenti.92: ſi idem eſſet nunc per totum tempus:
et nec prius nec poſterius in eodem ē: quare que fue
rē bis milleſimū annuz eſſent ſimul cū his que hodie:

¶ Concludit philoſophus tex.com
menti.93. ꝙ de his que in ſunt ipſi tempori id eſt de ip
ſo nunc tot ſunt oppoſita.

Uid autem eſt tempus: et
que ipſius natura ſimiliter et ex tradi
tis in manifeſtum eſt: et de quibus at
tingimus aduenientes prius. Quidā
enim toti⁹ quidem motum dicūt Alij
autem ipſam ſpheram. Quamuis cir
culationis: et pars tempus quoddam eſt: circulatio
autem non eſt: ſed non circulatiōis eſt que accipitur
ſed non circulatio. Amplius autem ſi plures eēnt ce-
li: ſimiliter eſſet tempus cuiuſlibet ipſorum motus.
Quare multa tempora ſimul. ¶ Totius autem ſphe
ra viſa eſt quidem dicentibus eſſe tempus: quia in tē T.cō.94

poꝛe omnia ſunt: et in totiꝰ ſphera. Eſt aūt ſtultiꝰ qō
dicitur ꝙ et qō eſt de hoc impeſſibilia conſiderare.
T.cō.95 ¶Quoniam autem videtur maxime motus eē ⁊ mu
tatio quedam tempus hoc conſiderandum eſt. Uniꝰ
cuiuſqꝫ quidē igitur mutatio et motus in ipſo pꝛop-
ter alterationem ⁊ augmentum mutatio eſt ſolū: aut
vbi foꝛtaſſe eſt ipſum qō mouet̃: et tranſmutat̃. Tem-
T.cō.96 pus aūt ſimiliter et vbiqꝫ et apud omnia eſt. ¶Am-
plius aūt mutatio quidē oīs velocioꝛ aut tardioꝛ eſt.
Tempꝰ aūt non eſt. Tardum aūt et velox tpe deter-
minantur: velox quidem qō in pauco multū mouetur
Tardū aūt qō in multo paucū. Tempꝰ aūt non deter
minat̃ tpe: neqꝫ quo quantū aliquid eſt: neqꝫ quo qua
T.cō.97 le. ¶Quod qdem igit̃ non eſt motus: manifeſtum ē.
Nihil autem differat nobis dicere in pꝛeſenti motū:
aut mutationē. At vero neqꝫ ſine motu tempꝰ eſt. Cū
enim nihil ipſi mutamur ſecūdū intelligentiā: aut la-
tet tranſmutantes: non videt̃ nobis fieri tempꝰ: ſicut
neqꝫ qui in ſardo fabulant̃ doꝛmire apud heroes: cū
expergiſcunt̃. Copulant em̄ nunc pꝛimum poſteriori
nunc: et vnū faciunt remouentes pꝛopter in ſenſibili
tatem mediū. Tanq̄ igit̃ ſi non eēt mediū nunc: ſ3 idē
et vnū: non eſſet tempꝰ. Sic et quando latet alterum
eſſe: non videt̃ mediū eſſe tp̄s. Si igit̃ nō opinari eē
tp̄s tunc accidit nobis cū non diffinimus nec vnā mu
tationem ſed in vno indiuiſibili videtur aīa manere.
Cū aūt ſentimus ⁊ determinamus: tunc dicimꝰ fieri
tp̄s: manifeſtū eſt ꝙ non eſt ſine motu neqꝫ mutatione
T.cō.98 tp̄s. ¶Qō igit̃ neqꝫ motꝰ neqꝫ ſine motu tp̄s eſt ma-
nifeſtū eſt.

POſt vero philoſophus (diſputa
ta queſtione an eſt) diſputat queſtionē quid ē
i. quid ſit tp̄s: ⁊ declarat non eſſe manifeſtum
ex his q̄ tradita erant de tempoꝛe ab antiquis: nec ꝑ
aliqua quibꝰ attingi poſſit quid ipſi circa hoc deter
minauerint: quidam enī tp̄s dicebant eſſe circulatio
nem: alij vero ipſam ſpheram. poſt repꝛobat dicens:
ꝙ pars circulationis nō eſt circulatio ſicut pars tpis
eſt tp̄s: ergo tp̄s non eſt circulatio. Secūda rō. Si
plures eſſent celi plures eſſent circulationes: tn̄ non
plura ſunt tpa: ergo tempus non eſt circulatio.

¶ Poſtea vero tex. cō. nonageſimi
quarti ꝓbat ꝙ tp̄s non ſit ſphera dicens ꝙ ſtulte ar-
guebant ſic oīa ſunt in ſphera mundi ⁊ oīa ſunt in tp̄e
ergo tp̄s eſt. ſphera: ſed dicit ph̄s ꝙ errant in hoc: q2
non vniuoce dr̄ eſſe aliquid in tpe: et in loco. Preter
ea arguit in ſecūda figura ex duabꝰ affirmatiuis: et
dicit hanc opinionē magis eſſe ſtultam q̄ ꝙ opoꝛteat
conſiderare impoſſibilia q̄ ad ipſam ſequantur.

¶ Poſtea vero tex. cō. nonageſimi
quinti declarat q̄uo ſe habeat tp̄s ad motū dicēs pꝛi
mo ꝙ tp̄s non eſt motus: q2 oīs motꝰ eſt in aliquo trā
mutato vel in loco: ſed tp̄s non eſt in aliquo tranſmu-
tato nec in loco: ergo tp̄s non eſt motus: maioꝛ ponit̃
quo ad pꝛimā partē pꝛopter alios motus a motu lo-
cali: et quo ad ſecundā partē ꝓpter motum localē: et
minoꝛ ꝓbat̃: q2 tp̄s eſt vbiqꝫ: et apud omnia.

¶ Poſtea vero textu commenti no
nageſimi ſexti. ꝓbat ꝙ tp̄s non ſit motus iſta rōne oīs
motus eſt velox vel tardꝰ tp̄s non eſt velox vel tardū:
ergo tempus non eſt motus: minoꝛ ꝓbat̃: q2 velox vel
tardū menſurant̃ tpe: ſed tp̄s non menſurat̃ ſeipō nec
quo ad quantū: nec quo ad quale q2 nihil eſt menſu-
ra ſui ipſius. ꝓbatū eſt igit̃ dicit ph̄s ꝙ tempus nō ſit
motus: vel mutatio: q̄uo aūt differat motꝰ a mutatiōe
ꝓmittit ſe dicturū in quarto.

¶ Poſtea vero Ariſtoteles tex. cō.
97. dicit ꝙ q̄uis tp̄s nō ſit motꝰ non eſt tn̄ ſine motu ī
mo ñ p̄t eē ſine ſucceſſiōe ꝓoris ad poſteriꝰ vt pꝫ ī his
qui in ſardo q̄ eſt ciuitas aſye de q̇bus dicit̃ fabuloſe
doꝛmire apud heroes animas. n. bonoꝛum ⁊ magno
rum heroes vocabant ō quibꝰ dr̄ ꝙ doꝛmierunt per
multos annos: et copulabant nūc poſterius cū nunc
pꝛioꝛi quaſi non cogitantes pꝛeterijſſe tempꝰ: ergo
tempꝰ nec ē nec intelligi pōt ſine motu et ſucceſſiōe.

ECcipiendū autem quoniā
q̄rimꝰ q̇d ſit tempus: hinc incipienti-
bus quid motus eſt. Simul enim mo
tum ſentimꝰ et tempꝰ: et nanqꝫ ſi ſint
tenebꝛe et nihil per coꝛpꝰ patiamur
motus aūt aliquis in aīa fit: ſubito ſi-
mul videtur fieri quodāmodo tempus. At vero ⁊ cū
tempꝰ videtur fieri aliquod ſimul et motꝰ aliquis fie
ri videtur. Quare aut motꝰ: aut motus aliquid ē tē
pꝰ. Qm̄ aūt non eſt motꝰ: neceſſe eſt motꝰ aliq̇d eſſe
ipſum. ¶Quoniā aūt qō mouet̃: mouetur ex quodā T.c.99.
in quiddā: et omnis magnitudo continua eſt: ſeq̇tur
magnitudinē motꝰ: ꝓpter id em̄ ꝙ magnitudo conti
nua eſt: et motus continuꝰ erit. Quantū enim motus
eſt: tantū et tempꝰ videtur fieri. Pꝛius aūt et poſte-
rius in loco pꝛimū ſunt. Hec aūt poſitione ſunt deter
minata. Quoniā aūt in magnitudine pꝛimū et vlti-
mū eſt: neceſſe eſt in motu pꝛiꝰ ⁊ poſteriꝰ eē ꝓpoꝛtio
naliter his que ſunt ibi. At vero et in tpe eſt pꝛiꝰ et
poſteriꝰ ꝓpter id q2 ſeq̇tur ſemper alterū alterū ip
ſoꝛu3. Eſt autem pꝛius ⁊ poſterius ipſoꝛum in motu
quod equidem ens motus eſt tamen eſſe ipſius alte-
rum eſt: et non eſt motus. ¶At vero et tempꝰ cognoſ T.c.100
cimus: cum diffinimus motum pꝛius ⁊ poſterius de
terminantes: et tunc dicimus fieri tempus: quando
pꝛioꝛis et poſterioꝛis in motu ſenſum percipimus.
Determinamus autē in accipiendo aliud et aliud
ipſum: et medium ipſoꝛum alterum. Cum enim alte
ra extrema medij intelligimꝰ: ⁊ duo dicat anima ip-
ſa nunc hoc quidem pꝛiꝰ illud vero poſteriꝰ: tunc et
hoc dicimus eē tempus: determinatū em̄ ipſo nunc tē
pus eē videt̃ ſi ſupponat̃. ¶Quādoquidem igit̃ tan T.cō.101
quā vnum ipſum nunc ſentimus: et non ſit ſicut pꝛius
et poſterius in motu aut vt idem quidem pꝛioꝛis et
poſterioꝛis alicuius non videt̃ tp̄s fieri nullūqꝫ neqꝫ
motꝰ. Cū aūt pꝛiꝰ et poſteriꝰ eſt. tūc dicimꝰ tp̄s. Hoc
enim eſt tempus. Numerus motus ſecundum pꝛius
et poſteriꝰ. Non ergo motus tempꝰ eſt: ſed ſm̄ quod
numeru3 hꝫ motꝰ. ¶Signū eſt aūt: plus quidē em̄ ⁊ T.cō.102
minus iudicamꝰ numero. Motū autem in plurē et
minoꝛē tempoꝛe. Numerꝰ itaqꝫ quidē tp̄s eſt. Quo-
niā aūt numerꝰ eſt dupliciter: ⁊ nāqꝫ qō numerat̃ et
numerabilē numerū dicimꝰ: et quo numeramꝰ: tem-
pꝰ aūt eſt qō numerat̃: et non quo numeramꝰ. Eſt aūt
alterū quo numeramꝰ: et quod numeratur.

ARiſtoteles in pꝛeſentiarū diſq̄
rit q̇d ſit tempus: et diffiōnem tpis venatur
per ſingulas particulas eius. Diffinit̃ enim
tempus ꝙ ſit numerus motus ſm̄ pꝛiꝰ et poſterius:
⁊ ſtatim ꝓ manifeſtanda pꝛīa particula motꝰ dicit ꝙ
motus dicit aliq̄m ſucceſſionem et iō dicit ꝙ vbicūqꝫ
ſentiamus motū ſentimꝰ tempus. Nam ſi eēnt tene-
bꝛe et anima perciperet motū ſtatim perciperet tē-
pus: quare infertur ꝙ licet tempus non ſit motꝰ: ē tn̄

aliquid motꝰ. ¶ Poſtea vero phs tex.cō.99. dicit ꝙ
omne qd̄ mouet̄ mouet̄ de quodā in quidā ī quo vult
declarare illam particulam ſecundum prius ⁊ poſte
rius dicens ꝙ ideo motus eſt continuus: quia magni
tudo eſt continua: ⁊ ideo tp̄s eſt ꝯtinuū: q2 motꝰ ē cō
tinuꝰ et ideo tempus eſt continuum: q2 motus eſt cō
tinuus: ſequit̄ ergo ꝙ q2 in magnitudine eſt prius et
poſteriꝰ: ita et in motu et in tp̄e: et nota ꝙ tp̄s nō con
ſequit̄ priꝰ et poſteriꝰ in motu niſi ſit primi mobilis:
q2 ille eſt motus a quo dependet oē tranſmutabile.
¶ Poſtea vero philoſophꝰ dicit ꝙ priꝰ et poſterius
in motu ꝯtingit differre rōne a motu: ſ3 realr̄ eſt idē
differt in ꝙ rōne: q2 prius et poſteriꝰ in motu accipi
tur per reſpectū ad magnitudinem.

¶ Alterius philoſophꝰ textu com.
100. dicit ꝙ tunc percipimꝰ tēpꝰ qn̄ pcipimꝰ in moti
bus priꝰ et poſteriꝰ. ¶ Poſt vero Ariſt. dicit ꝙ tēpꝰ
cognoſcit̄ ex hoc ꝙ cognoſcamꝰ ipſu3 nunc: vel quā
do diſcernimꝰ in motibꝰ priꝰ ⁊ poſteriꝰ. ¶ Iterū tex
tu cō.102. dicit ꝙ illud quo aliq̄d iudicamus plꝰ aut
minꝰ ē numerꝰ eius: ſ3 motū iudicamus plurē, et mi
norē tp̄e: g̊ tp̄s ē numerꝰ motꝰ. ¶ Dicit preterea ꝙ du
plex eſt nūerꝰ: nūeratꝰ et numerꝰ numerās: prior eſt
idem ꝙ res numerate: poſterior eſt numerꝰ conten
tus ī ſerie naturali numerorū: dico ergo ꝙ tempꝰ nō
eſt numerꝰ numerans: ſed numerꝰ numeratus motꝰ
ſm prius et poſterius. Poſtea phs ponit qōnē.

ET ſicut motꝰ ſemper aliud
T.cō.103 ſic et tēpꝰ. Quod aūt ſimul omne tēpꝰ
idem eſt. Ipſum enī nunc idē eſt quod
quidē erat. Eſſe aūt ipſi alterū eſt. Ip
ſum aūt nūc tempꝰ mēſurat: ſm quod
T.c.104 priꝰ et poſteriꝰ eſt. Ipſum aūt nūc eſt
quidē ſicut idē eſt vero ſicut non idē: ſm quidē enī ꝙ
in alio et alio alterū eſt. Hoc vero erat ipſi nunc: in
quantum aūt quodcūq3 ens eſt: ipſum nunc idē eſt.
Sequitur enī ſicut dictū eſt magnitudinē motꝰ. Nūc
aūt tempus: ſicut diximꝰ. Et ſimiliter igit̄ puncto qd̄
fert̄: quo motū cognoſcimꝰ et priꝰ in ipſo et poſteriꝰ
Hoc qua quidē quodcūq3 ens eſt idē eſt: aut enī pūc
tū: aut lapis: aut aliquid aliud huiuſmodi eſt. Rōne
aūt aliud ē: ſicut ſophiſte accipiunt alterū coriſcū in
theatro eē ⁊ coriſcū ī foro. Et hoc igit̄ ī eo qd̄ alibi et
alibi eſt alter. Id āt qd̄ fert̄ ſequit̄ ip̄m nunc: ſicut: tē
pus motum. Eo enim qd̄ fertur cognoſcimus priꝰ et
poſteriꝰ in motu. Secundū autē ꝙ numerabile priꝰ
et poſteriꝰ ipſum nunc eſt: quare et in his qd̄ quidem
ens nunc eſt: idem eſt: prius enī et poſterius eſt quod
in motu: eſſe aūt alterū: ſcd̄m enim ꝙ numerabile pri
us et poſteriꝰ ipſum nunc ē. Et notū aūt maxime hoc
ē. Et motus enī ꝑpter id qd̄ mouetur: ⁊ loci mutatio
ꝑpter id qd̄ fertur. hoc aliq̄d enim qd̄ fertur. Motꝰ
aūt non. Eſt quidem igitur ſicut idem ipſum qd̄ nunc
dicitur ſemper. Eſt autem ſicut non idem: et nanq3 ē
ſimiliter quod fertur. ¶ Manifeſtū eſt aūt ꝙ niſi tē
T.c.105 pus ſit: ipſum nūc non erit: et ſiquidem ipſum nūc nō
erit tempꝰ non erit. ſimul enī ſunt: ſicut ꝙ fert̄ et loci
mutatio: ſic et nūerꝰ qui eſt eius quod fert̄: et qui eſt
loci mutationis. Tempꝰ quidem enī eſt loci mutatio
nis nūerꝰ. Ipſum aūt nūc vt quod fert̄: vt vnitas nu
meri. Et continuū aūt tp̄s eſt ipſi nunc: et diuidit̄ ſm
ipſum nunc. Sequit̄ enī hoc ad loci mutationē: et ad
id qd̄ fert̄: et motꝰ enī et loci mutatio vna eſt ab eo ꝙ
fert̄: q2 vnū et non quodcūq3 ens. Et nanq3 defici eſt:
ſed nō rōne: et nāq3 determinat priorē et poſteriorē
motū hoc. ¶ Seq̄tur aūt ⁊ hoc quodāmō ad punctū
Et punctū enī continuat longitudinē et determinat.

¶ Eſt enī huiꝰ q̄dē principiū illiꝰ aūt finis. ¶ Sed cū T.c.106
ſic q̄dē accipiat aliq̄s tanq̄ duobꝰ vtens vno: neceſſe
eſt ſtare ſi principiū et finis idē pūctū erit. Ipſum au
tem nūc: propter id qd̄ mouet̄ qd̄ fert̄ ſemꝑ alterū eſt
Quare tp̄s nūerus nō ſicut eiuſdē puncti q2 ē ⁊ prin
cipiū ⁊ finis: ſ3 ſic vltia eiuſdē magis ⁊ nō ſicut ꝑtes:
⁊ ꝑꝑ qd̄ dictū ē. Medio enī puncto tanq̄ duobꝰ vtet̄:
g̊ qeſcere accidet. ¶ Et adhuc manifeſtū ꝙ nulla ꝑs T.c.107.
ip̄m nunc tp̄is eſt: neq3 diuiſio motꝰ: ſicut neq3 puncta
linee: linee enī due ꝑtes vnius ſunt: ſm quide3 igit̄ ꝙ
eſt tp̄s: ipſum nunc non eſt tempꝰ: ſed accidit ſecūdū
vero ꝙ numerat numerꝰ. Termini quidē enī illius ſo
lum ſunt: cuiꝰ ſunt termini. Numerus aūt qui eſt ho
rū equorū decē alibi et alibi eſt.

IN qua dicit ſe velle diſputare, ꝙ
ipſum nunc ſit idem realiter per totū motum
ſed ratione differt quemadmodum mobile eſt
idem per totum motum: ſed tamen differt ratione in
quantum eſt hic: vel illic quemadmodum dicit ꝙ ſi
cut punctū eſt idē in tranſitu totius linee: ſed in quā
tum eſt hic vel illic differt ſic ipſum nunc ſ3 rōnē prio
ris et poſterioris ē aliud ⁊ aliud: ſ3 in quātum ipſum
nunc eſt in ſubiecto vel realiter eſt vnum ⁊ dat hanc
comparationem de mobile dicens ꝙ quemadmodū
ſe habet mobile ad motum ita ſe habet nunc ad tem
pus: ſed mobile eſt vnum re diuerſum ratiōe: ita et
nunc eſt idem re ſed diuerſum ratione: et concludit
per ꝑportionalitatem per mutatam. ¶ Poſtea dicit
textꝰ ea parte: et notum autem. vult dicere ꝙ vnum
quodq3 cognoſcitur per id quod eſt maxime notum
ita motus per mobile quod fixum eſt et tempus per
ipſum nunc. ¶ Poſtea vero philoſophus textu com
menti 105. dicit ꝙ nunc ⁊ tempus ſimul ſunt ſicut mo
bile et loci mutatio tempus autem eſt numerus loci
mutationis et nunc eſt ſicut vnitas tp̄is. ¶ Poſt ho
phs in illa ꝑte textꝰ et ꝯtinuum ē aſſignat rōnē eiꝰ qd̄
d2 ꝙ tp̄s ꝯtinuat̄ et diuidit̄ ſm ip̄m nunc dicens, nūc
cauſa3 eē continuationis et diuiſionis prioris tempo
ris a poſteriori: ſicut mobile eſt cauſa continuatio
nis motus et eſt cauſa etiam diſtinctionis motus. Nā
et mobile vnum requiritur ad motum vnum et illius
mobilis diuerſitas rationis ſufficit ad motum diuer
ſificandum ſm prius et poſterius: hec autem diuerſi
tas eſt preſentia mobilis ad diuerſas partes loci: Di
cit ergo textus vlterius: ſequit̄ hoc quoddāmō ad
pūctū. i. ꝙ quēadmodū pūctū ē ꝯtinuatiuū ꝑtiū linee
ita nunc ꝑtiū tp̄is et annotat egregie ꝙ ē dr̄ia inter
nunc et punctū ꝙ punctum accipi pōt tanq̄ vtēs vno
ꝓ duobus. i. ſicut principium et finis: et ſic acceptū
neceſſe eſt ſtare. i. imaginat̄ ſtans ſ3 ip̄m nunc ꝑꝑ id
qd̄ eſt in tp̄e fluxibili ſemper eſt aliud et aliud: iō nō
poſſemꝰ vti ipſo nūc tanq̄ duobꝰ ſ3 ſicut duo vltia int̄
que ē accipe tēpꝰ et motū ⁊ illa nūc nō ſunt ꝑtes tēpo
ris ergo magis imaginamur tempus fingendo duo
nunq̄ vnū nunc ergo meliꝰ imaginabit̄ tempꝰ prout
eſt vna linea inter duo punta quā ꝑut eſt vnꝰ punctꝰ
inter duas lineas. ¶ Poſtea vero ea parte ſecūdum
quidē igit̄ oſtendit quomō nunc hēat terminare tem
pus prout ſcilicet eſt in eo tp̄e ⁊ quomodo habeat nu
merare prout ſcilicet eſt menſura ſm prius et poſte
riꝰ et illo mō nō ē tanq̄ tp̄s nec tanq̄ ī ſubo. Nā ⁊ nūe
rꝰ nō h3 nūerar̄ rē extra ſe. Silr̄ tp̄s mēſurat oīa iſta
inferiora ī q̄bꝰ nō ē tanq̄ ī ſubo vt bn̄ dicit Auerro.

QUod quidē igit̄ tp̄s nūerꝰ motꝰ
ſm priꝰ ⁊ poſteriꝰ ſit et ꝯtinuū ꝯtinui nāq3 ma T.c.108.
nifeſtū ē. Minimꝰ aūt nūerus q̄ ſimplr̄ q̄dem
dualitas ē. Quidā aūt nūerꝰ eſt: q̄ ē quidē ſic eſt aūt

tanq̄ nō ē. Ut lince minima multitudine quidem eſt
due aut vna. Magnitudine autem non eſt minima.
Semꝑ em̄ diuidit̄ oīs linea. Quare ſilr̄ ⁊ tp̄s. Mini
mū em̄ quidē eſt ſm nūeꝝ vnū aut duo: ſm vo magni
T.c.109. tudinē nō eſt. ¶ Magnifeſtū eſt aūt pp̄ qḋ tardū et
velox nō dicit̄: multū aūt: ⁊ paucū: ⁊ breue et lōgū ⁊
Scḋm quidē.n. ꝙ ꝯtinuū ē ⁊ lōgū ⁊ breue: ſm aūt ꝙ
numerꝰ multū ⁊ paucū: velox aūt ⁊ tardū nō ē. Nec
T.c.110 em̄ numerꝰ quo nūeramꝰ velox et tardꝰ nullꝰ ē. ¶ Et
idē aūt vbiq̄ ſimul et priꝰ et poſteriꝰ nō idē: q2 ⁊ mu
tatio p̄ns q̄dē vna: facta aūt et futura altera ē. Tp̄s
aūt numerꝰ eſt: non quo numeramꝰ ſ3 qḋ numerat̄ vel
numeratꝰ. Nunc aūt accidit prius et poſterius ſemꝑ
eſſe altera. Ipſa.n. nunc ſemꝑ altera. Eſt aūt numerꝰ
vnus quidē et idē qui eſt centū equoꝝ: et qui eſt cētū
hominū. Quoꝝ aūt numerus altera ſunt: vt equi ab
T.cō.111. hominibꝰ. ¶ Amplius ſicut ꝯtingit motū eſſe eundē
et vnū iteꝝ ⁊ iteꝝ: ſic et tp̄s ꝯtingit: vt hyemē aut ver
T.cō.112. aut autumnū. ¶ Non ſolū aūt motū tp̄e metimur ſed
motu tp̄s pp̄ diffiniri ad inuicē. Tp̄s quidē em̄ deter
minat motū: cū ſit numerꝰ ipſius: motꝰ aūt tp̄s. Et di
cimus multum aut paucū eſſe tp̄s motu menſurātes
ſicut et numerabilibꝰ numerū. Numero q̄dē equoꝝ
multitudenē cognoſcimꝰ. Iteꝝ aūt vno equo equoꝝ
numeꝝ ip̄m: ſilr̄ aūt et ī tp̄e et motu eſt. Tp̄e quidē.n
T.cō.113. motū: motu aūt tp̄s menſuramꝰ. Et hoc rōnabilr̄ ac
cidit. Imitat̄.n. magnitudinē quidem motꝰ: hunc
aūt tp̄s: eo ꝙ quāta ⁊ ꝯtinua ſint ⁊ diuiſibilia: pp̄ mag
nitudine3.n. eē hmōi: motꝰ hec ſuſtinet: pp̄ aūt motū
tp̄s: ⁊ mēſuramꝰ magnitudinē motu ⁊ motū magni
tudie. Multā.n. dicimꝰ eē viā: ſi ꝓceſſus multꝰ. Et
hunc multū: ſi via multa. Sic igit̄ et tp̄s. ſi motus ⁊
motum ſi tp̄s.

Concludit p̄hs ꝙ tp̄s ē numerus
motꝰ ſm priꝰ et poſterius: et dicit ꝙ ē ꝯtinuū
ꝯtinui. i. ꝯn̄s ꝯtinuū. i. paſſio ꝯn̄s motū: vt mo
tus ē. ¶ Notādū hic de mēte Egidij romani ꝙ ordo
in ſucceſſiuis ſemꝑ capit̄ ab aliquo ꝑmanēte vt ordo
ī motu capit̄ a mobili, et ꝯtinuitas a mobili ſemꝑ ac
cipit̄ et non a mutatis eē: ſic ordo ⁊ ꝯtinuitas tp̄is ab
ip̄o nūc accipit̄: ergo op3 eē idē nūc qḋ ē ſub̄a rei mo
bilis mālr̄ ⁊ ſic idē realr̄ erit ꝑ totū tp̄s: ſ3 rōne aliud
et aliud ꝓut illa ſub̄a terminat p̄us ⁊ poſteriꝰ ī motu.
¶ Dubitat̄ circa iſta q̄ dixit p̄hs. Dixit.n. ꝙ inſtās ſit
menſura tp̄is ſm p̄us et poſteriꝰ vr̄.n. falſu3: q2 inſtās
non ē cōpabile tp̄i in magnitudie et ꝑuitati. ¶ Notā
dū ꝙ q̄druplex eſt mēſura: q̄dā.n. ē mēſura ꝑfectiōis
⁊ ſic hō ē metrū et mēſura cūctoꝝ aīaliū. Alia ē mēſu
ra adeq̄tiōis et ē q̄ eſt equalis mēſurato. Alia ē mēſu
ra replicationis: et ē ps aliquota alicuiꝰ. Alia ē men
ſura terminationis nō ſemel ſumpta ſ3 duplr̄ vt pūtꝰ
reſpectu linee q̄uo inſtās ē mēſura tp̄is. ¶ Dubitat̄
vtrū idē inſtās maneat ꝑ totū tp̄s vel nō maneat idē:
q2 p̄hs ſemꝑ ꝑ totū textū dicit ꝙ manet idē inſtans
ꝑ totū tp̄s. Dicēdū ꝙ inſtās capit̄ duobꝰ modis: vno
mō nālr̄: ⁊ ſic ē idē ꝙ mūdꝰ ⁊ ſic manet idē ꝑ totū tp̄s.
Alio mō capit̄ inſtās formalr̄: ⁊ ſic eſt mūdꝰ ꝓut ē in
alio et alio tp̄e: ⁊ ſic iſtās ī alio ⁊ alio tp̄e ē aliō ⁊ aliō.
¶ Poſtq̄ p̄hs inquiſiuit de tp̄e diffinitiue: mō decla
rat q̄uo in tp̄e reperiat̄ minimū: ⁊ q̄uo nō. Dicens ꝙ
ī q̄ntū tp̄s ē ꝯtinuū ſic tp̄s nō h3 minimū: ſ3 ī q̄ntū tp̄s ē
nūerꝰ ſic h3 minimū vt vnū diē vl̄ duos dies. ¶ Poſt
vo p̄hs tex. cō. 109. aſſignat rōnē q̄re tp̄s dr̄ multū
⁊ paucū breue ⁊ lōgū ſ3 nō tardū aut velox q2 dr̄ mul
tū ⁊ paucū ī q̄ntū ē nūerꝰ; breue ⁊ lōgū ī q̄ntū ē ꝯtinu
ū: tardū ⁊ velox nullatenꝰ dr̄: q2 hec dn̄r tarda l' velo
cia reſpectu tp̄is: ſ3 tp̄s non mēſurat̄ tp̄e: q2 idē mēſu
raret̄ ſeip̄o qḋ q̄dē īpoſſe ē. ¶ Preterea declarat p̄hs

tex. c. 110. q̄uo tp̄s ſit idē ⁊ q̄uo nō idē: ⁊ dicit ꝙ reſpe
ctu mobiliū ē idē: q2 idē tp̄s mēſurat cētū equos cen
tū hoīes: ⁊ ſic de reliquis: ſ3 reſpetu motꝰ ⁊ priū eiꝰ q̄
īcludūt p̄us ⁊ poſteriꝰ: ⁊ diuerſa tp̄a nō ē idē. ¶ Poſt
vo p̄hs tex. cō. 111. dicit ꝙ queadmodū ꝯtigit motu3
reiterari eundē a ſigno arietis vſq̄ ad ſignū arietis
ſic ꝯtingit tp̄s reiterari idē vt ver eſtatū ⁊ autumnū:
qḋ intellige de ētitate ſpecifica. ¶ Poſt vo p̄hs tex.
cō. 112. dicit ꝙ queadmodū tp̄s mēſurat motum ſic ēt
motꝰ mēſurat tp̄s: et queadmodū nūerꝰ mēſurat nūe
rabilia: ſic numerabilia mēſurat numeꝝ. ¶ Iteꝝ di
cit tex. cō. 113. ꝙ queadmodū motꝰ inſequit̄ magnitu
dinē: q2 ab illa accipit ꝯtinuitatē: ſic tp̄s ip̄3 motū: q2
ab illo accipit ꝯtinuitatē ⁊ vice verſa magnitudo me
tit̄ motū: ⁊ motꝰ magnitudinē. Nā ⁊ viā dicimꝰ lōgā
q2 motꝰ ē lōgꝰ ⁊ motum dicimus lōgū: q2 via longa.

Quoniā aūt ē tp̄s metrū motꝰ. et T.c.114.
eiꝰ qḋ ē moueri. Mēſurat aūt: ſic motū in de
terminādo quēdā motū: quo mēſurabit totū: ſi
cut lōgitudinē cubitꝰ in determinādo aliq̄m magni
tudinē: q̄ metit̄ totū. Et eſt motui in tp̄e eē: mēſurari
tp̄e et ip̄m et eē eiꝰ. Silr̄ em̄ et motū et eē motꝰ mēſu T.cō.115
rat: et hoc ē ipſi in tp̄e eē: mēſurari ip̄iꝰ eē. ¶ Mani
feſtū aūt ꝙ et alijs hoc ē in tp̄e eē mēſurari eē ipſoꝝ
ſub tp̄e. In tp̄e.n. eē duoꝝ ē alteꝝ: vnū q̄dē eē tūc q̄n
tp̄s ē: vnū aut ſicut q̄dā dicimꝰ q2 in nūero ſunt. Hoc
aūt ſignificat. aut ſicut ptē nūeri et paſſionē: et oīno
ꝙ nūeri eſt aliq̄d: aut ꝙ ē ip̄iꝰ nūerꝰ. Qm̄ aūt nūerꝰ
tp̄s eſt. ip̄m q̄dē nūc et priꝰ: et q̄cūq̄ ſunt hmōi: ſic in
tp̄e ſunt: ſicut in nūero vnitas et ſuꝑfluꝰ et par. Hec
q̄dē nūeri aliq̄d: illa vero tp̄oris aliq̄d ſunt. Res aūt
ſicut in nūero in tp̄e ſunt. Si aūt hoc ē: ꝯtinent̄ ſub
nūero: ſicut q̄ ſunt in loco: ſub loco. Manifeſtū aūt ē T.cō.116
q̄m nō ē in tp̄e eē: q̄n tp̄s ē: ſicut neq̄ in motu eē: neq̄
in loco: q̄n locꝰ ē et motꝰ. Si.n. erit qḋ ē in aliquo: ſic
oēs res erūt in quolz: et celū in milio. Qn̄.n. miliū ē
eſt et celū. S3 hoc q̄dē accidit: illō aūt neceſſe ē ꝯſe
qui: et ei qḋ ē in tp̄e eē quoddā tp̄s q̄n et illō eſt: ⁊ ei
qḋ eſt in motu eē tunc motū. ¶ Qm̄ aūt ē ſicut eſt in T.cō.117
numero ſic in tp̄e: accipiet̄ ad plꝰ tp̄s oī eo qḋ eſt in
tempore. Unde neceſſe ē oīa q̄ ſunt in tempore cōti
tineri ſub tp̄e: ſicut alia q̄cūq̄ in alio ſunt vt q̄ ſunt in
loco ſub loco. Et pati iā aliq̄d ſub tp̄e. ſicut et cōſue
uimꝰ dicere q2 tabefacit tp̄s et ſeneſcūt oīa in tp̄e: ⁊
obliuiſcit̄ ꝓpter tp̄s: ſ3 nō didicit: neq̄ nouū factū ē:
neq̄ bonū. Corruptionis em̄ cā ꝑ ſe ē tp̄s. Nūerꝰ et
n. motꝰ ē. Motꝰ aūt diſtare facit qḋ eſt. Quare ma
nifeſtū ē: q̄m q̄ ſemꝑ ſunt ſm ꝙ ſemꝑ ſunt: non ſunt in
tp̄e: neq̄.n. ꝯtinent̄ ſub tp̄e: neq̄ mēſurat̄ eē coꝝ ſub
tempore. Signum autem huius quoniam neq̄ pati T.cō.118
unt̄ nihil a tēpore tanq̄ non entia in tp̄e. ¶ Qm̄ aūt
ē tempus menſuratio motꝰ erit ⁊ quietis metrū ſm
accn̄s. Omnis em̄ q̄es in tp̄e eſt. Nō em̄ ſicut qḋ in
motu eſt neceſſe moueri ſic et qḋ in tp̄e ē. Nō.n. mo
tꝰ tp̄s eſt: ſ3 nūerꝰ motꝰ: in nūero aūt motꝰ ꝯtingit eē
et q̄eſcens. Nō em̄ eē mobile q̄eſcit: ſ3 priuatū motu:
aptū aūt natū moueri ſicut dictū ē in priorib⁹. Eſſe
aūt in nūero: ē eē q̄dā nūerū rei: et mēſurari eē ip̄iꝰ
nūero in quo eſt. Quare ſi in tp̄e: et ſub tp̄e ē. Mē
ſurabit aūt tp̄s: qḋ mouebit̄ et quieſcens: ſm ꝙ hoc
quidē motū: illō aūt q̄eſcens. Motū em̄ ip̄oꝝ et q̄etē
menſurabit: ſm ꝙ q̄nta q̄dā. ¶ Quare ꝙ mouet̄ non T.c.119.
ſimpliciter erit mēſurabile ſub tp̄e: ſm ꝙ quantū aliq̄d
eſt: ſ3 ſm ꝙ motꝰ ip̄iꝰ quātꝰ. Quare q̄cūq̄ neq̄ mo
uent̄: neq̄ q̄eſcūt: nō ſunt in tp̄e. In tp̄e em̄ eē eſt mē
ſurari tp̄e: tp̄s aūt motꝰ ⁊ q̄etis mēſuratio ē. ¶ Ma T.cō.120
nifeſtū igit̄ q̄m neq̄ qḋ nō eſt eē in tp̄e erit: vt q̄cūq̄
nō cōtingit aliter: ſicut dyametron lateri ſimetron.

Oino.n.ſi menſura ē tp̄s motꝰ p ſe:alioꝝ aūt ſm ac
cn̄s:manifeſtū ē ꝙ quoꝝ eē mēſurat:his omnibꝰ ine
rit eē in moueri et qeſceſcere. Queccūqȝ qdē igit̄ ge
nerabilia et corruptibilia ſunt:et oīno q̄ aliqn̄ qdē
ſunt aliqn̄ aūt nō ſunt neceſſe ē in tpe eē. Eſt.n.quod
dā tp̄s plꝰ:qḋ excellit eē ipſoꝝ.et menſurat ſubam:
ipoꝝ aūt q̄ non ſunt:q̄cūqȝ continet tp̄s. Alia q̄dem
erāt:vt homerꝰ aliqn̄do erat. Alia vero erūt:vt futu
roꝝ aliqḋ:et tp̄s vtraqȝ ꝯtinet:et ſi ad ābo vtraqȝ ⁊
erāt et erūt. Quoꝝ aūt nō cōtinet:neqȝ erit:neqȝ ē:
neqȝ erat. Sūt aūt hmōi coꝝ q̄ nō ſunt quorūcūqȝ
oppoſita ſemꝑ ſunt:vt aſymetrō eē dyametrō ſeꝑ eſt
et nō erit hoc in tpe:ergo neqȝ ſymetrō. Un̄ ſemꝑ nō
eſt.q2 ꝯriū eſt ei qḋ ſemꝑ ē: Quorūcūqȝ aūt nō ſemꝑ
eſt cōtrariū. Hec et poſſunt eē et non eſſe:et eſt gn̄a
tio et corruptio ipoꝝum.

Philoſophꝰ i p̄ſentiaꝝ cōpat tē
pꝰ ad ea q̄ mēſurat̄ per tp̄s dicēs, ꝙ ea dn̄r
mēſurari ꝑ tp̄s q̄ ſūt motꝰ mēſurant̄ et mēſu
rādo minimā ꝑtē illoꝝ. Nā ad hoc ꝙ mēſura ſit cer
ta dʒ accipi in minimis. Nā minia facilꝰ ꝑcipimꝰ q̄
maxia. ¶ Poſtea pħs tex.cō.115:dicit ꝙ nō ſolū mo
tꝰ ſʒ eē motꝰ mēſurat̄ ꝑ tp̄s:dicit enī ꝙ vbi differt eēn
tia ab actu opꝫ ꝙ actū menſuret euū i ſubſtātijs ſepa
ris:et ſubam mēſuret nūc eui: ſʒ in corruptibilibus
nūc mēſurat mobile:ſʒ tp̄s mēſurat motū:q2 tn̄ i mo
tu nō differt actꝰ a ſuo eē. Nā motꝰ iō ē:q2 ē actꝰ mo
bilis iō ſequit̄ ꝙ eadē menſura menſuret̄ motꝰ ⁊ ſuꝰ
actꝰ:et dicit pħs ꝙ eē in tpe nihil aliud ē q̄ mēſura
ri tpe:et declarat ꝙ aliq̄d eē in tpe ꝯtingit multifa
ria:vno mō eē in tpe eſt eſſe cū tp̄s eſt et hoc mō dici
mꝰ eē valde i ꝓpriū:nā ſic celū eſſet in milio:2.modo
aliq̄d eſt in tempore ſicut ps aut ſicut paſſio ꝯn̄s ſic
ſunt priꝰ et poſteriꝰ:tertio mō aliq̄d eſt in tpe q̄ſi mē
ſuratū a tpe:Un̄ cōcludit tex.cō.117 ꝙ ſolū illa ſunt
in tpe q̄ tpe excendunt̄ et cōtinent̄:q2 eſt tanq̄ nūe
rꝰ qui nūerat et excedit nūeratū. Nā quocūqȝ nūera
to dato ab aliquo nūero excedit̄:ex quo īfert̄ Coro
lariū ꝙ tp̄s nihil diſcere facit q2 ſi ꝑ multū tp̄s a ſtu
dio ceſſaret magis obliuiſceret̄:⁊ tp̄s oia tabefacit
⁊ oia in tpe ſeneſcūt: nec facit tp̄s aliquid bonū.i.in
tegrū et ꝑfectū ſʒ magis tabidū ⁊ corruptū. Nā tp̄s
eſt nūerꝰ motꝰ ⁊ motꝰ ſemꝑ facit diſtare ab eo qḋ eſt
quare concludit ꝙ ea q̄ ſemꝑ ſunt nō ſunt i tp̄e:q2 ni
hil paciunt̄ a tp̄e. ¶ Poſtea pħs tex.cō.118:dicit ꝙ
tē ē menſura q̄etis ſm accn̄s q2 q̄es eſt in tpe:⁊ poſ
tea qħs excludit vnū ꝙ poſſit aliqs credere ꝙ quia
quies non eſt in motu et tp̄s eſt nūerꝰ motꝰ: iō q̄es
non menſurat̄ tpe. R̄ndet ꝙ veꝝ eſt ꝙ oē qḋ eſt i mo
tu mouet̄:ſʒ nō oē qḋ eſt in tpe mouet̄:q2 tp̄s non eſt
motꝰ:ſʒ nūerꝰ motꝰ:et ꝓbat Ariſt. ꝓpoſitū ꝙ qui es
menſuret̄ tpe qm̄ nō dicit̄ q̄ſcens oē imobile ſʒ ap
tū natū moueri vt dictū eſt in.3.phiſicoꝝ tex.cō.10:
ſed eē mobilis menſurat̄ tēpore ergo eē q̄etis q2 eſt
idē. Poſtea dicit ꝙ nō menſurat̄ ſuba mobilis:vl' q̄eſ
centis tpe niſi ſm ꝙ induit q̄ntitatē motꝰ:q̄re infert
ꝙ q̄cūqȝ nec mouent̄ nec q̄eſcūt nō ſunt in tpe:q̄re ꝙ
nō ē ⁊ ipoſſibele nō mēſurat̄ tpe:vt ꝙ diameter ſit ſi
metur:q2 tp̄s eſt mēſura motꝰ: ⁊ mēſura illoꝝ q̄ ex
cedunt̄ a tpe:que igit̄ nunq̄ ſunt nō excedunt̄ a tpe
q2 nō ꝯtinent̄ ſub eo:et ſilr̄ diametrū eē aſimetrō q2
ſemper ē nō mēſurat̄ tempore quia nō exceditur a
tempore.

T.cō.121 Pſum aūt nūc ē ꝯtinuatio
tpis: vt dictū ē priꝰ. Continuat.n tp̄s
ꝑteritū et futurū:et oīno tr̄s tpis eſt.
Eſt.n.huiꝰ q̄dē pricipiū.illiꝰ aūt finis
Sʒ hoc nō ſicꝰ ⁊ i pūcto manēte mani
feſtū. Diuidit aūt potēa ⁊ i quātū q̄
dē hmōi ē:ſemꝑ alteꝝ ē ipm nunc. In q̄tū aūt copl'at
ſeꝑ idē ē:ſicꝰ ⁊ i mathematicis lineis. Nō.n.ſemꝑ idē
punctū itellectu ē. Diuidētiū.n.ſemꝑ aliḋ ē. Scḋm
aūt ꝙ copl'at vnū idēqȝ penitꝰ eſt ſic ⁊ ipm nunc Ali
ud q̄dē tpis diuiſio ſm p̄ntiā eſt. Aliud aūt tr̄s vtro
rūqȝ ⁊ vnitio. ¶ Eſt aūt idē et ſm idē diuiſio ⁊ vnitio T.cō.122
eſſe aūt nō idem ē. Hoc q̄dē igit̄ ſic dicit̄ ipſoꝝ nūc.
Aliḋ āt cū tp̄s qḋ ē huiꝰ ꝓpe ſit vt veniet nūc:q2 hodie
veniet venit nūc:q2 hodie venit:ſʒ i Iliō facta nō ſūt
nūc neqȝ diluuiū factū eſt nunc:tamen tempꝰ conti
nuū eſt:ſed quia non eſt prope. Ipſum aūt tūc tēpꝰ
determinatum per prius nunc eſt:vt tunc deſtructa
eſt Troya:⁊ tunc erat diluuiū. Oportet enī includi
ad ipſum nunc erit ergo quantū aliqḋ nō hoc tpe in
illud quod erat ad preteritum. ¶ Si vero neqȝ tē
pꝰ eſt quod non ſit tunc oē erit tempus finitum. Aut
ergo deficiet:aut non. Siq̄dē ſemper eſt motꝰ. Ali
ud igit̄:aut idem multotiēs. Manifeſtū qm̄ vt vtriqȝ
motꝰ:ſic et tempꝰ eſt. Siquidē enim vnꝰ et idem ſit
motus:aliquando erit et tempus vnū ⁊ idem. Si au
tem non:non erit. ¶ Qm̄ aūt ipſum nunc principiū
⁊ finis ē:ſʒ non eiuſdem:ſed preteriti quidem finis.
principiū aūt futuri habebit ſicut circulꝰ quodā mo
do et in eodē ambitum ⁊ planū.ſic et tempus ſemꝑ
in principio et fine. Et ꝓpter hoc videt̄ ſemper alte
rū. Non enī ſemper eiuſdē principium ⁊ finalitas ip
ſum nunc. Simul enī et ſm idem oppoſita eſſent.et
non deficiet itaqȝ tempus ſemꝑ enī in principio eſt.
¶ Ipſum autē iam prope eſt preſenti athomo nunc
pars futuri temporis. Quando vadet iam:quia ꝓ T.cō.123
pe eſt tp̄s in quo futurum eſt:et preteriti temporis
quod non procul eſt ab ipſo nunc quando vadis. iā
iui. Ilion autem deſtrui iam non dicimꝰ: quia ꝓcul
multū eſt ab ipſo nunc. ¶ Ipſum autem modo ꝓpe
preſenti nunc eſt pars preteriti. Quando venit mo
do ſi ſit tempus proximum preſenti nunc. Olim au
tem quod procul. Repente autem quod in ſenſibili
tempore eſt propter paruitatem.

## Commentarium.

Declarat pħs quomodo ſe habʒ
tempus in ordine ad nunc dicens ꝙ nunc ta
liter ſe habet vt ſimul ſit principiū et finis.ſ.
finis ꝑteriti et initiū futuri:ſʒ nō eſt hoc ſicut ī puncto
manente q2 puntū iſtans et nō ſic eſt i ſtans dicit pre
terea ꝙ puntū et nunc in quantū copulant vnū ſunt ⁊
in quantū ſunt potentia diuiſio plura ſunt tn̄ puntuʒ
ꝑ ſe quā inſtans diuidendo lineaʒ fiunt duo punta et
diuidendo tēpus loco vniꝰ nunc duo nunc. ¶ Poſtea
vero.tex.cō.122. dicit bene ꝙ puntū in quantū diui
dens et cōtinuans ſunt idē re ſʒ diuerſa rōne. ¶ Po
ſtea pħs cū aſſignauit aceptionem de nunc ꝓut eſt
aliq̄d cōtinuatiuū preteriti cum futuro dicit ꝙ alio
modo capitur nunc ꝓ tempore preterito vel futuro
qḋ parū diſtat ab iſtanti preſenti. ¶ Poſtea vero.tex
cō.123. dicit pħs ꝙ tunc refertur ad preteritū ſiue cū
ꝓpinq̄tate ſiue ſine ea et tr̄at illud tūc ad aliqḋ nūc
ꝑteritū qḋ iam elapſuʒ ē. ¶ Poſtea pħs.tex.cō.124.
mouet dubiū contra ſe dicens ſi oē tunc ē terminatū
ad aliqḋ nunc ſeq̄tur ꝙ oē tempꝰ preteritū eſt finituʒ
ergo deficit aliquando tēpus: ſʒ contra nunquā de
ficiet motus ergo nec tēpus. Reſpondet optime ꝙ
temporis ſemper ē aliquod nunc et illud ē principiū
et finis et non pōt ſic eſſe niſi poſt illud ſeq̄tur aliud
tēpus ergo poſt oē tēpus erit tēpus:q2 ſi nunc ē prin
cipiū temporis ergo poſt illud venit tēpus. ¶ Decla
rat.tex.cō.126. ꝙ iā eſt pars futuri preteritiue tem
poris ꝓpinquū exiſtens i ſtanti preſenti. ¶ Poſtea
dicit tex.cō.127. ꝙ modo ē pars preterita ꝓpinqua

preſenti et olim eſt pars p̄terita diſtans valde a p̄ſen
ti et repente eſt tēpus inſenſibile.

T.cō.128 Mutatio aūt oīs a nā remo-
tiua ē. In tpe āt oīa fiunt: ⁊ corrūpunt
Un̄ et alij q̄dē ſapientiſſimū dicebant
Pythagoric⁹ āt Paron penit⁹ indiſ-
ciplinabile: q2 obliuiſcunt: ī hoc rect̄
dicēs. Manifeſtū igit̄ q̄m corruptiōis
magis erit per ſe cauſa q̄ gn̄ationis: ſicut dictuꝫ eſt
prius. Deſtructiuū autem mutatio p̄ ſe eſt. Generati
onis aūt et ipſius eē eſt ſecundū accidens. Signum
autem ſufficiens: q2 fit quidem nihil niſi moueat ip̄m
quodammō: ⁊ agat. Corrūpitur aūt: ⁊ cum nihil mo
ueatur. Et hanc maxime ſolemus dicere ſub tēpore
corruptionē. At vero neq̄ hanc temp⁹ facit ſ3 acci-
dit in tempore fieri: ⁊ hanc mutationē. Quō q̄dē igit̄
tempus eſt: et q̄dem: et quot modis dicimus ipſum
⁊ q̄d ipſum tunc ⁊ quid mō ⁊ quid iam: ⁊ quid nunc:
T.cō.129 olim ⁊ q̄d repente: dcm̄ eſt. ¶ His aūt nobis ſic de-
terminatis manifeſtum eſt q̄ oēꝫ mutationem: et oē
qō mouet̄ neceſſe eſt moueri ī tpe. Velocius em̄ ⁊ tar
di⁹ dicim⁹ ſcd̄m omnē mutationē. In omnib⁹ em̄ ſic
videtur. Dico aūt velocius moueri prius tranſmuta-
ns in ſubiectū ſcd̄m idem ſpaciū: ⁊ quod ſm̄ regula-
rem motum mouetur: vt in loci mutatione: ſi vtraq̄
ſm̄ circulationem mouentur aut vtraq̄ ſm̄ rectum:
ſimiliter aūt et in alijs. At vero prius in tēpore eſt.
Prius em̄ et poſterius dicimus ſecundum ad ipſum
nunc diſtantiā. Ip̄m aūt nunc tp̄s preteriti et futuri
eſt. Quare q̄m ipſa nunc in tpe ſunt: ⁊ prius et poſte
rius in tpe erunt. In quo. n. eſt ip̄m: ⁊ ipſi⁹ nunc diſtā
tia ecōtrario aūt prius dr̄ et ſm̄ preteritum tp̄s et fu
turꝝ. In preterito quidē. n. pri⁹ dicim⁹: qō longi⁹ eſt
ab ipſo nunc. Poſteri⁹ autē qō p̄pe eſt. In futuro āt
prius quidē qō p̄pinqui⁹ eſt ipſi nunc. Poſterius au
tem quod p̄cul eſt. Quare q̄m prius in tempore eſt:
et omneꝫ auteꝫ motum ſequit̄ prius manifeſtum ē q̄
oīs mutatio et motus omnis in tempore eſt.

Dicit philoſophus textu. comē
ti 128. q̄ mutōnis a nā remota eſt in quo vult
ſig̃are q̄ oīs mot⁹ ſemp̄ innouat et mutat diſ-
pōnē nālē ⁊ dicit quoſdā fuiſſe q̄ dicebāt tp̄s eē ſapi-
tiſſimū eo q̄ p̄ tp̄s ſapent oīa: ſ3 meli⁹ ſenſit pythago-
ric⁹ ille parō q̄ tp̄s eſt in diſciplinabile: q2 oīa facit
obliuiſci: magis. n. ē cā corruptionis q̄ gn̄atiōis: ⁊
dicit ph̄s q̄ mot⁹ magis eſt de ſe corruptiu⁹ q̄ p̄duc
tiu⁹ vel gn̄atiu⁹ ⁊ cā eſt: q2 mot⁹ elōgat abeo qō fuit
⁊ mutat diſpōnē p̄ſtinā qō eſt corrūpere: ſ3 q̄ p̄ueniat
ad aliquē finē: et ſit finit⁹ hoc h3: nō ex ſe vt mot⁹ ē: ſ3
ex intentiōe agentis ītendentis aliquē fineꝫ. ¶ Ma
nifeſtat idē ſigno q̄ tp̄s ſit cā corruptionis d̄ p̄ ſe hoc
mō q̄ nihil fit niſi appareat aliq̄ cā manifeſte mouēs
vt fiat tn̄ corruptiōis nō ſemp̄ appet aliq̄ cā manifeſ-
ta mouens vt corrumpat vt gladi⁹ vl̄ aliq̄d aliō: ⁊ cū
nō apparet aliq̄ cā manifeſta talis corruptionis dici
m⁹ cā corruptiōem fieri a tpe in hoc ſenſu q̄ accidat
fieri cū tpe ¶ Poſtea ph̄s ponit ſcd̄am partē dicens
q̄ oīs mutatio ē ī tpe vel regulata tpe qō p̄bat: q2 in
oī motu in venit̄ velocitas et tarditas ſ3 iſta menſurā
tur tp̄e g̃ oīs mot⁹ ē ī tpe ⁊ dicit vnū motū eē cōpara
bilē alteri ſm̄ idē ſpatiū. i. ſi ābo ſint circl̄ares. l. am
bo recti. Dicit Ari. vltra ſcd̄am rōnē pri⁹ ⁊ poſteri⁹
dicunt̄ p̄ reſpectū ad nūc: et nunc eſt in tpe g̃ diſtātia
ab ipſo: nunc ē ī tpe: ⁊ ecōuerſo ꝯtingit accipere hāc
diſtātiā in p̄teritis ⁊ futuris q2 in p̄teritis eſt pri⁹ qō
magis diſtat a nunc: in futuris vō ecōuerſo ē pri⁹ qō
magis appropinq̄t ad nūc: ſi ergo pri⁹ ⁊ poſter⁹ ſunt
in tempore et ad oēm motū: ſequit̄ pri⁹ et poſterius:
ſequit̄ q̄ om̄is mot⁹ eſt ī tempe i deſt tēpore regulat̄.

Dignū aūt ꝯſideratiōe ē: et q̄uo T.cō.130
igit̄ ſe h3 tp̄s ad aīaꝫ: ⁊ p̄p q̄d ī oī vr̄ eē tp̄s: ⁊
ī terra: in mari: ⁊ ī celo: aut q2 mot⁹ eſt paſ
ſio q̄dā l' hit⁹ nūer⁹ exn̄s. Hec āt mobilia oīa. In loco
n. ſunt oīa. Tp̄s āt ⁊ mot⁹ ſil' ſunt ⁊ ſm̄ potētiā ⁊ actū.
¶ Utrū aūt cū non ſit anima: erit tūc tp̄s an nō: dubi T.cō.131.
tabit vtiq̄ aliquis. Impoſſibile. n. cū ſit nūerātē eē
aliq̄m: īpoſſibile ē numerabile eē aliqō. Quare mani
feſtū eſt: q2 neq̄ numer⁹. Numer⁹. n. aut qō numerat̄
eſt: aut numerabile. Si aūt nihil aliud aptū natū eſt
quā aīa numerare: et aīe intellect⁹: īpoſſibile eſt tp̄s
eſſe: aīa ſi nō ſit. S3 aut hoc qō vt cūq̄ ens ē tp̄s: vt ſi
ꝯtingit motū eē ſine aīa: pri⁹ aūt ⁊ poſteri⁹ ī motu ſūt
tp̄s aūt hec ſunt: ſm̄ q̄ numerabilia ſunt. Dubitabit T.cō.132
aūt aliq̄s: et q̄lis mot⁹ tp̄s numerus ſit. Aut cuiuſlibꝫ
et n̄āq̄ ſit in tpe: ⁊ augmentat̄ ⁊ alterat̄ in tpe ⁊ fert̄
Scd̄m igit̄ q̄ mot⁹ eſt: ſic eſt vniuſcuiuſq̄ mot⁹ nume
r⁹: vn̄ mot⁹ ſimpl'r numer⁹ eſt ꝯtinui: ſ3 nō cuiuſdā. ſ3
eſt nunc moueri vnū et aliō: quoꝝ vtriuſq̄ mot⁹ erit
nūer⁹. Alteꝝ ⁊ alterꝝ igit̄ tp̄s ⁊ ſil' duo tpa eq̄lia erūt
Aut nō oē n̄āq̄ tp̄s vnū ſil'r et ſil' eſt. Spē āt et q̄ non
ſil'. Si em̄ ⁊ hi ſunt canes illi vō eq̄: vtriq̄ āt ſeptem:
ideꝫ numer⁹ eſt. Sic em̄ et motuū ſil' tēr̄eꝝ idē tp̄s ē.
S3 hic velox fortaſſis: ali⁹ vō nō. ⁊ ali⁹ q̄dē loci mu
tatio eſt: hic āt alteratio. Tp̄s tn̄ idē eſt: ſi q̄dē et nūe
rus equalis ſit et ſimul alterōnis et loci mutationis
et propter hoc motus q̄dem alteri ſunt: et ſeorſum
ſunt: tp̄s āt vbiq̄ idē: quia ⁊ nūer⁹ vn⁹ et idē vbiq̄ ē
q̄ eſt eq̄liū ⁊ ſil'. ¶ Q̄m āt loci mutatio: ⁊ hmōi circu T.c.133
laris numerat̄ āt vnūquodq̄ vno quodā p̄rīo vnita
tes vnitate: eq̄ vō equo ſic et tp̄s tpe quodam finito.
Menſurat̄ aūt ſic dixim⁹ tp̄s motu et mot⁹ tp̄e: hoc āt
eſt: q2 d̄terminato motu: et tpe menſurat̄ mot⁹ quāti
tas et tpis. Si igit̄ qō primū menſura omniū p̄rīoꝝ
circulatio q̄ regl'aris menſura maxīe: q2 nūer⁹ hmōi
notiſſim⁹ eſt: alteratio q̄dem igr̄ neq̄ augmentatio
non ſunt regulares: loci aūt mutatio eſt. Un̄ et videt̄
tp̄s eē ſphere mot⁹: q2 hoc menſurant̄ alij mot⁹: ⁊ tp̄s
hoc motu. Propt̄ hoc āt ⁊ ꝯſuetū dici accidit. Dicūt
em̄ circulū eē humanas res: ⁊ alioꝝ motū hn̄tiū natu
ralē: et gn̄ationē ⁊ corruptionē. Hoc āt ē: q2 oīa hec
tpe iudicant̄: et accipiūt finē ⁊ principiū: ſicut ſi ſm̄
quādā circulationē ſit. Et tp̄s em̄ ip̄m videt̄ circul⁹ q̄
dā. Hoc āt iteꝝ videt̄ ob hoc: q̄ hui⁹ loco mutatiōis
menſura eſt ⁊ menſurat̄ ip̄m ab hmōi. Quare dice-
re eē reꝝ q̄ fiunt circulū: dicere eſt tpis eſſe quēdā
circulū. Hoc aūt eſt: q2 menſurant̄ circulatione. ex-
tra eni metrū nihil videt̄ eſſe q̄ qō mēſurat̄. S3 aut
multa metra totū. ¶ Dicit̄ aūt recte q̄ numerus q̄dē
idē eſt: ⁊ ouiū et canū: ſi eq̄lis vtriq̄ ſit. Decē aūt non T.c.134.
idē: neq̄ decē eadē ſunt: ſicut neq̄ trianguli idē qui
ē equilatar⁹ ⁊ gradat⁹ ⁊ tn̄ eadē figura eſt q2 vtraq̄
triāgl'i ſunt. Idem em̄ dicit̄ a quo nō differt dr̄ia: ſed
nō a quo differt vt triāgul⁹ a triāgulo dr̄ia differt.
Alteri q̄dē em̄ triguli ſunt: a figura aūt nō: ſ3 ī eadē
diuiſione et vna. Figura aūt hec quidē talis circul⁹:
alia vero huōi triangul⁹: huōi aūt alia q̄dē eq̄laterū.
Alia vō hui⁹ gradatū. Figura q̄dē igit̄ eadē: et hec
triāgul⁹ em̄ eſt: Triāgul⁹ aūt nō idē eſt. Et nūer⁹ iā ſi
mil'r. Nō. n. differt a nūero dr̄ia nūerus hoꝝ. Decem
aūt non idē eſt. In quib⁹ em̄ dicit̄ differunt. Hec q̄dē
em̄ canes. Alia vero equi. Et de tēpore quidē ipſo: ⁊
de circa ipſum p̄prietatibus hac intentiōe dictū eſt.

Ariſtoteles impreſentiaruꝫ ali-
quas q̄ōnes ponit. Pria quomodo tp̄s ſe h3
ad animam. Secunda quomodo tempus eſt
vbiq̄ locorum: Et dicit reſpōſionem notans. q̄ tēpus
eſt quodaꝫ accidens motus numerus eius ⁊ accidēs
ſepe vocatur nomine habitus et paſſionis quare vbi

cunqꝫ eſt motus erit tempꝰ oĩa aũt corpoꝛa ſunt mobilia ſaltem motu locali vel alio motu: et vbicunqꝫ eſt motus eſt tempus: quare cũ motꝰ ſit in oĩbꝰ ꝑtibꝰ etiam et tempꝰ erit in omnibus ꝑtibus et ſi dicat aliquis ꝙ multa q̃eſcunt ꝗ in illis nõ eſt tempus. Dicit phs ꝙ vbicunqꝫ eſt motꝰ actu: vel potentia ibi eſt tẽpus: qꝛ vbi eſt motꝰ in potentia ibi ẽ quies: ⁊ tempꝰ ita menſurat q̃etem ſicut et motum. Deinde phus ſoluit primã queſtionem dicẽs vtrũ cũ nõ ſit aĩa erit tempus: et ꝓbat ꝙ nõ. i. ꝙ deficiente aĩa deficiat tp̃s hoc mõ: qꝛ ſi impoſſe eẽt aliqð potẽs nũerare impoſſe eẽt aliquod numerabile: ſi ergo nõ poſſet eẽ aĩa non poſſet eẽ aliqð potens numerare ꝗ nullũ eẽt numerabile: ⁊ ex ꝯſequẽti nec tẽpꝰ. Soluit dubitationem philoſophus ꝙ tempus in ſua ratione formali includit prius et poſterius: ⁊ quandam totalitatem quaꝫ non eſt conſiderare ſine aĩa cõparãte prius et poſteriꝰ: qꝛ non exiſtit tale tẽpus realiter quo ad prius et poſteriꝰ: ⁊ quo ad ſuam totalitateꝫ ſine aĩa: ſꝫ vtcũqꝫ i. imperfecte quo ad nunc bñ exiſtit realiter ſine aĩa et idem cenſet de motu. ¶ Preterea phus dubitat aliã queſtionẽ. tex. cõ. 132 ⁊ eſt cuiꝰ nã motus tp̃s ſit numerꝰ et videt̃ ꝙ cuiuſlꝫ: qꝛ omnis motꝰ eſt ĩ tempore et eẽ tempore eſt numerari tempore: quare tempus eſt numerꝰ motus cõtinui cuiuſlꝫ et non tantũ vnius motꝰ: ſꝫ arguit̃ cõtra hanc ſolutionẽ dicens: ꝙ ſi duo motus fiant ſimul ſequitur duo tempora eſſe ſimul meſurantia illos duos motus: et ſtatim oſtendit hoc eẽ impoſſibile ꝙ ſint duo tempora eq̃lia ſimul dicens, ꝙ queadmodũ ſeptẽ canes ⁊ ſeptẽ eq̃ nõ differũt ſm numeꝝ numerãtẽ qui ẽ ſeptenarius ſꝫ ſm nũerũ reꝝ numerataꝝ: ſic pari mõ ſi fiant in vna hora duo motꝰ vnus alterationis et alius localis tẽpus vnũ metitur ambos: ſed diuerſitas eſt ex parte ſpecierum motꝰ.

¶ Poſtea philoſophus textu cõmẽti. 133. dicit verã ſolutionem ad quã premittit tria. Primum ꝙ inter oẽs motus primꝰ maxime ſimplex et regularis ẽ localis et preſertim circularis. Secũdũ ſuppoſitũ eſt ꝙ vnũ quodqꝫ numerat̃ vno ꝓximo ſui generis vt vnitas vnitate equꝰ equo: tempꝰ tempore. Tertiũ preſupponit ꝙ tempꝰ mẽſurat motuꝫ ⁊ motꝰ tẽpus vt ſupra dixit. Cõcludit philoſophꝰ ex p̃miſſis ꝙ ſi id qð eſt primũ ẽ menſura omniũ ꝓximoꝝ i. omniũ eiuſdẽ generis neceſſe ẽ ꝙ circulatio que ẽ maxime regularis ſit menſura omniũ motuũ: qꝛ iſte motꝰ eſt vnꝰ et vniformis: hec aũt regularitas nõ reperit̃ niſi in motu locali: qꝛ eſt continuꝰ: et reliqui nõ ſunt cõtinui: ex hoc ergo colligere poſſumꝰ ꝙ ſi prima circulatio menſurat omnẽ motũ: ⁊ motꝰ menſuratur a tp̃e in quãtũ menſurat̃ quodã motu neceſſe eſt dicere ꝙ tp̃s eſt numerꝰ prĩe circulationis ſm quam menſurat̃ tempꝰ ⁊ ad quẽ menſurant̃ oẽs alij motus tꝑis menſuratione. Hanc aũt ſolutionẽ phs approbat per opiniones alioꝝ: ⁊ dicit ꝙ alij phi errantes dixerunt ꝙ tp̃s eſt motꝰ ſphere: qꝛ hoc motu ſphere menſurant̃ alij motꝰ: et tempꝰ hoc motu: ex quo dicit philoſophus intelliget̃ illud quod conſueuit dici: circulꝰ eſt in rebꝰ humanis quod eſt dicere: qꝛ res hũane mẽſurant̃ tp̃e et tẽpꝰ circulatione primi mobilis.

¶ Poſtea vero phs tex. commenti 134. dicit qꝛ ſupradictũ eſt ꝙ ſeptem canũ ⁊ ſeptem equoꝝ eſt idẽ numerus puta ſeptenariꝰ: iõ dicit q̃o illud eſt verũ: et dicit ꝙ licet ſit idem numerꝰ qui numerat ambos in ſpecie non tñ in indiuiduo: quia nõ ſunt eadem decẽ ſicut dicit ꝙ ſtatuendo multas ſpecies trianguli vt yſopleurus ⁊ yſocheles ſunt quidem eadem figura: ſed tamen non idem triangulus eo ꝙ in trianguli ratione habent diuerſas differentias non aũt in figure diuiſione: quia figura diuidit̃ in triangulũ: quadratũ: et circulũ et omnes trianguli cadunt in illa diuiſione illiꝰ membri diuidentis triangulus ſic dicit ꝙ decẽ ſunt eadẽ in ſpecie ſed nõ in numero ita ad ꝓpoſitũ applicando vult dicere nobis de tp̃e ꝙ eſt quidẽ idẽ menſurans omnia mẽſurabilia non ſolũ ſpecie ſed etiam numero et ad hoc ꝓpoſitũ applicat illud de numero: ꝙ non eſt cogitãdũ ſic tempꝰ idem ſpẽ menſurare plura numerabilia et non idem numero.

¶ Dubitatur vtrũ aliquid poſſit eſſe in pluribꝰ locis circunſcriptiue ꝑ potentiã diuinam. In hac materia tres ſunt opiniones famoſe. Prima opinio tenet ꝙ illud eſt impoſſibile etiã per potentiã dei hec eſt opinio Doctoris ſancti. 4. ſentẽtiarũ. d. 10. q. i. ar. i. ad quintũ: et rõ illiꝰ eſt: qꝛ eſſe in duobus locis dicit diuerſa vbi: et p̃tẽr hec circunſcriptionẽ locati a duobꝰ locis. Iſtud aũt implicat. Nã illud eſt cõprehenſum a loco cuiꝰ nulla ẽ ꝑs extra: ſi igit̃ ẽ in diuerſis locis: ſequit̃ ꝙ ſit comprehenſum et non cõprehenſum eſt eñ cõprehenſum ab vno loco: quia q̃libet pars locati circũſcribit̃ a loco et non eſt cõprehenſuꝫ: quia quelibet pars eſt extra ipſum cũ per te ſit in alio loco.

Egregiuꝫ dubium ſi aliquid ꝑt eſſe in pluribꝰ locis circũſcriptiue.

Prĩa opinio ſancti Thome.

¶ Sed contra hoc arguit̃ angelꝰ poteſt ſimul eẽ in pluribꝰ locis diffinitiue ergo idẽ corpus locari in pluribꝰ locis ꝯña tenet: qꝛ ſimilis eſt limitatio hic ⁊ ibi: añs probat̃ ſubſtantia panis poteſt conuerti in angelũ ergo angelus erit ſub ſpẽbus panis et vbi nunc eſt.

¶ Ad hoc argumentũ reſpondetur negãdo añs: quia quod diffinitiue eſt ſic eſt ibi ꝙ nõ alibi. 3. p. q. 76. ar. 5. ad primum. Ad ꝓbationem dico ꝙ dato illo caſu angelus non eſſet ſub ſpeciebus panis localr̃ ſꝫ ſacramẽtalr̃. Dicit tñ Do. ſ. ꝙ bñ põt aliquid eẽ in pluribus locis in vno circunſcriptiue et in alio nõ localiter: ſꝫ ſacramentaliter. ſ. ꝙ per ꝯuerſionem alteriꝰ in ipſum põt illud corpus eſſe alibi q̃ in loco ſuo naturali: qꝛ vbi prefuit conuerſum ibi eſt illud in quo conuerſum eſt nõ localiter ſꝫ ſacramentaliter. Et hoc modo. ſ. ſacramentaliter corpꝰ chriſti põt eſſe alibi ⁊ in pluribꝰ locis: non aũt localiter nec dimenſiue: qꝛ localiter eſſe includeret cõtradictionẽ ſicut poſite ſunt rationes eoꝝ in precedenti. q. ſacramentaliter aũt non includit cõtradictionẽ: qꝛ ipſum nõ eſt ibi ſm leges loci: ſꝫ tñ illud ſub quo ẽ ſacramẽtaliter.

¶ Alia ẽ opinio doctoris ſubtilis q̃ cõſiſtit in hac regula quã hꝫ in. d. 10. 4. q. 2. Que ſunt priora ipſo vbi queadmodũ ſunt abſoluta et relationes intrinſecꝰ aduenĩẽtes vniformiter inſunt corpi in pl'ibꝰ locis et ĩ vno tñ: q̃ vero ſunt poſteriora vel ſimul natura: q̃madmodũ ſunt relationes extrinſecus aduenientes: non vniformiter inſunt corpi in pluribꝰ locis et in vno tñ. ex quo ſequitur ſecundũ eũ ſi. a corpꝰ eſt albũ in vno loco: eſt album in alio loco: eodẽ mõ de quanto et ſpẽbꝰ eiꝰ põt tñ iacere in vno loco: et non in alio loco: ſꝫ ſtare vel currere: apparẽter põt contra eũ obijcere ex ipſius dictis ſi talis reſpectus etiam extinſecus aduenĩens ſit in vno loco ⁊ non in alio ſequitur contradictio: ſcilicet ꝙ talẽ reſpectũ

Secũda opinio doctoris ſubtilis.

recuperet,ꝛ non recuperet arguendo vt ipſe arguit de abſolutis ꝛ relatione intrinſecꝰ adueniente. Similiter vult ipē: ſi aliquod corpꝰ ſit extenſuꝫ i.a.loco et ſit in.b.loco et non ſit extenſum: ſeqͣtur ꝙ eſt extenſum: et non extenſum. Similiter ſi in duobus locis ſit aliqͦd corpꝰ et in vno loco habeat albedinem: ꝛ nō in alio; iam hꝫ albedinem: et nō hꝫ albedinē. De hoc mō arguendi.q.ſequenti loquemur ſm eū: ergo vel ignis ē maioris actiuitatis ꝙ frigꝰ ſit reſiſtentie vel econuerſo vel equaliter: ſi primum caleſiet et nullo mō frigeſiet: ſi ſm frigeſiet et non caleſiet. Si tertiū non caleſiet: ꝛ ſi frigꝰ ſit maioris actiuitatis: ꝙ calor reſiſtentie frigeſiet ſtat eīm frigꝰ equaliter actiuitati caloris reſiſtere: ꝛ eē magis actiuū ꝙ calor ſit reſiſtens nec inconuenit dicere ꝙ frigꝰ in grecia impediat calorem in ſicilia: qm̄ eſt idē paſſum. ¶ Ex quo ſeqͣtur ꝙ ea que repugnant eidem in vno loco dumtaxat exiſtenti non poſſunt eidem conuenire: plura loca occupanti et ſic nō admittit ꝙ idem in vno loco qͤſcat: et in alio moueatur, et ꝙ in vno deſcendat: et in alio aſcendat: et ꝙ in vno viuat et in alio moriatur: et ꝙ in vno albeſiat: et in alio nigreſiat et ꝙ in vno caleſiat ꝛ in alio frigeſiat.

Tertia opinio nominaliuꝫ.

¶ Tertia opinio nominaliuꝫ que tenet ꝙ oīa illa enumerata poſſunt eidem in pluribꝰ locis exſtenti contingere: et reſpectu terminorum includentium negationē concedantur ꝓpoſitiones. Cū limitatiōe ita ꝙ ſtat ꝙ ſortes moueatur Parrhiſiȷ̄ et ꝙ qͤſcat rome ꝗuis nō quieſcat: ꝙ viuat parrhiſiȷ̄: ꝛ moriatur rome ꝗuis nō moriaẜ.

Dubiū.i. de tpe.

¶ Sed contra hanc poſitionem arguitur ex ea ſeqͣtur ꝙ idē poſſit mereri: et demereri ſimul et ſemel: ꝯñs eſt falſum. Conſequentia tn̄ probatur ponaẜ ſortes rome mortaliter peccans: et peniteat Parrhiſijs: vel faciat actum meritoriū. Hic dicitẜ comuniter: ſi mereaẜ in vno loco: in alio loco merebatur: vel ſi demeraẜ in vno loco: in alio demerebitur: meritum eīm ꝛ demeritū dependet in acceptatione vel de acceptatione diuina. Non plixe hoc pro nunc impugnabo. Nam in alia lectione hoc feci: ſed dico ꝙ pōt aliq̄s habere gratiam: et mortale peccatum ſimul et ſemel ſi deo placeat: ꝛ puniri is pena ſenſus: et beatificari: non tn̄ poteſt beatificari et damnari pena damni in eodem tempore ꝓpter ꝑuatiōnē quaꝫ pēa damni importat de carentia beatitudinis lꝫ poſſit pugniri pena damni in.a.loco ꝛ beatificari ſipliciter. Si petas quid deꝰ faceret illo caſu dato. Dico ꝙ pōt facere qͤcquid velit: iſtoꝝ eīm duorū neutrum implicat: ſꝫ quis eſt conſiliarius eius

¶ Circa iſtos tex. oēs precedentes

Dubitatur circa materiā de tempore vtrū tempꝰ ſit ens: et arguiẜ ꝙ non oē compoſitū ex non entibꝰ ē nō ens tēpus cōponiẜ ex non entibus: ergo tempꝰ non ē ens: maior eſt nota et minor ꝓbaẜ: quia tēporis ꝑtes ſunt preteritum et futurū que nō ſunt. ¶ Secūdo arguitur de tempore dixit philoſophus non habemus niſi quodam nunc ſꝫ nunc non eſt pars temporis ergo tempus nihil ē. ¶ Tertio arguiẜ oē diuiſibile debet habere aliquam ꝑtem q̄ ſit: ſꝫ tempus non habet aliquā ꝑtē q̄ ſit g̃ tempus nihil eſt. ¶ Quarto arguiẜ nullum ēns extra animā ē in celo et in terra et in mari et vbiqꝫ locorum ſꝫ tempꝰ eſt in celo et in terra et in mari et vbiqꝫ locorū ergo tempun nō eſt ēns extra animam ꝯñā eſt infeſtino totuꝫ añs ē verū ergo ꝛ ꝯñs maior nota eſt ꝛ minor pꝫ ex philoſopho in textu huiꝰ 4.tex.cō.87. ¶ Oppoſitu arguitur que lꝫ ſpecies alicuius predicamenti ē ens ſꝫ tempꝰ eſt vna ſpecies alicuius predicamenti ergo tempꝰ eſt ens: maior nota eſt auctoritate philoſophi.4.tho.dicentis nō ens non eſt in genere: et minor pꝫ ex philoſopho in predicamento quantitatis.

¶ In hac materia dicendum ꝙ tempus eſt aliquid ens quid probatur: quia qͦ eſt menſura motus eſt ens: ſed tempꝰ eſt menſura motus vt pꝫ: qꝛ qn̄ aliquē motū ignoramꝰ quā ſit velox vel tardus querimus in quanto tpe ſit confectus ergo tp̄s eſt aliquid. ¶ Notandum eſt ſecundo ꝙ de eē permanentis et ſucceſſiui magna eſt differentia: qꝛ permanens habet oēs ſuas partes ſimul ſucceſſiuū vero non hꝫ oēs ſuas partes ſimul ideſt quelꝫ pars que ꝑterijt non hꝫ eē ſimul cū qualibꝫ que ſequeẜ. ¶ Notandū eſt tertio de mente Cōmentatoris in iſto.4. commento 99.ꝙ tempus eſt cōpoſitū ex duabus quantitatibus ſcilicet quantitate continua et quantitate diſcreta: quod non intelligatur vt verba ſonant. Nam ſi ita intelligeretur ſequeretur: ꝙ tempus non eſſet vnum per ſe: ſed intelligatur: ꝙ hoc nomen tempus ſignificat duo. vnum eſt de materiali quantitas continua et eſt motus: ꝛ aliud eſt de formali ꝛ eſt quātitas diſcreta ſed ipa diſcretio actualis prioris a poſteriori: q̄ non ita intelligaẜ ꝙ priꝰ et poſteriꝰ in motu vel tpe ſint diſcontinua: ſed ꝙ priꝰ et poſteriꝰ cōprehenduntur ab intellectu abſtractione ꝑciſiua vnū abſqꝫ alio et ſic intelligaẜ Cōmentator. ¶ Ex quo inferẜ ꝙ illa diſcretio eſt tanq̄ forma: et priꝰ et poſteriꝰ in motu tanq̄ materia: qꝛ ea q̄ ſunt realia ſunt priora quā ea q̄ ſunt in aīa.

¶ Ad rationes in oppoſitum dico.

Ad primā. ꝙ bene ꝓbat ꝙ tp̄s non hꝫ eſſe completuꝫ extra aīaꝫ et idē dicaẜ ad ſecundā et tertiā rōnē: vel dicaẜ ꝙ ille rōnes hn̄t verū de permanentibꝰ ꝛ nō de ſucceſſiuis. Ad vltimā dicaẜ, ꝙ tp̄s eſt in omnibꝰ talibus non per inheſionem ſed tanq̄ menſura.

¶ Secundo dubitatur vtrum rerum corruptibilium menſura ſit tempꝰ eternarum mutabilium menſura ſit euū: ſed eterni immutabilis menſura ſit eternitas. ¶ Pro ſolutione notandū ꝙ differentia cōiter poniẜ inter eternū: euū: et temporale. Eternum ꝓprie dicitur qͦ eſt ſimpliciter īmutabile: tam ſubſtantialiter ꝙ accidentaliter. de quo Boetius in.5.de conſolatione ꝓſa vltima. Eternitas eſt interminabilis vite tota ſimul ꝛ perfecta poſſeſſio. Unde eternū ſimul et ſemper hꝫ quicquid hēre pōt et ſemper eſt quicquid eē poteſt: ideo diciẜ poſſeſſio tota ſimul et perfecta vite interminabilis. Euum ē qͦ eſſe non deſinit: ſiue ſemper fuerit: ſiue eſſe inceperit quantū ad eſſentialia: ē tamen mutabile quātū ad accidentalia: qꝛ poteſt acquirere perfectiōem qua caret: et ꝑdere quā hꝫ: itaqꝫ euū lꝫ ſubialr̄ nō muteẜ: ē tn̄ mutabile accidentalr̄: vt angelus: celū: materia prima. ¶ Temporale eſt ꝙ mutatur taꝫ ſubſtantialr̄ ꝙ accidētaliter ideſt qͦ aliquando deſinit eē ſimpliciter: et manens acquirit qͦ nōdū hꝫ: vel perdit qͦ habet: et ſecundum hec imaginanẜ multi triplicem menſuram vnam rei permanentis non cōpacientis ſecū aliquam mutationem quā dicūt eternitatē aliā rei ꝑmanentis cōpatientis aliquā mutationē in ſuis operationibꝰ q̄lis eſt angelꝰ ꝛ illā vocāt euū. Tertiā

Dubiū.2.

rei

rei ſucceſſiue nõ permanentis.i.aliquando deficien-
tis eſſe:ſic capitur hic rei permanentis ꝓ re q̄ ſemꝑ
manet et nunꝗ̄ eſſe deſinit lꝫ eſſe in ceperit:⁊ ꝑ oppo
ſitum ſucceſſiuũ ꝓ eo in quo non eē ſuccedit eſſe: et
huiuſmodi menſuram dicunt tēpus hec ꝓ terminoꝝ
declaratione.

¶ Sed pro ſolutione argumentorũ

aduertendũ ꝙ lꝫ ita bñ diſtingatur triplex eſſe qui-
bus imponuntur nomina:eternũ euũ: temporale nõ
tñ oportet eē triplicē menſuram durationis huiuſmo
di triplicis eſſe.Eſſe eñ in ſe nõ menſuratur niſi men
ſura efectionis: de qua dictũ eſt queſtione preſenti.
ꝙ de⁹.ē menſura omniũ aliorum a ſe quantumcunqꝫ
diuerſoꝝ:q2 omnium perfectiones cognoſci poſſunt
ꝑ acceſſum ad diuinam perfectionē: ſꝫ loquendo de
menſura durationis.Sic eſt vna menſura omniũ mē
ſurabiliũ ſm duratione:et hec ē tēpus in actu vel po
tentia.Dico omniũ menſurabiliũ ſm duratione quia
durationis dei tēpus nõ ē mēſura: ſed nec eternitas
tum,q2 deus ſm duratione ē ſimpliciter imēſus tum
q2 eternitatis dei eſt ipſe de⁹:et ſua duratio: idē aũt
nõ menſurat ſe:ideo non plus menſuratur eternita
te q̄ in mortalitate:tum q2 menſura tantũ eſt finitoꝝ
ſicut eñ infinitũ ſm multitudinē vel magnitudinem
non hꝫ menſurā ſue magnitudinis:aut multitudinis
Ita nec infinitum ſꝫ duratione hꝫ menſurā ſue dura-
tionis ratio eñ menſure finito congruit.

¶ Sed contra hoc arguitur ſeque-

retur ꝙ duratio dei menſuraretur tempore: et non
eternitate ꝯñs eſt falſuꝫ et contra doctores cõmuni
ter et ſanctos.Probaꝝ ꝯña: q2 exiſtentia dei etiam
coexiſtit ſucceſſione ſicut exiſtentia angeli.Itē cuilꝫ
eē correſpondet ſua menſura ſibi ꝓportionata:ſed tri
plex inueniꝝ eē primũ eſſe ꝑmanens ex ſe et hoc con
uenit deo:et ideo illud eē menſuratur eternitate:ſꝫ
eſt eē ꝑmanens nõ ex ſe ſꝫ virtute alterius et hoc cõ
uenit angelis:⁊ ideo videntur participare quaſdaꝫ
condiciones eternitatis: que ſunt habere totũ eſſe ſi
mul:⁊ habere eē ꝑpetuum quantũ ex ſe eſt:q2 tñ non
ſunt ſimpliciter eterne ideo nõ menſuranꝝ eternita-
te ſed euo qꝺ eſt quedā ꝑticipacio eternitatis tertiũ
eſſe ē eſſe ſucceſſiuũ qꝺ conuenit omnib⁹ corruptibi
lib⁹ ⁊ ideo oīa corruptibilia menſurantur tēpore cõ
cordat Anſelm⁹ in ꝓſologio quatũ ad triplex eē vnũ
quod deficit generabile et corruptibile aliud quod
non deficit põt tñ deficere:vt eē angeli tertiũ qꝺ nec
deficit nec põt deficere vt eſſe dei.¶ Ad argumetũ
igiꝝ dico ꝙ ſancti dicunt ꝙ de⁹ menſuraꝝ eternitate
non intelligunt ꝙ deus qui ſimpliciter eſt immenſus
menſuretur ꝑ creaturā aliquam aut etiā ſuā eſſenti-
am:ſꝫ intelligunt ꝙ ſicut ꝑ tempus et ꝑtes temporis
menſuramus oīa temporalia ita durationem dei in-
finitaꝫ cognoſcimus: q2 neceſſario coexiſtit tempori
in actu: et in potentia. Quantitas vero durationis
quoꝝ cunqꝫalioꝝ adeo non cognoſciꝝ a nobis niſi ex
hoc ſolo:q2 coexiſtit maiori vel minori tēpori ī actu
vel ī potentia vt ꝓbatum eſt nominales igitur in iſta
materia de tempore aiunt ꝙ angel⁹ põt conſidera-
ri in quantum ſubſtantia et ſic nullo tempore mēſu-
raꝝ:aut poteſt conſiderari in quantũ duratio et ſic
bñ cõmenſuraꝝ tꝑe q2 coexiſtit ſucceſſione tempis
in actu vel in potētia:vñ aliquis angelus magis alte
ro durare diciꝝ q2 coexiſtit maiori ſucceſſioni in ac
tu vel in potentia:et ſi dicas ſequiꝝ ꝙ deus dicaꝝ mē
ſurari tempore quo ad ſuam durationem:q2 co exiſ



tit tꝑi in actu vel in potentia ſed hoc nõ cõuincit:q2
tam deus q̄ ſua duratio ſunt imutabiles:ſed tñ non
ſic angel⁹ cuius ſubſtantia annihilari poteſt et ope-
ratio variari:ſecundo q2 ſucceſſio temporis depen-
det adeo et non ſic duratio dei a tempore angeli ve
ro duratio regulatur ex coexiſtētia temporis in ac
tu vel inpotentie non ſit duratio dei hec ſunt collec
ta ab Ochā in ſecundo.q.12.

¶ Opinio tamē Doctoris ſancti in

prima parte.q.10.eſt ꝙ eſſe et ſubſtantia angeli et
anime itellectiue ⁊ celi menſuratur euo.¶ Pro de-
claratione huius noto ꝙ vbi eſt pri⁹ et poſteri⁹ ibi
de neceſſitate eſt ſucceſſio et temp⁹ et vbi hoc nõ eſt
nec eſt ſucceſſio nec tempus eſſe aũt dei in ſe non hꝫ
ſucceſſionem nec in operationibus et ꝓpter hoc mē
ſuraꝝ eternitate que eſt menſura eſſe eodem modo
ſemper ſe habentis:eſſe autem angeli anime et celi
non hꝫ in ſe ſucceſſionē quia eſt in corruptibile et in
variabile:hꝫ tñ ad iunctam ſucceſſionem:quia in an
gelo et aīa eſt ſucceſſio operationũ et in celo eſt mo
tus et iõ menſuraꝝ euo eſſe aũt generabilium et cor
ruptibiliũ et ſimilr omnis motus menſuraꝝ tempore
quia in trans mutatione cõſiſtit vel ſubiectũ eſt trāſ-
mutationi hoc cum dicit Ioā.capreol⁹ ꝺ mēte Doc
toris ſancti ſecundo ſenten.d.2.q.2:quod eſt eſſe an
geli perfectioris addēs reſpectũ ratiōis ſimultatis
et in diuiſionis ſecundum prius et poſterius ſibi ſuc
cedentia et ſic per illud poteſt certificare quantita
tem aliorũ eiuſdem gñis.

¶ Addo his de mente Doctoris ſan

cti in prima ꝑte.q.10.ꝙ idem eſt temp⁹ menſurās
oēs mot⁹ q2 tempus conſequi⁹ motũ vt eſt qui ē ſolũ
vnus in primo mobili ergo vnum ē tempus q̄uis ca
piendo temp⁹ pro ſucceſſione tempus eſt in mari ⁊
terra et vbiqꝫ locorum.

¶ Dicit etiam Do.ſ.in trac.de inſtā

tib⁹ ꝙ toto in tꝑe ſm ſubſtantiā idem eſt nunc varia
tum ſecundum rõnem.Nā nunc quod menſurat ſub
ſtantiam imobilis vt menſurat ſubſtātiā ē inuariabi
le ſꝫ vt menſurat illā vt variabilē:ſic eſt idē in ſubſtā
tia ſed diuerſum ſm rationem aliud eſt nunc qꝺ eſt
ꝯtinuatiuũ vel terminatiuũ et hoc eſt variabile re ⁊
ratione et eſt menſura mutati eſſe quare nunc illud
variabile ſecundũ rationem eſt variabile prout co
exiſtit alteri et alteri parti temporis.¶ Tertio du-
bitatur vtrũ tempus ſit idem ꝙ motus:⁊ videꝝ ꝙ nõ
q2 philoſophus ꝓbat ꝙ tꝑs non ſit circulatio.In op
poſitũ tñ arguiꝝ tempus eſt numerus motus ſecũdũ
pri⁹ et poſterius:et hoc debet intelligi de numero
numerato qui non eſt aliud q̄ partes motus nume
rate ſecundum prius et poſteri⁹:ergo tempus eſt
motus.In hac queſtione dicendum ꝙ ſi tempus con
ſideraꝝ ſecundum eſſentiam ſuam ſic tempus nõ eſt
idem cum motu:voco hic eſſentiam rationē formalē
ſic enim conſideratur vt menſura: et ſic diſtinguiꝝ a
motu in tꝑs cõſideratum realiter ſic idem eſt ꝙ mo-
tus quamuis non deſunt reales dicentes ꝙ tempus
eſt ꝓpria paſſio conſequens motũ diſtincta realiter
a motu:ſed hoc ē falſum:q2 ſtat aliquod mobile mo
ueri localr et nullo exiſtenti tꝑe:ergo ſequiꝝ ꝙ põt
eſſe motus abſqꝫ tali menſura ergo nõ ē neceſſaria.

¶ Sed arguiꝝ probādo ꝙ tempus

non ſit realiter motus quia nullus motus eſt in om-
ni vbi:ſed tempus eſt in omni vbi ergo tempus non

eſt motus conſequentia eſt in feſtino: aн̄s eſt verū er
go et conſequens: dicendū ꝙ tempus non eſt motus
eſſentialiter et quidditatiue: ſecus autem realiter.

Argū.2. ¶ Secundo arguit philoſophus ſi
tempus eſſet p̄mus motus ſequeretur ꝙ ſi eſſent plu
res mundi: eſſent plures primi mot⁹: et ita plura tē
pora: qđ Ariſto. reputat pro grandi inconuenienti.
¶ Ad hoc pōt dici ꝙ tempus pōt conſiderari dupl'r
vno modo vt eſt paſſio motus: alio modo ſm̄ qđ eſt
menſura aliorū motuū extrinſeca ſi prīo modo conſi⸗
derat ſic ſi eēnt plures motus primi et plures mun⸗
di eēnt plura tempora nō tn̄ neceſſario ſeqt̄ur, ꝙ ſi
eēnt plures mundi eēnt plura tempora tanq̄ menſu⸗
re extrinſece. Nam eſſet ſufficiens vn⁹ mot⁹ et vnum
tempus ꝑ menſurandis omnib⁹ mundis. Pȝ igit ad
queſtionē reſponſio qua dicebat vtrū tempus ſit mo⁹
Dicendū ꝙ ſunt idem real'r ſȝ diuerſa ratione.

Qō.4. ¶ Queritur quarto vtrū diffinicio
temporis ſit bn̄ aſſignata. Et arguitur ꝙ nō: qȝ cōen
tator inquit i iſto.4.cō.10. ꝙ numeratio numeri mo
tus nō eſt numerus mot⁹ ſȝ tempus ē numeratio nu⸗
meri motus ḡ temp⁹ nō eſt numer⁹ mot⁹. Secundo
arguit numeratū prioris et poſterioris mot⁹ non ē
numer⁹ motus: ſȝ temp⁹ ē numeratū prioris ⁊ poſte
rioris motus ḡ temp⁹ non eſt numerus motus. Op⸗
poſitū determinat phs tex.cō. 93. ad cui⁹ inueſtiga⸗
tionē: notat phs ꝙ q̄uis tempus nō ſit motus eſt tn̄
aliqd motus qđ Ariſ. ꝓbat: qȝ nō pōt aprehendi niſi
apprehenſo motu vt dicit phs in iſto.4.tex.cō.67.
vbi dicit Ariſ. de dormientib⁹ apud heroes qui fabu
labantur dormiuiſſe ꝑ magnū tempus: et cū ipſi com
putauerunt inſtans in quo inceperunt dormire et in
ſtans in quo fuerunt expergefacti et non ꝑceperunt
motū intermidiū: nō ꝑceperunt tempus: ergo lȝ tp̄s
non ſit motus ē tn̄ aliqđ motus. ¶ Poſtea vero dicit
phs ꝙ tēpus in ſeqt̄ur motū ratione prioris et poſte
rioris non quocūqȝ modo: ſȝ vt eorū eſt numerus vel
vt numerabilia: qđ ſic ꝓbat: qȝ illud ꝑtinet ad ratio⸗
neȝ temporis quo cognito cognoſcit temp⁹: ſȝ ſic eſt
ꝙ ꝑcepto priori et poſteriori motus ꝑcipim⁹ temp⁹
Nam quis pōt imaginari duo indiuiſibilia. ſ. prius ⁊
poſterius quin imaginet mediū ergo tempus in ſe⸗
quitur motū ratione prioris et poſterioris. ¶ Ulte⸗
ri⁹ eſt conſiderandū in preſentiarū: ꝙ tempus non eſt
numerus quo numeramus. Nam ſic eēt diſcretio et
quātitas diſcreta ſȝ eſt numerus numeratus prioris
et poſterioris mot⁹ ꝓfluxu nō aūt ꝑ forma diminuta.
Tunc pȝ ꝙ illa diffinitio eſt bona ⁊ ad rationes ante
oppoſitum dicit ꝙ tempus nō ē numeratio. i. nō ē nu⸗
merus quo numeram⁹ in actu: qȝ eēt numer⁹ in tenti
onalis: ſȝ bn̄ eſt numerus numeratus: et ꝑ hoc patet
ad alias rationes reſponſio.

Dubiū.5 ¶ Dubitatur quinto vtrum inſtans
ſit vnū et idē in toto tp̄e ad qđ reſpondetur breuiter
ꝙ inſtans eſt vnū et idē in toto tempore ſm̄ ſubſtātiā
ſed non eſt idē ſm̄ eē: ⁊ hoc pȝ ꝑ rationes philoſophi
in litera. Nam imaginatur ꝙ quemadmodum ſub
ſtantia mobilis eſt vna ſemꝑ ſic nunc eſt vnū ſemper:
quemadmodū mobile ſemꝑ variat in motu: ſic etiaȝ
et ipſum nunc qđ eſt menſura mutati eſſe qđ ſemꝑ eſt
aliud et aliud. Unde ſeqt̄ur ꝙ illa ratio philoſophi
qua ꝓbat ꝙ nunc ſm̄ ſubſtantiam eſt idē nō eſt multi⸗
momenti: qua arguit, ꝙ ſi eēt aliud et aliud nunc ſm̄
ſubſtātiā: vel prius nunc manet cum poſteriori nunc
vel non. Si primem, ſeqt̄ur eē duo nunc ſimul qđ eſt
impoſſibile ſi ſecundū ſequitur ꝙ illud nunc corrūpa
tur: et non in ſe ipſo: qȝ idē eſſet et non eēt qđ eſt fal
ſo: ergo reſtat ꝙ idem manet ſemꝑ. Sed hoc argu⸗
mētū nō vrget: qȝ idem ꝓbaretur de inſtanti quo ad
eſſe. Dicendū igitur, ꝙ illud inſtans corrumpetur ꝑ
vltimum inſtans eſſe ita ꝙ nunc eſt: et non immedia
te poſt hoc erit: ſed nunc nō corrūpit: ſȝ immediate
poſt hoc corrūpetur: nec valet dicere imediate poſt
hoc corrūpetur: ḡ immediate poſt hoc erit: ſȝ ſatis
eſt ꝙ imediate ante hoc fuerit.

¶ Dubitatur ſexto vtrū inſtans cau⸗ Dubiū.6.
ſet tempus: et videt ꝙ non: qȝ tempus eēt cōpoſitum
ex inſtantib⁹: ſȝ oppoſitum arguit auto. comen. cō.
103. huius quarti: dicentis, ꝙ ſicut traſlatum cauſat
traſlationem ſic inſtans cauſat tēpus. In hac. q. notā
dū ꝙ inſtans ſm̄ ſubſtantiā nō eſt cauſa proprie ipſi⁹
tēporis: qȝ in nullo genere cauſe ē cauſa: ſȝ quodam⸗
modo pōt reduci ad gen⁹ cauſe materialis: qȝ oīs
diſpoſitio q̄ eſt neceſſario reqſita et preſuppoſita ad
eſſe alicui⁹ habetur ſicut cauſa materialis illi⁹, vt pȝ
4. metheo. De calido et frigido reſpectu generatio
nis mixti: ſȝ ſic eſt ꝙ inſtans requirit ad vnitatē mo⸗
bilis: et vnitas mobilis ad vnitatem motus vt habet
5. phiſi. tex. cō. 34. et vnitas mot⁹ reqritur ad vnita
tem tēporis: ergo quoddāmodo inſtans eſt cauſa tē
poris materialis.

¶ Dubitatur ſeptimo Utrum ſit da
re minimū temp⁹ q̄ queſtio mouetur ab Ariſto. in Dubiū.7
iſto. tex. cō. 108. et videtur ꝙ dat minimū tēp⁹ auto.
Phi. 2. de anima. tex. cō. 41. dicentis omniū natura
conſtantiū dabilis eſt certus tr̄s augmenti et decre
menti. Oppoſitū arguit auto. phi in iſto. 4. tex. cō.
108. dicentis, ꝙ tempus ſm̄ numerum eſt vnuȝ et mi
nimū vt vna dies vna hora: ſȝ ſm̄ ꝙ cōtinuū nō ē dare
minimū: Dicendū breuiter: ꝙ in tp̄e non eſt dare mi
nimū: qȝ cū ſit res ſucceſſiua, quocūqȝ n. tēpore dato
illud hȝ preteritū: et futurū: quorū quodlȝ eſt minus
eo ⁊ prefuit ante ipſum: ergo nō ē dare minimū tp̄is
quo ad duratione: nec quo ad velocitatem: qȝ quo⸗
cūqȝ motu minimo dato quo ad velocitatē pōt dari
alius minoris velocitatis: qn̄ mobile idem ſpaciū in
minori tempore perageret. Quod etiā pȝ: qȝ celuȝ
mouet motu vniformiter difformi quo ad ſubiectuȝ
vt pȝ numerando velocitates ab equinoctiali vſqȝ ad
polum articum vbi quacūqȝ data datur minor: ⁊ mi
nor verſus polū articū: q̄ eſt non gradus mot⁹ et non
mouet dicat igit ad autoritatem ante oppoſitā ꝙ in
telligit de reb⁹ compoſitis ex materia et forma vel
de ꝑmanentib⁹ et nō de ſucceſſiuis.

¶ Dubitatur octauo circa tex. com. Dubiū.8
128. vtrū mot⁹ ſit cauſa per ſe corruptionis. Nā tex⸗
tus videtur dicere ꝙ ſic. Nā dicit ꝙ oīs mutatio ana
tura remotiua ē. Dicendū ad hoc ꝙ illa mutatio pōt
conſiderari dupl'r: vno modo inquantū eſt inſtrumen
tū alicui⁹ agentis intendentis aliquā formā in mo⸗
bili ꝓducere: et ſic bn̄ eſt cauſa generationis. Alio⸗
modo pōt conſiderari ſm̄ ſe et ſic motus oīs innouat
a tr̄o a quo: et eſt cauſa corruptionis in genere effici
entis ꝓpinqui vt caliditas recepta in aqua deſtruit
frigiditatem que ibi erat.

¶ Dubitatur nono quid ſit temp⁹ ⁊ Dubiū.9.
inſtans apud opinionē noīaliū. Ad qđ rn̄det de men
te Gregorij in. 2. ſniarū. d. 2. q. j. ꝙ tp̄s ſupponit ꝓ mo

bili connotando ꝙ ſit in aliq̄ diſpoſitione ī qua immediate poſt hoc erit, et īmediate āte hoc fuit: ſꝫ inſtās ſupponit ꝓ mobili connotādo, ꝙ ſit in aliq̄ diſpoſitione in qua non īmediate ante hoc fuit: nec īmediate poſt hoc erit.

Dubiū.10 ¶ Dubitatur decimo vtrū volūtas poſſit ꝓducere aliquē actū ī inſtanti: ⁊ videt ꝙ illud ſit impoſſibile; q꜡ ex illo ſeqtur: ꝙ quecūq꜠ voluntas ꝑ aliqđ tempus cōtinuaret aliqđ peccatū infinitū demeritū ſibi reportaret et ꝯñs eſt falſum: ergo illud ex quo ſequit. Seq̄lla ꝓbat voluntas ꝓ quocūq꜠ īſtanti continuat talē actū hꝫ poteſtatē deſerendi talē actū: et pōt deſerere talem actū: ergo ꝓ quocūq꜠ inſtanti peccat nouū peccatū: q꜡ obligatur deſerere talem actum et pōt et non deſerit talē actum. ¶ Ad hoc argumētū qđ ē nimis difficile rn̄deo multipl'r. Primo modo reſpondet Gregori⁹ in .2. ꝙ dat certa morula temporis neceſſarie continuationis in qua poſtq̄ voluntas fecit aliquē actū neceſſario continuat illū: et in illa morula nec meret nec demeret: ſꝫ ī inſtanti terminatiuo talis morule libere pōt deſerere talē actū totū ſin cathegore' ſꝫ hec opinio eſt nimis falſa: q꜡ capio inſtans mediū talis morule in illo pōt totū actū relinquere: q꜡ qua ratione pōt in inſtanti terminatiuo illi⁹ morule totū actū corrupere: eadem ratione poterit in inſtanti medio: q꜡ agens eſt tante actiuitatis et reſiſtentia act⁹ ē tanta. Secunda reſponſio eſt Climetō et domini Ocham, ꝙ ꝓ quocūq꜠ inſtāti voluntas meret vel demeret aliquē actū continuando vel ꝓducendo debuit voluntas īmediate ante tale inſtans habere poteſtatē talē actū impediendi: et q꜡ talē ſemꝑ non habet: q꜡ actus eſt certe reſiſtentie: ideo dicendū ꝙ non ꝓ quolꝫ inſtanti demeret ꝯtinuādo illum actum.

¶ Sed cōtra hoc replicatur. Volo ꝙ iniungat deus preceptum alicui ne diligat vt .4. ſed citra .4. ipe tn̄ diligat vt .4. per totā horam et ſequitur ꝙ importabit infinitū demeritū ex illa hora continuando illum actū: q꜡ ꝓ quocūq꜠ inſtāti habuit ptātē impediendi ne mereat poſt illud eſt .n. vt .4. q꜡ bene pōt dari vltimū eſſe incōpletū rei ꝑmanentis. Alij vero dicunt ꝙ ꝓ quolꝫ inſtanti verum eſt dicere ꝙ demeret ſed non ꝓ oībus inſtantibus: et ſic non arguit infinitū demeritū. Alio mō rn̄det et melius concedendo, ꝙ ꝓ quolibet inſtanti ꝯtinuationis pōt voluntas tollere talē actū: ſi volūtas et intellectus attēdere poſſent ad tp̄s cōtinuationis quodlꝫ talis act⁹: tn̄ ex debilitate hūana non pōt ꝑfecte attendere ad quodlꝫ tale tp̄s obidq꜠ de⁹ non obligat ipaꝫ ꝓ quolꝫ tali tp̄e tollere talē actū: et q꜡ non obligat ꝓ quolibꝫ īſtāti tollere talē actū nō ē īfiniti demeriti talis act⁹.

Dubiū.11. ¶ Dubitatur .11. Vtrū deus poſſit producere tres āglos .a. b. c. vnū īmediate poſt aliū et aliū īmediate poſt aliū. Ad quā qōnem rn̄deo ꝙ ſi iſte productiones dicant menſuras adequatas impoſſibilis eſt caſus: quia darentur tria inſtātia immediata: ſi tn̄ dicant menſuras inadequatas poſſibilis eſt caſus vt ꝙ .a. ꝓducatur in hoc inſtanti .b. autē īmmediate ante hoc et .c. immediate poſt hoc que vocantur menſure inadequate vel ſubitanee. Dicimus enim ꝙ .b. in hoc inſtanti ꝓducit vt dicat menſuram adequatā: q꜡ in hoc inſtanti eſt et non īmediate ante hoc fuit vt ly an̄ includat inſtans: q꜡ ſua contradictoria eſt falſa īmediate an̄ hoc fuit q꜡ prima exponēs eſt falſa ante hoc fuit vt ly ante includat inſtans: q꜡ ſignificat in aliquo inſtanti ante hoc fuit: et oēs deſcendentes ſunt falſe. Nā ſi ille angelus in aliquo inſtanti fuerit: ſequit ꝙ non īmediate an̄ hoc fuit ꝓductus: q꜡ mediabit totū tp̄s inter ilud inſtās et hoc inſtans preſens in quo nō fuit productus: ex quo ſequitur corolarium: ꝙ ſi angel⁹ .b. et angelus .a. eēnt durantes per .6000. annorum: duraret tamen angelus .b. pluſq̄ .a. per menſuram inadequatam immediate an̄ hoc non plus durabit angel⁹ .b. q̄ .a. ſi ly duraret dicat menſurā adequatam: ex quo ſequit ſcđo ꝙ iſta conſequentia non valet loquendo an̄ illō īſtās in quo incipit eē .a. b. nunc non eſt ſꝫ aliquando erit: ergo incipit vel incipiet eē vt ly incipiet denotet qualemcūq꜠ menſurā ſi tn̄ ly incipiet denotet menſuram inſtantaneā incipiet eē in inſtanti in quo .a.

¶ Explicit quart⁹ liber phyſicoꝝ. Ariſ. ſtargy.

## ¶ Incipit quint⁹ lib. Ariſ. ſtagirite. Tex.cō.1

TRanſmutatur autem trāſmutās omne. Aliud quidem ſecundum accidens: vt cum dicimus muſicum ambulare: qm̄ cui accidit muſicū eē. hoc ambulat. Hoc aūt in hmōi aliquid mutari et ſimpl'r dicit mutari: vt quecūq꜠ dicunt ſm partes. Sanatur em̄ corpus: q꜡ oculus aut thorax: he aūt partes toti⁹ corporis ſunt. Eſt aūt etiam aliquid qđ neq꜠ ſm accidens mouet: neq꜠ in eo quod aliquid ipſius. ſꝫ in eo qđ ipſum mouet primo. Et hoc eſt ſm ſeipſum mobile: ſꝫ aūt aliū motū et aliū alterū eſt: vt alterabile et alte- T.cō.2.3 rationis ſanabile: et calefactibile alterū. ¶ Eſt aūt in mouente ſil'r. Aliud quidē em̄ ſm accidēs mouet: aliud ſm partē: in eo ꝙ hmōi aliqua: aliud vero ꝑ ſeipſum primo: vt medic⁹ quidē ſanat. Man⁹ aūt ꝑcutit. Tex.cō.3 ¶ Qm̄ aūt eſt aliquid mouens primū: eſt aūt et aliud qđ mouet: adhuc in quo temp⁹: et p̄ter hec ex quo et in quid. Oēs em̄ motus a quodā et in quidā. T.cō.4. ¶ Alterum em̄ eſt quod primū mouetur: et in qđ mouetur: et ex quo: vt lignū et calidū et frigidū. Horū aūt aliud quidē mobile eſt: aliud vero in quod. Aliud ex quo: motus aūt manifeſtū ꝙ in ligno non ī ſpecie eſt. Neq꜠ enim mouet: neq꜠ mouetur ſpecies: aut locus: aut quantum hoc: Sed eſt mouens qđ mouet in quod mouet. Magis aūt in quod quā ex quo mouet denominabit mutatio. Unde corruptio in nō eē mutatio eſt: q̄uis ex eē mutet quod corrumpit: ⁊ generatio in eē q̄uis ex non eē. ¶ Quid quidē igit mo- T.cō.5. tus ſic: dictū eſt pri⁹: ſpecies aūt et locus et paſſiōes in que mouent: que mouent imobilia ſunt: vt ſciētia ⁊ calor. Et dubitabit aliquis ſi paſſiōes mot⁹ ſunt: albedo aūt paſſio ē. Erit em̄ in motu mutatio ⁊ fortaſſis non eſt albedo mot⁹ ſed albatio. Eſt aūt et in illis qđ eſt ſecundum accn̄s: et qđ eſt ſm partem: et ſm aliud: et qđ primo eſt: et non ſecundū aliud: vt qđ fit albū in id qđ intelligit mutatur ſm accn̄s. Colori .n. accidit intelligi: in colorem aūt q꜡ pars albū coloris eſt. et in europā: quia pars europe athene ſunt. in albū aūt colorē per ſe. Quomō quidem igit ꝑ ſe mouetur ⁊ q̄ō ſm accidens: et quomō ſm aliud aliquid: et q̄ō ipm̄ primū in mouente et in eo qđ mouetur manifeſtū eſt: et ꝙ motus non in ſpē: ſed in eo qđ mouet et mobili ſm actum ſit. Scđm quidē igit ac- T.cō.6. cidens mutatio omittat. In oībus em̄ eſt et ſemper et omnium. Quod vero non ſm accidens eſt: non eſt in omnibus; ſed in contrarijs et medijs et in con-

tradictione. Huius autem fides ex inductione eſt. Ex medio autem mutaꝛ:vtitur enim ipſo:ſicut quod eſt contrariũ ad vtrũqꝫ. Et eñi quodamodo mediũ vltima:vñ et hoc ad illã:et illa ad hoc quodãmō di‑cunꝛ contraria:vt vox media grauis ad vltimã:ſub tilis ad extremam:et fuſcum album ad nigrum.et nigrum ad albũ.

In hac parte philoſophꝰ d̄clarat de motu in ſpeciali quantũ ad vniuerſas ſpẽs motus ⁊ ſtatim dicit:ꝙ aliquid moueri ſtat du dupliciter. Uno modo de per ſe. Alio mō de per ac‑cidẽs:de per accñs dr̄ aliquid moueri : dupliciter. Pꝛīo mō qñ moueꝛ rōne alterius cui adiacet vt mu ſicũ ambulare. Scd̄o mō dr̄ aliquid moueri de per accñs qñ conuenit aliquid alicui rōne partis:exem plũ pꝛimi eſt muſicum ambulare:exm̃ ſecundi eſt ho minẽ ſanari:qꝛ toꝛax ſanaꝛ:alio mō aliquid dicitur moueri de per ſe:et eſt qd̄ non moueꝛ:qꝛ pars eiꝰ mo ueaꝛ:vel aliquid cui adiacet qũo mouetur de per ſe graue deſcendendo et reliqua:et hoc mō dicimꝰ:ꝙ alterius et alterius motus eſt aliud et aliud ſubiec tũ:qd̄ intellige foꝛmal'r vt alteratio eſt actꝰ alterabi lis:loci mutatio loci mutabilis ⁊ reliqua. ¶ Poſtea phs textu cōmenti.2.dicit ꝙ ſimiliter eſt ī mouente ꝙ aliquid mouet de per ſe vt medicꝰ ſanando:aliud vō de per accñs et hoc qd̄ mouet de p accñs aut mo uet de per accñs ꝑpter ꝑtẽ ſicut homo dr̄ percute‑re:qꝛ manus percutit:tertio mō dr̄ aliquid moue‑re pꝛīo ⁊ per ſe ſicut medicꝰ ſanat. ¶ Pꝛeterea phs tex.cō.3.dicit ꝙ ad motũ requirunꝛ quinqꝫ: ſcilicet pꝛimũ mouens a quo eſt pꝛincipiũ motꝰ:ſecundo re quiriꝛ mobile quod moueꝛ.3.tempus in quo eſt mo‑tus pꝛe terea duo trı̄ ſcilicet a quo et ad quẽ. Pꝛe‑terea phs dicit ꝙ alterũ eſt qd̄ moueꝛ a trō a quo et ad quẽ:nã ꝙ moueꝛ eſt ſubiectũ:a quo moueꝛ ẽ trı̄s a quo in quod moueꝛ eſt trı̄s ad quẽ dixit aũt tex.ꝙ il‑lud quod pꝛīo moueꝛ differt a trı̄s:notãter dixit pꝛi mo:qm̃ aliqñ trı̄s a quo moueꝛ de per accñs,vt qñ ca lidũ ſit frigidũ. ¶ Dicit pꝛeterea phs ꝙ motꝰ nō eſt in ſpecie ideſt in qualitate vel in termino ad quem: ſed in mobili. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ tex .cō.4. dicit ꝙ mouẽs mouet ſubiectũ:quod ſubiectum mo‑uetur in quod mouetur ideſt in termino ad quem qꝛ ergo motꝰ eſt in ſubiecto quod moueꝛ non aũt in trō manifeſtũ eſt ꝙ ſubiectũ mobile eſt aliud a tˀo motꝰ Deinde Ariſtoteles dicit ꝙ motus magis denoīaꝛ a trō ad quem q̄ a trō a quo. Nã coꝛruptio q̄uis ſit ꝓ greſſio ex eẽ in non eẽ magis denominatur a nō eſſe et generatio quamuis ſit pꝛogreſſio ex non eẽ ad eẽ magis denominaꝛ ex eẽ. ¶ Poſtea phs textu cōmẽ ti.5.ſoluit quandã dubitationem : et circa hoc tria facit pꝛīo pꝛemittit duo,que ex pꝛemiſſis ſunt mani feſta:quoꝛũ pꝛimũ eſt:ꝙ iam dictum eſt in.3.li. phiſi coꝛũ quid ſit motꝰ ſecundũ ꝙ termini motꝰ non mo‑uenꝛ, vt pꝫ de quãtitate d̄ paſſibili q̄litate et de loco Poſtea ponit tertiũ et eſt dubitaret aliquis vtrũ al‑bedo et nigredo et alie paſſibiles qualitates ſint mo tus:et pꝛobat ꝙ non:quia ſi eẽnt motus et etiã ſunt trı̄s motꝰ ergo ad motũ eẽt motus ꝙ infra pꝛobabiꝛ eſſe falſum. Poſtea vero philoſophꝰ dicit ꝙ ex quo trı̄ motꝰ ſunt aliud a mobili et a mouente vt oñſum ẽ oñdit ꝙ ꝑter diuiſionẽ motꝰ q̄ accipiꝛ ex ꝑte mobilis et mouentis q̄ dicebamꝰ ꝙ mouens quodã erat ꝑ ſe ⁊ quodã ꝑ accidẽs et mobile quodã ꝑ ſe et quodã ꝑ accidens ſic eodẽ modo aliquid mouetur ad aliq̃m terminũ ad quẽ de per accñs;vt albũ in id quod itel ligitur aliqñ vero de per ſe ſꝫ non pꝛimo:vt albedo cũ mutatur in nigredinẽ mutaꝛ in coloꝛẽ de per ſe:ſꝫ non pꝛīo quod eſt ſm partem:tertio modo aliquid mouetur in termino ad quẽ de per ſe pꝛimo vt illud quod albaꝛ in albedinẽ. Poſtea philo. epilogat ea que dixit vſqꝫ ad illam partem ſecundum actum ſit. ¶ Poſtea vero philoſophus textu.comẽ.6. dicit ꝙ mutatio que eſt per accñs ſiue ſit ex parte mouentis ſiue ex parte mobilis,ſiue ex parte termini eſt ī de‑terminata:et infinita et in omni tempoꝛe:quia infi‑nita vni accidunt:quare ab arte eſt relinquenda mu tatio vero que non eſt ſm accñs ſolum eſt in contra riis et mediis per contradictionẽ dixit hoc vt com‑pꝛehenderet omnes ſpẽs motus. Nam alteratio:lo‑ci mutatio:augmentatio:diminutio:tendunt de con trario in contrariũ:et generatio et coꝛruptio tẽdũt de ꝯtradictoꝛio in contradictoꝛiũ. Deinde phs di‑cit ꝙ vtitur qñqꝫ philoſophus medio tāq̄ contra‑rio:qꝛ mediũ in oꝛdine ad extrema eſt quaſi ãbo ex trema. Nã fuſcũ albũ eſt ad nigrũ:⁊ nigrũ eſt ad al bũ:iterũ vox media eſt quidem ſubtilis ad grauẽ ⁊ grauis ad acutam.

Uoniã aũt oīs mutatio ẽ a quodã:⁊ in q̇ddã:manifeſtat ẽt vtriqꝫ nomẽ.poſt aliud eñi aliqd et aliud q̇‑dem pꝛiꝰ:aliud aũt monſtrat poſteri us : et mutabit mutans q̄dripharie. Aut.n.ex ſubō ī ſubm̄:aut ex ſubō ī nō ſubm̄:aut ex nō ſubō ī ſubm̄ aut ex nō ſubō ī nō ſubm̄. Dico aũt ſubm̄ affirmatiōe mōſtratũ. Quare neceſ‑ſe eſt ex his que dicta ſunt tres eẽ mutationes.ſ. ex ſubiecto in ſubiectũ: et ex ſubō in non ſubm̄ et ex nō ſubō in ſubiectũ. Quare eñi eſt ex nō ſubiecto in nō ſubm̄ non eſt mutatio:ꝑpter hoc ꝙ non eſt ſecunduꝫ contra poſitionem:neqꝫ eñi contraria:neqꝫ contra‑dictio eſt. Ex non ſubiecto quidẽ igiꝛ in ſubiectũ mu tatio ſm ꝯtradictionẽ gñatio eſt. Alia quidẽ ſimpl'r ſimplex. Alia vō q̇dã cuiuſdã:vt ex non albo in albũ gñatio quidẽ hmōi eſt. Que vero ex nō eẽ ſimpl'r ī ſubāꝫ ẽ gñatio ſimpl'r ẽ : ſm q̄ fieri et nō fieri ſimpli citer dicimus. Que vero ex ſubiecto in non ſubiec‑tum coꝛruptio eſt. Simpl'r q̇dẽ que ex ſubſtantia in non eẽ eſt. Quedã aũt eſt:q̄ eſt in oppoſitam nega‑ T.cō.7.
tionem:ſicut dictũ eſt in gñatione. Si igiꝛ quod nō eſt:diciꝛ multipliciter et neqꝫ eſt ſecundũ cōpoſitio nẽ aut diuiſionẽ cōtingit moueri:neqꝫ qd̄ eſt ſecũdũ potentiã:ꝙ ei qd̄ eſt ſimpliciter ſm actũ oppoſitũ eſt hoc quidẽ eñi non albũ aut non bonũ tñ cōtingit mo ueri ſm accñs. Erit eñi hō non albus: Quot aũt ſim pl'r nō hoc aliquid eſt :hoc nullo mō cōtingit moue‑ri. Impoſſibile eſt eñi qd̄ non eſt moueri. Si aũt hoc et generatione eẽ motũ īpoſſibile erit. Fit eñi qd̄ nō eſt. Si eñi et quod ex non ente maxīe ſm accñs fit:ſꝫ tñ verũ eſt dicere ꝙ ẽ qd̄ non eſt:de eo qd̄ ſit ſimplici ter. Similiter aũt ⁊ quieſcere. Hec igiꝛ accidũt in conuenientia: ſi moueatur qd̄ non eſt. Et ſi omne qd̄ mouetur:in loco eſt:quod aũt non eſt non eſt in loco: eẽt eñi alicubi.neqꝫ iã coꝛruptio motꝰ eſt. Contrari um q̇dẽ eñi motui motꝰ aut q̇es. Coꝛruptio aũt gña‑ tioni contrariũ eſt. ¶ Qm̃ aũt motꝰ mutatio q̇dã eſt T.cō.9.
mutationes aũt tres ſunt dicte. Harꝫ autēꝫ que ſunt ſm gñationẽ ⁊ coꝛruptionẽ nō ſunt motꝰ he aũt ſunt ſm cōtradictionem : neceſſe eſt ex ſubiecto in ſub‑iectũ mutationẽ motũ eẽ ſolũ. Subiecta aũt aut con traria aut media. Et pꝛiuatio eñi poniꝛ contrariũ ⁊ monſtraꝛ affirmatione nudũ;et albũ et nigrum.

POſtquam phs in ſuperiori lec-
tione declarauit differentiam motus per ſe
a motu per accñs: modo diſtinguit motū in
ſuas ſpēs dicens: q oīs motus: aut eſt de ſubo in ſub-
iectum: aut eſt de non ſubiecto in non ſubiectū: aut ē
ō non ſubo in ſubiectū: aut eſt de non ſubiecto in nō
ſubiectū. Vocat motū de ſubiecto in ſubiectum illū
qui ē de termino a quo poſitiuo ad tīm ad quem po
ſitiuū que vocat ipſe de affirmato in affirmatū: et ſic
dicit eſſe alterationē: augmentationem: diminutio-
nē: loci mutationē: alius eſt de nō ſubiecto in nō ſub
iectū et talem dicit eſſe impoſſibilem inuenire eo qō
negatio negationi non eſt contraria: nec eſt contra
dictoria: quare non eſt dabilis motus qui ſit de non
ſubiecto in non ſubiectum. Tertius motus eſt ex nō
ſubiecto in ſubiectū et iſte eſt generatio. Quartus
motus eſt de ſubiecto in non ſubiectū. i: de ex eſſe in
non eſſe: et iſte eſt corruptio. ¶ Poſtea vero phs il-
la parte (ex non ſubiecto quidem) dicit q genera-
tio eſt duplex: quedā ē generatio ſimplr: alia ē gña-
tio ſm qd. Pria ē per quam acquirit aliquod ens
ſimpliciter quod ſit ſubſtantia: ſecunda eſt per quā
acquiritur aliquod ens ſecundū quid qō eſt accñs:
et parimō ait poſſe diuidi corruptionem.

¶ Poſtea vero phs textu commen
ti. 8: oſtendit nobis q generatio non ſit motus: et q
corruptio non ſit motus. Pro cuius declaratione p-
mittit q ly non ens poteſt dici multipliciter. Primo
mō dicitur non ens pro illo qō attenditur ſm cōpo-
ſitionē et diuiſionē quod eſt idem cū vero vel falſo: et
ſic hñt eſſe in mente vel in ratione tm̄: et ſic non com
petit eis motus. Alio mō dr̄ non ens qō ē in potētia
ſm q eē ī potētia apponit ei qō ē eē in actu ſimplici-
ter: et hoc ēt non mouetur. Tertio modo dicitur nō
ens quod eſt in potentia que non excludit eē in actu
ſimpliciter: ſed eē actu hoc: ſicut nō album dicit nō
ens et non bonum ſed huiuſmodi non ens contingit
moueri: ſed per accidens ſecundū q huiuſmodi non
ens accidit alicui exiſtēti in actu cui cōpetit moue
ri ſicut enim hō eſt non albus et moueatur in album
mouetur ex non albo in albū: et non album mouetur
de per accidens: q2 hō mouetur de per ſe. Nunc ve-
ro probat philoſophus q generatio nō ſit motus: ſic
arguens qō generatur non mouetur ergo genera-
tio non eſt motus: ɔña tenet et probat añs: q2 quod
non eſt non mouetur: ſed illud quod generatur non
eſt: ergo illud quod generat nō mouet. Iterū Ariſ.
ponit ſecundā rōnē ibi ⁊ ſi dicēs oē qō mouet ē in lo
co qō aūt nō ē nōē ī loco: g non mouet ɔſequentia ē
in barocho: et veritas maioris patet: q2 motus loca
lis eſt prim⁹ motuū quare nihil poteſt moueri alijs
motibus quin pri⁹ moueat motu locali ergo vera ē
maior omne quod mouet eſt in loco: quia omne qō
mouetur motu locali eſt in loco. ¶ Poſtea philoſo-
phs infert Corolariū: q corruptio non eſt motus: q2
omne contrarium motui eſt motus aut quies ſed ge
neratio non eſt motus aut qes: ergo nec corruptio
que eſt ſibi contraria. ¶ Poſtea vero Phs textu.
cōmenti. 9. dicit q ly motus et ly mutatio habent ſe
ſicut ſuperius et inferius. Nā omnis motus eſt muta
tio: ſed non econuerſo. Nam mutatio comprehendit
etiā mutationes inſtātaneas ſicut ſucceſſiuas: ſꝫ mo-
tus ſolum comprehendit ſucceſſiuas: quare dicit q
generatio et corruptio ſunt mutationes et nō mot⁹.

Textus.



SI igitur predicamenta di-
uiſa ſunt ſubſtantia et equalitate: et
vbi: et quando et aliquid: et quātita-
te: et facere et pati: neceſſe ē tres eē
mot⁹. quantitatis et qualitatis: et ſe-
cundū locū. ¶ Secūdū ſubſtantiā au
tem non eſt motus: propter nullum entium ſubſtātie
contrarium eſſe. ¶ Neqꝫ eſt in ad aliquid: cōtingit
enim altero mutante verum eſſe alterū nihil mutās
Quare ſecundum accidens mot⁹ horum eſt. Neqꝫ
agentis neqꝫ patientis neqꝫ omnis qui mouetur aut
mouentis: q2 non eſt motus motus: neqꝫ generatiōis
generatio: neqꝫ omnino mutationis mutatio. ¶ Pri T.cō.11.
mum quidem enim contingit dupliciter mot⁹ eē mo
tū. aut ſicut ſubiecti: vt homo mouetur: q2 ex albo in
nigrum mutatur: ſic ⁊ motus: aut caleſcit: aut frigeſ
cit: aut locum mutat aut augmentatur: aut diminui
tur. ¶ Hoc autem impoſſibile eſt: Non eñi ſubiecto T.cō.12.
rum aliquod eſt mutatio aut in mutando alterū ali
quod ſubiectū ex mutatione in alterā ſpeciem: vt ho
mo ex egritudine in ſanitatem: ſed neqꝫ hoc poſſibi
le eſt: niſi ſm accidens. Hic enim mot⁹ ex alia ſpē in
aliam mutatio eſt. Et generatio et corruptio ſimili-
ter preter q hec ſunt in oppoſita ſic. Motus autem
non ſimiliter. Similiter igitur mutabitur ex ſanita
te in egritudinem ex ipſa hac mutatione in aliam.
Manifeſtū autem q cū infirmetur mutatus erit in
quamlibet. Contingit eñi quieſcere: Et amplius non
in contingentē ſemper: et illa ex quodā in quoddam
alterum e. Quare et oppoſita erit ſanatio: ſꝫ ſm qō
accidit: vt ſi ex recordatione in obliuionem mutat:
qm̄ cui ineſt illud mutat aliqñ ī ſciaꝫ aliqñ ſo ī ſana
tionē. ¶ Ampli⁹ aūt in infinitum vadit ſi erit muta T.cō.13.
tionis mutatio: et generationis generatio. Neceſſe
ē igitur eē primam ſi vltima erit vt ſi ſimpliciter ge-
neratio fiebat aliquando: et q fit fiebat. Quare non
dū erat quod fit ſimpliciter: ſed aliquid cū fit et fac
tum eſt iam et iterū fiebat hoc aliquando. Quare
nondū erat tunc quod fit: qm̄ aūt infinitorū non ē pri
mū: nō erit quid vltimū. Quare neqꝫ habitum: neqꝫ
fieri igit: neqꝫ moueri poſſibile ē neqꝫ mutari nihil T.cō.14.
¶ Amplius eiuſdē mot⁹ cōtrari⁹ ē: et adhuc quies
et gñatio et corruptio. Quare et qō fit cū fiat qō fit
tūc corrūpit: neqꝫ. n. cū mox fit: neqꝫ poſterius. Eſſe T.cō.15.
n. opꝫ qō corrumpitur. ¶ Amplius opꝫ materiam
ſub eſſe. et ei quod fit et mutādi. Que igit erit ma-
teria ſicut alterabile: vt corpus: aut anima: ſic aliqd
quod fit motus: aut generatio. Et iterum aliquid in T.cō.16.
quod mouetur. Oportet eñi aliqd eſſe hmōi ex hoc
in hoc motum non motū: aut generationem. Simili
ter aūt et quomodo erit: nō enim erit doctrina: que
doctrine generatio. Quare neqꝫ generationis ge-
neratio: neqꝫ quedā cuiuſdā. ¶ Amplius ſi tres ſpe T.c.17.
cies ſunt motus: harū aliquā neceſſe eſt eſſe ſubiec-
tam naturam et in quam mouetur loci: ergo muta-
tionē alterari aut ferri. Omnino aūt quoniam mo-
uetur omne quod mouetur tripliciter: aut in eo qō
eſt ſecundū accidens. aut quia pars aliqua: aut qa
per ſecundū accidens ſolum contingit mutare mu-
tationem: vt ſi qui ſanus ſit currat: aut diſcat. Hanc
autem ſecundū accidens dimiſimus olim.

ARiſtoteles in preſentiarū de-
clarat ad que predicamenta ſit per ſe mot⁹
et reuocat in memoriam diuiſionem predi-
camentorū in qua phs dicit q a ſola tria eſt p ſe mo-

tus:ſcilicet quantitatē:qualitatem et vbi et ſtati de
clarat tex.com.10.quō ſm ſubſtātiam non eſt mot⁹.
q: ſm ſubſtātiā nō eſt contrarietas ꝑ quā attendat
continuitas in trāſitu vni⁹ extremi ad aliud ſicut fit
in qualitatib⁹:quantitatib⁹:et ſpacio nec in ad ali-
quid eſt motus:quia ſtat me acquirere aliquam re-
lationem quam ego ante non habebam ſine aliqua
mutatione mei vt patet de relationib⁹ ſiniſtri ⁊ dex
tri.Iterū probat ꝙ nec in agere nec in pati ſit mot⁹
q: actio et paſſio ſunt motus:ſed non eſt mot⁹ mot⁹:
ergo in agere aut pati non eſt motus.¶Poſtea ve-
ro textu cō.11.dicit ꝙ dupliciter contingit eſſe motū
ad motum:prīo tanꝙ ad ſubiectū:ſecundo tanꝙ ad
terminū.primo mō nō eſt mot⁹ ad motū.q: vř ī intel
ligibile ꝙ motus localis caleſcat vel frigeſcat et et
mot⁹ non eſt ſubſtātia per ſe ſubſiſtens:ergo ipſe nō
mouetur tanꝙ ſubiectū:alio modo poteſt intelligi ꝙ
ſit mot⁹ ad motū tanꝙ ad terminū vt ſi aliquis dicat
ꝙ aliquid mouetur ex vna ſpē mutationis in aliā et
ſi ſic ſequeretur idem ſimul moueri motibus contra
rijs.quia prima mutatio eſt ſucceſſiua:et ſecunda ſi
militer ⁊ de ambab⁹ participabit niſi forte velles di
cere ꝙ eſt motus de vna mutatione in aliam de ꝑ ac
cidens vt contingit ex de albatione venire in egro-
tationē:vel ex recordatione in obliuionē.¶Poſtea
vero phs tex.cō 13.dicit ꝙ ſi eēt motus ad motum ſe
queretur proceſſus in infinitum:Nam ait ſi ordinen
tur hoc modo generationes et mutationes ꝙ muta
tio ſit mutationis et generatio generationis:ſequit
ꝙ quando fuerit vltima mutatio erit ⁊ prīa quod ſic
probatur quia ſit quod ſimplr generatur ignis ſi ge
neratio illius generatur ipſa fiebat et du fiebat ſic-
dum erat illud qō gñaſ ſimpliciter ſcilicet ignis:et
eadem rōne non erat gñatio cū gñabaſ:ergo alia
generatio erat poſtꝙ non eſt iſta:ſi tñ procedatur in
infinitū in generationibus non eſt accipere prima:
q: in infinitis non eſt primū ergo nec vltima:nec ꝯſi
ter ſe hñs:ergo impoſſibile eſt aliquid moueri vel
mutari.¶Poſtea ponit tertiā rōnem tex.cō.14 ad
idē dicēdo eidē motui ꝯtrariaſ et mot⁹ ⁊ quies ſicut
aſcēſioni deſcēſus ⁊ qēs in loco inferiori ſ; gñatio et
corruptio ꝯtrariant et contraria nata ſunt fieri cir
ca idem:ergo ſi generatio generatur generatio po
teſt corrumpi igitur vel corrumpiſ cum eſt vel cum
non eſt:ſi dicatis cū non eſt falſum eſt ſi dicatis ꝙ cor
rumpitur cū eſt:ergo aliquid cū generatur corrum
pitur.¶Poſtea pōit quartam rōnem tex.cō 15.di
cens in omni generatione oportet eē aliquā materi
am q̄ ſubijciaſ et ex qua fiat illud qō generaſ:ſicut
in omni mutatiōe oportet eē aliquā materiā q̄ ſit cor
pus vel aīa corp⁹ quantū ad corporales alteratio-
nes et aīa quantū ad aīales ſi ergo generatio gene-
retur op;ꝙ ſit aliqua materia ipſius gñationis que
ſcilicet in ſpēm generationis tranſeat ſicut materia
ignis generati tranſit in ſpēm ignis ſed talē materi
am non eſt aſſignare:idē probat:q: oportet tūm mo-
tus eē fixū permanentē qualis non eſt motus.¶Po
nit quintā rōnem phs.Dicens ꝙ non eſt generatio-
nis gñatio ſicut nec gñatio doctrine ē doctrina imo
gñatio doctrine ē ſcientia.¶Poſt phs ponit ſextā
rōnē tex.cō.17 in quo dicit ꝙ cū tm̄ ſint tres ſpecies
mot⁹ ſequiſ ꝙ oporteret dicere vnā illaꝝ eē ſubiec-
tū alteri⁹ aut ſuimet qō ē falſum.Poſtea dicit ꝙ cō-
tingit motu; mutari de per accñs vt ſi cū ſanaſ cur-
rat ibi ſanatio currit de per accñs.

Textus.

Quoniam aūt neq; ſubſtan
tie:neq; ad aliqd:neq; ipſius facere T.cō.18.
aut pati:relinquiſ ſecūdū quale aut
quātū ⁊ vbi motū eē ſolū:in vno quoq;
enim horū eſt contrarietas.Motus
qdē igiſ ſm quale:alteratio ſit:huic
eī alludit cōe nomē dico aūt qle non ī ſubā.et naq;
differentia qle eſt:ſ; qō paſſiuū ſm ꝙ diciſ pati:aut
īpaſſibile eē.Qui vero ſm quātū:ſm cōe qdē inno-
minat⁹ eſt:ſ; ſm vtrūq; aut augmentū:tur decremē
tū Quiqdē eſt in ꝑfectā magnitudinē augmentū ē:
Qui vero ex hac decrementū.Qui aūt eſt ſm locū
et ſm ꝓpriū et cōe in nominat⁹ ē.Sit aūt latio voca
ta:qō cōe ē.Quāuis dicanſ ferri hec ſola ꝓprie:cū
non in ſeipſis ſit ſtare mutantib⁹ locū.Et queccūq; nō
ipſa ſeipſa mouent ſm locū.¶Que autē eſt in eadē
ſpecie mutatio in magis et min⁹ alteratio eſt:aut.n. T.cō.19.
ex contrario:aut in contrariū mot⁹ ē:aut ſimplr:aut
ſic.In min⁹ qdē eī vadens in contrariū diceſ mu-
tare.In magis aūt tanꝙ ex ꝯrio in ipm.Differt eīn
nihil ſic mutare aut ſimplr:niſi ꝙ ſic indigebit con-
traria eē.Magis aūt et min⁹ eſt quo pl⁹ aut minus
cōtrarij inſunt:aut non.Quot qdē igitur hi tres ſo
li mot⁹ ſunt ex his manifeſtū eſt.Immobile aūt ē qō
oīo īpoſſibile eſt moueri:ſicut ſon⁹ inuiſibilis:⁊ quod
multo tpe vix mouetur:aut qō tarde incipit:qō dici
tur grauiter mobile.et qō aptū natū eſt moueri et
poſſibile.non moueſ aūt tūc cū aptū natū eſt:et vbi
et ſic quod quidē quieſcere voco imobiliū ſolū.Con
trariū eīn quies motui eſt.Quare priuatio erit ſuſ
ceptiui.¶Quid qdem igiſ eſt mot⁹:et quid qes:⁊
quot mutationes et qles mot⁹:manifeſtū ex dictis. T.cō.21.

Concludit phs ꝙ in trib⁹ gene-
rib⁹ aſſignatis ſolū eſt mot⁹.ſ.qlitate quanti-
tate et vbi:q: in illis tm̄ eſt cōtrarietas ⁊ ſta
tim oſtēdit ꝙ mot⁹ ſm qle nō eēntiale ſic eſt dr̄a ꝑdi
camēti ſubē ſ; quale paſſiuū qō eſt qlitas de.3.ſpē eſt
alteratio et ē mot⁹ ſucceſſiu⁹ ⁊ ſtati dicit ꝙ motu ſm
qtū qō n̄ h; cōe nomē:ſ; ꝑ hoc diſiūctū circūloqmur
augmētatio.ł.diminutio.Poſt dicit ꝙ mot⁹ ī vbi cōi
noīe caret ſ; vocaſ latio qūis ꝓprie ferri dicanſ ea
q̄ violēt trahunſ.ſ; ſoluit vnā dubitatiōē.tex.c.19.
Dicēs cū ex min⁹ albo fit mag⁹ albū ad quā ſpē mot⁹
reduceretſ:⁊ dicit ꝙ ad alťatiōnē.q: min⁹ albū ꝯriū ē
quodāmō magis albo:⁊ dicit phs min⁹.n.vł magis
dr̄ tale qñ pl⁹ aut min⁹ ꝯtrarij ieſt ī qb⁹ v̓bis vř fauē
ri opinioni ſimplicij de ītēſiōe ſ; glabis hec vt nos in
noſtro tractatu calculationū de ꝯtrario ꝑuatiuo qō
ē nō gd⁹.Poſt v̓o phs ī illa pte imobile aūt ē dicit ꝙ
imobile pōt capi trib⁹ modis.Prīo mō ꝑ illo qō nō
ē aptū natū moueri talis ē de⁹:ſic ſon⁹ dicitur inuiſi
bilis Scōo mō dr̄ imobile ꝙ vix aut tarde pōt īcipe
moueri vt claud⁹ vł magnū ſaxū.Tertio mō dr̄ imo
bile qō natū ē moueri et pōt de facili moueri non tñ
moueſ qñ natū eſt moueri et hoc dr̄ ꝓprie qeſcere.

Poſt hec aūt dicam⁹ qd ē ſi
mul ⁊ extraneū qd ē et qd ē tāgere ⁊
qd ē mediū ⁊ ꝯñter ⁊ qd habitū ⁊ qd
ꝯtinuū ⁊ ī qlz re vnūqōq; hoꝝ eē aptū
natū ſit¶Sił qdē igiſ dicunſ hec eē
ſm locū:qcūq; ī vno loco ſunt prīo:ſe- T.cō.22.
parati aūt qcūq; ſunt ī altero.Tāgere aūt quoꝝ vlti
ma ſił.Mediū vero ī qō aptū natū ē primū ꝑtīgere
mutās ꝙ in qō vltimū mutat ſm nām ꝯtinue mutās;

in min⁹ aūt ē mediū in trib⁹: vltimū qdē.n. mutatio-
T.cō.23. nis ↄtrariū eſt. Cōtinue aūt mouet̄: qō nihil aut pau
ciſſimū deficit rei non tp̄is. Nihil eñ ꝓhibet deficiē
tē rei non tp̄is ⁊ ſtati aūt poſt hypatez ſonare vltimā
ſ; rei in quā mouet̄. hoc aūt et in his q̄ ſunt ſ̄m locū:
T.c.24. et in alijs mutationib⁹ manifeſtū ē. Cōtrariū aūt ſ̄m
locū ē ſ̄m rectitudinē diſtās plurimū. Minima aūt
T.c.25. finita. Metrū āt finitū ē. Cōſequēter āt ꝙ cū poſt
p̄mū ſolū ſit aut poſitiōe aut ſpē: aut aliquo ſic deter-
minatoꝝ: nullū mediū ē eoꝝ q̄ ſunt ī eodē gn̄e: ⁊ cui⁹
ↄſ̄ter eſt. Dico aūt vt linea linee: ſ̄m ꝙ ſunt linee: aut
vnitati vnitas: ſ̄m ꝙ ſunt vnitates: aut dom⁹ domus.
Aliō āt nihil ꝓhibet eē mediū: ↄſ̄ter.n. alicui ↄſ̄ter
ac poſteri⁹ aliquid. Non.n. vnū ↄſ̄ter eſt duob⁹: neq;
noua luna ſecunde ↄſ̄ter: ſ; hec illis. Habitū aūt
T.cō.26 ē qō ↄſ̄ter ē: cū tangat. Qm̄ aūt oīs mutatio ī oppoſi
tis eſt: oppoſita aūt ↄtraria: et q̄ ſ̄m ↄtradictionē ſūt
contradictionis aūt nihil mediū manifeſtū eſt ꝙ ī cō
trarijs erit mediū. Cōtinuū aūt eſt qō quidē habituz
aliquid. Dico aūt eē cōtinuū cū idē fiat et vn⁹ vtriuſ
q; t̄ms eoꝝ q̄ tangunt̄: ⁊ ſic ſigt̄ nomē continui. Hoc
T.cō.27. aūt eſſe nō p̄ōt: cū duo ſint vltima. Sed hoc determi
nato manifeſtū eſt ꝙ in his eſt cōtinuū: ex quib⁹ vnū
aliquod aptū natū eſt fieri ſ̄m cōtactū. Et ſicut aliqñ
fit cōtinuū vnū: ſic et totū erit vnū: vt aut penetratio
ne aut ↄclauatione: aut colla: aut tactu: aūt adnaſcē
T.cō.28 tia. Manifeſtū aūt et qō p̄mū ↄſ̄ter. Contactū
quidē eñ eſt neceſſe ↄſ̄ter eſſe. Qō ↄſ̄ter aūt non eē
tangere: vñ in p̄orib⁹ rōne ↄſ̄ter ē: vt in numeris.
Tact⁹ aūt nō eſt. Et ſi quidē cōtinuū ēt neceſſe: eſt tā
gere. Si vero tangit: nōdū cōtinuū ē. Nō.n. neceſſe
eſt vnū eē ipſoꝝ vltima ſi ſimul ſunt: ſed ſi vnū ſunt ne
ceſſe eſt et ſi᷑. Quare inſert⁹ vltimus eſt ſ̄m genera
tionē: neceſſe eſt.n. tāgere: ſi adnata erūt vltima. Cō
tacta aūt non oīa adnata ſunt. In quib⁹ aūt nō eſt ta
T.cō.29 ctus: manifeſtū eſt ꝙ nō ē ↄſertus in his. Quare ſi
eſt vnitas et punctū qualia dicūt ſeparata. Nō poſſi-
bile ē vnitatē et punctū idē. His quidē ineſt tāgere
vnitatib⁹ aūt ↄſ̄ter. Et hoꝝ quidem cōtingit eē me-
T.cō.30. diū. Oīs eñ linea mediuz punctoꝝ eſt. Haꝝ aūt nō
eſt neceſſe. Nullū eñ mediū ē dualitatis et vnitatis.
Quot quidem igit̄ eſt ſimul et extra. Et quid tange
re: et q̄d medium: ⁊ quid ↄſ̄ter: ⁊ quid habitū: ⁊ q̄d
continuū: ⁊ in quel; vnūquodq; eoꝝ ineſt: dictum ē.

Ph̄s impreſentiarū declarat de
ſcriptiones quorūdam vocabuloꝝ quaſi per
ābula q̄dā p̄mittēs ad declarationē mēō vni
tate ⁊ ↄrietate mot⁹ ⁊ ꝓpōit q̄ vocabula vult d̄clara
re q̄d ē ſi᷑: qō eſt tactū qō ē tāgere: q̄d ē mediū: et cō
ſequenter: et quid habitū: et quid continuū: et ī q̄b⁹
hec nata ſunt eē. Si᷑ igitur dicunt̄ ea que in eodem
ſunt loco primo.i. ꝓprio et nō cōmuni. Separatim
aūt quecūq; ſunt in altero loco. tangere vero dicunt̄
quoꝝ ſunt vltīa ſimul. Jam vero declarat q̄d ē medi-
um dicēs mediū eſt in qō p̄mum natum eſt ꝑ tingere
mutans ꝙ̄ ꝑ veniat ad vltimū et dicit ꝙ mediū nūꝙ̄
ſtat ad minimū niſi ī trib⁹ vi; duob⁹ extremis ⁊ me-
dio et dicit ꝙ vltimū mutationis eſt ↄtrariū: q2 mot⁹
ē de ↄrio ī ↄtrariū. Licet ī hac p̄te dubitare vtrū
poſſibilis ſit tranſitus de extremo ad extremū quin
ꝑ mediū. Pro hui⁹ queſtionis elucidatione noto ꝙ
medium capit̄ multipl̄r quodā ē mediū ſubi. Aliud
eſt mediū forme: mediū ſubi eſt mediuz qō dicit̄ per
ab negationē ⁊ hoc dicim⁹ eē mediū ſubi inter priua
tiua.ſ. cecū et videns. Nā lapis nec eſt cecus nec vi-
dens. Aliud eſt mediū forme: et eſt forma quedā me
dia inter formas extremas ſicut ſi dicerem⁹ fuſcum
eē mediū inter albū et nigrū et ↄtēperatū eē medium
inter exceſſiue calidū et exceſſiue frigidū. Iteruz
eſt alia diſtinctio de medio mot⁹ et medio forme: ꝙ
mediū motus eſt forma diminuta ꝑ quā deuenit̄ ad
ꝑfectā. Mediū vero forme iam dictum eſt. Dico er
go ꝙ ſi loquamur de extremis queꝝ eſt mediū mot⁹
impoſſibile: eſt ō extremo ad extremū ire quin per
mediū mot⁹ eam⁹. S; placet in preſentiaꝝ q̄ſdas
egregias inſtantias noſtras collocare q̄bus videm⁹
ꝙ ſit poſſibilis trāſitus de extremo ad extremū quin
ꝑ mediū. Prīo quidē ph̄s prīo poſte Bryſonis q̄dra Inſtātia i
tura explicans dicit ꝙ iſte mod⁹ arguendi vel qua-
drandi circulū Bryſonis nihil valet: ē dare q̄dratuz
mai⁹ circulo et ē dare quadratū min⁹ circulo: ḡ eſt
dare quadratū equale circulo. Secūda inſtantia ē Inſtan. 2
talis q̄ ponit̄ a mathematicis in geometria ſuppone
do ꝙ angulus ſemicirculi eſt omniū acutoꝝ ampliſ-
ſimus: quare omnib⁹ acutis ē maior fingam⁹ igitur
quendā circulū intra quē ſtatuam⁹ vnā diametrum:
et fingam⁹ vnā lineam q̄ cū diametro ea p̄te qua con
tangit circulū faciat angulū acutū: et illa linea mo-
ueat̄ taliter donec egrediat̄ circulū et tangat circu
lum ex p̄te exteriori in ea p̄te vbi eſt diameter tāge
ns circulū et ſequit̄ ꝙ illa linea cauſat cū illa diame-
tro angulū rectū qui eſt maior angulo ſemi circuli ꝑ
angulū cōtingentie et ecce ibi ē tranſitus de angulo
acuto ad angulum rectū.i. de minori ꝙ̄ ſit angul⁹ ſe-
mi circuli ad maiorē ꝙ̄ ſit angul⁹ ſemi circuli ⁊ tñ nō
tranſit̄ ꝑ angulū ſemi circuli ḡ tranſit̄ de minori ad
mai⁹ et nō ꝑ mediū. Tertia inſtantia fingam⁹: an- Inſtan. 3.
gulū minoris portionis qui ſit cauſat⁹ a quadā cor-
da ex p̄te quadam dextra cuiuſdā circuli qui quidē
tranſeat in angulū maioris portionis ꝑ motū corde
ad leua: iſte angul⁹ tranſit de angulo minori ꝙ̄ ſit re-
ct⁹. Nam angul⁹ minoris portionis eſt minor ꝙ̄ an-
gul⁹ rect⁹ per angulū cōtingentie: ad angulum ma
ioris portionis qui ē maior ꝙ̄ angul⁹ rect⁹ ꝑ angulū
cōtingentie et tñ nō tranſit ꝑ angulū rectū. Quar Inſtā. 4.
ta inſtantia ē in numeris q̄dratis in quib⁹ dī ꝙ in-
ter numeros quadratos eſt dare ꝓportionē maiorē
dupla vt ē in ꝓportione.16.ad 4. et eſt dare minorē
dupla vt eſt videre in ꝓportione 16.ad.9. nō tñ ē da
re inter numeros quadratos aliquā duplā: qō ita ꝓ-
bat̄ inter oēs numeros quadratos ē dare numerum
medium proportionabil̄r geometrice ſ; iter extre-
ma duple non eſt dare numerum mediū ꝓportiona-
bil̄r geometrice ergo iter q̄dratos nunꝙ̄ ē dupla ali
as vt deduxim ꝓportionib⁹ medietas duple eēt ꝓ-
portio rationalis. Quinta inſtantia eſt dn̄i Gre- Inſtā. 5:
go. 17. d. primi ſen. q. 5. vbi dicit ſignato quodā ac-
tu meritorio augmentis gratie ꝑ vnū gradū ꝙ non
val; iſta ↄn̄a dat̄ aliquis act⁹ magis demeritori⁹ ꝙ̄
ille act⁹ qui vocet̄.a. ē meritori⁹.ſ. peccatū mortale
qō demereret̄ toti⁹ gr̄e dependicionē: et dat̄ aliq̄s ac-
t⁹ min⁹ demeritori⁹ ꝙ̄ act⁹.a. eſt meritori⁹.ſ. peccatū
veniale ergo dabit̄ aliq̄s actus eque demeritorius
ſicut act⁹.a. eſt meritor⁹ ↄn̄a ē negāda: q2 ſi aliq̄s ac-
t⁹ demereret̄ ſoli⁹ vni⁹ gradus gr̄e: ablationē cū ibi
eēnt plr̄es grad⁹ gr̄e ſeq̄ret̄ cū peccō mortali ſtat̄ gr̄ā
qō ē ipoſ᷑e. Sexta iſtātia ē videm⁹ fieri aliquā cliq̄ Inſtan. 6
tionē ſine eo ꝙ fiat calefactio: vt videre ē ī niuib⁹ q̄n
d̄gelant̄ prīo ſ̄eq̄ q̄dē quādā.anti. fiūt frigidiores ꝙ̄
antea et tñ eliquant̄ qō ēt videre eſt ī fulmine deſtru
enti q̄ ſunt fortiora et tñ q̄ ſunt debiliora relinq̄nti il

leſa vt videre eſt de enſe ⁊ vagina. Qđ ēt ꝯfirmaẗ in tranſitu quē faciūt medici đ cōplexione flegmatica ad ſanguineā in quo q̄dē tranſitu nunq̄ tranſiẗ ꝑ tem patā ꝗ fit trāſit⁹ đ extrēo ad extremū quin ꝑ mediū quod autem ita ſit patet: q2 ſi neceſſario fieret tranſitus ꝑ complexionem temperataꝫ ſeq̄reẗ: ꝙ quando aliqua cōplexio valde colerica depꝛauareẗ quod ē in tempoꝛe ꝑ augmaſtice etatis quo tranſit ad complexionē frigidā et ſiccā deberet in medio tranſitus illa cōplexio ꝑfici: quia fieret tēperata qđ ē falſum.

¶ Poſtea vero philoſophus tex.c. 25. dicit ꝙ motus continuitas impediẗ ex interpollatione tēpoꝛis. Naꝫ aliquis motus deſinit eē continu⁹ propterea ꝙ fit tempoꝛis interruptio et quies intermedia: non autem propterea impediẗ motus continuitas q2 ſit intercapedo ſpatij vt videre eſt in tranſitu lapidum diſcōtinuatoꝝ: vbi ſit motus continu⁹ quamuis ſit intercapedo ſpatij: ⁊ in pulſationē choꝛdarū vbi ſonante choꝛda pꝛima grauiq̄ ē hipateſis: ſi quis pulſet poſt illaꝫ choꝛdā vltimam que ē acuta et ē vnus motus continu⁹ quamuis ſit intercapedo ſpatij: ꝙuis non ſit vnus ſonus: et dicit hanc continuitatem tempoꝛis eē neceſſariam ad vnitatē mot⁹ nō ſolum localis ſed alioꝝ: ⁊ vult declarare quomodo in motu locali itur de contrario loco in contrariū locum: hec autem locoꝝ cōtrarietas maxime accipiẗ ſm lineam rectam. Nam maxime diſtantia non dicūtur que diſtant ꝑ magnū arcum: ſed que per maximam lineam rectam. Menſura enī debet eſſe minima que non eſt accipienda ꝑ curuū ſed ꝑ rectū.

¶ Poſtea vero philoſophus tex.c. 25. dicit ꝙ due conditiones requiruntẗ ad hoc ꝙ aliquid ſit conſequenter: pꝛima ꝙ ſit poſt pꝛimum poſitione vt in quantitate continua q̄ eſt in loco: aut ſpecie vt in numeris: aut aliquo ſic determinatoꝛum vt in dignitate: vel virtute vel cognitione. Quare ꝑꝑ hoc noua luna nō ē ꝯſter ſecūde lune. Scđa ꝯditio ad hoc ꝙ aliq̄ ſint ꝯſter req̄riẗꝙ inter vnū ⁊ aliud nihil mediet eiuſdē gn̄is: q̄re ꝙuis inter vnā domū et aliaꝫ mediet vnus homo non deſinunt ſe habere conſequenter. Quare punta nō ſe habēt conſequenter quia inter vnum et aliud mediat aliquid eiuſdē rationis quia inter puntum et puntū mediat aliquid.

¶ Poſtea vero philoſoph⁹. tex.cō. 26. dicit ꝙ habitum pꝛeſupponit conſeq̄nter: et ꝙ tāgat: itaq̄ nullū ſit mediū. Poſtea vero pħs dicit ꝙ ſolum habent medium ea que ſunt contraria: ⁊ ꝙ in contradictoꝛijs nullū eſt medium. Poſtea vero dat differentiā inter continū et habitū dicēs oē cōtinuū eſſe habitum: ſed non econuerſo: vt videre eſt in contiguis quoꝝ vltima ſolū ſunt ſimul ī quib⁹ quidem eſt ōdem habitum ſed non continuitas.

¶ Poſtea vero philoſoph⁹ tex.cō. 28. declarat quomodo ſe habeant iſta, conſequenter habitum continuū: que dicit habere ſe ſicut ſuperius et inferi⁹. Nam ait numeri ſunt pꝛioꝛes quātitatib⁹ continuis cū ſint ſimplicioꝛes: et tn̄ in eis eſt conſequenter et non eſt contractus nec continuitas dicit ꝙ quando inſertus vltimus ideſt cōtinuatio vltima fit ſm generationeꝫ: neceſſe eſt tangere: ſi ad nata erunt vltima ideſt ſi terminantur ad vnum: nō autem omnia que ſe tangunt ſunt ad nata ideſt ſimilis nature: ſed in quibus non eſt tactus non eſt conſertus ideſt continuatio.

¶ Dicit pꝛeterea ꝙ et ſi ponaẗ mathematica ſeparata ſm eſſe ad huc dicitur punctus et vnitas: ꝙ in vnitatibus eſt conſequenter non continuitas et poſſunt eſſe ſine medio ſed in puntis ſemper eſt mediuꝫ quod eſt linea: ad huc punta poſſunt ſe tangere in diuerſis lineis: nunquam tamen vnitates poſſunt ſe tangere.

VNus autez motus dicitur multipliciter: vnum quidem enī multipliciter dicimus. Genere quidem igitur vnus eſt ſm figuras pꝛedicamenti. Loci mutatio quidem eniꝫ omni loci mutationi genere vna eſt. Alteratio aūt a loci mutatione altera genere ē. Specie autem vnus eſt: cū genere vnus et indiuidua ſpecie ſit vt coloꝛis quidem ſunt dſie iam igitur aliud ſpecie denigratio et dealbatio. Omnis autem dealbatio omni dealbationi idem ſecundum ſpeciē erit; et omnis denigratio denigrationi. Albedini autem non āplius: vnde ſpecie vna dealbatio albationi omni. Si autem ſunt quedam que et genera ſimul et ſpecies ſunt: manifeſtum eſt ꝙ vt ſpecie vnum erit: ſimpliciter vnus ſpecie non: vt doctrinatio: ſed ſciētia quidem ſpecies exiſtimationis: genus autem ſcientiam aliarum. ¶ Dubitabit autem aliquis: ſi ſpecie vnus motus ſit cū ex eodem idem in idem mutetur: vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum et iterum. Si autem hoc eſt; erit circulatio rectitudini eadem: et volutatio ambulationi. ¶ Aūt determinatum eſt id in quo eſt ſi alterum eſt ſpecie: quoniam alter motus eſt. Circulare autem a recto alterum ſpecie eſt. Genere quidem igitur et ſpecie motus vnus ſic eſt. Simpliciter autem vnus motus eſt; qui ſubſtantia quideꝫ vnus et numero eſt. Quis autem huiuſmodi ſit manifeſtum eſt diuidentibus. Tria enim ſunt ſm numeꝝ: circa que dicimus motū vnum: quod: et in quo; et quando. Dico autem quod quoniam neceſſe eſt aliquid eſſe quod mouetur: vt hominem aut aurum. Et in aliquo hoc moueri; vt in loco aut in paſſione. Et quando. In tempoꝛe eniꝫ omne mouetur. ¶ Hoꝛum autem trium genere quideꝫ aut ſpecie eſſe vnum eſt in re in qua mouetur. Habitum autem erat in tempoꝛe. Simpliciter auteꝫ vnū in omnibus his eſt. Et nanq̄ in quo eſt vnuꝫ: opoꝛtet eſſe et indiuiſibile vt ſpeciem. Et ipſum quando vnū tempus et non deficiens. Et quod mouetur vnuꝫ eſſe non ſecundum accidens vt album nigruꝫ fieri: et coryſcum ambulare: vnum autem eſt coꝛyſcus et albū: ſed ſecundum accidens. Neq̄ commune. Eſſet enim duos homines ſimul ſanari ſecundum eandem ſanitatem: vt opthalmie: ſed non vnus hic eſt: ſed ſpecie vnus eſt. ¶ Socratem autem ſecundum alteratione eandem alterari ſpecie in alio autem tempoꝛe: ⁊ iterum in alio: ſi quidē contingit coꝛruptum iterum vnum fieri numero: erit et hic vnus: ſi vero non: ideꝫ quidem ſecundnm ſpeciem vnus autem numero nō. ¶ Habet autem dubitationem huic ſimilem et vtrū vna ſanitas et omnino habitus et paſſiones ſubſtantie ſint in coꝛpoꝛibus. Moueri nanq̄ vident habētia et fluentia. Si igitur eadem et vna que diluculo et nunc ſanitas; quare non et cū deficiens accipiat iterum ſanitatem. Et hecet illa vno numero erit. ¶ Eadem enim ratio eſt: niſi ꝙ in tantum differunt. Quia ſi quidem duo idem: ſicut numero vnus et habitus eſſe neceſſe eſt; vnus enim numero actus vnius

T.cō.31. T.cō.32. T.cō.33. T.c.34. T.cō.35. T.c.36. T.cō.37. T.cō.38.

numero:ſi vero habitus vnus eſt:foꝛtaſſis non alicui videbitur vnus et actus eſſe. Cum eniȝ pauſet ambulans:non amplius eſt hec ambulatio. Iterum autem ambulante erit. ſi igitur vnus et idem eſt: contingit vnum et idem coꝛrumpi:et eſſe multotiens. De quidem igitur ſunt dubitationes extra quenunc eſt intentionem.

**Habit Ariſtoteles impꝛeſentiarū** de vnitate motus ꝑmittens ad ſciendū q̄ conditiones req̄rantur ad vnitatē motus ꝙ vnū poteſt dici multipliciter genere: ſpecie: et numero: dicit̄ enī vnus motus genere:q̄ eſt in eodē genere ꝑdicamentali: quare oēs motus locales genere conueniunt:ſȝ motus localis et motus alterationis differunt genere. ¶ Sȝ motus dicit̄ vnꝰ ſpecie quando non ſolū genere aut ſpecie ſubalterna cōueniunt: ſȝ ſpecie ſpecialiſſima vt albationes denigrationes:ſȝ albatio et defuſcatio nō ſunt vnū ſpecie ſicut nec doctrinatio ad vnā ſcientiā:⁊ doctrinatio ad aliā ſicut ſcientia ē genꝰ aliaꝝ ſcientiaꝝ et ſpecies exiſtimationis. ¶ Dubitat phs tex.cō.32. vtrū ſpecie ſit vnus motꝰ ſi tendat ex eodē in idē dūmodo vnꝰ tendat ꝑ lineā rectā alius vero ꝑ circularē et dicendū ꝙ non eſt vnus motꝰ ſpecie:q2 req̄ritur vias illas non differre ſpecie. ¶ Deinde phs tex.cō.34. dicit quomodo cognoſcemꝰ aliquē motū eſſe vnū numero. ¶ Ad quod dicit ꝙ req̄rūtur tres cōditiones. Pꝛīa ē vnitas mobilis. Secūda vnitas termini ad quē vltimati. Tertia continuitas tēpoꝛis ſine aliq̄ interpollatione. Dicit ꝑterea ꝙ nō ſatis ē vnitas mobilis ō ꝑ accidēs vt albū nigrū fieri et coꝛiſcū ambulare:vnū aūt coꝛiſcꝰ et albū ſed hoc ē ſꝫ accidens:nec ſufficit ad vnitateȝ numeralē motꝰ vnitas in coī quo ad ſpeciē mobilis ⁊ termini ad quē. Nam certū ē ꝙ ſi duo homines egrotent obtalmia que eſt paſſio oculi et ambo ſanent̄:ſanatio vna et altera nō ſunt vnū numero et tn̄ habent quo ad ſpeciē ſpecialiſſimā ſimilia ſubiecta:et ſimiles terminos ad quē quo ad ſpeciē. ¶ Dicit vltra tex cō.36. ꝙ cōtingit eūdē hoīeȝ bis ſanari ex ſimili moꝛbo. Vtꝝ illa ſanatio ſit idē motꝰ numero. ¶ Dicēdū ꝙ ſi eadem numero ſanitas acq̄ratur erit eadem ſanatio numero: ſi vero alia ſanitas acquiratur erit ſanatio ſimilis in ſpecie.

¶ **Deinde philoſophus textu.cōmēti.37.** mouet quamdā aliā dubitationē et ē talis ſi aliq̄s continue ꝑſeueret in ſanitate vel in quocūq3 alio accidente vtꝝ vna ſanitas poſſit eē in coꝛpoꝛibꝰ: et videt̄ ꝙ nō ſit vna ſanitas diluculo ⁊ ſero:q2 ſemꝑ illa ſanitas variat̄:et ē cōtinue alia et alia: hanc aūt dubitationē Ariſto. non ſoluit: q2 remitit eam ad. 4. metha. et q2 fundat̄ ſuꝑ falſo fundamento ꝙ oīa ſunt i cōtinuo motu que ē opinio Eracliti, quā impꝛobat phs. 4. metha. ¶ Deinde phs tex.c.38. determinat veritatē circa illud qδ ſupꝛa dixeratꝰ ꝙ ſi eadē numero qualitas acq̄rat̄ ꝑ alterationē erit idē motus alterationis ſi vero nō ſit eadē qualitas nō erit idē motus io dicit phs ꝙ non ideo motus ē vnꝰ:q2 terminus ē vnus vt ſi aliq̄s āmbulando pauſet acquirit vnū terminū:et tn̄ nō ē vna ambulatio:ſi ergo dicat̄ ꝙ ſit vna et eadē ambulatio cōtingit:ꝙ vnuȝ et idē ſit ⁊ coꝛrūpat̄ multotiens qδ eſt poſſibile, ſic igit̄ et ſi cōtingeret:ꝙ eadē ſanatio. Ex quo videt̄ Ariſ. cōuincere: ꝙ nō capit̄ vnitas motꝰ ex ſola vnitate termini ad quē. ¶ Poſtea phs dicit ꝙ iſte dubitationes ſunt extra ꝓpoſitum ideo pꝛetermittit eas.



**Quoniam aūt continuꝰ eſt** oīs motus ſimpl'r quidem vnū neceſſe eſt cōtinuū eē:ſi quidē oīs diuiſibilis eſt:⁊ ſi cōtinuꝰ vnus. Non enī oīs fiet cōtinuꝰ omni:ſicut neq3 aliud nullum cōtingenti contingens:ſȝ quoꝝ vnum ſunt extrema:vltima aūt alioꝝ nō ſunt quidē: alioꝛū aūt ſunt:ſȝ ſpecie differentia ⁊ equiuoca ſunt. Quomodo aūt tanget:aut vnū fiet vltimū linee ⁊ ambulationis. ¶ Habiti quidē igit̄ ſūt ⁊ qui neq3 idē ſpecie neq3 idē genere ſunt. Currens enī aliquis ſtatim febꝛicitabit:⁊ vt lampas ex diffuſione loci mutatio eſt habita. Continua aūt non. Ponit̄ enī cōtinuū quoꝛuȝ vltima vnū ſunt. Quare habiti ⁊ cōſequenter ſunt: quo tēpus continuū eſt. Cōtinuū aūt ē quo motꝰ. Hoc aūt eſt cū vnū vltimū fiat ambobꝰ. ¶ Vn̄ neceſſe ē eūdē ſecudū ſpeciem eē ⁊ vniꝰ:⁊ in vno tempoꝛe ſimpl'r cōtinuū motū ⁊ vnū. Tēpoꝛe quidē vt nō imobilitas inter ſit. In deficienti enī quieſcere neceſſe ē. Multi igit̄ ⁊ nō vnus motꝰ ē: quoꝝ quies i medio ē. Quare ſi aliquis motus ſtatu occupet̄:neq3 vnus eſt:neq3 cōtinuus. Intercipit̄ aūt:ſi in medio tempꝰ ē. Qui aūt ſpecie non vnit̄: non vnus motꝰ eſt:et ſi non deficiat tēpus. Tēpus quidē enī vnū eſt ſpecie aūt alius vnuȝ quidē enī neceſſe ē:ſpecie vnū eſſe. Nunc aūt ſimpl'r vnū eē nō eſt neceſſe. Quis igit̄ motus quidē ſimpl'r vnꝰ:dictum eſt. ¶ Ampliꝰ aūt dicit̄ vnꝰ ⁊ ꝑfectꝰ: ſiue ſecundū genus ſiue ſecūdū ſpeciē:ſiue ſecūdū ſubſtātiam ſit:ſicut et in aliis ꝑfectū et totum vniꝰ eſt. Eſt aūt aliquādo et ſi iꝑfectꝰ ſit vnum dicit̄:ſi ſolū ſit cōtinuꝰ. ¶ Ampliꝰ aūt aliter pꝛeter pꝛedictos dicitur motus vnꝰ regularis:irregularis enī non videt̄ vnꝰ: ſed magis regularis ſicut rectus. Irregularis enī diuiſibilis eſt:videtur autem differre:ſicut magis et minus. Eſt autem et in omni motu quod regulariter eſt aut non:et nanq3 alterabitur regulariter:et fertur in regulari vt circulo aut rectitudine: et circa augmentum ſimiliter et decrementum. ¶ Irregularitatis autem differentia eſt aliquādo quidem i quo mouetur. Impoſſibile enim eſt regularem eſſe motū non in regulari magnitudine:vt flexi motꝰ aut obliqui aut alius. magnitudines quarum non conuenit contingens in contingentem partem. Aliquando autem neq3 i vbi neq3 in qn̄:neq3 in qδ ſȝ in eo quod vt velocitate enim et tarditate aliquando determinatur. Cuius quidem enim velocitas eſt eadem: regularis eſt. ¶ Cuius autem: non irregalaris eſt. Vnde neq3 ſpēs motꝰ neq3 differētie ſunt velocitas et tarditas: q2 omnes ſequnt̄ differentes ſecundū ſpēm. Quare neq3 leuitas neq3 grauitas que in idē eſt:vt terre ad ipſam:aut ignis ad ipſum. Vnꝰ quidem igit̄ irregularis eſt:quo eſt continuꝰ. Minus aūt quod quidē reflexiuo accidit motui. Quod aūt minus:et cōmixtio ſemper contrarii. Si aūt omne vnum contingit et regularem eē:et non:non erūt q̄ non ſm̄ ſpēm habiti ipſi. Vnꝰ et continuus. Quomodo enī erit regularis ex alteratione compoſitꝰ et loci mutatiōe. Indiget enī conuenire.

T.cō.39.
T.cō.40
T.c.41.
T.cō.42
T.c.43.
T.c.44
T.c.45

**Philoſophꝰ poſtꝙ declarauit,** ꝙ ad vnitatem motus requirātur tria ſcilicet vnitas tempis:et vnitas rei in qua ē motus et vnitas ſubiecti, intendit hoc mō ꝓbare. notādū ꝙ vnū dicat̄ multipliciter. vno mō ſicut aliquod indiuiſibile eſt vnū:alio mō ſicut continuū ē vnū:⁊ dicit ꝙ motꝰ non pōt dici vnꝰ vnitate indiuiſibilitatis

ſʒ ſolū eſt vnꝰ vnitate cōtinuitatis: quare īfert ꝙ hec ꝯña eſt bona hoc eſt continuū: ergo eſt vnū: q̄re infertur ad continuationē motꝰ requiri tria: quoꝝ primū eſt vnitas ſpēi non eñ omnis motꝰ pōt cōtinuari omni motui ſʒ ſolū illa poſſunt continuari quoꝝ vltīa cōtingit eſſe vnū: quare nec forme: et in diuiſibilia oīa poſſunt continuari: q꜡ non habent vltīa: quorūdā vero ſunt aliqua vltima que ſunt diuiſibilia: ꝛ quantitatē hñtia que ſunt equoca id eſt non cōuenientia ī nomine et ratione: et illa non poſſunt continuari: non eñ pōt dici ꝙ linea: et ambulatio cōtinuenť: ex quo pꝫ ꝙ ea q̄ ſunt diuerſorū generū vł ſpecieꝝ non poſſunt continuari: ꝛ per ꝯñs febricitatio nō continuabiť curſui, et ſi conſequenter ſe hēat in diffuſione lāpadis de manu in manū ſunt eñ ibi diuerſi motꝰ nō cōtinui: vel pōt intelligi ꝙ motū localē liquoris quo flamma ſubſtentať conſequiť motus localis flāme q̄ nomīe lāpadis: ſignificať poſſunt ergo motus diuerſaꝝ ſpecierū eē habiti: ſed nō continui: quare ad motum eē continuū reqriť vnitas ſpēi ipſiuſmet motus: ſecūdo requiriť ꝙ ſit vniꝰ ſubiecti: tertio requiriť ꝙ ſit ſine interpolatine temporis.

¶ Poſtea philoſophus textu commenti. 42. ponit duos alios modos ſecundos ipſius vnitatis motus dicens: ꝙ motus diciť vnꝰ ſecūdū genus ſiue ſm ſpēm ſiue ſm ſubſtantiā ſicut q̄ eſt numero vnꝰ: vñ aliquando diciť vnū qđ eſt perfectū: aliqñ vero large diciť vnū qđ eſt continuū: ſiue perfectū: ſiue imperfectū. quare qñq꜡ capiť vnitas rei ſecūdū quantitatem: et diciť continuitas aliquando ſecundū formam ſubſtantialem: et ſic perfectum et totum dicitur vnū.

¶ Poſtea vero philoſophus textu commēti. 43. dat alium modū vnitatis motus dicēs ꝙ ille motꝰ ē vnꝰ q̄ ē regularis: nā irreglꝛaris vř hēre multiplicitatē per hoc ꝙ hʒ multas diſſimiles ptes ¶ Poſtea dicit ꝙ in omnibꝰ ſpeciebꝰ motus inueniť regularitas et irregularitas: et diſcurrit per motū alterationis: et per motū localē rectum et circularē et per motū augmenti et decrementi.

¶ Poſtea vero phs textu commēti 44. dicit ꝙ duplex accidit irregularitas. Pria ex parte ſpacīj per qđ mouetur vt ſi vna pars et altera cauſet angulū. Scđo mō eſt irregularitas p hoc ꝙ velocitas vno tpe ē maior ꝙ̄ alio. ¶ Infert phs duo correlaria. ¶ Primū ꝙ velocitas ꝛ tarditas nō ſunt ſpecies nec differentie motꝰ: q꜡ velocitate et tarditate terminať irregularitas q̄ ſequitur quaſlibʒ ſpecies motꝰ vt ſupradictum eſt: nulla aūt ſpēs vel dr̄ia cūſequitur omnem ſpēm ſui generis. ¶ Secūdum correlariū ꝙ velocitas et tarditas non ſunt idem ꝙ grauitas et leuitas q꜡ grauitas ꝛ leuitas feruntť ad loca determinata: nō aūt velocitas et tarditas.

¶ Poſtea vero phs textu commenti. 45. dicit ꝙ motus irregularis pōt dici vnꝰ ī quātum eſt cōtinuus. ſʒ minus dicitur vnꝰ quā regularis ſicut linea hñs angulū eſt minus vna ꝙ̄ linea recta. Nā reflexiuꝰ motꝰ non ꝓprie dř vnus: q꜡ videť aliquid cōmiſcere cū contrario: vñ minus tale dicitur ꝙ magis miſcetur ſuo contrario: Concludit phs ex dictis ꝙ motus diuerſarū ſpērū non poſſunt cōtinuari nec eē vnus motꝰ regularis nec irregularis eo ꝙ partes multū differant. Nā quis dicet ꝙ aggregatū ex alteratione et motu locali faciant vnū.

AMplius autē determinandū eſt: q̄lis motus cōtrariꝰ motui: et de manſione eodem mō. Sed primo determinandū eſt: vtꝝ cōtrariꝰ motꝰ ſit: q eſt ex eodē: ei q̄ eſt in idē: vt qui ē ex ſanitate ei qui ē in ſanitatē: vt generatio ꝛ corruptio videtur. Aut qui ē ex cōtrarijs: vt qui ē ex ſanitate ei qui ē ex egritudine. Aut qui ī contraria: vt qui ē in ſanitatē: ei qui ē ī egritudinē. Aut qui ē ex cōtrario: ei qui ē in contrariū: vt qui ē ex ſanitate: ei qui ē in egretudinē. Aut qui ē ex cōtrario ī ꝯtrariū: ei qui ē ex ꝯtrario in contrariū: vt qui ē ex ſanitate in egretudinē: ei qui ē ex egretudine in ſanitatē. Neceſſe eſt eñ aut vnū quēdā hoꝝ eſſe modorum aut plures: non enim eſt aliter contraponere. T.c.46.

¶ Eſt aūt qui quidē ex cōtrario: ei qui ē in cōtrariū nō contrariꝰ: vt qui ē ex ſanitate: ei qui eſt in egritudinē. Idem eñ et vnꝰ eſt. Eſſe quidē igiť non idē eſt ipſis: ſīc nō idē ē ex ſanitate mutare ꝛ ī egretudinē. T.c.47.

¶ Neq꜡ qui eſt ex cōtrario: ei qui ē ex cōtrario. Sł quidem eñ accidit mutari ex cōtrario in cōtrariuʒ aut in mediū. Sʒ de hoc quidē poſteriꝰ dicemꝰ. Sʒ magis in cōtrariū mutare videbiť vtiq꜡ cauſa eſſe contrarietatis ꝙ̄ ex contrario. Hic quidē eñ mutatio contrarietatis: ille vero acceptio. Et diciť auteʒ vnuſquiſq꜡ in qđ mutat magis: ꝙ̄ ex quo: vt ſanatio ī ſanitatē: ꝗ rō aūt ī egritudinē. Relinquiť aūt q̄ ē in ꝯria ꝛ q̄ ē ī ꝯria ex ꝯrijs fortaſſis quidē igiť accidit hoc q̄ in cōtraria ex ꝯtrarijs eſſe: ſʒ eē forſitā nō idē: Dico aūt qui in ſanitatē: ei qui ex egritudine: et qui ex ſanitate: ei qui in egritudinē. T.c.48.

Qm̄ aūt differt mutatio a motu: ex quodam eñ ſubiecto in quoddā ſubiectū mutatio eſt motꝰ: qui ē ex cōtrario in cōtrarium: ei qui ē ex contrario in cōtrariū motꝰ contrariꝰ eſt: vt qui ē ex ſanitatē egritudinē: ei qui eſt ex egritudinē in ſanitatē. T.c.49.

¶ Manifeſtū eſt aūt ex inductione q̄lia videtur cōtraria eē. Egrotari eñ ipſi ſanari: et ipſi adiſcere decipi non p ipſum. In cōtraria enim ſicut eñ in ſcientia eſt: ſic ꝛ in deceptione et p ipſum habere et p alium. Et ſurſum motꝰ: ei qui eſt deorſuʒ Contraria eñ hec ſunt io longitudinē. Et qui eſt ad dextrā: ei q̄ eſt ad ſiniſtrā. contraria eñ hec ſunt ī latitudine. Et q̄ eſt ante: ei qui eſt retro: cōtraria enim hec ſunt in latitudine. T.c.50.

¶ Qui aūt eſt in contrarium ſolum nō eſt motꝰ: ſʒ mutatio: vt fieri albū nō ex quadam eſt. Quibꝰ aūt non eſt cōtrariū: q eſt ex ipſo: ei q̄ eſt in ipm mutatio cōtraria ē. Unde generatio corruptioni contraria eſt: ꝛ remotio acceptioni. He aūt mutationes q̄dem: motus aūt non ſunt. T.cō.51.

Qui aūt in mediū motꝰ ſunt: q̄buſcūq꜡ cōtrarioꝝ ē mediū tanq̄ in cōtraria quodāmodo ponendi ſunt: ſicut eñ contrario vtiť medio motꝰ in vtraq꜡ vtiq꜡ mutatur: vt ex fuſco q̄dem in albū tanq꜡ ex nigro: ꝛ ex albo in fuſcū tanq̄ in nigrū: ex nigro aūt in fuſcū tanq̄ in albū: fuſcū aūt mediuʒ ad vtrunq꜡ diciť quodāmodo vtrūq꜡ vltimorū: ſicut dictum ē prius. Motus quidē igitur motui cōtrariꝰ eſt: ſic qui eſt ex contrario ī cōtrariū: ei q̄ ex contrario in cōtrarium. T.cō.52

ARiſtoteles in preſentiarum declarat in iſto cō. 46 qualis motus ſit cōtrarius motui et qualis quies quieti et ſtati dicit quinq꜡ modos quibus accipi poteſt cōtrarietas motꝰ ad motū. Primus modꝰ eſt q꜡ accipiť ſecundū acceſſum ad aliquem terminū et receſſum ab eodē ſm quem modum generatio eſt motus ad eſſe cor-

ruptio aūt eſt motus ab eē. Secundꝰ modus eſt: vt ratio contrarietatis motuū accipiatur ſm contrarietatem trōꝝ a quibꝰ. Tertiꝰ vero ſm contrarietatem trōꝝ ad quos. Quartꝰ ſm contrarietatem trōꝝ a quibus in ordine trī ad quem. Quintus vero accipitur ſm contrarietatē ex pte vtroꝝ trōꝝ. ¶ Poſtea vō phs excludit duos predictoꝝ modoꝝ et prīo quartum qui eſt ꝓpter contrarietatem trī a quo in ordine ad trm ad quem: dicit ergo ꝙ motus qui eſt ex vno contrario non pōt dici contrarius ei qui eſt in aliud contrariū: vt ſi diceretur ꝙ motus q̄ eſt ex ſanitate eſt contrarius motui qui eſt in egritudinem ꝙ certe falſum eſt: quia eſt vnus et idem motus realiter q̄uis differant ratione modo nihil ſibi ipſi cōtrarium eſt. ¶ Poſtea philoſophus tex. cōmēti. 48 tribus rōnibus excludit ꝙ non eſt accipienda cōtrarietas ex parte terminoꝝ a quibus ⁊ adducit: primā rationē dicens duo motus qui tendūt in idem non ſunt contrarij: ſed ita eſt ꝙ ſtat ire ad fuſcedinem ex albedine: ex albedine ſimul et nigredine: ergo illi motus non ſunt cōtrarij q̄uis veniāt ex terminis ex quibus contrarijs. Secunda rō ponit qꝛ magis videt accipi contrarietas ex termino ad quem quā ex termino a quo. Nam in trō a quo fit receſſus a contrarietate ⁊ in trō ad quem fit acceptio contrarietatis. Tertia rō eſt vnuſquiſq; motus ſpecificatur et denominatur a termino ad quem. ¶ Poſtea vero phs dicit ꝙ remotis duobus modis ſm cōtrarietatem trōꝝ acceptis relinquunt duo alij ſcilicet tertiꝰ et quintꝰ quoꝝ vnus eſt ſecundū contrarietatem trōꝝ ad quos reliquꝰ vero ſm contrarietatem terminoꝝ a quibꝰ et ad quē. Primꝰ aūt modꝰ non accipiebatur ſm contrarietatem aliquā terminoꝝ ſ; ſm acceſſum et receſſum ab eodē trō. ¶ Concludit aūt vlterius ꝙ forte hi duo modi: ſcilicet tertius ⁊ quintꝰ ſunt idem ſubiecto ſ; differunt rōne: qꝛ motꝰ in contraria eſt idem cum motu ex contrarijs ¶ Poſtea phs textu cōmēti. 49. dicit quid facit cōtrarietatem in motibus et dicit ꝙ ad ꝓpriam cōtrarietatē in motibus requiritur contrarietas ex parte vtroꝝ trōꝝ: ſcilicet a quo et ad quē: qd̄ manifeſtat. qꝛ motus ex ſanitate ad egritudinem: eſt cōtrariꝰ motui q̄ eſt ex egretudine in ſanitatē. ¶ Poſtea vero phs textu cō. 50. declarat hoc idem inductione dicens: ꝙ propterea egrotari ipſi ſanari: et ipſi adiſcere decipi non per ipſum contraria ſunt ⁊ aſcenſus deſcenſui: et motꝰ ad dextrā eſt contrariꝰ illi qui ad leuam: et ſic de reliq̄s. ¶ Poſtea phs textu cōm. 51. dicit quomō accipiatur contrarietas in mutationibꝰ vt in generatione et corruptione. Nā dicit ꝙ in his accipitur cōtrarietas ex parte termini ad quem: et hic capit contrarietatem large vt extendat ſe ad contradictionem quare qui eſt in contrarium ſolum et non ex contrario non eſt motus ſ; mutatio. ¶ Preterea philoſophus oſtendit ꝙ in illis in quibus non eſt contrarietas, vt in ſubſtantijs attenditur contrarietas motuum, penes acceſſum vel receſſum ad eundem terminum ad quem: vt generatio eſt acceſſus ad eſſe: ⁊ corruptio eſt receſſus ab eſſe. ¶ Preterea philoſophus textu commenti. 52. declarat de contrarietate motꝰ ex pte medij: dicens ꝙ ſi dentur duo motus qui vadant ex trīs contrarijs ī idem mediū quodāmodo vadunt in duo cōtraria. quia medium illud in ordine ad ambo extrema eſt tanq̄ duo extrema contraria: nā fuſcum ī ordine ad album eſt nigrum et in ordine ad nigrum eſt album.



QUoniam autē motui non ſolum videtur eſſe motus contrarius T. cō. 53
ſed et quies: hoc determinandū ē ſimpliciter quidem contrarius eſt motꝰ motui. Opponitur aūt et quies. Priuatio enim eſt. Eſt autem ſic ꝙ priuatio contraria dicitur. Qualis autē quali: vt ei qui eſt ſecundū locum: que ſecundum locum. Sed hoc non dicitur ſimpliciter. vtrum enim ei que eſt hic manſioni qui eſt ex hoc: aut qui eſt in hoc motus opponitur. ¶ Manifeſtum igitur eſt: q̄m quia in duo- T. c. 54.
bus motus ſubiectis eſt: huic quidem qui ex hoc in contrarium: que eſt in hoc quies: huic aūt qui ex cōtrario in hoc: que in contrario quies. Simul autem et ad inuicē contrarie he ſunt. Et nāq; inconueniēs ē: ſi motꝰ quidē ꝯtrarij ſunt. quietes aūt oppoſite nō ſunt. Sūt aūt ī oppoſitis he: vt q̄ ē in ſanitate q̄es: ei q̄ ē in egritudie. Motui aūt ei q̄ ē ex ſanitate ī egritudinem: ei enim qui eſt ex egritudine in ſanitatē irrationabile. Qui enī in ipſo motꝰ eſt. in quo ſteterit quietatio magis eſt. ſm ꝙ accidit ſimul fieri motui. Neceſſe autem eſt aut hanc illam eē. Non enī que eſt in albedine quies: contraria eſt ei que eſt in ſanita- T. c. 55.
te. ¶ Quibus aūt non ſunt contraria: hoꝝ mutatio quidē eſt oppoſita: q̄ eſt ex ipo ei q̄ eſt in ipm motꝰ āt nō ē vtq̄ ex eē ei q̄ ē ī eē. Quies quidē hoꝝ non eſt: īmutatio aūt ē. Et ſi quidē aliq̄d erit ſubm q̄ ē ī eē nō mutatio ei que eſt in non eſſe contraria erit. ¶ Si T. cō. 56
vero non eſt aliquid ei quod non eſt. dubitabit aliq̄s cui ſit contraria que eſt in eſſe non mutatio vel q̄es eſt. Si aūt hoc eſt: aut non omnis quies motui cōtraria eſt: aut generatio et corruptio motus ſunt. Manifeſtum igitur ꝙ quies non dicenda eſt: ſi non et he motus. Simile aūt aliquid eſt et īmutatio. Contraria aūt eſt: aut nulli: aut ei que eſt in non eſſe: aut corruptioni. Hec enim ex ipſa: generatio aūt in ipſam

ARiſtoteles in p̄ntiarū tex. cō. 53. dicit ꝙ non ſolū motus cōtrariat motui: ſed etiā quies: ſed iterū dubitat q̄ quies motui cōtrariet: an quies in trō a quo cōtrariet motui: vel potius quies in trō ad quē: Et dicit phs ꝙ ſolum quies in trō a quo eſt contraria motui: qd̄ ꝓbatur qꝛ quies in trō ad quē eſt finis motꝰ ad illā: ergo nō cōtrariat motui. Tenet ꝯña: qꝛ finis nō ꝯtrariatur medijs ad ꝯſecutionem talis finis: imo ille quietes ſunt diuerſe et cōtrarie quarū vna eſt in trō a quo: et alia in trō ad quē. ¶ Ad idē ꝓbat hoc ibi motꝰ aūt dicēs ꝙ moueri eſt ire ad quietem et motus perfectio eſt eſt quietatio: ergo quies in trō ad quē nō eſt ꝯtraria motui: et dicit. Neceſſe eſt hanc aut illam eſſe. i. aut q̄es q̄ contrariat motui eſt in trō a quo aut in termino ad quē: nō. n. q̄es extra terminū a quo vel ad quē contrariat motui: q̄s enī dicat ꝙ q̄es in albedine cōtrariat motui ad dulcedinē

¶ Poſtea vero phi. tex. commenti 55. ait ꝙ q̄n nō eſt mutatio inter oppoſita accipitur ꝯtrarietas penes acceſſū vel receſſū a trō ad quē vt ī gn̄atiōe ⁊ corruptiōe. Dicit p̄terea q̄ī his mutatiōibꝰ q̄ nō ſunt int ꝯria nō opponit quies aliq̄, ſ; qꝛ ī nō ente nō ē quies, ſ; dicat īmutatio. i. nō mutatio. ¶ Dicit preterea ibi et ſi quidē vult dicere non ens hēat ſubiectum vt non albū in tali quidem bene poteſt dici ꝙ non mutatio in non albo eſt contraria nō mutationi que eſt in albo ſi vero tale non ens non habeat ſubiectū ideſt ſit omnino nihil tunc non muta-

tioni que eſt in eē contrariatur non mutationi nō eē
Nā quis dicat in non eē aliquid quietari. Dicit pre
terea philoſophus ꝙ quemadmodū alijs motibus q̄
ſunt inter contraria quies in termino a quo opponi
tur ita generationi opponitur non mutatio que eſt
in non eſſe quod hʒ ſubiectum.

T.c.56. Dubitabit autem aliquis:
quare in mutatione quidē ſecundum
locum ſunt ⁊ ſecundū naturam et ex-
tra naturā et quietes et motus: ī alijs
aūt non: vt alteratio hec quidē ſecun
dum naturā: illa aūt extra naturam:
nihil enī magis ſanatio aut egrotatio ſm naturā aut
extra naturā: neqꝫ dealbatio: aut denigratio: ſimilit̄
aūt eſt et augmento et decremento. Neqꝫ adinuiceʒ
hi contrarij: vt ſecundum naturā aut extra naturam
Neqꝫ augmentū augmento. Et in generatione auteʒ
et corruptione eadā ratio eſt. Neque generatio q̄deʒ
ſecundum naturā: corruptio aūt extra naturā. Se-
neſcere enim ſecundū nāʒ eſt. Neqꝫ gnerationē vide
T.cō.57 mus aliā quidē ſecundum nāʒ: aliam vero extra nāʒ.
¶ Aut ſi eſt ꝙ violentia ſit extra naturā: tunc ⁊ corru
ptio erit corruptioni contraria q̄ violētia: vt q̄ extra
naturā: ei q̄ ſecundum naturā. Ergo nature et gene-
rationes q̄dam ſunt violente: et fatate: q̄bus contra-
rie ſunt ſecūduʒ naturā. Et augmenta ſunt violenta
T.cō.58 et decrementa: vt augmenta q̄ velociter ꝓꝑ alimen-
tum pubeſcentiū ſunt: ⁊ tritica cito et adaucta et nō
conſtricta. In alteratione aūt qualiter aut ſimiliter:
erunt enī alie q̄dē violente: alie vero naturales: vt
dimiſſi non ī creticis diebus: alij autem in creticis.
Alij q̄dam extra naturā alterantur: alij vero ſecūdū
naturā. Erunt igit̄ corruptiones contrarie adinui-
cem nō generationi: et q̄d ꝓhibet: eſt enī ſic. Et nāqꝫ
ſi hec quidem dulcis: illa vero triſtis eſt: quare non
ſimpliciter corruptioni corruptio contraria eſt: ſed
T.cō.59 hec q̄dem huiuſmodi: alia vero huiuſmodi harum ē.
¶ Omnino q̄dem igitur contrarij motus et q̄etes
dicto mō ſunt: vt qui eſt ſurſum: ei qui eſt deorſum.
Loci enī contrarietates he ſunt. Fertur aūt ſurſum
quidē motu natura ignis: deorſum vero terra. Et cō
trarie ipſoꝝ loci mutationes ſunt. Ignis aūt ſurſum
quidē natura: deorſum aūt extra naturā. Et cōtrariꝰ
eſt q̄ ſecundū eſt naturā ipſius ei q̄ eſt extra naturam
T.cō.60 Et quietes aūt ſimiliter. ¶ Que namqꝫ eſt ſurſum
quies qui eſt de ſuper deorſum motui contraria eſt.
Fit aūt terre illa quidem qui es extra naturam: mo
tus aūt hic ſecundū naturā: quare motui quies con-
traria eſt q̄ eſt extra naturā: ei qui ſecundū naturam
eiuſdem. Et motus enī eiuſdem cōtrarius ſic ē. Alia
quidem ſecūdū naturam ipſaꝝ erit ſurſum aut deor-
T.cō.61. ſum: alia aūt extra naturam. ¶ Habet aūt dubitatio
nem: ſi eſt omnis quietis q̄ nō ſemꝑ eſt generatio: et
hoc ipſum ſtare. Manentis igitur extra naturā: vt
terre ſurſum erit generatio. Cum ergo ferebat̄ ſur-
ſum violenta ſtetit. Sed q̄ō ſemꝑ ſtat: videt̄ ferri ve
locius. Q̄ō aūt violentia eſt: contrariū eſt Non factū
ergo quieſcens erit quieſcens. Ampliꝰ videt̄ ſtare:
T.cō.62. aut omnino eē in ipſius locū ferri: aut accidere ſimul
Habet aūt dubitationem: ſi contraria eſt quies que
eſt hic: qui hinc eſt motui: cum enim moueat̄ ex hoc
aut reijciatur adhuc videtur habere quod obiectuʒ
eſt: quare ſi hec quies contraria eſt ei qui hinc eſt in
contrarium motui: ſimul erunt contraria. Aut ſic q̄-
T.cō.63 eſcit ſecundum ꝙ adhuc manet. Omnino aūt eius
quod mouetur: aliud quidem ibi: aliud aūt eſt in q̄ō
mutat: vñ et magis motus motui contrarius eſt quā
quies. ¶ Et de motu quidē et quiete: quomō vterqꝫ
vnum ſunt: et que contrarie quibuſdam dictum eſt. T.c.64.
¶ Dubitabit aūt quis et de ſtare: ſi et quicunqꝫ pre-
ter naturam motus: his eſt quies oppoſita ſi quidem
igitur non: erit inconueniens: manet enim violentia:
quare quieſcens aliquid erit non ſemper ſine fieri: ſʒ T.cō.65
palam ꝙ erit ſicut enim mouetur preter naturam et
quieſcet vtiqꝫ aliquid preter naturam. ¶ Q̄m aūt ē
quibuſdā motus ſm naturam ⁊ ꝑter nāʒ Puta ignis
qui ſurſum ſecundū naturam. qui autem deorſum p̄-
ter naturam: vtrū hic contrarius: aut qui terre: hec
enim fertur ſecundum naturam deorſum: aut palā
q2 ambo ſʒ non eodem mō: ſed quiquidem ſecundū
naturam. ſecundū naturam exiſtenti: eius aūt qui ip
ſius qui ſurſum ignis ei qui deorſum vt ſecundū natu
ram exiſtens preter naturam exiſtenti: ſimiliter aūt
et in manſionibus. Forte autem quieti motus aliqua
tenus opponitur. Cum enim moueatur ex hoc: et ab
ijciat ad huc videtur habere quod abijcitur: quare
ſi ipſa quies contraria ei qui hinc eſt in contrarium
motui ſimul exiſtunt contraria: ſi aliquatenꝰ quieſcit
aut ad huc manet. Totaliter aūt eiꝰ quod mouetur.
hoc quidem ibi: hoc autem ī quod mutatur: propter
quod magis motus motui contrarium quam quies
Quis quidem igitur motus ſimpliciter vnꝰ dictum
eſt: et de motu quidem et quiete q̄ūo vterqꝫ vnum: et
qui contrarij quibuſdam dictum eſt.

Philoſophus in preſentiarum
determinat aliquas dubitationes Pria du
bitatio eſt que eſt cauſa ꝙ quemadmodū in
motu locali eſt aliquis motus preter naturam: ⁊ ali
quis naturalis ita in motu alterationis: generatio-
nis et corruptionis: augmenti et decrementi: eſt ali
quod augmentum extra naturam et aliquod natu-
rale: videtur enim ꝙ non ſit aliqua corruptio natura
lis. Poſtea philoſophus ſoluit queſtionem dicens ꝙ
immo datur augmentatio extra naturam et natura
lis vt videre eſt in his qui velocius debito veniunt
ad pubertatem: et ſimiliter dicatur in generationi-
bus ꝙ quedā ſunt naturales: alie vero ſunt violente
et fatate ideſt non procedentes ſecundum ordinem
cauſarum naturalium vt ſi aliquis faceret naſci ro-
ſas temporibus non ſuis ſimilis eſt ratio in alteratio
nibus: quedam enim ſunt naturales: vt que fiunt in
criticis diebus: alie vero ſunt non naturales: vt que
fiunt extra dies criticos. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ
dicit quandā obiectionem cōtra predicta ſi aliqua
corruptio eſt preter naturam: et aliqua eſt natura-
lis: Sequitur ꝙ corruptio corruptioni contraria eſt
et non generationi: quia vnum non poteſt duobꝰ eē
contrarium. Ad quod reſpondet ꝙ non eſt inconue-
niens vnum contrariari duobus vni quidem ſm rō
nem ſui generis alteri ſecundū rōnem ſue ſpeciei:
vt auaritia contrariatur largitati ſecundū contra-
rietatem vicij ſed cōtrariatur auaritia liberalitati
ſm rationem proprie ſpeciei.

¶ Poſtea vero philoſophus textu
commenti 59 oſtendit q̄ūo ſit contrarietas in motu
et quiete dicens ꝙ ēt motus contrariantur vt qui eſt
ſurſum ei qui eſt deorſum loci enim contrarietates
hee ſunt: quare dicit aliquos motus naturales inui-
cem eſſe contrarios vt motꝰ ignis ſurſum et motus
terre deorſum ſimiliter et motuū contrarietas acci

pitur

pitur ſm naturã et extra naturã vt motus ignis ſur
ſum eſt contrarius motui eiuſdẽ deorſum: ⁊ ſimiliter
eſt de quietibꝰ: qꝛ quies que eſt ſurſum eſt cõtraria
motui qui eſt de ſurſum in deorſum ſꝫ illa qui es ter-
re eſt in naturalis: ſꝫ motus qui eſt deorſum eſt ei ſm
naturã. Vñ infert ꝙ quies que eſt extra naturã ẽ cõ
traria motui naturali eiuſdẽ corporis. ¶ Poſtea ve
ro phs tex. cõ. 61. mouet vnã dubitationẽ vtrũ quies
generet: et dicit phs ꝙ non: qꝛ ſequeret ꝙ quies ex
tra naturã generaret: et ita generaret per motũ vio
lentũ quod eſt falſum: qꝛ ſequit ꝙ cũ terra per violẽ
tiã ferebat ſurſum: ꝙ tunc ſtetit .i. ꝙ tũc generabit
eius quies: ſꝫ hoc nõ põt eẽ: qꝛ ꝙ ſemp ſtat videt fer
re velociꝰ .i. dũ generat quies per motũ ſemp quan
to magis appropinquauerit ad quietẽ tãto ẽ veloci
or: qꝛ appropinquat ſue perfectioni: et ita ſemp erit
vigurofius: ſꝫ ſi gñat per motũ violentũ vr ſemp mo-
tũ eſſe remiſſiorẽ: ergo illa quies violenta non habꝫ
gñationẽ et ſic erit aliquid quieſcens violente abſqꝫ
hoc ꝙ ſua quies generetur. ¶ Poſtea philoſophꝰ po
nit ſecundã rationẽ que talis eſt: quia ſtare .i. gene-
rari quietẽ aut omnino eſt idẽ cũ motu naturali quo
aliquid fert im propriũ locũ: aut ſimul cũ eo accidit
vñ et motꝰ naturalis et generatio quietis ſunt idem
ſubiecto. ſꝫ differũt ratione: ergo quies violenta nõ
generat per motũ nãlẽ. ¶ Poſtea vo philoſophꝰ. tex
tu cõ. 62. mouet dubitationem contra illõ quod dic-
tum eſt ꝙ quies in trõ a quo contrariat motui: ſeqre
tur ex hoc ꝙ duo contraria ſimul eſſent quod eſt fal-
ſum: et ſeqlla ꝓbatur: qꝛ dum aliquid recedit a ter-
mino a quo ꝑtim appropinquat ad terminũ a quo: ⁊
partim ab eo elongatur propter quod ſimul erunt il
li acceſſus et receſſus a trõ a quo: et philoſophus cõ
cedit ꝙ non eſt inconueniens vnũ contrarium ſecun-
dũ quid cõmiſceri alteri per quod forte intellige in
gradibus remiſſis. ¶ Poſtea vero philoſophus tex
tu cõm. 64. ponit quedã ad manifeſtationẽ premiſ-
ſorũ que tñ in exemplaribꝰ grecis dicunt non habe
ri: et dicit ꝙ dubitabit aliquis de ipſo ſtare: ꝙ eſt ge
nerare quietem: qꝛ ſi omnes motus preter naturam
habent quietem oppoſitã ſcilicet nõ naturalem vtrũ
et illa quies habeat ſtare ideſt generari: qꝛ ſi dicat
ꝙ non ſequitur aliquid quieſcere non ſemper ſine fie
ri talis quietis: et dicit ꝙ q̃madmodũ eſt motus pre
ter naturã ita eſt quies preter naturã ex quo vr con
cedere ꝙ quies violenta fiat. ¶ Poſtea vero philoſo
phꝰ tex. cõ. 65. dicit ꝙ motui ignis ſurſum duplex ẽ
motꝰ contrariꝰ .ſ. motus ignis deorſum tanquã vio-
lentꝰ et motꝰ terre deorſum tanq̃ naturalis: et idem
dicendũ ſentiemꝰ de contrarietate quietũ. Vlterius
dicit ꝙ quieti motꝰ aliquatenꝰ apponitur: et non ſim
pliciter: qꝛ illud quod mouet partim eſt in illa quie
te termini a quo: ergo magis motus motui quã mo-
tus quieti contrariat. ¶ Circa iſtos tex. precedẽtes
dubitat quid requirat ⁊ ſufficiat ad vnitatẽ motꝰ nu
meralem et ſpecificam: et ad contrarietatem motus
quid requirat et ſufficiat. Ad quod reſpondeo ſine
maioribꝰ ambagibꝰ ꝙ ad vnitatem motus numera-
lem requirit vnitas mobilis: vnitas tpis: vnitas ter-
mini ad quem vltimati: et etiã requiritur vnitas ter
mini a quo vltimati tñ hec nõ ſufficiunt ſꝫ etiã requi
ritur vnitas diſpoſitionis neceſſario requiſite ad ac-
quiſitionem termini ad quem: iſta ꝓpõ quo ad oẽs
ſuas partes probat ꝓ quo ad primã: nã ſi mobile eſt
aliud et aliud ſtatim motus erit alius et alius: ergo
ad vnitatem motus requiritur vnitas mobilis: ex

quo ſequit ꝙ ſi aliquis canis cadat ð alto turris vſqꝫ
ad pedem turris: et in medio moriat non mouetur
vno motu continuo: ſed duobus contingũis. ſequitur
ſecundo ꝙ ſi aliqua mulier prenãs geſtauerit in vte-
ro ſemem: et moueatur per vnã leucã: et ĩ medio mo
tus infundatur a deo aĩa rõnalis ĩ illa materia ſemi
nali tale compoſitum de nouo factũ non mouetur: qꝛ
da oppoſitum tale compoſitum mouetur: ergo ante
hoc mouebatur: et poſt hoc mouebitur: quod eſt fal-
ſum. ¶ Secunda conditio eſt ꝙ ad vnitatem motus
requiritur vnitas temporis ideſt ꝙ nõ fiat aliqua in
terpollatio quietis intermedie. ¶ Tertia conditio
eſt ꝙ ad vnitatem motus requiritur vnitas termini
ad quem vltimati. probatur qꝛ ſi idem mobile ſimul
moueretur ad frigiditatem et ad albedinẽ illi duo
non ſunt vnus motus: qꝛ vnus eſt albatio: et alius eſt
calefactio: et illud eſt qꝛ hñt diuerſos terminos ad
quem. ¶ Quarta conditio eſt ꝙ etiam requirit vni
tas termini a quo: nã ſi per poſſibile vl ĩpoſſibile: idẽ
eſſet in pluribꝰ locis .ſ. Rome: et Salmãtice: ⁊ eſſet
idem ſpacium puta locus quidam aclivis hic et illis
et moueret deſcendendo Rome a cacumine vſqꝫ in
pedẽ: et Salmantice a medio vſqꝫ in pedẽ iſte motꝰ
non eſſet vnus numero differunt eñ ſicut totũ et ps ⁊
ideo non eſt vnꝰ numero: et tñ hẽt vnitatẽ trĩ ad q̃m:
et vnitatẽ tpis et vnitatẽ mobilis: qꝛ tñ ðficit vnitas
trĩ a quo non eſt vnꝰ motꝰ. ¶ Quinta conditio ꝙ re-
quirit vnitas diſpoſitionis ſm q̃ fit motus: nãqꝫ ſi ali
quid rareñeret talr ꝙ ad illã rarefactionẽ non pre-
cederet aliq̃ calefactio: ſꝫ ĩmediate quod poſſibile
eſſe expientys, pꝫ de niuibꝰ que degelantur prio ve-
re et fiunt frigidiores quadã antipariſtaſi: et ſi fiat
alia rarefactio ad quã cõcurrat calefactio ſicut diſ-
poſitio pui a tũc illi motꝰ q̃uis hẽrent eundẽ terminũ
ad quẽ: et reliq̃ oĩa ſil tñ non dicerent vnꝰ motꝰ: pre-
terea ꝙ non ꝓcedũt per eãdẽ diſpoſitionẽ neceſſario
requiſitã: dixi neceſſario req̃ſitã ꝓpter motũ terre ꝑ
aerẽ: et aquã ad centrũ: et motũ eiuſdẽ per aerẽ ſolũ
ad cẽtrũ illi .n. bñ pñt eẽ vnꝰ motꝰ nũero vtpote ſi po-
neret deus penetratiue aerẽ cũ aq̃: et tranſiret lapis
ꝑ mediũ ãborũ alborꝝ: tñ eſt diuerſitas ſpatij per qõ
fit motꝰ illa tñ non eſt neceſſario requiſita ad acq̃rẽ
dũ talẽ trm: poſſꝫ ẽt hoc exemplificari ſi aliq̃d moue
ret ad cẽtrũ per cordã: et aliud ꝑ arcũ q̃uis ſit idẽ
mobile: et eadẽ q̃ eſt linea recta fieret et arcꝰ in alia ꝑ-
te. ita ꝙ eẽt vnitas trĩ ad quẽ ⁊ vnitas tpis: et vnitas
mobilis tñ non eſt vnꝰ motꝰ numero imo nec ſpẽ cum
vnꝰ ſit circularis: et alter rectꝰ: requirunt: ergo iſta
que dicta ſunt.

¶ Ad ſecundũ qõ erat declarare q̃d
requirat ad vnitatẽ ſpecificã motus: noto ꝙ ad vni-
tatẽ ſpecificã motꝰ non requirit vnitas ſpecifica mo
toris idẽ. Nã ferrũ deſcẽdẽs ad centrũ: ⁊ plũbũ deſ-
cendens ad centrũ: mouent motibꝰ eiuſdẽ ſpẽi q̃uis
non ſit in eis vnitas ſpecifica motoris: requirit tñ ad
motꝰ eẽ eiuſdẽ ſpẽi qui ſi ſint violenti vnitas ſpecifi-
ca cauſarũ motꝰ vtpote ꝙ ĩpetꝰ vnꝰ et alius ſint eiuſ-
dem ſpẽi ⁊ hoc ſufficit: ex quo ſequit: ꝙ ĩpetꝰ quo fer
tur trocꝰ circulariter: et ĩpetꝰ quo fert aliquid late-
raliter vel ſurſum differunt ſpẽ. quare cõſequens eſt
qõ ſi fortitudine herculea aliquis citra cẽtrũ vnum
lapidẽ iaceret ad centrũ per ſolã diſtantiã ſex pedũ
non poſſet illud facere tranſilire vltra centrũ: ⁊ poſ
ſet an centrum illũ iacere ad mille pedalitates: et il-
lud eſt qꝛ ĩpetus ferẽs deorſum eſt grauiter accidẽ

taliſ non potens ferre ſurſum.

¶ Ad vnitatem tn̄ ſpecificam motuum naliū requiritur vnitas ſpecifica t'ri ad quē nō tamen t'ri a quo loquoꝛ de termino ad quem vltimato ⁊ requirit ꝙ ambo ſint recti: vel ambo circulares: et ꝙ moueantur ad conſiſtes dr̄ias poſitiōis vniuerſi: vt pote ambo ſurſum: vel ambo deoꝛſum: vl' ambo verſus oꝛiens: vel ambo verſus occn̄s: vnū tamē addo ꝓ motibꝰ circularibꝰ naturalibꝰ ꝙ ſint eiuſdē velocitatis vel tarditatis: verbi grā motus lune ab occidenti in oꝛiens: et motꝰ iupitris ab occidenti in oꝛiens: et nō ſunt eiuſdem ſpēi: qꝛ vnꝰ fit in .12. annis nec pōt velocioꝛ fieri: alius vero in .27. diebꝰ et .8. hoꝛis nec pōt tardioꝛ fieri: ex quo ſequitur erraniſſe ludouicū Coronel in iſto .5. phiſicoꝛū quando dixit ꝙ ſi aer moueatur ab ſphera aque aſcendēdo in ſpherā aeris: aut moueat' ab ſphera ignis in ſpheram aeris deſcendēdo illos motus eē eiuſdem ſpēi: qꝛ ſunt naturales et ab eadē cauſa ſꝫ hoc ē falſum: tum qꝛ bn̄ ſequitur iſti motꝰ ſunt ꝯrij gͦ differūt ſpecie: ſed tales ſunt illi: qꝛ ſunt aſcenſus et deſcēſus gͦ in tentū. Tenet ꝯn̄a: quia phs ait motꝰ ꝯtrarij nō poſſunt ꝯtinuari: q̇ꝛ differūt ſpecie .8. phiſi. 2. ꝓbatur: qꝛ nō fiunt ꝑ cōſimilē differentiā poſitionis vnꝰ enī ſurſum ⁊ aliꝰ deoꝛſum. 3.: qꝛ illi motꝰ nati ſunt ſe ipedire gͦ nō ſūt eiuſdē ſpeciei.

¶ Circa tertium quid requirit' ad ꝯtrarietatē motus noto qͦ ad motꝰ eē cotrarios: vt ſcripſi i tractatu ſphere req̄runt' tres ꝯditiões. Pꝛia ꝙ ſint d̄ locis ꝯtrarijs ad loca cōtraria ꝓpter quod motus factꝰ ꝑ lineā lateralē ab .a. in .b. et regrediēs a.b. in .a. nō ſunt ꝯtrarij: quia illa loca .a. et .b. non ſunt contraria: qꝛ ſunt equaliter ſurſum ꝑꝑ quod nō ꝯtrariant'. Secunda conditio: ꝙ vnꝰ ſit naturalis et alter violentꝰ ꝑꝑ quod motus ignis ſurſum et terre deoꝛſum non ꝯtrariant': qꝛ ſunt naturales ambo et ꝯtraria nata ſunt fieri circa idē ⁊ certe tales motus naturales non ſunt nati fieri circa idē: ſꝫ certe q̄uis iſta cōditio ponat' a modernis multis vt pꝫ ex Alberto de ſaxonia pꝛīo de celo. q.3. tn̄ non eſt verum: quia tales motꝰ naturales bn̄ poſſūt fieri circa idē vt pꝫ i aere deſcēdēte ab igne in ſuā ſpherā: et de aere aſcēdente ab aqua in ſuā ſpherā illi enī motus ſunt ꝯtrarij ⁊ naturales ābo: quare loco .2. cōdicionis ego adderem: ꝙ ſint ꝑ ꝯtrarias differentias poſitionis ſurſun et deoꝛſum: nec mirabile eſt: ꝙ idē acquirat eundē terminū ad quem ꝑ motus ꝯtrarios quoꝝ ambo ſunt naturales quod q̄dē ſatis videre eſt i homine q̇ ab intrinſeco ſanat' qn̄ egritudo eſt ꝑ intenſionē caloꝛis remittendo: et qn̄ eſt ꝑ remiſſionē caloꝛis intēdendo gͦ bn̄ pōt eſſe ꝙ ꝑ motus ꝯtrarios ambos naturales acq̄ratur idē terminꝰ ad quē. Tertia conditio eſt ꝙ ābo ſint ꝑ lineā bꝛeuiſſimā ꝑꝑ qͦ phs pꝛīo d̄ celo egregie dixit motus circulares nō eſſe ꝯtrarios imo ꝙ motui circulari nihil eſt cōtrariū: nanqꝫ ſi motui circulari aliq̄d foꝛet cōtrariū maxime eēt ab oꝛienti in occidens ipſi motui ab occideti in oꝛiens: ſꝫ tales nō ſunt ꝯtrarij: qꝛ illi motꝰ pn̄t fieri ſimꝉ in eodē coꝛpoꝛe: vt pꝫ in ſpheris inferioꝛibꝰ ēt: qꝛ ſequeret' ſi tales motꝰ eēnt cōtrarij: ꝙ plura vni eſſent cōtraria vt pꝫ d̄ motu ab oꝛienti in occidens q̇ ꝯtrariaret' motui ab occidente in oꝛiens qui fieret ꝑ viā zodiaci: et alteri motui ab occidenti in oꝛiens qui fieret ꝑ viā equinoctialis: qͦ ēt egregia ratione ꝓbo ꝙ motui circulari nihil ſit ꝯtrariū. Nam ſi aliqui motꝰ circulares eēnt cōtrarij maxime eēt ab oꝛiente i occidens ꝑ meridiē: et ab oꝛiente in occidens per angulū medie noctis: ſꝫ tales motus nō ſunt contrarij: qꝛ tales motus pn̄t cōtinuari ergo nō ſunt contrarij ꝯn̄a eſt nota et ꝓbat' an̄s: qꝛ ſi tu bolueris ſpherā materialē ab oꝛiente in occidens ꝑ ꝑtem ſuperioꝛeꝫ: et poſtea acciperes eandē ſpherā ex alia parte qua eſt polꝰ articꝰ in manu anteq̄ pmꝰ motꝰ euaneſceret et videres eandē ſpherā que mouetur ab oꝛiente in occidens per meridiē moueri ab oꝛiente in occidens ꝑ angulū medie noctis gͦ illi motus ꝯtinuant' et ex cōſeq̄nti nō ſunt cōtrarij.

¶ Dubitat' ſecūdo pꝛincipaliter circa tex. phi vtrum ad ſola tria pꝛedicamenta ſit per ſe motus .ſ. quantitatē: q̄litatē: et vbi: videt' .n. ꝙ ad vbi nō ſit ꝑ ſe motꝰ: cū ſit relatio in inſtanti acq̄ſibilis ergo ad vbi nō eſt ꝑ ſe motus: ꝑterea vr̄ ꝙ ad plura alia ſit per ſe motꝰ vlꝫ ad ſitū nō enī pn̄t iſta pꝛedicata ſedere: iacere: recubare incipere verificari de aliquo niſi ꝑ motū pꝛeuium: quare ſeq̄tur ad ꝑdicamentū ſitꝰ eē per ſe motū: ſil'r ad pꝛedicamentū paſſionis vr̄ eē ꝑ ſe motꝰ: qꝛ iſta pꝛedicata: calefieri: frigefieri nō poſſunt incipere verificari de aliquo niſi ꝑ motus ergo ad pꝛedicamētū actiōis ⁊ paſſionis ē ꝑ ſe motꝰ

¶ Pꝛo declaratione pꝛeſentis difficultatis noto: ꝙ nominales aiūt ꝙ illa ꝓpoꝛtio ad ſola tria pꝛedicamenta eſt ꝑ ſe motꝰ debꝫ intelligi non contingit: ꝙ aliquis terminus ꝑdicamenti quantitatis: q̄litatis ⁊ vbi de pꝛonomine demonſtrāte aliquam rem que immediate ante fuit incipiat mediante copula de pꝛeſenti verificari niſi motus illius rei pꝛeceſſerit ita ꝙ per hoc ꝙ res illa mouebatur talis terminus verificaretur. Exempli gratia .a. coꝛpꝰ imediate ante pꝛeexiſtens eſt nunc pedale et nō immediate ante opoꝛtet ꝙ hoc contingat ꝑꝑ motum augmentationis: vel deminutionis eiuſdem: et ſi nunc ſit album vt quinqꝫ et non immediate ante hoc eſt ꝑ motuꝫ alterationis pꝛecedenti quo motu acq̄rebatur albedo vt quinqꝫ et ſi nunc eſt in .b. loco et non imediate ante hoc ē: qꝛ ad illum locū moueba': ſed termini alioꝝ pꝛedicamentoꝝ incipiunt verificari de pꝛonomine ⁊c. Nullo pꝛecedente motu talis rei non dr̄ ꝙ ad alia pꝛedicamēta eſt ꝑ ſe motus de terminis pꝛedicamēti ſubſtantie claret: qꝛ nullus illoꝛū incipit pꝛo aliqua re verificari niſi illa res incipiat eſſe de pꝛedicamento relationis conſtat: qꝛ foꝛte doꝛmiente ly pater incipit verificari ſine motu patris ſolo filio naſcente de pꝛedicamento actionis claret: qꝛ iſtud pꝛedicatum illuminat calefacit poſſūt verificari de ipa re ſine motu calefacientis: vel illuminantis: de pꝛedicamento tn̄ paſſionis vr̄ aliquis ſcrupulus de ly calefieri: vt iam dictum eſt: ſed reſpondetur ad illud: ꝙ ad hoc ꝙ ad pꝛedicametum paſſionis non ſit per ſe motꝰ ſatis eſt: ꝙ aliquis terminus de pꝛedicamento paſſionis poſſit icipere verificari ſine tali motu: vt videre eſt: qꝛ ly videtur incipit verificari de albedine ſine motu albedinis. Sed mihi videoꝛ melius dicere ad hoc: ꝙ ly calefieri ⁊ ly frigefieri impoꝛtāt motus: et ad motum non eſt motus: ſed ſunt ipſi motus: non tn̄ eſt motus ad illos: motus enī eſt quo aliquid acquiritur ſed non eſt quod acquiritur: ſed in ea que dictu ſunt: quiſpiam replicaret aliquis terminus de pꝛedicamento vbi incipit verificari de aliqua re: et tamen non per motum illiꝰ rei ergo ad pꝛedicamētuꝫ vbi non eſt per ſe motus vt patet de ly exiſtēs i eccleſia qui incipit verificari de aliquo templo quod ante

ac'erat domus non ſacra:et incipit verificari de ho-
mine qui ſemp̄ in eadē domo ſtetiſſet an̄ conſecratio
nem:et poſtea. Ad hoc dicunt ꝙ ly exiſtens in eccle-
ſia includit connotationem extraneam pꝛedicamen
ti vbi.

¶ Iterum replicant de ly albus qui
verificatur de petro in pꝛimo inſtanti ſui eſſe qui an-
tea non verificabatur ſine motu petri. Dicūt ad hoc
ꝙ intelligitur re pꝛius exiſtente. ¶ Iterum replicāt
de ly:ſedere et iacere que qdē non poſſunt verifica-
ri niſi per motū dicendum ꝙ bene poſſunt verifica-
ri ſine motu. Nā aliquo exiſtente incuruato ſine ſe-
de ſi ſedes apponatur ſede abſq̄ motu ſui.

¶ Annota tamen ꝙ cum dicitur ad
ſola tria p̄dicamenta eē per ſe motuʒ et includit ibi
p̄dicamentū q̄litatis dʒ intelligi de qualitatib⁹ ter-
tie. Nā ad qualitates quarte ſpēi non eſt per ſe mo-
tus: circul⁹ eī̄ in inſtanti cōplet:vtpote qn̄ finis cō
iungit pꝛincipio:et ad virtutes non eſt per ſe mot⁹
qꝛ virtus requirit quandā perfectionem certā que
acquirit in inſtanti per pꝛimū iſtās eē in completū.
ſimiliter ad ſanitateʒ non eſt per ſe mot⁹ ꝓ foꝛmali:
vt eſt quedaʒ relatio vel ꝓpoꝛtio caloris naturalis
ad operationes cōuenientes bn̄ tn̄ eſt p̄ ſe motus ad
ſanitatem ꝓ materiali vt eſt idē ꝙ caloꝛ naturalis.

Utruʒ ſit dabilis moꝛs nāl'

¶ Dubitatur circa tex. pꝛecedentes
vtrum poſſit cōtingere aliquam coꝛruptionem ſeu
moꝛtem eſſe naturalem.

¶ In hac q̄ſtione declarabo cauſas
moꝛtis naturalis: et quare dicatur moꝛs naturalis.
Ad ſecundum dico:ꝙ dr̄ moꝛs naturalis naturalita
te p̄ncipij intrinſece.ſ. materie pꝛime que facta ē ad
maleficiū:et in tendit coꝛruptionem entiū naturaliū
vel dicatur naturalis naturalitate cauſarū vniuerſa
liū intēdētiū iſtaʒ coꝛruptionē:vel dicatur naturalis
qꝛ fit ſine pena: et ſine vlla fatigatione: qꝛ iſta moꝛs
inſequit paulatinā cōſumptionē noſtrā. ¶ Cauſe aūt
moꝛtis naturalis ſunt multiplices.ſ.naturales aſtro
logice medicinales:et moꝛales naturales ſunt que
ſequnt. ¶ Pꝛia. Oē materiale ē coꝛruptibile hec ē
phi.2.de generatiōe,homo eſt materialis. g̃ eſt coꝛ
ruptibilis. Secunda rō. Oē cōpoſitū ex contrarijs
eſt coꝛruptibile ſʒ homo eſt cōpoſitus ex contrarijs
igit hō eſt coꝛruptibilis. Tertia ratio. Eſt aer nos
circundans in omni diſpoſitione nos reſoluit ꝓpt̄ id
qđ eſt in eo đ virtute ſolis et ſtellaꝝ. Auicēna.2. pꝛi-
mi.do.2.capitu.de mutationibus aeris:et cōfirma-
tur aeris officiū eſt putrefacere,vt Ari. Quarta rō
tēpoꝛis alternitas nos maxime diſſipat et deſtruit qꝛ
tempus vernale ſuo caloꝛe et humiditate rarefacit
humiditates coꝛpoꝛis,et replet coꝛpus multa reple
tione. Eſtiuale vero coꝛpus cōſumit , ita ꝙ vapores
oēs deperēant in autūno vero humoꝛes ſunt incine
rati:ita ꝙ coꝛpus maxime deſtructū inuenit eo tp̄e
ꝙ alijs omnib⁹ tp̄ib⁹ hyems đo p̄ antipariſthaſim coꝛ
poꝛa foꝛtificat: et ducit ad melioꝛem ſtatū. ¶ Cauſe
vero medicinales moꝛtis naturalis ſunt. Pꝛima re-
ſolutio caloꝛis in humiduʒ radicale que in nobis eſt
continua et inceſſabilis:ex defectu aūt huius humi-
di radicalis ſequitur moꝛs:et hoc dicebat Seneca
in queſtionib⁹ naturalib⁹ cū dixit Qui mecū oꝛitur:
mecū moꝛit. Qui mecū oꝛitur me occidit.et iſta con
ſumptio humidi radicalis eſt īeuitabilis iuxta illud
Auicenne.3.p̄mi. Ars medicine nō eſt ars que nos



a moꝛte ſecuros faciat:ſed que putrefactionem pꝛo
hibeat. ¶ Secunda cauſa ē ꝙ oē agens ī agendo re
patit:caloꝛ naturalis agens in cibū ab illo repatit,
hinc ſm̄ Scotū ꝙuis pꝛimi parentes comederēt de
pomo ligni vite;adhuc moꝛerētur ex iſta reactione
cibi in caloꝛem naturalem ⁊ ſi dicat ſcriptura ne foꝛ
te accedens ad lignum vite viuat in eternuʒ ſcilicet
per tempus immemoꝛiale,lʒ oppoſitū teneat doctoꝛ
ſ.ꝙ cōmedēdo đ pomo ligni vite nō moꝛeret. ¶ Ter
tia ratio.aer qui cōtinuo nos deſiccat et putrefacit
ingredit eī̄ vſq̄ ad minutiſſimas p̄tes reſoluendo
coꝛpus humanū. ¶ Quarta ratio.mēbꝛoꝝ aduerſi-
tas ſunt eī̄ quedam calida:quedam frigida que in
uicem cōtra operant. ¶ Quinta ratio ꝙ ſthomacus
cibū ambiēs vehementi⁹ agit in p̄tes cibi circūferē
tiales debiliter vero in centrales a quib⁹ multiplicā
do ſuperfluitates crudas paulatiʒ efficit tot ad illis
ꝙ ſuffocatur coꝛpus humanum. ¶ Sexta ratio ꝙ ſpi
ritus vitales tranſmiſſi a coꝛde in alia membꝛa cale
faciunt illa plus opoꝛtuno in quoꝝ calefactione deſic
cant mēbꝛa. ¶ Septima ratio : qꝛ potentie natura-
les diſtrahunt in operib⁹ ſuis a potentijs cognoſci-
tiuis ideoq̄ ꝓperaʒ operant. ¶ Octaua ratio: quia
vt dicit Ariſt.j.de gn̄one Humidū radicale cōtinuo
ī putat itaq̄ nō raſtaurat:reſtaurat tale ſicut eſt de p̄
dicatum ideoq̄ cōtinue ſum⁹ terreſtrioꝛes:et dete-
rioꝛes:adiubat ad hoc illud apoſtoli ſumus in quos
fines ſeculi deuenerūt:facit ad hoc ꝙ Homerus con
querebatur de paruitate hominum ſui tempoꝛis:
qui tn̄ reſpectu noſtri erant giganteli : adiuuat etiā
ad hoc ꝙ homines iſti⁹ tempoꝛis habent pautioꝛes
dentes:ī mandibulis dentiū vero pluralitas,vt ariſt.
in de animalib⁹ eſt cauſa ꝓlongandi vitam:ſilr̄ anti-
qui medici vtebantur helleboꝛo ad purgandum ho
mines quo hodie non vtūtur:qꝛ ꝑꝑ debilitatē coꝛpo-
ris eſt moꝛtalis:ideoq̄ bn̄ dixit conciliatoꝛ differen
tia nona:ꝙ natura humana eſt debilitata ab eo ꝙ an
tiquitus ad hoc etiā facit ꝙ homines iſti⁹ tempoꝛis
ſunt filij gule in eadem menſa vtentes diuerſis cibis
antiqui vno cibo erant contenti adeoq̄ quod dicit
coꝛneli⁹ celſus ꝙ in vna menſa cōmedebant carnē et
in alia panem. ¶ Rationes vero aſtrologoꝝ ad hoc
ſunt multe. Pꝛia rō eſt moꝛts nālis motus celeſtium
diffoꝛmitas quidā eī̄ celi mouent ab oꝛiente ī occi-
dentē:alij vero ab occidente in oꝛientē. ¶ Secūda
cā cōiunctiones magne triū ſuperioꝛū planetarū q̄
ſepe afferunt magnas mutationes ī iſtis inferioꝛib⁹
¶ Tertia cā eſt ecliptica mobilis declinat ab eclip-
tica fixa verſus meridiem in qua declinatione dies
maxime ſunt abꝛeuiate ſuper dies qui ſolebant eſſe
maxime:et noctes que ſolebant eſſe maxime ſunt ſa
cte maioꝛes. ¶ Quarta cauſa eſt malicia aſpectuū:
alie vero ſūt cauſe:qꝛ luminaria magna ꝑꝑ peccatū
pꝛimi parētis defecerūt a ſua luminoſitate : vt dicit
magiſter ſentēciaꝝ in.4.diſt.48.in ſeptupla ꝓpoꝛ-
tione luna poſt peccatum pꝛimi parētis illuxit min⁹
erat eī̄ in ſtatu innocentie luna de nocte ſicut modo
eſt ſol de die ſunt etiam cauſe moꝛtis quedam ratio
nes moꝛales. Nam cū homo ſit agens liberum ſi im
moꝛtale fieret non meminiſſet obedientie erga crea
toꝛem:ſilr̄ non eſſet homo iuſtus niſi ex metu moꝛtis
placet etiā deo commutare vitam adeo fragilem in
aliā vitam feliciſſimā. ¶ Querit p̄terea vtrū quali-
tates contrarie ſe compatiant,et vr̄ ꝙ ſic autoꝛitate
Phi,ad calcem.5.phiſicoꝝ illud aſſerentis. In con-
trarium eſt phs.2.de generatione tex.cō.25,dicen

tis cōtraria non poſſunt in codē cōiungi.

¶ In iſta materia de compoſſibilitate qualitatū teneaṫ iſta egregia reſolutio per aliquas ꝑpōnes. Pria eſt qualitates cōtrarie ſpirituales ſi ſint actuales in nullis gradibꝰ ſe cōpatiunṫ naturaliter: ſi vͦo ſint habituales teneri pōt ꝙ ſe cōpatianṫ in gradibꝰ remiſſis nalr loquendo. Iſta ꝑpō duas habet partes. Prima pars ꝙ qualitates ſpirituales ⁊c. Et iſta probaṫ: qꝛ qualitas ſpiritualis actualis ipoſſibile eſt ꝙ ſit in aīa quim per illam aīa actualiter imuteṫ: ſꝫ ipoſſe eſt ꝙ ſimul immutetur duabus talibus imutationibꝰ oppoſitis ideſt ꝙ aſſentiatur euidēter diciṫ naturaliter: qꝛ ſuper naturaliter bene dicit Geruaſius ad finem ſuarū notitiarū bn̄ ſe compatiunṫ de codē obiecto aſſenſus euidens et in euidens. Secunda pars illiꝰ ꝑpōnis eſt ꝙ q̄litates ſpirituales habituales bene ſe cōpatiunṫ in gradibus remiſſis: iſtā partē tenet Anges in ſuis moralibus capitulo. 5. documēto. 5. quaꝫ iſta rōne ſuadet ſi quiſpiā alias vicioſus ingrediaṫ religionē vbi fiat continens ibi ſentiet duplicem inclinationē aduerſam alterā in vicio aliā in virtute: ergo habet duplicem habitū vnū inclinantē in viciū alterū in virtutē

**Prima ppō.**

Secūda propō Alua. tho. in ſuo triplici motu trac. 4. caplo. 3. con. 2. credit qualitates contrarias ſe cōpati in gradibꝰ remiſſis non adīpleta tota latitudine ad qͦ moueṫ ſupponendo quodlꝫ elemētū ſolas duas habere qualitates quo habito ponit ꝙ acr habeat calorē vt. 7. et humiditatē vt. 8. ⁊ applice ṫ vnū frigefactiuū illi aeri qͦ remittat vnū gradū caloris ꝑducet vnū gradū frigiditatis: erit igiṫ ibi caliditas vt ſex: et frigiditas vt vnū: vbi non eſt adīpleta tota latitudo: ergo ꝑpō vͦa ꝙ ſi arguaṫ ꝙ ſi talis acr habens hanc frigiditatē vnius gradꝰ illa ablata fieret calidū vt. 8. ſubito fieret calidū vt. 8. reſpondet ꝙ nō: qꝛ in introductione illiꝰ caliditatis forma aeris reſiſtit. Paulꝰ venetꝰ in ſumma philo. libris de generatiōe credidit ꝙ due qualitates virtuales cōtrarie in codē ſe compatiantur ad qͦ adducit exemplū de vino ꝙ calefacit homines et infrigidat ſeipm̄ ſi feruens ab igne tollaṫ quare infert ipſum habere duas qualitates virtuales ſꝫ certe hec opinio indigna eſt q̄ a viro docto reſcipiaṫ: qꝛ iſte qualitates virtuales ſunt maxime io time conuenientes ipſis rebꝰ quare ſi aliqua res haberet duas tales videṫ ꝙ eq̄liter declinaret ad calidū et ad frigidū: et ita eēt dare equale ad pondꝰ qͦ maxime. Ariſt. ſecundo ꝺ generatione reprobauit: et ad ſuam rōnē rn̄deo ꝙ illa cōtrarietas effectuū non arguit cōtrarietatem ꝑncipiorū effectiuoꝝ: nāꝫ qualitas illa quā vinū limitat virtualē eſt qualitas q̄dā media temperata que ad multū calorē eſt frigns et ad paruū calorem eſt calor ſicut aqua tepida cōparata frigide eſt calida et cōparata calide eſt frigida: ſic in ꝑpoſito vinū cōparatū ad calorem noſtrū eſt calidū. qꝛ plꝰ habꝫ de calore quam nos: ſed comparatū ad ſūmū calorem exceſſiuū eſt frigidū vel dicas aliter ꝙ ex cōtrarietate effectuū circa diuerſa paſſa: non arguiṫ contrarietas principiorū effectiuorū nanꝫ ſol coagulat ſalem et lutū: et liquefacit cerā eadem qualitate: qꝛ humiditas cere eſt aerea viſcoſa tenax q̄ a ſole diſtēdatur et nō euaporet; ſed humiditas luti eſt aquea non bene cōglutinata ſicco terreo que facile euaporet: ſimiliter cepe vlcerat per exteriꝰ. et per interiꝰ nutrit et coriandrū per exterius reſoluit et calefacit per interius infrigidat ſimiliter aloes per exterius ſtringit venas: et per interius aperit venas ⁊ facit manare ſanguinem.

**Secūda ppō.**

¶ In hac materia due famoſe opiniones verſantur. Prima eſt cōis que tenet qualitates contrarias ſe compati in gradibꝰ remiſſis adimpleta tota latitudine: ita ꝙ ſi ſumma latitudo ſit: vt. 8. et ſint in aliquo ſubiecto. 5. gradꝰ caliditatis erunt in eodem ſubiecto: tres gradꝰ frigiditatis: ⁊ ſi quattuor caliditatis q̄ttuor frigiditatis: ſi ſint tamen octo gradus caliditatis nihil erit ibi frigiditatis ⁊ econuerſo ſi ſint octo gradus frigiditatis nihil erit ibi caliditatis. ¶ Alia eſt opinio domini gregorij ariminenſis qui tenet ꝙ qualitates contrarie in nullis gradibus ſe compatiantur nec intēſis nec remiſſis. ¶ Contra ꝑmam opinionē multis argumētis Gregoriꝰ arguit primo ſic dato vno ſubiecto quod habeat caliditatē vt quinꝫ et frigiditatem vt tria illa caliditas non ſe compatitur cum frigiditate vt tria; ergo intentum: ꝑbatur antecedens illa caliditas habet proportionem maioris inequalitatis contra frigiditatem vt tria ergo corrumpet frigiditatem vt tria et ita non ſe compatientur caliditas vt quinꝫ et frigiditas vt. 3. ꝙ autem agat in frigiditatem vt. 3. probatur: quia ſi approximaretur vnum aliud ſubiectum quod haberet quattuor gradus caliditatis: et quattuor gradus frigiditatis ageret in illos quattuor gradus frigiditatis ergo afortiori aget in illos tres gradus frigiditatis: et ita non ſe compatiētur quinꝫ gradus caliditatis: et tres frigiditatis: Hoc argumentum facile ſolueretṫ ab attendenti illa que in prima queſtione proportionum dicta ſunt dictum enim eſt ibi: ꝙ agens naturale nō agit propter habere proportionem maioris i equalitatis: ſed propter non habere paſſum aſſimilatuꝫ quare licet calidum vt quinꝫ et frigidum vt tria poſſit agere in frigiditatem vt quinꝫ non tamē pōt agere in frigiditatem vt tria: que eſt in eodem ſubiecto: quia ſubiectum eſt aſſimilatum ipſi calori: vt quinꝫ quia eſt calidū vt quinꝫ igitur non patitur ſubiectum ab ipſo calore vt quinꝫ qualitates. n. cōtrarie que ſe compatiuntur: ideo ſe compatiuntur: quia vna in reliquam nō agit alīas ſi vna in reliquaꝫ ageret ſequitur ꝙ piper propter ſuam antiquitatē fieret calidius: quod experientia monſtrat eſſe falſum et ſequella patet: quia ibi caliditas deſtrueret frigiditatem per tempus.

**Prima opinio.**

**Secūda opinio.**

**Primum pꝛīcipale**

¶ Secundo principaliter arguitur albedo et nigredo ſunt qualitates contrarie ⁊ i nullis gradibus ſe compatiuntur: ergo qualitates contrarie in nullis gradibꝰ ſe compatiuntur: conſequētia eſt nota: et probatur aīs: quia nulla eſt experientia nec rō ſuadens ꝙ albedo et nigredo in aliquibus gradibꝰ ſe compatiantur: ergo non ſe compatiuntur. Ad hoc argumentum reſpondeo ꝙ qualitates ſecunde in nullis gradibus ſe compatiuntur: qꝛ non generantur iſte qualitates ſecunde cōtrarie niſi ex contrarijs dominijs qualitatū primarū ſed dominari ſimul calorem ſuper frigus et econuerſo eſt impoſſibile: ergo impoſſibile eſt ſimul in eodem eſſe albedinem: et nigredinem.

**Secūdū pꝛīcipale**

¶ Tertio principaliter arguitur: ſi aliquod ſubiectū haberet caliditatem vt quattuor et frigiditatē vt quattuor; ſequitur illud ſubiectum

**Tertium pꝛīcipale**

eſſe calidū ⁊ frigidū et ita de eodem termino ſingulari verificarenꝫ duo termini ꝯtrarij naturaliter ſeclufa ampliatione quod eſt falſum: ad hoc reſpōdet ludouicus coronel tertio phiſicorū ꝙ eſt calidū ⁊ frigidū copulatim ſed non copulatiue: ſed falſum eſt ꝙ aliquod ſubiectum habens caliditatem vt quattuor ⁊ frigiditatem vt quattuor ſm eādem partem ſit calidum et frigidū ſumendo ly: ⁊ copulatim cū ibi nulla pars copulati ſupponat totum: etiam non ſupponere neceſſe ē: alias preberetꝫ āſa cōcedendi ꝙ petrꝰ eſt chimera: et hircoceruꝰ dicerem eīn. ꝙ totū copulatū ſupponit ꝑ petro ſꝫ nulla pars ſupponat petro.

¶ Quarto principaliter arguitꝫ qualitates contrarie ſpirituales in nullis gradibꝰ ſe cōpatiuntur ergo nec qualitates cōtrarie reales ſe cōpatientur: conſequentia eſt bona ex paritate rationis: q2 potior videtꝫ eē ratio ꝙ qualitates contrarie reales nō ſe compatianꝫ ꝙ ꝙ qualitates cōtrarie ſpirituales non ſe compatiantur. Nā qualitates cōtrarie reales repugnant in eē reali et in eſſendo: ſꝫ qualitates cōtrarie ſpirituales ſolum repugnant in ſua immutatione et tendentia que ſunt accidentalia ipſi notitie. Ad hoc argumētum dicitur cōmuniter ꝙ poſſibile eſt qualitates contrarias reales in eodem ſe compati: q2 nunꝙ ambe ſimul denominant ſubiectum ſed qualitates contrarie ſpirituales nō poſſunt eē in eodem ſubiecto quin denominent ipſum et immutent ipſum diuerſis imutationibus: ⁊ maxime cōtrarijs: ergo qualitates contrarie ſpirituales non ſe compatiuntur ſecꝰ aūt reales. ¶ Sed certe ego nō video que nā ſit repugnantia ꝙ ego per aliquē aſſenſum opinatiuū aſſentiā huic homo eſt animal et per alium ſcientificū aſſentiam huic homo eſt animal: q2 maxime eſſet: quia implicat contradictionem puta ꝙ iſte aſſentiat euidenter huic: homo eſt animal: et non aſſentiat euidenter huic homo eſt animal: ſꝫ iſta negatiua non infertur: ſed ſolum infertur ꝙ non aſſentiam euidenter huic hō eſt animal per aſſenſum opinatiuū: ſi. n. iſta ratio valeret aliquid ſequeretꝫ ꝙ improbabilis eēt poſitio que tenet ꝙ iſte qualitates ſpirituales contrarie ſe compatianꝫ ſupernaturaliter q2 iplicat contradictionē vt dicis.

¶ Sed iam contra opinionem Grego.. libꝫ fortibus inſtantijs argumentari qm̄ illa opinio apparet mihi inſubſtentabilis: primo ſic in mixto reperiuntur qualitates cōtrarie ergo illa opinio eſt falſa: probatꝫ antecedens q2 mixtū differt ab elemento penes habere quaternariū numerū qualitatū contrariarū cū tamen elementum ſit corpus ſimplex. ¶ Nota pro declaratione huius argumenti ꝙ Gregorius ariminenſis et Albertus ꝺ ſaxonia: ⁊ ab omnibus medicis pro maiori parte tenetur: ꝙ complexio que eſt qualitas qua mixtum conſeruatur generatꝫ et operatur: ē due qualitates medie vna īter actiuas reliqua inter paſſiuas: que qualitates medie ſic ſe hn̄t ꝙ ſi media inter actiuas declinet magis ad calorē eſt caliditas et ſi ad frigiditatem eſt frigiditas et hec in comparatione ad extremū calorē ē: ſicut frigi. ad extremā frigiditatē ſicut cali. et pari modo dicatꝫ de qualitate media inter paſſiuas qualitates Marſi. tamē medicos vetuſtiores ſeqn̄s tenet complexionē fore aggregatū ex remiſſis qualitatibus elementorū refractis quā opinionē falſam eē conſtat quia ex illa ſequeretꝫ aliqua duo mixta diuerſarū ſpecierū eodem modo punctualiter poſſe complexionari ꝙ repugnat abſqꝫ dubio: et ſequella patet: q2 lignū pōt habere qualitates eodem mō tēperatas ſicut lapis: ex quo ſequitꝫ lignū et lapidē eodem modo cōplexionari debere ꝙ falſum eſt: quare nō īmerito in qnqꝫ caſibꝰ ꝙuis ſint eedē ꝓportiōes qlitatū primarū non obid eadē forma mixti et eadē cōplexi: conſequetꝫ. Primꝰ caſus ē qn̄ agens eſt ſimplex dominans ꝙ hoc modo eſſet ſi ignis ageret in aquam remittendo eius frigiditatē et humiditatē donec aqua in ignem ꝯuertatur tunc in aqua tranſiuimꝰ ꝑ oēs ꝓpōnes ꝓles q̄litatū primaꝝ: ⁊ nunꝙ trāſiuimꝰ ꝑ formā mixti nec ꝑ q̄litatē q̄ eſt cōplexio ad mixtionē eīn neceſſariū eſt nullū eē ſimpliciter dominans oīa. n. elemēta pugna cadmica ⁊ vincunt ⁊ vincunꝫ: q̄re ſi eſt agens ſimplex dominās nō fit forma mixti nec cōplexio. Secūdꝰ caſus eſt qn̄ diuerſa fit mixtio elemētorū ꝓpter qꝺ ſꝫ cōſimiles ꝓportiōes qualitatuꝫ primarū accidant attamē propter diuerſam mixtionem miſcibilium pullulat mixtorum diuerſitas. Tertiꝰ caſus qn̄ pro forme mixti ꝓductiōe requiritꝫ agēs limitatū propter qꝺ ſi in aliq̄ terra ꝓduceretꝫ conſimilis calor illi quē ſol facit tpe verno: ſi nō ꝓducatꝫ a ſole ſꝫ ab alio nō germinabūt illo mō arbores. Quartus caſus quando elementa veniunt ad mixtionem cū cōſimili ꝓportiōe qualitatū priaꝝ ſed tn̄ non veniūt per actionē et reactionē mutuam elemētorū. Quintꝰ caſus eſt qn̄ elementa ſꝫ ſimiles hēant proportiones q̄litatum primarū nō tn̄ diuidūtur vſqꝫ ad minima naturalia qꝺ reqſitum eſt ꝑ mixtione facienda: et hoc dixit Ariſt. prio de generatione. capitulo de mixtione cū dixit parua paruis meliꝰ miſcentur ꝙ magna magnis: propter hos quinqꝫ caſus dico: nō ſolū ad formā mixti fore diſpoſitionē preuiā talē aut talē ꝓportionē q̄litatū primaꝝ ſꝫ etiam diuerſam mixtionē elementorū: diuiſionē vſqꝫ ad minima: ⁊ reliqua que ibi numerabimꝰ q̄re crediderim ab huiuſmodi proportione qualitatum primarum ſimul et ab alijs ſcilicet numeratis in mixto prouenire quādam qualitatem virtualem que proprie complexio nuncupatur: ſecundumqꝫ reſultat diuerſitas in forma mixti: tu enim vides ꝙ piper in frigidatū ſicut gelu denominatꝫ cōplexionis calide ꝙ eſt a q̄litate virtuali quā ſuapte natura limitat. Caſus. 1ꝰ. Caſus. 2ꝰ Caſus. 3ꝰ Caſus. 4. Caſus. 5.

¶ Secundo principaliter arguitur ſequitꝫ ꝙ forma ſubſtantialis conſeruaretur ſine qualitatibꝰ conſeruantibꝰ: aut forma ſubſtātialis introduceretꝫ in materia indiſpoſita: aut ꝙ alterō nō eēt motꝰ q̄ oīa ſunt īpoſſibilia: ſeq̄lla ꝓbatꝫ volo ꝙ ſit vna aq̄ habens frigiditatē vt. 8. ⁊ ab aliquo calefactiuo debeat corrumpi aliquis gradꝰ frigiditatis vel tantꝰ gradꝰ caliditatis generatꝫ ibi vel non: non primū q2 qualitates cōtrarie ſe cōpaterenꝫ nō ſecūdū: q2 ſeq̄retꝫ ꝙ prīo eēmꝰ in non gradu frigiditatis ꝙ ibi aliquis gradꝰ caliditatis introducatꝫ ꝙ ſi ſic ſequitꝫ manere formā ſubſtātialē, aq̄ ſine qualitatibꝰ cōſeruantibꝰ aut ꝙ forma ignis introducatꝫ in materia indiſpoſita: aut ꝙ alteratio fiat ſubito tanta quanta requiritꝫ ad ꝓducendā ſufficientē diſpoſitionē qualitatiuam pro ꝓductione forme ſubſtantialis. Secūdū pricipale

¶ Tertio principaliter arguitꝫ: ſequitur ꝙ ſi in ꝓductione caliditatis in aliquo ſubiecto non eſt aliq̄ frigiditas que reſiſtat: ꝙ in inſtanti fieret oīs ꝓductio caliditatis qꝺ eſt īpoſſibile: ſed ad hoc argm̄ poſſꝫ ipe facile dicere ꝙ reſiſteret forma ſubſtātialis cui illa caliditas diſconuenit. Tertium pricipale

Quartuʒ principale. ¶ Quarto principaliter arguit̄: ſequit̄ ꝙ hec opinio non poteſt ſaluari ꝙ remiſſum re mittat intēſum qḋ tn̄ eſt cōtra experientiā. Nā ſi ap proximet̄ vnū ſubiectū remiſſe calidū vni ſubiecto intenſe calido: ſequit̄ ꝙ illud non remittet qḋ ꝓbat̄: qꝛ ſi ibi tantū eſt caliditas in vno: ⁊ in alio: ſit in vno caliditas vt vnū et in altero vt tria: et ſequit̄ ꝙ potiꝰ caliditas vt tria intendit caliditatē vt vnū: ergo re miſſum nō remittit intenſum: iō crederē hāc opinio nem eſſe falſam: ſʒ volo declarare hoc qūo remiſſum

Prima ppoſitio. remittit intenſum per aliqs ꝓpōnes. ¶ Pria ꝓpoſitio non eſt bona rō quare remiſſum remittat intenſum ꝙ aqua tepida mixta aque calide appar et tepi da tota: namqꝫ nō eſt credendū illud fieri per amiſſionē tot graduū caliditatis quot requirunt̄ vt appareat tepida potiꝰ. n. talis apparet propter diſgre gationē partiū calidarū aque calide: ſʒ melior rō ē ad hoc ꝓbandū de ellectuario confecto ex ſpēbꝰ ele ſanginis et zucaro vbi reſultat aliquid minꝰ calidū ꝙ ſint ille ſpēs eleſangie.

Secūda ppoſitio ¶ Scōa ꝓpō remiſſum re mittit intēſum ſi teneamꝰ qualitates cōtrarias ſe cō pati ꝓ oppoſitā qualitatē res hn̄s caliditatē vt 5. re mitit habētem caliditatē vt. 4. propterea ꝙ habet gradus frigiditatis quibus remittere valeat calorē vt. 4. alterius rei: ſi tn̄ teneamus qualitates contrarias in nullis gradibꝰ ſe cōpati: dicemꝰ ꝙ remiſ ſum remittit intenſum: qꝛ deſtruit raritatē intēſi a q̄ dependet in conſeruari: nec incōuenit ꝙ deſtruat̄ ef fectꝰ ſecūdꝰ ſine priori: vt pʒ de de niuibꝰ que primo vere degelantur et fiunt rariores et tamen fiunt fri gidiores quadā ātipariſthaſi.

Tertia ppoſitio ¶ Tertia ꝓpō nō eſt verū ꝙ remiſſum remittat intenſum non poſita paritate in raritate et denſitate pʒ qꝛ cera calida ī medio gradu admixta oleo balſami calido ī prīo gradu facit vnguentū calidū in ſecundo gradu quia re miſſum quando eſt in ſubiecto denſo habet plꝰ multitudinis forme: et propterea intendit intenſiꝰ vt pʒ de corde minꝰ calido ꝓducēte ſpiritū vitalē calidio rē.

Quarta ppoſitio. ¶ Quarta ꝓpō de per accn̄s contingere pōt ꝙ remiſſuʒ intēdat intēſuʒ: vt pʒ ō melle calido in prīo gradu ꝙ calefacit cauſonizātē calidū i4 qꝛ hʒ ꝑtes facile inflāmabiles ꝑpter quā cām fructꝰ quamuis frigidi nocent febricitantibꝰ ꝓpterea ꝙ habent q̄ſdā partes facile putreſcibiles: oēs eñ fructꝰ vt Aui cenna de curatione putridarū nocent febricitantibꝰ cū ebulitione ſua circa ſthomacū.

¶ Et ſi contra hoc arguatur probando ꝙ ſacharū calidū in ſecundo gradu calefaciat gariofilos calidos in tertio. Nā ſi tres gradꝰ cali ditatis gariofili operantes a proportione ſequialte ra contra frigiditatem, vt duo ſachari remittunt vnū gradū frigiditatis ſachari: ergo a fortiori duo gradꝰ caliditatis ſachari operantes a proportione dupla contra vnum frigiditatis gariofili illum cor rūpent: qꝛ maior eſt dupla quam ſequialtera. Hoc argm̄ eſt alkindi in ſuo tractatu de doſi medicinarū et gentilis in queſtiōe de doſi colūna finali. Ad quod reſpondeo cū Jacobo de forlibio in li. de intenſione et remiſſione formarū ꝙ agens non agit propter ha bere ꝓportionē maioris inequalitatis: ſed propter non habere paſſum aſſimillatū: et qꝛ ſi zucarū hʒ ma iorē ꝓportionē ꝙ gariofili inuenit paſſum aſſimilatū iō non aget in gariofilos: poſſet etiā aliquis obiice re ꝙ medicina calida in primo gradu: et medicina frigida in primo gradu eſſent vnius et eiuſdē complexionis quod eſt falſum ſequella probat̄ qꝛ medicina calida in prīo gradu remittit calidā in tertio vſqꝫ ad duos gradꝰ et medicina frigida in primo gradu remittit calidā in tertio gradu vſqꝫ ad duos gradꝰ: igit̄ calida in prīo gradu: et frigida in prīo gradu ſunt eiuſdē cōplexionis: reſpondeas: ꝙ medicina calida ī primo gradu remittit illā que eſt in tertio gradu vſqꝫ ad duos gradꝰ frigida vero in pri prīo gradu remittit vſqꝫ ad vnū gradū cū dimidio.



## ¶ Explicit Quintꝰ Phiſicorum.

## ¶ Incipit liber ſextus phyſicorum

Ariſtotelis ſtagirite: cum cōmentarijs Petri a ſpinoſa artium magiſtri.

SI autem eſt continuum: et quod tangit: cōſequenter ſicut diffinitum eſt prius: continua quidē quorū vltima vnuʒ: que ve ro tangūtur quorū ſimul: cōſequenter aūt quorum nihil eſt medium proximi generis: impoſſibile ex in diuiſibilibus eſſe aliquid continuū: vt lineam eſſe ex punctis. Si vere linea quidem continuum eſt: pun ctum autem indiuiſibile. Neqꝫ eñ vnuʒ ſunt vltima punctoꝝ. Nō eſt eñ hoc quod vltimū punctoꝝ aliud aliquid: illud aūt aliqua pars indiuiſibilis. Neqꝫ ſiꝫ ſunt vltīa: nō eñ eſt vltimū nihil impartibilis: alterū eñ eſt vltimū: ⁊ cuius eſt vltimū. T. cō. i.

¶ Ampliꝰ neceſſe ē aut cōtinua eē puncta: aut tāgentia ſe adinuiceʒ: ex quibꝰ eſt cōtinuū. Eadem aūt ratio eſt et in omnibꝰ indiuiſibilibus. Cōtinua quidē igit̄ non erunt ꝑpter predictam rationem. Tangit aūt oē: aut totū totum aut pars partē: aut totum pars. Qm̄ aūt impartibile eſt indiuiſibile: neceſſe ē totū tangere totū. Totuʒ aūt totum tangens non eſt cōtinuū. Continuū eñ hʒ hoc quidē aliam: illō vero aliam partē: et diuiditur in ſic diuiſibilia et loco diſcreta. At vero neqꝫ conſequenter inerit pūctū puncto: aut ipſuʒ nunc ipſi nūc vt ex his ſit longitudo: aut tempus: conſequenter. n. eſt quorum nullum eſt medium proximum. Puncto rum aūt ſemper eſt mediū linea: et ipſorū nūc tēpus Amplius diuident̄ in indiuiſibilia: ſi quidem ex qui bus eſt vtrunqꝫ in ipſa diuidit̄: ſʒ nullū eſt continuo rum in impartibilia diuiſibile. Aliud autem genus non poteſt eſſe mediū punctorum et ipſorū nūc nulluʒ: ſi nanqꝫ erit: manifeſtū ꝙ aut etiā diuiſibile aut indiuiſibile erit: et ſi diuiſibile: aut indiuiſibilia: aut in ſemper diuiſibilia: hoc aūt eſt continuū. T. cō. 2.

Manifeſtū autē et quod omne continuū diuiſibile in ſemper diuiſibilia: ſi. n. in indiuiſibilia diuideret̄ ꝯtinuū. eēt indiuiſibile indiuiſibili contactū: vnū enim vltimū ⁊ que tangunt̄ continuorū eſt. T. cō. 3.

Cōmentarium

POſtquam philoſophus in quinto phiſicorum tractauit de diuiſiōe motus in ſpēs ⁊ de vnitate et de contrarietate motuū et quietū in hoc ſexto li. intendit determinare ea q̄ pertinent ad diuiſionē motꝰ ſm̄ ꝙ diuidit̄ in partes quantitatiuas: et intendit in iſto declarare ꝙ omne quod mouetur eſt diuiſibile ad quod explicandum

pꝛemittit aliqua que intendit pꝛobare. Pꝛimum eſt
ꝙ continuum non componitur ex in diuiſibilibꝰ: ad
quod pꝛobandum pꝛemittit quaſdam diffinitiones
ſupꝛa poſitas.ſ.duo ꝯtinua ſunt quoꝝ vltra ſunt vnū
Cōtacta vo quoꝝ vltra ſūt ſil̄ ꝯñter vo ſe hñtia ſunt
quoꝛū nihil eſt mediū eiuſdē generis: ⁊ ſtatim ponit
ꝯcl'onē quā intendit ꝓbare ꝙ continuū non cōponi
tur ex in diuiſibilibꝰ: ponit exēm vt ꝙ linea non cōpo
nit̄ ex punctis ſi ꝓpꝛie linea ſunt actu vt ſit longitu-
do illatabilis et punctū ꝓ indiuiſibili hñte poſitionē
in continuo permanente: et hoc dicit ne foꝛte aliqs
abutat̄ bocabulis. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ argu
it ꝙ ex talibꝰ in diuiſibilibꝰ non fiat continuū et po-
nit duas rōnes: quaꝝ pꝛima talis eſt ex quibuſcūqꝫ
cōponitur aliqd vnū per modū continuationis vl' cō
tactꝰ opꝫ ꝙ vltima ſint ſil̄ vel ſint vnū: ſꝫ in indiuiſibi-
libꝰ non eſt dare vltima: ergo talia indiuiſibilia non
pñt cōponere continuū. ¶ Poſtea vero phs tex.cō.
2. ponit ſecundā rōnem qua pꝛobat illud met et pꝛo
bat ꝙ ipoſſibile eſt pūcta componere continuū per
modū contactꝰ: qꝛ ꝙ tangit alterū: aut totū tāgit to
tū: aut pars totū: aut pars partē nō ſunt dicēda duo
ſecūda: qꝛ in indiuiſibili non eſt pars nec pꝛimū: qꝛ
ſi totū tangit totū ſequit̄ ꝙ partes non hñt diſtinctā
poſitionē in q̄ntitate ꝯtinua: Et ex ꝯñti nō ē q̄ntitas
ꝯtinua. Poſtea phs ꝓbat ꝙ linea nō cōponat̄ pūctis
tanq̄ ex ꝯñter ſe hñtibꝰ: qꝛ ſi illa pūcta ꝯñter ſe hī. t
inter illa mediat aliquid non eiuſdem generis pu-
ta linea: et parte linea componit̄ ex punctis: ergo
inter illa extrema mediat aliquid eiuſdē rationis
et ex conſequenti illa puncta non ſunt conſequēter
ſe habentia. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ tex.cō.3. pꝛo
bat illud met ex alia diffinitione continui quā poſu-
it ſupꝛa in pꝛincipio tertij: ſcilicet ꝯtinuū eſt quod
eſt in infinitū diuiſibile: tunc ſic arguit̄: ſequit̄ ꝙ ſi cō
tinuū componatur ex indiuiſibilibꝰ ꝙ in illa reſolua
tur: et ita non erit diuiſibile in ſemper diuiſibilia.
¶ Poſtea vero phs manifeſtat q̄ ſupꝛa dixerat.ſ. ꝙ
inter duo pūcta mediat linea hoc mō: qꝛ ſi ſunt duo
punctu illa non ſe contangunt vt dictū eſt: ergo dif-
ferunt ſm ſitū: ergo aliquid mediat inter illa: pero
de tali medio vel eſt diuiſibile vel in diuiſibile: ſi idi-
uiſibile opꝫ ꝙ differat ab vtroqꝫ in ſitu: et cū non tan
gat opoꝛtet ꝙ inter illud et extremū ſit aliud medi
um: et ſic erit ꝓceſſus in infinitū: ſi vero dicatur ꝙ ē
diuiſibile vel ē diuiſibile in indiuiſibilia: et hoc non
vel indiuiſibilia: non pꝛimū vt pꝛobatum eſt: ergo ſe
cundū: ꝙ ſi ſic ergo continuū non cōflatur ex in diui
ſibilibus: ſed potius ex diuiſibilibus. ¶ Poſtea phs
manifeſtat ſm qd̄ ſuppoſuerit.ſ. ꝙ oē continuum ſit
diuiſibile indiuiſibilia: qꝛ oppoſito dato ſequeretur
ꝙ duo inuiſibilia ſe contangerent ad hoc ꝙ poſſunt
conſtituere continuū: opoꝛtet eñi ꝙ cōtinuoꝝ ſit vnū
vltimum vt ex diffinitione eiꝰ apparet: quare con-
ſtat continuū nō conflari ex indiuiſibilibꝰ.

T.cō. 4. Juſdem aūt rationis eſt ⁊
magnitudinē et tempꝰ et motū ex in-
diuiſibilibꝰ cōponi et diuidi in indi-
uiſibilia: aut nihil. Manifeſtū eſt aūt
ex his. Si eñi magnitudo ex indiui-
ſibilibꝰ cōponitur et motꝰ qui huius
ex equalibus erit motibꝰ indiuiſibilibꝰ. Ut ſi ipſa.a.
b.c. ex.a.b.c. eſt indiuiſibilibꝰ motus in quo.d.e.z.
ſecūdū quem motū eſt ipſum.o. in ſpacio qd̄ eſt.a.b.
T.cō. 6. c. vnāquamqꝫ partem hꝫ indiuiſibilē. ¶ Si igit̄ pꝛe
ſentis motus neceſſe moueri per aliquā partē: et ſi
moueat̄ aliqd adeſſe motuū: et mouere erit ex indi
uiſibilibꝰ: ſecundū quidē igit̄.a. motū eſſe ipſum.o.
motu quo.d. mouet̄: ſecundū vero. b. quo ipſum.e.
Et ſecundū.c. quo ipſum.z. Si igit̄ neceſſe eſt quod T.cō. 7.
mouet̄ vnde et vbi nō ſil̄ moueri et motū eē quo mo-
uit; quādo mouit. vt ſi thebas aliquis it: ipoſſibile eſt
ſimul ire thebas: et itū eē thebas. Secundū.a. qdeꝫ
igit̄ ipartibilem motū eſt ipſum.o. ſecūdū qd̄ ipſum.
d. motꝰ aderat. Quare ſi quidē poſterius deuēerit
ꝙ venit: diuiſibilis vtiqꝫ erit. Cū.a. eñi veniret: neqꝫ
quieſcebat: neqꝫ tranſierat: ſꝫ mediū erat: ſi aūt ſil̄
venerit et venit: veniens cū venit: ventū ibi erit: et
motū eē vbi mouet̄. ¶ Si vero ſecundū totum.a.b. T.cō. 8.
c. moueat̄ aliqd̄: ⁊ motus quo mouet̄.d.e.z. eſt: ſecū-
dū aūt ipartibile.a. nihil mouet̄: ſꝫ motū ē: erit vtiqꝫ
motus nō ex motibus: ſꝫ ex momentis. Et motū eſſe
aliqd̄ non motū: ſecundū eñi.a. tranſiuit nō tranſiens
Quare erit aliqd̄ tranſitū eē nō aliquando iens vel
tranſiens: hāc eñi tranſiuit nō tranſiens hanc. ¶ Si T.cō. 9.
igit̄ neceſſe eſt aut quieſcere aut moueri omne: qui
eſcit aūt ꝑ vnū quodqꝫ eoꝛū que ſunt.a.b.c. ergo eſt
aliqd cōtinue quieſcens ſil̄ et qd̄ mouet̄ ꝑ totā eñi.a.
b.c. mouebat̄.o. et quieſcebat ſecundū quanlꝫ par-
tem: quare et ꝑ omnem. Et ſi quidē indiuiſibilia que
ſunt.d.e.z. motꝰ ſunt: motu pꝛeſente cōtinget vtiqꝫ
non moueri ſed quieſcere. Si aūt nō ſunt motꝰ: mo-
tū non ex motibꝰ eſſe.

¶ Poſtea vero philoſophus. tex.
cō. 4. dicit ꝙ eadem eſt ratio de continuo qd̄ eſt ma
gnitudo: et de tēpoꝛe ⁊ motu ad hoc ꝙ non cōponāt̄
ex indiuiſibilibꝰ. ¶ Poſtea dicit. tex.cō. 5: ꝙ ſi ma-
gnitudo cōponat̄ ex indiuiſibilibꝰ eadē ratione ſeqt̄
ꝙ motus cōponatur ex eiſdem indiuiſibilibus et po
nit exemplū: ſit linea.a.b.c. ⁊ ſit mobile.o. qd̄ mouet̄
in ſpacio linea.a.b:c. et motus eiꝰ ſit.d.e.z. opoꝛtet
ꝙ ſi ꝑtes ſpatij vel linee ſint indiuiſibiles: ꝙ et ꝑtes ꝑ
dicti motus ſint indiuiſibiles. ¶ Poſtea vero phus
ꝓbat demoſtratiue ꝙ motus nō cōponat̄ ex indiui-
ſibilibus pꝛemitens duo: ꝙ ſm quācūqꝫ ꝑtē pꝛeſen-
tis motus neceſſe eſt aliqd̄ moueri quare neceſſe eſt
ꝙ.a. coꝛreſpōdeat vna pars motꝰ et.b. alia et.c. alia
et: ita ſingule ꝑtes motꝰ coꝛreſpondeāt ſingulis ꝑti-
bus magnitudinibꝰ. ¶ Secundo ꝓponit. tex.cō. 7.
ꝙ nō ſimꝉ aliquid mouet̄ et motus eſt qd̄ ꝓbat ex ſuc
ceſſione motus: his duobꝰ pꝛemiſſis ita argumētat̄
petit quando mobile.o. eſt in.a. vel ſimꝉ mouet̄ ⁊ mo
tus eſt ꝑ.a. vel non ſi dicat̄ pꝛimū eſt cōtra ſecundā
ſuppoſitionē. Si dicat̄ ſecūdū ſequit̄: ꝙ ſi mouet̄ in
a. ꝑtem.a. tranſiuit: et ꝑtem nō et ita ſequit̄: ꝙ.a. eſt
diuiſibile: ſequit̄ ergo ꝙ nihil pōt moueri ꝑ in partí
bile. Si foꝛſam diceret aliquis ꝙ mouet̄ ꝑ totū.a.b.
c. et ī partibꝰ vlꝫ.a.b:c. dicit̄ eē mutatū. Sic arguo
ex illis mutatibꝰ eſſe partiū cōponet̄ motus: et ita
motus erit ex mouentis ꝓbat aūt Ariſt. ꝙ impoſſibi
le eſt motū conflari ex mutatis eē. Ad ducendo tria
in conuenientia pꝛiū ē ꝙ ſi motus cōponitur ex mo-
mentis ſequit̄ ꝙ aliquid ē motū ⁊ antea nō mouebat̄
et aliquid eſt tranſitū abſqꝫ hoc ꝙ aliquādo iret et
hoc pꝫ: qꝛ ſm indiuiſibile erit mutatū et nūq̄ tranſi-
ebat̄. Ad ducit ſecūdum in ꝯueniens dicens ꝙ in ta
libꝰ indiuiſibilibꝰ nō mouetur ergo quieſcit: ⁊ ꝓbat̄
ꝙ moueat̄: qꝛ ꝑ totam lineam mouet̄ ergo ꝑ ꝑtes er-
go ſimꝉ idē mouetur et quieſcit. Poſtea vero ad du-
cit tertiū in conueniens ſequit̄ ꝙ ſi motꝰ cōponatur

ex his indiuiſibilib⁹.d.et.ʒ.ſequitur ꝙ vel qđ lʒ coꝝ eſt mot⁹:aut non. Si priuũ ſequitur: ꝙ cũ mot⁹ correſpondeat indiuiſibili parti illi⁹ magnitudinis ꝙ pſente motu nõ mouet̃ qđ eſt ꝯtra primã ſuppoſitionẽ Si vero dicatur ꝙ ille partes nõ ſunt motus ſequit̃ ꝙ motus cõponitur ex mutatis eſſe qđ ẽ impoſſibile.

T.cõ.io. Similiter aũt neceſſe longitudini et motui indiuiſibile eẽ tp̃s ⁊ componi ex ipſis nunc exiſtentib⁹ indiuiſibilib⁹. Si eñ oĩs diuiſibilis eſt: in minore aũt equal̃r velox tranſibit minorẽ diuiſibile erit et tp̃s. Si autẽ
T.cõ.ii. tempus diuiſibile erit:in quo fert̃ aliquid per ipſum a.et que eſt ipſum.a.erit diuiſibile. ¶Quoniam autem omnis magnitudo: in magnitudines diuiſibilis:oſtenſum eſt eñ qm̃ impoſſibile eſt ex athomis cõtinuũ eẽ aliqđ:magnitudo aũt oĩs cõtinua: neceſſe ẽ velocius in equali tp̃e maius et in minori pl⁹ moueri ſicut diffiniũt q̃dã ip̃m veloci⁹ Sit eñ ipſum in quo.a.eo in quo.b.veloci⁹.Quoniã igit̃ veloci⁹ qđ primũ mutat in quo tp̃e ipſum.a.mutatũ eſt ab ipſo.c.in ipſum.d.ſ.in tẽpore.ʒ.i.in hoc ip̃m.b.non erit iuxta ipſum.d.ſʒ deficiet.Quare in equali tempe abibit ve
T.cõ.i2. loci⁹.¶Atuero et in minori pl⁹.In quo eñ .a. factũ eſt iuxta ipſum.d.ipſum.b.erit iuxta.e.cum tardius eſt.Ergo qm̃ ipſum.a ad ipſum.d.factũ eſt ĩ oĩ in quo eſt.ʒ.i.tp̃e:ad ipſum.t.erit in minori hoc: et erit in quo.ʒ.k. Ipſum quidẽ igit̃.c.t.qđ trãſierit ipſum.a. mai⁹ eſt ipſo.c.e.Temp⁹ aũt qđ eſt.ʒ.k.min⁹ eſt oĩ eo
T.cõ.i3. quod eſt.ʒ.i.Quare in minori abibit mai⁹.¶Manifeſtũ aũt ex his:et quod veloci⁹ in minori tp̃e abibit equale.Qm̃ q̃dẽ eñ maiorem in minori tranſit tardiori:ipſum aũt ẜm ſeipſum acceptũ ĩ pl̃i tp̃e maiorẽ minori:vt q̃ eſt.l.m.ea que ẽ.l.x.pl⁹ vtiq; erit tẽp⁹:qđ.p.r.in quo ip̃m.a.trãſit.l.m.q̃ qđ eſt.p.ſ.ĩ quo tranſit ip̃m.l.x.Quare ſiquidẽ eſt.p.r.tp̃s:minus eſt eo in quo eſt.p.h.in quo qđ eſt tardius tranſit ipſum l.x.et qđ eſt.p.ſ.tp̃s min⁹ eſt eo ĩ quo eſt.p.h. ipſo.n. p.r.min⁹ eſt:minore aũt min⁹ ⁊ ipſum min⁹ eſt.Qua
T.cõ.i4 re in minori mouebit̃ eq̃le:. ¶Amplius aũt ſi omne neceſſe quidem:aut in equali:aut in minori:aut ĩ pl̃i moueri:et quod q̃dẽ in pl̃i tardi⁹ eſt. Qđ aũt ĩ equali eque velox.Velocius aũt non ẽ eq̃liter velox:neq; tardi⁹:neq; vtiq; in pluri aut eq̃li mouet̃ ip̃m velocius:relinquit̃ igitur in minori.Quare neceſſe ⁊ eq̃lẽ
T.c.i5. magnitudinem minori tp̃e tranſire veloci⁹. ¶Qm̃ aũt oĩs mot⁹ in tp̃e eſt:et in omni tp̃e poſſibile eſt moueri omne aũt qđ mouet̃ contingit et veloci⁹ moueri et tardi⁹ in oĩ tp̃e erit velocius et tardi⁹ moueri.
T.cõ.i6. ¶Hec aũt cũ ſint:neceſſe eſt et tp̃s cõtinuũ eſſe. Dico aũt cõtinuũ eſſe diuiſſibile in ſemp diuiſibilia. Huiuſmodi eñ ſuppoſito continuo:neceſſe eſt et tp̃s cõtinuũ eſſe. ¶Qm̃ eñ oſtenſum eſt:ꝙ veloci⁹ in minori tranſibit equale ſit qđ quidem in quo eſt.a. velocius.Qđ aũt eſt in quo eſt.b.tardi⁹:et ſit motũ tardi⁹ q̃ eſt.c.d.ꝑ magnitudinem in quo eſt.ʒ.i.tp̃e.Manifeſtũ igit̃ eſt ꝙ veloci⁹ in minori q̃ hoc mouebit̃ ꝑ eãdem magnitudinem:et ſit motũ.a.in quo eſt.ʒ.t.Iterũ aũt qm̃.a.qđ eſt veloci⁹ in eo qđ eſt.ʒ.t.trãſiuit totam que eſt c.d.ipſum tardi⁹ in eodem tp̃e minorem tranſit.Si igit̃ in qua.c.k.Qm̃ aũt tardi⁹ qđ eſt ipſum.b.in eo qđ eſt.ʒ.t.tp̃e ipſam q̃ eſt.c.k. trãſiuit:veloci⁹ in minori tranſibit.Quare iterũ diuidit̃ qđ eſt ʒ.t tp̃s:hoc aũt diuiſo et.c.k.magnitudo diuidet̃ ẜm eandem rõnem:ſi vero magnitudo et tp̃s;et hoc ſemper erit accipientibus a velociori tardius:et a tardiori veloci⁹:et eo demõſtratum eſt vtẽtibus.Diuidet aũt qđ eſt velocius temp⁹:tardius aũt longitudinem.Si igit̃ ſemp in natura eſt conuerti:conuerſo aũt ſemp fit diuiſio:manifeſtũ qm̃ oẽ tp̃s continuũ eſt T.cõ.i7.
¶Similiter aũt manifeſtũ et ꝙ magnitudo omnis continua eſt:per eaſdem eñ et eq̃les diuiſiones tp̃s que et magnitudo diuidit̃.Amplius aũt ex conſuetis rationib⁹ dici manifeſtũ:ac ſi tp̃s quidẽ continuum:q₂ et magnitudo.Siq̃dẽ in medio tp̃e medium tranſit:⁊ ſimpl̃r in minori min⁹;eedẽ nãq; diuiſiones tp̃is et magnitudinis ſunt.

Philoſophus textu commenti io.oſtendit ꝙ ẽt eſt impoſ̃e ꝙ tp̃s et magnitudo cõponant̃ ex indiuiſibilib⁹ ſicut oſtendit ꝙ eſt ĩpoſſibile:ꝙ mot⁹ et magnitudo componantur ex in diuiſibilib⁹. ¶Poſtea vero ph̃s ꝓbat hoc trib⁹ rõnib⁹.Pria rõ ſupponendo diffinitionẽ eq̃ velocꝭ dicens ꝙ hec velox eſt ꝙ per minorẽ ptẽ ſpatij mouet̃ ĩ minori tp̃e:ergo dabile eſt min⁹ tp̃s.¶Poſtea vero ph̃s tex.cõ.ii.oſtendit idẽ per duo mobilia quoꝝ vnũ eſt velocius ⁊ aliud tardi⁹:⁊ reſumit quedã ad ſeq̃ntes demõſtrationes quorũ primũ ẽ ꝙ oĩs magnitudo eſt diuiſibilis in magnitudines:⁊ ex his infert ꝙ veloci⁹ dicit̃ illud ꝙ in equali tp̃e per maiorem magnitudinem mouet̃:aut ꝙ in minori tp̃e pl⁹ mouetur q̃ aliud tardi⁹ et hoc ꝓbat philoſoph⁹ hoc mõ ſint duo mobilia.a.⁊.b.quoꝝ.a.veloci⁹ ſit q̃.b.⁊ ſint magnitudo.c.d.quã ꝑtranſit.a.in tp̃e.ʒ.i.moueat̃ aũt.b.qđ ẽ tardi⁹ et.a.qđ eſt veloci⁹ per eandem magnitudinẽ:et incipiant ſil̃ moueri:ſequit̃ ꝙ dũ.a peruenerit ad t̃m magnitudinis vĩʒ.d.b.non dum ꝑueniet ad.d.ſʒ diſtabit ab eo per aliquã partẽ: cũ ergo omnis ꝑs ſit minor toto relinquit̃ ꝙ.a.in tẽpore.ʒ.i.mouetur per maiorẽ magnitudinẽ q̃ b.qđ in eodẽ tempore mouet̃ per ꝑtem magnitudinis:vñ ſequit̃ ꝙ veloci⁹ in equali tp̃e pl⁹ de ſpatio pertranſit. ¶Poſtea vero ph̃s tex.cõ.i2. ꝓbat ꝙ veloci⁹ in minori tp̃e plus de ſpatio ꝑtranſeat:quod ita ꝓbat ponam⁹ ꝙ dũ.a.accedit ad.d.b.maneat citra.d. in pũcto.e.diuidat̃ ſpaciũ qđ eſt inter.e.et.d.in quo veloci⁹ excedit tardius per mediũ in pũcto.t.et manifeſtũ eſt ꝙ magnitudo.c.t.eſt minor q̃ magnitudo. c.d.q̃ magnitudinẽ.c.t.ꝑtranſit mobile in minori tp̃e q̃.c.d.mobile igit̃.a.qđ ꝑuenit ad.d.in toto tp̃e ʒ.i.perueniet ad.t.in minori tempore qđ ſit.ʒ k.tũc ſic arguit̃ magnitudo.c.t.q̃ pertranſit.a. maior eſt magnitudine.c.e.q̃ per tranſit.b.ſʒ tp̃s.c.k.in quo per tranſit.a.magnitudinẽ.c.t. eſt min⁹ toto.ʒ.i.in quo.b.tardius per tranſit magnitudinẽ.c.e. ſequit̃ ꝙ velocius in minori tempore per tranſit maius ſpaciũ.¶Poſtea vero ph̃s ꝓbat ꝓpoſitum duabus rõnibus.Pria rõ volo ꝙ.a.mobile quod eſt velocius ꝑtranſeat magnitudinẽ que eſt.l.m.in tp̃e:p.r.et partem magnitudinis.ſ.l.x.per tranſeat in minori tempore qđ eſt.p.ſ ꝙ eſt min⁹ q̃.p.r.ĩ quo pertrãſit.l.m. ſicut et.l.x.eſt minor q̃.l.m.et clarũ eſt ꝙ tp̃s.p.r.eſt min⁹ tempore.p.h.in quo.b.qđ.eſt tardi⁹ per trãſit minorẽ magnitudinẽ ſ.l.x.tunc ſic arguit̃ temp⁹.p. r.eſt min⁹ tempore.p.h.et temp⁹.p.ſ.eſt min⁹ q̃ temp⁹.p.r.ergo temp⁹.p.ſ.eſt minus q̃ tp̃s.p.h.q₂ ſi aliquid eſt min⁹ minore eſt minus maiore cũ ergo datũ ſit ꝙ in tempore.p.ſ.veloci⁹ mouet̃ per.l.x.et tardius mouet̃ per eandem tempore.p.h.ſequit̃ ꝙ velocius mouet̃ in minori tempore per equale ſpacium:

ergo dabile eſt tempus minus alio tempore: et ita tempus cōponitur ex temporib⁹ et non ex nūc. Idē probat phs tex.cō.14. quia per equalem magnitudinem velocius nō mouetur in tempore maiori quā tardius, nec in tempore equali: ergo ī minori. Probatū eſt ergo ꝙ velotius in minori tempore pertranſit equalem magnitudinem cum tardiori. His habitis ſic arguit phs tex.cō.15. omni motu eſt reperire velotius et tardius: et omnis motus eſt in tēpore: ergo in omni tempore eſt reperire maius et minus: q2 velotius ſemp occupat minus tempus. Ex quo infert tex.cō.16. ꝙ tempus eſt continuū et diuiſibile ī ſemp diuiſibilia. ¶Tandem vero phs cōcludit ꝙ tempus et magnitudo ſimr diuidantur dicens: ꝙ ſi ſumaꝛ tempus et comparetur ad mobile velotius illud paruifacit tempus et ſi ſumatur magnitudo: et compareꝛ ad mobile tardius illud paruifacit magnitudinē: q2 in equali tempore minorem magnitudinē trāſit ⁊ quocūqꝫ motu velotiori dato pōt dari veloti⁹: ergo poteſt dari min⁹ tempus: ⁊ quocūqꝫ mobili dato pōt dari tardius: ergo minor magnitudo in codē tēpore tranſibit: et ſi aliquis cōtra Ariſt. arguat dicendo ꝙ non quacūqꝫ velocitate data pōt dari maior: q2 velocitates motuum in natura ſunt determinate: reſpondeꝛ ꝙ multa non repugnant ex rationi cōmuni: ſed impediuntur: ex applicatione ad aliquam materiā determinatam, ſicut non impeditur ex ratione forme ſolis eſſe plures ſoles: ſed ex hoc ꝙ tota materia ſpeciei ſub vno ſole contineꝛ ſic etiam non prohibeꝛ ex cōmuni natura motus qui in qualꝫ velocitate data pōt dari maior: ſed īpeditur ex determinatis virtutib⁹ mobiliū et mouentium. Tandē cōcludit phs tertiam rationem ad oſtendendum ꝙ magnitudo ⁊ tpus ſimr diuidantur ex cōſideratione vni⁹ ⁊ eiuſdem mobilis regulariter moti quod in toto tempore pertranſit totum ſpacium et in medietate temporis medietatem ſpacij: ergo diuiditur tempus ſicut et magnitudo.

T.cō.18. Et ſi quodcūqꝫ infinitum ē et alterum: et ſicut alterum et alterū eſt: vt ſi quidem vltimis infinitum eſt tempus et longitudo vltimis: ſi vero diuiſione: diuiſione ⁊ longitudo: ſi aūt in vtriſqꝫ tpus: ī vtriſqꝫ et longitudo.

T.cō.19. ¶Unde et zenonis ratio falſum opinatur ꝙ non eſt poſſibile infinita pertranſire: aut tangere infinita ſm vnūquodqꝫ infinito tempore. Dupliciter enī dicitur et longitudo et tempus infinitum: et omnino oē continuū: aut ſm diuiſionem aut in vltimis: infinitis quidem igitur ſm quantitatē non contingit ſeſe tangere infinito tempore: eis aūt que ſunt ſecundū diuiſionem contingit: et nanqꝫ ipſum ſic infinitum. Quare et infinito tempore et non finito accidit tranſiri in finitū: et tangere infinita in ipſis infinitis ⁊ nō finitis Nec iam infinitum poteſt infinito tempore tranſire neqꝫ in infinito finitum: ſed ſi quidem tempus infinitum ſit: et magitudo erit infinita: ⁊ ſi magitudo et tē

T.cō.20 pus. ¶Sit enim magnitudo finita in qua eſt.a.b. Tempus autem infinitum: in quo eſt.g. Accipiatur igitur temporis aliquid finitum in quo ſit.g.d. ī hoc igitur tranſibit aliquid magnitudinis. Et ſit qō tranſitum eſt: in quo eſt.b.e. Hoc autem aut menſurabit ī quo ē.a.b. aut deficiet: aut excellet. Differt.n.nihil: ſi enī ſemper equalem que eſt in.b.e. magnitudinē in equali tēpore tranſibit. Hoc autē menſurat totū finitum erit omne tempus in quo tranſibit: in equalia enim diuidetur ſicut ⁊ magnitudo ¶Amplı⁹ aūt T.cō.21. ſi non oēm magnitudinem in infinito tempore tranſibit, ſed continget aliquam ⁊ infinito tempore tranſire: vt que eſt.b.e. hec autem menſurabit totam: et equalem in equali trāſibit. Quare et finitū erit tp⁹. Qō aūt non in infinito tpe tranſit quod eſt.b.e. manifeſtū eſt ſi accipiaꝛ in altera finitū tps: ſi enī in minori parte trāſit hāc neceſſe ē finitā eē altero trō exiſtēte

T.cō.22. ¶Eadem autem demonſtratio eſt: et ſi longitudo quidam infinita ſit: tempus autem finitum. Manifeſtuꝫ igitur ex dictis eſt: ꝙ neqꝫ linea: neqꝫ planum: neqꝫ omnino nullum continuoꝝ erit athomus: nō ſolū pp id qō nunc dictum ē: ſed q2 accidit diuidi athomum

T.cō.23. ¶Qm enim in omni tēpe velocius et tardius eſt. Velocius aūt plus tranſit ī equali tpe: contingit aūt et duplicē et hemioliam tranſire longitudinē. Sit enim hec rō velocis. Adducaꝛ igitur veloci⁹ ſꝫ hemioliū in eodem tpr: et diuidantur magnitudines: que quidem velocioris ſunt.a.b.c.d. ī tres athomos que vero ſunt tardioris in duos: in quib⁹ ſunt.e.ꝫ.f. Itaqꝫ et tps diuidetur ī tria athoma. Equale enim ī equali tpe tranſibit. Diuidaꝛ igitur tps in ea q̄ ſunt k.l.m.n. Iterum autem qm̄ deductum eſt tardius p e.ꝫ.i. et tempus ſecabitur ī gemina. Diuidetur ergo athomū et impartibile: non enim in athomo tranſit. ſed in pluri. Manifeſtum ergo eſt ꝙ nihil cōtinuoꝝ impartibile eſt.

Ariſt. impreſentiarum poſtꝙ declarauit ꝙ erat ſimile de continuitate temporis et magnitudinis dicēs ꝙ ſi vnum erat cōtinuum et alterum et ecōuerſo pbat in iſta parte: ꝙ ſimile eſt de infinitate vtriuſqꝫ dicens: ꝙ ſi vnuꝫ eſt īfinitū et aliud dicit ergo: ꝙ tempus et magnitudo ſic ſe habent ꝙ ſi vnum eſt infinitum: et alteꝝ etiam eſt infinitū quod explicat p illam pticulam ī vltimis ideſt tempus eſt infinitū ſm quantitatem et extenſionem etiam longitudo ideſt magnitudo erit infinita in vltimis ideſt ſm extenſionem ſi vero tempus ſit in finitū diuiſione etiam magnitudo et econuerſo ſi vo tempus eſt infinitum in vtriſqꝫ ideſt diuiſiōe ⁊ extenſione etiam ⁊ magnitudo erit infinita vtrobis modo vnde et ſoluit ratio zenonis tex.cō.19. qua negabat motū: dicebat enī ꝙ impoſibile erat ī tempore finito ptrāſiri infinita ſpacia: ſed in quolꝫ ſpacio ſunt infinita ſpacia ģ nullū ſpaciū ptingit ptranſiri: ſed hec rō nihil valet: q2 nullū ſpaciū eſt infinitum in extenſione ſed ſolum in diuiſiōe inconueniens: ģ eſt ſi eēt īfinituꝫ in extenſione et ptranſireꝛ in tempore finito mō aūt ſicut eſt infinitū in diuiſione ſic etiam tempus eſt infinitum in diuiſione et ſic dicit ꝙ tempus non ē finitū quo ad diuiſionem ſed infinituꝫ. ¶Poſtea vero phs tex.cō.20. pbat qō dixerat ꝙ magnitudo finita trāſit in tempore finito ſit igitur magnitudo finita ī qua eſt.a.b. tempus aūt infinitū in quo ē g hoc poſito nō eſt poſſibile: ꝙ.a.b. tranſeaꝛ in.g. ꝙ volo ꝙ accipiatur illi⁹ temporis infiniti aliqua pars finita que ſit.g d. in hoc tempore.g.d. pertranſiuit aliquid illius magnitudinis ſit.b.e. ꝙ.b.e. eſt pars.a.b. et ita menſurabit.a.b. et erit aliqua proportio inter totum et illam pteꝫ cū ambo ſint finita quare ſi ſit tertia pars tranſiuit totam magnitudinem.a.b. in trib⁹ temporib⁹ equalib⁹ temporis in quo tranſiꝛ.b.e. ergo non tranſiꝛ tota magitudo.a.b. in tempore infinito: ſꝫ q2 aliquis poſſet dicere ꝙ etiam ptem.b.e. tranſit ī tem

poꝛe infinito ideo fecit argumentū de altera magni
tudine minoꝛi ꝙ̄. a.b.que non ſit pars.a.b.quam de
neceſſitate ꝑtranſit.in tempoꝛe minoꝛi ꝙ̄.a.b.et ſi ē
minus aliqua debet eſſe ꝓpoꝛtio tanꝙ̄ finiti ad fini-
tū.a.b.ad.b.e.o.eandem demoſtratiōe dicitur phs
debere facere.tex.cō.22:ꝙ ſi magnitudo eſt īfinita
tēpus non ſit finitū.¶Poſtea vero phs ex his infert
ꝙ non daꝛ aliquod cōtinuū īdiuiſibile: qꝛ opꝫ eē pro
poꝛtionem ꝑtis ad totum qualis non eſt īdiuiſibilis
ad totum.¶Poſtea vero phs tex.cō.23.ꝓbat ꝙ im-
poſſibile eſt magnitudinem cōponi ex indiuiſibilibꝰ
ꝑ rationem velocioꝛis et tardioꝛis dicens:ꝙ ſi aliq̄d
mouetur velociꝰ altero in pꝛopoꝛtione emiolia opꝫ i
equali tempoꝛe emioliam eſſe pꝛopoꝛtionem magni
tudinis ad magnitudinē: quare ſi vnum ꝑtranſieri t
tria puncta indiuiſibilia aliud tranſiuit duo: et ſi ſic
qn̄ vnū ꝑtranſierit vnū punctuꝫ aliud ꝑtranſibit vnū
cū dimidio qđ eſt falſum:qꝛ puncti non ē dare dimi-
diū:vocat ꝓpoꝛtionē emioliam ſeq̄alterā.

N Eceſſe eſt autem et ipſum
T.cō.24 nunc quod non ſecundum alterum: ſꝫ
per ſe et pꝛimū dictū indiuiſibile et i
omni tēpoꝛe huiuſmodi eē. ¶Eſt em̄
T.cō.25. aliquid vltimū eius quod factuꝫ eſt:
cuius ſuper hoc nihil futuri eſt:et ite-
rum futuri eſt cuius ſuper hoc nihil eſt illiꝰ.qđ factū
eſt:quod vtriqꝫ diximus vtriſqꝫ eſſe terminum. Hoc
autem ſi demoſtretur:qm̄ hoc huiuſmodi eſt per ſe:⁊
T.cō.26. ipſum ſimul manifeſtum erit ꝙ indiuiſibile eſt.¶Ne
ceſſe eſt igiꝛ ipſum idem eſſe ipſum nunc:qđ vtriſqꝫ
tempoꝛibꝰ vltimum eſt.Si enim alterum eſt:conſe-
quenter non erit alterum alteri ꝑꝑ id quod non ē cō
tinuū ex impꝛtibilibꝰ. Si aūt ſeoꝛſuꝫ eſt vtrūqꝫ inter
eſt tps.Omne eniꝫ continuū huiuſmodi eſt. Quare
erit vniuocū medium terminoꝝ. At varo ſi tempus
medium eſt:diuiſibile erit.Oē enim tempus oſten-
ſum eſt quod diuiſibile ſit.Quare diuiſibile eſt ipſuꝫ
nunc. Si aūt diuiſibile eſt ipſum nunc:erit aliquid
quod factum eſt in futuro:et futuri in eo qđ factum
eſt.Secundum quod enim diuidetur hoc: determi-
T.c.27. nat pꝛeteritū et,futurum tempus.¶Simul aūt ⁊ nō
per ſe erit hoc nunc:ſꝫ ſm alterum. Diuiſio enim nō
ſecundum ipm eſt.Adhuc aūt ipſius nunc hoc q̇dem
factum erit:et illud aūt futurū:⁊ non ſemper idē fa-
T.cō.28 ctū eſt et futurū.Neqꝫ itaqꝫ ipſuꝫ nūc idem eſt ſimul
Multipliciter em̄ diuiſibile eſt tempus. ¶Quare
ſi hoc impoſſibile eſt ineſſe ipſi nunc neceſſe eſt idem
eſſe ei qđ in vtroqꝫ nunc eſt. At vero ſi idē eſt:mani-
feſtū ꝙ et indiuiſibile:Si em̄ diuiſibile eſt:iterū con
T.cō.29 tingēt eadem que ⁊ pꝛius. ¶Quod quidem igitur
ſit aliquid in tempoꝛe indiuiſibile: quod dicimus eē
ipſum nūc:manifeſtū eſt ex his q̄ dicta ſunt. Quod
autem nihil in ipſo nunc mouetur ex his manifeſtuꝫ
eſt Si nanqꝫ eſt contingit ⁊ velocius moueri in ipſo
nunc et tardius: ſit ipſum nunc in quo.n.moueaꝛ aūt
velocius in ipſo per.a.b. Ergo tardius in ipſo ꝑ mi-
noꝛem ꝙ̄ ſit.a.b.mouebiꝛ vt per.a.g. Qm̄ autē tar-
dius in toto ipſo nunc mouebaꝛ per.a.g.velocius in
minoꝛi ꝙ̄ hoc mouebiꝛ. Quare diuideꝛ ipſum nunc
T.cō.30. ſꝫ erat indiuiſibile.Nō ꝗ̄ ē moueri in ipſo nūc. ¶At
vero neqꝫ quieſcere. Quieſcere em̄ diximꝰ aptum
natum moueri:qđ nō mouetur: quando aptū natum
eſt:et quo:⁊ ſic. Quare qm̄ in ipſo,nunc nihil aptum
natū eſt moueri:manifeſtū qꝛ neqꝫ quieſcere. ¶Am
T.cō.31. plius ſi idem q̇dem nūc in vtriuſqꝫ tempoꝛibꝰ eſt:cō
tingit aūt hoc quidē moueri: illud aūt quieſcere ꝑ
totum.Quod aūt moueꝛ in tempoꝛe toto:in quodli-
bet mouebitur hoc: ſecundū qđ aptū natum eſt mo-
ueri:et quieſcēs ſilr̄ quieſcet:cōtingit idē ſilr̄ quieſce
re et moueri: idem em̄ vltimum tempoꝝ vtroꝛumqꝫ
ipſum nūc.¶Ampliꝰ aūt quieſcere quidē dicimus: T.cō.32.
qđ ſilr̄ ſe habet et ipſuꝫ et partes ⁊ nūc ⁊ pꝛius:ī ipſo
aūt nō eſt pꝛius:quare neqꝫ quieſcere. Neceſſe eſt er
go et moueri:qđ moueꝛ in tempoꝛe:et quieſcere qui
eſcēs.Qđ mutatur aūt oē: neceſſe eſt diuiſibile eſſe.
Qm̄ enim ex quodam in q̇ddā oīs mutatio:et cū qui
dē fit in hoc in qđ mutatum eſt:non ampliꝰ mutatur.
Cum aūt eſt in eo ex quo mutatū eſt: et ipm et par-
tes oēs non mutanꝛ. Qđ em̄ ſimiliter ſe hꝫ et ipm ⁊
partes oēs non mutaꝛ.Neceſſe igiꝛ hoc quidē aliqui
in hoc eſſe:aliud vero in altero mutantis. Nō eniꝫ in
vtriſqꝫ neqꝫ in neutro poſſibile eſt eē:dico aūt ī quod
mutaꝛ pꝛimū ſm mutationem: vt ex albo in fuſcū nō
in nigrum: nō em̄ neceſſe eſt qđ mutaꝛ in quocumqꝫ
eſſe vltimoꝛū. Manifeſtū igitur ē: ꝙ oē qđ mutatur
erit diuiſibile.

O Stendit nūc phs textu.cōmēti
24. de partibꝰ motus poſtquam declarauit
motum eē continuū dicit ergo ꝙ motus diui-
diꝛ ad diuiſionem mobilis ante cuius declarationem
oſtendit ꝙ in ipſo tempoꝛe eſt dare aliquid in diuiſi-
bile qđ diciꝛ nunc.2. pꝛobat ꝙ in huius modi in diui
ſibili non eſt motus:et ante oīa declarat quid intelli
gaꝛ nomine nunc:et dr̄:ꝙ nūc eſt illud qđ non ſm al-
terū ē:ſꝫ per ſe et pꝛimo ideſt nō ratione alteriꝰ naꝫ
dicimus hunc annū eſſe:qꝛ hec dies eſt:et hec dies ē
qꝛ hec hoꝛa eſt:et hec hoꝛa:qꝛ hoc nūc ē. ¶Poſtea
vero phs annotat:ꝙ tale nūc ē indiuiſibile qđ ita pꝫ
qꝛ eſt dare aliquid pꝛeteriti qđ nihil habet futuri:et
eſt dare aliquid futuri qđ nihil habet pꝛeteriti ipm
aūt nūc non pōt eſſe diuiſibile alias futurū eſſet pꝛe-
ſens:et pꝛeteritū eēt pꝛeſens:qꝛ tale nunc totū ē pꝛe
ſens at ſi eſt diuiſibile accipit ꝑtē futuri ⁊ ꝑtē ꝑteriti
¶Poſtea vero phs ad declarādū quedā que ꝓ̄ſup-
poſuerat pꝛio ꝓbat ipſum nunc ꝙ eſt terminus pꝛe-
teriti et futuri eſſe vnū et eſſe indiuiſibile dr̄ ergo:ꝙ
neceſſe eſt eſſe idē nunc pꝛeteriti et futuri.Nā ſi eēnt
plura nunc ſe haberent ꝯ̄ſer: et ita ſi ſe haberent
ꝯ̄ſer ſequeretur ꝙ ex indiuiſibilibꝰ fieret cōtinuū
¶Poſtea vero pꝛobat ꝙ ſi nō ſunt ꝯ̄ſer ſe habentia
tempus eſt interea: quare ſequitur ꝙ inter pꝛeteri-
tū et futurū caderet tempus vniuocum terminoꝛuꝫ
ideſt ꝑtim pꝛeteritum:et ꝑtim futurū:⁊ ita ſequitur
ꝙ nunc eſſet diuiſibile et ita eſſent plura nūc inter ꝑ
teritū et futurū ⁊ ita nūc eēt pars pꝛeteriti et pars
futuri¶Poſtea dicit phs ī illa ꝑte ſimul aūt:ponit ſe
cundam rationem:que talis eſt ꝙ ſi nūc eſt diuiſibile
non erit per ſe ꝑmum ſed ſm alterum:⁊ dicit ꝙ ſecū
dum ipm nūc non eſt diuiſio: qꝛ eſt quid indiuiſibile.
Ad huc ponit tertiā rationē phs dicens,ꝙ ſi nūc eſt
quid diuiſibile non erit ſimplr̄ idē ſibi ſꝫ habebit ſu-
ceſſionē in partibꝰ:et non erit totū ſimul et ideo nūc
nō eſt totuꝫ nūc nec ſilr̄ ſed multiplr̄ diuiſibile ſcilicet
in pꝛeteritū et futurū:quare ſi hoc impoſſibile eſt cō-
petere ipſi nūc neceſſe eſt:ꝙ ſit indiuiſibile alr̄s idem
eēt in pꝛeterito et in futuro et plura alia in conueni
entia ſequerētur qđ quidē igiꝛ ſit aliqđ indiuiſibile
in tempoꝛe ex his que dicta ſunt manifeſtū eſt: nunc
aūt phs pꝛobat: ꝙ in ipſo nūc non eſt motus dicens:
ꝙ ſi in ipſo nūc eſſet motus in ipſo eſſet velocitas et

tarditas quare in minori ꝙ nunc aliq̄d ꝓtranſiret eq̄
lem magnitudinem ḡ daretur in ipſo nūc pars ergo
eēt diuiſibile quod eſt falſuꝫ. ¶Poſtea vero phs tex
cō.30.dr̄: ꝙ nec in nūc pōt fieri quies quod probat:
q2 quieſcere dr̄ aliq̄d vbi et ī tp̄e in quo aptū natū ē
moueri ſꝫ nō ē aptū natū moueri ī ipo nūc ḡ nec q̄eſce
re. Ponit phs ſecundā rōnē dicens ꝙ ſi in nūc ē apta
fieri quies et eſt aptꝰ fieri motus ſuppoſito, ꝙ nūc eſt
indiuiſibile: et ante ipſum moueat̄ et poſt ipſum qui
eſcat ſequitur: ꝙ in ipſo nunc ſil̄r quieſcet et mouebit̄
qd̄ eſt falſum: et hoc dr̄ tex.cō.31. ¶Poſtea vero. tex
cō.32 dr̄, ſecundā rationē illud dicimꝰ quieſcere qd̄
ſe habet eodem mō prius et nunc ſed in ipſo nūc nō
eſt prius ergo nec motꝰ nec quies: quare oē qd̄ moue
tur et oē qd̄ quieſcit in tēpore mouetur et quieſcit.
¶Poſtea vo dicit phs, ꝙ vult ꝓbare oē quod mouet̄
eē diuiſibile tali ratione oīs mutatio eſt ex quodam
in quidam et qn̄ eſt in t̄r̄o ad quē non mutat̄ ſꝫ mutat̄
eſt neceſſe eſt igit̄: ꝙ quando eſt in t̄r̄o ad quem oēs
partes mobilis ſimil̄r ſe habent: quare qd̄ mutatur
nec eſt omnino in t̄r̄o a quo: q2 nō moueat̄: nec eſt om
nino in t̄r̄o ad quē: q2 iā mutatū eſt: ergo ꝑtim eſt in
t̄r̄o a quo et ꝑtim ē in t̄r̄o ad quē ꝙ ſi ſic ḡ ē diuiſibile.

Motus autem eſt diuiſibilis
dupliciter: vno quidē mō tp̄ore. Alio
T.cō.33. vero ſm partiū illiꝰ qd̄ mouetur: vt ſi
ipm.a.c. mouet̄ totū: ⁊.a. b. mouebit̄
et.b.c. Si igit̄ ipſius quidē.a.b. qui ē
d.c. ipſius.b.c. qui eſt.e.ꝫ. motꝰ par-
tiū. Neceſſe eſt igit̄ totū in quo eſt.d.ꝫ. ipſius.a.c. eē
motū. Mouebit̄ eñ ſm hunc: quoniā q̄dem vtraqꝫ
partiū mouebit̄ ſm vtrunqꝫ. Nulla eñ mouebit̄ ſcd̄ꝫ
alteriꝰ motuꝫ. Quare totus motꝰ totius ē magnitu-
dinis motus. ¶Ampliꝰ aūt ſi oīs motus alicuiꝰ eſt:
T.cō.34 totus aūt motꝰ qui eſt in quo eſt.d .ꝫ. neqꝫ partiū eſt
neutre partis eñ vtraqꝫ eſt: neqꝫ alterius nulliꝰ. cuiꝰ
enim totuꝰ totiꝰ et partes partiū ſunt: partes autem
ipſius.d.ꝫ. ſunt ipſarum que ſunt..a.b.c. et nullorum
aliarū. Pluriū eñ non erat vnus motus: et vtriqꝫ totꝰ
motus erit ipſius.a.b.c. magnitudinis. ¶Amplius
T.cō.35. aūt ſi quidē eſt totiꝰ aliꝰ motus: vt in quo.t.i. remoue
bit̄ ab eo qui ſit vtrarūqꝫ partiū motꝰ. Hi aūt eq̄les
erāt his que ſunt.d.e.ꝫ. vnius enim vnus motꝰ. Qua
re ſi totꝰ q̄dē diuidet̄: qui eſt.t.i. in partiū motꝰ: equa
lis erit qui eſt.t.i. ei qui eſt.d.ꝫ. Si vero deficit ali-
quid: vt qd̄ eſt.k.i. Hic nulliꝰ erit motus: neqꝫ enim
totiꝰ: neqꝫ partiū: ꝑp id quod vnus vnius eſt: neqꝫ al-
teriꝰ nullꝰ eſt. Continuꝰ eñ motus ē continuorū quo-
rundam. Simil̄r aūt eſt. et ſi excellat ſcd̄m diuiſionē
Quare ſi hoc impoſſibile eſt: neceſſe eundem eſſe et
equalem. Hec quidē igit̄ diuiſio ſecūdum partium
motus eſt: ⁊ neceſſe oīs eſſe partibilis ipſam. ¶Aliꝰ
aūt ſm tp̄s. Qm̄ enim oīs motus in tempore. Tēpus
T.cō.36. aūt oē diuiſibile eſt: in minori aūt minor motus neceſ
ſe eſt omnem diudi motū ſcd̄m tempus. Qm̄ autē oē
quod mouetur in aliquo mouetur: et quodā tp̄ore: ⁊
T.cō.37. omnis moti eſt motus: neceſſe eſt eaſdē diuiſiones eē
temporis et motus: et ipſius moueri et qd̄ mouetur:
et in quo motus eſt. Sed nō omnium ſimil̄r eſt: in q̄-
bus motus eſt: ſed quanti quidem ſcd̄m ſe ipſum: qua
les autē ſecundum accidens. Accipiatur eñ tempꝰ
in quo mouet̄ in quo ſit.a. ⁊ motꝰ in quo.b. Si igitur
per totū in omni motū eſt tp̄ore: ī medio per minoreꝫ
⁊ iterum hoc diuiſio per minorē huius: ⁊ ſic ſemper.
Simil̄r aūt et ſi motꝰ diuiſibilis ſit: et tēpus diuiſibi-



le. Si eñ per totū in oī: per mediū in medio: ⁊ iterū
per minorē in minori. Eodē aūt modo et ipſuꝫ moue T.cō.38.
ri diuidet̄. Sit eñ in quo eſt.c. ipſum moueri. Scd̄ꝫ
igitur mediū motuꝫ minor erit toto: et iterum ſecū-
dum medietatis medium: et ſic ſemper. Eſt autem
et ponentē ſecūdū vtrumqꝫ motuū ipſum moueri: vt
ſecundum.d.c. ⁊.c.e. dr̄e ꝙ totū erit ſecūdū totū. Si
nāqꝫ aliud plus erit ipſum moueri ſm eundē motū:
ſicut determinauimꝰ: ⁊ motum diuiſibileꝫ in partiuꝫ
motus eſſe. Accepto eñ ipſo moueri ſm vtrūqꝫ ꝑti-
nuū erit totū. ¶Simil̄r aūt demonſtrabitur et lon- T.cō.39.
gitudo diuiſibilis: et omnino illud oē in quo eſt muta
tio preter quedā: que ſecundum accidens. Qd̄ eniꝫ
mutatur eſt diuiſibile: vno eñ diuiſo oīa diuidentur.
¶Et in ipſo finita eē aut infinita ſimil̄r ſe habebit de
omnibꝰ. Secutum aūt maxime eſt diuidi oīa: et in-
finita eē ab ipſo mutante. Mox eñ ineſt mutanti di
uiſibile et infinitū. Diuiſibile q̄dē igitur oſtenſum eſt
prius. Infinituꝫ autē in ſequentibus erit manifeſtū.

Habit phs impreſentiarum textu
cō.33. de diuiſione motus tam ſecūdū tempꝰ
ꝙ̄ ſecundum mobile dicens ꝙ motus poteſt
diuidi ſꝫ mobile duobꝰ modis. Uno modo ſꝫ partes
mobilis ad iſtum ſenſuꝫ: ꝙ vna pars mouet̄ poſt aliaꝫ
ſeorſum ⁊ hoc eſt falſum ſi mobile moueatur ſm oēs
ſuas ꝑtes ſimul. Alio mō pōt ītelligi iſta diuiſio motꝰ
ſm partes mobilis ſicut diuiſio cuiuſlibꝫ accidentis
cuius ſubiectum eſt diuiſibile que attenditur ſecun-
dū diuiſionem ſubiecti, ꝙ̄uis ſi attendatur motus ſe-
cundum aliquod ſignum determinatū motus vnius
partis etiam tēpore precedit motū alteriꝰ. ¶Po-
ſtea vero, phs oſtendit, ꝙ motus diuidatur ſꝫ partes
mobilis tribus rationibus: quarum prima talis eſt.
Cum mouetur totum mouentur partes eius ſint er-
go que partes in mobile.a.b. et.b.c. quibꝰ correſpō
deant due partes motus.d.e. et.d.ꝫ. ſequitur ergo:
ꝙ quemadmodum totum mobili.a .c. componit̄ ex
a.b. ⁊.b.c. ita totus motus.d.ꝫ. componitur ex.d.e. ⁊
d.ꝫ. Cum ergo vtraqꝫ partium mobilis moueatur ſe
cundum vtramqꝫ partium motus. Ita tamen ꝙ neu-
tra pars mobilis mouetur ſm motum alterius par-
tis, ſequitur ꝙ totus motus correſpondeat toti mobi
li et pars parti. Ponit ſecundam rationem textu cō
menti.34. dicens. Omnis motus eſt alicuius mobi-
lis: totus ergo motus.d.ꝫ: nō eſt motus alicuius par
tis nec alterius ab.a.c. ergo ſolius eſt.a.c. quia ſeq̄-
retur ſi eſſet alterius, ꝙ vnus motus eſſet duorū mo-
bilium. Ponit tertiam rationem philoſophus dicēs,
ꝙ omne quod mouetur habet aliquem motum: ſi igi-
tur totus motus qui eſt.d.ꝫ. non eſt motus.a.c. ſit ali
us videlicet.t.i. et auferātur motus partium ipſius
d.e.ꝫ.a.t.i. et ſequitur ꝙ vel equant.t.i. vel deficiunt
vel ſuperant. Si dicatis ꝙ deficiunt.a.t.i. excedat
igitur.d.ꝫ.t.i. in.k.i. iſta pars motus que eſt.k.i. nulli
us mobilis erit. non enim eſt motus totius.a .c. nec
partium eius: quia vnius non eſt niſi vnus motus: er
go.t.i. eſt ideꝫ ꝙ.d.ꝫ. ¶Poſtea phs tex.cō.36. notat
ꝙ etiam motus diuiditur ſm tempus quoniā in ma-
iori tempore eſt maior motus et in minori minor mo
tus. ¶Poſtea phs tex.cō.37. dicit ꝙ iſta quinqꝫ ſi
militer diuiduntur ſcilicet tempus et motus et ipſū
moueri et mobile quod mouetur et id in quo ē motꝰ
ſcilicet locus vel qualitas vel quantitas: ſed tñ non ē
eodem modo diuiſio eorum in quibus eſt motus ſed
quorundam per ſe aliorum per accidens per ſe qui-

dem vt quãtitatis τ loci per accidẽs vt qualitatis et
ſtatim manifeſtat quod dixerat ſcilicet ꝙ tempus et
motus ſilr diuidantur. Nam in toto tempore eſt totꝰ
motus τ in medietate tporis medietas motꝰ. ¶ Po
ſtea vero phs tex. cō. 58. declarat ꝙ eodem modo
diuiditur ipſum moueri. Diuiditur ſm diuiſionem
temporis et motus: qꝛ aliquid mouetur ſm totũ mo
tum et ſm medietatem contingit medio modo mo-
ueri et ſtatim probat: ꝙ eodem modo diuiditur mo-
tus ſecundũ moueri dicens ꝙ correſpondet moueri
parcialiter motui partiali et moueri continue mo-
tui continuo. ¶ Poſtea vero phs tex. cō. 39 dicit ꝙ
eodem modo demoſtrari poteſt ꝙ illud in quo ẽ mo
tus ſit diuiſibile diuiſione temporis: qꝛ in diuerſis p-
tibꝰ temporis correſpõdent diuerſa vbi et diuerſe p
tes qualitatis. ¶ Poſtea phs dicit ꝙ quemadmodũ
iſta quinqꝫ ſe conſequntur in diuiſibilitate ita ſe con
ſequntur infinitate τ ĩ infinitate. ¶ Poſtea dicit phs
ꝙ omnia iſta quinqꝫ iam dicta conſequntur ipſam di
uiſibilitatem vel infinitatem vel infinitatem ab ipſo
mobili.

T.cō.40 Quoniam aũt omne qđ mu
tatur ex quodã in aliquid mutaẜ: ne-
ceſſe eſt quod mutatur: cũ mutatum
eſt: eſſe in quo mutatuꝫ eſt. Qđ muta
tur enim ex quo mutatur diſtat: aut
deficit ipſum: et aut idem eſt mutari
et deficere: aut ſequitur ad mutari ipſum deficere.
Nam quod eſt mutatum eſſe defeciſſe: ſimiliter enim
T.cō.41. vtrunqꝫ ſe habẽt ad vtrũqꝫ. Quoniam ergo vna mu
tatio eſt ſecundum contradictionem: quando muta
tuꝫ eſt ab eo quod non eſt ineſſe: deficit non ens: erit
igitur ineſſe. Omne enim neceſſe eſt eſſe: aut non eẽ
Manifeſtum igitur ꝙ in mutatione ſꝫ contradictio
nem quod mutatuꝫ eſt: erit in quo mutantum eſt: ſi
autem in hac et in aliĳs eſt: ſimiliter enim in vna et ĩ
T.c.42. aliĳs eſt. ¶ Amplius autem et ſꝫ vnanquãqꝫ accipi-
entibus manifeſtũ eſt ſiquidem neceſſe eſt quod mu
tatum eſt alicubi: aut ex quo mutatum eſt: aut in ali
quo. Quoniam aũt ex quo mutatum eſt defecit: nece
ſſe eſt autem eſſe alicubi: aut in hoc: aut in alio erit: ſi
quidem igitur in alio vt in ipſo. c. quod in ipſum. b.
mutatum eſt: iteruꝫ ex. c. mutatur in. b. Non enĩ ſerat
habitum ipſi. b. Mutatio enim continua eſt. Quare
quod mutatum eſt: qñ mutatum: mutatur in qđ mu-
tatum eſt: hoc autẽ eſt impoſſibile. Neceſſe ergo qđ
T.cō.43. mutatum eſt eſſe in hoc in qđ mutatum eſt. ¶ Mani
feſtũ igitur eſt: et quod factum cũ factum eſt: erit: et
quod corruptum eſt: non erit vniuerſaliter enĩ dictũ
eſt et de oĩ mutatione: et maxime eſt manifeſtum in
ea que eſt ſm contradictionem. Quod quidẽ igitur
T.c.44 qđ mutatũ eſt: cũ mutatũ eſt: prio in illo ẽ manifeſtũ ẽ
¶ In quo autem prio mutatũ eſt: quod mutatũ eſt:
neceſſe athomum eſſe. Dico aũt primo quod non eſt
per alterum: aliquid ipſius eſſe huiuſmodi ſit. Sit
igitur diuiſibile quod eſt. a. c. et diuidatur ſm. b. ſiq
dem igitur in. a. b. mutatum eſt. aut iterum in. b. c.
non vtiqꝫ in primo quod eſt. a. c. quod mutatuꝫ ẽ erit
ſi aũt tranſmutabaẜ in vtroqꝫ neceſſe ẽ. n. ĩ vtroqꝫ trã
ſmutatũ eẽ aut trãſmutari: et vtiqꝫ in toto trãſmuta
baẜ: ſꝫ erat mutatũ. Eadem aũt ratio et ſi ĩ hoc qnidẽ
T.c.45. mutatur: in hoc autem mutatum eſt. ¶ Erit enim ali
quid primo prius. Quare non erit vtiqꝫ diuiſibile ĩ
quo mutatum eſt. Manifeſtũ eſt igitur: qꝛ et quod
corruptũ eſt: et quod factum eſt in athomo hoc qdẽ
corruptum: hoc autem factum eſt. Dicitur aũt ĩ quo
primo mutatum eſt dupliciter. Aliud quidem ĩ quo
primo perfecta eſt mutatio. Tunc enĩ verũ eſt dice-
re ꝙ mutatum eſt. ¶ Aliud vero in quo primo cepit T.cō.46
mutari. Secundũ quidem igitur finem mutationis
ꝙ primum dicitur exiſtit et eſt. contingit enĩ perfici
mutationem: et eſt mutationis finis: qđ oñſum eſt in-
diuiſibile eſſe: pp id ꝙ finis eſt. Quod aũt ſm princi
pium oĩno non eſt: non enĩ principium eſt mutationis
neqꝫ in quo prius quis mutabitur. Sit enim primũ
in quo ſit. a. d. hoc igitur indiuiſibile quidem non ẽ:
accidit enĩ habita eſſe ipſa nunc. Amplius autem ſi
in. c. a. tempore omnino quieſcit: ponaẜ enĩ quieſcẽs T.c.47.
et in. a. quieſcit. Quare ſi impartibile eſt. a. d. ſimul
quieſcet et mutatũ erit. ¶ In. a. quidem enĩ quieſcit
In. d. aũt mutatum eſt: quoniam aũt non eſt imparti
bile: neceſſe eſt diuiſibile eſſe: τ in quolibet huiuſmo
di mutatum eſſe: diuiſio enĩ ipſo. a. d. ſiquidem ĩ neu
tro mutatum eſt: neqꝫ in toto eſt. a. d. ſi autem in ãbo
bus mutatur in omni: ſi vero in altero tantum muta-
tum eſt non in toto primo. Quare neceſſe eſt in quo-
libet mutatum eſſe: manifeſtum igitur eſt: ꝙ non eſt ĩ
quo primo mutatum eſt: infinite enim diuiſiones ſunt
¶ Neqꝫ itaqꝫ in eo quod mutatum eſt: aliqd ipꝰ. pus T.cō.48
eſt: quod mutatum eſt; ſit enĩ. d. ꝫ. qđ primo mutatuꝫ
eſt ipſius. d. e. oẽ enĩ diuiſibile eſſe demoſtratũ eſt qđ
mutaẜ. Tps aũt in quo. d. ꝫ. mutatum eſt. t. i. ſi: ergo
in omni. d. ꝫ. mutatũ eſt: in medio minus eſt qđ muta
tum eſt: et priꝰ ẽ ipſo. d. ꝫ. et iterũ hoc aliud: et illo
alterũ: et ſic ſemper: quare nihil erit pmũ mutantis
qnod mutatũ ẽ. Qđ igitur neqꝫ in eo qđ mutaẜ: neqꝫ T.cō.49
in quo mutaẜ tpore: nihil prius ſit: manifeſtũ ex his
que dicta ſunt. Ipſum aũt qđ mutatur: aut ſecundũ
quod mutaẜ: non etiam ſimilr ſe habebit: tria nanqꝫ
ſunt que dicunẜ ſcdm mutationem: quod mutatur: τ
in quo: et in quod mutaẜ: vt homo: tempus: et album
homo quidẽ igitur et tempus diuiſibilia ſunt. De al-
bo autem alia ratio eſt: pp id quod ſm accidens oĩa
diuiſibilia ſunt cui eniꝫ accidit albũ aut quale: illud
diuiſibile ẽ. Qm̃ quecũqꝫ diuiduntur ſm ſe ipſa diui
ſibilia: et non ſm accidens: neqꝫ in his erit primum:
vt in magnitudinibus: ſit enĩ ĩ quo ẽ. a. b. magnitudo
motuꝫ aut ſit ex. b. in. c. primum igitur ſi quidẽ indi-
uiſibile erit. b. c. impartibile impartibili erit con-
iunctum: ſi vero diuiſibile erit aliquid ipſo. c. prius ĩ
quod mutatum eſt: et in illo iterum aliud: et ſic ſemp
propter id quod nullo modo deficit diuiſio. Quare
non erit primum in quod mutatum eſt: ſimiliter aũt
et in quantitatis mutatione: et hec quidem enim cõ
tinuo eſt: manifeſtum igitur ꝙ in ſola mutatione que
eſt ſm qualitatem contingit indiuiſibile per ſe eſſe.

In iſto textu philoſophus textu
com. 40. inquirit ſi ĩ motu ẽ dabile primũ mu
tatum eẽ et vltimũ mutatum eẽ et dicit ꝙ prio
vult dclarare ꝙ omne quod mutatur quãdo iam mu
tatũ eſt, eſt in termino ad quẽ quod aliquibus ratio
nibus ſuadet. Prima rõ oẽ quod mutaẜ oportet ꝙ
recedat a termino a quo donec terminus a quo defi
ciat ſed non poteſt deficere niſi quando ẽ ĩ termino
ad quem vñ dicit ꝙ mutari eſt deficere: τ mutatũ eẽ
defeciſſe quare ſimiliter ſe habet vtrũqꝫ ad vtrũqꝫ
ideſt ſicut ſe habet deficere ad mutari ita ſe habet
dfeciſſe ad mutatum eẽ: q̃re ponit exm̃ in generatio
neqꝫ cũ deficit deſinit eẽ et de corruptiõe que cũ defi
cit deſinit non eẽ. ¶ Poſtea vero philoſophus textu

cõmenti.42.ponit ſecundã rõnem et dicit ꝙ videt
hoc eē verũ in motu locali ꝙ ſi mutatur ab.a.in.b.et
non quieſcit in.b.ſequitur ꝙ tranſiuit ad.c.quare.c.
redibit in.b.⁊ ita ſequitur ꝙ qñ mutatũ eſt mutatur
in id in qd̄ mutatũ eſt quod eſt impoſſibile non.n ſi-
mul eſt mutari et mutatũ eē ſic igitur manifeſtũ eſt
ꝙ cũ mutatũ eſt aliquid primo eſt in eo ad quod mu
tatũ eſt.¶ Poſtea vero philoſophꝰ tex.cõ.44.oſtē-
dit ꝙ illud in quo prīo mutatũ eſt tanꝙ terminꝰ mo-
tus ē athomũ.i.indiuiſibile dr̄ prīo.i.nõ rõe alterīꝰ:
qꝛ ſi aliqd mutat ī ãno qꝛ mutat ī die: nõ prīo mutat
in anno.tunc:ergo dicit ꝙ ſi illud in quo primo muta
tũ eſt,eſt diuiſibile:ſequit ꝙ aut in toto mutato eē dr̄
mutatum et ſic non primo mutatũ eſt in toto ſed in
parte ſi vero det ꝙ tranſmutet in par vtraqꝫ te opor
teret dicere ꝙ trãſmutet in toto ſic enim dicitur ali
quid in toto tempore mutari:qꝛ mutat in qualibet
eius parte et ſic non eſt mutatũ eē ſed mutari:ſi ve-
ro dicatur ꝙ in vna parte mutatur et in alia ſit muta
tũ:ſequit ꝙ non primo mutatũ eſt in toto:qꝛ priꝰ eſt
mutatũ in parte cũ pars ſit prior toto.¶ Poſtea ve-
ro philoſophus tex.cõ.46.declarat qũo in motu po
ſſit accipi prīo mutatũ eſſe et dicit ꝙ in motu primo
mutatũ eē capitur duobꝰ modis. Uno modo quo ad
perfectionem.Alio mõ quo ad inceptionē primũ da
tur quando mutatio finita eſt : ſecundũ vero dat qñ
incepit mutari nanqꝫ non datur primũ in quo verũ ē
dicere ꝙ prīo mutatum eſt qꝛ quocũqꝫ dato antea fu
it mutatum:ꝙ aũt in motu non detur primo mutatũ
eē ꝓbat:qꝛ data vna magnitudine diuiſibili et dato
vno mobili quod per illam moueat,ſiē aliquid tpis ī
quo primo mutatũ eſt ſic illud.a.d.hoc igitur aut eſt
diuiſibile aut indiuiſibile:ſi dicatis ꝙ eſt indiuiſibile
ſequũtur duo inconueniẽtia ꝙ ipſa nunc in tempore
ſunt habita ideſt conſequentia:qd̄ quidem inconue-
niens hac ratione ſe quit:qꝛ ſi aliqua pars motꝰ fue
rit in.a.d.ſequitur ꝙ.a.d.eſt tempꝰ et pars tempis
et.a.d.eſt quodã indiuiſibile:ergo ex indiuiſibilibꝰ
componit continuũ ſecundũ inconueniens eſt ꝙ idē
ſimul quieſceret et mouet:ſequella ꝓbat ponamꝰ ꝙ ī
tempore ante.a.d.qd̄ eſt.c.a.illud mobile quieſcat ⁊
ita ſequitur ꝙ quieſcat in.a.et etiam ꝑte mouet ī.a.
d.ergo idem ſimul quieſcit et mouetur:ſequitur er-
go ꝙ.a.d.eſt partibile vel ergo mouetur in ambabꝰ
partibꝰ.a.d.vl̄ in altera vel ī nulla ſi in nulla nõ mo
uet in.a.d,ſi in altera non mouet primo in.a.d.ſi in
ambabꝰ:ſequit ꝙ in qualibet parte eius moueat :et
ita quacũqꝫ parte data in qua mouetur ante illã mo
uebatur:et ita non datur pars in qua prīo moueat ⁊
ex conſequenti non datur primũ mutatũ eē in motu
Preterea oſtendit illudmet ex parte mobilis .tex.
cõ.48:qꝛ primo mouet ſm vnã partē quam ſecũdũ
aliã:ergo non dat primũ mutatũ eē idem probat ex
parte termini : ad quem dicens ꝙ cũ videamꝰ expe
rientia ꝙ quocũqꝫ loco acquiſito priꝰ acquiratur ali
us et quacũqꝫ qualitate acquiſita prius acq̇rit alia:
ſequitur nõ dari primũ mutatũ eē.Nã ſi aliquid mu
tatur ex.b.in.c.vel.b.c.eſt diuiſibile vel indiuiſibile
ſi indiuiſibile erit impartibile cõiũctũ impartibili ſi
diuiſibile erit aliquod ſignũ prius cõiunctũ.b.ergo
ſequit ꝙ priꝰ mouebitur per illud quam per.c.

Textus.

T.cõ.50 Quoniam autē omne quod mu
tat in tpe mutatur.Dicitur autē in tempore
mutari:et ſicut primo:et ſicut ſm alterũ: vt
in anno:qꝛ in die mutatur ī quo primo tpe mutat qd̄
mutatur et in quolꝫ hmõi neceſſe mutari: manifeſ-
tũ igr̄ et ex diffinitione:primũ eñ ſic diximꝰ. ¶ Sꝫ T.cõ.51.
⁊ ex his manifeſtũ ē.ſit eñ in quo prīo mouet:qd̄ mo
uet.x.r.et diuidat ſm.K.Oē.n.tp̄s diuiſibile ē in.x
k.tpe:aut mouet aut nõ mouet:et iterũ in.k.r.ſilr̄:ſi
q̇dē igit in neutro mouet quieſcet itaqꝫ in oī:moue-
ri.n.ī nullo hmõi qd̄ mouet ipoſe:ſi vero in altero ſo-
lũ mouetur:non vtiqꝫ in primo mouetur quod eſt.x.
r.ſm eñ vtrũqꝫ motꝰ eſt:neceſſe eſt igr̄ in quolꝫ ipſiꝰ T.cõ.52
x.k.motũ ipm eē.Oſtēſo aũt hoc manifeſtuꝫ eſt ꝙ oē
qd̄ mouet.neceſſe eſt motũ eē priꝰ:ſi eñ.x.r.prīo tpe
per.K.l.motũ ē magnitudinē:īmediate qd̄ eq̄ velo-
citer mouetur:et ſil̄ inceptũ eſt:mediũ erit motũ : ſi
aũt eq̄ velox in eodē tpe motũ ē aliqd ⁊ alterũ neceſ
ſe ē ꝑ eãdē motũ eē magnitudinē:q̄re erit motũ priꝰ
qd̄ mouet ¶ Ampliꝰ aũt ⁊ ſi ī oī tpe qd̄ e.x.r.motu eē T.cõ.53.
dicimꝰ:aut oīno in quolꝫ tpe ī accipiēdo vltimũ ipſi-
us tpis nũc hoc eñ determinãs eſt:et mediũ ipſorũ
nunc tp̄s eſt et in alijs ſimiliter dicet motũ eē:medie
tatis aũt vltimũ diuiſio ē:q̄re et in medio motũ erit:
et omnino in qualibet partium : ſemper enī ſimilis
diuiſionis tp̄s eſt determinatũ ab ipſis nũc : ſi igitur
oē tp̄s diuiſibile eſt:mediũ aũt ipſorꝫ nũc tp̄s ē:oē qd̄
mutat infinite mutatum erit. ¶ Amplius aũt ſi con T.c.54.
tinue qd̄ mutatur et non corrumpitur-neqꝫ pauſat
a mutatione:aut mutari:aut mutatum eſſe :neceſſe ē
in quodlibet:in ipſo autē nunc nõ eſt mutari neceſſe
mutatum eſſe ſm vnumquodqꝫ ipſorũ nunc:quare ſi
ipſa nunc infinita ſunt:neceſſe eſt omne qd̄ mutatur ī-
finite mutatũ eē. ¶ Nõ ſolũ aũt qd̄ mutat:neceſſe eſt T.cõ.55
mutatũ eſſe: ſed etiam mutatũ neceſſe priꝰ mutari.
Oē eñ qd̄ ex quodã in q̇dã:mutatũ eſt : et in tēpore
mutatum eſt.Sit eñ in ipſo nunc.ex.a.in.b.mutat ḡ
in eodē quidem nunc:in quo eſt in ipſo.a.non muta-
tũ eſt :ſimilr̄ enim eſſet in ipſo a..et in.b.Quod enim
mutatum eſt:quando mutatum eſt:quod non ē ī hoc:
oſtenſum eſt prius:ſi vero in alio eſt:in medio erit tē
pus. Non eñ coniuncta erat ipſa nunc. Oñ igitur T.cõ.56
in tempore mutatum ē:tempus aũt omne diuiſibile:
in medio aliud erit mutatum:et iterũ ī illius medio
aliud:et ſic ſemper.Quare mutabit priꝰ.¶ Ampliꝰ T.cõ.57
autem in magnitudine manifeſtius eſt quod dicitur
ꝑꝑ id quod continua eſt magnitudo in qua mutatur
quod mutatur.Sit eñ mutat ex .c.in.d.Ergo ſi in-
diuiſibile eſt ipſum.c.d. impartibile erit impartibi
le coniunctũ. Quoniam aũt hoc īpoſſibile eſt:neceſ-
ſe eſt magnitudinē eē : quod inter eſt et in infinita di
uiſibile: quare ſi in illa mutat prius:neceſſe ergo oē
qd̄ mutatum eſt mutari prius. ¶ Eadē eñ demoſtra T.cõ.58
tio eſt in non cõtinuis:vt in contrarijs et ꝯtradictio
ne. Accipimꝰ eñ in tp̄s in quo mutatũ eſt :et iterum
eadē dicemus. Quare neceſſe eſt mutatũ oē mutari
prius:et quod mutatur mutatũ eē : et in ipſo mutari
mutatũ eē prius. Ipſo aũt mutatũ eſſe mutari:et nul
lo modo cõprehenditur primũ. Cauſa aũt huiuſmo
di eſt : non eſſe impartibile impartibile coniunctũ.
In infinitũ enim diuiſio eſt ſicut in his que augmen-
tant ⁊ minuũt lineis: ¶ Manifeſtũ igit qñ qd̄ factũ T.cõ.59
eſt:neceſſe eſt fieri prius:⁊ quod fit factum eē:q̄cũqꝫ
diuiſibilia et continua ſunt. Non tñ ſemper quod fit
ſed aliud aliquando:vt illius aliquid ſicut domꝰ fun
damentũ.Similiter autem et in eo quod corrumpi
turet quod corruptũ eſt:mox enim ineſt ei quod fit:
et :qd̄ corrumpit infinitũ quidã:cũ ſit continuũ: ſꝫ nõ
eſt fieri:niſi aliquid factum ſit priꝰ. Neqꝫ factũ eē:ni

ſi fiat aliqd:ſicr aūt et incorrumpi: ⁊ incorruptū eſſe ſemp.n.erit ipo corrūpi corruptū eē pri⁹. Corrupto aūt eē corrūpi. Manifeſtū igiꝛ qꝛ qđ factū ē neceſſe eſt fieri prius:⁊ qđ fit factum eē. Dis.n.magnitudo et omne tps ſemper diuiſibilia ſunt. Quare ī quocū qꝫ fit aliquid:non erit vtiqꝫ ſicut in primo.

Philoſophus textu commenti 50.dicitꝙ omne qđ mutatur mutatur in tēpore ſed dupliciter. Uno mō primo et per ſe vt ſi mutetur non ratione partis. Alio mō ſi mutetur rōne partis vt ſi mutetur in anno:qꝛ in die: hac ergo diſtictione premiſſa vult probare:ꝙ ſi aliquid mutatur primo in aliquo tempore mutetur in qualibet parte illius temporis:et hoc probat dupliciter. Prio qꝛ illud dicitur alicui conuenire primo ꝙ ſecūdū qualꝫ partem conuenit vt dictū eſt in.5.phiſicorū.tex.cō.i.ſecundo probat illudmet per ratioē dicens ſit tempus in quo aliquid primo mouetur.x r. et qꝛ omne tempus eſt diuiſibile diuidatur ſm.k.qrituꝛ:ergo in parte.x.k. et in parte.k.r. vel moueꝛ vel non:ſi non mouetur in.x.r.ſi aūt deꝛ ꝙ in vna parte tēporis moueatur:et non in alia ſequiꝛ ꝙ non primo moueaꝛ in.x.r.neceſſe eſt ergo ꝙ moueaꝛ in quali bꝫ parte tpis.x.r. ¶ Jam vero vult ꝓbare tex. cō. 52.ꝙ aū omne moueri precedit mutatū eē ⁊ ecōuerſo.et ꝓbat illud rōnib⁹ tribus: quarū pria talis eſt ſit mobile quod moueaꝛ per.k.l.magnitudinē in tpe x.r.⁊ neceſſe eſt ꝙ ante attingat ad medium magnitudinis ꝙ ad extremū:ḡ prio fuit mutatum ī medio ꝙ in extremo. ¶ Et ponit ſecundā rōnē tex.cō.53 dicens ꝙ queadmodū in linea eſt vnū punctū quod quidem eſt termin⁹ vnius et iniciū alterius ſic eſt nunc in quo diciꝛ aliqd mutatū eē et incipere moueri ad ſequens. ¶ Tertia rō ponitur tex.cō. 54.oē quod mutatur ſi nō corrūpitur nec ceſſet a motu neceſſe ē in nunc aut mutari aut mutatum eē ſed in nunc non mutaꝛ ergo mutatuꝫ eſt. ¶ Poſtea vero phs tex.cō. 55.dicit ꝙ etiam aū omne mutatū eē preceſſit mutari:qꝛ ſi mutatur eſt de quodā in quidā et diciꝛ mutatū in tr̄o ad quem vt ſi mutetur ex.a.in.b.diciꝛ mutat⁹ in.b.vel ergo in.a.eſt mutatū et hoc non:qꝛ daretur primū mutatū eē:vel mutaꝛ in.a. et hoc etiam non:qꝛ in termino aquo non eſt mutatio:ergo mutatur in medio interuallo quod eſt inter.a.et.b. et ſic ante omne mutatum eē preceſſit mutari. ¶ Poſtea vero philoſoph⁹ textu.com.56.probat illud tali ratione omne quod mutatum eſt in tempe mutabatur et in toto aliquo tempore mutabaꝛ et ſic pri⁹ immediate quam in toto ergo ante omne mutatū eē preceſſit mutari Et hoc magis dicit eē clarū:tex.commenti.57. in magnitudine q̄ continua eſt in qua ſi tranſiꝛ ex.c.in.d.tranſitur per omnia media alīas in partibile eſſet coniunctū in partibili. ¶ Poſtea philoſoph⁹.tex.cō.58.dicit ꝙ idem poteſt monſtrari in mutationib⁹ que non ſunt ſecundū aliqua continua ſcilicet in alterationib⁹:et generationib⁹ et corruptionib⁹. Concludit preterea principale propoſitū dicens ꝙ neceſſe eſt omne mutatū pri⁹ mutari:qꝛ in infinitū eſt diuiſioneue īpartibile impartibili coniūgatur. ¶ Poſtea philoſop⁹.59.oſtendit idem ſpecialr̄ in generatione et corruptione: dicens ꝙ mutatum eē in his habet aliū terminū quam mutari qm̄ mutatum eē habet ꝓ termino ſubſtantiā et matari ipſam qualitatem in alterationib⁹ tamen alterari et alteratum eē eundem terminū habent:quare dicit ꝙ illđ

qđ factum eſt neceſſe eſt pri⁹ fieri in his que diuiſibilia et continua ſunt ideſt in motib⁹ ſucceſſiuis qualis non eſt intelligere et ſentire:vel etiam non omne quod factum eſt ante fiebat ſecundum ſe totū:ſꝫ aliquando fiebat ſecundū partē vt dom⁹ et ideo in quocūqꝫ tempore fit aliquid hoc non erit ſicut in primo: qꝛ erit accipe partem priorem.

Quoniam autē omne quod mouetur: in tempore mouetur: et in pluri maior magnitudo:in infinito tēpore impoſſibile ē moueri per magnitudinem finitam non eandeꝫ ſemper: et non illi⁹ a liqd qđ moueꝛ ī oē ꝑ oēꝫ. Quod eſt quid eſt igitur ſi aliquid moueaꝛ equeuelociter:neceſſe eſt finitum in finito moueri: manifeſtum eſt. Accepta enim parte que menſurabit totū ī qualibus temporibus tantis quot partes ſunt ꝑ totā motū eſt. Quare quoniā hꝫ finite ſunt et quantitate vnaqueqꝫ et tot modis omnes: et tempus vtiqꝫ erit finitum. Totiens enim erit tantū quantū tempus qđ eſt partis multiplicatiuū ſm multitudinē partium. ¶ Sed ſi non ſit eque velociter differt nihil. Sit em̄ in quo.a.⁊.b.ſpacium finitum:qđ motum ſit infinito tempore:et tempus infinitum in quo.c.d. Si igitur neceſſe eſt prius alterꝫ altero motū eſſe. Hoc aūt manifeſtū ꝙ tpis in priori ⁊ priori alterum motum eſt. ſemper enim in pluri alterū erit motum eſſe: ſiue eq̄ velociter mutet ſiue nō eq̄uelociter mutet:et ſiue intēdaꝛ mot⁹:ſiue remittaꝛ:ſiue maneat nihil min⁹. Accipiaꝛ igiꝛ aliqd.a.b.ſpacij:qđ ſit.a.e.qđ mēſurat.a.b. Hoc itaqꝫ infiniti in quodā factū eſt tempore. In infinito enim non poteſt eſſe. Dē em̄ in infinito eſt:et iterū alterū iam ſi accipiam⁹ quantū eſt.a. e. neceſſe in infinito tempore eſſe. Dē em̄ in infinito:et ſic accipiens quoniā infiniti quidem nulla pars que menſuret. Impoſſibile em̄ infinitum eſſe ex finitis et equalibus et inequalibus:propter id quod menſurantur finita multitudine et magnitudine a quodam vno ſiue eqnalia ſiue inequalia:finita autem magnitudine nihil minus. Spacium autem finitum tātis que ſunt a.e.menſuratur:ergo in infinito tempore.a.b.moueter. Similiter autem et in quiete. Quare neqꝫ fieri neqꝫ corrumpi poſſibile eſt ſemper aliquid vnum et idem. ¶ Eadem autem ratio:et ꝙ neqꝫ in finito tem T.cō.62.
pore infinitum poſſibile eſt moueri: neqꝫ quieſcere: neqꝫ quod regulariter mouetur:neqꝫ quod irregulariter. Accepta enim quadam parte que metietur totum tempus:in hac aliquid tantum tranſibit magnitudinis et non totam:ſn omni enim totam:et iterū in equali aliaꝫ:et in vno quoqꝫ ſimiliter:ſiue equalis erit:ſiue inequalis ei q̄ eſt a principio. Differt auteꝫ nihil:ſi ſolū ſit finita vnaqueqꝫ. Manifeſtum enimꝙ diuiſo tpe infinitū non auferꝛ finita diuiſione facta et quāto tot modis: quare nō tranſibit infinito tpe in finitū. Nihil autem differt magnitudinē in altera:aut in vtraqꝫ eſſe infinitam. Erit enim eadem ratio:
¶ Demonſtratis enim his manifeſtū eſt ꝙ neqꝫ fini T.cō.63.
tam magnitudinē infinitū contingit tranſire infinito tempore ꝓpter eandē cauſam. In parte em̄ temporis finitū tranſibit:et in vno quoqꝫ ſimiliter. Quare in omni finitū. ¶ Qm̄ aūt finitū non tranſibit infi T.cō.64
nitū infinito tpe manifeſtū eſt: ſicut neqꝫ infinitū finitū. Si em̄ infinitū finitū:neceſſe eſt et finitū infinitū tranſire. Nihil em̄ differt quodlibꝫ eē quod moueꝛ: vtrobiqꝫ em̄ finitū pertranſibit infinitū. Cū em̄ mo

ueaꝶ infinitū in quo eſt.a.erit aliquid ipſius ſm.b. fi
nitū:vt.c.d.et iterū aliō et aliud et ſemper ſic. Qua
re ſimiľ accidit infinꝰtū motū eē per finitū:et finitū:
neqꝫ enim foꝛtaſſis poſſibile eſt aliter infinitum mu
tare finitum quam ꝙ finitum tranſeat infinitū: aut
ita ꝙ feratur: aut metiatur. Quare quoniam hoc
impoſſibile eſt non tranſibit infinitum finitum.
T.cō.65 ¶At vero neqꝫ infinitū infinito tpe tranſibit infini-
tum. Si em̄ infinitū et ꝛ finitum: ineſt em̄ in infinito
finitum. Amplius autē et tpe accepto eadē erit de-
monſtratio. Qm̄ autē neqꝫ finitum tranſibit infinitū
neqꝫ infinitū finitum:neqꝫ infinitū infinito tpe moue
tur. Manifeſtū eſt ꝙ neqꝫ motꝰ erit infinitꝰ infinito
tpe. Quid em̄ differt motū aut magnitudinē infini-
tum facere. Neceſſe em̄ ſiqdē infinitū alterū et alte-
rū infinitum eſſe. Omnis em̄ loci mutatio ī loco eſt.

D Eclarat qūo reperiatur infini
tum ſimili mō in magnitudine motu et tpe.
Dicit ergo phs ꝙ in maioꝛi tpe pertranſiꝶ
maioꝛ magnitudo ab eodē mobili ꝙ̄ in minoꝛi tpe ꝛ
dicit hanc ꝑpōnē quā ipſe vult ſuadere ꝙ impoſſibi
le eſt magnitudinē finitā tranſiri in tpe finito:niſi ſit
illa magnitudo circularis q̄ bn̄ pōt tranſiri q̄uis ſit
finita tpe infinito ꝑ quādā circulationē:tn̄ in magni
tudine recta finita eſt impoſſibile infinitū tempus
occupare in tranſitu illius. ¶Qō ariſtoteles ꝓbat
pꝛimo de motu vnifoꝛmi dicens ſi aliquid mouetur
vnifoꝛmiꝶ neceſſe ē finitū in finito tpe moueri vt ꝟbi
gr̄a vnā tertiam ſpacij in tertia vnius hoꝛe:ergo to-
tum ſpatium tranabit in vna hoꝛa:et ſic illā magni-
tudinē finitam tranſibit in tpe finito:ergo nunq̄ trā
ſibiꝶ magnitudo finita in tempoꝛe infinito. ¶Si di
cat aliquis vt diciꝶ tex.cō.61.ꝙ occupabit infinitū
tempus in tranſeundo magnitudinē finitā ſi mouea
tur per eā in e͡queliciter replicaꝶ ſic:non negabis
ꝙ partē pertranſeat in minoꝛi tempoꝛe ꝙ̄ totum ꝙ
ſi ſic tempꝰ in quo tranſit partem erit cōparabile tē
poꝛi in quo tranſitur totum et ſic ambo erunt finita
ſed in illa magnitudine ſunt finite ꝑtes quibꝰ reſpō
dent finita tēpoꝛa nil refert ſi maioꝛa et maioꝛe cū
ſint finita finities accepta ſolum adimplent rē finitā
et ita tempus coꝛreſpondens toti tranſitui finitum
eſt et non infinitum:idem concludit de quiete ꝙ non
poteſt per infinitum tp̄s quieſcere mobile in magni
tudine finita:imo nec aliquid poteſt per infinitum
tempus generari aut coꝛrumpi. ¶Poſtea phs tex.
cō.62.dicit ꝙ ipoſſibile infinitum trāſire in tpe fini-
to:qꝛ ſi tranſeat vnā partem puta pedale in vna ho-
ra aliud pedale tranſibit in alia hoꝛa vel magis nō
eſt:ergo poſſibile totū tranſiri in tpe finito ꝛc.res
eſt in pꝛopatulo:Ex quo infert textu.cō.64.ꝙ infi
nitum mobile ſi daretur non tranſiret in tempe fini-
to magnitudinē finitā:qꝛ ait egregie philoſophus
idē eſt ꝙ finitum pertranſeat infinitum et ꝙ infini-
tum pertranſeat finitum in tēpoꝛe finito ſꝫ pꝛimum
ꝓbatum eſt eē impoſſibile igitur ergo eodē mō ſe-
cundum eſt ipoſſibile. ¶Poſtea ꝟo philoſophꝰ tex.
cō.65.dicit ꝙ ipoſſe ē infinitum tranſiri ab infinito in
finito tpe vt pꝛio oſtenſum eſt. Et eandē dicit demō-
ſtrationem ſi accipiaꝶ tp̄s infinitum et ſpacium fini-
tū cum mobili infinito dicendo ꝙ pertranſibitur in
tempoꝛe infinito ſic arguitur ergo partē ſpacij per-
tranſibit in tempoꝛe finito ſed hoc eſt contra pꝛio oſ-
tenſa vbi dictū eſt ꝙ eſt ipoſſe pertranſiri ab infinito
finitū in tempe finito. ¶Poſtea phs dicit tex.cō.66
ꝙ finitū ꝛ finitū:ſꝫ inueniunꝶ ī motu: ſicut ī p̄miſſis
dicit:et finitū ī mobile non pertranſit ſpaciū infini-
tū nec infinitū mobile infinitū ſpaciū in tempoꝛe fini
to. Nā ſi motꝰ eſt infinitus magnitudo et tempꝰ ſunt
infinita alias ſi motꝰ eſſet infinitus et magnitudo fi
nita eſſet motꝰ localis extra locū.

Q Uoniā aūt omne aut mo- T.cō.67
uetur aut quieſcit:qō aptū natū eſt:
qn̄ aptū ē et quo et ſic: neceſſe oē qō
ſtat cū ſtat moueri: ſi em̄ non moueꝶ
quieſcit: ſed non cōtingit quieſcere
quieſcens. ¶Hoc aūt demonſtrato T.cō.68
manifeſtū ꝙ in tpe neceſſe eſt ſtare. Quod em̄ mo-
uetur in tpe mouetur. Qō aūt ſtat oſtenſum eſt eſſe
qō mouetur. Quare neceſſe eſt in tpe ſtare. Amplꝰ T.cō.69
aūt ſi velocꝰ et tardꝰ in tpe dicimꝰ:ſtare aūt eſt ve
locꝰ et tardꝰ. ¶In quo aūt tpe pꝛimo qō ſtat ſtaꝶ T.cō.70
in quolꝫ hmōi neceſſe eſt ſtari. Diuiſo em̄ tpe ſiqui
dem in neutra ptiū ſtaꝶ:neqꝫ in toto. Quare neqꝫ
vtrīqꝫ ſtat quod ſtat Si vero in altera nō in pꝛio to-
to ſtatū eſt. Secundū em̄ vtrūqꝫ in hoc ſtaꝶ:ſicut dic
tū eſt:et in eo qō mouꝶ pꝛiꝰ. ¶Sicut aūt qō moue
tur non eſt in quo pꝛimo mouꝶ:ſic vtrīqꝫ: neqꝫ ī quo T.cō.71.
ſtatur quod ſtat. ¶Non em̄ in ipſo moueri:neqꝫ ſta
ri aliquid eſt pꝛimū. Sit em̄ in quo pꝛimo ſtatur in
quo eſt.a.b. Hoc quidem ipartibile non contingit
eſſe. Motus em̄ non eſt in impartibili:ꝑꝑ id qō mo
tum eſt aliquid ipſius. Quod aūt ſtatur demōſtra-
tū eſt eē quod mouetur. At vero diuiſibile in qualꝫ
ipſiꝰ partiū ſtaꝶ. Hoc em̄ oñſum pꝛiꝰ ꝙ in quo p̄mū
ſtaꝶ ī quolꝫ illiꝰ ſtaꝶ qm̄ ergo tp̄s eſt in quo pꝛio ſtaꝶ:
et non athomū eſt:omne aūt tp̄s in infinitū partibile
non erit ī quo pꝛimo ſtatur. ¶Neqꝫ igitur quieſcēs T.cō.72.
cū pꝛimo quieuit eſt. In ipartibili em̄ non quieuit:
pꝛopter id quod nō eſt motꝰ in athomo. In quo aūt
eſt quieſcere et moueri. Tunc em̄ dicimꝰ quieſcere: T.cō.73.
quādo et in quo aptū natū eſt moueri:nō mouꝶ qō
aptum natum eſt. Amplius aūt id dicimꝰ quieſcere
cū ſimiliter ſe habeat nunc vt pꝛiꝰ:tanq̄ nō vno quo
dā indicantes:ſꝫ duobꝰ minimis. Quare nō erit in
quo quieſcit impartibile. Si vero ptibile tp̄s vtiqꝫ
erit:et in qualꝫ partiū iſtarū quieſcit. Eodē em̄ mō
demonſtrabiꝶ qūo et in pꝛioꝛibꝰ. Quare nullū erit
pꝛimū. Hec aūt cauſa eſt:qꝛ quieſcit quidem et mo
ueꝶ oē in tempoꝛe. Tēpꝰ aūt nō eſt pꝛimū:neqꝫ mag
nitudo.neqꝫ omnino nullū cōtinuū. Omne em̄ cōti-
nuū in infinita diuiſibile. ¶Qm̄ aūt oē quod mouꝶ T.cō.74
in tempoꝛe mouꝶ:et ex quodā in quiddā mutaꝶ in
quo tēpoꝛe mouꝶ ſm ſe et non quo in illiꝰ aliquo im
poſſibile eſt:tunc ſecundū aliquid eē pꝛimū qō mo-
ueꝶ. Quieſcere em̄ eſt eo quod in eodē ſit tempoꝛe
quodā et ipſum et partiū vnaqꝫqꝫ. Sic em̄ dicimus
quieſcere:cum in alio et in alio ipſoꝛū nunc verū ſit
dicere ꝙ in eodē et ipſum et partes. Si aūt hoc qeſ
cere non contingit qō mutaꝶ ſecundū aliquid eē to-
tum ſecundum pꝛimū tempꝰ. Tp̄s em̄ diuiſibile om-
ne quare in alia et alia ipſius parte verū erit dicere
quod in eodē ſit ipſum et partes. Si enim non ſic eſt
ſed in vno ſolo:nunc:non erit tp̄s nullum ſecundum
aliquid:ſꝫ ſecundum terminū tpis in ipſo aūt nunc
eſt tr̄s quod ſemꝑ ſecundum aliquid manens:nō tn̄
quieſcit.neqꝫ em̄ moueri:neqꝫ quieſcere eſt in ipſo
nunc. Sꝫ non moueri quidem eſt verum in ipſo nūc
et eſſe ſecundum aliqd:in tpe aūt non cōtingit eē ſe
cundū aliqd qeſcēs:accidit em̄ quod ferꝶ qeſcere.

PHiloſophus tex.cō.lxvij.declarat nobis ea q̄ ꝑtinent ad quietē: ⁊ dicit ꝙ nō quieſcit niſi cū aptū natū eſt moueri: et notat ꝙ illud qđ ſtat.i.tendit ad quietē nondū quieſcit: qꝛ ſequeret̃ ꝙ aliquid ſil' moueret̃ ⁊ q̇eſcet. Deide tex. cō.68. declarat pħs ꝙ oē qđ ſtat ſtat in tpe: qꝛ oē qđ mouet̃ mouet̃ i tpe ꝙ vero ſtat.i.ꝓficiſcit̃ ad q̇etē mouet̃: g̊ i tētū. Preterea velocitas ⁊ tarditas determinant̃ ſm tpˢ: ſȝ aliquid velociꝰ ⁊ tardiꝰ ſtat altero: qꝛ tēdit in quietē ergo. ¶ Poſtea vero pħs tex.cō.70 declarat ꝙ non dat̃ pꝛīa ſtatio in illo quo pꝛio ſtat dicēs, ꝙ ſi aliquid pꝛio ſtat in aliquo tpe ſtat, ergo in q̄libet pte illiꝰ tpis: ⁊ ita non dat̃ pꝛīa ſtatio. Si vero dicat̃ ꝙ in vna pte ſtat ⁊ in alia nō ſequit̃ ꝙ non pꝛio ſtat in tpe, ſed rōne partis, Et hoc idē ſentit tex.cō.71. ¶ Poſtea pħs tex.cō.74. declarat dr̃iaȝ eiꝰ qui mouet̃ ab eo qui quieſcit dicens: ꝙ id qđ mouet̃ ſemper variat diſpoſitionē ſi moueat̃ pꝛimo.i.ſm ſe totū imo variat ēt diſpoſitionē tpis: qꝛ eſt in alio ⁊ alio nūc ꝙuis in aliquo toto tpe ē cathegoꝛeumatice. Poſtea vero pħs tex.cō.75. declarat ꝙ quieſcere eſt ſeruare eandem diſpoſitionem in eodē tpe ⁊ nō ſolū i nūc.

T.cō.76 ZEno autē deratiocinat̃ ⁊ paralogizat. Si.n.ſemꝑ dicit q̇eſcit oē aut mouet̃ cū ſit ſm eq̄le. Eſt aūt ſemꝑ qđ fert̃ in ipo nunc imobilē eē ſagittā q̄ fert̃. Hoc aūt falſuȝ ē. Nō n.cōponit̃ tpˢ ex ipis nunc indiuiſibilibꝰ ſicut nec alia magnitudo vlla

T.cō.77 ¶ Quattuoꝛ aūt ſunt rōnes de motu Zenonis habētes difficultatē ſoluentibꝰ. Pꝛīa quidē de eo qđ non mouet̃: ꝓp hoc ꝙ pꝛiꝰ in mediū opȝ accedere qđ fert̃
T.c.78. ꝙ ad finē: de qua diuiſimꝰ in pꝛioꝛibus rōnibꝰ. ¶ Secunda aūt vocata Achilles. Eſt aūt hoc ꝙ tardiꝰ nequaꝙ̄ iunget̃ currēs a velociſſimo. Ante aūt neceſſe ꝓſequēs ire: vn̄ mouit fugiens. Quare ſemꝑ aliq̇d hēre neceſſe eſt tardiꝰ Eſt aūt hec eadē rō in decidēdo in duo. Differt aūt in diuidēdo nō in duo acceptam magnitudinē. Nō quidē igit̃ cōiungi tardiꝰ accidit ex rōne. Fit aūt ad idē i duo deciſio. In vtriſqꝫ.n.accidit nō attingere ad tm̄ diuiſa quodāmō magnitudine. Sed apponit̃ in hoc: qꝛ neqꝫ velociſſimū qđ cū tragedia dictū eſt: in ꝓſequendo tardiꝰ. Quare neceſſe eſt eandē eſſe ſolutionē. Velle aūt ꝙ p̄cedēs nō iungat̃: falſum eſt. Cū.n.p̄cedit: nō cōiunget̃: ſȝ tn̄ cōiunget̃: ſi quidē dabit̃ trāſire finitā. He quidē igitur
T.cō.80 rōnes ſunt due. ¶ Tercia aūt q̄ nūc dicta ē: q̄m ſagitta q̄ fert̃ ſtetit. Accipit aūt ſm ꝙ accipit tpˢ cōponi ex ipis nunc: non dato.n.hoc non erit ſyllogiſmus.

T.cō.81. ¶ Quarta aūt eſt ex his q̄ mouentur ſtadio ⁊ cōtrarietate equaliū magnitudinū iuxta equalia. Hoꝝ quidē a fine ſtadij: illoꝝ aūt a medio equali velocitate. In quo accidere opinat̃ eq̄le tpˢ duplici mediū.

T.cō.82 ¶ Eſt aūt deceptio in eo ꝙ hoc quidē ſecꝰ motū: illud aūt ſecus quieſcēs equalē magnitudinē velle equali velocitate ſm equale fieri tpˢ. Hoc aūt falſum ē. Ut ſint ſtantes equales magnitudines: in quibꝰ ſunt.a.a.a. alie aūt in quibꝰ ipa.b.b.b.incipientes a medio ipſoꝝ.a.q̄ equales ſm numerū his entes ⁊ magnitudinē. Alie aūt in quibꝰ ipa.c.c.c.ab vltimo equales numero his ⁊ magnitudiē eque ⁊ veloces ipis.b. Contingit igitur pꝛimū.b.ſimul cū vltimo.a.eē: ⁊ pꝛimū c.ſecꝰ inuicē motoꝝ. Accidit aūt ipm.c.iuxta oīa a a a tranſire ipm.b.ſecus media.a. Quare mediū eē tpˢ equale.n.vtrūqꝫ ē: ſecꝰ vnūquodqꝫ. Simul aūt accidit ipm.b ſecꝰ oīa.c.trāſactū eſſe. Simul.n.erit pm̄ū b.⁊ pꝛimū.c.in cōtrarijs vltimis i equali tpe ad vnūquodqꝫ factū ipoꝝ.b.b.b.quātū quidē ipoꝝ.a.vt ait ꝓpter ambo equali tpe ſecꝰ ipa.a.fieri. Rō quidem igitur hec eſt.incidit aūt in dictā falſitatē. Neqꝫ igitur ſm mutationē cōtradictione nullū erit impoſſ'e: vt ſi ex non albo in albū mutetur: et in neutro ē. Tan
ꝙ ergo neqꝫ albū erit neqꝫ non albū. Nō.n.ſi nō totū T.cō.83.
in quolibet eſt: non dicetur albū: aut nō albū. Albuȝ n.dr̃ aut non albū non ꝙ totū ſit hmōi: ſȝ ꝙ plures aut magis ꝓpe partes. Nō idē aūt eſt nō eſſe in hoc: ⁊ nō eſſe in hoc totū. Sil'r āt eſt ⁊ in eſſe ⁊ in non eſſe ⁊ in alijs q̄ ſm ꝯtradictionē ſunt. Erit quidē.n.ex neceſſitate in altero oppoſitoꝝ: in neutro aūt non ſemꝑ totū
¶ Iterū aūt ē in circulo ⁊ in ſphera ⁊ oīno q̄ in ipſis
mouentur: qꝛ accidet ipa quieſcere. In eodē.n.loco T.c.84.
ſm tpˢ quoddā ſunt ipa ⁊ partes. Quare quieſcunt ſimul ⁊ mouebuntur. ¶ Pꝛimā quidē.n.ptes nō ſunt
in eodē nullo tpe. Poſtea ⁊ totū mutatur ſemꝑ i alte- T.cō.85
rū. Nō.n.eadē eſt ab ipo.a.accepta circulatio: ⁊ q̄ eſt ab ipo.b.⁊c.⁊ alioꝝ vnoquoqꝫ ſignoꝝ: niſi ſicut muſicꝰ hō ⁊ hō: qꝛ accidit. Quare mutatur ſemꝑ altera in alterā: ⁊ nequaꝙ̄ quieſcet. Eodē autem modo eſt in ſphera: et in alijs que in ſeipis mouentur.

DEclarat pħs tex.cō.lxxvj.quattuoꝛ rōnes Zenonis quibꝰ excludebat motū: arguēs ſic. Oē qđ ē i loco ſibi equali aut quieſcit aut mouetur: ſed oē qđ fertur in quolȝ nunc eſt in aliquo loco ſibi equali: ergo in quolibet nunc: aūt mouetur aut quieſcit: ſed non mouetur ergo q̇eſcit: ſi aūt in nullo nūc mouetur: ſȝ magis videtur q̇eſcere ſequitur ꝙ in toto tpe nō moueatur: ſed magis quieſcat: ſed iſta rō nulliꝰ eſt valoꝛis: qꝛ bn̄ ꝓbaret ſi nunc eſſet ꝑs tpis: mō nūc non ē ꝑs tpis: nec i ipo nūc ē quies vel motꝰ. Et iō bn̄ dixit pħs. Paralogizabat̃ Zeno. Ponit̃ alia rō Zenonis tex.cō.78.dicens, ꝙ quicquid mouet̃ pꝛiuſꝙ̄ veniat in finē venit in mediū et anteꝙ̄ in mediū in aliđ mediū, ⁊ ſic eſſet ꝓceſſus in infinitū. Dicit pħs ꝙ in his q̄ ſunt in potentia ſemper neceſſe eſt cōcedere īfinitatē. Scđa rō quā vocabat Achilles vel tragedia quaſi cū magnificatione ꝙ ſeq̄ret̃ mobile velociꝰ non poſſe attingere mobile tardiꝰ, ſi tardiꝰ ꝑ aliqđ ſpaciū anteferat̃: qꝛ illud mobile tardiꝰ interim dū pertrāſit velociꝰ viā ꝑ quā anteceſſit tardius adhuc ꝑ aliqđ ſpaciū mouet̃ ⁊ ſic nunꝙ̄ attinget. Sȝ nihil valet iſta rō: qꝛ velociꝰ i breui tpe equali tardioꝛi tranſiuit āte ceſſionē tardioꝛis: ⁊ aliquid vltra: ⁊ ita attinget illū. Erat.n.erroꝛ illiꝰ cogitare ꝙ p̄cedens ſpaciū in trāſitione non debebat iungi ſubſequenti: qđ certe falſum eſt. Tertia rō ponit̃ tex.cō.80.dicens ꝙ ſagitta q̄ fert̃ ſtetit cogitans ꝙ nunc cōponat tpˢ ⁊ ſit ꝑs tpis. Quarta rō eſt ꝙ eſſet medietas equalis toti: ꝯñs eſt impoſſ'e: ⁊ ſeq̄lla ꝓbat̃ de his q̄ mouent̃ ſtadio.i.ſpacio ſit caſus ꝙ moueant̃ duo mobilia ꝑ duo ſpacia: vnū tn̄ ꝑ vnū ſpaciū: aliud vero per aliud: ⁊ ſint equalia ſpacia: ſed dū mouent̃ vnū ꝑ vnū ſpaciū tranſeūdo medietatē: aliud moueatur ꝑ ſuū ſpaciū ſpacio retrocedenti ⁊ ſequit̃ ꝙ tam cito ꝑtrāſibit hoc ſpaciū duplū ſicut aliud ſubduplū et hoc credebat nō eſſe poſſe: niſi in duplo tpe: ſemꝑ n.credebat duplo ſpacio coꝛreſpōdere duplū tpˢ: ⁊ eſt equale tpˢ ⁊ vnū ē medietas ⁊ reliquū totū: ergo medietas ē toti equalis. Sed fallit̃ inq̄t pħs tex.cō.82.qꝛ ponit diſparitatē in ſpacio qꝛ vnū ē quieſcens reliquū vero mouet̃: quā diſparitateȝ vult mōſtrare

exēplo ſi ſint tria mobilia.ſ. hec q̄ figurabo ī hac figu
ra.

A A A
B B B
C C C

¶ Maneat.a.in motū ſed.b.moueatur verſus pri-
mū.a.et.c. verſus vltimum.a. vere dū.b. pertranſit
medietatem.a.c. pertranſit totū.b. et ita duplū: ſʒ
hoc eſt: quia.b.mouetur cōtrapoſite ad.c. ergo re-
fert maxime cōparare ad quieſcens ſpatium.l. ad
motū ſpacium. ¶ Ponit phs alterum rationem tex.
cō.85.q2 zeno excludebat mutationē inter cōtradi
ctoria dicens ſi aliquid mutatur de non albo in albū
in medio tranſitus nec eēt album nec non albū: ſʒ di-
cit phs q̄ non q2 vel ſm minorem ptem medietate
habet albedinē vel nō ſi primū eſt non albū ſi ſecūdū
ſi hʒ albedine p medietatem eſt non album ſi p maio
rem ptem medietate eſt album. ¶ Iterū arguebat
zeno q̄ non eēt motus circularis de ſphera quauis
que circulariter mouetur q̄ ſimul quieſceret et mo-
uetur tu dices q̄ mouetur: et non mouetur q2 ſemp ē
in eodē loco dicit ad hoc phs q̄ non ſemp eſt in eodeʒ
loco quo ad ptē: nec ſemp eſt in eodem loco quo ad
totum ſm rationem ſecus aūt ſm ſubſtantiam nam
ſemper eſt alia et alia circulatio cauſata ab alio: et
alio puncto: et ita non ſemp eſt in eodem loco ſʒ ſe to-
tum nec ſm ptem.

T.c.86. Oſtenſis autem his dicim⁹
q̄ impartibile non cōtingit moueri
niſi ſm accidens: vt in corpore moto
aut magnitudine ī q̄: ſicut vtiq̄ erit
quod in naui mouetur a nauis motu:
aut pars totius motu. Impartibile
autem dico: qđ eſt ſecundum quantitatem indiuiſibi
le. Et nanq̄ partiū motus alij ſunt ſm q̄ partium et
ſm q̄ totius motus. Videbit aūt in ſphera aliqs ma
xime dr̄iam. Non enī eadē erit velocitas eoꝝ q̄ iuxta
centrū ſunt ꝛ que extra et que toti⁹: ſicut nō vni⁹ ex
iſtente motu. Sicut igit̄ dicebam ſic: quidem conti-
ngit moueri impartibile: ſicut in naui ſedens naue
T.cō.87 ante: per ſe aūt non contingit. ¶ Mutetur enī ex.a
b.in.b.c. ſiue ex magnitudine in magnitudinē: ſiue
ex ſpecie in ſpeciem: ſiue ſecundum contradictionē.
Tempus aūt ſit in quo primo mutatur.e.d. Ergo
neceſſe eſt ipſum ſecundum q̄ mutatur tempus: aut
in.a.b. eſſe aut in.b.c. aut aliquid quidem huius in
hoc: aliud vero in altero. Oē enī quod mutatur: ſic
ſe habebuit. In vtroq̄ quidem igitur nō erit aliq̄d
ipſius: partibile enī vtiq̄ eēt. At vero neq̄ in.b.c.
mutatū enī erit conceſſum eſt aūt mutari. Relinq̄t
igitur ipſum in.a.b.eſſe ſm q̄ mutatur temp⁹: q̄eſce-
re ergo. In eodem enī eſſe per tempus quoddā qui-
T.c.88. eſcere eſt. ¶ Quare non contingit impartibile mo-
ueri neq̄ omnino mutari. Solum enī ſic eſſet ipſius
motus: ſi tempus eſſet ex ipſis nunc. Semper enim ī
ipſo nunc eſt motum eſſe et mutatur. Quare moueri
quidē nequaquaʒ eſt: motū aūt eſſe ſemper. Hoc aūt
q̄ impoſſibile ſit: oſtenſum eſt: Neq̄ enī ex ipſis nunc
tempus: neq̄ linea ex ipſis punctis: neq̄ motus ex
momentis eſt. Nihil enī aliud facit hoc dicens: aut
motum ex indiuiſibilibus: ſicut ſi tp̄s ex ipſis nūc: aut
T.cō.89 magnitudinē ex punctis. ¶ Amplius aūt ex his ma-
nifeſtum: q̄ neq̄ punctum: neq̄ aliud indiuiſibile nu
llum contingit moueri. Oē enī quod mouetur: im-
poſſibile eſt prius maius moueri ipſius q̄ aut equale
aut minus. Si igitur hoc manifeſtū: q2 et punctum



minus aut equale mouebitur primū. Qm̄ aūt indiui
ſibile eſt: impoſſibile eſt minus moueri prius. Equale
ergo ipſi. Quare erit linea ex punctis: ſemper enim
per equale motum omnē lineam punctū menſurabit
Si aūt hoc impoſſibile eſt: et moueri indiuiſibile im
poſſibile eſt. ¶ Amplius aūt ſi oē ī tempore mouetur T.cō.90
in ipſo nunc nihil: oē aūt tempus diuiſibile: erit vtiq̄
aliquod tempus minus quolibet eoꝝ que mouētur:
in quo mouetur: quantū ipſum motum eſt: hoc q̄dem
enim erit tp̄s in quo mouetur propter id q̄ mouetur
omne in tpore. Tempus aūt omne diuiſibile oſtenſuʒ
eſt prius. Si igit̄ punctū mouetur: erit aliquod tp̄s
minus in quo ipſum motum eſt: ſʒ impoſſibile eſt. In
minore enī neceſſe minus moueri. Quare erit diui-
ſibile indiuiſibile in min⁹: ſicut et tp̄s in tpore. Sol-
uendo enī mouebit̄ impartibile ꝛ indiuiſibile: ſi erit
in ipſo nūc poſſibile moueri atomo. Eiuſdem enī rati
onis eſt in ipſo nunc moueri: et indiuiduum aliquod
moueri

Poſtea vero phs tex.cō.lxxxvi
dicit q̄ impartibile non mouetur niſi de per
accidens vt pūctū in corpore mouet̄ de per
accidens ad motū toti⁹ de per ſe: tn̄ nunq̄ indiuiſibi
le mouet̄: et dat analogiā de partib⁹ ſphere q̄ de per
accidens vno motu regulari mouentur ad motū toti
us: ſed de per ſe in potentia quedā mouētur veloci⁹
quedā vero tardi⁹: Nam veloci⁹ mouent̄ q̄ appropin
quant ad circūferentiā: et tardi⁹ mouent̄ q̄ remouē
tur a circūferentia. ¶ Probat aūt phs tribus q̄ im-
partibile debeat moueri: quia ſi mouetur moueatur
ex.a.b.in.b.c. Petitur cū mouet̄ aut ē in vtroq̄ t'ᵒ
a quo et ad quē: et hoc non pōt eſſe: aut eſt partim i
vno et partim in alio: et hoc non pōt eſſe: q2 eſt impti
bile: aut eſt in t'ᵒ a quo ꝛ ſic non mouet̄: aut in t'ᵒ ad
quē et ſic iā mutatū eſt, et non mouet̄. ſi enī tp̄s cōpo-
neret̄ ex nunc et mot⁹ ex momentis bene pbaret̄ q̄
impartibile poſſet moueri: ſed q2 illud eſt falſum eti
am falſa ē opinio. Preterea q̄ indiuiſibile neq̄at mo
ueri pbat̄: q2 oē qđ mouet̄ primo pertranſit ſpacium
equale ſibi quā maius ſe vt videre eſt in motu locali
ſed pūctū per te mouet̄: ꝛ pmo pertrāſit in linea ſpa
ciū equale ſibi quā mai⁹ ſe, et ſic in linea pertrāſiret
punctū: et ita punctū eſſet pars linee et linea cōſtare
tur ex indiuiſibilib⁹. ¶ Tertia rō tex.cō.90.ē ſi ali-
quid mouet̄ ſuppoſita equali velocitate quanto mi-
nus eſt tanto veloci⁹ certū ſignū trāſit: ergo punctū
ſi mouet̄: veloci⁹ tranſit omni alio: et ſic tempus in quo
tranſit punctus erit indiuiſibile in min⁹ quo minori
aliud velocius tranſeat aut mouebit̄ punctū in nunc
Nā quocūq̄ motu eſt imaginari veloci⁹ qđ in mino-
ri tempore tranſitur.

Mutatio aūt nō eſt. nec vna T.cō.91
infinita. Oīs enī erat ex quodā in q̄d
dam: et que eſt in contradictione et
in cōtrarijs. Quare eorum que ſunt
ſecundū cōtradictionem affirmatio
et negatio terminus eſt vt generatio
nis quidem eē corruptionis aūt non eē. Eorum aūt
que ſunt in contrarijs contraria: hec enī vltia ſunt
mutationis: quare et alterationis omnis. Ex contra
rijs enī quibuſdā ē alteratio. Similiter aūt augmē-
ti et decrementi. Augmenti quidem t'ᵐˢ eſt: qui ē ſe
cūdū ppriam naturam perfecte magnitudinis. De
cremēti qui eſt ab hac remotio. ¶ Loci aūt mutatio
ſic quidem non erit finita. Non enī oīs in contrarijs T.cō.92

t.¶Sed qm̄ īpoſſibile eſt deciſum eē:eo ꝙ non cō tingit decidi. Multipliciter enim dr̄ impoſſibile: non cōtingit ſic impoſſibile decidi:neq; oīno impoſſe factum eſſe fieri neq; mutari : impoſſibile contingit vtiq; mutari:in quod impoſſibile eſt mutari. ¶Si ergo qd̄ fert mutat in aliquid:et poſſibile ē mutari: quare non erit infinitus motus. Neq; fert in infinito impoſſe eſt enim tranſire ipm̄. Qd̄ quidē igit ſic non ſit infinita mutatio:vt nō finiat t̄ris: manifeſtum eſt. ¶Sed ſi ſic cōtingit vt tpe ſit infinitꝰ idē exn̄s ⁊ vnꝰ conſiderandū eſt. Non vno quidē enī facto nihil fore ꝓhibet:vt ſi poſt loci mutationem alteratio ſit ⁊ poſt alteratione augmentū ⁊ iteꝝ generatio. Sic.n.ſem per quidē erit in tpe motꝰ:ſed non vnus:ꝓpter id ꝙ non eſt vnus ex oībꝰ:vt aūt fiat vnus:non cōtingit in finitum eſſe tpe preter vnū:hic aūt eſt circulatio.

In iſto tex.cō.xc.phs probat nulla mutatio eſt infinita contra Heraclitū dicēs ꝙ oēs mutationes ſiue ſint de cōtrario in ꝯtrariū ſiue de cōtradictorio in cōtradictoriū hn̄t t̄ros prefixos vt generatio in eſſe:et ſic de reliquis: ergo iſte non procedūt in infinitū. ¶Poſtea vero tex.cō. 92.dicit ꝙ in motibus localibꝰ ſi eēnt naturales eēt bona rō precedens ꝙ hn̄t t̄ros prefixos ſurſum ⁊ de orſum:ſed in motibus violentis vel voluntarijs q̄ ter minant ad arbitrium ē multo aliud. Dicit tn̄ in illis hanc rōnē qd̄ eſt impoſſe eſſe deciſuꝫ impoſſe eſt deci di,non ſolū capiendo impoſſe ꝓ difficili ſed ꝓ illo qd̄ non pōt eē:ſed ſic eſt qd̄ ſi aliqd moueat ad infinituꝫ id non pōt pertranſiri,ergo nec conſequi : ergo nec mouebit. ¶Tandē concludit ſextū phyſicoꝝ tex.cō. 94.ꝙ in ſolo vno motu cōtingit ꝙ cū ſit vnꝰ numero ſit cōtinuus ⁊ perpetuus.ſ.in circulari: in reliq̄s vo ſi perpetuant.i.ſub diuerſitate ſpecifica vt poſt gn̄a tionē corruptio:⁊ poſt vnā corruptionē alia ⁊ poſtea augmentatio : ſed nō vnus numero.

Dubiū.i. ¶Dubitatur vtrū continuū componatur ex indiuiſibilibꝰ.Circa iſtam ꝯclōnē due opiniones ſunt. Prima eſt opinio q̄ tenet, ꝙ continuum cōflatur ex in diuiſibilibꝰ finitis alia eſt opinio que, tenet ꝙ continuū cōflatur ex indiuiſibilibꝰ infinitis Tan vna ꝙ̄ alia eſt falſa cuiꝰ quidem falſitatē ꝓbo : primo prioris:q2 ſi continuū conflat ex ī diuiſibilibꝰ finitis ſequit ꝙ diameter eēt equalis coſte ꝯn̄s eſt falſuꝫ ergo illud ex quo ſeq̄tur ſequella ꝓbat ſit ita: ꝙ in diametro eſſent ſex indiuiſibilia et in coſta erūt totidem vt pꝫ ducendo lineas ab vna coſta in aliā q̄ tranſeant ꝑ mediuꝫ diametri toti puncta ſignabunt in diametro ſicut in coſta g° diameter ē equalis coſte ¶Secunda rō ſequit:ꝙ baſis eſſet equalis linee laterali medie que vadit inter conū et baſim ſequella patet:q2 toti indiuiſibilia quot ſignant in baſi ſignā tur in illa linea media nanq; ſi quinq; indiuiſibilia ſint in baſi ab illis quinq; pn̄t tradi quinq; linee ad conū que ſignent quinq; punta in linea media g° vna linea eſt equalis alteri. ¶Tertia rō ſequitur:ꝙ circulus maior eſſet equalis minori ſibi concentrico qd̄ eſt falſum ſequella ꝓbat:q2 a centro ducendo lineas per circulū maiorem et minorem toti indiuiſibilia ſignabunt in maiori ſicut in minori. ¶Quarta ratio ſequeretur:ꝙ eſſet dare circulū minimū vt pote illū qui conſtaret ex tribꝰ īdiuiſibilibꝰ. ¶Quinta ratio ſequeret ꝙ eēt aliquis motus quo non poſſt dari in duplo tardior ꝯn̄s eſt falſum:et ſequella ꝓbat: quia motus ille qui fieret ꝑ ſpatiū trium indiuiſibiliū eēt motus quo nō poſſꝫ dari ī duplo tardior :q2 maxime eſſet quo tranſiremus in equali tpe indiuiſibue cū dimidio. ¶Sexta ratio ſi cōtinuū cōponeret ex indiuiſibilibꝰ finitis ſequitur :ꝙ eēt aliqd̄ continuū non habens medietatē vt pꝫ de continuo cōflato ex tribꝰ puntis qd̄ non hꝫ medietatē : nam maxime eēt eius medietas vnū cum dimidio:ſꝫ punti non eſt dare dimidium igitur.

¶Nunc vero contra alteram poſi que tenet,ꝙ continuū conflat ex indiuiſibilibꝰ infinitis arguitur : ſequit vnam rem nō poſſe eē maioris actiuitatis ꝙ̄ alia ꝯn̄s eſt falſum et ſequella ꝓbatur: ſicut vna hꝫ infinita īdiuiſibilia ſic et alia:et ita ſeqt: aut eē equalis actiuitatis: aut vnū quodq; illorū eē infinite actiuitatis. ¶Secunda ratio ſequit nil poſſe rareſieri: q2 ſi rareſit ſub maiori quantitate continet tm̄ de materia:ſꝫ nō videtur quomodo īfinita punta poſſent maiorē quantitatē occupare in vno ꝙ̄ in alio ꝓpter hec argumenta relinquit illa opinio tanq̄ falſa.

¶Dubitatur ſecūdo vtrum aliquod ſpacium finitū poſſit ꝑtranſiri in tpe īfinito ⁊ Ariſto. claret dicit in littera ꝙ nō:ſꝫ in contrariū eſt ilud qd̄ ſcripſimꝰ in materia de maximo et minimo vbi dictū eſt ꝙ ſidetur vnū ſpatiū vni formiter diſſormiter reſiſtens a non gradu vſq; ad quattuor ⁊ ſit vna potētia motiua vt quattuor illa potētia motiua nō valꝫ tale mediū ꝑtranſire eo qd̄ reqrit tm̄ tp̄s ad trāſitū prie partis ſicut : ſecunde et ad tranſitū ſecunde ſicut. 3. ſed hoc argūentū nō ē ꝯtra Ariſt.q2 Ariſt. Diceret tale ſpatiū non poſſe tranſiri niſi a mobili : ꝙ ſi ſic ibi ſunt ꝑtes tam minime ꝙ̄ mobile illas tranabit ꝑ ſolā ſuam preſentiā et ita tale mobile nō occupabit infinitum tp̄s in tranſitu duarū partium et ſic illud argumentum nō conuincit cōtra Ariſt. ꝙuis eēt dici poſſꝫ ꝙ Ariſt.intelligit de ſpatio qd̄ ſit vniformis reſiſtētie et nō vniformiter diſſormis. — Dubiū.2.

¶Dubitat tertio circa illam parteꝫ vbitex.dicit:ꝙ oē mobile eſt diuiſibile videtur enim falſum. Nā angelus eſt mobilis. Ad hoc dicet Ariſt. negando imo et aliqui ſicut armachanꝰ dicunt ꝙ angelus mere paſſiue ſe hꝫ ad motum:iterū argueret aliquis aīa noſtra mouetur ſaltē de ꝑ accn̄s:q2 mouetur ad motū totiꝰ et aīa noſtra eſt indiuiſibilis :ergo indiuiſibile pōt moueri. Ad hoc reſpondeo, ꝙ indiuiſibile bn̄ conceſſit phs.,ꝙ mouetur de ꝑ accn̄s:ſꝫ nō de per ſe pōt etiā dici, ꝙ aſſumit dubiū vtrū aīa noſtra ſit indiuiſibilis vel nō. ¶Iterū quereret aliquis vtrū cū Ariſt.dicit : oē mobile diuiſibile intelligatur de oī mobili qd̄ eſt in oī ſpe motus. Nam Ariſt. facit iſtam rationē oē mobile ꝑtim eſt in termino aquo et partim eſt in termino ad quē ergo oē mobile eſt diuiſibile et ſuadet maiorem : q2 oē mobile acquirit in tempore ſuam diſpoſitionē ex quo videt,ꝙ non conueniat mobili quantum ad generatiouem g° tale mobile cū mutetur in nō tempore nō videtur ꝙ ꝑtim ſit in termino aquo et ꝑtim ſit in t̄ro ad quē. ¶In hac materia maxime varie ſunt opinionos vt recitat cōmentator in iſto.cō.32.. Prima eſt opinio Alexādri aphrodiſij dicentis ꝙ ſolū intelligit. Ariſt.ō mobili quod mutat in tpe et non in non tpe:ſed iſtam de clarationē repellit cōmentator dicens ꝙ alexander repugnat Ariſtoteli cū dicat Ariſt.negare oēs trans mutationes in nō tpe. Naꝫ Ariſt.cōcedit illuminationē — Dubiū.3.

in non tpe fieri atq; intellectionē et ſenſualē ī nō tpe
fieri item generatio fit in nō tpe. Secunda ē ex po-
ſitio remiſtij dicentis: ꝙ aliqua ē tranſmutatio ī tpe
et aliqua in nō tpe non tñ ariſt. loqt̃ de oī tranſmuta-
tione nec de oī tranſmutabili: ſ; tm̃ de tranſmutatio
ne et tranſmutabili in tpe qm̃ tranſmutatio facta in
tempoꝛe eſt manifeſta et facta in nō tpe: latet ſenſu;
Ariſt. aũt loquitur de tranſmutatione manifeſta et
de tranſmutabili qd̄ non latet ſenſum. ¶ Sed cōtra
iſtā reſponſionē arguit cōmentatoꝛ: pꝛīo iſta demo-
ſtratio nō eſt vniuerſalis. Tu;. 2. qꝛ ariſt. nō ꝓbaret
iſtam pꝛopoſitionē oē quod tranſmutatur eſt diuiſibi
le: qꝛ ſi ſola illa que tranſmutatur in tpe ꝓbauit diui
ſibilia illa trāſmutat̃ in non tpe ſequit̃ eē ī diuiſibilia
Secūdo arguit Cōmen. ſequit̃ ꝙ ariſt. demōſtratio
nō ē ꝑ cauſam: qꝛ aliqd̄ eſt diuiſibile et tñ nō trāſmu-
tatur ī tpe et tu; das ꝓ cauſa diuiſibilitatis, ꝙ trāſmu
tatur in tpe. ¶ Tertia fuit ex poſitio auempache di-
centis: ꝙ duplex eſt diuiſibilitas. ſ. quantitatiua et
de ꝑ accñs inter ꝯtraria. Quātitatiua ē illa qua h;
partem extra partem: ſed alia eſt diuiſibilitas per
accidentia ꝯtra et eſt illa qua aliquid ſubijcitur ac-
cidentibꝰ ꝯtrarijs ſiml' exiſtentibꝰ et: dicit ꝙ ō pꝛīa
nō loquit̃ ariſto. hic: ſ; poſterius vbi ꝓbabit in diui-
ſibile nō poſſe moueri. De ſecunda vero loquit̃ hic:
quia hec diuiſibilitas eſt ꝓpꝛia tranſmutationi ī tpe
et non illa que eſt in nō tpe: qꝛ nihil mouetur trāſmu
tatione ſubita inter ꝯtraria. Quarta ex poſitio ē cō
mentatoꝛis ponentis: ꝙ ariſt. hic intelligit ꝑ trāſmu
tabile illud qd̄ tranſmutatur ſm̃ tria pꝛedicamenta
in tpe oē tale eſt diuiſibile diuiſione quantitatiua et
non de in diuiſibilitate intenſiua ſm̃ accidentia con
traria ſicut dixit auempache: et falſe dixit burleus
quando dixit: oē mobile ꝑtim eſt in tīo aquo et par-
tim eſt in tīo ad quem intelligi debere de partibus
ſubiecti. Nā in cōgelatione aque ab intrinſeco illud
eſt falſum: qꝛ tota ſiml' congelatur ſi'r illud eſt falſu;
in motu locali. Nā ſicut totū eſt ī tīo aquo ſic et pars
quelib; g̊ illa ꝓpoſitio phi d; intelligi in ſano ſenſu
ſcilicet loquendo de partibꝰ quātitatiuis et qualita
tiuis tīoꝝ motꝰ: qꝛ cū inter terminū aquo ⁊ terminū
ad quem ſit diſtantia quantitatiua vel q̄litatiua op;
terminu; aquo de perdi ſucceſſiue et tīū ad quem ac
quiri ſucceſſiue obidq; in medio ꝑti de vno ⁊ alio ha
bere: ſ; diceres quomō phs ex hoc cōcludit diuiſibi
litatem quantitatiuā mobilis. ¶ R̄. ꝙ cauſa eſt quia
loquimur de tranſmutabili in tpe et ſi mouetur: ſm̃
quantitatē vel vbi claret eē diuiſibile: ſi vero loqua-
mur de qualitate ſi mouet̃ ad qualitatē diuiſibilē de
per accidens vt eſt q̄litas extenſa claret eē diuiſibi-
le: et ſi ad qualitatē diuiſibilē de per ſe et gradualr
ſic etia; ſi acquiritur in tpe eſt diuiſibilis de ꝑ accñs
qꝛ hec diuiſibilitas intenſiua non poſſet eē nec acq̄ri
in albedine ſi eēt in puncto. Uult ergo cōmentatoꝛ ꝙ
duplex eſt mutatio quedam ꝑ ſe aliqua ꝑ accñs. Uo
cat mutatione; ꝑ ſe qñ fit in tpe ꝑ accñs vero que fit
in non tempoꝛe et que non eſt tranſmutatio niſi pꝛo
quanto eſt finis motus qualis dicitur eſſe generatio
Tenet ergo commentatoꝛ ꝙ phs loquitur de tranſ-
mutatione per ſe que eſt in tpe et non per accidens
que eſt in non tpe loquitur tñ phs de omni tranſmu-
tabili tam in tpe ꝙ̄ in non tempoꝛe: qꝛ ēt tranſmuta-
bile in non tempoꝛe tranſmutatur in tēpoꝛe vel quo
ad motum localem pꝛeuiū ſicut eſt in illuminatione:
vel quo ad motum alterationis pꝛeuium vt eſt in ge
neratione. ¶ Ex pꝛedictis infert cōmentatoꝛ quat
tuoꝛ coꝛolaria quoꝝ pꝛimum eſt iſtud l; in tranſmu-
tatione per ſe oē id qd̄ mutatur ſit ꝑtim in tīo aquo et
partim in tīo ad quem: non tñ in tranſmutatione ꝑ
accidens p;: qꝛ tranſmutatio per ſe eſt in tpe ⁊ tranſ
mutatio per accñs eſt in non tpe: ⁊ dicit cōmentatoꝛ
ꝙ illud eſt intelligendū de tīis pꝛīs ſicut dicit phus
exēplificando in coloꝛibꝰ. ¶ Secūdū coꝛm̄ l; ī quol;
motum inveniatur mediū ſm̃ magis et minꝰ: non tñ
in quol; motu invenitur mediū ſm̃ foꝛmam. Duplex
eſt mediū ſm̃ cōmentatoꝛē vl; ſm̃ foꝛmā: et ſm̃ ma-
gis et minus. Mediū ſm̃ foꝛmā eſt differens ſpeci-
fice ab extremis: vt rubedo: paledo: vel fuſcedo q̄
dicuntur media inter albedinē et nigredinē: et di-
fferunt ſpecie a quol; illoꝝ: medium aũt ſm̃ magis ⁊
minꝰ nō differt ſpecie a quol; extremoꝝ vt gradus
vt duo caliditatis ē mediū inter frigiditatē ſumām
et caliditatem ſumām: non differt tñ ſpecifice niſi a
frigiditate ſumma: qꝛ ē eiuſdē ſpeciei cū caliditate
ſumma: ſ; differt ab illa ſm̃ magis et minꝰ cū calidi-
tas ſumma ſit magis intenſa: et caliditatas vt duo
minus intenſa. Dicit ergo Cōmentatoꝛ: nō ē neceſſa
riū in omni motu eſſe mediū ſm̃ foꝛmā: ſed ē neceſſa-
riū mediū ſm̃ magis et minus cū non ſit neceſſariū ſi
aliquid alterat̃ a nigro in album qd̄ trāſeat ꝑ aliquē
coloꝛē mediū: ſed ſufficit ꝙ tranſeat per gradꝰ albe
dinis qui ſunt eiuſdē ſpēi nō differētes inuicē niſi ſm̃
magis et minus. ¶ Tertiū coꝛm̄. Licet in quolibet
motu inueniat̃ pꝛimū ſm̃ ſpēm, nō tñ pꝛimū ſm̃ nūeꝝ
iſtud coꝛolariū eſt notū inductiue in oī motu: ⁊ pꝛīo
in motu locali. Si. n. aliquid mouet̃ a concauo lune
ad mediū mundi dat̃ pꝛimū ſm̃ ſpēm: vel elementu;
ignis: ſed non dat̃ pꝛimū ſm̃ numerū: qꝛ nō dat̃ pꝛīa
pars ignis pertranſita: ſi ēt aliquid mouet̃ ad quāti
tatē dat̃ pꝛimū ſm̃ ſpēm: vz quantitas: ſed nō pꝛimū
ſm̃ numeꝝ: qꝛ non datur pꝛima quantitas acquiſita.
Quacūq; eni data cū ſit diuiſibilis extenſiue pꝛiꝰ ac
quirebat̃ medietas quā totū: etiā in motu alteratio-
nis ſi aliquid mouet̃ ab albo in nigrū nō acquirēdo
aliquē coloꝛē mediū dat̃ pꝛimū ſm̃ ſpēm v; nigredo
ſed nō pꝛimū ſm̃ numerū: qꝛ cū q̄libet nigredo ſit di
uiſibilis intenſiue in infinitū quacūq; nigredine acq̄
ſita dant̃ infinite: quaꝝ q̄l; pꝛiꝰ acquirit̃ et h; acq̄ſitū
eē vbi aũt alteratio fiat ab albo in nigrū per fuſcū ꝑ-
mū in illo motu ſm̃ ſpēm eſt fuſcedo. Non aũt datur
aliqd̄ ꝑmū ſm̃ numerū ex quo q̄l; qualitas ad qua; ē
motꝰ ē diuiſibilis ī īfinitū. ¶ Quartū coꝛm̄. ī trāſmu
tatiōe facta in nō tpe ſicut dat̃ ꝑmū ſm̃ ſpēm. Ita pꝛi
mū ſm̃ numerū p;: qm̃ in gn̄atione ignis ex aq̄ datur
pꝛimū ſm̃ ſpeciē v; ignis: et pꝛimū ſicut minimū nāle
ignis qd̄ generat̃ ſm̃ ſe totū non ꝑ ꝑtē an̄ ꝑtē. Unde
dicit ſic Cōmentatoꝛ. Pꝛimū aũt in gn̄atione et coꝛ
ruptiōe eſt minima pars q̄ pōt inueniri de generato
Minimū enī de omni generato eſt determinate q̄n-
titatis. Uerbi gratia: minima pars ignis ē determi-
nata. ſ. minima q̄ pōt eſſe ignis.

¶ Explicit ſextꝰ liber phyſicoꝝ.

## ¶ Incit ~~ſext~~ ſeptimo li. phyſicoꝝ ſtagirite.

Omne aũt qd̄ mouetur ne
ceſſe eſt ab aliquo moueri Si quidem
igit̃ in ſeipſo non habet pꝛincipiū mo
tus manifeſtū qd̄ ab altero mouet̃: ali
ud enī erit mouēs. Si aũt in ſeipſo: ac
cipiatur. a, b. qd̄ moueat̃ ſecundū ſe: ſ;

non eo ꝙ coꝝ q̄ huius aliquid mouet̄: primũ quidem igit̄ opinari.a.b.a ſeipſo moueri ꝑꝑ id qd̄ totũ mouet̄ ⁊ a nullo exteriorũ: ſiĺe eſt: ſicut ſi qs ipſo.d.e.mouēte e.ȝ.⁊ ſeipſo moto opinet̄.d.e.ȝ.a.ſeipſo moueri ꝑꝑ idꝙ nõ videt̄ vtrũ ab vtro moueat̄: et vtrũ.d.e.ab.e ȝ.aut
T.cõ.2. e.ȝ.a.d.e. ❡ Amplius quod a ſeipſo mouet̄ nullo mõ pauſabit cũ mouet̄: in ſtando aliquid alterũ qd̄ mouetur: neceſſe eſt ergo ſi aliquid pauſat qd̄ mouet̄ in ſtādo aliqd alterũ: hoc ab altero moueri. Hoc aũt manifeſto facto neceſſe eſt oē quod mouet̄ cũ diuiſibile ſit moueri ab aliquo. Qm̄ eñ acceptũ eſt.a.b.qd̄ mouetur: diuiſibile erit. Diuidat̄ igit̄ in.c. Neceſſe igit̄ b.c.q̇eſcente quieſcere: et.a.b. Si eñ non accipiat̄ moueri.b.c.igit̄ quieſcēte mouebit̄ vtiqȝ.a.c. Nõ ergo mouet̄ per ſe.a.b.ſed conceſſum eſt per ſeipm̄ moueri primũ. Manifeſtũ igit̄ ꝙ b.c.quieſcente quieſcet: et.a.b.et tunc pauſabit qd̄ mouet̄. Sȝ ſi aliquid in quieſcendo aliud eſtat et pauſat moueri: hoc ab altero mouet̄. Manifeſtum eſt igit̄ oē quod mouetur ab aliquo mouet̄ ⁊ nõ a ſe diuiſibile.n.ē oē qd̄ mouet̄ et parte quieſcente q̇eſcet totum.

P Hiloſophus in iſto tex.cõ.primi ꝓbat ꝙ omne quod mouet̄ ab alio moueri neceſſe eſt; et hoc ita ſuadet pͥo de aliq̇bus eſt manifeſtũ vt illis que mouent̄ violenter ſȝ dubiũ eſt de illis que mouent̄ a ſe per ſe pͥo ideſt non rõne ptis quequidē vident̄ non moueri ab alio: et dicit phs ꝙ in reb⁹ aīatis que vident̄ moueri a ſe cõtingit aliquā partē eē per ſe mouētē et aliq̄m per ſe motā. aīa.n.eñ eſt per ſe mouens et corp⁹ eſt per ſe motũ et in illis vna pars mouet̄ ab alia ꝗuis non diſcernatur q̄ pars ſit mouens: et que pars ſit mota tñ vnum mouet̄ ab alio: ergo oē qd̄ mouet̄ ab alio moueri neceſſe eſt. ❡ Poſtea vo phs tex.cõ.2.ꝓbat ꝙ nil mouetur a ſeipſo per ſe pͥo hoc argumento nihil mouet̄ a ſeipſo per ſe pͥo qd̄ quieſcit ad quietē alteri⁹; ſȝ oē qd̄ mouet̄ quieſcit ad q̇etē alteri⁹: ergo nihil qd̄ mouet̄ mouet̄ a ſeipſo per ſe pͥo ꝯña eſt in ceſare; añs ē verũ: q: ſua contradictoria eſt falſa aliqd q̇eſcit ad quietē alterius eſt tñ mouet̄ a ſeipſo per ſe pͥo ⁊ minor ꝓbat̄: q: oē quod mouet̄ eſt diuiſibile et ſi eſt diuiſibile hēt ptes ⁊ vna ſua parte immota totũ de neceſſitate quieſceret: ergo non mouet̄ a ſeipſo per ſe pͥo: ſed contra hanc demonſtrationē Ariſt.recitat Doc.ſanc.aliquas obiectiões. Prima eſt Galeni dicentis ꝙ iſta rõ Ariſt.non valet: dicens ꝙ ſi vna pars moueat̄ et reliqua quieſcat totũ non per ſe mouetur hoc eñ eſt falſum: q: ea que mouent̄ ſm̄ partē per ſe mouent̄. Dicit. Doc.ſanc.ad hoc ꝙ Ariſt.capit in iſta parte ly per ſe ei qd̄ opponit̄ per accñs ⁊ ſȝ partē et iõ concluſit ꝙ ſi quieſcit ad quietē ſue partis non mouet̄ per ſe pͥo: ſȝ dicit Doc.ſanc. Magis vrget obiectio Aui.qui obijcit contra hanc rõne eliciēs illā ꝓcedere ex ſuppoſitiõe impoſſ'is. Arguit.n. Ariſt. ſic tu dicis ꝙ aliquid mouet̄ per ſe pͥo: ergo ipm̄ et omnes ſue partes mouent̄ ꝙ ſi ſic repugnat quod poſtea dicis ꝙ pars quieſcat huic obiectioni poſſet aliq̇s reſpondere dicēs quodlibet ſit impoſſ'e quieſcere ſm̄ partē ſm̄ determinatā naturā in quātũ eſt corp⁹ talis ſpēi vt celũ vel ignis non eſt tñ ipoſſ'e ſi rõ cõis corporis conſideret̄: q: corp⁹ in quantũ corp⁹ nõ ꝓhibet̄ q̇eſcere vel moueri ſȝ hanc reſponſionē excludit Aui. q: idē diceret̄ de toto corpe et ſic ſuper vacue ſumit̄ in ꝓbatione diuiſio mobilis et q̇es ptialis Poſtea dicit doctor ſanctus ꝙ afert ſecundā rõnem Aui. qua dicit ꝙ illa ꝓpõ eſt impoſſ'is in qua predicatũ repugnat ſubiecto rõne differentie ſpecifice ꝗuis non repugnet rõne generis: vt hec eſt ipoſſ'is, ho eſt irrõnalis ꝗuis non repugnet aīali ꝙ ſit irrationale: ſic igitur ſimpl'r impoſſ'e eſt ꝙ pars corporis mouētis ſeipſum quieſcat: q: hoc eſt contra rationē talis corporis. lȝ non ſit contra rõnē cõem corpis. Dimiſſa igitur hac reſponſione dicit Auerrois ꝙ aliqua conditionalis põt eſſe vera cuius añs ſit impoſſibile ⁊ ꝯñs vt ſi homo eſt aſin⁹ ē aīal irrationale ſic: ergo dicit ꝙ iſta copl'atiua eſt impoſſ'is totũ mouet̄ per ſe pͥo ⁊ tñ pars quieſcit, et iſta conditionalis eſt vera ſi pars quieſcit totũ non mouet̄ per ſe pͥo dicit tñ ꝙ ex hac conditionali verā Ariſt. propoſitũ demonſtrat et dicit Auer. ꝙ illa demonſtratio non eſt ꝓpter quid: ſȝ q: eſt.i.doc.ſanc.dicit ꝙ iſta ſolutio q̄ntũ ad illud qd̄ ait d̄ veritate ꝯditionalis bñ loquit̄ nõ aũt quantum ad illud quod dicit ꝙ eſt demõſtratio q: iõ notat qd̄ aliquid mouere ſeipſum nihil aliud ē quā eē cauſam ſui motus ꝙ aũt eſt ſibi cauſa alicui⁹ opȝ ꝙ pͥo ei cõueniat q: ꝙ eſt primũ in quolȝ genere ē cauſa eorũ que ſunt pars. Oſtendit aũt phs in.6.ꝙ in motu nõ inuenit̄ primũ: nec ex parte tpis nec ex parte magnitudinis nec ex parte mobilis ꝑꝑ horũ diuiſibilitatē: nõ ḡ põt iueniri primũ cui⁹ mot⁹ nõ depēdeat ab aliquo priori mot⁹ eñ toti⁹ depēdet a motibus ptiũ ⁊ diuidit̄ in eos vt in textu ꝓbatũ ē: ſic ergo oſtēdit ariſtoteles cauſam q̄re nullũ mobile mouet ſeipm̄: q: nõ põt eſſe primũ mobile cuius motus non dependeat a partib⁹ ſicut ſi oſtenderē ꝙ nullũ diuiſibile põt eſſe primũ ens q: eē cuiuſlȝ diuiſibilis dependet a partibus vt ſic hec conditionalis ſit vera ſi pars non mouet̄ totũ non mouet̄ ſicut hec eſt vera ſi pars non eſt totum nõ eſt.

Q Uoniam aũt oē qd̄ mouetur: ab aliquo mouet̄: neceſſe ē ⁊ qd̄ mouet̄ oē ī loco moueri ab altero. Et mouens igitur ab altero qm̄ et ipm̄ mouetur: et iterũ hoc ab altero. Non aũt in infinitũ abibit: ſȝ ſtabit alicubi: ⁊ erit T.cõ.3.
aliqd quod primo cauſa erit motus. Si eñ non eſt: T.cõ.4
ſȝ in infinitũ ꝓcedet: ſit.a.quidē qd̄ ab ipſo.b.moueat̄ b.vero ac ipſo.c.c.aũt ab ipſo.d.et hoc igit̄ modo in finitũ aſcendat. Qm̄ ergo ſimul mouens et ipſum qd̄ mouet̄ manifeſtum eſt quoniam ſimul mouetur et.a. et.b.quoniam aũt omne quod mouetur: ab alio mouetur: neceſſe eſt.a.et.b. Cum eñ mouetur.b.mouebitur.a.et cũ mouet̄.a.et ipſum.c.et cũ.c. ipſum.d. erit igitur ſimul motus qui eſt: a.et.b. et reliquorũ vniuſcuiuſqȝ. Et accipere igitur vnũquodqȝ iſtorum poterimus et nanqȝ ſi vnũquodqȝ ab vnoquoqȝ mouetur nihil minus vnus numero vniuſcuiuſqȝ mot⁹ et
non infiniti in vltimis. ❡ Qm̄ quidē qd̄ mouetur oē T.cõ.5.
ex quodā in quidā mouetur: aut eñ numero accidit eundem eē motũ aut genere aut ſpecie. Nũero q̇dē igitur dico eundem motũ: qui ex eodem in idē nũero: et in tempore eodem fit: vt ex hoc albo quod eſt vnum numero in hoc nigrũ ſecũdũ hoc tempus qd̄ eſt vnum numero. Si enim ſecundum aliud non adhuc vnus erit numero ſed ſpecie. Genere aũt motus vnus eſt: qui in eodem predicamento ſubſtantie vel alteri⁹ generis eſt. Specie aũt qui ex eadem ſpē in idem ſpecie: vt ex albo in nigrũ: aut ex bono ī malũ. Hec aũt dicta ſunt et in prioribus. Accipiur igit̄ q̄ eſt mot⁹ ipſi⁹.a.⁊ ſit in quo ē.c.⁊ qui eſt ipſius.b.ſit in

quo.ʒ.et qui eſt.c.d.in quo.i.t.Et tempus in quo mo
ueatur.a.ſit.r.Determinato aũt motu ipſius.a.deter
minatum erit et tempus et non infinitum quod eſt.r
Sed in eodem tempoꝛe motum eſt.a.b.et reliquoꝝ
vnumquodqꝫ.Accidit ergo motũ que eſt .e.ʒ.i.t. cũ
ſit infinitus in tempoꝛe finito moueri.quod eſt.r.In
quo enĩ.a.motũ eſt:et que ſunt ipſius conſeq̃nter om-
nia mota ſunt infinita.Quare in eodẽ mouetur. Et
namqꝫ aut equalis motus erit qui eſt ipſius.a.ipſi q.
b.aut maioꝛ.Differt aũt nihil:penitus enim infinitũ
motum infinito tempoꝛe accidit moueri ¶Hoc aũt im
poſſibile eſt.¶Sic quidem igitur videtur demonſ-
trari:quod eſt a principio:non tamen demonſtratur
propter hoc ꝙ nullũ inconueniens accidit. Contin-
git enĩ infinito tempoꝛe infinitũ motũ eẽ:non eundẽ
aũt:ſed alterũ et alterũ multis et infinitis motis:qȏ
quidem accidit et in his que nunc. ¶Sed ſi quod
mouetur pꝛimo ſecundum locum ⁊ coꝛpoꝛalem mo-
tum neceſſe eſt tangi:aut continuum eẽ mouẽti ſicut
videtur hoc in omnibꝰ contingere:erit enĩ ex omni-
bus vnũ ipſum totũ aut continuũ:hoc igitur contin-
gens accipiatur : et ſit magnitudo quidẽ:aut conti-
nuũ in quo ſunt.a.b.c.d. ¶Huiꝰ autem motꝰ eſt.e.ʒ.i.t
Differt aũt nihil magnitudinẽ finitã aut ĩfinitã eſſe:
ſimiliter enim infinito tempoꝛe quod eſt.k. mouebit
aut finita aut infinita.¶Hoꝛũ aũt ſecundũ vtrũqꝫ im-
poſſibile eſt.¶Manifeſtũ igit qꝛ ſtabit aliquando:
et non infinitum abibit:quod ſemper ab altero:ſed
erit aliquid quod pꝛimuʒ mouebitur.Nihil aũt dif-
ferat conceſſo quodam hoc hoc demonſtrari.Contin
genti enĩ ꝯceſſo nullũ inconueniẽs poterit accidere.

POſtea vero philoſophus textu
cõ.ʒ.vult ꝓbare ꝙ ſit dabilis pꝛimus motoꝛ
ĩmobilis hoc modo.Si omne ꝙ mouetur ab
alio moueri neceſſe eſt petam de illo alio: vel illȏ mo
uetur vel non:ſi non datur pꝛimum mouens immobi
le:ſi mouetur ergo ab alio mouetur: erit ergo ꝓceſ-
ſus in infinitum.¶Poſtea vero philoſophus tex.cõ.
4.dicit ꝙ ſi hoc non concedat ꝙ ſit aliqua cauſa pꝛi
ma motꝰ:ſequit ꝙ cũ omne quod mouet ab alio mo-
ueatur:ſeqnit ꝙ procedat in infinitũ a mouentibus
et motis et oſtendit eẽ ĩpoſſibile:qꝛ ſi.a.moueat.a.b
et.b.a.c et.c.a.d.opʒ qȏlʒ illoꝛuʒ moueri et ſingla a
ſingulis nihilominus motus cuiuſlibʒ eſt vnus nũero
et oẽs motus ſunt infiniti numero:non tñ quilibʒ eſt
infinitus in vltimis.i.per pꝛiuationẽ vltimoꝛũ:ſʒ qlʒ
eſt finitus ĩ ſe: qꝛ mouetur inter duos t̃mos.ſ.ex quo
dã in quidã verum eſt tamen ꝙ ẜm diuerſitatẽ t̃moꝝ
ita motus eſt vnus numero genere:aut ſpẽ idem nu
mero vocat qñ procedit ex eodẽ t̃mo a quo in vnum
t̃m ad quẽ et in vno tpe et eiuſdem mobilis:ſʒ ſpe-
cie motꝰ eſt vnꝰ qui tendit ad t̃mos ad quos eiuſdẽ
ſpẽi:genere vero eſt vnꝰ qui eſt in eodẽ ꝑdicamento
vel ſubiecti:vel cuiuſcũqꝫ alterius generis.¶His igi
tur duobꝰ ſuppoſitis ꝙ ſimul mouet et mouens ⁊ mo
tũ et quod pȏt accipi motus vniuſcuiuſqꝫ mobiliũ
ſit finitus et vnus tunc accipit oĩa illa mobilia et ſil
mouent oĩa:et ſequit aliquẽ motũ infinitũ eẽ in tẽpo
re finito quod eſt cõtra ea que aſſerta ſunt in ſexto.
¶Poſtea vero phs tex.cõ.7.obiicit cõtra iſtã rõnẽ
dicit ꝙ nõ efficaciter concludit:qꝛ pȏt dici ꝙ ille mo
tus non eſt infinitꝰ:ſʒ eſt motꝰ infiniti in plurali:⁊ ita
non eſt inconueniens fieri infinitos motꝰ in tpe finito
ſed contra hoc phs arguit ſupponendo vnũ:qȏ mo-
uens et motũ debent eẽ imediata et ſe tangere q̃re
ſi oĩa illa infinita continuarent facerent magnitudi
nẽ infinitã:et illa mouerent ĩ tpe finito:ergo motus
infinitus ſit in tpe finito:nec valet dicere ꝙ illa non-
poſſunt continuari:qꝛ verũ eſt hoc ẜm rõnem ſpẽi ſe
cus aũt ẜm rationẽ generis.

PRimum aũt mouens nõ ſi
cut cuius cauſa:ſʒ vnde eſt pꝛincipiũ
motꝰ eſt ſil cũ eo quod mouet.Simul
aũt dico:qꝛ nihil ipſoꝛũ mediũ ẽ:hoc
enĩ cõe in omni quod mouet et mouẽ
te eſt.¶Qm̃ aũt tres ſunt motꝰ:qui T.cõ.io.
ſecundũ locũ:et qui ſecundũ qualitatẽ:⁊ q̃ ſecũdum
quantitatẽ:neceſſe eſt et ea que mouentur tria eſſe.
Quiqdem igit ẜm locũ loci mutatio:qui vero ẜm q̃
litatem:alteratio:qui vero ẜm quantitatẽ: augmen
tũ vel decrementũ.Primũ quidẽ igitur de loci mu-
tatione dicamus.Hic enim pꝛimus motum eſt. Oẽ
igit quod fertur:aut ipſum a ſeipſo mouet : aut ab
altero.Si quidẽ igit a ſeipſo:manifeſtũ ꝙ in ipo mo
uente exiſtente ſil mouens:et qȏ mouet erit:et nul-
lũ illius mediũ.Quod aũt ab alio mouet:quadrifa
rie mouet. Qui enĩ ſunt ab altero motꝰ q̃ttuoꝛ ſunt
pulſio:tractio:vectio:v̾tigo. Et nãqꝫ oẽs alios ĩ hos
reduci accidit.Pulſionis quidem igit alia impulſio
alia expulſio.Impulſio quidẽ eſt : cũ mouẽs ei quod
mouet non deficit:expulſio cũ expellens deficit. Ve
ctio aũt in tribꝰ erit motibus:Quod quidẽ vehitur
non ſecundũ ſe mouet:ſed ẜm accñs.In eo enĩ qȏ eſt
in eo quod mouet:aut ſuper id quod mouet:mouet
ipſum.Vehens aũt mouet:aut pulſum aut tractum:
aut vertigine ductũ. Manifeſtũ igit qm̃ vectio in
tribꝰ motibus erit.Tractio aũt eſt:cũ ẽt ad ipſum vl
ad alterũ velocioꝛ ſit motus trahentis nõ ſeparatus
ab eo qui trahit. Et nãqꝫ ad ipſum eſt tractio et ad
alterũ et reliqui tractus idem ſpẽ in hos reducũtur
vt inſpiratio:expiratio:et ſpuitio:et quicũqꝫ coꝛpo-
rũ emiſſiui aut receptiui ſunt:et ſpatheſis:et circu-
lis.Aliud eſt quidẽ ipoꝛũ cõgregatio:aliud diſgre-
gatio.Et oĩs igit motꝰ qui eſt ẜm locũ:aggregatio:
et diſgregatio eſt.Vertigo aũt cõponitur quidem
ex tractu ⁊ pulſione.¶Hoc quidẽ pellit mouens:illud
aũt trahit.¶Manifeſtũ igitur eſt ꝙ ſiquidẽ ſil pel- T.cõ.ii.
lens et trahens cũ eo quod pellitur et trahitur nul-
lũ mediũ eius qȏ mouet et mouẽtis eſt.¶Hoc aũt ma
nifeſtũ ex dictis.Pulſio quidem aut a ſeipſo:aut ab
alio ad aliud motus eſt.Tractus aũt ab alio ad ipm
ad aliud eſt:ad huc aũt ſynoſis et dioſis. Pꝛoiectio
aũt qñ velocioꝛ motus fiat:ꝙ qui ſecundũ naturã la
ti foꝛtioꝛi facta pulſione:hoc facto tãdiu accidit fer
ri:quouſqꝫ foꝛtioꝛ ſit motus eius quod fert. Mani-
feſtum igitur qm̃ quod mouetur et mouens ſil ſunt:⁊
nullũ mediũ eſt ipſoꝛum.

IN pꝛeſentiarum phs pꝛobat ꝙ
mouens et motũ debeãt eẽ ſimul ⁊ hoc de mo
tu locali et pꝛĩo dicit ꝙ hic nõ apellat mouẽs
ꝙ mouet ꝑ modũ finis ſʒ ꝙ mouet ꝑ modũ efficiẽtis:
qꝛ ꝑmũ mouẽs bñ pȏt eẽ ſepatũ a mobili.¶Pꝛobat
aũt phs tex.cõ.io.ꝙ in oĩbꝰ tribꝰ motibꝰ ẜm q̃ntita
tem:qualitatẽ et vbi debeat eẽ in mediatio mouen-
tis ad mobile:⁊ pꝛobat in motu locali:ſi enim moue
tur a ſeipſo clare eſt ĩmediatio:ſi vero ab alio q̃drifa
riam eſt pulſione:tractione:vectione:vertigine:ſed
certe in pulſionẽ mouens mouet mobile non defici-
ens ideſt non ſeparatũ ab eo quare mouens et motũ
ſunt ſimul in expulſiõe expeliens in pꝛincipio eſt im-

mediatum cum mobili: ſʒ nõ in ꝓceſſu: deuectione
vero manifeſtat dicens ꝙ vectio fundatur in tribus:
alijs motibus qꝛ eſt motꝰ de per accidens: vt moue-
tur aliquis vectione cum eſt in eo vt in naui: aut cũ
eſt ſuper eo vt in equo: et ſic opʒ ꝙ primũ vehens mo
uetur de per ſe pulſu: vel tractu: vel vertigine: et ita
vectio reducit̃ ad alios tres. Preterea phs manifeſ
tat differentiã tractꝰ a pulſione qm̃ pelens ſe hẽt vt
tr̃s a quo trahens vt tr̃s ad quẽ contingit aũt trahe
re vel ad ſe vel ad aliũ et aliqñ trahit ꝑ modũ finis
iuxta illõ poete trahit ſua quẽqꝫ voluptas et hoc mõ
trahit locꝰ nãlis ſuũ locatũ: aliqñ aliqd trahit aliud
per q̃litatẽ: vt magnes ferrũ qõ pʒ ex tribus: qꝛ ma-
gnes nõ trahit ferũ ex q̃cũqꝫ diſtantia: ſʒ ex ꝓpiquo
Secũdo qꝛ ſi ferrũ vngat̃ aleis non trahit̃ a magne
te: qꝛ ĩpedit̃ virtꝰ alteratiua magnetis ꝓpter alea.
Tertio: qꝛ ad hoc qõ magnes atrahat ferrũ p̃ſertim
ſi magnes ẽ paruꝰ opʒ ferrũ liniri cũ magnete. Ter
tio mõ capit̃ tractio qñ aliqd mouet ad ſeip̃m motu
locali tm̃. dicit preterea qõ cõtigit ꝙ trahit̃ ferri ad
locũ ad quẽ trahit̃: ſʒ velotiꝰ atrahẽte ꝙ̃ a ſeip̃o. pre
terea notat ꝙ oĩs motꝰ localis reducat̃ ad pulſionẽ,
vel tractionẽ. Nã inſpiratio ẽ attractio aeris ⁊ expi
ratio eſt expulſio aeris et dicit ꝙ ſpatheſis eſt pulſio
et cerciſis eſt attractio quare alia litera que hʒ ſpe
culatio vr̃ eẽ vitio ſcriptoris: qꝛ ꝓ expiratiõe poſuit
ſpeculatione eſt aũt cercis in greco quodã inſtrumẽ
tũ quo vtunt̃ textores qõ ad ſe trahũt texendo: qõ la
tine dꝛ radiꝰ vñ et alia litera hʒ radiatio. prerea di-
cit phs ꝙ congregatio eſt attractio: et diſgregatio
eſt pulſio. Poſtea dicit qõ vertigo cõponit̃ ex pulſo
et tactu. ¶ Poſt. ſo phs tex. cõ. ii. dicit qõ manifeſ-
tũ eſt oẽs hos motꝰ ab alio reduci ad pulſum et tra-
ctũ in quibꝰ claret ꝙ mouẽs ⁊ motũ ſunt ſil' de pulſu
claret qꝛ eſt motus: aut a ſeipſo: aut ab alio ad aliud
et pelens et pulſum ſunt ſil' ſaltẽ in principio. tractꝰ
aũt ab alio ad ip̃m vel ad aliud eſt ergo ſunt ſil' trãs
et tractũ ſimile ẽ inſinoſi qõ eſt congregatio et dios:
ideſt diſgregatio: et ſic pʒ ꝙ non poſſet aliqd cõgre
gare vel diſgregare niſi adeſſet his q̃ cõgregant̃ et
diſgregantur. ¶ Poſtea vero phs: dicit ſolutionẽ
cuiuſda obiectionis qua dꝛ ꝙ videt̃ textꝰ dixiſſe ſu-
pra ꝙ pelens aliqñ deficit. i. non ĩmediatum pulſo di
cendũ ꝙ in iactibꝰ hoc videt̃ eẽ tñ non conuincit: qꝛ
de facto ibi ſemꝑ mouet̃ aliquis aer deferẽs maiori
impetu lapidẽ ꝙ̃ lapis natꝰ ſit reniti quare ſemꝑ mo
uens eſt ĩmediatũ moto.

At uero neqꝫ alterati neqꝫ
alterãtꝭ nullũ mediũ. Hoc ãt manife
ſtũ ex inductione. In oĩbꝰ. n. ſil' eẽ ac
cidit alterãs vltimũ: ⁊ primũ qõ alte
rat̃. Quale. n. alterat̃ ĩ eo qõ ſenſibile
eſt. Sẽſibilia ãt ſunt q̇bꝰ differũt cor
pora ad ſe inuicẽ: vt grauitas ⁊ leuitas duricies mo
licies: ſonꝰ nõ ſonꝰ: albedo nigredo: dulcedo amari
tudo: humiditas ſiccitas: dẽſitas raritas: et hoꝝ me-
dia. Sil'r ãt et alia q̃ ſub ſenſu ſunt: quoꝝ ẽ ⁊ calor ⁊
frigꝰ: ⁊ lenitas ⁊ aſperitas: Hec. n. ſunt paſſiões ſub
iecte q̃litatis. His. n. differunt ſenſibilia corpoꝝ. aut
ſm aliqõ hoꝝ maiꝰ ⁊ minꝰ: ⁊ in patiẽdo aliqd hoꝝ. ca
lefacta: n. aut frigefacta. aut dulcefacta. aut amari-
cata. aut ſm aliqd aliud predictoꝝ. Sil'r ⁊ aĩata cor
porũ. ⁊ inaĩata. ⁊ aĩatoꝝ q̃cũqꝫ partiũ ſunt inaĩate: et
ip̃i ſenſus alterant̃: partiunt̃. n. Actio. n. ip̃oꝝ motꝰ eſt
T. cõ. 12. ꝑ corpꝰ patiẽte ſenſu aliqd. Scõm q̃cũqꝫ quidẽ igit̃
inaĩata alterant̃: et aĩata ſm ſoĩa hec alterant̃. Scõʒ
aũt q̃cũqꝫ aĩata alterant̃: nõ ſm hoc alterant̃ inaĩata
Scõm. n. ſenſus non alterant̃. Et latet cũ alterantur
inaĩata. Nihil ãt ꝓhibet ⁊ aĩata latere cũ alterãtur
cũ nõ ſm ſenſus accidit qõ alterationis ip̃is: ſi qdem
igit̃ ſenſibiles paſſiones: oĩs autẽ ꝑ hec alteratio. Ex
hoc ergo manifeſtũ ẽ: ꝙ paſſio ⁊ patiẽs ſimul: ⁊ horuʒ
nullũ mediũ eſt. Huic quidẽ igit̃ aer ẽ ꝯtinuꝰ. Aeri
aũt cõtinuat̃ corpꝰ. Et ſupficies quidẽ terminat̃ ad
lumẽ. Lumẽ aũt ad viſum: ſil'r et auditꝰ ⁊ odoratꝰ: et
mouẽs ip̃a primũ. Eodẽ aũt mõ ſimul ⁊ guſtꝰ ⁊ ſapor
eſt: ¶ Sil'r aũt ⁊ inaĩatis ⁊ in inſenſibilibꝰ: Et qõ au
get̃ ⁊ augẽs: Appoſitio enĩ q̇dã ẽ augmẽtũ: Quare T. cõ. 13.
ſimul ſunt: ⁊ qõ auget̃ ⁊ augẽs: ⁊ decrementũ: Decre
menti enĩ cauſa ẽ ablatio q̇dã. Manifeſtũ igit̃ ꝙ mo
uentis vltimi ⁊ moti primi nullũ eſt medium.

Declarat phs qñ in motu alte-
rationis alterans ⁊ alteratuʒ ſunt ſimul hoc
mõ: qꝛ ita experientia videt̃ ꝙ alterans vlti
mũ ⁊ primũ qõ alterat̃ ſunt ĩmediata. Sed diceres
cõtra, hoc eſt falſum: qꝛ piſcis ſtupefacit manꝰ piſca
toris et non rete: ⁊ ſol calefacit hec inferiora ⁊ nõ ce
los intermedios. Dicẽdũ ꝙ ſemper hec agũt in in-
termedia aliquos effectꝰ, vt ſol in medijs celis lumẽ:
⁊ piſcis in rete aliquã malã qualitatẽ: ſʒ ſtupefactio
nẽ non facit in reti qꝛ nõ eſt capax eius ſed in manu.
¶ Scõo illud ꝓbat rõne phs ſi aliqua alteratio eẽt
vbi alterans ⁊ alteratũ nõ eſſent ſimul, maxĩe eẽt illa
qua fit ſenſatio qualitatis ſenſibilis: ſʒ illa fit alterati
⁊ alterabili ſil' exñtibꝰ: ꝙ̃ ita fiat ꝓbat: qꝛ color ĩmu
tat aerẽ ⁊ aer oculũ: et intelligit ſupficies terminat̃
ad lumẽ. i. aerẽ illuminatũ: ⁊ hoc lumen. i. aer illumi
natꝰ ad viſum ſe hʒ ĩmediate. Idẽ exẽplificat in ſapo
re q̇ ſe hʒ ĩmediate ad guſtũ: ⁊ claret in oĩbꝰ qualita
tibꝰ ſenſibilibus ꝑ tactũ ꝙ ſe hñt ĩmediate ad tactũ:
qꝛ ſentit tactꝰ et guſtꝰ ꝑ mediũ ĩtraneũ. Dicit ãt tex.
cõ. 12. ꝙ iſte qualitates ſenſibiles ſunt de tertia ſpẽ
qualitatis ⁊ vocant̃ paſſibiles qualitates: qꝛ paſſiõis
in ſenſibus ſunt effectrices. His aũt qualitatibꝰ dñr
corpora ſenſibilia inter ſe, vt calida a frigidis humẽ
tia a ſiccis, grauia a leuibꝰ, aſpera a duris. Et dicit
ꝙ ꝑ quaſcũqꝫ qualitates ſenſibiles alterat̃ aliqõ aĩa-
tũ ꝑ eaſdẽ alterat̃ inaĩatũ ꝙ̃uis non ſentiat, ſʒ aĩatum
põt ꝑ aliquid alterari intẽtional'r ꝑ qõ nõ alteret̃ in
animatum, vt per notitias.

Quoniam aũt q̃ alterant̃: al
terant̃ oĩa a ſenſibilibꝰ: ⁊ ſoluʒ hoꝝ al T. cõ. 14
teratio ẽ q̃cũqꝫ ſm ſe dñr pati ab his:
ex his cõſiderabimꝰ. ¶ Alioꝝ. n. ma-
xime vtiqꝫ quis exiſtimabit ĩ figuris
et formis et hitudinibꝰ: et hoꝝ remo T. cõ. 15.
tionibꝰ: et acceptionibꝰ: videt̃ enĩ eẽ ꝙ alteratiõis.
Nõ eſt aũt neqꝫ in his: ſed fiunt hec: cũ q̇dã alterant̃
Denſata enĩ aut rarefacta: aut cũ fiat calida: aut fri-
gida materia: alteratio aũt non eſt. Ex quo quidẽ. n.
eſt forma ſtatue: non dicimꝰ formã: neqꝫ ex quo figu
ra pyramidis ẽ: aut lecti: ſʒ denoĩatiõe ſunt hoc q̇dẽ
eneũ: illud vero cereũ: aliud aũt ligneuʒ. Qõ aũt al
terat̃ es dicimꝰ. Es q̇dẽ enĩ hũidũ eẽ dicimꝰ: aut for-
te: aut calidũ. Et non ſolũ ſic: ſʒ humidũ ⁊ calidũ es
equoce dicẽtes paſſionis materiã. Qm̃ igit̃ ex quo
quidẽ forma ⁊ figura: ⁊ qõ factũ ẽ equoce nõ dñr cũ
figuris: q̃ ex illo ſunt: q̃ aũt alterant̃ cũ paſſionibꝰ eq
uoce dñr: manifeſtũ ꝙ in ſolũ ſenſibilibꝰ alteratio eſt.
¶ Ampliꝰ ⁊ al'r dicere inconueniens eſt. Dicere enĩ
hominẽ alteratũ eſſe, aut domũ accipientẽ finẽ ridi- T. cõ. 16

culū eſt:ſꝫ ꝑfectionē domꝰ tectionē¦: aut laterationeſ
dicimꝰ alterationē eē: domo aūt laterata aut coopta
T.cō.17. alterari domū. ¶ Manifeſtū aūt ē: qꝛ qđ ē alteratio
nis nō eſt in his q̄ fiunt. Neqꝫ enī in habitibꝰ: habitꝰ
enim virtutes et malicie ſunt. Virtus aūt oīs ⁊ mali
cia ad aliquid ſunt: ſicut ſanitas quidem calidorum
et frigidorum menſuratio q̄dā ē: aut coꝝ q̄ ſunt īfra
et ad continens. Silr̄ āt ⁊ pulchritudo ⁊ macies ad
aliquid ſunt Diſpoſitiones enī q̄dā ꝑfecti ad optimū
ſunt. Dico āt ꝑfecti: qđ ſanat et diſpoſitū eſt circa na
turam. Qm̄ ergo virtutes et malicie ſunt ad aliq̄d.
Hec aūt neqꝫ ĝnationes ſunt: neqꝫ generationes ip
ſoꝝ: neqꝫ alteratio oīno: manifeſtū eſt ꝙ non eſt oīno
quod eſt alterationis circa habitus.

Rurſum declarat phs ꝙ ſuppoſue
rat. ſ. ꝙ nō ē alteratio niſi ſm̄ has qualitates
ſenſibiles dicens ꝙ nō ē alteratio circa figu
ras ⁊ formas niſi in quātū conſequit̄ alterationē ſen
ſibiliū qualitatū. Nec eſt alteratio circa primā ſpēm
qualitatis niſi in quantū cōſequit̄ qualitates ſenſibi
les, vt circa ſanitatē non eſt alteratio niſi vt cōſequit̄
qualitatū primaꝝ alterationē. Per habitudinem in
telligit habitus ꝑ remotiones deperditiones ⁊ ꝑ ac
ceptiones acquiſitiones. ¶ Declarat phs ꝙ in q̄lita
tibꝰ quarte ſpecie nō ſit motꝰ alterationis: qꝛ in illis
non dicunt̄ ſubiectū de illis ī recto ſꝫ denominatiue
vt nō dicimꝰ triangulꝰ eſt es ſꝫ eneus ſed in q̄litatibus
tertie ſpeciei dicimꝰ es eē calꝰ: et calꝰ eē es qđ q̄deꝫ
in alijs nō dicimꝰ ĝ circa q̄litates quarte ſpeciei nō
eſt motꝰ alterationis. ¶ Etiā dicit phs tex. cō. 16. ꝙ
acceptio finis et ꝑfectionis nō eſt alteratio ſꝫ cū iſte
figure acq̄runt̄ acquirit̄ ꝑfectio ergo nō eſt altera-
tio ⁊ dat exēplū ꝙ domꝰ nō alterat̄ cū ei mittit̄ tectū
Et declarat quomō figure maxime declarāt eſſenti-
as reꝝ qꝛ ſequunt̄ quantitates q̄ maxime ſunt īmēte
ſubſtātie ergo iſte figure ſunt ꝑfectiones in q̄bus nō
eſt ꝑ ſe motꝰ. ¶ Poſtea ꝓbat phs ꝙ in p̄ria ſpecie q̄-
litatis nō eſt ꝑ ſe motus: qꝛ tales vt ſanitas dicūt ali-
quā relationē ad quā nō eſt ꝑſe motꝰ dicit ꝙ ſanitas
eſt cōmenſuratio calidoꝝ et frigidoꝝ ī ordine ad in-
fra ideſt humores et ad cōtinens ideſt hominē eſt. n.
aliquid ſanitas ad hominē et nō ad leonē¦: ſimilr̄ aūt
macies ideſt eē expeditū ad motum et pulchritudo
ſunt ad aliq̄d et in q̄ntū talia nō eſt ad ipſa ꝑ ſe motꝰ
ſunt enī hec diſpōnes perfecti ſcilicet in natura ad
optimū ideſt finē q̄ eſt operatio.

Eqꝫ itaqꝫ circa aīe v̓tutes
T.cō.18. et malitias. Virtꝰ. n. q̄daꝫ ꝑfectio eſt
vnūq̄dqꝫ. n. tūc maxīe ꝑfectū ē: cū at
tingit proprie virtuti: ⁊ tunc ē maxīe
ſm̄ nām: vt circulꝰ tūc maxīe ſm̄ nām
ē cū maxīe circulꝰ ſit. Malitia āt cor
T.cō.19. ruptio horum et remotio eſt ¶ Fit q̄dē igit̄ cū quo-
dā alterat̄: et acceptio virtutis: et remotio malitie:
alteratio tn̄ hoꝝ neutrū ē. Qđ aūt alteret̄ aliq̄d ma
nifeſtū eſt. Virtꝰ q̄dē enī: aut impaſſibilitas q̄dā eſt
aut paſſibile eſt ſic. Malitia aūt paſſibilis: aut con-
traria paſſio v̓tuti eſt. Et totā moralē virtutē in vo-
luptatibꝰ et triſtitijs accidit eē: aut enī ſm̄ actū ꝙ vo
luptatis: aut ꝑ memoriā: aut ſpem. Si q̄dē igit̄ ſm̄
actū ſenſus eſt cā. Si v̓o ꝑ memoriā: aut ꝑ ſpem ab
ipſo eſt: aut enī inſunt q̄lia paſſi ſumꝰ reminiſcentibꝰ
T.cō.20 voluptatis: aut q̄lia patiemur ſperantibꝰ. ¶ At vero
neqꝫ ī itellectiua p̄te aīe ē alterō. Sciēs enī ad aliq̄d
maxīe dicitur hoc aūt manifeſtū. Secūdū enim nul-



lā potētiā motis. factū eſt qđ ē ſciētie: ſꝫ cū extiterit
q̄dā. Ex ea enī q̄ eſt ſm̄ p̄tē expientia accipimꝰ vni
uerſalē ſcientiā. Neqꝫ igit̄ actꝰ ĝnatio eſt: niſi aliq̄s
reſpectionē et tactū ĝnationes dicat. Hmōi enī ac-
tꝰ. ¶ Que aūt ex principio acceptio ſcientie non eſt
ĝnatio neqꝫ alteratio. In q̄etari enī et reſidere aīa
ſciens ſit et prudēs. Sicut igit̄: neqꝫ cū dormiēs ex
citet̄ aliq̄s aut ebriꝰ pauſet: aut infirmās ordinetur
factꝰ ſciens ꝗuis priꝰ non poterat vti: et ſm̄ ſcientiā
agere: ſꝫ mutata perturbatione: et in ſtatū reuenien
te mente ineret potentia ad ſciētie ꝯgruitatē. Hoc
igit̄ aliq̄d fit ex principio in ſcientia exiſtētia. Tur
bationis enī q̄es q̄dā et reſidētia: neqꝫ igit̄ infantes
poſſunt adiſcere: neqꝫ iudicare ſenſibꝰ ſilr̄ preſbyte
ris. Multa enī ꝑturbatio circa ipſos et motꝰ. Stat̄
aūt et pulſat̄ turbatio, aliq̄ndo quidē a nā: aliq̄n aūt
ab alijs. In vtriſqꝫ aūt his alterari aliq̄d accidit: ſi-
cut cū ſurgat et fiat vigilans ad actū. Manifeſtum
igit̄ ꝙ huius ipm̄ alterationis in ſenſibilibꝰ eſt et in
ſenſibili parte aīe. In alio autem nullo niſi ſm̄ accn̄s

In hac lectione ſexta ꝓbat phs
ꝙ non eſt per ſe motus ad virtutes quia virtꝰ
eſt queddā ꝑfectio que acquirit̄ in inſtanti: ſꝫ
ad illā ꝑfectionē acq̄rēdaꝫ requiritur motꝰ. ſ. mode
ratio paſſionū dat cōparationē de circulo q̄ vt circu-
lus et perfectio acquiritur in inſtanti: ſed vt acqui-
rat hanc perfectionem requirunt ꝓrius motus ad
illam. Et eodem modo dicit ꝙ malitia eſt corruptio
virtutis et perfectionis que fit ī inſtanti ꝙ aūt ante
virtutem fiant tales motus probat ſiue teneamus ꝙ
virtus eſt moderatio paſſionum ſiue teneamus ꝙ vir
tutes ſunt queddam impaſſibilitates ante quas ac-
quiſitas requiritur motus. ¶ Ad ducit aliam ratio-
nem ꝙ acquiſitione virtutū fiat motus dicens virtu-
tem eſſe circa voluptates et triſtitias q̄ ex ſenſu cau
ſantur ſiue in preſenti ſiue per memoriam de preteri
to ſiue per ſpeciem de futuro: et hoc totum fit per ali
quam alterationem preuiam ergo ante acquiſitionē
virtutis hoc fit per alterationem preuiaꝫ. ¶ Poſtea
vero philoſophꝰ textu cōmenti. 20. probat ꝙ ad ſci-
entiam non ſit per ſe motus: quia ſtat ſcientiaꝫ acq̄ri
vbi intellectus non moueatur: ſed ſolum circa ſenſꝰ
fiat experientia. ¶ Quare infert productionem ſci
entie non generationem eſſe ſed actum conſequentē
aliquod principium productiuum. ¶ Ad huc ꝓbat
philoſophus ꝙ ſcientia non acquiratur per motum:
quia anima in quieſcendo fit ſapienes. Plures enim
per turbationes ſcientiam deſtruunt ⁊ ponit. Ex em
plum in ebriatus: et infirmans et dormiens habētes
ſcientiam non vtuntur ea: quia non habent quietos
humores donec reſideant et pueri non poſſunt bene
cogitare ob augmentuꝫ. Quare recte dicebat mar
ſilius ficinus de triplici vita oportere litteratos eſſe
occioſos corpore negotioſos mente ibi dicit nō poſſe
iuuenes ita bn̄ cogitare vt preſbiteros. i. ſenes et di
cit ꝙ in intellectu fit mutatio non de ꝑ ſe: vt ī ſenſibꝰ
ſꝫ ſm̄ accn̄s: qꝛ ꝓ hoc ſtatu depēdet itellectꝰ a ſenſu.

Ubitabit auteꝫ vtique ali-
quis: vtrum omnis motus omni cō- T.cō.21.
parabilis ſit aut non. Si igitur oīs
cōparabilis eſt: et equaliter velox eſt
quod in equali tp̄e equale mouetur:
erit circularis aliquis equalis recto:
et maior etiam et minor. Amplius alteratio et loci
mutatio quedam equalis: cū in equali tempore ali-

qnid quidem alteretur aliud vero ducatur. Erit ergo paſſio equalis longitudini. Sed imopſſibile eſt Si ergo in equali tempore ſecūdum equale moueatur: tunc equaliter velox eſt equalis aūt non eſt paſſio oīs longitudini; quare: non erit alteratio loci mutationi equalis neqꝫ minor. Quare non oīs cōparabilis ¶ In circulo aūt et recto quomodo contingit. In conueniēs quidem eñ eſt niſi ſit in circulo ſimiliter hoc aliquid moueri et hoc in recto: Sꝫ mox neceſſe eſt aut velociꝰ aut tardius ſicut hoc deorſum hoc aūt ſurſum. ¶ Amplius nihil differt in ratione ſi aliquis dicat neceſſarium eē velocius mox aut tardius moueri. Erit aūt maior et minor circularis recto quare et equalis. Si eñ in .a. tempore ipſum .b. trāſit: aliud autē ipſum .c. maius erit .b. ipſo .c. ſic eñ velocius eſſe dictuꝫ eſt. Ergo ſi ꝛ in minori equale velocius eſt. Quare erit aliqua pars ipſius .a. in quo ipſius .b. circuli tranſibit: cū ī toto .a. ipſum .c. At vō ſi ſunt comparabilia accidit modo dictū equale eſſe rectum circulo: ſꝫ non cōparibilia ſunt neqꝫ ğ motꝰ. Sed quecūqꝫ non equiuoca oīa comparabilia ſunt qualiter aūt ipſum non cōparabile: vtrum acutiꝰ ſtillus: aut vinū: aut vltima. Quia eñ equiuoca non cōparantur. Sed vltima ei que iuxta vltimā cōparabilis eſt qm̄ idē accidit acutū in vtriſqꝫ: ergo nō idē velox: ꝛ hic: et ibi. Multo aūt adhuc minus ī alteratione et loci mutatione. ¶ Aut primū quidē hoc non verum eſt: ꝙ ſi non ſint equiuoca comparabilia ſunt. Multū enim idem ſignificat in aqua et in aere: et non ſunt cōparabilia. Si aūt non duplū quidē idem duo eñ ad vnū: et non cōparabilia ſunt. Aut et ī his eadem ratio. Et namqꝫ multum equiuocū. Sed quorundam ꝛ rationes equiuoce ſunt: vt ſi dicat aliquis ꝙ multū eſt tantum: et adhuc: et ſi aliud aliquid tantundem et equale equiuocū eſſet Et vnū aūt ſi cōtingit ſtatim equiuocū. ¶ Si aūt et hec et duo. Si eñ vniuoca multū et paucū cur non comparabilia ipſa: quorum predicatur duplū. Qm̄ propter quid comparabilia alia quidem ſunt: alia vero non: ſi quidem erat vna natura. Aut quia ſunt in alio prio ſuſceptio Equus quidem igitur et canis comparabilia ſunt: vtrū albius. In quo enim prio idem eſt ſuperficies ꝛ magnitudo ſimiliter: aqua aūt et vox non ī alio nāqꝫ ſubiecto ſunt. ¶ Aut manifeſtum ē ꝙ erit oīa ſic vnū facere. In alio aūt vnum quodqꝫ eſt dicere eē: ꝙ erit idem equale et dulce et albū: ſed ī alio. ¶ Amplius ſuſceptiuū cuiuſlibet accidentis non contingens eſt Sed vnū vnius eſt primū. Sic ergo nō ſolū oportet comparabilia non equiuoca eſſe: ſed non habere differentiā neqꝫ quod: neqꝫ in quo. Dico aūt ſicut color habet diuiſionem: non ergo comparabile ſecundum hoc: vt vtrū coloratum magis ſit albū ꝙ̄ nigrū. Nec enim comparantur non ſcðm aliquem colorē; ſed in quantum color: ſꝫ ſcðm albū.

Declarat philoſophus textu cō. ꝛi. quomodo nō oīs motus cuilꝫ motui eſt cōparabilis. Dicēs videtur oēs motus equali tempore tranſeūtes equale ſpaciū eſſe eque veloces ſed ita eſt de circulari et recto; ergo erunt cōparabiles et eque veloces; ꝙ ſi ſic alteratio compararet loci mutationi: et paſſio ideſt paſſibilis qualitas longitudini deniqꝫ obiicit pro vtraqꝫ parte ꝙ ſint comparabilis motus rectus et circularis; ſed vere tenēdum non eſſe cōparabiles nec vnus maior altero aut equalis. ¶ Poſtea vero phs tex. cō. ꝛ4. dicit q̄ ſunt illa que ſunt comparabilia et dicit ꝙ illa que nō ſunt equiuoca vt acuta dicit vox acutus gladiꝰ; acutum vinum ſed non vnū acutiꝰ alio. ¶ Obiicit cōtra hoc phs probando multa non eē cōparabilia quāuis nō equiuoca cū non eſt eadem natura vt multū eſt vniuocū aeri et aque et nō comparabilia ꝑꝑ non eandeꝫ naturam vtriuſqꝫ vocat aūt hic naturam ſubiectum vt non: aqua et vox in magnitudine cōparabilia: qꝛ magnitudinis aque ſubiectū eſt ſuꝑficies; ꝛ magnitudinis vocis ſubiectuꝫ eſt ſonus: ſed bene equus et canis cōparabilia ī albedine: qꝛ habēt idē ſubiectuꝫ ſcilicet ſuꝑficiē. ¶ Poſtea phs tex. cō. ꝛ8. dicit ꝙ nō ſufficit ad bonā cōparationē ꝙ cōparabilia non ſint equiuoca et ꝙ habeant ſimile ſubiectū: ſed ēt eandē ſpetiē ſpecialiſſimam. Naꝫ album nigro non dicitur magis coloratum.

Si et circa motuꝫ eque velox qꝺ in equali tempore mouetur ꝑ equale tantum longitudinis in hac. T.cō.30.
¶ Si aūt aliud quidem alteratum ē aliud vō ductum. Equalis ergo hec altaratio: et ſimiliter velox loci mutatio: ſꝫ in conueniens. Cauſa āt qꝛ motꝰ habet ſpecies. Quare ſi que in equali tempore ducta equali lōgitudine eque velocia erit equalis rectus et circularis. Utrū ergo cauſa quia loci mutatio genꝰ: aut quia linea genus. Tps quidem eñ ſemper idē atomon ſpecie. Aut quia ſimul illa ſpecie differunt: et loci mutatio ſpecies habꝫ; ſi quidem ſpecies habet illud ſuꝑ qꝺ mouetur. Aliquādo aūt in quo vt ſi per pedes ambulatio: ſi ale volatio: aut non: ſꝫ figuris loci mutatio alia. Quare que in equali tpe mouentur T.cō.31.
ſecundū eandē magnitudinē eque velocia: ſed ideꝫ indifferens ſpecie: et moueri īdifferēs ſpecie. Quare hic conſiderandum que differentia motus. Et ſi ſignificat ratio hec: ꝙ genus non vnū aliquid eſt: ſed iuxta hoc latent multa: ſuntqꝫ equiuocationem alie quidē multū diſtantes: alie vero habentes quandaꝫ ſimilitudinē. Alie vero proxie: aut genere: aut ſimilitudine Unde nō videnť equiuocationes cum ſint. Quādo igitur altera eſt ſpecies; ſi idem in alio aut aliud in alio: aut aliud in eodem. Aut quis terſs: aut quo diſcernimus qꝺ idem eſt album et dulce; aut aliud: qꝛ in alio videtur alteruꝫ aut qꝛ omnino nō idē
¶ De alteratione aūt quomodo eſt equaliter velox T.cō.32.
altera alteri: ſi itaqꝫ eſt ſanari alterari: eſt aūt hunc quidē velociter: alium tarde ſanatum eſſe: et ſimul quoſdā: quare erit alteratio equaliter velox: ī equali eñ tpe alteratum eſt. Sed quid alteratū eſt; equale eñ hic nō dicitur: ſed ſicut ī quantitate equalitas: ita hic ſimilitudo. Sed ſit idem qꝺ mutatum eſt in
equali tempore eque velox. ¶ Utrum ergo in quo T.cō.34
paſſio aut paſſionem oportet cōparare. Hic quideꝫ igitur ꝙ ſanitas eadem ſit eſt accipere aut neqꝫ magis neqꝫ minus: ſed ſimiliter exiſtit. Si aūt altera paſſio ſit qua alteratur qꝺ ſit album et quod ſanatur His nihil idem neqꝫ equale neqꝫ ſimile: aut iam hec ſpecies faciunt alterationis: ꝛ non eſt vna: ſicut neqꝫ loci mutatio. Quare ꝯſiderandū quot ſint ſpecies alterationis: et quot loci mutationis. Si quideꝫ igitur que mouetur: ſpecie differunt: quorum ſunt motus ſecundū ipſa et non ſecundum accidens: et motus ſpecie differūt. Si vero genere genere. Si aūt numero numero. ¶ Si igiť vtrū oportet ad paſſionem reſpicere; ſi die ſit; aut ſimiles; aut equaliter ve

loces alterationes:aut in id qō alteratur:vt ſi huius
quidem hoc ablatum ſit: huius aūt tantum: aut in
vtraqʒ:et eadē quidem aut alia paſſione ſcōm ꝙ ea
dem.Equalis aūt aut in equalis;ſecūdū ꝙ illa īeq̄lis
Et in generatione aūt et corruptione idē conſiderā
dum ē: quoniā eque velox generatio eſt:ſi in equali
tēpore idē indiuiſibile:vt homo:ſʒ non animal. Ve⸗
locior aūt eſt:ſi in equali tpe alterum eſt. Non enim
habemus aliqua duo:in quibꝰ alteritas ſicut diſſimi
litudo.Et ſi numerꝰ ſubſtantia maior et minor nume
rus ſimilis ſpeciei.Sʒ equiuocum eſt qō cōmune:⁊
vtrūqʒ ſicut que plus;paſſio autem excellens magis
quantū aūt maius.

ARiſtoteles in preſentiaꝝ decla
rat ꝙ motus dicitur eq̄ velox ſi ſit eiuſdē ſpe
ciei cū alio: Nā alteratio nō eſt eq̄ velox cuʒ
loci mutatione. Poſtea dicit ꝙ non ſatis ē ad hoc ꝙ
aliqua eque velociter moueātur:ꝙ equalia ſpacia ꝑ
tranſeāt:ſʒ ꝙ ſpacia ſint ambo recta:vel ābo curua.
Poſtea dicit:ꝙ tp̄s eſt athomuʒ ideſt vnius ſpēi:ſed
mutationes differunt ſpecie .preterea dicit tex tꝰ ꝙ
hec diuerſitas figuraꝝ ex p̄te ſpacij facit diuerſita⸗
tem motus ſpecificam:ſʒ diuerſitas figurarū ex p̄te
mobilis non facit hanc diuerſitatem vt ſi mobile ſit
figure acute vel obtuſe.Dicit p̄terea tex.ꝙ motꝰ dif⸗
ferentes ſpecie non cōparant̃ et hoc dicit tex.cō.21.
Poſtea vero dicit:ꝙ ī genere latēt equiuocationes:
qꝛ multa ſunt equiuoca ſaltim phyſice et tn̄ apparēt
vniuoca vt ly homo cū dicitur d̄ homine viuo ⁊ picto
propter ſimilitudinem quandā veri hominis appa⸗
ret vniuocū.Unde ſequit̃ ꝙ ly corpꝰ vt dicit̃ de cele⸗
ſti et de corruptibili eſt vniuocū logice ſʒ nō phiſice
et dat doctor ſan.rationē quare que ſunt vnius ſpēi
ſunt cōparabilia:qꝛ conueniunt in forma vltra: ſed
que ſunt vnius generis non ſunt cōparabilia:qꝛ non
conueniunt in vna forma. Ph̄s vlterius querit duas
queſtiones:vnā de ſpecie et aliam de diffinitione de
ſpecie q̄rit qn̄ ſit iudicanda altera ſpecies et dicit:
ꝙ nō eſt iudicanda:qꝛ eadē nā ſit in alio et alio ſuſce
ptibili,ſicut dixit Plato:ſʒ potiꝰ eſt iudicanda:qꝛ eſt
alia natura in alio ſuſceptibili.2.q. mouet de diffini
tione dicens q̄d ſit terrminꝰ ideſt que ſit diffinicio d̄⸗
clarans ſpeciē et:qꝛ ea que ſunt idē diffinitione ſunt
eadē ſimpl'r ideo quaſi ſoluens ſubiungit ꝙ illud eſt
propria diffinicio rei quo poſumus diſcernere vtrū
ſit idē:aut aliud puta albū vel dulce et dicit ꝙ eē ali
ud ſtat dupl'r vno mō ex p̄te ſubiecti alio mō:qꝛ dif⸗
ferunt ſpecie inter ſe.Ex quo in fert ꝙ eadē eſt ratio
idemptitatis et diuerſitatis in ſpecie et in diffinicio
ne. ¶Poſtea vero ph̄s tex.cō.32.declarat qn̄ alte⸗
rationes ſunt eque veloces et res pondꝫ qn̄ equal'r
intenſiue acquirit̃ in qualitatibꝰ atqʒ ꝑ equalia ſub
iecta ſi ſint qualitates extenſe debent tn̄ qualitates
acquiſite eē eiuſdē ſpeciei.¶Poſtea vero tex.cō.33
et.34 declarat que generatio ſit velocior alia et di⸗
cit ꝙ vna generatio eſt maior altera ſi ſit eiuſdē ſpe
cie et maioris ſubiecti.¶Poſtea agit de cōparatio
ne generationis ƀʒ ſententiā platonis que ponebat
numeꝝ eē ſubſtantiā rei Unde plato ſolū ponebat di
uerſitatē in quantitate:ſʒ ſimilitudinē in ſubſtantia
et inde eſt:ꝙ in ſubſtantia non ē nomen poſitū ſigni⸗
ficans diuerſitatē que accidit ex maioritate et mino
ritate numeri ſicut in paſſionibꝰ. Nā dicimꝰ magis
albū:vel magis ſanum:et in corpore maiꝰ corpus:ſʒ
non habemꝰ nomen poſitū quo ſignificet̃ maioritas:
vel minoritas ſubſtantie ꝓueniens ex maiori vel mi
nori numero.

QUoniam aūt mouens mo⸗ T.cō.55
uet ſemꝑ per aliq̄d et ī aliquo: ⁊ vſqʒ
ad aliquid.Dico aūt in aliquo: qꝛ in
tēpore.Uſqʒ aūt ad aliq̄d: qꝛ ad quā
tam aliquā longitudinem:ſemꝑ eniʒ
ſimul mouet et mouit:quare quantuʒ
aliquid erit qō motū eſt:et in quanto.Sit igit̃.a.qō
eſt mouens.b.aūt qō mouetur.Quantacūqʒ aūt lō⸗
gitudo mota.c. In quantocūqʒ eſt tpe in quo eſt.d.
In equali igitur tpe equalis potentia ei in quo ē.a.
medietatem ipſius.b.duplicem ipſius. c.tranſibit:
ipſum aūt.c.in medietate ipſius.d. ſic eñ erit analo
gia. ¶Et ſi eadē potentia idem in hoc tantundem T.cō.56.
mouet:et medietatem in medietate mouebit:et me
dia virtus mediū mouebit in equali tpe.Ut ipſiꝰ.a.
potentie ſit et medietas que eſt ipſum.e.et ipſius.b.
ʒ.ſit medium.Simil'r igitur ſe habent et ſcōm ana⸗
logiam virtus ad graue. Quare equale ⁊ In equali
tpe mouebit.Et ſi.e.ipſum.ʒ.mouet in ipſo.d.ſcōʒ.c.
non neceſſariū eſt in equali tpe.e.duplum ipſo.ʒ:mo
uere ſcōm medietatem ipſius.c. Si vero.a.b.moue
bit in ipſo.d.quantū eſt ip̄m.c.medietas ipſius.a.q̄
eſt in quo eſt.e.ipſum. b.non mouebit in tempore in
quo eſt.d.neqʒ in aliquo ipſius. d.ipſius. c. ſcōm qō
eſt analogia ad totum.c. ſicut eſt.a.ad.e.omnino.n.
ſi cōtingit non mouebit nihil.Si enim tota virtꝰ to⸗
tum mouit:medietas nō mouebit:neqʒ quantā:neqʒ
in quocūqʒ.Unus eñ mouet nauem: ſi quidē nauem
trahentium occidit̃ potentia in numerū et longitu⸗
dinē:quam oēs mouerunt. Propter hoc zenonis ra
tio non eſt vera ꝙ ſonet milij quelibet pars.Nihil.n.
prohibet non mouere aerē in nullo tpe tantum quā⸗
tum moueret cadens totus modius. Neqʒ itaqʒ tā⸗
ta pars quantacunqʒ mouebit cū toto ſi ſit ꝑ ſe hoc
non mouet:neqʒ enim nihil eſt:ſed potentia in toto.
¶Si vero duo et vtrunqʒ:hoꝝ aūt vtrūqʒ mouet tā T.cō.58.
tū in tanto;et compoſite potētie compoſitū ex graui
bus equali mouebunt longitudine et in equali tem⸗
pore:analogum nāqʒ.¶Sic igitur in alteratione ⁊ T.cō.59.
in augmento aliquid quidē eñ eſt augens: aliquid
autē et qō auget̃.In quanto aūt tempore: et quotū
aliquid quidem auget:aliud aūt auget̃. Et alterās
quidem et qō alteratur: ſimiliter aliquid ⁊ quantū
ƀm maius et minus altera ſunt ⁊ ī quanto tempore.
In duplo duplum et duplū in duplo. Medium aūt
in medio tpe,aut ī medio mediū.aut ī equali duplū.
Si aūt alterans aut agens tantū in tanto tpe auget
aut alteret:non neceſſe eſt et mediū: in medio et in
medio mediuʒ.Sed nihil:ſi cōtingit;augmentabit:
ſicut et et in graui.

IN hac lectione Ariſt.ponit ſuas
calculationes.Ph̄s tex.cō.55.dicit ꝙ mouēs
local'r ſemper mouet aliqō mobile ⁊ in aliquo
tempore per aliquam quantitatē ſpacij ⁊ per aliquā
partē tp̄is ⁊ ſemper mouet et mouit: vnde ſequit̃ ꝙ
illud qō mouet̃ eſt diuiſibile et etiā illud ꝑ qō mouet̃
et tp̄s in quo mouet̃ mouens aūt non oē eſt diuiſibile
vt ꝓbabit̃ in.8.tex.cō.86.Nunc aūt placet ph̄o po
nere regulas calculandi ꝑ analogias ⁊ ꝓportiones
mouentium ad mobilia. Et prima regula calculan⸗
di eſt talis. Si aliqua potentia mouet aliquod mo
bile per aliquod ſpaciū in aliquo tpe: medietatem
illiꝰ mobilis per duplū ſpaciū mouebit:vel eq̄lis po

tentia in eodem tpe: vel eadē in alio equali. Alia regula ē ꝙ medietatem mobilis mouebit per idē ſpaciū equalis potētia ī medietate tpis: ⁊ horū rō eſt: qꝛ ſic ꝯſeruabit eadē analogia. i. eadem ꝓportio: manifeſtū. n. ꝙ velocitas motꝰ eſt ex victoria potentie mouentis ſuper mobile: quanto aūt mobile fuerit minꝰ tanto potentia mouentis magis excedit ipm: vñ velociꝰ mouebit velocitas aūt motꝰ diminuit tps ⁊ auget longitudinē ſpacij: qꝛ velocius eſt ꝙ in eq̄li pte pertranſit maiorē magnitudinē: et eq̄lē magnitudinē in minori tpe vt in. 6. ꝓbatū eſt. ergo ſm ꝓportionem qua ſubtrahit a mobili opꝫ ſubtrahi de tpe: vl' addi ad longitudinē ſpacij: dū mō mouens ſit idē vel equale. ¶ Ponit aliā reg'lam phs tex. cō. 36. ſi aliq̄ potentia mouet aliquod mobile ꝑ aliqō ſpaciū in aliquo tpe media virtꝰ mouebit medietatē mobilis in eodē tpe et medietatē mobilis in eodē tpe et medietatē mobilis mouebit per eq̄lē magnitudinē ī ſubduplo tpe. Poſtea phs excludit duas falſas cōparatiōes ex pte mouentis ꝙ ſi aliqs motor moueat medietatē mobilis ꝑ aliqō ſpaciū ī aliquo tpe qō medietas mouētꝯ moueat totū mobile ꝑ idē ſpaciū ī ſubduplo tpe Nā forſam nō poterit mouere mobile: qꝛ a ꝓportiōe minoris ī eq̄litatis nō fit actio. Secūda excluſio opinionis falſe eſt ꝙ non opꝫ ꝙ ſi potentia mouens que ē a. moueat aliqō mobile per aliqō ſpaciū ī aliquo tpe medietas mouentis moueat totū mobile qō eſt. b. in eodē tempore nec per q̄cūqꝫ ptē ſpacij qꝛ forſam eſt ꝓportio minoris in equalitatis.

¶ Scōm premiſſa ſoluit rōnē zenonis que ꝓbabat ꝙ ſi cadat modius milij in terra qōlibet granū deberet facere ſonū propriū: ad quod dicitur ꝙ cū eſt coniunctū alteri bene poſſet: ſed ſeparatim nō poſſet. ¶ Poſtea vero phs tex. cō. 38. dicit ꝙ qualis eſt proportio diuiſorū talis eſt coniūctorū: ita ꝙ vult dicere qō ſi a potentia mouet. b. mobile: et c. potentia. d. mobile per aliqō ſpaciū ī aliquo tēpore ambe potentie mouebunt. c. d. mobilia per idem ſpaciū in eodem tpe. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ tex. cō. 36. dicit ꝙ eedē regule ſunt aſſignande de augmētatione. Pria eſt: ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile in aliquo tpe in duplo mouebit duplū et mediū in medio tpe aut in equali duplū. Poſtea excludit falſam cōparationem ꝙ aliqs putaret ꝙ ſi aliq̄ potentia moueat motu alterationis et augmenti aliqō in aliquo tpe non neceſſe eſt ꝙ medietas potētie moueat totū ꝑ medietatē in eodem tpe: forſam non mouebit ſicut dictū eſt de grani.

¶ Circa has calculationes phi ſpeculatꝰ ſunt multa in noſtro tractatu de calculationibus iō ad aliud recurre.

¶ Explicit ſeptimus liber phiſi.

## ¶ Incipit octauꝰ liber phiſi.

T.cō.1. Trū aūt factus ſit aliquando motꝰ: cū non eēt prius: et corrūpit iterū: ſic ꝙ moueri nihil ſit: aut neqꝫ factꝰ eſt neqꝫ corrumpit: ſꝫ erat ſemp: et erit: et hoc īmortale: et ſine quiete exiſtit in his q̄ ſunt: vt vita q̄dā ens nā oībꝰ ſubſiſtentibꝰ. Eſſe quidē igit motū omnes affirmant de natura aliquid dicētes: ꝓpter hoc ꝙ mundū faciūt: et ō gñatiōe ⁊ corruptione eē cōſiderationē oībꝰ his ipis: quā impoſſe ē eē niſi ſit motꝰ Sꝫ quanti q̄dē infinitos mundos dicunt eē: et quoſdam q̄dē fieri: quoſdā aūt corrumpi: ſꝫ mūdorꝫ ſemper dicunt eē motū. Neceſſariū eñ generationes et corruptiones cū motu eē ipſorꝫ. ¶ Quicūqꝫ aūt vnū et non eē ſemp et de motu apponūt ſm rōn em. Si igit cōtingit aliquando nihil moueri dupliciter neceſſe eſt hoc accidere. Aut eñ ſicut Anaxagoras dicit. Inquit eñ ille ſimul oībꝰ exiſtentibꝰ et q̄eſcentibꝰ in infinito tpe motū facere intellectū et diſgregare: aut ſicut Empedocles in parte moueri: et iterum quieſcere. Moueri q̄dē cū amicitia ex multis faciat vnū: aut diſcordia multa ex vno: quieſcere aūt in medijs tpibꝰ dicens ſic: in quātū q̄dē ex pluribꝰ vnū dicit naſci: in quātū iterū ex vno geminato plurima perficiuntur. Sic fiunt res: et nullo mō ipſius eſt ſeculū vnū: ſic aūt permutant: neqꝫ ſimul perficiunt. Sic aūt ſemp ſunt imobiles ſcōm circulū. Hoc eñ qō ſic permutant ab hinc inde dicere ipſum opinandū eſt. ¶ Conſiderandū igitur de hoc quō ſe habet: pre opere eñ non ſolū ad nature conſiderationē ſcire veritatē: ſed ad ſcientiā de principio primo. T.cō.2.

In preſenti Ariſtote. intendit declarare qualis ſit primus motor et primū mobile: et intendens hoc ꝓbare ꝓbat per eternitatē motus cuius quidē demonſtratio (vt placet ſancto Thome cōtra cōmentatorē) eſt vniuerſalis ō oī motu. Dicit ergo phs dubitatio eſt vtrū ortus ſit aliquādo motꝰ: ita ꝙ nunq̄ inceperit nec corruptus ſit aliquando ita ꝙ nihil eius remaneat anne factꝰ eſt: ſꝫ ſemper fuit: et ſemper erit et ponit exm̄ in aīalibꝰ: dicens ꝙ ſi ponat vt quidā dixerūt mundū eē quoda aīal magnū: et ꝙ homo tandiu viuit quādiu palpitat et mouet: ſic eodem mō tarendū eſt mundu nunq̄ a motu ceſſare: Poſtea vero phs dicit oēs qui locuti ſunt de natura cōſiderarunt de motu ⁊ hoc pꝫ per hoc qō dicunt mundū eē factum et generari et corrumpi q̄ non poſſunt eē ſine motu eſt igit cōis ſuppoſitio in philoſophia naturali motū eē dabile. Deinde phs recitat opinionē democriti dicētis infinitos eē mundos et quoſdā quidē fieri quoſda vero corrumpi debere: ſed mundorū ſemper dicunt eē motū neceſſariū eſt: ergo generationes et corruptiōes eē cū motu mūdorū. ¶ Poſtea vero tex. cō. 2. ꝙ q̄ ponunt tantū vnū mundū et ponunt ipſum finiendū inferunt non ſemper futurū quare et aliquando nihil moueri qō quidē duobꝰ modis accidit mundum nō ſemper fuiſſe. Uno mō ꝙ ſic īcepit quod nunq̄ antea fuerat. Alio modo ꝙ ſic incepit quod aliquando antea non fuit et aliquando antea fuit. prime opinionis fuit Anaxagoras: ſecūde vero Empedocles. Dicebat eñ Anaxagoras ꝙ oīa quodā tpe ſiſt' erāt vnū cum alio cōmixtum: et tunc oīa quieſcebāt. Poſt vo fiebat diſgregatio et motus illorum: et illā quietē poſuit tpe infinito: et poſtea intellectꝰ qui ſolꝰ non erat ꝑmixtꝰ īcepit ō nouo facere diſgregationē Empe. vo dicebat hūc mūdū multotiēs fieri ⁊ diſſolui ſic co. 11. ꝓbat ꝙ tps nunq̄ incepit hoc mō ſi tps fuit aliquod nūc eiꝰ fuit ꝙ ſi ſic tale nūc ē finis pteriti et initiū futuri: g̃ añ tale nūc fuit aliō tps ⁊ ſic nō fuit dabile ꝑmū tps. ¶ Poſt. phs tex. cō. 12. ꝓbat ꝙ motꝰ ſit incorruptibilis hoc modo: quia ſi deſineret aliquando non ita cito deſineret mobile moueri ⁊ eſſe ꝙ ſi ſic poſtq̄ mobile deſierit moueri corrūpetur ⁊ erit poſt motum motus: ſed iſte rationes Ariſt: bene probant

quid ex multis vnũ per amicitiam:et ex vno multa per diſcordiam vnde amicitia erat cauſa corruptionis mundi:et diſcordia generationis ĩ tꝑibꝰ aũt mediis fiebat quies et ponit ariſt.ſen.Empedoclis metrice vbi dicit. Nã quo de multis naſci conſueuerit vnũ atqꝫ iterũ in vno generato plura renaſci hoc fiunt fixũqꝫ ſibi non permanet euum at quo mutantur nũqꝫ ceſſante recurſu hoc ſic perpetuo ſtabilem verantur in orbem cũ eñi dicit at quo mutant̃ nũqꝫ ceſſante recurſu id Empedoclẽ arbitrandũ eſt intelligere hinc in quã illď et illuc:huc fieri motũ. ¶Preterea phs.tex.cõ.3.dicit opere preciũ eẽ hoc ꝑ tractare tam ad ſcientiã de natura:ꝙ ẽt ad ſcientiam de primo principio.

T.cõ.4. Accipiemus aũt primũ ex diffinitis a nobis in phiſicis priꝰ. Dicimus aũt motũ eẽ endelechiam mobilis ſm ꝙ eſt mobile. Neceſſe ergo exiſtere res poſſibiles moueri: ſm vnum quemqꝫ motum. Et ſine motus diffinitione omnis vtiqꝫ confitebitur neceſſariũ eẽ motum poſſibile moueri ſecundũ vnũquẽqꝫ motũ:vt alterari alterabile:ferri aũt ſm locũ mutabile moueri ſm vnũquẽqꝫ motu:vt alterari alteracile: ferri aũt ſm locũ mutabile. Quare prius oportet eẽ cõbuſtibile ꝙ cõburat̃ et cõbuſtiuũ ꝙ cõburere. ¶Ergo et hoc

T.cõ.5 neceſarium eſt aut facta aliquando eẽ cũ non eſſent aut perpetua eſſe: ¶Si quidem igitur factũ eſt mo

T.cõ.6. bilium vnũquodqꝫ:neceſſariũ eſt prius accepta aliam mutationẽ factam eſſe:et motũ ſm quẽ factũ eſt poſſibile motum eẽ:aut moueri. ¶Si aũt que ſunt

T.cõ.7. perant ſemꝑ motu non exñte irrõnabile quidem videtur et ab inſcientibꝰ. At vero magis ingredientibus hoc neceſſariũ eſt accidere. Si eñi aliis quidẽ mobilibus exiſtentibus:aliis aũt motiuis:aliquãdo quidem erit aliquod primũ mouens:hoc aũt qď mouetur:aliqñ quidẽ nihil ſꝫ quieſcit:oportet hoc mutari prius. Erat eñi aliqd cauſa quietis. Quies eñi priuatio motus eſt. Quare ante primã mutatiõem

T.cõ.8. erit mutatio prior. ¶Alia quidẽ eñi mouent ſinglariter:alia aũt et ſm contrarios motus vt ignis quidẽ calefacit:frigefacit aũt non. Scientia aũt videt̃ contrariorũ eẽ vna. Videt̃ igit̃ et ibi eẽ aliquid ſimili mõ:frigidũ eñi calefacit ꝯuerſum quodãmõ ⁊ abſcendens ſicut et peccat voluntariꝰ ſciens:qñ e contrario vtitur ſcientia. Si igitur quecũqꝫ poſſibilia ſunt facere:aut pati:aut mouere: aut moueri. Hec aũt moueri non penitꝰ poſſibilia ſunt. Sed ſi ſe hẽntia et proxima alterutris ſunt. Quare cũ proximantur:aliud mouet:aliď aũt mouet̃:cum ſint vt ſit hoc

Tex.cõ9 quidem motiuum:illud vero mobile. ¶Si igit̃ non ſemper mouebat̃:manifeſtũ eſt ꝙ nõ ſe hẽbant: ſicut nunc poſſibilia:hoc ꝗdẽ mouere:illud aũt moueri ſꝫ oportuit mutari alterũ illorũ: Neceſſe eñi in his que ſunt ad aliqd hoc accidere:vt ſi non eſt duplũ: nunc aũt eſt:duplũ mutari:ſed non vtrũqꝫ alterũ. Erit er

T.cõ.10. go quedã prior mutatio priã. ¶Ad huc aũt priꝰ et poſteriꝰ quomõ erunt tꝑe non exiſtente:aut tp̃s niſi

T.cõ.11. ſit motus. ¶Si igit̃ tp̃s numerꝰ motꝰ:aut motꝰ quidam:ſiquidem tp̃s ſemper eſt:et motũ neceſſe eſt ꝑpetuũ eſſe. At vero de tempore extra vnũ concorditer intelligi vident̃ oẽs. Ingenitũ eñi eẽ dicunt ⁊ ꝑꝑ hoc Democritꝰ demõſtrat tanꝙ impoſſibilia oĩa eẽ facta ĩpoſſibile eñi ẽ tp̃s factũ eẽ: Plato aũt tp̃s generat ſolꝰ. Simile eñi cum celo factum eẽ:celũ aũt factũ eẽ di-



cit. ¶Si igitur impoſſibile eſt eẽ ⁊ intelligere tp̃s ſine ipſo nunc:nunc aũt eſt medietas quedã et principiũ ⁊ finẽ habens ſimul:principiũ aũt futuri tꝑis.finem vero preteriti:neceſſe ſemper eẽ tp̃s:vltimũ eñi finiti accepti temporis in aliquo ipſoꝝ nunc erit. Nihil eñi eſt accipere in tꝑe preter nunc. Quare qñ eſt finis ⁊ principium ipm nunc neceſſe eſt priꝰ in vtraqꝫ parte ſemper eſſe tempus. At vero ſi tp̃s manifeſtũ eſt:qꝛ neceſſe eſt et motũ eẽ. Si quidẽ tp̃s eſt paſſio quedã motus. ¶Eadem aũt rõ eſt.et de eo ꝙ in cor- T.cõ.12.

ruptibilis ſit motꝰ ſicut de fieri motũ accidit priorẽ quandã eẽ mutationem priã:ſic hic poſterior eſt poſteriori. Non eñi ſimul quieſcit quod mouet̃:⁊ quod mobile eſt:et quod comburitur:⁊ quod combuſtibi- T.cõ.13

le. Contingit eñi combuſtibile eſſe:quod non cõburit̃:neqꝫ motũ et mouens:et corruptibile igitur indigebit corrumpi:cũ corrumpat̃:et huiuſmodi corruptiuũ iterũ poſterius. Corruptio eñi mutatio ꝗdã eſt. Si igit̃ hoc impoſſibile:manifeſtũ eſt ꝙ eſt perpetuus motus.

Ait phs tex.cõ.quarti,ꝙ ad probandum eternitatẽ motꝰ opꝫ nos ſpeculari. Primo quid ſit motꝰ vt iam dictũ ꝙ ſi motꝰ ẽ qď poſſibile eſt moueri eſt ⁊ hoc ſm vnũquẽqꝫ motuꝫ ĩmo tale ſubiectũ ꝓcedit ſaltẽ nã motũ:ſꝫ non tꝑe. Cõmentator Auerrois in iſta ꝑte incipit oblatrare contra noſtrã ſidẽ catholicã multa dicendo ꝙ impoſſibilis eſt creatio:qꝛ oĩs mutatio requirit ſubiectũ:ergo ĩpoſſibile ẽ ꝙ aliquid fiat ex nihilo. Preterea oẽ ꝙ ſit ſit ex oppoſito per accñs ⁊ ex ſubiecto per ſe:ſed in veritate iſte ꝓbationes oẽs bene ꝓbant de motu vel mutatione:ſed non de creatione ꝗ eſt ſimplex emanatio ꝗ cõtigit in vniuerſali rerũ ꝓductiõe. Ariſt. aũt negauit hoc in generationibꝰ et corruptiõibꝰ particularibꝰ extra illã vlẽm ꝓductionẽ. ¶Poſtea vero phs tex. cõ.5.dicit ꝙ ſi motus aliqñ incepit:aut mouentia et motiua ſunt aliqñ facta cum prius non eẽnt:aut ſunt perpetua:ſi ergo dicat̃,ꝙ vnũqďqꝫ mobile eſt factũ neceſſe eſt dicere:ꝙ añ mutationẽ ꝗ eſt prima ſit alia mutatio qua ipm mobile factũ eſt. Si vero dicat̃,ꝙ ea mobilia ſunt eterna,ſi eternaliter mouebant̃ non incepit motus:et ſi incepit motꝰ ipa quieſcebãt. Dãda ergo cauſa que talem ꝗetẽ abſtulerit:et illa erat aliqd motꝰ ergo ante primũ motũ fuit motus Ariſt. in preſentiarũ mouet quandam obiectionem dicẽs ꝙ ſicut contingit in ĩtellectu quendam per ſuam ſcientiam et bene agere et male:et moueri ad oppoſita abſqꝫ aliqua ſui mutatione ſic eodem modo videtur ꝙ idem poſſit incipere motum et tollere quietẽ ſine hoc qď per motum tollat̃ illa quies ⁊ dicit philoſophus tex.cõ.8.alia quidẽ mouẽt ſinglr̃ .i. vno mõ alia vero ſm contrarios motꝰ prioris exñ eſt ignis poſterioris intellectus. ¶Poſtea vero philoſophus vlteriꝰ dicit ꝙ:ex quo applicato mouente et mobili contingit nõ agere hoc iď eſt:qꝛ deficit aliꝗ habitudo ꝙ neceſſe ẽ acꝗri vel ꝑ motũ vniꝰ vel ãboꝝ ꝙ ſi ſic ergo tã intellectu ꝙ ĩ aliis ad remouẽdã ꝗetẽ opꝫ ꝓcedere motũ. ¶Poſt.vero.tex.cõ.10.ꝓbat idẽ.ſ.ꝙ nunꝙ fuerit primꝰ motꝰ hoc mõ:ſi aliqď mobile nunc mouet̃ et priꝰ non mouebat̃ hoc non põt eẽ niſi ĩ tꝑe qꝛ priꝰ et poſterius concernũt tp̃s ꝙ ſi ſic:ſequit̃ ꝙ ſi priꝰ fuit tempꝰ ergo priꝰ fuit motꝰ: qꝛ tp̃s eſt paſſio ꝯñs motũ. Poſt.phs dicit oẽs phos (excepto Platone) dicunt tp̃s ingenitũ eẽ:plato vero ſicut athicus. Moſes dicit genitũ et factũ ſit̃ cũ celo ¶Phs tex.

de mutatione vel motu:non autem de ſimplici emanatione:ſimiliter et ratio que fit ad probandū ꝙ non incepit mundus quam facit Auerrois et philoſophꝰ primo de celo dicens,ꝙ vel mundus ſit a primo motore ſicut ab agente naturali vel per voluntatem: Si primum: ſequitur mundum ab eterno fuiſſe factum cum primus motor ſit eternus ſi vero dicatur:ꝙ eſt factus per voluntatem ſic arguitur quādo voluntas poſtponit aliquid facere:vel eſt quia non poteſt pro tunc facere et hoc non in deo cum ſit omnipotēs vel eſt:quia impeditur ab alio et hoc etiam non:vel eſt quia non vult cōmunicare bonū: et ſic deus eſſet inuidus quod abſit:vel eſt:quia expectat meliorē occaſionē et hoc etiam non:q2 ante mundi creationem nihil erat:ſed hec ratio locum non habet in agente humili quod et ipſum tempus ſimul cum ceteris producit:cū eñ dicimus res non ſemper fuiſſe a deo productas:non intelligimus ꝙ infinitum tempus preceſſerit in quo deus ab agendo ceſſauerit: et poſt modum tempore determinato agere cepit: ſed ꝙ deus tempus et res ſimul ineſſe produxerit poſtꝙ non fuerant:et ſi non reſtat in diuina voluntate conſiderandum ꝙ voluerit facere res non tunc:ſed poſtea quaſi tempore iam exiſtente:ſed cōſiderandum ſolum eſt hoc quod voluit ꝙ res et tempus durationis earum inceperint eſſe poſtꝙ non fuerāt:ſi autem queratur quare hoc voluit ſine dubio:dicendum ꝙ propter ſe ipſum ſicut eñ propter ſe ipſum res fecit vt in eis ſue bonitatis ſimilitudo manifeſtareť: ita voluit eas non ſemper eē:vt ſua ſufficiētia manifeſtaretur in ꝙ oībꝰ aliīs non exiſtentibus ipſe in ſeipo oēm ſufficientiam beatitudinis habuit ⁊ virtutis ad rerum productionem:et hoc quidem dici pōt quātū humana rō capere pōt de diuinis:ſaluo tñ ſecreto diuine ſapiētie qd̄ a nobis cōprehendi non pōt. Textus.

SEd non aliquando quidem erat:aliqñ aūt non.Et nāꝗ aſſimilať ſic dicere figmento magis. Siľr aūt
.cõ.14 et dicere:q2 aptū natuȝ ſic eſt: et hoc opȝ opinari eſſe principiū:ſicut videť vtiꝗ Empedo.dicere:ꝙ tenere ⁊ mo
T.c.15. uere in parte amicitiam et diſcordiam ineſt rebꝰ ex neceſſitate:quieſcere aūt inter tps. ¶ Fortaſſis aūt ē vnū principiū faciētes ſicut Anaxagoras ſic vtiꝗ dicerent.At uero nihil inordinatū eoꝝ q̄ natura ⁊ ſcȝ nāȝ ſunt. Natura.n.oībꝰ cā ordinationis eſt: infinitū aūt ad infinitū nullā rōnē hȝ. Ordinatio aūt oīs rō ē Infinito āt tpe quieſcere:poſtea motū eē aliqñ: huiꝰ aūt neꝗ vnā,rōnē eſſe:quare nunc magis ꝙ priꝰ. Neꝗ iterū aliquā ordinationē hr̄e non iā nature ē opꝰ. Aut.n.ſimpľr ſe hȝ:qd̄ ē nature:et nō aliqñ quidē ſic: aliqñ vero aľr:vt ignis natura ſurſuȝ ferť:⁊ nō aliqñ quidē ſic:aliqñ vero nō:aut rōnē hȝ qd̄ nō eſt ſimpľr. Quare dignus eſt ſicut Empedo:et ſi quis alter dixit,ſic habere in pte quieſcere omne et moueri iterū Ordinationem enim iā hȝ quandā huiuſmodi. Sȝ oportet hoc dicentē nō affirmare ſolū ſed cauſam ipſius dicere:et non apponere nihil:neꝗ velle dignitatem irrōnabilē:ſed aut inductionē:aut demōſtrationem ferre. Hec quidem eñ non cauſe poſite ſunt neꝗ in hoc erat amicitie vel inimicitie eſſe. Sȝ huiuſmodi quidē congregare:illiꝰ vero diſgregare:ſi vero determinetur quod eſt in parte:dicendū eſt in quibus ſic ſunt:ſicut quia eſt aliquid qd̄ congregat hies amicitia:et fugiunt inimici ab inuicē. Hoc eñ ſupponiť et in toto eſſe:videť eñ et in quibuſdā eſſe ſic:ꝙ aūt et ſcḋm equalia tempora:indiget aliqua rōe Omnino enim exiſtimare principiū hoc eſſe ſufficiens quod ſemper aut eſt ſic:aut ſit:non recte ſe habȝ opinari. In quo democritus reducit de natura cauſas ꝙ ſic et quod prius factum eſt:ipſeꝰ aūt ſemꝑ noluit principiū querere:⁊ in q̄buſdā dicēs recte. Qd̄ aūt in omnibꝰ non recte. Et enim trigonum ſemper habet duobus rectis equales angulos: ſed tamē eſt perpetuitatis huiuſmodi altera cauſa: principiorū igiť non eſt altera cauſa:ſed ꝑpetua ſunt. ¶ Quod quidē igiť nullum tps erit:neꝗ erat qñ motꝰ nō erit ſiue non erat:tanta dicta ſunt. T.cõ.16.

OIcit Philoſophꝰ rationes contra Empedoclem ⁊ Anaxagorem qui tenebant ꝙ motus non ſemꝑ eſt ⁊ dicit illas opiniones magis aſſimilari figmento.i.ficte rōni ad placitū magis ꝙ ꝙ vera rōne ſit fulcita. Dicebat.n.anaxagoras per infinitū tps oīa quieſcere et poſtea moueri. Empedocles vero infinities amicitia mundum corrumpi ⁊ infinities inimicitia generari: quorum rationes clare ſunt friuole nāꝗ ſi huiꝰ rei petať cauſa non ſciūt dicere:ſed q2 aptū natū eſt ſic eē:ideſt ex natura rei: et poſtꝙ phs ꝓbauit ꝙ illi ſine rōe has opiniones fulciebāt probat mō ꝙ illorum opinio ſit falſa prīo.ſic nihil eſt in nā in ordinatū. Nā.n.ē cauſa ordinis et ordo conſiſtit in ratione:ſecundo vero in ꝓportione:ſed infiniti in quiete ad infinitū in motu nulla eſt ꝓportio q̄re placet magis opinio Empedoclis ponentis tps mundi finitū in motu ⁊ tempus mundi finitū in quiete. Declarat aūt ꝙ natura ſit cā ordinis:q2 ea que fiunt a natura ſemper eodem mō ſe habent. Ad huc probat ꝙ hec opinio Hempedoclis eſt falſa dicēs ꝙ qui aliquā opinionē aſſignat nō ſolū ſufficit dicere:ſed rōnem dare. Nā ꝙuis eēt ſua opinio dignitas et ꝓpō ꝑ ſe nota qd̄ nō eſt tñ aliquo mō eſſet ſuadenda inductione: vel demonſtratione Dicit eñ philoſophꝰ ꝙ bñ probať ex ſenſu ꝙ amicitia congregat:ſed non eſt per ſe notū ꝙ ſecundū eq̄lia tempora ſiat congregatio et diſgregatio. Dicit aūt phs cām q̄re illi accipiebant ꝓ per ſe noto hanc ſuam opinionē: q2 dicebant ꝙ ſicut ipſi dicunt ſemꝑ eſt et eorū que ſunt ſemper ſeu nec aſſiriorū nō ē cauſa quare dicit philoſophus errant:q2 triangulū habere tres angulos equales duobus rectis ſemper ē verū:et ſue veritatis eſt cauſa:ſic etiam poſſibile eſt aliqua ſemper eē et tñ illiꝰ ſempiterne exiſtentie haber ecauſam ſicut habet mundus et celū ſecundum Ariſto.vt dicit hic Doc.ſanc.

COntraria aūt his non difficile eſt ſoluere. Uidebiť aūt ex hmōi conſiderantibꝰ contingere maxie motum eſſe aliquando:cū non eſt omnino Primum quidem:q2 neꝗ vna perpetua mutatio eſt. Mutatio eñ omnis apta nata eſt ex quodā in q̄ddā. Quare neceſſe eſt oīs mutationis tr̄m eē ꝯtraria in quibꝰ ſit. Infinitū aūt moueri nullū. ¶ Ampliꝰ videmꝰ qm̄ poſſibile eſt moueri:neꝗ hñs moueť neꝗ hñs in ſeipo:neꝗ vnū T.cõ.1 motū:vt ī aīatis quoꝝ:neꝗ ps vlla:neꝗ totū moueť ſȝ q̄eſcens mouetur qñꝗ. Conuenit aūt aut ſemper moueri:aut nequaꝙ:ſi q̄dem nō ſit:cum non ſit exñs. Multo aūt magis huiuſmodi eē in animatis manifeſtum eſt. Neꝗ vnꝰ q̄dē in nobis cū ſit motus aliqñ ed q̄eſcentes tamen mouemur aliqñ: ⁊ ſi nihil ex

tra moueat. Hoc enim in animatis eſſe non vidēmꝰ ſimiliter:ſed ſemper mouet ipſa aliquid exteriorum alterum. Aliquādo aūt animal dicimꝰ ipſum ſe mouere. Quare ſiquidem quieſcit aliq̄n penitus: in īmobile motus vtiq̄ fiet ex ipſo et non ab extra. Si aūt in animali hoc poſſibile fieri: q̄d prohibet idem accidere et ſcd̄m omne. Si nāq̄ in paruo mundo fit et in magno: et ſi in mundo: et in infinito ſi q̄dē con⸗
T.cō.18. tingit moueri infinitū et quieſcere totū. ¶ Horum aūt primū quidem qd̄ dictū eſt non eundē ſemper: et vnū numero eē motū q̄ eſt in contraria: recte dicitur Hoc eñ fortaſſis quidē neceſſariū eſt: ſiquidem non ſemper vnū et eundē eſſe poſſibile eſt eiuſdē et vnius motū. Dico aūt: ſicut vtrum vniꝰ chorde vnus et idē ſonus: aut ſemꝑ alter ſimilr̄ ſe habente et mouente: ſʒ
T.cō.19. tamen qualitercūq̄ ſe habēt: nihil ꝓhibet et quēdaʒ eundem eſſe: q̄ perpetuꝰ et continuꝰ eſt. ¶ Manifeſtū vtiq̄ erit magis ex his q̄ poſterius. Moueri aūt quod non mouet nullū inconueniens eſt. Si aliq̄ndo quidē ſit extrinſecus mouens: aliquando aūt nō. Nihil eñ aliud dubitat hoc dicens: quapropter nō ſem
T.cō.20 per alia q̄dē q̄eſcūt eorū que ſunt: alia vero mouent ¶ Maxime aūt vtiq̄ videbit tertiū habere dubitationē: ꝙ fit cū inſit prius motus: ꝙ accidens eſt in animatis. Quieſcens eñ prius poſt hoc vadit mouente exteriorū nullo: ſicut videt: hoc aūt falſum eſt. Cōſpicimꝰ.n. ſemꝑ aliq̄d motū in aīali nālīū. Hmōi aūt motꝰ non aīal cā eſt: ſʒ ꝯtinēs fortā. Ipſum aūt dicimꝰ ipſum mouere ſe: non ſm̄ oēm motū: ſʒ ſm̄ locū. Nihil igit ꝓhibet. Magis aūt fortaſſis neceſſariū ē in corꝑe multos fieri: motꝰ a continente. Horū aūt quoſdā intellectū aut appetitū mouere. Illum aūt totū iam aīal mouere q̄le contingit circa ſomnos. Senſibilis q̄dē eñ cū neq̄ vnꝰ inſit motꝰ: in exiſtente tñ aliquo ſurgunt aīalia iterū. Sʒ nāq̄ manifeſtū erit et d̄ his ex ſequentibꝰ.

Hic affert Ariſt. rōes quibꝰ ꝓbabant non ſemꝑ eē motū. Pria rō, oīs motꝰ eſt de quoddā ī quiddā ergo finitꝰ et terminatꝰ ergo non procedit in infinitū. Scd̄a rō tex.cō.17. videmꝰ in rebꝰ in aīatis ꝙ incipiūt moueri: ergo non ſemꝑ eſt motꝰ: ſʒ q2 diceret aliquis imo ſemꝑ ē motꝰ q2 ante illud in aīatū aliud mouebat qd̄ erat cā motus eiꝰ. ¶ Replicat ſic in aīalibus videmꝰ ꝙ mouentur cum ante quieſcerent non apparente aliquo motu extrinſeco et ſicut eſt in paruo mundo ſic eſt in maiori: ergo in maiori aliq̄n quieuit totꝰ et poſtea mouetur. ¶ Poſt vero tex.cō.18. ſoluit hec dicens: ꝙ verū eſt ꝙ non ſemꝑ eſt vnꝰ numero motꝰ qui eſt in contraria: nec per reiterōnē erit vnꝰ imo nec vnꝰ ſonꝰ eſt vnius corde multotiens mote non prohibet tñ aliq̄d q̄n ſit vnus motꝰ continuꝰ et ꝑpetuꝰ circularis. ¶ Poſt. phs ſoluit ſcd̄am rōnē dicens ꝙ nihil ꝓhibʒ aliq̄d incipere moueri cū antea non moueret: ſʒ tñ ꝓceſſit illū motū aliꝰ motꝰ: q2 aīal non ſolū mouet ex apetitu: ſʒ ēt ab influentia celeſti: aut a continente: aut a diſpoſitione corꝑis interiori: vt ex hoc ꝙ ſit digeſtꝰ cibꝰ euigilantur animalia.

T.cō.21. Principiū aūt cōſiderationis eſt qd̄ quidē ⁊ dicte dubitationis: quare q̄dā eorū q̄ ſunt: aliq̄ndo q̄dem mouent: aliq̄ndo aūt quieſcūt iterum Neceſſe aūt aut oīa quieſcere ſemꝑ: aut oīa ſemꝑ moueri: aut alia q̄dē moueri: alia aūt q̄eſcūt. Et iterū hoꝝ aut q̄ mouent moueri ſemꝑ: q̄ vō q̄eſcunt quieſcere ſemꝑ: aut oīa apta nata ſunt ſimilr̄ moueri ⁊ q̄eſcere aut reliquū āpliꝰ: ⁊ tertiū eſt. Contingit eñ alia quidē ſemꝑ īmobilia eē eorū q̄ ſunt: alia vō ſemꝑ moueri: alia aūt cū vtriſq̄ accipere: qd̄ quidē nobis dicendū eſt. Hoc eñ hʒ ſolutiones omniū dubitatoꝝ: et finis nobis eſt huiꝰ negocij. ¶ Oīa igit q̄eſcere et huiuſmodi rōnē q̄rere: T.cō.22.
dimittentes ſenſum: infirmitas q̄dā eſt intellectus. Et de toto aliquo ſʒ nō de parte ābiguitas eſt. Neq̄ ſolū ad phyſicū: ſʒ ad oēs ſcientias: vt ē dicere ⁊ oēs opiniones: ꝓpter id ꝙ motu vtunt oēs. Ampliꝰ aūt d̄ principijs īportunitates ſicut in rationibꝰ circa doctrinas nihil ſunt ad mathematicū: ſimilr̄ aūt ī alijs: ſic neq̄ de eo qd̄ nūc dicit ad phyſicū. Suppono eñ ꝙ nā principiū motus ſit. ¶ Fere aūt adhuc et oīa di T.cō.23.
cere moueri falſum q̄dē. Minꝰ aūt hoc preter arteʒ poſitū quidē eñ eſt, ꝙ nā in phyſicis principiū ſit motus et q̄etis. Similr̄ aūt phyſicū eſt motus. Et dicūt quidā moueri eorū q̄ ſunt non alia: quidē alia vō nō: ſʒ oīa et ſemꝑ: ſʒ latere hoc noſtrū ſenſum: ad quos ēt quidē non terminātes qualē motū dicūt aut oēs: non difficile ē cōtradicere. Neq̄ eñ augeri neq̄ minui difficile eſt ꝯtinue: ſʒ eſt et mediū. Eſt aūt ſimilis ratio huic de eo qd̄ eſt guttā cōterere apta nata et lapides ſcindere. Nō eñ ſi tantū effodit: aut remouit gutta: et mediū ī medio tꝑe priꝰ ſʒ ſicut nauis tractꝰ ē: et gutte tot tñ mouēt. Pars aūt illoꝝ ī nullo tꝑe tñ Diuidit quidē eñ qd̄ remotū eſt in plura. ſʒ nihil eorum motū eſt ſeorſū ſʒ ſimul. Manifeſtū igitur ꝙ non eſt neceſſarium ſemper aliquid abire: quia diuidit diminutio in infinita: ſed totum aliquando abire. Silr̄ aūt ⁊ in alteratione q̄lʒ. Nō eni ſi ꝑtibile ī īfinitū ē qd̄ alterat ꝓꝑ hoc ⁊ alteratio: ſed velox fit multotiēs ſicut ꝯgelatio. Ampliꝰ cū infirmet aliq̄s: neceſſe eſt tꝑs fieri in quo ſanabit: ⁊ non in tr̄o tꝑis mutari. Neceſſe aūt in ſanitatē mutari ⁊ ī aliud nullū. Quare dicere ꝯtinue alterari: multū in manifeſtis ē ambigere. In cōtrariū eni alteratio. Lapiſq̄ neq̄ durior
fit neq̄ mollior. ¶ Et ſm̄ ꝙ fert: mirabile ē: ſi latuit T.cō.24
lapis deorſum latꝰ aut manens in terra. Ampliꝰ autē terra et alioꝝ vnūqd̄q̄ ex neceſſitate ꝑmanēt q̄dē in ꝓprijs locis: mouent aūt violenter ex his. Si q̄dem igit q̄dā ipoꝝ ſunt in ꝓprijs locis: neceſſe neq̄ ſm̄ locū oīa moueri: qd̄ quidem igr̄ impoſſe ſit aut ſemper oīa moueri aut ſemꝑ oīa quieſcere: ex his ⁊ alijs huiuſmodi ſciet vtiq̄ aliquis.

Ariſt. ī q̄ſiturꝰ q̄lis ſit primꝰ motꝰ et qualis ſit primꝰ motor q̄dā alia vult inq̄rere ſcilicet vtrū oīa moueant: aut alia quieſcant: aut alia moueant et alia q̄eſcāt: et hoc tertiū diuidit in tres partes: aut q̄ mouent ſemꝑ mouent: et q̄ quieſcunt ſemꝑ q̄eſcunt: aut q̄ mouent nata ſunt quieſcere: et que quieſcunt nata ſunt moueri, aut quedā ſemꝑ mouent: et quedā ſemꝑ q̄eſcunt: alia vero q̄n̄q̄ mouent et q̄n̄q̄ quieſcunt. Impugnat aūt phs illud membrū qd̄ oīa quieſcunt dicens ꝙ eſt ībecillitas intellectꝰ q̄rere rōnē vbi viget ſenſus: ſʒ ſenſus demōſtrat ꝙ ē motꝰ q̄uo ergo oīa q̄eſcūt: ſil̄r īpugnare hoc ꝙ nullꝰ motꝰ eſt, ē inutile: q2 nullꝰ artifex dʒ diſputare contra negantes ſua principia. ¶ Poſtea tex.cō. 23. ꝓbat, ꝙ ſit falſum oīa moueri: ſʒ dicit non eē ita falſum ſicut ꝙ oīa quieſcant. Preterea dicit īpugnationē heracliti q̄ dicebat oīa ſemꝑ moueri: ſʒ latere ſenſum noſtrū illos motꝰ et dabat cōparationē Heraclitꝰ dicens ꝙ vna planta que creſcit vno menſe per vnum

digitū in qͣ hora creſcit:ſ; non ſentit eius augmen-
tatio dicit phs hoc eē falſum:q2 augmentatio illa nō
eſt continua:ſ; ſtat aliquando ſicut gutā contere la
pidē contingit in tota vna hora:ſ; non contingit me
dietatē gute cōterere in dimidia hora medietatē la
pidis ſicut cōtingit centū hoīes trahere navim ꝑ ali-
quod ſpaciū in aliquo tpe et tñ quinquaginta no poſ
ſe trahere nauim in aliquo tpe ꝑ aliqđ ſpaciū:ergo il
la rō q̄ adducit de augmentatione eſt friuola et fal-
ſa qđ maxie verū ē, vt ego ſcripſi in meo tractatu de
calculationibꝰ,tractatu p2io.ca.2. Nā ꝛ alteratio nō
eſt cōtinua:ſ; velox fit.i.fit ſubito per multas ptes, ſi
cut congelatio q̄ fit tota ſil' in aq̄ ſilr cū aliqs infirmꝰ
ſanat tendit in aliq̄m tm̄ et tñ non continue alterat
per illū tm̄ :ergo non oīs alteratio eſt continua idē
confirmat:q2 lapis non ſemꝑ fit durio2 vel molio2:g
dicere ꝙ oīa ſemꝑ alterant ſed latet,eſt ſtultū. Item
mirabile eſt dicere ꝙ lapis Jacens in terra ibi cōti-
nue moueat. Preterea q̄ ſunt in locis nālibꝰ non mo-
uent inde:ꝓbatū eſt ergo ꝙ ē ipoſ'e oīa quieſcere ꝛ ꝙ
eſt impoſſibile omnia moueri.

AT vero neq3 alia qdē ſem-
per cōtingit quieſcere:alia vero ſem
per moueri:aliqñ aūt quieſcere:ꝛ ali
quando moueri nullū. Dicendū aūt ꝙ
impoſſibile ſit:ſicut et in dictis p2ius:
et in his. Uidemus enim in eiſdem
fieri dictas mutationes. Et ad huc : quia oppugnat
manifeſtis dubitans. Neq3 eñ augmentū neq3 violē-
tus erit motꝰ:niſi mouebit extra nām quieſcēs p2iꝰ.
Gñationē igr̄ remouet et co2ruptionē hec rō. Fere
aūt et moueri fieri quiddā et co2rūpi vr̄ oībꝰ. In qđ
quidē eñ mutat fit hoc:aut in hoc. Ex quo aūt mutat
co2rumpit hoc aut ab hinc. ¶ Quare mānifeſtum ꝙ
T.cō.25 alia quidē mouent:alia vero quieſcūt aliqñ. Oīa aūt
velle aliqñ quieſcere:aliqñ aūt moueri:hoc iā copłan
dū ad antiq̄s rōnes. Principiū aūt iterū faciendū a
T.cō.26. nūc determinatis idē qđ quidē incepimꝰ p2iꝰ. ¶ Aut
eñ oīa quieſcunt aut oīa mouent:aut hec quidē qeſ-
cunt : hec aūt mouent co2ū que ſunt. Et ſi alia quidē
quieſcūt. alia vero mouent co2ū q̄ ſunt:neceſſe ē:aut
oīa aliqñ quidē quieſcere:aut oīa aliqñ moueri:aut q̄
dā ſemꝑ quieſcere:alia vo moueri ipſo2. Quod qui
dē igr̄ nō pſ'e ſit oīa quieſcere:dictū eſt p2iꝰ. Dicemꝰ
aūt et nūc. Si eñ ſm veritatē ſic ſe h3:ſicut quidā di
cunt eē ꝙ eſt infinitū et imobile:ſ; nō qđ videt ſm ſen
ſum:ſ; mouent multa co2 que ſunt. Si quidē igr̄ opi
nio eſt falſa:aut omnino opinio:et motus eſt:et vtiq3
ſi phantaſia:et ſi aliquando quidem ſic videatur:ali
quando autem aliterr. Phantaſia quidem et opinio
motus quidam eſſe videtur. Sed de hoc quidem in
tendere et q̄rere rōnem quo2 dignīꝰ hēmꝰ ꝙ rōne in
digere male iudicare eſt melius et peiꝰ.et credibile
et non credibile:et principiū et non principiū. Silr
aūt et impſ'e eſt et oīa moueri:aut alia quidē ſemper
moueri alia,vero ſemper qeſcere. Ad oīa eñ hec ſuf
ficiens eſt vna fides. Uidemꝰ eñ quedā aliquando q̄
dē quieſcere:aliq̄do quidē moueri. Quare manife-
ſtū eſt:ꝙ īpoſſibile ſit ſimilr oīa quieſcere: ꝛ oīa moue
ri cōtinue,ex eo ꝙ alia quidē ſemꝑ mouent: alia vo
quieſcūt ſemꝑ. ¶ Reliquū g̃ cōſiderandū ē:vtrū oīa
T.c.27. hmōi poſſibilia moueri et qeſcere. Aut q̄dā quide3
ſic,aliq̄ vo ſemꝑ quieſcūt:aliq̄ vo ſemꝑ mouent. Hoc
eñ demonſtrādū eſt a nobis.

IMpugnat phs alidud mēb2ū quo
dictū eſt aliqua ſemper quieſcere et aliqua ſemper
moueri et ꝙ nō det aliquid quod modo quieſcat et
poſtea moueat:q2 hoc ē cōtra experientiā negat eñ
augmētū vno tpe fieri et alio nō et negat motū violē-
tū q2 qđ violēte mouet añ qeſcebat nālr imo negabat
gñationē ꝛ co2ruptionē. Preterea oē qđ mouet quo
dāmō generatione et co2ruptione mouet. Nā ī alijs
motibꝰ a motu locali generat quidē hoc.i.tm̄us ad
quē:aut in hoc.i.in tm̄o ad quē tendit ꝓpter motū lo-
calē ꝛ reſpectu tm̄i aquo co2rupit hoc.i.tm̄ꝰ aquo:aut
ab hinc.i. a tm̄o aquo mouet. ¶ Poſtea tex. cō .26.
epilogat q̄ dixerat et ꝓbat cōtra meliſum, ꝙ non ſit
vniuerſum infinitū et īmobile:q2 motū clare ſentimꝰ
et opinio ipſa motꝰ quidā ē rationis ſicut phātaſia
motus factꝰ a ſenſu ſm actū et dicit,ꝙ qui talia intē-
dūt nō diſcernūt p2incipiū a nō p2incipio credibile
ab incredibili. ¶ Poſtea vero dicit tex.cō.27. ꝙ ſo
lū vltimū mēb2ū eſt ꝑſcrutandū.

MOuentiū igit et co2ū que
mouent: alia quidē mouēt et mouent
ſcđ3 accidēs:alia aūt ꝑ ſe ipſa. Scđ3
a ccidēs quidē:vt quecūq3 ī eo ꝙ ſunt
in mouentibꝰ:aut in his que mouent:
et que ſunt ſcđm partē:alia aūt per ſe
ipſa quecūq3 non in eo ꝙ ſint in mouente : aut in his
que mouēt in eo ꝙ pars aliquā ipſo2ū mouet aut mo
uet. Eo2 aūt que mouēt ꝑ ſe:alia quidē a ſe ipſo: alia
vo ab alio ꝛ alia quidē nā:alia vo violentia:ꝛ ex̄ na3.
Quod eñ ipm a ſe ipſo nā mouetur vt qđlib3 aīalia:
mouet eñ animal a ſe ipſo. Quo2ūcūq3 aūt p2icipiū
motus in ſe ipſis eſt : hoc natura dicimꝰ moueri. Uñ
animal quidē totū nā ipm ſe ipſum mouet. Co2pꝰ aūt
ſcđm ꝙ eſt co2pꝰ:cōtingit et natura et extra natura
moueri. Differunt eñ ſcđ3 qualē motū qđ mouet eue
niat,et ex q̄li elemento cōſtat. Et co2ū q̄ mouent ab
alio:alia quidē mouent natura:alia vo extra naturā
Extra natura quidē vt terra ſurſum : et ignis deo2-
ſum. Ampliꝰ aūt partes animaliū multotiens mouēt
extra naturā iuxta poſitionē et modos motus. ¶ Et T.cō.28
maxime moueri a quodā qđ mouet ī his q̄ extra na,
turā mouent eſt manifeſtū:ꝓpter id qđ manifeſtū eſt
ab alio moueri:poſtea aūt que ſunt extra naturā, co
rū aūt q̄ ſunt ſcđm naturā ipſa a ſe ipſis:vt animalia:
hoc eñ nō īmanifeſtū eſt:ſi ab aliquo mouent:ſ; quo
mō opo2tet accipere ipm mouens et qđ mouet: vide
tur eñ ꝙ ibi ſit accipiendū ſicut in nauibꝰ et non na-
tura ſubſiſtētibꝰ:ſic et in animalibꝰ eē diuiſum moue
ns:et qđ mouet:et ſic oē ipm ſe ipſum mouet. Ma-
xime aūt dubitatur reliquū dicte vltime diuiſionis.
Eo2 eñ que ab alio mouent:hec quidē extra naturā
poſuimꝰ moueri alia aūt relinquūt contraponi:quia
natura. Hec aūt ſunt que dubitatiōe afferunt ; a quo
mouent:vt leuia et grauia. Hec eñ in oppoſitos lo-
cos violentia mouent. ¶ In p2op2ios aūt leue quidē T.cō.29
ſurſum:graue aūt deo2ſum natura.a quo aūt non ad
huc manifeſtū:ſicut ;cū moueant extra naturam. Et
nāq3 ipſa a ſe ipſis dicere īpoſſibile eſt. Uitale.n.hoc
et aīato2 eſt ꝓp2iū. Et facere ſtare poſſe ipā ſm ſeipā
Dico aūt velut ſi ābulandi cauſa ineſt ipſi:et nō ābu-
lādi. Quare ſi in ipſo eſt ſurſu3 ferri igni:manifeſtū
eſt ꝙ in ipſo et deo2ſum. Irrationabile aūt eſt ſ3 vnū
motū moueri ſolū hec a ſe ipſis:ſiquidē ſe ipſa mouēt
ipſa. ¶ Amplius quomō cōtingit cōtinuū aliqđ ꝛ ip3 T.cō.30.
ſe ipm mouere:ſm eñ ꝙ vnū et cōtinuū non tactu ſ3
hoc ipoſ'e eſt. S3 ſm ꝙ diuidit,ſi hoc quidē aptū na-
tū facere:illud vo pati. Neq3 g̃ nulū ho2 ipſu3 ſe ip3

mouet: cõſita enĩ ſunt neqꝫ aliud cõtinuũ nullũ: ſꝫ neceſſe eſt diuidi mouens in vnoquoqꝫ ad id qđ mouetur ſicuti ĩ animatis videm⁹: cũ moueat aliq̃ d aĩatoꝝ ipa.

ARiſtoteles nunc probat omne qđ mouetur ab alio moueri, et prĩo ponit aliq̃s diſtinctiões. Pria diſtinctio ẽ. Aliq̃d mouet vel mouetur de ꝑ ſe ⁊ aliq̃d de ꝑ accñs. De ꝑ accñs q̃dẽ mouet qđ ẽ ĩ alio qđ mouet de ꝑ ſe, vt muſic⁹ q̃dẽ ẽ in edificatore, q̃ edificat de ꝑ ſe. Silr de ꝑ accñs aliq̃d mouet qñ mouet ẜm ꝑtẽ, vt hõ q̃dẽ ꝑcutit: q2 man⁹ ꝑcutit. Itez aliq̃d mouetur de per accñs, vt accidentia ad motũ ſubi et ꝑtes ad motũ totius. Preterea ea q̃ mouentur ꝑ ſe alia q̃dẽ mouentur nãlr, alia vero violẽter ꝓbat aũt phs ꝙ q̃cq̃d mouetur ſiue nãlr ſiue violenter mouetur ab alio a ſe. Nã aĩalia q̃ mouentur a ſeipſis mouẽtur adhuc ab alio a ſe. Naꝫ aĩa mouet corp⁹: et moto corꝑe mouetur aĩa de ꝑ accñs ab illo: g̃ mouetur aĩal ab alio a ſe vcꝫ ab aĩa ⁊ dicit phs ꝙ mot⁹ aĩalis qđ ẽ graue ſi ſit ſurſum reſpectu aĩe eſt nãlis, reſpectu vͦ corporis eſt violentus, vnde q2 forma eſt magis, nã quã materia. 2. phyſi. magis erit nãlis quã violentus, et q2 ẽt in motu aĩalis q̃dã ꝑtes impellũt alſ eſt quodã mõ violentia ⁊ oĩs mot⁹ violẽt⁹ ẽ ab extrinſeco, ergo oẽ qđ mouetur motu nãli ab alio a ſe mouetur. ¶ Poſtea phs tex. cõ. 28. dicit ꝙ de violentis ẽ notũ ꝙ mouentur ab alio a ſe et dicit ꝙ aĩal mouet aĩaꝫ ſicut nauis nautã. ¶ Dubiũ tñ ẽ in pñtiaꝝ grauia ⁊ leuia inaĩata qñ mouentur motu nãli a quo moueantur, et dicit, ꝙ ſi aliq̃s dicat a ſeipſis dicit hoc falſum, q2 a ſeipo moueri ſolum eſt vitale et rei animate. Imaginandũ ẽ g̃ ꝙ cuꝫ illa grauia et leuia inaĩata ſint ꝯtinua nõ põt vna ꝑs mouere aliã ſec⁹ vbi ẽ ĩ aĩalib⁹ partes nõ ſunt ꝯtinue.

T.cõ.31. SEd accidit ⁊ hec ab aliquo ſemꝑ moueri: fit aũt vtiqꝫ manifeſtũ diuidentib⁹ cauſas. Eſt aũt et in mouentib⁹ accipe q̃ dicta ſunt. Alia q̃dẽ enĩ extra nãm ipſorũ motiua ſunt: vt vectis non nã grauis motiu⁹ eſt. Alia vero nã: vt actu calidũ motiuũ eſt potẽtia calidi: ſilr aũt ⁊ in aliĵs hmõi eſt. Et mobile aũt ſilr natura ꝙ potentia quale aut quãtũ, aut vbi eſt cũ habeat pricipũ hmõi in ſeipſo. Et non ẜm accñs. Erit enĩ idẽ et q̃ntũ et quale: ſed alteri alterũ accidit, ⁊ non ẜm ſe exiſtit Ignis itaqꝫ et terra mouentur ab alio violentia q̃dẽ: cũ extra nãm: nã aũt cũ in ipſorũ actus potentia entia. ¶ Qm̃ aũt ꝙ potentia multiplr dicitur hec cã ẽ nõ eẽ manifeſtũ a quo hmõi mouentur vt ignis ſurſum: terra vͦ deorſum. Eſt aũt potentia alr adiſcens ſciens, et hñs iã ſcientiã et nõ conſiderãs. Semꝑ aut ſimul actiuũ ⁊ paſſiuũ ſunt: fit aliqñ actu qđ in potentia: vt adiſcens ex potentia ente alterũ fit potentia: hñs. n. ſcientiã non conſiderans ãt: potentia eſt ſciens quodãmõ: ſꝫ non ſicut et ante adiſcere. Cũ aũt ſic hẽat: ſi aliq̃d non ꝓhibeat operatur cõſiderat: aut erit in contradictione et ignorantia. Silr aũt hec ſe habent et in phyſicis. Frigidũ enĩ potentia eſt calidũ. cũ autẽ fuerit mutatũ: iã ignis eſt. Ardet aũt niſi aliq̃d prohibeat et impediat. Silr aũt ſe hẽt et circa graue ⁊ leue. Leue enĩ fit ex graui, vt ex aqua aer. hic enĩ potentia primũ et iã leue operabitur mox niſi aliq̃d ꝓhibeat. Act⁹ aũt leuis eſt alicubi eẽ et ſurſum. Prohibetur aũt cũ in contrario loco fit. ſilr et hoc ſe hꝫ in q̃nto et quali. Et tamen queritur hic quare in ipſorũ locum mouentur grauia et leuia. Cauſa aũt eſt: q2 apta nata ſunt et hoc eſt graui et leui eſſe hoc q̃dẽ eo ꝙ ſurſum illud aũt eo ꝙ deorſum determinatũ. Potentia aũt ẽ leue et graue multipliciter: ſicut dictũ eſt. Cũqꝫ enĩ ſit aqua: potentia quodãmõ eſt leue. Et cũ aer eſt adhuc in potentia. Contingit enĩ impeditũ non ſurſum eſſe. Sꝫ ſi auferatur ĩpedimentũ agit ⁊ ſemꝑ ſurſum fit Silr aũt et quale ad actũ eẽ ĩmutat. Mox enĩ conſiderat ſciens: niſi aliq̃d ꝓhibeat, ſuſtinens aũt et ꝓhibens mouens eſt: ſicut mouet: eſt aũt ſicut non: vt eſt collumnas diuellens: aut lapidẽ remouẽs: aut a vaſe aquã. Secũdũ accidẽs enĩ mouet, ſicut repercurſſa ſphera non a pariete mota eſt ſꝫ a ꝓĵciente. Qđ quidẽ igitur nihil horũ ipſum mouet ſeipm: manifeſtũ eſt: ſꝫ mot⁹ habent principiũ non mouendi, neqꝫ faciendi ſed patiendi. ¶ Si igitur oĩa que mouentur a natura mouentur: aut extra nãm et violentia: et q̃ vi ⁊ extra naturã oĩa a quodã alio. Eorũ aũt q̃ nã iterũ q̃cũqꝫ a ſeipſis mouentur: ab aliquo mouentur: et q̃ non a ſeipſis: vt leuia et grauia: aut enĩ a gñante et faciente leue et graue. aut ab ĩpedimenta: ⁊ ꝓhibentia ſoluente: oĩa ergo q̃ mouentur: ab aliquo mouebuntur. T.cõ.33.

NOtandum ꝙ aliquid eſſe in potentia ſtat biphariam. ſcilicet in potentia eſſentiali, et in potentia accidentali in potentia eſſntiali eſt ſicut adiſcens ad actum ſciendi in potentia vero accidentali eſt ſicut ſapiens q̃ dormit vñ habens habitum per ſeipſum operatur niſi occupatio vel infirmitas, aut voluntas ĩpedierint: ſꝫ ſi non impedit⁹ non poſſit conſiderare credendũ eſt habere habitũ cõtrariũ vel ignorantiã nunc applicat ad ꝓpoſitũ graue in potentia eẽntiali eſt qđ non dũ recepit formaꝫ grauis ſꝫ recipiet illã vt aer cũ fact⁹ fuerit aqua. Aliud eſt graue in potentia accidentali et eſt qđ nõ dũ deſcẽdit ꝓpter aliquod ĩpedimẽtũ: quare infert phs ꝙ grauia: aut leuia in aĩata mouentur a gñante de per ſe: ſꝫ de ꝑ accñs a remouẽte ꝓhibens. q2 q̃madmodũ pila mouetur a pariete qñ reſilit de per accñs ⁊ a ꝓĵciente de per ſe ſic oĩa grauia a generante mouentur de per ſe et a remouente prohibens de per accñs a ſe vere dicit ꝙ non mouentur ſed mere paſſiue ſe hñt quare infertur omne quod mouetur ab alio moueri.

HOc aũt dupliciter. aut enĩ non ꝑꝑ ſeipm eſt mouẽs, ſꝫ ꝑꝑ alterũ qđ mouet mouens: aut ꝑꝑ ipm. Et hoc aut mouens ex ſe primũ poſt vltimũ: aut per plura media: vt baculus mouet lapidẽ: et mouetur a manu mota ab hoĩe: hic aũt nõ ampli⁹ eo ꝙ ab alio moueatur. Utraqꝫ igitur mouere dicim⁹: et primũ et vltimũ mouentiũ: ſꝫ magis primũ: illđ enĩ mouet vltimũ: ſꝫ nõ hoc primũ Et ſine q̃dẽ prĩo vltimũ nõ mouebit, illđ aũt ſi nõ hoc vt bacul⁹ nõ mouebit niſi moueatur ab homine. ¶ Si ergo neceſſe eſt oẽ qđ mouetur ab aliquo moueri: ⁊ aut ab eo qđ mouetur: aut ab alio aut non. Et ſi q̃dẽ ab alio quod mouetur: neceſſe aliquid eẽ mouẽs qđ nõ ab alio primũ. Si aũt huiuſmodi primũ: non neceſſe eſt eſſe alterũ. Impoſſe enĩ eſt in infinitũ abire mouens: ⁊ qđ mouetur ab alio ipm. Infinitorũ. n. non eſt aliquid primũ. Si ergo omne quod mouetur: ab aliquo mouetur primũ aũt mouens mouetur quidẽ, non ab alio aũt: neceſſe eſt ipſum a ſeipſo moueri. Ampli⁹ aũt et ſic ipſam hanc eandẽ rationẽ eſt aggredi. Oẽ enĩ mouẽs aliq̃d quidẽ mouet et aliquo. Aut enĩ ſeipſo mouens mouet: aut alio, vt hõ ipſe: aut baculo: aut vent⁹ proiecit aut ipſe: aut lapis quem mouit. Impoſſe aũt eſt T.cõ.34

mouere ſine non ipſo mouente et agente id quo mo-
uet. Sed et ſi quidē ipm̄ ſeipſo mouet: non neceſſe ē
aliud eē quo mouet. ſi vero ſit alterū id quo mouet: ē
aliq̄d quod mouebit non quodā alio ſed ſeipſo. aut
in infinitū abibit: ſi ergo qḋ mouetur aliq̄d mouet ne
ceſſe eſt ſtare et non in infinitū ire. ſi eñ baculꝰ mo-
uet corꝑ mouet a manu: et manꝰ mouet baculū. ſi aūt
et hanc aliud mouet: et hanc alterū aliqḋ mouēs. Cū
itaq̄ʒ aliquo moueat ſemp alterū. neceſſe eſt priꝰ ipm̄
ſeipſum mouens. Si igit mouet quidē hoc: non aliō
aūt mouens ipm̄. neceſſe ipm̄ ſeipm̄ mouere. Quare
et ſm̄ hanc rationē qḋ mouet aut mox ab ipſo mouē
te mouebit, aut venit aliq̄ñ in hmōi. Ad dicta aūt et
ſic itēdētibꝰ ꝯtigēt eadē hec. Si eñ ab eo qḋ mouet
mouet oē qḋ mouet aut hoc rebꝰ exiſtit ſm̄ accn̄s, vt
moueat q̄dē qḋ mouet: nō tñ ꝑp id ꝙ mouet ipm̄: aut
nō ſed ꝑ ſe. Primū quidē igit ſi ſm̄ accn̄s nō neceſ-
ſe eſt moueri qḋ mouet. Si aūt hoc ē manifeſtū ꝙ cō
tingit aliq̄ñ moueri nihil eorū que ſunt. Non eñ ne-
ceſſariū eſt accn̄s: ſʒ cōtingit non eē. Si ergo pona
mꝰ poſſe eſſe: nullū ipoſſe accidit falſum aūt fortaſſis
Motū aūt ipoſſe eſt non neceſſe. Oſtenſum eñ priꝰ
T.cō.37. eſt hoc: qm̄ neceſſe eſt motū ſemp eē. ¶ Et rōnabilr
hoc accidit. Tria eñ neceſſe eē: qḋ mouet et mouēs:
et qḋ mouet. Qḋ quidē igit mouet: neceſſe quidem
moueri: mouere aūt non neceſſe eſt: ſʒ quo mouet: et
mouere: et moueri. Cōmunicat eñ ſil hoc et ſm̄ idē
exn̄s ei qḋ mouet. Manifeſtū aūt eſt in mouentibus
ſm̄ locū. Tāgere eñ neceſſe adinuicē ſic vſq̄ʒ ad ali-
quid. Mouēs aūt ſic: vt ſit: non quo mouet imobile:
Qm̄ aūt videmꝰ vltimū qḋ moueri quidē pōt: motꝰ
aut principiū non hʒ: et mouet quidē: ab alio aūt: ſed
non a ſeipſo. rōnabile eſt vt non neceſſariū dicamꝰ: ⁊
tertiū eē qḋ mouet q̄dē cū ſit imobile. Vñ Anaxago-
ras dicit recte intellectū ipaſſibilē inquiens ⁊ imixtū
eſſe: qm̄ quidē motꝰ principiū facit eē: ſic. n. vtiq̄ʒ ſolū
T.cō.38 mouebit: cū ſit imobilis: et ipabit: cū ſit imixtꝰ. ¶ At
vero ſi non ſm̄ accn̄s ſʒ ex neceſſitate mouet mouēs:
niſi aūt moueat non vtiq̄ʒ mouet: neceſſe ē mouēs ſit
mouet: aut moueri ſic vt ſm̄ eādē ſpēm motꝰ: aut ſm̄
alterā. Dico aūt q2 aut calefaciens et ipm̄ calefieri:
et ſanās ſanari: et ferens ferri: aut ſanās ferri: ferēs
aūt augeri. Sʒ manifeſtū qm̄ ipoſſe. Opʒ eñ vſq̄ʒ ad
indiuidua diuidentē dicere: vt ſi aliquis docet geo-
metrizare: hoc doceri geometrizare: idē: aut ſi pro
ꝑiciat proꝑici ſecundum eundem modum proiectio-
nis: aut ſic quidem non: ſed aliud ex alio genere: vt
quod fert augeri: hoc autē augens alterari ab alio:
hoc aūt alterans ſm̄ quendā moueri motuum. Sed
neceſſe eſt ſtare. Finiti eñ ſunt motꝰ. Iterū aūt refle
ctere ⁊ alterans dicere ferri: idē facere eſt: ⁊ ſi mox
dicat ferens ferri: et docens doceri. Manifeſtū eñ
qḋ mouet et a ſupiꝰ mouente qḋ mouet oē: et magis
a priori mouentiū. At vero hoc ipoſſe eſt. Docens eñ
accidit adiſcere: quorū hoc quidē hēre: illō aūt non
habere ſcientiā neceſſariū ē. Ampliꝰ aūt his magis
irrationabile qm̄ accidit eē oē motiuū mobile: ſi qui
dē ab eo qḋ mouet: mouet oē qḋ mouet. Erit. n. mobi
le ſicut aliquis dicat: qm̄ ſanatiuū et ſanans ſanabile
erit. et edificatiuū edificabile: aut mox aut per pl'a
Dico aūt ſic: ſi mobile quidē ab alio ē oē motiuū: ſʒ nō
ſm̄ eūdē motū mobile quo mouet primū: ſʒ ſm̄ alterꝫ
vt ſanatiuū diſciplinatiuū: ſʒ hoc aſcēdēs ꝑueniet ali
q̄ñ ad eādē ſpēm: ſicut diximus priꝰ. Hoc quidē igit
horꝫ impoſſe: aliud aūt figmentū ē. Incōueniēs. n. eſt
T.cō.39. alteratiuū ex neceſſitate eē augmentabile. ¶ Nō er



go neceſſe ē ſemp moueri qḋ mouet ab alio, ⁊ ab hoc
qḋ mouet: ſtabit ergo. Quare aut a quieſcēte moue T.c.40.
bit qḋ mouetur primū aut ipm̄ ſeipm̄ mouebit. Atue
ro ſi opʒ ꝯſiderare: vtrū cauſa motꝰ ſit et principiū
ipm̄ ſeipm̄ mouēs: aut ꝙ ab alio: illud oīs vtiq̄ʒ ponet
Ipm̄. n. q̄dē qḋ ꝑ ſe eſt cauſa: ſemp prior eſt eo qḋ ſm̄
alterꝫ: ⁊ qḋ ipiꝰ eſt. ¶ Quare hoc cōſiderandū ē acci
pientibꝰ aliud principiū: ſi aliquid mouet ipm̄ ſeipm̄
quō mouet: ⁊ ſm̄ quem motū.

PRobat ph̄s ꝙ neceſſe eſt deue
nire ad aliqḋ primū mouens imobile: et ꝑ
huiꝰ declaratione dicit, ꝙ eſt aliqḋ mouens
qḋ mouet aliqḋ mobile ꝑ vnū mediū q̄ñq̄ʒ vero ꝑ plu
ra media: et huiꝰ rei dat exm̄ dicēs. hō quidē mouet
brachiū. brachiū vō mouet manū: et manꝰ mouet ba
culū baculꝰ vero mouet lapidē. Ecce quō ē aliqḋ mo
uens qḋ mouet per plura media aliqḋ vō qḋ mouet
ſine pluribus medijs ſʒ dūtaxat vno. Dicit ph̄s ē ꝙ i
iſtis mouentibꝰ illud qḋ prīo mouet magis dr̄ influe
re in effectu quā eandē ſniaʒ poſuit Proculꝰ in li. de
cauſis dicens. cauſa pria plus influit in effectū qḋ nō
intelligat plus. i. efficatius et vigoroſiꝰ et intelligat
plus. i. gn̄aliꝰ. Nā vt dixi in. 2. phi. ſm̄ connatū vel cō
curſum agentis pticularis cōnatur ⁊ cōcurrit agēs
vl'ale. ¶ Poſtea vō ph̄s tex. c. 34. dicit ſi oē qḋ mouet
ab alio mouet et mouet ab alio l' illō mouet vel nō, ſi
non, ergo datur mouēs imobile. ſi vō mouetur, g̊ ab
alio, erit ergo ꝓceſſus in infinitū. ¶ Poſtea vō ph̄s
tex. cō. 35. dicit eandē rōnē velle aggredi arguēdo
per deſcenſum ſicut antea argumētabatur per deſcē
ſum dicēs id qḋ mouet vel mouet ſeipō vel alio iſtr̄o
ſi dicatur ꝙ ſemp mouet alio inſtr̄o erit ꝓceſſus in infi
nitū. ſi vero dicatur ꝙ mouet ſine alio inſtrumēto vel
illud mouetur ab alio vel nō: Si dicatur ꝙ nō g̊ dat
aliqḋ mouens imobile vel idē mouet ſeipō qḋ erit ſʒ
platonis. Dicit aūt ph̄s tex. cō. 36. ꝙ mouēs moueri
ſtat dupl'r ꝑ ſe ⁊ ꝑ accn̄s. ꝑ accn̄s quidē nō ex neceſſi
tate ineſt: ergo poterit nō ineē. ſit ergo ita ꝙ mouēs
nō moueat ⁊ ſequit ꝙ oīno nō erit motꝰ qḋ ē ipoſſe: q2
diximꝰ motū eē ꝑpetuū et inceſſabile, ¶ Poſtea vero
ph̄s alia ꝓbabili rōne tex. com. 37. dicit ꝙ moueri ⁊
mouere impertinenter ſe hn̄t: Nā ꝯtingit aliquid mo-
uere et nō moueri, vt lapis baculo ꝓiectꝰ, et aliquid
mouere et moueri vt baculus, ergo ēt ꝯtingit moue-
re ſeparari a moueri. Idē ꝓbat ph̄s teſtimonio Ana
xagore qui ponebat intellectū quēdā imixtū imoꝉeʒ
et ſeparantē oīa. ¶ Poſtea vero ph̄s tex. cō. 38. dicit
ꝙ ſi de ꝑ ſe et de neceſſitate qḋ mouet mouet: aut mo
uet ſm̄ eandeʒ ſpēm motꝰ, aut ſm̄ alterā, ſi ſm̄ eandē
ferens feret calefaciēs calefiet ſanās ſanabit q̄ ſunt
impoſſia: ſi vero dicat ꝙ ſm̄ aliā ſpēm motꝰ arguit ſic
ph̄s, ſpēs motꝰ ſunt finite: ergo q̄ñ veniemꝰ ad vltra
illud erit mouens imoꝉe: ſi vero dicatis ꝙ fiet iterum
reciprocatio et redibimus ad ſpēs priſtinas: idē icō
ueniēs ſequit: ſ. docens doceri, et ſeq̄lla pʒ: q2 ſi pmū
fert motu locali, et vltra ēt eodē motu locali cū pmū
plus influat in effectū docēs adiſceret: ¶ Poſtea vō
ph̄s tex, cō, 39, dicit ꝙ de neceſſitate ꝑp hec deueniē
dū ē ad hoc qḋ det aliqḋ mouens ſeipm̄: imo cōcedet
ꝙ edificans edificabit: et ſanās mox ſanabit,

NEceſſe igit oē qḋ mouet eſſe di
uiſibile in ſemp diuiſibilia, Hoc enī oſtēſum ē
prius in vniuerſalibꝰ de natura: quod omne
qḋ ꝑ ſe mouet: cōtinuū ē. Impoſſibile ē, igit ipm̄ mo
uens ſeipm̄ penitꝰ mouere ipm̄ ſeipm̄. Totū. n. fertur

vtiq̧:ꝛ feret ſm eādē loci mutationē vnū cū ſit: ꝛ idi
uiduū.ſpecie:et alter abit. Quare docebit vtiq̧ et
docebitur ſimul et ſanabit ꝛ ſanabitur ſcōm eādem
ſanitatē Amplius determinatū eſt qꝛ mouet mobile
Hoc aūt eſt qō potentia mouet non actu. Qō aūt eſt
potentia:vadit in actū. Eſt aūt motus actus mobilis
imperfect⁹:mouens aūt iam actu eſt:vt calefacit ca
lidū,et oīno generat habens ſpeciē. Quare ſit idem
et ſcōm idē calidum erit et nō calidū. Similr aūt et
aliorū vnūquodq̧ quorūcunq̧ mouēns neceſſe ē ha
bere vniuocū. Hoc quidē igr mouet:illud aūt moue
T.c.41. tur ipm ſeipm mouens. Qō aūt non cōtingat ipſum
ſeipm mouere ſic:vt vtrunq̧ ab vtroq̧ moueat: ex
his manifeſtū ē. Neq̧.n. erit primū mouens nullū ſi
vtrūq̧:vtrunq̧ mouebit. Qō.n.pri⁹ magis ē cauſa
mouendi q̄ ſeqns:et mouebit magis. Dupliciter eñ
mouere erat:aliud quidē qō ab alio mouet ipſ aliud
aūt ex ſeipſo. Proxim⁹ aūt ē qō longi⁹ ē ab eo qō mo
uet principio q̄ mediū. Amplius nō neceſſe ē moue
ns moueri niſi a ſeipſo ſcōm accidens. Ergo contra
mouet alterū:accipiebā igr contingere nō mouere.
Ergo erit aliud quidē qō mouet: aliud aūt mouens
imobile. Ampli⁹ nō neceſſe ē mouens cū mouet con
tra moueri:ſ aut imobile mouere neceſſe:aut ipm a
ſeipſo moueri:ſiquidē neceſſe eſt ſemp motū eē. Am
pli⁹ ſi mouet motū:et mouebit vtiq̧ Quare cale fa
ciens calefit. At vo neq̧ primū ipſ ſeipſ mouēs:neq̧
T.cō.42 vna pars:neq̧ plures mouebunt ipm ſeipſum vnum
quodq̧. Totū.n.ſi mouet ipm a ſeipſo:aut ab aliquo
que ſunt ipſi⁹ mouebit:aut totū a toto:ſi quidē igr in
mouēdo aliq̄ partē ipm a ſeipſo. Hoc vtiq̧ erit pri
mū ipm ſeipm meuens:ſeparatū quidē.n. hoc quidē
mouebit ipm ſeipſ. Totū at nō iā. ſi at totū a toto mo
uet ſm accñs vtiq̧ mouebūt hec ipa ſeipa. Quare ſi
non ſunt neceſſaria:accipiant nō mota ſeipis. Toti⁹
igit aliud mouebit cū imobile ſit:aliud at mouebit:
ſolū eni ſic poſſe ē adhuc ipm mobile eē. Ampli⁹ ſiqdē
tota ipſa ſeipſaꝫ mouet hoc quidē mouebit ipſi⁹: illō
at mouebit. Ergo a b a ſeipſa qdē mouebit ꝛ ab a.

PRobat Ariſto. q̄ impoſſe ē ali
quid mouere ſeipm ꝛ dicit q̄ preſupponēdū
ē id qō dictū ē in libris vlīb⁹.i.in libris ante
riorib⁹ phy. quos vocat vlīa ī reſpectu octaui q̄ iā dſ
cendit ad pticularia ꝛ pſupponit, q̄ oē qō mouet eſt
ꝯtinuū ꝛ dicit mō, q̄ idē moueret ſeipm ſm eandem
ſpēm mot⁹ imo ſm eūdē motū nūero dꝫ mouere ꝛ mo
ueri qre mouēs mouebit ꝛ docēs addiſcet ꝛ ſanās ſa
nabit. Preterea dicit:ſequit aliqd hrē aliqd in actu
ꝛ nō hrē illō ſeqlla pbat, qꝛ mouet vt eſt in actu ꝛ mo
uet vt ē i potētia, g hꝫ aliqd ꝛ nō hꝫ illud. ¶ Deinde
tex.c. 30. pbat q̄ impoſſe ē vtrūq̧ ab vtroq̧ moueri
qꝛ ſequit ibi nullū eē primū mouēs:qꝛ nō ē potior rō
q̄ vnū q̄ aliud ꝛ ſic ſequit q̄ remoto prīo mouēte re
moueant et alia vt videre eſt in oīb⁹ motis et mouen
tib⁹. Itē facit aliā rōnē:qꝛ ſi mouēs mouetur ſm ac
cidēs cōtingeret non mouere ꝛ ſic aliqñ ceſſaret oīs
mot⁹ idipm pbat qō hoc ſit falſum:qꝛ ſeqretur, q̄ ne
ceſſe eēt q̄ vel mouens ſit impoſſe:vel ipm moueatur
a ſeipo ꝛ ita cōtingeret non moueri. Silr ſequitur
q̄ calefaciēs calefiat qō eſt falſuꝫ. Itē dicit q̄ totū
nō mouere ſeipm ad iſtū ſenſum q̄ ps moueat ſeipam
aut plures ptes moueāt ſeipas.i. pbat, q̄ ps nō moue
at ſeipam:qꝛ ē p accñs ꝛ ita aliqñ ceſſaret mot⁹ vltra
dicit q̄ nihil mouet ſeipm niſi p hoc q̄ vna ps moueat
ꝛ alia moueatur:vt pꝫ de aīa ꝛ corpore.



QUoniā aūt mouet aliud q̄ T.cō.43
dē qō mouet ab alio: aliud aūt cū ſit
imobile:et mouet aliud quidē mouēs
aliud aūt nihil mouens: ipm ſeipſum
mouens neceſſe ē ex imobili eē mouē
ti aūt: et adhuc ex eo qō mouet non
mouente aūt ex neceſſitate:ſꝫ qualiter euēit. Sit.n.
a mouens quidē imobile b aūt qō mouetur ab.a. et
mouens qō eſt in quo c. Hoc aūt motū quidē a b nō
mouens aūt nullū. Si quidē eñ et per plura media
venit aliquādo in c ſit per vnū ſolum. Oē g a b c ipſ
ſeipſum mouet:ſꝫ ſi aufero c ab a b ipm ſeipſum mo
uebit a quidē eſt mouens b vero qō mouet c autē nō
mouebit ipm ſeipſum: neq̧ penitus mouebit. At vo
neq̧ b c mouebit ipſa ſeipſam ſine a b eñ mouet i eo
qō mouetur ab alio:non qꝛ a ſuīpſi⁹ parte aliqua a b
igr ſolū ipm ſeipſum mouet. Neceſſe itaq̧ ipm ſeipm
mouens habere mouens imobile et qō mouet:nihil
aūt mouēs ex neceſſitate. Cōtacta aūt vtraq̧ ab inui
cē:aut ab altero alterū. Si qdē igit ꝯtinuū ē mouēs.
Qō.n.mouet:ꝯtinuū neceſſariū ē eē. Manifeſtū eſt
q̄ totū ipm ſeipſ mouet:nō eo q̄ ipi⁹ aliqd hmōi ſit:vt
ipm ſeipm moueat:ſed totū mouet ipm ſeipm. Motū
aūt ꝛ mouēs eo q̄ ipius aliqd ē mouēs. ꝛ aliqd motū.
Nō.n.totū mouet:neq̧ totū mouet:ſ mouet qdē.a b
aūt moet tātū. Sed.c.ab ipo.b.nō iā ipoſſe.n. ¶ Du
bitationē at hꝫ ſi auferat aliqd qs ab ipo.a.ſi ꝯtinuuꝫ T.c.44.
mouēs quidē;imobile at;ab ipo b.qd mouetur. Re
liqua vo ipi⁹.a.mouebit. Reliq aūt ipi⁹.b.mouebit.
Si n.hoc:non vtiq̧ erit q̄ prīo mouetur ſeipa q̄ ē a.b
Remota eni ab.a.b.adhuc mouebit ſeipaꝫ reliq a.b
Aut potentia qdē nihil phibet vtrūq̧:aut alterū qō
mouet diuiſibile eē:actu at indiuiſibile. ſi at diuidat
nō adhuc eē hñs eandē potētiā. Quare nihil phibet
et indiuiſibilib⁹ potētia pmū eē vnū. Manifeſtū igr
ex his ē qm̄ eſt primū mouēs imobile. ſiue.n.mox ſtet
qō mouet ab aliquo aūt motū ad imobile primū: ſiue
in quo mouet quidē:ipm at ſeipm mouēs ꝛ ſtās: vtro
biq̧ accidit primū mouens i oīb⁹ eē motis imobile.

OBIcit phs poſtq̄ ꝺclaratū eſt q̄
illud qō mouet diuidit i duas ptes quarū vna
ſit p ſe mouens, et alia ſit p ſe mota et dixit,
q̄ p accñs ꝯtigit p ſe mote qō moueat ita p accñs cō
tingit p ſe mouēri qō moueat,et ſtatim dicit q̄ in mo
uente ſeipm p ſe pmo nō dꝫ dari tertia pꝑreter illas
duas quarū vna ſit p ſe mouens et alia p ſe mota,qꝛ ſi
preter illas daret alia q̄ moueret a media nō eēt mo
uens ſeipm p ſe prīo iō infert, q̄ de neceſſitate debēt
dari in eo qō mouet a ſeipo p ſe prīo mouēs qō nō mo
uet et motū qō non mouet,ꝛ dicit, q̄ he due ptes:aut
debent ſe ꝯtangere.i.debent eē ꝯtinue,aut ſaltē alte
ra dꝫ ꝯtingere alterā vt ſi mouēs ſit idiuiſibile qō mo
uet aūt corporale. Poſtea phs oñdit, q̄ mouere aut
moueri a ſeipo p ſe prīo nō ꝯuenit toti rōne ſuimet:ſꝫ
rōne ſuarū ptiū. ¶ Poſtea vo tex.cō.44.mouet vnā
dubitationē pbans, q̄ nihil moueat a ſeipo p ſe prīo
dicēs,ſumant ille due ptes a..q̄ ē mouens imobilis,ꝛ
b.q̄ ē mota nō mouens et petit ſi.a.et.b.ſunt diuiſibi
lia diuidantur in duas ptes.ſ.e.et.d.et certū ē, q̄ au
ferendo.e.et.d.adhuc reliqua mouebit ſeipm,et ſic
a.b.non mouebit ſeipm p ſe prīo. Dubitationē ſoluit
phs dicens, q̄.a.b.ſunt diuiſibiles i potētia,indiuiſi
biles tñ in actu,et ſic ſi diuidat nō hēbit eandē potē
tiā.i.amittet forma et ita cogitat illa eē tanq̄ indiui
ſibilia. Infert phs ꝯclōnē pncipalr intētā., q̄ neceſſe
eſt venire ad qdā mouēs imobile ſiue teneam⁹ i mo

uātib⁹ et motis dari ſtatū ſiue nō teneam⁹ hoc, ſ3 ꝙ ali
quid mouet ſeip̄m ꝑ ſe prīo. nā venim⁹ ad ꝑtē mouen
tem immobilem.

T.c.45. Quoniā aūt oportet ſemp
motū eſſe et nō deficere: neceſſariū ē
aliquid eē qḋ primū mouet. Siue er
go vnū ſit: ſiue plura: et primū mouēs
imobile ē. ¶ Unūquodq3 qdē igr̄ per
T.c.46. petuū eē imobiliū mouentiū quidē ni
hil pertinet ad eā q̄ nūc rationē. Quōn aūt neceſſariū
eſt eē aliqd imobile quidē ip̄3 ab oī exteri⁹ mutatio
ne et ſimplr̄ ſm̄ accidens: motiuū āt alterius manife
ſtū ē cōſiderātib⁹. Sit āt ſi aliquis velit in qbuſdā cō
tingens eē: vt et ſit aliquādo et nō ſit ſine generatio
ne et corruptione. Fortaſſis eñ neceſſariū ē: ſi aliqḋ
īpartibile aliqn̄do quidē ē aliqn̄do aūt non: ſine mu
tatione aliqn̄do qdē eē: aliquando quidē nō eē. Et p̄n
cipioꝝ imobiliū quidē: motiuoꝝ āt qdā aliqn̄do qdē
eē: aliqn̄do aūt non eē contingat et hoc. S3 nequaꝙ
oīa poſſibile eſt. Manifeſtū eſt. n. ꝙ cauſa qdā ipſa
ſeipſa mouentib⁹ ineſt: ipſi⁹ qḋ eſt aliquando quide3
eē: aliqn̄do aūt non eē. Ip̄3 quidē cū ſeipſum mouēs
neceſſe eſt oē magnitudinē habere: ſi nihil mouet im
partibile. Mouens āt neq3 vna neceſſitas ē ex dictis
Ipſius igr̄ qḋ eſt alia quidē fieri: alia ꝟo corrūpi: et
hoc continue: nulla cauſa ē imobiliū quidē: nō ſemp
aūt entiū: neq3 ipſoꝝ quidē ſemp hec mouētiū. Hoꝝ
aūt altera. Ipſi⁹. n. ſemp et cōtinui neq3 vnūquodq3
ipſoꝝ cauſa: neq3 oīa. Hec. n. quidē ſic ſe habere ſem
per et ex neceſſitate ē: oīa aūt infinita et non ſunt ſil̄
T.c.47. oīa entia. ¶ Manifeſtū igr̄ ē ꝙ ꝙuis milies princi
pia qdā imobiliū quidē: mouentiū aūt: et multa ipſa
ſeipſa mouentiū corrūpant: alia ꝟo fiant: et hoc qdē
imobile ſit: aliud ꝟo mouet: alterū aūt hoc. S3 nihilo
min⁹ eſt aliqd qḋ continet: et hoc extra vnūquodq3
qḋ eſt cā ei⁹ qḋ eſt alia eē: alia ꝟo non et cōtinue mu
tationis: et hoc quidē his. hec aūt aliꝭ cauſa motus
ſunt. ¶ Si quidē igr̄ ꝑpetu⁹ mot⁹ eſt ꝑpetuū erit ⁊
T.c.48. mouēs p̄mū ſi vnū: ſi ꝟo plura: plura et ꝑpetua. Unū
aute3 magis ꝙ multa et finita ꝙ infinita oportet ex
iſtimare. Eiſde3 aūt accidentib⁹ ſemp finita magis
accipiendū. In his. n. que ſunt natura: oportet finitū
et melius: ſi cōtingat eē magis. Sufficiens aūt ſi vnū
qḋ primū imobiliū ꝑpetuū cū ſit: erit principiū aliꝭ
mot⁹. ¶ Manifeſtū igr̄ ex his eſt ꝙ neceſſe eſt eē ali
T.c.49. quid vnū et ꝑpetuū primū mouens. Oſtenſum ē eñ
qm̄ neceſſe ē ſemp motū eē: et continuū eē. Et nāq3 qḋ
ſemp cōtinuū. Qḋ āt ꝯſeqn̄ter non ē cōtinuū. At ꝟo
ſi cōtinu⁹: vn⁹ eſt. Un⁹ aūt ſi ab vno mouente: et vn⁹
qḋ mouet. Si. n. quoddā aliud ⁊ aliud mouebit: nō
cōtinuus totus mot⁹: ſ3 cōſequenter Igr̄ ex his ſciet
vtiq3 aliqs eē aliqḋ primū mouens imobile.

Uult oſtendere phs ꝙ p̄mū mouēs
ē incorruptibile ꝑpetuū ⁊ imobile. Et hoc di
cit phs ſiue plā ſint talia ſiue nō nolo diſcute
re mō. nā dicebāt multi oēs aīas fore icorruptibiles
q2 erāt mouētia ꝑ ſe prīo Deinde phs vult ꝓbare ali
quid eſſe imobile. i. qḋ nō moueat nec de ꝑ ſe nec de
ꝑ accn̄s ab aliquo extra ſe. bñ eni pōt moueri a ſeip̄o
vt videre ē de aīa tpe quo appetit vel intelligit. poſſ3
āt aliquis dicere, ꝙ aliq̄ principia imobilia qn̄q3 ge
nerant ⁊ qn̄q3 corrūpunt, vt p3 de pūct⁊ q̄ ſunt imobi
lia, ſaltē de ꝑ ſe, et tñ qn̄q3 gn̄ant et qn̄q3 corrūpunt.
Dicit phs ꝙ ꝙuis hoc ſit veꝝ d aliqb⁹ principiꝭ imo
bilib⁹ nō tñ de oīb⁹, qḋ ita deducit phs dicēs, ſi ita ē,
ꝙ principia imoƀia qn̄q3 generant ⁊ qn̄q3 corrūpunt
et iſta gn̄atio et corruptio ē ꝑpetua iceſſabilis neceſ
ſe eſt illi⁹ ꝑpetuitatis dare aliquā cām ⁊ nō aliqḋ de
illis principiꝭs: q2 nō durāt ꝑpetuo: ergo aliqḋ extra
totū gn̄abile et corruptibile d3 eē illud imoƀe. Dicit
p̄terea phs ꝙ tale meli⁹ d3 eē vnu3 ꝙ multa: q2 ſi vnū
ſufficit ad cōſeruādā et regendā iſtā ꝑpetuitatem: ḡ
non requiruntur plura.

Et iteꝝ ꝯſiderās principia T.cō.50
mouētiū. Eſſe quidē igr̄ qdā coꝝ q̄ ſūt
q̄ aliqn̄ quidē mouent aliqn̄ āt quieſcūt
manifeſtū ē Et ꝑꝑ hoc manifeſtū ē, qm̄
neq3 oīa mouent. neq3 oīa quieſcūt. ne
q3 alia ſemp mouent et alia ſemp qui
eſcunt. Que nāq3 ſunt vtrobiq3 et potentiā ſunt ha
bentia hmōi qḋ eſt aliquando quidē moueri: aliqn̄do
vero quieſcere. Demonſtrat de his. Qm̄ aūt hmōi
manifeſta ſunt: volum⁹ aūt demoſtrare et duoꝝ vtrā
que nā3: qm̄ ſunt alia quidē ſemp imobilia: alia aūt q̄
ſemp mouent. Procedentes āt in hoc et ꝓponentes
oē qḋ mouet ab aliquo moueri: et hoc eē aut imobile
aut qḋ mouet: et qḋ mouet aut a ſeipſo: aut ab alio
ſemp deueniem⁹ in hoc accipere: qm̄ coꝝ q̄ mouent:
eſt p̄ncipiū qḋ mouet quidē qḋ ip̄3 ſeip̄3 mouet. Oīū
aūt imobile. Uidem⁹. n. et manifeſte eē hui⁹ que mo
uent ipſa ſeipſa: vt animatoꝝ et animaliū gen⁹. Hec
aūt ⁊ opinionē obtulerūt: ne forte cōtingat motū fie
ri: cū non ſit oīno: ꝑpter id qḋ in his videm⁹ hoc con
tingere. Immobilia. n. cū ſint aliquando mouent ite
ru3 ſicut videt. ¶ Hoc aūt oportet accipere qm̄ ſm̄ T.cō.51.
vnū motū ipſo mouent: et qḋ ſm̄ hunc non ꝓprie. Nō
eñ ex ſeipſo eſt cā: ſ3 inſunt aliꝭ mot⁹ nā et aīalib⁹: ſ3
quos nō mouent ꝑ ſeipſa: vt augmentū et decremen
tū et reſpiratio: quib⁹ mouet aīaliū vnūquodq3 qui
eſcens. Cū non mouet a ſeipſo motū. Hoꝝ aūt cauſa
continens et multa itrantiū: vt quorūdā alimentū dū
coquit: quidē. n. dormiūt: diſgregato āt ſurgūt ⁊ mo
uent ſeipſa cū primū principiū ex ſit. Un̄ nō ſemp mo
uent continue a ſeipſis. Aliud. n. eſt mouens ip̄m: qḋ
mouet: et mutans ad vnūquodq3 mouentiū ſeipſum.
In omnib⁹ aūt his mouet primū mouens: et ē cauſa
ip̄3 ſeip̄3 mouendi a ſeipſo ſm̄ accidens tātū. Mutat
eñ locū corp⁹. Quare et qḋ in corpe exiſtens: et ne
ceſſario mouens ſeip̄3. ¶ Ex quib⁹ eſt ſcire: q2 ſi aliqd T.cō.52
eſt imobiliū quidē: mouentiū āt et ipſoꝝ que ſm̄ acci
dens mouent: ipoſſibile eſt cōtinuū motum mouere.
Quare ſi neceſſe ē quidē cōtinue eē motū eē oportet
aliquid primū mouens imobile et nō ſ3 accidens: ſi
debet ſicut dixim⁹ in his que ſunt eē inceſſabiles q̄
dā et imortalis mot⁹: ⁊ manere ens in ſeipſo ipſi: et
in eodē principio. n. manente neceſſe et oē manere:
qḋ cōtinuū ē ad principiū. Nō ē āt idē moueri ſ3 ac
cidens a ſeipſo et ab altero. Ab altero quidē. n. inē
et coꝝ que ſunt in celo quibuſdā principiꝭs quecūq3
ſ3 plures ferunt mot⁹: alterū aūt corruptibilib⁹ ſolū
¶ At ꝟo ſi aliquod ē ſemp hmōi mouens quidē: imo
bile āt ip̄3 ⁊ ꝑpetuū neceſſe ē primū qḋ mouet ab hoc T.cō.53
ꝑpetū eē. Hoc aūt ē manifeſtū qdē: ex eo ꝙ nō eſt po
ſſibile aliter gn̄tionē ⁊ corruptionē ⁊ mutationē aliꝭ
niſi aliqd moueat qḋ moueat. imobile qdē. n. eunde3
ſꝑ mouebit eodem mō ⁊ vnū motū: velut nihil ip̄3 mu
tans ad id qḋ mouet. Qḋ āt mouet ab eo qḋ mouet
qdē: moto āt ab imobili: iā ꝑꝑ id qḋ alr̄ ⁊ alr̄ ſe h3 ad
res: nō eiuſdē mot⁹ erit cā: ſ3 ꝑꝑ id qḋ i ꝯtrꝭs loc⁊ aut
ſpēb⁹ ſūt ꝯrie exhibebit motū vnūqḋq3 alioꝝ: ⁊ aliqn̄
qdē qeſcēs aliqn̄ āt motū. Manifeſtū igr̄ factū ē ex
dict⁊ ⁊ qḋ ſm̄ p̄ncipia dubitauim⁹ Cur igr̄ nō oīa aut
qeſcūt aut mouent aut alia ſꝑ qdē mouent: alia ꝟo ſꝑ

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

q̇eſcūt:ſʒ q̄dā aliq̄n quidē:aliq̄n nō:hui⁹.n.cā manife
ſta nūc ē:qm̄ alia quideʒ ab imobili mouent̄ ꝑpetuo
vn̄ ſꝑ mutant̄.alia vͦo ab eo qͦ mouet̄ ⁊ mutato.q̄re ⁊
hoc neceſſariū ē mutari.imoꝛ̄e āt ſic̄ dictū ē ſic ſimpl̄r
⁊ ſil̄r ⁊ i eodē ꝑmanēs vnū ⁊ ſimplicē mouebit motū.

Poſtꝙ Ariſt. ꝓbauit ꝑmū moto
rē ē̄ imobilē ex ꝑpetuitate ḡnonis ⁊ corru
ptiōis ꝓbat nūc,ꝙ ſit imobilis ex principiis
mouentib⁹ reſumēs ꝙ non ē ꝓbabilis poſitio q̄ dicit
oīa moueri nec illa q̄ dicit oīa quieſcere,ſʒ ſolū illa q̄
dicit q̄dā moueri et q̄dā quieſcere:nūc g̊ ph̄s dicit ꝙ
i mouētib⁹ veniēdū eſt ad aliqͦ imobile qͦ ſit mouēs
alia et hoc:aut mouet̄ de ꝑ accn̄s itaq̄ ſit mouēs de ꝑ
ſe et motū de ꝑ accn̄s ⁊ hoc eſt reꝑire in aīalib⁹ q̄ mo
uent̄ a ſeipſis.Nā aīal eſt mouēs imobile de per ſe:ſʒ
mouens de ꝑ accn̄s.dicit tm̄ ꝙ in iſtis:q2 mouens illͦ
imobile cōtingit moueri de ꝑ accn̄s cōtingit ēt ceſa
re a motu.dicit tm̄ ꝙ iſta aīalia reſpectu mot⁹ localis
et quietis aliq̄n h̄nt aliq̄m,aliā cām preter ſeipā vt po
te alimentū ē̄ digeſtū vel continētē aerē vel influen
tiā tiā celi et ſtatim ph̄s dicit ꝙ q2 vniuerſum perpe
tuo mouet̄ indiget motore immobili taʒ de per ſe ꝙ
de per accn̄s:q2 imobile qͦ mouet̄ de per accn̄s pōt
ceſſare a motu.Dicit p̄terea ph̄s replicādo ꝯ ꝓponē
aſſertā ꝙ oīs motor imobilis de ꝑ ſe ⁊ mobilis de per
accn̄s pōt ceſare a motu,cōtra:motores orbiū iſerio
rū mouent̄ de ꝑ accn̄s et tm̄ nunꝙ ceſſant a motu ab
oriente in occn̄s et ab occidenti in oriēs ꝙ aūt mo
ueant̄ de ꝑ accn̄s pʒ q2 ſunt in illo qͦ mouet̄ ab alio.
Dicit ad hoc ph̄s ꝙ aliud eſt de motorib⁹ q̄ nō depē
dent a corꝑe et aliud de aīs q̄ dependēt et conectunt̄
corꝑi ⁊ ita mouent̄ de ꝑ accn̄s ad motū corꝑis.¶ Di
cit pterea ph̄s ꝙ opʒ p̄imū motū ē̄ ꝑpetuū.t.co.53.
p̄io q2 ē a motore imōli q̄ nec mouet̄ de ꝑ ſe nec de ꝑ
accn̄s,dicit ēt ꝙ opoʒ iſtuʒ primū motū ē̄ perꝑetuū
q2 ſi iſte mutationes iſtorū iferiorū depēderēt a ſolo
p̄io motore oportet illas eſſe iuuariabiles:ſʒ q2 de
pendēt a p̄io motu q̄ ſemper ē ali⁹ ēt in iſtis inferio
rib⁹ cāt̄ multe diuerſitates:ex quo pʒ cā q̄re aliqua
ſꝑ mouentur nec ceſſent a motu:q2 mouent̄ a motore
imobili q̄ nunꝙ mouet̄,nec de ꝑ ſe,nec de per accn̄s
aliq̄ vͦo mouent̄ a motore imobili q̄ mouet̄ de per ac
cidens.et ita ceſſant a motu.

At vero aliud facientib⁹ ꝑn
T.c.54. cipiū magis erit de his manifeſtū.Cō
ſiderandū.n.ē vtrū aliquē motū ꝯtin
git eſſe cōtinuū,aut non,et ſi cōtingit
quis hic et quis prim⁹ ē motuū.Ma
nifeſtū āt ꝙ ſi quidē neceſſariū ē ſemꝑ
motū ē̄.Prim⁹ āt hic et ꝯtinu⁹,q2 primū mouēs mo
uet ip̄m motū,neceſſariū ē vnū ⁊ eūdē eſſe ⁊ ꝯtinuū ⁊
primū.¶ Trib⁹ aūt exn̄tib⁹ alio quideʒ ſm̄ magnitu
T.c.55. dineʒ,et alio ſm̄ paſſioneʒ,⁊ quoddā ſm̄ locū,quem
vocam⁹ loci mutationē:hūc neceſſariū ē ꝑmū ē̄,ipoſ̄e
n.ē augm̄tū ē̄ alteratiōe nō p̄exn̄te.Qͦ.n.augmētat̄
eſt q̄dē tanꝙ ſil̄i augm̄tet̄:ē āt tanꝙ diſſil̄i.ꝯriu.n.ali
mētū dr̄ ꝯrio,adhi̇cit āt oē factū ſil̄e ſil̄i.Neceſſe ē igr̄
alterōnē i ꝯria ē̄ mutationē.At vero ſi alterabit̄ in
digebit eſſe alterans ⁊ agēs ex potētia calido actu
calidū.Manifeſtū igr̄,ꝙ mouēs nō ſil̄r ſe hʒ,ſʒ aliq̄n
quidē ꝓpri⁹,aliq̄n aūt lōgi⁹ ei qͦ alterat̄.Hec aūt
ſine loci mutatione nō cōtingit ē̄.ſi g̊ neceſſe ē ſemꝑ
motū ē̄:neceſſe ē ⁊ loci mutationē ſemꝑ ē̄ ꝑmā mo
tuū.Et i loci mutationē ſi ē,alia quidem p̄ia,alia vͦo
poſterior prima.Ampli⁹ āt oīm paſſionū principium
denſitas ⁊ raritas.Et graue nāq̄ et leue:et molle et
durū:et calidū et frigidū denſitates videnꝭ ē̄ et ra
ritates q̄dā.Denſitas aūt et raritas cōgregatio ⁊ diſ
gregatio ſunt ſm̄ q̄s ḡnatio et corruptio dr̄ ſubſtan
tiaꝝ.Que aūt ꝯgregant̄ et diſgregant̄:neceſſe ē ſm̄
locū mutari.At vero ſm̄ ei⁹ qͦ augmētat̄ et decremē
tū patiētis mutat̄ ſm̄ locū magnitudo.¶ Ampli⁹ et T.c.56.
hinc ꝯſiderātib⁹ erit manifeſtū ꝙ loci mutatio p̄ia.
Primū eīm ſicut ⁊ i aliis:ſic ⁊ in motu dicet̄ vtiq̄ pri
mū multifarie.Dicit̄ aūt pri⁹:quo nō exn̄te nō erunt
alia;illͦ vͦo ſine reliq̄s.Et qͦ ſm̄ ſubſtantiā:et qͦ tꝑe
Quare qm̄ motū q̄dē neceſſe ē ē̄ cōtinue:erit vtiq̄
ꝯtinue:aut qui ꝯtinu⁹:aut qui ꝯn̄ter.magis aūt q̄ cō
tinu⁹ ⁊ digni⁹ ē continuū ꝙ ꝯn̄ter ē̄.digni⁹ aūt ſem
per accipim⁹ in nā ē̄:ſi poſ̄e eſt.poſ̄e aūt ē ꝯtinuū ē̄
mōſtrabit̄ aūt poſteri⁹.Nūc aūt hoc ſupponat̄:⁊ hūc
neq̄ vnū aliͦ poſ̄e eſt ē̄:ſʒ aut loci mutationē.Neceſ
ſe ē igr̄ loci mutationē ē̄ primā.neq̄ vna .n. neceſſi
tas ē:neq̄ augmētari:neq̄ alterari quod fert̄:nam
neq̄ fieri autem corrumpi.Horum autem neq̄ vnū
cōtingit:niſi cōtinu⁹ ſit queʒ mouet primū mouens.
¶ Ad huc tꝑe ꝑor eſt perpetuū.n.ꝯtigit ſolū mouere T.c.57.
ſm̄ hūc.ſʒ i vno q̄dem aliquo h̄ntiū ḡnationē loci mu
tationē neceſſe eſt poſtremā motuū eſſe.poſt .n. ip̄m
fieri alterō ⁊ augm̄tatū.ſʒ loci mutatio iā ꝑfectoꝝ mo
t⁹ ē.ſʒ alteꝝ neceſſe motū eſſe ſm̄ loci mutationē pri⁹
qͦ ⁊ ḡnatiōis cā erit his:q̄ fiūt nō factū:vt ḡnans ei⁹
qͦ ḡnat̄.qm̄ vr̄ vtiq̄ ḡnatio ē̄ p̄ia motuū:ꝑꝑ id qͦ
fieri oʒ rē ꝑmū:hoc i vno q̄dē qͦlʒ eoꝝ q̄ ſunt ſic ſe hʒ
ſʒ alteꝝ neceſſe ē pri⁹ aliq̄d moueri his q̄ fiūt cū ⁊ ipʒ
nō factū:⁊ iſto alteꝝ pri⁹.qm̄ igr̄ ḡnationē ipoſ̄e ē ē̄
primā:oīa.n.cēn̄t q̄ mouent̄ corruptibilia.manifeſtū
eſt ꝙ neq̄ ꝯn̄tiū motuū neq̄ vn⁹ ꝑor ē.Dico āt ꝯn̄tes
augmentū poſtea alterōnē ⁊ decremētū ⁊ corruptio
nē.oēs.n.poſteriores ḡnone ſunt.q̄re ſi nō ē ḡnatio ꝑ
or loci mutatiōe neq̄ aliaꝝ:neq̄ vna permutationū.
¶ Omino aūt vr̄ ꝙ ſit iꝑfectū ad p̄icipiū i ens:q̄re T.cō.58
qͦ ḡnatiōe poſteri⁹:nā pri⁹ ē.vltimū āt loci mutatio
oīb⁹ ieſt q̄ ſunt i ḡnatiōe.vn̄ alia oīo imoꝛ̄ia ſunt viuē
tiū ꝓpt̄ idigētiā organi:vt plāte ⁊ multa ḡna aīaliū
ꝑfectis aūt ieſt.q̄re ſi magis ieſt loci mutatio magis
ꝯp̄hendentib⁹ nām ⁊ mot⁹ hic prim⁹ alioꝝ vtiq̄ erit
ſʒ ſubā.ꝓpt̄ hoc.¶ Et q̄ nequaꝙ ſubam mutat qͦ mo T.cō.59
uet̄ motu i eo qͦ fert̄.ſm̄.n.hūc ſolū nihil mutat̄ ieſſe
ſic̄ ei⁹ qͦ alterat̄ q̄le ei⁹ āt qͦ auget̄ ⁊ decremētū pa
tiētis q̄tū.Marie āt manifeſtū,q2 mouēs ip̄m ſeip̄m
marie mouet hunc ꝓprie:q2 ſʒ locuʒ ⁊ ēt dicim⁹ hic
ē̄ eoꝝ q̄ mouent̄ ⁊ mouentiuʒ ꝑncipiuʒ ⁊ ꝑmuʒ i his q̄
mouent̄ ipʒ ſeipʒ mouens.¶ Quod q̄dē igr̄ loci mu T.cō.68
tatio prima ſit manifeſtum eſt ex his.

Oſtendit ph̄s ꝙ primū mouēs ē
imobile ⁊ prim⁹ mot⁹ eſt ꝑpetu⁹.Hic incipit
oñdere q̄s ſit prim⁹ motus ⁊ q̄le ſit primū mo
uēs,⁊ ſtatiʒ oñdit ad declarādū ſi ē aliquis mot⁹ ꝑpe
tu⁹,ꝙ nō ē ali⁹ ille mot⁹ ꝯtinuus ⁊ ſempitern⁹ ꝙ ille q̄
ē ꝑm⁹ qui regulariſſim⁹ ⁊ vniformiſſim⁹ eſt:q2 ē a mo
uenti imobili.Poſtea vͦo ph̄s tex.cō.55.ꝓbat ꝙ mo
t⁹ localis ſit ꝑor oīb⁹ aliis motib⁹:q2 inq̄t mot⁹ augmē
tationis ꝑſupponit igreſſuʒ alimēti qui igreſſus fit ꝑ
motū localē:ſil̄r hec augmētatio fit ꝑ nutritionē,⁊ nu
tritio ē ꝯuerſio alimēti ſm̄ qͦ ē potētia aīatū i corp⁹
actu aīatū:⁊ hoc fit ꝑ alterationē:q2 fit trāſit⁹ͦ diſſil̄i
ad ſil̄e q̄ ē ꝑ alterōnē ſil̄r ſi fit hec alterō cū antea nō
fieret neceſſe eſt,ꝙ fieret applicatio alterāt⁊ ad alte
rabile q̄ fit ꝑ motū localē.Preterea dicit ph̄s ꝙ oīuʒ
alterationū corꝑaliū principiū eſt raritas et dēſitas
ideſt oē qͦ corꝑaliter alterat̄ eſt graue et leue ꝑ mo
le et durū ꝑ calidū et frigidū dēſari vel rarefieri vr̄

q̄ denſitas et raritas cōgregatione et diſgregatiōe fiūt:cōgregatio aūt et diſgregatio per motū localē fiūt:ğ oēs alterōes p̄ſupponūt motū localē. ¶Poſt. phs tex.cō.56.dicit ꝙ aliqd oē pri⁹ ſtat tripharíam tpe et dignitate et perfectione. dicit ğ phs ꝙ mot⁹ localis eſt prior oīb⁹ aliȷ̄s tpe et dignitate et pfectione et dicit ꝙ neceſſe eſt motū ſemp eē vno mō ſicut cōtinu⁹. alio mō ſicut qd̄ eſt ɔ̄ſir ⁊ dicit ꝙ digni⁹ ē in nā accipiendū ſꝫ meli⁹ eſt eē cōtinuū ꝙ ɔ̄nter ſe hn̄tē cetera aūt non ſunt cōtinua niſi mot⁹ localis ergo ſol⁹ mot⁹ localis eſt continu⁹ et ppetu⁹: q̄re ſequit̄ motū localē p̄cedere alios tpe q̄dē:qꝛ ppetu⁹ et ceteri nō ſunt ppetui. ſꝫ Ariſt. obiȷ̄cit ɔ̄ ſe arguens hoc mō prior videt̄ gn̄atio tpe oīb⁹ aliȷ̄s. Nā pri⁹ aīal gn̄at̄ poſtea augmentat̄ et creſcit et poſtea mouet̄ motu locali:ergo gn̄atio eſt prior tpe aliȷ̄s dicit ad hoc phs ꝙ verū ē ſm indiuidnū ſec⁹ aūt ſm gen⁹ dat̄ bona analogia act⁹ a toto gn̄e eſt prior potentia et tn̄ iſte act⁹ eſt poſterior iſta potētia ſic etiā gn̄atio in indiuiduo eſt prior ꝙ mot⁹ localis:ſꝫ a toto gn̄e eſt poſterior motu locali et adducit bonā rōnē phs dicens ꝙ ſi gn̄atio cēt prior aliȷ̄s motib⁹:ſequeret̄ ꝙ oīa q̄ mouētur cēnt gn̄abilia et ita oīa q̄ mouent̄ cēnt corruptibilia, tenet ɔ̄ña:qꝛ oē gn̄abile ē corruptibile et econuerſo. ¶Preterea phs tex.cō.58.dicit ꝙ motus localis eſt prior pfectione:qꝛ eſt poſterior gn̄atione ⁊ priora pfectione ſunt poſteriora gn̄atione. Scd̄a rōne pbat illud qꝛ non mutat ſubam ſicut aliȷ̄ mot⁹. Nā alteratio mutat ſubſtātiā ſaltē quo ad q̄le augmentatio quo ad q̄ntū. ¶Poſt. phs tex.cō.60. pbat ꝙ motus localis ſit prim⁹ ex pte mobilis. dicens ꝙ queadmodū mouēs ſeipſum mouet ſm motū localē:ita motus localis eſt prior oīb⁹ aliȷ̄s.

T.cō.61.

Uel aūt loci mutatio prīa ſit:nunc monſtrandū eſt. Sꝫ aūt et ꝙ nunc et pri⁹ poſitū eſt:ꝙ cōtingit quedā motū cōtinuū eē et ppetuū:manifeſtū erit eadē methodo.

T.cō.62.

Quot q̄dē igit̄ aliorū motuū cōtinuū neqꝫ vnum contingit eē:ex his manifeſtū eſt. Oēs enī ex oppoſitis in contraria ſunt mot⁹ et mutationes:vt gn̄ationi q̄dē et corruptioni ens et nō ens trī ſunt. Alteratiōi cōtrarie paſſiones: augmēto et decremēto:aut magnitudo, aut paruitas: aut perfectio magnitudinis: aut ipfectio. Contrariȷ̄ aūt ſunt:qui ſunt in contraria Qd̄ aūt nō ſemp mouet̄ ſm hunc motū exiſtens pri⁹, neceſſe ē pri⁹ q̄ſcere. Manifeſtū igit̄ q̄ꝫ q̄ſceti ī cōtrario mutans. Silr aūt et in mutationib⁹. Opponunt̄ enī gn̄atio et corruptio ſimplr, et ſinglaris ſingulari. Quare ſi ipoſſe eſt ſimul mutari oppoſitas nō erit continua mutatio:ſꝫ mediū erit iporū tp̄s. Nihil enī differt:cōtrarias aut non cōtrarias eē ſm cōtradictionē mutatiōes:ſi ſolū ipoſſe ſit eidē ſil ineē. Hoc enī rōni nihil vtile eſt. Neqꝫ ſi non neceſſe eſt quieſcere in contradictiōe:neqꝫ eſt mutatio quieti cōtrariū Non enī fortaſſis quieſcit. qd̄ non eſt. Corruptio autē in nō ens. Sꝫ ſi ſolum mediū ſit tp̄s ſic enī nō erit mutatio continua. Neqꝫ enī in priorib⁹ motib⁹ cōtrarietas vtile fuit:ſꝫ non contingere ſil eſſe. Non opꝫ autē turbari. qd̄ idē plib⁹ erit cōtrariū: vt mot⁹ et ſtatui et motui q̄ eſt in contrariū:ſꝫ hoc ſolū ē accipe qd̄ opinat̄ quodāmō et motui ⁊ quieti mot⁹ cōtrarius;ſicut eq̄le et menſurabile excellenti et ei qd̄ excellit. et qd̄ nō ɔtingit ſil oppoſitos:nec mot⁹ neqꝫ mutatiōes eē. Ampli⁹ ī gn̄atione et corruptiōe et penit⁹ incōueniens eē videbit̄:ſi factū mox neceſſe eſt corrūpi;⁊ nul



lo tpe permanere. Quare ex his vtiqꝫ fides aliȷ̄s fiet phyſicū enī eſt qd̄ ſilr ſe hꝫ in oīb⁹.

PRobat phs ꝙ null⁹ ali⁹ motus poſſit eſſe continu⁹ et ppetu⁹ niſi mot⁹ localis q̄ dict⁹ eſt prim⁹ eſt;qꝛ reliq̄ mot⁹ ſunt inter contrarios trōs et iō neceſſe eſt ꝙ q̄n aliquis trāſierit de vno motu in aliū ante q̄ſcat:ergo nō erit cōtinu⁹ et ppetu⁹:et ita erit inter vnū ⁊ aliud medium tp̄s et ſilr ē inter gn̄ationē et corruptionē differt enī nihil mutationes tendere p contradictionē vel p cōtrarietatē. Poſtea phs dicit ꝙ in ipa contradictione que eſt priuatio non ē quies:ſꝫ poti⁹ ad hoc ꝙ motus non continuet̄ ſatis eſt ꝙ inter vnū et aliud ſit tp̄s mediū et ſi aliq̄s dicat:ſequit̄ pla vni cōtrariari vtpote q̄etē motui ⁊ motū motui. Dicēs ꝙ nō ē icōueniēs q̄n vnū poſitiuū alteꝝ priuatiuū opponit̄, dat bonā cōparationem de eq̄li qd̄ opponit̄ ⁊ cedenti et illi quod deficit. Statim vero phs pbat ꝙ ipoſſe ē mot⁹ cōtrarios continuari:qꝛ gn̄atio corruptioni non pōt cōtinuari qꝛ impoſſibile eſt ꝙ generatur mox corrumpi et nullo tempore permanere.

Uoniā aūt ɔtingit eſſe motū infinitū vnū et ɔtinuū:et hic circularis:nunc dicem⁹. T.c.64. Oē q̄dē.n. mouet̄ qd̄ fert̄ aut circulr:aut ſm rectitudinē:aut mixtim. Quare ſi neqꝫ illorū alter ɔtinu⁹ ē:neqꝫ ex vtriſqꝫ poſſe eſt ɔtinuū eē. Qd̄ āt qd̄ fert̄ ſm rectū et finitū: nō ferat̄ ɔtinue:manifeſtū ē. Reflectit̄ enī. Reflexū āt ſm rectū p ɔtrarios mouet̄ mot⁹. Cōtrari⁹.n. ſm locū ē q̄ ē ſurſum:ei qui ē deorſū:et qui ē an̄:ei qui ē retro:et q̄ ē ad ſiniſtrū:ei qui ē ad dextrū. Loci.n. ɔtrarietates he ſunt. Quis āt ē vn⁹ et ɔtinu⁹ mot⁹:pri⁹ diffinitū ē qꝛ qui ē vni⁹:⁊ in vno tpe:⁊ indifferēti ſm ſpēꝫ. Tria.n. erant. Qd̄ mouet;vt hō aut de⁹:et q̄n:vt tp̄s:et tertiū in quo. Hoc āt ē loc⁹:aut paſſio:aut ſpēs:aut magnitudo. Cōtraria.n. differūt ſpē:et nō vnū ſunt: loci āt dicte dr̄ie. ſignū āt ꝙ mot⁹ ɔtrari⁹ ē:qui ē ab.a.ad b. ei qui ē ab ipo b.ad.a. et qꝛ ſtāt et repauſant ad inuicē:ſi ſil fiant. Et ī circulo ſilr:vt q̄ ē ab a in b ei q̄ eſt ab a in c. Siſtūt.n. et ſi ɔtinui ſint. et ſi nō fiat reflexio pp id qd̄ ɔtraria ſeſe corrūpūt et phibēt ad inuicē:ſꝫ non qui ē in latus:ei qui ſurſum. ¶Maxime āt manifeſtū ꝙ ipoſſe eſt ɔtinuū eē q̄ eſt ī rectitudīe motū: T.cō.65 qꝛ reflexū neceſſe ē ſtare nō ſolū ī recta:ſꝫ et ſi ſm circulū ferat̄. Non enī idē eſt circulo ferri ⁊ circulū. Eſt enī aliq̄n q̄dē continuū qd̄ mouet̄. Aliq̄n aūt in idem veniens vnde motū eſt reflecti iteꝝ qd̄ aūt neceſſe eſt ſtare:fides eſt non ſolū in ſenſu:ſꝫ in rōne. Principiū aūt hoc eſt. Trib⁹ enī exn̄tib⁹ principio medio ⁊ fine mediū ad vtrūqꝫ ē et vnū numero:rōne aūt duo. Ampli⁹ aliud eſt qd̄ eſt potētia:et qd̄ eſt actu. Quare rectitudiuis q̄ infra ſunt trōrū qdlꝫ ſignū potentia q̄dē eſt mediū. Actu aūt non eſt:niſi diuidat hanc: et ſtās iterū incepit moueri. Sic āt mediū principiū fit ⁊ finis:principiū q̄dē poſterioris. finis aūt pricipȷ̄. Dico aūt vt ſi fert̄.a. ſtet in.b. et iterū ferat̄ in.c. Cū aūt cōtinue ferat̄ neqꝫ factū eē, neqꝫ ab eē poſſibile ē.a ⁊ b. ſignū:ſꝫ ſolū eſſe ī ipo nunc in tpe aūt nullo p̄ter cuius ipm nūc eſt diuiſio in toto.a.b.c. Si aūt adeſſe cōcedat aliq̄s ⁊ ab eē ſemp ſtabit a. qd̄ fert̄. Impoſſe.n. ē a. ſil adeē ī.b. et abeſſe:in alio ğ et alio ſigno tpis ē. Tp̄s itaqꝫ erit qd̄ ī medio. Quare q̄ſcet a. in.b. Similr aūt et in aliȷ̄s ſignis. Eadē enī rō in oīb⁹. Cū aūt vtat̄ a qd̄ fert̄ ipo.b medio ⁊ p̄ncipio fine neceſſe ē ſtare. pp id qd̄ duo facit ſic̄ vtiqꝫ ſi ⁊ ītelliget. ſꝫ ab a q̄dē

ſigno abfuit ꝓncipio in.c.aūt affuit.cū ꝑficiat ⁊ ſtet.
PRobat phs ꝙ hic motus cōti-
nuꝰ et perpetuꝰ debꝫ eē circularis: qꝛ iſte nō
pōt eē rectus tm̄ nec mixtus ex recto et circu
lari ergo dꝫ eē circularis p̄io ꝓbat,ꝙ non poſſit eſſe
rectꝰ cōtinuꝰ et ꝑpetuꝰ:qꝛ ex hoc patebit ꝙ nec mix
tus erit cōtinuꝰ et ꝑpetuus: qꝛ deficiente vna ꝑte a
perpetuitate deficit totū a ꝑpetuitate: ſꝫ rectꝰ ē vna
pars motus mixti ex recto et circulari:ḡ ille non po
terit eē continuꝰ et ꝑpetuꝰ cū vna pars non poſſit illi
eē ꝑpetua. Probemus aūt mō ꝙ rectꝰ non poſſit eſſe
perpetuꝰ:qꝛ vel eēt ꝑ lineā finitā:vel infinitā nō ꝑꝫ:qꝛ
infinitū non ē dabile.3.phiſi.nec primū: qꝛ ſi aliquis
tranſeūdo lineā finitā tranſeat tꝑe īfinito hoc ē cōtra
phꝫ.6.phiſi.dicentē ꝙ ſpaciū finitū non pōt ꝑtranſiri
in tꝑe infinito ḡ tale ſpaciū ſi dꝫ ꝑtranſiri tꝑe infinito
maxime eēt per reiterationē:ſꝫ tunc nō erit cōtinuꝰ
qꝛ contrarij motus non pñt continuari ḡ ſequiť,ꝙ nō
pōt eſſe aliꝰ motꝰ a motu circulari cōtinuꝰ ⁊ ꝑpetuꝰ.
¶ Poſtea vō phs ponit ſecundā rationē ad oſtendē-
dum ꝙ īpoſſibile eſt motū reflexū continuari ſiue ſit
per lineā rectā ſiue ꝑ medietatē circuli nāqꝫ quomō
cunqꝫ fiat neceſſe ē eſſe quietē īrtermediā nāqꝫ a b tro
ab eē et ad idꝫ accedere īpoſſibile ē ſimul et ſemel.
VNde ⁊ ad dubitationē hoc
T.cō.66 dicendū:habet.n.dubitationē hanc.
Si eñ ſit quod ē e ei qō eſt.ʒ equale:
et a ferať continue ab extremo ad c.
Siľ aūt ſit a in b ſigno: et d ferať con
tinue a ʒ extremo ad i regulariter:et
velocitate ſimili ipſi a ipm d ante veniet in i ꝙ̄ a in. c
Priꝰ.n.mouens et dicendens primū venire neceſſe
eſt. Nō ḡ ſimul affuit a in b et abfuit ab eodē. Vnde
poſteriꝰ. Si.n.ſiľ:nō poſteriꝰ ē ſꝫ neceſſitas erit ſtare
Non ḡ ponendū eſt cū a affuit ſcōm b ipſum d moue-
ri a ʒ vltimo. Si.n.affuit a in b erit et ab eē et non ſiľ
ſꝫ erat in deciſione tꝑoris:et non in tꝑe. Hoc quidem
igr̄ eſt īpoſſibile ſic dicere et in continuo. Sꝫ in refle
ctenti neceſſe eſt ſic dicere. Si eñ qō eſt.i.feranť ad
ipſum d et,iterū reflectens deorſum ferať vltimo. d.
et fine vteť et principio vno ſigno vt duobꝰ. Vñ ſtare
T.cō.67 neceſſe eſt. Neqꝫ ſiľ affuit in ipſo d et abijt ab ipſo.d.
ibi.n.ſiľ eſſet. et non eſſe in eodē nunc. At vero olim
ſolutio non danda eſt:non eñ cōtingit dicere ꝙ ꝑꝫ ipꝫ.
d. ſit ipſum i in deciſione:non affuit aūt.neqꝫ defuit.
Neceſſe eñ ē in finem venire qui actu eſt non potētia
qō quidē igr̄ ē in medio:potentia ē. Hoc aūt actu:⁊
finis quidē deorſum principiū aūt ſurſum: et motuū
ergo ſimiliter. Neceſſe ē ḡ ſtare reflectens in recto.
Non ergo contingit continuum motū in recto et per
petuum eſſe. Eodem aūt modo obuiādū eſt ad inter-
rogantes zenonis rationē:et volentes ſi ſemꝑ mediū
trāſiri oportet. Hec aūt infinita ſunt:infinita aūt trā
ſire īpoſſibile eſt. Aut ſicut ipſam hanc eadē quidam
rationem aliter interrogant: volentes ſiľ cū mouere
medietatē priꝰ numerare ꝑm vnūquodqꝫ factum me
diū. Quare ab eunte totā infinitū accidit numerare
T.cō.68 numerū. Hoc aūt cōfitenť impoſſibile eſſe. ¶ In pri-
mis igr̄ rationibꝰ de motu ſoluimꝰ per id ꝙ tempus
infinita hꝫ in ſeipſo. Nō eñ inconueniens eſt:ſi in infini
to tꝑe infinitum tranſit aliquis. Siľr aūt īfinitū vtriqꝫ
in longitudine eſt ⁊ tꝑe. ¶ Sꝫ hec ſolutio ad īterro
gantem quidē ſe hꝫ ſufficienter. Interogabat eñ ſi ī
finito tꝑe infinitum tranſire atqꝫ numerare cōtingit
ad rem aūt et ad veritatē non ſufficienter. Si.n. ali
quis dimittens magnitudinē et interogaberit ſi īfini
to tꝑe contingit infinita tranſire. interroget in ipſo
tꝑe eadem;habet.n.tempus infinitas diuiſiones:nec
ad huc ſufficiens hec ſolutio. Sed veꝝ dōm eſt quod
quidē diximus in rationibus. Si eñ aliquis cōtinuū
quidē diuiſerit in duo media:hic vno ſigno tanquam
duobꝰ vtitur. Facit.n.ipſum principium et finē. Sic
aūt facit numerans et in media diuidēs:ſic aūt diui
dente non erit continua:neqꝫ linea:neqꝫ motus. Con
tinuꝰ.n.motus continui eſt. In cōtinuo aūt ſunt infini
ta media:ſꝫ non actu:ſꝫ potētia. Si vō facit actu:nō
faciet continuū:ſꝫ ſtabit. Qō quidē in nūerante me-
dia manifeſtū eſt:qꝛ accidit. Vnū.n.ſignū neceſſe eſt
ipſum numerare duo. Alteriꝰ quidē.n.medij finis: al
terius aūt principiū erit.ſi non vnū numeret cōtinuū
ſꝫ duas medietates. Quare dicendū ē ad interro-
gantē:ſi contingit infinita tranſire:aut in tꝑe: aut in
longitudine.quia eſt quidē ſic. Eſt aūt non ſic. Actu
eñ cū ſint:non contingit:potentia aūt contingit. Qō
enim continue mouet ꝑm accidens:infinita tranſiuit.
Simplr̄ aūt non. Accidit aūt linee infinita media eē
Subſtantia aūt altera eſt et eſſe. ¶ Manifeſtū aūt: T.cō.69
et quia niſi aliquis faciat tēporis diuidens ſignū priꝰ
et poſterius ſemꝑ poſterioris rei:erit ſiľ idē ens ⁊ nō
ens:et quando fuit non eſt. Signū quidē igr̄ vtriſqꝫ
cōmune eſt et priori et poſteriori et vnū et idem nu-
mero:ratione aūt non idem eſt.huius quidē.n.finis
eſt:illiꝰ aūt principiū. Res aūt ſemper poſterioris
paſſionis eſt. Sit tꝑs in quo eſt.a.c.b.res in quo.d.
Hoc in a quidem tempore album. In b autem non
album. In c ḡ album et non albū in quolibꝫ.n.ipſius:
a,veꝝ eſt dicere album:ſi oī tꝑe hoc erat album et b.
nō albū c aūt in vtriſqꝫ. Non ḡ dandū eſt in oī.ſꝫ pre-
ter vltimū nunc in quo eſt.c. Hoc aūt iam poſtremū ⁊
ſi fiebat albū,et ſi corrūpebatur albū in a oī factū eſt
⁊ corruptū eſt in.c. Quare albū aut non albū primū
in illo verū eſt dicere: aut cū eſt factū:non erit: aut
cū corruptū eſt:erit:aut ſiľ albū: et non album: oīno
eſſe et non eē neceſſe eſt. Si aūt quodcūqꝫ fuerit prius
non ens neceſſe eſt fieri ens:et cum fit:non eſt non poſ
ſibile eſt in atoma tēpora diuidi tꝑs. Si enim in.a.
tꝑe d fiebat albū;factum eſt aūt ſiľ et eſt in altero in-
diuiduo tꝑe:habito aūt in b ſi in a fiebat:non erat,in
b.autem:generationē oportet eſſe quandam mediā
Quare et tꝑs erat in quo fiebat. Non.n.eadem erat
ratio ⁊ non athoma diuidentibꝰ:ſꝫ ipiꝰ tꝑis in quo fie
bat factū eſt:et eſt in vltimo ſigno:cuius nihil eſt ha-
bitum:neqꝫ conſequenter:ſꝫ indiuiſibilia tꝑa conſe-
quenter ſunt. Manifeſtū aūt eſt:qꝛ ſi in a toto tꝑe fie
bet:nō ē plꝰ tꝑs in quo factū ē.⁊ fiebat ꝙ̄ ī quo fiebat
ſoluꝫ oī. Quibꝰ quidē igr̄ aliquis tāꝙ̄ ꝓprijs credet
rationibꝰ:he et hmōi quedam ſunt.
DIcit phs in p̄ſentiarū tex.com.
66.ꝙ motꝰ reflexꝰ non eſt continuꝰ et ad il-
lud ſoluit quandā dubitationē qua dicit ꝙ ſi
ſint duo mobilia eq̄ velocia.a.et .d.mota ꝑ ſpacia eq̄
magna:ſꝫ ponamꝰ moueri a.a.b.vſqꝫ in.ʒ.ꝑ mediū
qō eſt.b.ſed.d.moueať a.ʒ.in.i.citiꝰ vr̄ moueri.a.in
i.ipm.d.ꝙ̄.a.b.in.c.ipm.a.qꝛ in.b.adeſt et abſt.ipm
a.ergo per tꝑs morať in.b.et in.ʒ.non morať ipm.d.
qꝛ tm̄ adeſt:ergo citiꝰ trāſit.d.a.ʒ.in.i.ꝙ̄ a.a.b.ī.ʒ.⁊
ſtatim Ariſto.dicit ꝙ aliō eſt cogitare de puncto me
dio et aliud eſt cogitare de puncto ſeꝑato nanqꝫ pū
ctū mediū non eſt ſeparatū in actu ſecꝰ aūt in poten-
tia:ſꝫ qū pūctū eſt extremale ē q̄dē ſeparatū in actu.

Poſtea vero phs ponit obiectionem Zenonis dicen
tis ꝙ impoſſe eſt eē motū, quia eſſet tranſire infinita
in tpe finito dicit phs ꝙ alij faciebāt obiectionem ꝙ
oporteret dinumerare oēs medietates ante quā to-
tū tranſiret qḋ ē impoſſe intellectui finito i tpe finito
¶ Dicit preterea phs tex. cō. 68. ꝙ aliqui reſpōdēt
ad hoc ꝙ nō ē incōueniens trāſire infinita qñ trāſeū-
tur in tpe infinito eo mō quo magnitudo ē infinita. ſꝫ
hoc dicit phs nil valet q2 hoc eodē mō q̄ret q̄uo i tpe
finito ſunt infinita. Ideo dicit phs ꝙ ptranſiri infini-
ta qñ ſunt in potentia in tpe finito non eſt incōueniēs
Poſtea vero phn tex. cō. 69. dicit ꝙ alicui videbit
difficultas bona cumˢ aliquid mutat de nō eē ad eſſe
vt de nō eſſe ignis ad eſſe ignis, qḋ eſt cū aer mutat
in ignē tūc in fine eſſet ignis et nō eſſet ignis. Nā nō
eſt potior rō ꝙ ſit ignis ꝙ̄ non ignis: ¶ Dicit phs ꝙ
inſtans tranſmutatiōis attribuit poſteriori paſſioni
i. forme generande. Que oīa ego late declaraui in
nr̄is exponibilibꝰ in materia de Incipit et deſinit: ⁊
in primo phyſicorum.

T. cō. 10 RAtionabiliter aūt et ex his intē
dentibus videbit alicui ⁊ idē hoc accidere
Omē enī qḋ mouet ꝯtinue, ſi a nullo ꝓhibea
tur, in qḋ quidē venit ſm loci mutationē, i hoc et fe-
rebat prius, vt ſi in. b. venit. et ferebat in. b. ⁊ non cū
ꝓximū erat: ſed mox ſicut incepit moueri. Quid enī
magis nunc ꝙ̄ priꝰ. Silr̄ aūt ⁊ in alijs. Qḋ aūt ab. a
fert in. c. iterū veniet in. a. ꝯtinue motū. Cū ergo ab a
in. c. ferebat tūc ⁊ in. a. fert ſm motū qui ē. a. c et ecō
uerſo, q̄re ſilr̄ ꝯtrarijs. Cōtrarij enī q ſm rectitudinē.
Simul aūt et ex hoc mutat in quo nō ē. Si igit hoc
T. cō. 11. impoſſe: neceſſe eſt ſtare in. c. nō ergo vnꝰ motꝰ. Re-
ditus enī ſtatui non eſt vnꝰ. ¶ Ampliꝰ et ex his mani
feſtū vniuerſalr̄ magis de oī motu: Si enī oē qḋ mo-
uet, mouet aliquo dictorū motuū: et quieſcit aliqua di
ctarū oppoſitarū quietū: non erat. n. aliꝰ p̄ter iſtos: qḋ
aūt non ſemꝑ mouet ſm hūc motū. Dico aūt quicūqꝫ
ſunt alteri ſpē: et non ſi aliq ps ē totiꝰ neceſſe ē q̄eſce-
re ſm oppoſitā q̄etē. Quies enī priuatio ē motꝰ. Si
igit ꝯtrarij quidē motꝰ ſunt: qui ſm rectitudinē: ſilr̄ āt
non cōtingit moueri ꝯtrarios: qḋ ab. a. ad. c. fert: nō
vtiqꝫ feret ſimul ab ipo. c. ad. a. Qm̄ aūt nō ſilr̄ fertur
mouet aūt hoc motū: neceſſe eſt priꝰ quieſcere apud
c. Hec enī oppoſita q̄es ei qui eſt. c. motui. Manife-
ſtū igit ex his q̄ dicta ſunt: qm̄ non eſt ꝯtinuꝰ motus.
T. cō. 12 ¶ Amplius aūt ⁊ hec rō magis ꝓpria eſt his q̄ dicta
ſunt. Simul enī corruptū eſt qḋ non albū: et qḋ factū
eſt albū. Si igit ꝯtinua alteratio ad albū et ex nō al
bo: et non manet aliquo tpe: ſimul corruptū ē nō albū
⁊ factū eſt non albū. Triū enī erit idē tps. Ampliꝰ nō
ſi continuū eſt tps et motꝰ: ſed ꝯñter. Quō igit erit
vltimū idē ꝯtrariorū: vt albedinis et nigredinis.

ARiſto. in p̄ñtiarū ꝓbat rōibꝰ
logicis et cōibꝰ, ꝙ motꝰ reflexꝰ nō ē ꝯtinuus
tex. cō. 10. dicens ꝙ ſi cū. a. mouet in. c. ⁊ re
gredit a. c. in. a. ſit motꝰ ꝯtinuꝰ ſequit. a. eē trm̄ a quo
⁊ ad quē ⁊ ſic recedere ſimul ab. a. ⁊ accedere ad. a.
qḋ eſt impſſe, ex quo ſequit ꝙ cū illi duo motꝰ ſint ꝯ-
trarij ſimul aliqd moueat motibꝰ ꝯtrarijs. ſ. recedē
do ab. a. ⁊ accedendo ad. a. Itē ſi mouet motu ꝯrio
ab. a. i. b. priꝰ quieuit a motu ab. a. in. b. ergo neceſſe
fuit inter motꝰ ab. a. in. b. ⁊ a. b. in. a. eſſe quietē inter
mediā in. b. Preterea ſequit inq̄t phs, ꝙ ſi motꝰ refle
xus ſit ꝯtinuꝰ, ꝙ ſilr̄ fiat nō albū ⁊ corruptū ſit nō albū
⁊ fiat albū ⁊ corruptū ſit albū q̄ ſunt ipoſſia; et hoc pꝫ

q2 ſimlr̄ recedit ab vno trm̄o et accedit ad eūdē q̄ ſunt
impoſſia. Preterea dicit phs ꝙ nō ē neceſſe motꝰ cō
tinuari ſi tps ſit vnū vtpote ſi tēdāt i diuerſos trm̄os.

QUi aūt in circulari erit vnꝰ T. c. 13.
⁊ cōtinuꝰ: nullū. n. ipoſſe cōtingit Qḋ
enī ex a mouet: ſilr̄ mouebit in a ſm eā
dē poſitionē. In qḋ. n. veniet: ⁊ mouet
i hoc: ſꝫ nō ſilr̄ mouebit cōtrarijs neqꝫ
oppoſitis. Nō. n. oīs qui ē in hoc ei q̄ ē
ex hoc cōtrariꝰ eſt neqꝫ oppoſitꝰ: ſed cōtrariꝰ in re-
cta q̄dē. Hic. n. eſt contrarius ſm locū: vt qui ſm dia
metrū. Diſtat. n. plurimū. Oppoſitus aūt qui ē ſꝫ eā
dē longitudinē. Quare nihil ꝓhibꝫ moueri cōtinue:
et nullo tpe deficere. Circularis q̄dē. n. motus eſt ab
eodē in idē. Rectus aūt ab eodē in aliud. Et qui q̄dē
in circulo: nequaꝙ̄ in eiſdem eſt. Qui vo ſm rectitu
dinē: multotiens in eiſdē eſt. Eū quidē igr̄ qui ſemꝑ
in alio ⁊ alio fit: cōtingit moueri cōtinue. Qui vo in
eiſdē multotiens non cōtingit: neceſſe ē. n. ſilr̄ moueri
contrarios. Quare neqꝫ in ſemicirculo: neqꝫ in alia
circulatiōe: neqꝫ vna cōtingit moueri cōtinue Mul
totiens. n. neceſſe eadē moueri: ⁊ contrarias muta-
tiones mutari. Nō. n copulat principio finē. Qui āt
circuli copulat: ⁊ ſolus eſt perfectꝰ. ¶ Manifeſtū āt T. c. 14.
et ex hac diuiſione: qm̄ nō contingit alios motꝰ eſſe
continuos. In oībꝰ. n. accidit eadē moueri multotiēs
vt in alteratione media: et in eo qui ē ꝯtrarietatis ſꝫ me-
diū magnitudinis et in ḡnatione et corruptōe ſimilr̄
Nihil. n. differt pauca aut multa facere: in q̄bꝰ ē mu
tatio: neqꝫ mediū ponere aliqḋ: aut auferre. Utro-
biqꝫ enī accidit eadē moueri multotiens. Manife-
ſtū igr̄ ex his: qm̄ neqꝫ phyſiologi bñ dicūt oīa ſenſibi
lia moueri ſemꝑ dicentes: moueri enī neceſſe eſt ali-
quē horū motuū: et maxime ſm illos eſt alterari. Flue
re n. dicunt et ſemꝑ corrūpi. Adhuc aūt et ḡnationē
⁊ corruptionē alterationē dicūt. Ratio aūt nūc dixit
vlr̄ de oī motu: ꝙ ſm nullū motū cōtingit moueri con
tinue extra quē circulo. Quare neqꝫ ſꝫ alterationē:
neqꝫ ſm augmentū: ꝙ quidē igit neqꝫ infinita ſit mu
tatio neqꝫ vna: neqꝫ cōtinua extra circuli motū: no
bis dicta ſint tanta. Quot āt lationū circularis pria
T. cō. 15 ſit: manifeſtū eſt. Oīs. n. ſꝫ locum motus: ſicut et pus
diximus: aut in circulo: aut in recto: aut mixtus eſt.
Hoc aūt neceſſe eſt priores eē illos. Ex illis. n. cōſtitu
tus eſt. Recto aūt circularis ſimplex. n. et perfectꝰ
magis eſt. In infinitū. n. nō eſt rectū ferri ſic. n. īfinitū
non eſt: ſꝫ neqꝫ ſi eēt: moueret vtiqꝫ nihil: non. n. fit im
poſſibile. Tranſire aūt infinitū impoſſibile eſt. infini-
to aūt recto reflectens quidē cōpoſitus eſt: et duo ſūt
motus. Nō reflexus aūt iperfectus et corruptꝰ. Priꝰ
aūt et natura et rōne et tpe eſt ꝑfectum quidē iperfe
cto. Corruptibili aūt in corruptibile. Ampliꝰ prior ē
quē cōtingit perpetuū eē non cōtingenti. Circularē
quidē igr̄ contigit perpetuū eē, aliorū aūt neqꝫ loci
mutationē: neqꝫ aliū: neqꝫ vnū cōtingit eē perpetuū
ſtatū. n. oportet fieri. Si aūt ſtatꝰ eſt: corruptus eſt
motus prior.

OStēdit phs oñſum iā ē ꝙ nullꝰ mo
tus rectus eſt perpetuꝰ oñdamus mō ꝙ mo
tꝰ circularis poſſit eē ꝯtinuꝰ ꝑpetuꝰ: q2 motꝰ
circularis nō ꝓcedit ſm oppoſita: ſꝫ ab eodē i idē ꝓpe
n. ꝯtrarietas capit ſm lineā rectā ⁊ nō ſm circularē:
Nā motꝰ circularis ab a in b: et a b in a non ꝓcedūt
ꝑ eandē viā ſed ꝑ aliā q̄re nō ſunt ꝯtraria: q2 ꝯtraria
nata ſunt fieri circa idē q̄re infert ꝙ motꝰ ab oriēte i

occidēs nō ē ꝯtrari⁹ motui ab occidēte i oriēs ꝑ viā alterā. Et ſtatī ꝺicit ph̄s tex.cō.74. ꝙ nihil differt ad motū eē ꝯtinuū ꝙ ꝓcedat ꝑ mľta media aut pauca et ꝙ ita ſint mot⁹ cōtrarij vt a calido in frigidū ꝑ tepidū et a frigido in calidū ꝑ tepidū et tales bn̄ erūt ꝯtrarij. ¶ Poſtea ph̄s ꝓbat impoſſe eē ꝙ oīa ꝯtinua moueanť motu alteratiōis: q2 impoſſe ē ꝙ mot⁹ alterationis ſit ꝯtinu⁹. ¶ Poſtea ph̄s tex.cō.75. ꝓbat ꝙ mot⁹ circularis ſit prim⁹: q2 mixt⁹ nō ē prim⁹: q2 rectus antecedit eū nec rect⁹ ē prim⁹: q2 imꝑfect⁹ cui pōt fieri additio et ſiľr, q2 circularis ē incorruptibilis et rect⁹ ꝺeficiēs et aliquando ſtans.

T.cō.75 Rationabiľr āt accidit circularē vnū eē et ꝯtinuū: et nō rectū. Ei⁹ enī q̄ i recto ꝺeterminatū eſt principiū ⁊ finis ⁊ mediū: ⁊ oīa hec h̄ȝ in ſeipō. Quare ē: vn̄ incipiet qȯ moueť et vbi finiet. Apud t̄ros.n. qeſcit oē: aut vn̄: aut vbi. Circularis aut indeterminati ſunt. Quid.n. magis q̄cū ꝙ t̄rs coꝝ qui ſunt i linea. Siľr.n. vnūqȯꝗ principiū et mediū ē et finis: vt et ſemꝑ q̄dā ſint in principio et fine et nunꝙ moueť: et quieſcit quodāmō ſphera. Eūdē.n. obtinet locū. Cauſa aūt ē: ꝙ oīa hec accidūt cētro. principiū.n. et mediū magnitudinis et finis eſt. Quare ꝑꝑ id qȯ eẋ circularē eſt nō eſt vbi qȯ fertur quieſcat. ſic.n. ſemꝑ ferť circa mediū: ſȝ nō ad vltimū ꝑpter hoc aūt manet, ſi ſemꝑ quieſcit quodāmō totū et moueť ꝯtinue. Accidit aūt ꝯuerſim: ⁊ nāꝗ q̄m mēſura motuū circulatio: primā neceſſe ē ipaꝝ eē. Oīa .n. menſuranť prio, et q2 primū menſura alioꝝ ē. Amplius aūt ⁊ regularē ꝯtingit circularē eē ſolū. Que .n. i recto a principio irregľariť feruť: ad finē. Oīa enī quanto ꝺiſtant quidē pl⁹ a q̇eſcente feruť veloci⁹. Circularis aūt ſoli⁹: neꝗ finis: neꝗ principiū in ipſo aptū natū eſt eē: ſȝ extra. ¶ Qȯ aūt ſm̄ locū mu

T.cō.77 tatio prim⁹ motuū eſt: teſtanť oēs quicūꝗ ꝺe motu fecerūt memoriā. Principia enī tradūt ipſi⁹ mouentib⁹ ſecūdū hm̄ōi motū. Diſgregatio aūt et congregatio mot⁹ ſm̄ locū ſunt. ſic enī mouent concordia et ꝺiſcordia. Hec q̄dē enī ꝺiſgregat. illa aūt cōgregat et ip̄m aūt intellectū ait Anaxa. ꝺiſgregare mouentē pri⁹. Siľr aūt et q̇cūꝗ hm̄ōi quidē neꝗ vnā cām ꝺicunt. ꝑꝑ vacuū aūt moueri ꝺicunt. Et nāꝗ hi ſm̄ locū motū nā moueri ꝺicunt. Mot⁹ enī ꝑꝑ vacuū loci mutatio eſt: et ſicut in loco alioꝝ aūt: neꝗ vnū ineſſe primis corꝑib⁹: ſȝ his q̄ ſunt ex his opinať. Augmentari.n. et corrūpi et alterari cōgregatis et ꝺiſgregatis atomis corꝑib⁹ ꝺicunt. Eodē aūt mō quicunꝗ ꝑpter ꝺenſitatē aut raritatem efficiūt g̃nationem ⁊ corruptionē. Congregatione.n. ⁊ ꝺiſgregatione hec cōponūt. Ampli⁹ aūt et p̄ter hos aīam cām faciētes mot⁹: ip̄m ſeip̄m enī mouens principiū eē ꝺicunt coꝝ que moueť. Mouebit aūt aīal et oē aīatū ſm̄ eā q̄ ē ſm̄ locū cineſim. Et ꝓprie aūt moueri ꝺicim⁹ ſolū qȯ moueť ſm̄ locū motū. Si aūt quieſcat q̇dē in ſeipſo: augmenteť aūt: aut ꝺetrimentū patiať, aut altereť: cōtingit quodāmō moueri. Simpliciter aūt moueri non ꝺicim⁹. Qȯ q̇dem igr̄ ſemꝑ mot⁹ erat et erit oī tēꝑe: ⁊ quod principiū perpetui mot⁹. Adhuc aūt quis mot⁹ prim⁹: et q̄m motū perpetuū contingit eē ſolū: et primuȝ mouens quod imobile ſit ꝺictum eſt.

Probat ph̄s ꝙ mot⁹ circularis eſt ꝯtinu⁹ ⁊ prim⁹: q2 ille nō h̄ȝ t̄ros ꝺetr̄atos ita ꝙ aliquid ſit principiū et nō finis et aliq̄d ſit finis et nō principiū: ſȝ q̄lȝ ꝑs ē finis et principiū: q2 oēs ꝑtes videnť imote ꝑꝑ equidiſtātiā a centro: g̃ mot⁹ circularis eſt ꝯtinu⁹ et prim⁹. Ponit ſcḋaȝ rōnē ꝺicens ꝙ eſt prim⁹: q2 eſt mēſura omniū alioꝝ, et mēſura eſt prior menſurato, et q2 eſt regularis et q̄ ſic ſūt regularia priora ſunt irregularib⁹. Poſtea ph̄s tex.cō.77. ꝓbat, ꝙ mot⁹ localis ſit prim⁹ teſtimonio aliorū ꝺicentiū ꝙ primordia mot⁹ fuerūt ꝺiſgregatio et congregatio: mens et intellect⁹: concordia et ꝺiſcordia vt ꝺixit Anaxa. q̄ faciunt motū localē ſiľr et q̄ ponunt motū ꝑꝑ vacuū ſicut ꝺemocrit⁹ ⁊ qui faciunt generōnē et corruptionē per ꝺenſitatē et raritatē ⁊ qui aīam ꝺicunt eē cām mot⁹ localis et vocat cineſim motum localē. Dicit p̄terea ph̄s ꝙ ea que non mouētur motu locali in ꝓprie ꝺicuntur mouere. epilogat preterea que ꝺixerat.

Quod āt hoc neceſſe ē imꝑtibile eē ⁊ nullā h̄re magnitudinē nunc ꝺicam⁹ ꝺetr̄antes ꝑmū ꝺ priorib⁹ ipo. Hoꝝ āt vnū q̄dē ē: ꝙ ipſe ē nullū finitū mouere ſm̄ īfinitū t̄ps. Tria.n. ſunt qȯ moueť, mouēs, i quo tertiū t̄ps, hec āt aut finita oīa: aut īfinita ſūt oīa, aut q̄dā, aut ꝺuo, aut vnū. Sit igiť a mouēs, qȯ āt moueť b, t̄ps infinitū in quo, c, ip̄ȝ d, igiť moueat aliquā ꝑtē ipi⁹ b, q̄ ē i quo e, non igiť in eq̄li ipi c, in pluri enī mai⁹, quare nō ē īfinitū t̄ps qȯ ē ipſi⁹ ȝ. Sic itaꝗ ipi d apponens auferā ip̄m a et ip̄e c ip̄m b. T̄ps āt nō auferā ſemꝑ remouēs eq̄le īfinitū.n. ē q̄re oē a totū b mouebit īfinito t̄pe ipi⁹ c. Nō g̃ poſſe ē a finito moueri nihil ſm̄ infinitū motū.

T.cō.79 Qȯ quidē igiť nō ꝯtingit finitū i īfinito t̄pe mouere: manifeſtū ē. ¶ Qȯ āt oīno i finita magnitudīe nō ꝯtingit, infinitā eſſe potētiā: ex his manifeſtū ē: ſit.n. plus potētia ſemꝑ eq̄le i minori faciēs t̄pe, vt calefaciēs: aut ꝺulcefaciēs: aut ꝓijciēs: ⁊ oīno mouēs. Neceſſe g̃ et a finito quidē īfinitā āt h̄nte potentiā pati aliquid patiēs: ⁊ pluſꝗ ab alio. Pl⁹.n. ē īfinita potētia. At vo t̄ps nō ꝯtingit eē nullū. Si.n. ē i quo a t̄ps in quo īfinita vis calefacit: aut ꝺepellit: in quo āt a b finita q̄dā ad hāc maiorē ſemꝑ accipiēs finitā: veniā. Aliq̄n ad id qȯ i a t̄pe motū erat. Ad finitū.n. ſꝑ addēs excellā oē ꝺetīatū: et auferēs ꝺeficiēs ſiľr. In eq̄li g̃ t̄pe mouebit finita ipi īfinite. Hoc āt ē ipoſſe. ¶ Nullū itaꝗ

T.cō.80 finitū ꝯtingit infinitā potētiā h̄re: neꝗ īfinitū īfinitā. Et t̄n ꝯtingit in minori magnitudine ampliorē potētiā eē. Sȝ adhuc magis in maiori plurima. Sit igiť i quo ē a b infinitū: ſȝ b c h̄ȝ potētiā quādā q̄ aliquo t̄pe mouet ip̄m d in t̄pe i quo ē e ȝ. Si igiť ipi b c ꝺuplā accipio, i medio mouebit t̄pe ipi⁹ e ȝ. Sit.n. hec ꝓportio. Quare in ȝ et t mouebit. g̃ ſic accipiēs ſemper a b quidē nequaꝙ trāſibo. T̄pe āt ꝺato ſemꝑ minus accipiā: infinita g̃ potentia erit. Oēm enī finitā potētiā excellit. Oīs āt finite potētie neceſſe ē finitū eē: et t̄ps. Si enī in quodā tāta: maior in minori quidē ꝺetr̄ato āt mouebit t̄pe ſm̄ ꝯuerſionē ꝓportionis.

T.cō.81. Infinita enī oīs potentia ſicut multitudo ⁊ magnitudo excellēs oē finitū. ¶ Eſt āt hoc ꝺemōſtrare et ſic accipiens enī quādā potētiā eandē genere eiꝗ ē īfinita magnitudine exiſtentem: q̄ menſurabit eā q̄ eſt in infinita magnitudine finitā potentiā. Qȯ quideȝ igiť non ꝯtingit infinitā eſſe potentiā infinita magnitudine: neꝗ finitā in infinita ex his palam eſt.

Declarat ph̄s q̄n̄o ꝑmū mouēs i mobile ſit īꝑtibile: ⁊ hoc ꝓbat hoc mō. Bene ſequiť: mouet ꝑ t̄ps īfinitū, g̃ ē īꝑtibile: an̄s ē notū ⁊ ꝯn̄a ꝓbať: q2 ſi ē ꝑtibile ſequiť ꝙ i minori t̄pe mouet ꝑs ꝙ totū trāſeundo aliqȯ ſignū vt ꝓbatū ē i. 6

tex.cō.79.ꝙ ſi ſic ſequit̃ ꝙ ps mouet in tpe finito ⁊ ea
dē rōne totū i tpe finito,ꝙ ſi ſic ſequit̃ ꝙ illud mouēs
mouebit motu finito ⁊ nō īfinito. Itē ꝓbat phs illud
met,q2 ipoſſe eſt talē primū motorē eē infinitū magni
tudine:q2 tale nō ē dabile:⁊ ſi ē finit9 magnitudīe ſe
quit̃ non poſſe eſſe īfinite virtutis qḋ ita ꝓbat ꝑſuppo
nendo,ꝙ maior potētia mouet ī minori tpe ⁊ ꝑſuppo
nendo ſcḋz ꝙ oē qḋ mouet̃ mouet ī tpe: q̄re ex hoc ſe
quit̃ ꝙ illud mouēs infinite potētie mouet ī tpe, ⁊ ali
q̄ virt9 finita mouebit in tpe tāto ſicut illa vt p3, q2 ſi
moueat in ſubduplo tpe augmētata potētia in duplo
mouebit in tāto tpe ſicut finita qḋ ē ipoſſe. et ꝓpterea
infert phs tex.cō.80.ꝙ nullū finitū h3 īfinitā poten-
tiā nec infinitū finitā,et hoc ſcḋm ꝓbat phs hoc,mō
ꝙ ſi in magnitudine īfinita ſit virt9 finita ſequit̃,ꝙ da
ta magnitudine finita illa mouebit ī tpe determina
to et maior maiori adhuc,et adhuc maior in minori
ḡ tandē cū illa infinita magnitudo moueat ſemꝑ in
minori tpe q̄ q̄cūq3 certa data ſequit̃ ꝙ illa ē infinite
potētie:et idē ꝓbat phs ſi cōparet̃ ad magnitudinē
eiuſdem ſpeciei tex.cō.81.

T.c.82. De his aūt q̄ ferunt̃, bene ſe
h3 dubitari quandā dubitationē. Pri
mū:ſi.n.oē qḋ mouet̃ mouet̃ ab aliquo
q̄cūq3 nō ipa ſeipa mouēt q̄uo mouent̃
aliq̄ ꝯtinue nō tāgēte eo qḋ mouet vt
ꝓiecta. Si aūt ſil̃ mouet ⁊ aliud aliq̄d
q̇ mouet:vt aerē q̇ mot9 mouet. Silr̃ ipoſſe prio nō tā
gente neq3 mouēte moueri:ſ3 ſil̃ oīa moueri et q̇eſce
re:cū p̄mū mouēs q̇eſcet:et ſi facit ſicut lapis:vt mo-
uere qḋ mouet aliud. Neceſſe āt hoc quidē dicere ꝙ
primū mouens facit poſſe et mouere: aut aerē hmōi:
aut aquā,aut aliḋ aliq̄d tale: qḋ aptū natū ē mouere
et moueri:ſ3 nō ſil̃ pauſat mouēs et qḋ mouet̃. S3 qḋ
mouet̃ q̇dē ſil̃:cū mouens q̇euit mouens:mouens aūt
adhuc ē:vn̄ mouet̃ cū alio habitū:et ī hoc eadē rō eſt
pauſat aūt cū minor virt9 mouendi fit in habito. Tā
dē aūt quieſcit:cū nō āpli9 faciat qḋ pri9 mouens:ſed
motū ſolū. Hec aūt neceſſe ē ſil̃ pauſare:hoc q̇dē mo-
uēs. Hoc aūt motū:et totū motū. Hic q̇dē igit̃ ī ꝯtin
gētib9 aliq̄n q̇dē moueri:aliq̄n quidē q̇eſcere fit mo
tus:et non ꝯtinu9 ſ3 videt̃. Aut enī ꝯñter entiū eſt aut
tangentiū:nō enī vnū mouēs ſ3 habita ad inuicē ſūt.
Vn̄ et in aere et in aq̄ fit hmōi mot9:quē dicūt quidā
antiperiſthaſim eē. Impoſſe aūt alr̃ oppoſita ſoluere
niſi dicto mō:antiperiſtaſis aūt ſil̃ oīa moueri facit et
mouere. Quare et quieſcūt. Nūc āt videt̃ vnū aliq̄d
qḋ cōtinue mouet̃ a quocūq3:non enī ab eodem.

ARiſto.in pn̄tia3 declarat vni-
tatē primi motoris ex hoc qḋ neceſſe ē motū
eſſe vnū et ante hanc dubitationē ꝓponit de
ꝓiectis,q̄uo ꝯtinue mouent̃ poſt q̄ elapſa ſunt a mouē
te ⁊ mouēs nō tāgit ea. Videt̃ enī dubiū maximū,q2
alia bene ꝯtinue mouent̃ ⁊ ſi nō appareat motor cō-
tinue mouēs ea:q2 ipa mouet ſeipa:et excludit ſtati3
ſolonnē Platonis dicētis, ꝙ ꝯtinue mouent̃ ab aere
recto pellente lapidē. Eadē enī dubitatio eſt de aere
ſicut de lapide:ſ3 dicit,vr̃ eē neceſſariū ꝙ dū primum
mouens mouet oīa moueant̃:⁊ dū primū mouens q̇eſ
cit.i.ceſſat a mouendo oīa quieſcant q̄uis ēt aliquid
motū a prio mouēte ſicut lapis faciat aliq̄d moueri ſi
cut id qḋ prio mouit mouebat. Poſt vero phs ponit
ſuā ſolonē dicēs,ꝙ primū mouēs.i.ꝓiciens dat ſcḋo
mouere et moueri:ſ3 nō ſil̃ cauſat mouēs ⁊ qḋ mouet̃
ſ3 ꝯtigit ceſſare a moueri ⁊ tn̄ mouere:et hoc manife



ſtū eſt ad ſenſum:q2 mobile dū ē ī tr̄o mot9 ē ⁊ mouet
ſ3 non mouet̃ et ita dicit, ꝙ cōtingit ita eē de tertio
mouenti ⁊ ita ꝯcludit ex p̄miſſis,ꝙ iſte mot9 ꝓiectio
nis nō eſt ꝯtinu9 ex diuerſitate mouentiū q̄uis appa
reat cōtinu9 ex diuerſitate mobilis et hoc eſt, q2 diui
dit̃ mouēs et hoc appellāt antipharīſthaſim:nec pōt
alr̃ ſolui hoc,q2 ſi ponat̃ cā illi9 mot9 antipariſthaſis
aeris ſequit̃ oīa ſil̃ moueri:aut q̇eſcere:q̄ ſunt falſa.

Voniā aūt in his q̄ ſunt ne T.cō.83.
ceſſe ē ſemper eē motū ꝯtinuū: hic āt
vn9 ē. Neceſſe aūt vnū magnitudinis
alicui9 eē. Nō.n.mouet̃ impartibile:⁊
vnus ab vno. Nō enī erit ꝯtinu9.ſ3 ha
bitus alter alteri:⁊ diuiſus. Mouēs
igit̃ vnū:aut motū mouet:aut īmobile exñs. Si q̇dē
igit̃ motū ꝯſequi oportebit et mutari ipm. Simr̃ aūt
moueri ab aliquo. Quare ſtabit et veniet in ipm mo
ueri ab īmobili. Hoc aūt non neceſſe eſt ſil̃ mutare:ſ3
ſemꝑ poterit mouere:infatigabile enī ē ſic mouere.
Et regularis hic motus ē:aut ſol9:aut maxime. Non
n.hn̄t mutationē neq3 vnā mouēs. Op3 aūt neq3 qḋ
mouet̃ iuxta illḋ hr̄e mutationē:quaten9 ſilis ſit mot9
¶ Neceſſe ē aūt:aut in medio:aut in circulo eē. Hec T.c.84.
enī p̄ncipia ſunt:ſ3 citi9 mouent̃:ꝓxima mouēti.hmōi
aūt eſt toti9 mot9:ibi ḡ eſt mouēs. ¶ Hēt aūt dubita T.cō.85
tionē ſi cōtingat aliqḋ qḋ mouet̃ mouere ꝯtinue :ſed
non ſicut impellēs iterū et iterū ꝯñter eſſe ꝯtinue. Aut
n.ipm op3 ipellere.aut trahere:aut vtraq3:aut aliq̄d
aliud ꝯtingēs aliud ab alio (ſicut olim dictū ē) ī his:
q̄ ꝓiciunt̃. Si aūt cū diuiſibilis ſit aer:aut aq̄ mouet.
ſed ſicut ſemper mot9:vtrobiq3 aūt non poſſe ē motu3
vnū eſſe:ſed habitū:ſol9 itaq3 cōtinu9 eſt : quē mouet
īmobile. Semꝑ enī ſilr̃ ſe hn̄s et ad id qḋ mouet̃: ſilr̃
ſe habebit ⁊ cōtinue. ¶ Determinatis aūt his mani- T.cō.86
feſtū ē:q̄m īpoſſe ē primū mouens et īmobile hr̄e aliq̄
magnitudinē:ſi enī magnitudinē h3 : neceſſe eſt aut
finitā ipa3 eē:aut infinitā. Infinitā q̇dē igit̃ ꝙ nō con
tingit magnitudinē eē:oñſum ē pri9 ī phyſicis. Quod
aūt ipoſſe ē finitā hr̄e infinitā potētiā:et ꝙ ipoſſe ē a fi
nito moueri aliq̄d ſm infinitū tps:demōſtratū ē nūc.
Principiū aūt mouēs perpetuū mouet motū:et īfini
to tpe. Manifeſtū itaq3 ꝙ indiuiſibile ē ⁊ imꝑtibile
et nullā hn̄s magnitudinē.

PRobat phs nunc,ꝙ prim9 mo-
tor ſit vnus:q2 ab eo emanat mot9 vn9: dicit
ꝓpterea ꝙ mot9 vn9 nō d3 eē a motore moto:
q2 nō eēt vniformitas ſ3 moueret ſm neceſſitatē mo-
uentis et moueret difformiter:iḋ deueniendū eſt ad
primū motorē īmobilē qui ſit īfatigabilis:et op3 hoc
vt ſit mot9 regularis:imo op3 ꝙ mobile non hēat aliā
mutationē a motu locali:q2 ſi hēret motū alteratiōis
non eſſet vniformis mot9. ¶ Poſtea vo dicit tex.cō.
84.ꝙ op3 motorē aut eē in medio:aut in circūferen
tia:q2 illa ſunt principia circuli:q2 circul9 eſt figura
plana a cui9 puncto medio ad circūferētiā oēs linee
ducte ſunt eq̄les:op3 ḡ ꝙ ſit in circunferētia:q2 ma-
xime velocit̃ mouet̃. ¶ Poſtea dicit phs tex.cō.85.
ꝙ impoſſe ē impellēs cōtinue mouere:q2 eſſet ipellēdo
vel trahēdo vel vtroq3 mō ꝑ vnū mediū vel plura: et
q2 ſemꝑ eſt aliud et aliud mouens:ḡ ſol9 motor īmo-
bilis facit motū ꝯtinuū. Cōcludit tex.cō.86. Impoſſe
eſſe primū motorē eſſe corporeū,q2 neq3 magnitudi
ne īfinita vt dictū ē in tertio phyſi. nec finita q2 ē īfini
te virtutis:ḡ prim9 motor eſt indiuiſibilis.

¶ Expliciunt octo libri phyſicorū.

# ✠TRACTATUS✠ De Sphera Joannis de ſacro buſto cum cōmētariȷs Petri a Spinoſa artium magiſtri introductorium ad libros de Celo. Cōpoſitur⁹ enim eraȝ eam vt partem libri de celo.

## Textus.

Tractatum de Sphera q̄ttuoꝛ capitulis diſtinguimus. Dicturi pꝛīo compoſitionē ſphere. quid ſit ſphera. qd eius centrum. quid axis ſphere. qd ſit pol⁹ mūdi. quot ſunt ſphere: et que ſit foꝛma mundi. In. 2°. de circulis ex quib⁹ ſphera materialis cōponit̄ et illa ſuper celeſtis (q̄ per iſtā imaginat̄) cōponi itelligit̄. In. 3°. de oꝛtu ⁊ occaſu ſignoꝝ: de diuerſitate dierum et noctiū q̄ ſit habitātib⁹ in diuerſis locis: et de diuiſione climatū. In. 4. de circulis ⁊ motib⁹ planetarum: et de cauſis eclipſium. Cōmentariū.

Hic tractatus compoſitus eſt per Joannē de ſacro buſto theologie doctoꝛē Parrhiſiē. virū vt videt̄ deuotū ⁊ ſctm̄: q̄ p hec naturalia ſat⁹ nos docuit ire in illa iuiſibilia dei: vt docet apl's: vt pȝ in fine hui⁹ tractat⁹ vbi loquit̄ d̄ illa mirabili eclipſi: q̄ contigit in paſſione dn̄i: Et pȝ. 2. ca. vbi loquens de motu celoꝝ, vbi loquens de motu ab oꝛiente in occidens ⁊ econtra: pꝛimum comparauit motui, rationali microcoſmi: ſcd̄ȝ vero motui irrationali microcoſmi: ⁊ q2 oꝛdo ē optimus ad diſciplinas ponit oꝛdinē quē obſeruatur⁹ ē i hoc tractatu dicit in. j. c. declarabo: q̄d ſphera: quid centrū ſpere: q̄d axis ſphere: q̄d ſit pol⁹ mūdi: quot ſunt ſphere: ⁊ q̄ ſit foꝛma mundi. In ſcd̄o caplo agit̄ de circulis ex quib⁹ ſphera materialis cōponit̄: ⁊ illa ſuper celeſtis imaginat̄ cōponi intelligit̄. Et in. 3. agit̄ de oꝛtu et occaſu ſignoꝝ: et de diuerſitate dierū et noctiū: que ſit habitantib⁹ in diuerſis locis terre. Et de diuiſione climatū. In q̄rto de e centricis ⁊ epiciclis planetarum: et de cauſis eclipſiū. De ſubiecto tn̄ attributionis huius tractat⁹ eſt videndū: ſup quo nota q̄ quando in aliqua ſcientia ponit̄ aliqua pars pꝛincipaliſſima ptinēs oīa q̄ ſunt in illa ſcīa vl'r: ſubȝ toti⁹ ſcientie attribuit̄ illi parti: et ſic ſubiectū attributionis totius aſtrologie eſt vniuerſum: et etiaȝ eſt ſubiectuȝ iſti⁹ ſpere. Bona eſt analogia de ſubiecto philoſophie: quod eſt ens mobile. et idē eſt ſubiectū libꝛi phiſicoꝝ: q2 liber phiſicoꝝ ē ps pꝛincipaliſſima totius philoſophie.

## Diffinitio ſphere ab Euclide vndecimo elementoꝛum.

Sphera igit̄ ab Euclide ſic deſcribit̄. Sphera eſt tranſitus circūferentie dimidȷ circuli quotiens fixa diametro quouſq3 ad ſuuȝ locū redeat circūducit̄. i. ſphera eſt tale rotūdū et ſolidū: qd̄ deſcribit̄ ab arcu ſemicirculi circunducto. Cōmentariū.



Cauſalis eſt hec diffinitio: itaq3 ſignificat ſphera cauſat̄ ex tranſitu: et itellige cū dicit auctoꝛ circūferentie dimidȷ circuli: ideſt circunferentie ⁊ dimidȷ circuli. Nā cū circūferentia ſit linea nō poteſt ſolo tranſitu eius confici coꝛpus. Unde notabis q̄ circunferentia eſt ſola linea terminās circulū. Circulus vero eſt ſuperficies aggregata ex area ⁊ circunferentia ambiente. Oꝛbis aūt eſt coꝛpus rotundū ſuperficie cōcaua et conuexa vallitū. Sphera vero eſt coꝛpus oīno ſolidū ſola ſuperficie conuexa terminatū. Nota q̄ dicitur circūferentie dimidȷ circuli q̄m maioꝛis poꝛtionis q̄ ſemicirculi ſit figura lenticularis ⁊ ſi minoꝛis quā ſemicirculi ſit oualis figura: ⁊ per hūc trāſitū diffinit multa Euclides. i i. elemē. Nam dicit pyramidē rotūdā deſcribi eo tranſitu trianguli rectanguli vno latere quieſcente ⁊ colūnā rotundā ex tranſitu quadrati. ſ. quadranguli vno latere quieſcenti. Dicit̄ in diffinitiōe fixa diametro p qd̄ nō intelligas diametrū debere eſſe immotū: q2 vt habe⁹. 4. phiſi. motis nobis mouent̄ ea q̄ ſunt in nobis: ſed intellige q̄ non egrediat̄ a loco vbi eſt: alias faceret coꝛpus irregulare: Sphera aūt eſt coꝛpus regulariſſimuȝ tribus dimenſionib⁹ conſtans. Et Ariſ. diffinit ſpheram. 7. meta. Sphera ē figura agona vel ſphera ē figura rotūda a medio equalis. Textus.

Sphera aūt a Theodoſio ſic d̄ſcribitur. Sphera ē ſolidū quoddā vna ſuperficie contentū in cuius medio eſt punctus a quo oēs linee ducte ad circunferentiā ſunt equales. Et ille pūctus dicitur centrū ſphere. Linea vero recta tranſiens p centrū ſphere applicans extremitates ſuas ad circūferentiā ex vtraq3 parte dr̄ axis ſphere. Duo quideȝ pūcta axē terminātia dicunt̄ poli mūdi. Com̄.

Intellige per ſolidū coꝛpus trina dimenſione pfectū p qd̄ excludit̄ circūferentia q̄ ſolū eſt longa et circul⁹ q̄ eſt longus et latus dūtaxat dr̄ vna ſuperficie contentū ad differentiā oꝛbis: q̄ ſuperficie concaua et cōuexa terminat̄. Intellige vna ſuperficie tanq̄ tēro intrinſeco. Nā duob⁹ extrinſec⁹ tr̄is terminat̄. Nā terra eſt ſphera: et terminat̄ aere quo ad vnā q̄rtā ſui diuiſam in q̄ttuoꝛ regiones Aſiā Affricā: Europā: et Americā: ab Americo veſputio inuentoꝛe: Et trib⁹ alȷs quartis aqua q̄b⁹ ē coopta. Hȷ tn̄ ter̄i ſunt extrinſeci, ſicut reſpectu linearū aer eſt tr̄s extrinſecus. Dicit p̄terea text⁹ q̄ linea recta tranſiens p centrū ſphere applicās extremitates ſuas ad circūferentiā ex vtraq3 parte eſt axis ſphere. Unde notandū: q̄ axis eſt tr̄s magis ꝯnotatiu⁹ q̄ diameter: q2 ſupponit p diametro ꝯnotando q̄ ſup ipaȝ fiat motus: et deinde q̄ duo puncta axē terminantia dicunt̄ poli mūdi. Ex quo ſequit̄ ſtellā polarē non eē polū eo q̄ mouet̄ ⁊ diſtat a vero polo per quinq3 gradus: ſed cōſueuim⁹ illā appellare polū q2 magis appropinquat ad verū polum. Textus.

Sphera aūt dupl'r diuidit̄ ſm̄ ſubſtantiam ⁊ ſm̄ accn̄s. Scd̄m ſubam in ſpheras nouē. ſ. ſpheram nonam q̄ pꝛim⁹ motus: ſiue pꝛimum mobile dr̄. Et in ſpherā ſtellaꝝ fixaꝝ q̄ firmamentuȝ nuncupatur. Et in. 7. ſpheras. 7. planetaꝝ quaꝝ q̄dā ſunt maioꝛes: q̄dā ſunt minoꝛes ſm̄ q̄ plus accedunt vel recedūt a firmamēto. Unde inter illas ſphera ſaturni maxima eſt. Sphera vero lune minima pꝛout in ſequenti figuratione continet̄. Com̄.

Diuiſio ſphere ſecũdũ ſubſtãtiam.

DEclarat diuiſionem ſm̃ ſubſtãtiam et diuiſum talis diuiſionis eſt ſphera p̱ machina celeſti et appellat̃ ſm̃ ſubſtantiam ideſt ſm̃ partes componentes ipſam machinã celeſtẽ: et ponit opiniõnẽ Tholomei ꝙ ſunt .9. ſphere.

Utrũ ſint noui celi.

Pro maiori tñ declaratione nota quoſdam putaſſe vnicũ eſſe celum quorũ falſa eſt opinio: quia videmꝰ planetas moueri diuerſis motibus qḋ nõ põt eſſe in vno celo. Ariſt. 8. tñ poſuit celos Tholomeus 9. quorũ opiniones deſtruxit rex Alfonſus ponens decẽ celos mobiles et empireũ quietũ qḋ eſt ſedes beatoꝝ rõ regis alfonſi eſt.

Tolomeꝰ Rex Alfonſus.

Corpori ſimplici cõpetit vnicꝰ motꝰ ſimplex naturalis ſed experimento .8. celũ triplici motu moueri ſcilicet trepidacionis ab occidente in oriens et ab oriente in occidens: quorũ triũ vnꝰ debet eſſe dũtaxat p̱prius et naturalis reliqui vero duo a ſuperioribus celis accommodati ſcilicet ſi motus trepidationis eſſet naturalis octaue ſphere. Motus ab occidente in oriens datꝰ eſt ei a .9. celo et motus ab oriente in occidens a .i. celo quod eſt decimũ. Spherã nonam vocat primũ mobile et firmamentũ vocat ſpherã ſtellarũ fixarũ qḋ eſt octauũ celũ et dr̃ firmamentũ quaſi deferens ſtellas fixas.

Quid ſtella.

Videndũ eſt igitur in preſentiarũ quid ſit ſtella. Ad quod dico ꝙ ſtella eſt denſior ps orbis vt hẽtur in libro de ſubã orbis ꝙ ſtella nõ differt ab aliis ꝑtibus niſi penes rarũ et denſum ita ꝙ reliq̃ ps celi eſt rarior: et vt dicunt aliq̃ nõ põt videri ſed ſtella eſt denſior et poteſt videri.

Quid ſtella fixa et erratica.

Stella aũt duplex eſt fixa et erratica: ſtella fixa non dr̃ quaſi ĩ celo figatur ſicut clauꝰ nec erratica qꝛ moueat̃ in celo ſicut piſcis in aqua. Oẽs eñ ſtelle nomine ſtellarum cõprehendendo planetas in celo ſunt ſicut nodi in tabula et queadmodũ nodi in tabula mouentur ad motum tabule: ita ſtelle mouent̃ ad motum celi. Stelle fixe omnes ſunt in .8. celo qḋ vocat̃ firmamentũ quaſi deferẽs ſtellas fixas et ſunt .1022. cognite: et iſte vocantur fixe qꝛ inter ſe ſeruant eandẽ diſtantiã et propinquitatẽ: ita ꝙ ſi vna illarum apparet tibi ab alia fixa diſtare hodie decem pedibus ſemper apparebit tm̃ diſtare: et has fixas cognoſces quia ſunt ſcintillãtes. Septem vero planete vocant̃ erratice qꝛ inter ſe nunq̃ ſeruant eandem diſtantiã ordinẽ et p̱pinquitatem et dicunt̃ planete a planos qḋ erraticũ eſt et ꝙ ita ſit pꝫ. Nam conſpicies ſolem lune q̃ñq3 coniũgi quandoq3 oppoſitũ: et cognoſces eẽ planetas qꝛ non ſcintillãt.

De cã ſcintillatiõis.

Querenda eſt igit̃ cauſa quare planete non ſcintillant: ſtelle vo fixe ſic. Ad quod dicit Coronel ꝙ cauſa eſt qꝛ quando obiectum eſt in denſo et oculus in raro: apparet obiectũ p̱pinquius quã ſit quod poteris experiri ſi piſces ſub aqua latitantes videas a longe. Secundo ſupponitur ꝙ celi ſunt denſiores aere ꝫ diaphaniores eodẽ ſicut criſtalꝰ eſt lapis bene denſus et tñ eſt diaphanus. Quo ſuppoſito dicit Coronel ꝙ cũ locꝰ imaginis mouet̃, apparet res cuius ẽ imago moueri. Dico igit̃ ꝙ locus apparitionis ſtellarũ quia ſunt in dẽſo et oculꝰ noſter in raro erit p̱pinquius ꝙ̃ ille ſtelle ſunt: et erit ille locꝰ ignis elementaris qui quidẽ locꝰ mouetur vt conſtat ex phia igit̃ et apparebit ſtellas hinc inde concuti quare ſcintellare vt patet de fulgore aliquo ſuper aquam irradiãte quequidem aqua moueatur. Sed in hanc opinionem huius doctoris arguit̃ ſic qꝛ tũc planete eadẽ ratiõe deberẽt ſcintillare pꝫ qꝛ locus eorũ eſt in remota puta in igne: ſed diceret doctor ad hoc ꝙ locus planetarũ eſt in aere qui non mouetur: ſed contra ſequeretur ꝙ planete apparent nobis p̱pinquiores quã ſtelle qḋ ſi concedas, turabis opinionem doctoris ſatis bene: ſed videt̃ eſſe contra experientiã. Ideo ſup hoc opinor dicendũ eſſe conformiter ad cantuarienſem .3. parte perſpectiue.

Quõ triplex ẽ ſcintillatio

Ad cuius declaratiõnẽ premitto hoc notabile, ꝙ triplex eſt ſcintillatio quedã eſt p̱ueniens ex parte obiecti alia eſt p̱ueniens ex parte potentie tñ tertia eſt p̱ueniens ex parte vtriuſq3 ſimul. Prima eſt q̃ñ lignũ aliquod groſſum hñ diſpoſitum incipit inflãmari aut q̃ñ carbones per flabellũ inſufflantur cuius eſt bona cauſa: qꝛ ptes ſubtiliores ligni citiꝰ inflamantur, groſſioribus circundantibus in qua diſcontinuatione egrediunt̃ ſubtiliores a groſſis: et daret̃ vacũ in interioribus: niſi groſſiores circundantes impellerent magno impetu ſubtiles. Secundus modus ſcintillationis eſt q̃ eſt ex parte potẽtie eſt in tegulis domorum in tẽpore magni caumatis et in ſcutis deauratis ſuper que ſol irradiat ⁊ fit per iſtum modũ ꝙ obiectũ nimis illuminatũ vehemẽter oculos illuminat vnde diſgregat ſpũꝰ oculi viſiuos qui cum ſuaue natura ſunt ſplendidi. ad ſuperficiem oculi attracti reddũt oculos quaſi ſplendicantes quare ſequit̃ apparentia ſcintillationis obiecti qualis ſcintillacio apparere ſolet in hominibus poſt bonam potationem. Tertius modus ſcintillationis eſt de ſtellis ſcintillantibus et eſt ꝙ ſtelle apparent ſcintillare: non vero planete propoſitiones has cauſas copulatim: quarum vna deficiente non fieret illa apparitio ſcintillatiõis vna eſt ꝙ ille ſtelle ſtelle multo plus diſtãt a nobis quã planete. Ex quo ſequit̃ maior conatus et fatigatio oculi in videndo illas quaꝫ planetas, atq3 velociꝰ mouent̃ ille ſtelle q̃ planete ex q̃ velocitate accidit ꝙ ante q̃ ſpẽs deleat̃ de ſtella ĩ p̱ loco ſuccedit ſpẽs d ſtella ĩ ſcḋo loco obidq3 illa ſtella q̃ñ vbiq3 apparẽs vbiq3 micat et ſplendicat: q̃re ſcintillare dr̃ nec vꝫ dicere ꝙ ẽt ĩ placet; añ q̃ deleat̃ ſpẽs de p̱io loco ſuccedit ſpẽs de ſcḋo loco qꝛ licet hoc verum eſt non ſolã hanc dico eẽ cauſam ſcintillationis. Nã ſi ſic gutta aque cadẽs de canali apparet ſcintillare ſed cũ iſta cauſa adiungit̃ longinq̃tas loci ſtellarum atq3 velocitas motus rapidiſſia in eiſdẽ que cauſe omnes nõ ſunt in planetis.

De ordine celorum

De ordine tñ planetarũ dicunt aſtrologi ꝙ ſic inuenerũt vt luna eſſet in p̱io: Mercuriuſq3 i .2°. Venꝰ in terno: ſol vult lucere q̃rto, mars nitit in .5. ſed Jupiter ordine ſexto Saturnꝰ celo ſepteno ſiſtit̃ alto: octauo celo tibi ſtellas eſſe recolo. Cognitus aũt eſt hic ordo ab aſtrologis p̱ hoc ꝙ ille planeta eſt inferior q̃ impedit ne ſuperior videat̃ quando veniũnt ad coniunctionẽ: ſꝫ luna ĩpedit alios planetas ſupra ſe: et alij non ĩpediũt lunã ergo luna eſt inferior. De ſole tñ credit Ariſt. ꝙ eſſet in ſecundo celo tñ meliꝰ ponit̃ in quarto. Nam ſi eẽt in ſcḋo p̱pt̃ p̱pinquitatẽ inflãmaret et ſi eẽt ĩ ſeptimo celo p̱pter diſtãtiã oĩa congelarent̃.

Textꝰ.

Diuiſio ſphere ſecũdũ accidens.

SPhera aũt ſm̃ accidens diuiditur in ſpherã rectam et obliquã. Illi eñ dicũtur habere ſpheram rectã qui manẽt ſub equinoctiali: ſi aliq̃s ibi manere poſſit: et dicit̃ recta: quoniã neuter polorũ magis altero illis eleuat̃, vel q̃ñ illorũ orizon interſecat equinoctialeꝫ et interſecatur ab eodem ad angulos rectos ſpherales. Illi vero dicunt̃ hẽre ſpherã obliquã quicũq3 habitãt citra equinoctialẽ vel vltra. Illis eñ ſupra orizontẽ alter polorũ ſemper eleuatur. Alter vero ſemꝑ deprimit̃, vel q̃ñ illorũ orizon artificialis interſecat equinoctialẽ et interſecat̃ ab eodẽ ad angulos impares et obliquos.

Commentarium.

**A**Uctor in iſta parte diuidit ſpheram ſm accidens ideſt in ordine ab habitantes in ſpheram rectã et obliquam dicens qui cognoſcuntur habere ſpherã rectã et obliquã dicẽs ꝙ illi cognoſcunt hẽre ſpherã rectã quib⁹ contingit habitare ſub eq̃noctiali et dubitant dicit ſi aliq̃s ibi manere poſſit ſm ſignũ eſt ad cognoſcendũ illos qui habent ſpherã rectã q2 neuter polorũ magis altero illis eleuat: Nã vidẽt ambos polos ꝑpe orizõtẽ. Tertiũ ſignũ eſt ꝙ illis orizõ rect⁹ interſecat equinoctialẽ ad angulos rectos et ſperales: et totidẽ ſignis declarat qui ſunt illi qui habent ſpherã obliquã primũ ſignũ eſt q2 habitant citra vel vltra eq̃noctialẽ. Secũdum ſignũ eſt q2 vn⁹ polorũ ſemp illis eleuat et alter deprimit quẽadmodũ cõtingit nobis de polo artico quẽ in iſto quinto climate vbi nos ſum⁹ videm⁹. Antarticũ aũt non videm⁹ iuxta illud Vergilij primo geor. hic vertex (Demonſtrando polũ articũ) nobis ſemp ſublimis at illũ ſub pedib⁹ ſtix atra vident manes ꝗ ꝓfundi. Tertiũ ſignum eſt ꝙ orizon artificialis ideſt obliqu⁹ interſecat equinoctialẽ ad angulos impares et obliquos ideſt in equales et non rectos q̃ꝛ ſunt illi anguli acutus et obtuſus quos facit orizon obliqu⁹ cũ equinoctiali. Hic notare lꝫ ꝙ orizon obliqu⁹ vocat artificialis q2 cũ ſit vn⁹ orizõ obliqu⁹ inſeruit pro omnib⁹ regionib⁹ dempta eq̃noctiali: cuꝫ tamẽ vn⁹ orizon rectus ſoli vni regioni eq̃noctialis inſeruiat. Ex quo dicit naturalis quaſi imitãs nãe diuitias iuſta illud Ariſt. primo politicorũ. natura nihil facit tale quale ſtatuarij gladiũ dlphicũ. Nã ĩ delphos ꝑꝑ penuriã ferri vno gladio ad plura vtebant et inde ortũ eſt adagiũ gladius delphicus gladius pauperis natura vero opullentiſſima eſt et abũdantiſſima q̃ monſtrat quia in magis precioſis pl⁹ abundat. Nã de ſpiritib⁹ eſt magis magnus numer⁹ iuxta illud Daniel. 7. Millia milliũ aſſiſtebant ei et decies centena milliũ miniſtrabãt ei. De corporib⁹ perfectiora ſunt celeſtia in quib⁹ eſt magnitudo exuberans. De animalib⁹ multo plura ſunt homines q̃ ſunt perfectiores alijs aĩalibus.

## ¶ Super illa parte ſi aliquis ibi manere poſſit.

**Q**Uamuis Virgili⁹ et Ouidius. et Ariſt. 2. methcororũ credãt torridã zonã nõ poſſe habitari ꝑꝑ magneſtum: et mouetur illa ratione q̃ aliquid mouet de extremo ad extremũ motu circuitiuo redeunti ad principium pars aqua min⁹ remouet eſt mediũ ſꝫ ſol mouet a tropico capricorni ad tropicũ cancri: et a tropico cancri redit ad tropicũ Capricorni et iter tales tropicos pars media eſt eq̃noctialis ergo ab illa ſol min⁹ remouet quã ab alijs: igit illa pl⁹ exardeſcet. Cõtrariũ tñ huius tenet Auicenna dicens eq̃noctialem eo ꝙ ſit temperata eẽ locũ corporis tempati: idẽ tꝫ Tholome⁹ 3. quadripartiti caplo. 3. idem Iſidorus tertio ethimologiarũ ponens paradiſum terreſtrẽ eẽ ad oriens ſub equinoctiali ſꝫ nec his nec alijs credamus ſed expientie quã fecerunt naute Regis Fernandi quã recitat magiſter Ciruelo ſecundo ca. hui⁹ ſphere illo. §. pars vero zodiaci que maxĩe declinat ab equinoctiali vbi dicit regionẽ hanc aliquo modo eſſe calidã et minus temperatam ꝙ ſit ab initio quarti climatis vbi ẽ rhod⁹ inſula cui ſentẽtie videt ãnuere Albert⁹ de ſaxonia ſecundo de celo q̃õne finali ꝑ experientiam cuiuſdã ſpiritus immundi q̃m dũ expelleret a corpore obſeſſo ꝑ etito ſigno nõ redeundi ꝑmiſit ſe daturum omnes fructus maturos tẽpore natalis domini portando ab equinoctiali. Facit enĩ pro hoc q2 dies et noctes in hac regione ſemp ſunt equales et quantũ calefacit dies tm̃ infrigidat nox et ecõuerſo ſimiliter cũ hec regio ſit media afflat omnibus ventis extremis confluentibus ad mediũ qui ſua contrarietate ſe temperant et regionẽ. Sed vt ſol uã rationem illã ãnpoſitam ꝑmittim⁹ iſtã maximam cantuarieñſis tertia parte ſue perſpectiue plus facit directio ꝙ ꝓpinq̃tas: plus facit mora ꝙ directio prie declaratio ſtat: q2 ſol ĩ ſtate magis diſtat a terra ꝙ in hyeme ſed q2 ꝑ radios perpendiculares reſpicit terrã ĩ eſtate et in hyeme ꝑ obliquos pl⁹ calefacit eſtate ꝙ hyeme ſcõe partis declaratio eſt aque lacuſtres pl⁹ caleſiunt et ſetent ꝙ fluuiatiles: et in Iulio plus calefacit ſol ꝙ ĩ Iunio et in hora. 2. ꝙ. 12. et ſulmẽ cõbuſto enſe relinq̃t vaginã illeſam et totũ hoc accidit ex maiori mora. applicãdo ad ꝓpoſitũ ſol in trãſitu a Capricornio ad cãcrũ dſcribit. 180. paralelos quorum maxim⁹ eſt equinoctialis et q2 quẽlibet circulũ deꝫ ꝑ tranſire in. 24. horis et maxim⁹ eſt equinoctialis iõ illum pertranſit cum maxĩa velocitate ideoꝗ parum moratur ſup habitantes ſub eq̃noctiali et parũ exurit. Facit etiã ad hoc q2 illa regio afficit duodecim ventis equaliter non magis ab vno ꝙ ab altero qui quidẽ venti ſe tẽperãt et in illo temperamẽto exiſtit aer tẽperat⁹: et ita illa regio eſt bñ habitabilis et auctoritates ille poetarũ et aliorũ innitũtur falſis fundamentis et contraueniũt experientie quare non ſunt recipiende.

¶ Textus.

**V**Niuerſalis autem mundi machina in duo diuiditur in etherẽã ſcꝫ et elemẽtarem regionem elementaris q̃dem alterationi continue peruia exiſtens in quattuor diuiditur: ẽ enim terra tanꝙ mundi centrũ in medio omnium ſita: circa quã aqua: circa aquã aer: circa aer ignis illic purus et non turbid⁹ orbẽ lune attingens: vt ait Ariſt. in libro methcororuꝫ: ſic enĩ ea diſpoſuit deus glorioſus et ſublimis: et hec quattuor elementa dicuntur que viciſſim a ſemetipſis alterant corrumpũtur et regenerãtur. ſunt aũt elementa corpa ſimplicia: que in partes diuerſarum formarum minime diuidi poſſunt ex quorũ comixtione diuerſe generatorum ſpecies fiũt: quorũ triũ q̃dlꝫ terrã orbiculariter vndiꝗ circundat: niſi quantũ ſiccitas terre humori aque obſiſtit ad vitã animantiũ tuendã. Omnia ẽt preter terrã mobilia exiſtunt. que vt centrũ mundi põderoſitate ſui magnũ extremorũ motũ vndiꝗ eq̃liter fugiens rotunde ſphere mediũ poſſidet.

¶ Commentarium:

**A**Uctor in iſta parte declarat diuiſionem totius machine vniuerſi: et tñ intellige diuiſionem hanc eſſe quo ad corpa ſimplicia que ſunt celi et elementa. Si tñ placeret facere diuiſionem de tota corporali machina poſſet fieri diuiſio hoc modo: corpus de predicamento ſubſtantie aut eſt vnum de quattuor elementis: aut vnuꝫ de vndecim celis: aut elementatũ: elemẽtatũ aũt diuiditur in viuentia: mineralia cũ eorũ concomitantijs. Dicit ergo ꝙ vniuerſalis mundi machina quo ad corpora ſimplicia diuiditur in etherẽã: et elemẽtarem regionẽ: vocat Ariſt primo methcororũ. ca. 2. ether. cor

pus eternū velociter mobile quomodo etiam ignis
elementaris eſt ether ⁊ celuꝫ. Poſtea vero deſcribit
elementarem regionem dicens ꝙ alterationi conti-
nua peruia exiſtit ⁊ diuiditur in quattuor quemad
modum enim illa regio celeſtis eſt inuia alterationi
ita hec regio elementaris eſt peruia alterationi: cū
enim agens et patiēs ſint approximata ſtatim ſequi
actio: vt habetur octauo phiſicorū: ſed elementa ſunt
contraria et ſemper ſunt proxima ergo inuicē agūt
et reagunt et ſe mutuo corrumpunt. Quomodo au-
tem ꝓbetur eſſe quattuor elemēta Ariſtoteles dedu-
cit ſecundo de generatione prīo ſic ſunt quattuor pri
me qualitates: ergo ſunt quattuor elementa conſe-
quentia tenet: quia quemadmodū ſunt quattuor ele
menta ad producēda mixta: ſic ſunt quattuor prime
qualitates ad ꝓducendas qualitates ſecundas que
ſunt complexiones: ſapores: colores: odores: ⁊ ātece
dens patet qꝛ tantum ſunt iſte quattuor qualitates
prime ſcilicet caliditas: frigiditas humiditas: ſicci
tas. Secundo probatur: iſte quattuor qualitates
prime ſolum habēt ſex cōbinationes quarū due ſunt
impoſſibiles; ſcilicet caliditatis cum ſiccitate que
conuenit igni: et caliditatis cum humiditate que cō
uenit aeri frigiditates cū humiditate que conuenit
aque: et frigiditatis cum ſiccitate que conuenit ter
re: ergo tantū quattuor ſunt elementa cum tantū qt
tuor ſunt cōbinationes poſſibiles elementorū ſic tn̄
hec elemēta ordinanť vt caliditas in ſumo ⁊ ſiccitas
ſupra mediū parum tamen diſtās a ſummo correſpō
deat igni: ⁊ humiditas in ſummo correſpōdeat aeri
cum caliditate citra ſumum parū tn̄ diſtās a ſummo
et frigiditas in ſummo cum humiditate citra ſum-
mū parū tā diſtans a ſummo correſpondeat aque: et
ſiccitas in ſummo cū frigiditate citra ſummū parū
tamen diſtans a ſummo correſpondeat terre. Ter
tia ratio eſt elementa ordinantur ad mixta quia de-
teriora ordinantur ad meliora ſed p̄mixti forma-
tione nec ſufficiunt duo qꝛ vel illa ſunt ſymbola vel
diſſymbola: ſi primum vel vnum vincit aliud in vna q̄
litate et ſic aſſimilabitur alteri et fiet elementum et
non mixtū, ſi vero ſunt duo elementa diſſymbola vel
vnū vincit aliud in vna qualitate et vinciť ab alio in
alia qualitate et ſic fiet elemētū mediū vt ſi aqua vin
cit ignem in frigiditate et ignis vincit aquā in ſicci
tate fit totū frigidū et ſiccū ⁊ ſic fit terra: ſi vero vnū
illorum elementorum diſſymbolizanciū vincit aliud
in ambabus qualitatibꝰ fit tale elementū ⁊ nō mixtū
Si vero dicatis ꝙ tria elementa ſufficiunt ad faciē
dū mixtum ſic arguo, duo illorum ſunt ſymbolizātia
et aliud vertent in ſuam naturā: ergo non minus ꝙ
quattuor requiruntur ad formandū mixtū ergo q̄t-
tuor ſunt elementa quorū quodlibet patiatur a quo
libet: et ſic fiet temperamentū vn̄ mixtū confletur:
terra non eſt in medio quantū ad centrū magnitudi
nis ſed ſolū quantū ad centrū grauitatis terra nāqꝫ
eſt difformiter grauis: cuiꝰ vna pars grauior cōtine
tur ſub aquis reliqua vero leuior eſt diſcoꝑata aq̇s
q̄re nō pōt eē ī medio quātū ad cētrū magnitudinis
qꝛ medietas grauior pellit leuiorē ꝑtē donec fiat eq̄
libratio. Ex quo infertur ꝙ terra ſemꝑ moueť motu
recto. Infertur ſecundo ꝙ hec eſt cā cur aqua nō cir
cundat totam terram quia declinat ad partē īferio-
rem terre: ſemper enī aqua currit ad partē decliuio
rem et relinq̄t aliam partem diſcoopertā ſi tamē cē
trum magnitudinis terre eſſet medium vniuerſi ſeq̄
retur ꝙ non eēt potior rō ꝙ aqua curreret ad vnam
partem ꝙ ad aliā et ſic eēt diluuiū vniuerſale. Dicit
ergo textus: eſt enī terra in medio omniū ſita intelli
ge quo ad cētrū grauitatꝫ: circa quā aq̄: circa aquā
aer: circa aerē ignis elementaris purꝰ et non turbi
dꝰ ſaltem ea parte qua orbi lune coniungiť: quia in
ſui concauo per aerē turbať, poſtea addit ꝙ ſic diſpo
ſuit deus glorioſus et ſublimis hec quattuor elemen
ta vt ait Ariſt. in lib. metheororū dicitur metheoro-
rū ideſt rerū ſuſpenſarū in aere ſicut ſunt nubes: ful-
gura: ventꝰ: ⁊ reliqua ſuper quo lꝫ annotare quodlꝫ
elemētum trinā ſibi regionē vendicat terra infimā
centralē que eſt inferorū: mediā que ē mineraliū: ſu-
premā oīum que eſt plantarū, aqua infimā ſibi vendi
cat pōticā terreſtrē: mediam purā ſuperiorem leuē
et aereā ex aeris contactu, de aere clarū eſt: et dō ig-
ne pari modo imagineris, infimā turbulentā ex mix
tiōe aeꝛ: mediam medio ſupremā aūt puriſſimā. Di
cit preterea tex. hec aūt elementa viciſſim a ſemetip
ſis alteranť et corrumpuntur ⁊ regenerantur quod
intellige ſecundum partem qꝛ elementū ſecundum
ſe totum non poteſt corrumpi. Poſtea annotat diffi-
nitionem elementorū acceptam ab Auicēna fen pri
ma p̄mi doctrina ſecūda in qua dicit ꝙ elemēta ſunt
corpora ſimplicia ⁊c.

Pro quo nota de mente Mar-
ſilij ſecundo de gene. qōne ſecunda ꝙ elementa non
ſunt corpora ſimplicia: quia nō ſunt compoſita ex ma
teria et forma: ſed quia determinant ſimpliciſſimū
numerū qualitatū ſcilicet binarium: vnitas enī non
eſt numerꝰ, mixta vero oīa ſibi determināt quattuor
qualitates. Elementū trifariā pōt capi primo mō ꝓ
priſſime: quomō ſola materia pria eſt elemētum: dic
ta elementa quaſi hylementum ab hyle qō ſignificat
prima materia quō Ariſto. intelligit primo phi. ele-
mentum eſt quod eſt primum in compoſitione vltimū
autem in reſolutione. Prima enī materia preeſt cui
libet generationi et manet vltia in corruptione. Se
cundo modo capitur elementū. Paulo largius et
ſic extendit ſe ad materiā et formam quemodo phs
diffinit elementū dicens elementum eſt ex quo fit ali
quid cum inſit in diuiſibile ſpecie i aliam ſpēm ideſt
elemētum eſt materia vel forma ex quo fit aliq̄d. i. cō
poſitum naturale cum inſit ideſt cum materia et for
ma ſint partes compoſiti naturalis in diuiſibile ſpe-
cie in aliā ſpeciem ideſt materia non diuidiť in par
tes diuerſarū ſpērū: ſicut neqꝫ forma. Tertio modo
capitur elementū pro altero iſtorū quattuor: ignis
aeris, aque: et terre: que Ariſtot. ſepe vocat vocata
elementa. Intelligiť diffinitio que in partes diuer-
ſarū formarū minime diuidi poſſunt quod intellige
de partibus quantitatiuis non aūt de partibus ēen-
tialibus. Poſtea dicit textꝰ: ex quorum cōmixtione
diuerſe ſpecies generatorū fiunt. Nam ſecūdum ꝙ
vnū elementū vel aliud dominatur ita fit aliud ⁊ ali
ud mixtum. Poſtea dicit quorū triū quodlibet ter-
ram orbiculariter vndiqꝫ circundat niſi quantū ſic-
citas terre humori aque obſiſtit ad vitam animanti-
um tuendā. in quo vult ſignificare ꝙ ideo aqua non
cooperit terrā quia ſiccitas terre reſiſtit aque ne
cooperiat eam.

Dubitatur in preſentiarum cur cū
aqua ſit in decuplo maior terra non cooperit terrā
cum ſit grauior aqua et grauius circundatum a li-
quido maiori coopit illud. Dicēdū ad hoc multiplr

Quō probetur eſſe 4. elemēta.

Prima ꝓbatio

Secūda ꝓbatio

Tertia ꝓbatio.

Quō elementa ſūt corpora ſimplicia.

Opinio.

pꝛout Paulus venetus in libꝛo de compoſitione mũ
di: ꝙ a parte ſeтemptrionali ſunt quedam ſtelle que
habent virtutem eleuandi terram et faciendi ꝙ nõ
ſubmergat, ſed hec opinio ẽ falſa qꝛ vt habetur pꝛi
mo de celo nullum violentum eſt perpetuũ et terra
Secũda Opinio ſic eſt violentata ergo aliquando ſubmerget. ¶ Se
cunda eſt opinio Pauli burgenſis dicentis ꝙ terra
et aqua ſunt eccentrice ita ꝙ non habent idem cẽtrũ
ſed in medio amboꝛum elementoꝛum eſt centrũ mũ
di: et ita non habet appetitum aqua cooperiendi
Opinio 3 terrã. ¶ Tertia eſt opinio que mihi placet dicens. li
cet aqua ſit maioꝛ terra in decupla pꝛopoꝛtione non
tamen cooperit terram: quia terra non eſt in medio
mundi quo ad centrũ magnitudinis: pꝛopter quod
vna medietas terre eſt inferioꝛ alia: ad quã defluit
aqua relinquẽs alteram diſcoopertam. Vel dic ſi pla
cet ꝙ ex terra et aqua efficitur vna ſphera cuius me
dium ſit medium vniuerſi et per hoc non cooperiet
terram. Vel dic tertio cũ Joãne dullart pꝛio metheo
roꝛum et cũ thimone eodem pꝛio ꝙ aqua eſt minoꝛ
terra. Pꝛopoꝛtionalitas vero geometrica per decu
plam ꝓpoꝛtionem intelligatur de raritate et denſi
tate non de magnitudine. ¶ Dicit textu. vlteri⁹ om
nia etiam pꝛeter terram mobilia exiſtunt que vt cẽ
trũ mundi ponderoſitate ſui magnum extremoꝛum
motum vndiqꝫ equaliter fugiens. Vult dicere cãm
pꝛopter quam ipſa terra exiſtat ĩmobilis et dat cau
ſam qꝛ quemadmodũ contingere ſolet in mundificã
tib⁹ arma ꝙ cum foꝛtiter ferunt doliũ ipſa arma ma
nẽt immota pꝛopter velocẽ motum extremoꝛũ equa
liter concucientium arma ad omnem partem qua
re quantũ arma ibant ad vnam partem tm̃ ab alia
agitantur in aliam partem et ſic non limpidant ar
ma pꝛopter equalem motum extremoꝛũ ſic contigit
etiam in mulierib⁹ mundificãtibus triticũ quod ꝑp
ter foꝛtẽ motũ extremoꝛum ducit tota ſuperfluitas
ad mediũ ſic ait auctoꝛ ſphere ꝙ terra eq̃ velociter
pulſa ab omnibus extremis celi ducitur et cogit ad
mediũ: ſed iſta ratio auctoꝛis eſt rethoꝛica. Nam po
ti⁹ terra mediũ poſſidet qꝛ eſt ſumme grauis ⁊ ſum
me grauis eſt poſſidere mediũ. Nã cogitare ꝙ mot⁹
celi hoc facere valeat in terra falſum eſt: qꝛ mot⁹ ce
li ſolum attingit ad ſuppꝛemam regionem aeris er
go non vſqꝫ ad terraꝫ g̃ non eſt illa cauſa poſſidendi
medium: circa illam tñ pꝛem oĩa ẽt pꝛeter terrã mo
bilia exiſtunt nota, ignem elementarem et aerẽ mo
ueri circulariter ex motu comete elicitur q̃ tali mo
do mouetur ab oꝛiente in occidens pꝛopter motum
loci vbi eſt, vt ignis et aeris Aliacenſis credit terrã
ſemper moueri motu recto: qꝛ pars grauioꝛ ſemꝑ
pellit leuioꝛem: eo ꝙ actione ſolari ſemper pars diſ
cooperta aquis leuioꝛ efficiatur. Alberto tñ de ſaxo
nia pꝛimo de celo oppoſitum apparet, ꝙ terra non
mouetur: qꝛ nõ quelibet ſuperatio partis grauioꝛis
ad leuioꝛem ſufficit leuioꝛem impellere: qꝛ reſiſtit
etiam pulſui partis leuioꝛis aer et reliqua elemen
ta.

## Textus.

Textus Circa elementarem quidem re
gionẽ etherea regio lucida a variatione om
ni ſua immutabili eſſentia immunis exiſtens
motu continuo circulariter incedit: et hec a philoſo
phis quinta nuncupatur eſſentia cui⁹ nouẽ ſunt ſphe
re ſicut in pꝛoximo ꝑ tractatũ eſt; ſcilicet lune: mer
curij: veneris: ſolis: martis: iouis: ſaturni: ſtellarum
fixarum: et celi vltimi: iſtarum autem quelibet ſupe
rioꝛ inferioꝛem ſpherice circundat. Quarũ quidẽ
duo ſunt motus: Unus eſt enim celi vltimi ſuper du
as axis extremitates: ſcilicet polũ articuꝫ antarcti
cum ab oꝛiente per occidentem in oꝛientem iterum
rediens: quem equinoctialis circulus per medium
diuidit: eſt etiam alius inferioꝛum ſpherarum mot⁹
per obliquum huic oppoſitus ſuper axes ſuos diſtan
tes a pꝛimis. 23. gradibus ⁊. 33. minutis. Sed pꝛim⁹
omnes alias ſpheras ſecum impetu ſuo rapit infra di
em ⁊ noctem circa terram ſemel: illis tamen contra
nitentibus: vt octaua ſphera in centum annis gradu
vno. Hunc ſiquidem motum ſecundum diuidit per
medium zodiacus: ſub quo quilibet planetaruꝫ ſphe
ram habet pꝛopꝛiam in qua defert motu pꝛopꝛio cõ
tra celi vltimi motum: et in diuerſis ſpacijs tempoꝛũ
ipſum metitur vt Saturnus in. 30. annis. Jupiter in
12. Mars in duobus: Sol in. 365. diebus et ſex ho
ris fere. Venus et Mercurius fere ſimiliter. Luna
vero in. 27. diebus ⁊ octo hoꝛis.

## Commentarium.

In iſta parte auctoꝛ dicit, ꝙ cir Cõmenta.
ca elementarem regionem eſt etherea regio
lucida quod intelligatur ſane. Nam lux ſem
per eſt in coꝛpoꝛe opacco: vt patet de fumo incenſo
qui eſt flamma et habet lucem: et cum eſſet fumus
erat aliquãtulum dyafanus: et cum inflammatus
eſt eſt opacum: quia trans illam flammam nihil poſ
ſumus videre: ſed lumen vt habetur ſecundo de ani
ma eſt actus dyaphani ſecundum quod dyaphanum
quare celum quo ad ſtellas eſt lucidũ et quo ad par
tem non ſtellatam eſt illuminatum. capiatur ergo lu
cida vt extendat ſe ad illuminatam. Dicitur a varia
tione omni ſua immutabili eſſentia immunis exiſtẽs
intellige a variatione omni ſcilicet coꝛruptiua: quia
mutationem habet perfectiuam ipſum celum cum il
luminatur Dicit ꝙ motu continuo circulariter incẽ
dit: et hec a philoſophis quinta nuncupatur eſſentia
ſcilicet ab elementis: quia celum nec ẽ graue nec le
ue. nec frigidum: nec calidum. Nam ſi ſic eſſet omnia
deſtueret et pꝛopter ſui magnam vaſtitatem. Dicit au
tem ꝙ hec regio etherea habet nouem ſpheras qua
rum ponit duos motus: vnus eſt. n. celi vltimi ſuper
duas axis extremitates. ſ. polum articum et antar
cticum ab oꝛiente per occidentem ⁊ cetera. i. diſcur
rit per viam equinoctialis: alter vero eſt ab occiden
te in oꝛientem: diſcurrens per viam obliquam que
eſt vbi eſt zodiaci ſuper alios polos diſtantes a pꝛi
mis viginti tribus gradibus et triginta tribus mi
nutis. Sed dicit ꝙ pꝛimus motus omnes alias ſphe
ras impetu ſuo rapit faciendo omnes illas intra diẽ
et noctem circa terram ſemel volui. Super quo no
tabis ꝙ quemadmodum puer reuoluta coꝛda facit
in troco quemdam impetum mouendi circulariter:
ſic pꝛimum celum facit in celis inferioꝛibus quem
dam impetum: quo mediante fert illos circulariter.
Ex quo ſequitur ꝙ ille impetus non eſt naturalis ce
lis inferioꝛibus: nec eſt violentus celis inferioꝛibus:
non pꝛimum quia non poſſunt competere duo motus
naturales eidem: nec eſt violentus: quia nullum vio
lentum eſt perpetuum pꝛimo celi: ſed eſt neutralis
nec etiam naturalis nec, violentus; ſed indifferens

dicit/tamen illis ■ contra nitentibus vt octaua ſphe ra in centum annis gradu vno: et Saturnꝰ in triginta ānis. Jupiter in duodecim. Mars in duobꝰ. Sol in. 365. diebꝰ ⁊ ſex horis fere. Venus ⁊ Mercurius fere ſiſr. Luna vero in. 27. diebus et octo horis.

¶ Super quo nota ꝙ in luna ponūt aſtrologi triplicē menſem lunarē. ſ. peragrationis ⁊ apparitionis cōiūctionis. ꝑagrationis mēſuratˀ. 27. diebꝰ ⁊. 8. horis, ⁊ ē motꝰ lune ab vno gradu zodiaci donec ad eundem redeat. Secundus menſis eſt menſis apparitionis/ et ē. 26. dierum, cum dimidio et mēſuratˀ a tempore in quo luna apparet poſt cōiūctionē donec luna diſpareat. Tertiꝰ menſis ē mēſis ꝯiunctionis et mēſuratˀ ab vna cōiunctione ſolis cū luna vſq; ad iteratā cōiunctionez lune cū ſole et hic menſuratˀ tēpore. 29. dieꝝ cū dimidio: pōt tñ hic menſis fieri lōgior aut breuior: ſecūdum ꝙ luna eſt velox motu vel tarda motu.

¶ Sed contra hoc inſtatˀ auctorita-te Ouidij in pˀo metham. vbi dicit phebus qui ē ſol nec me qui cetera vincit īpetꝰ ꝯtrariꝰ tñ euehor orbi ergo celū ſolis nō rapitˀ a pˀo motu dicendū ꝙ dupliciter nō vincitˀ ſol a pˀo motu. Primꝰ q2 ſolꝰ ipſe mouetˀ regulariter ſup centrū ſui ecentrici cuz reliquo oēs mouentˀ regulariter ſup centro equantis aut ſup centro zodiaci. Secūdꝰ intellectꝰ eſt ꝙ oēs alij planete ſunt retrogradi: ſtationarij vel directi ſolus ſol nō patitˀ tales paſſiones.

¶ Secūdo inſtatˀ per opinionē alpetragij dicentis ꝙ ſolū datˀ motꝰ ab orienti in occidentez redeundo in orientē ſz nō integre facit iſtā reuolutionē niſi primū mobile reliq̄ vero deficiunt ab illa reuolutione integra per quaſdā retardatiōes ita ꝙ celū. 8. in centū ānis deficit ab integra reuolutione ꝑ vnū gradū ⁊ ī triginta ſex milibꝰ ānoꝝ deficit ꝑ vnū integrā reuolutionē et in reliq̄s ſuo mō fiunt retar-dationes ⁊ ꝑ has retardationes ſaluabat motum ab occidente in oriens: ſz quamuis hec opinio ſaluet duplicē illū motū ab oriente in occidēs et ab occidēte in oriēs tñ nō ſaluat multas alias paſſiones planetaꝝ q2 nō ſaluat retrogradationē, ſtationē et directionē nō ſaluat etiam ꝙ luna quandoq; ſit velox motu quā-doq; ſit tarda motu et propterea hec opinio non eſt vera.

¶ Tertio dubitaret aliquis quomō iſti duo motꝰ ſimul ꝯtingere pñt in eodē ita ꝙ vnū et idem celū moueatˀ ab orienti in occidens et ab occi-denti in oriens: ſunt eñi duo motꝰ cōtrarij: ergo non pñt eſſe ſimul. Pro ſolutione dubitationis noto ꝙ Ariſto. ait pˀo de celo ꝙ motui circulari nil ē cōtrariū ⁊ ex cōſequenti illi duo motꝰ ab orienti in occidens et ab occidenti in oriens nō ſunt cōtrarij q2 ābo ſunt circulares. Tum etiā q2 nō fiunt ſup eiſdē polis nec ꝑ eandē viam. Nam ab oriēte in occidens fit ꝑ equinoctialem et ſup polis primi mobilis et ab occidenti in ori-ens fit ꝑ zodiacū et ſup polis zodiaci: q̄ diſtant a pˀis viginti tribus gradibus: vt dixit textꝰ. ¶ Nota ꝙ ad motꝰ eē cōtrarios req̄runtˀ. 4. cōdiciones vt ha-betˀ pˀo de celo et quinto phiſicoꝝ. Primo ꝙ ſint de locis contrarijs ad loca cōtraria. Secundo ꝙ ſint ꝑ lineā breuiſſimā. Tertio ꝙ ſint ꝑ lineā eamdē vel eq̄-ualentē. Quarto ꝙ vnꝰ ſit naturalis ⁊ aliꝰ ſit violētꝰ gratia prime cōditionis ſeq̄tˀ ꝙ ſi aliquid moueatur ab. a. vſq; in. b. ꝑ lineā lateralē itaq; punctū, a. et, b.

ſint eque ſurſum: et aliud moueatˀ ꝑ eandē lineā late-ralē a. b. in. a. illi motus nō ſunt cōtrarij q2 loca non ſunt cōtraria: locoꝝ enim cōtrarietas attēditˀ penes ſuperū et inferū: qualis ſuperioritas et inferioritas nō eſt in locis. a. et. b. Secunda cōditio eſt ꝙ ſit per lineā breuiſſimam quare motus factꝰ ꝑ arcū ab. a. in b. et ꝑ cordam a. b. in. a. nō ſunt cōtrarij. Tertia conditio eſt ꝙ ſint per eandē lineam vel equiualentem ꝙ dicitur quia motus contrarij nati ſunt ſe inuicem impedire per eandem lineam. Dicitur vel equiualen-tez: q2 ſi aliquid moueatˀ ꝑ ſemidiametrū mundi a polo artico in centrū et aliud a centro in polū antarcticum ſunt motus cōtrarij q̄uis ſit vnꝰ motꝰ ꝑ lineā ꝑ quam nō ē aliꝰ eſt tñ equiualens cū ea. Quarta con-ditio eſt ꝙ vnꝰ ſit naturalis et alter violentus quare motꝰ ignis ſurſum et motus terre deorſum non ſunt cōtrarij: q2 ambo ſunt naturales. Cōtraria nāq; vt habetˀ in poſtpredica. et pˀo de celo nata ſunt fieri circa idē qualiter nō nati ſunt fieri ambo motꝰ naturales circa terrā et ignē/ his conditionibꝰ habitis ſatis pz motui circulari nihil eē cōtrariū q2 nō fit per lineā breuiſſimā. Jterū perſuadetˀ ꝙ motui circulari nihil ſit cōtrariū. Naz ſi aliqui motꝰ eſſent cōtrarij maxime eſſent ab orienti in occidens ꝑ meridiē: vel ab orienti in occidens ꝑ angulū medie noctis: certe iſti apparent eſſe contrarij: ſz iſti nō q2 poſſunt conti-nuari: ergo nō ſunt cōtrarij. Naz ſi ſpherā materialē fortiter volueris ab orienti in occidens ꝑ meridiē: ⁊ ante quam ille motꝰ finiretˀ acciperes ſpherā materia-lem ex alia parte videres eundē motū q̄ erat ab ori-enti in occidens ꝑ meridiē eſſe ab oriente in occidēs ꝑ angulū medie noctis: ergo cōtinuantˀ ꝙ ſi cōtinuantur ergo ſunt eiuſdē ſpeciei tenet ꝯſequētia: q2 res diuerſaꝝ ſpecieꝝ neq̄unt cōtinuari: ꝙ ſi eiuſdē ſpeciei ergo nō ſūt cōtrarij q2 oēs motꝰ cōtrarij differunt ſpecie et hec eſt ꝓbatio Alberti ſaxo. q. 5. j. de celo. ¶ Scdō illud met. volo ꝓbare ſupponamꝰ ꝙ tm̄ vnū vni opponitur que eſt phi primo de celo quod eſt intelligendum de contrarietate reali integra formarum accidentaliū vt caliditatis ad frigiditatem. Nam caliditatis aut frigiditatis ad tepiditatem non eſt contrarietas integra quo habito ſic arguo. Si motꝰ ab oriēte ī occidens eſſet contrarius motui ab occidente in oriens ꝑ zodiacum et etiam eſt contrarius motꝰ ab occidē-te in oriens per equinoctialem: ergo plura vni ſunt contraria integra quod eſt falſum.

Q Vod aūt celū voluatˀ ab oriente in occidentez ſignū eſt. Stelle que oriuntur in oriente: ſemꝑ eleuantˀ paulatim et ſucceſſiue quouſq; in mediū celi veniāt: ⁊ ſunt ſemper in eadez ꝓpinq̄tate et remotione ad inuicez: et ita ſemp ſe habentes tendunt in occaſuz cōtinue et vniformiter/ eſt ⁊ aliud ſignum ſtelle q̄ ſunt iuxta polū articū: q̄ nobis nunq̄ occidunt mouentˀ cōtinue ⁊ vniformiter circa polū deſcribendo circulos ſuos: et ſemper ſunt in equali diſtantia ad inuicē ⁊ ꝓpinq̄tate. Unde ꝑ iſtos duos motꝰ cōtinuos ſtellaꝝ tam tendentium ad occaſuz q̄ nō pz ꝙ firmamentū mouetˀ ab oriente in occidentē.

¶ Cōmentariū.

I N hac parte tex. declarat quomo-do celū voluitˀ ab oriente in occidentē tā ꝑ ſtellas q̄ tendunt ī occaſuz q̄ etiā ꝑ ſtellas q̄ nō tendunt ī occaſum: videmꝰ eñi ſtellas q̄ tendunt in occaſuz con-tinue moueri paulatiz et vniformiter donec veniāt in occaſuz: vt pz ſi aliquam ſtellā videris a ꝑmordio

noctis ī oriente trāſactis ſex horis videbis in angulo meridiei: ⁊ tranſactis alijs ſex in angulo occidentis: ergo celū voluit ab oriēte in occidēs per ſtellas tendētes in occaſum/pōt etiā dici ꝙ iſte motꝰ cognoſcitur per ſtellas tendentes in occaſum q̄ ſunt circa polos que mouentur continue circa polos ab oriente in occidens: ergo celum voluit ab oriente in occidens/Celi ab oriēte in occidēs mouent̄ vniformiter quo ad tempus: q2 in oībꝰ partibꝰ tempoꝝ equalibꝰ pertranſeunt celi .15. gradus: nō tm̄ mouent̄ celi vniformiter quo ad ſubiectum: q2 vna ps mouet̄ velociꝰ alia. Partes enim q̄ appropinquāt equinoctiali mouentur velociꝰ quā ille q̄ ad polos appropinquant.

Probatō ꝙ celi mouētur ab occidēte in oriēs.

Quibus rationibus ꝓbat̄ celū moueri ab occidēte in oriens videt̄ in textu, addito a magiſtro Ciruelo ſuper iſto textu. Sed ꝙ inferiores ſphere moueant̄ ab occidente in orientē plura ſunt indicia. Si quis enim lunam de ſub radijs ſolis exeuntē veſperi inſpiciat: notet eiꝰ ab occidente diſtantiam: ſequentibꝰ diebus eadem hora ꝓpriorem eam videbit orienti. In sole aūt hoc eſt ſignū ſi eo occaſum tenente ſtellā aliquam fixā in aliquanta ab occidente diſtantia notauerimus: poſt hebdomadas duas aut tres iterum ſole occiduo eandē ſtellam ſoli et occidenti videbimus ꝓpinquiorē. Sol igit̄ acceſſit ad ſtellā quod eſt orientē verſus moueri. Erraticaꝝ vero quinqꝫ ſtellarū motus ad orientē eis ad ſtellas fixas: quibus propinque in noctis ſerenitate apparent delatis manifeſte deprehendunt̄. In octaua aūt ſphera ꝓpter eiꝰ tarditatē motū hunc vniꝰ hoīs vita experiri non pōt. Locis tm̄ ſtellaꝝ in vita vnius ad eadem in vita alteriꝰ comparatis cognitus eſt. De nona aūt ſphera nulla oīno experientia: cum ſtellis careat; ſed ſola rōne cogente id habitū eſt. ¶ Textus.

QVod aūt ſit celū rotūdū triplex eſt rō: ſimilitudo: commoditas: ⁊ neceſſitas. Similitudo enim qm̄ mundꝰ ſenſibilis factꝰ eſt ad ſimilitudinē mundi archetypi: in quo non eſt principiū nec finis. Unde ad huiꝰ ſimilitudinē mūdꝰ ſenſibilis habet formā rotundā: in qua nō eſt aſſignare principiū neqꝫ finē. Cōmoditas: q2 omniū corpoꝝ hyſoperimetroꝝ ſphera maxima ē: omniū etiam formaꝝ rotunda eſt capaciſſima: qm̄ igit̄ maximū et rotundū: ideo capaciſſimū: vnde cū mundus oīa contineat talis forma fuit illi vtilis ⁊ cōmoda. Neceſſitas qm̄ ſi mundus eſſet alterius forme quā rotunde: ſcꝫ. trilatere vel quadrilatere vl' multilatere ſequerent̄ duo impoſſibilia. ſ. ꝙ aliquis locꝰ eſſet vacuꝰ ⁊ corpꝰ ſine loco: quoꝝ vtrūqꝫ falſum eſt: ſicut pꝫ in angulis eleuatis ⁊ circūuolutis. Itē ſicut dicit Alphagranꝰ Si celū eſſet planū: aliqua pars celi eſſet nobis propinquior alia: illa. ſ. q̄ eſſet ſupra caput noſtrū: igitur ſtella ibi exiſtens eſſet nobis ꝓpinquior ꝙ exiſtēs in ortu ⁊ occaſu. Sed q̄ nobis ꝓpinquiora ſunt maiora vident̄: ergo ſol vel alia ſtella exiſtens in medio celi maior videri deberet ꝙ exiſtens in ortu vel occaſu: cuiꝰ cōtrariū videmus contingere. Maior vero apparet ſol vel alia ſtella exiſtens in oriente vel occidēte ꝙ in medio celi/ſed cū rei veritas ita non ſit: huiꝰ apparentie cauſa eſt ꝙ in tpe hyemali vel pluuiali q̄dā vapores aſcendūt inter aſpectū noſtrū ⁊ ſolē: vel aliā ſtellam: ⁊ cū illi vapores ſint corpꝰ dyaphanum diſgregant radios nr̄os viſuales: ita ꝙ cōprehēdūt rem in ſua naturali ⁊ vera quantitate: ſicut pꝫ de denario ꝓiecto in ꝓfundo aque limpide q̄ ꝓpter ſ[ic]em diſgregationē radioꝝ apparet maioris quam ſue vere quantitatis. ¶ Commentarium.

CElum rotundū eſſe quo ad ſuperficiem cōcauam et cōuexam nō pōt ſuaderi: q2 nec ibi ſequiret̄ penetratio cum cedat ignis nec vacuum qm̄ tale vacuū repleret ignis de intermedijs aūt ſuperficiebꝰ recte ꝓbat̄: et lꝫ poſſit ſaluari (ſi celi mouerent̄ vno motu ab oriente in occidens) ꝙ eſſet figure oualis. Tn̄ cū celi īferiores moueant̄ ab occidēte in oriens via obliqua neceſſario ſequeret̄ penetratio dimenſionū vel vacuū. ¶ Alfagranus in differentia ſcd̄a ſubtil'r ꝓbat celū fore rotūdū: q2 quanto magis ſtelle appropinquāt polo artico tanto tardius mouent̄ ⁊ quāto magis appropinquāt eq̄noctiali tāto velociꝰ mouet̄. Nec valet dicere ꝙ phūs ſecundo de celo figuraꝫ ſphericā vocat minimā ergo nō ē capaciſſima. Dicendū ꝙ figura ſpherica ē minima ī occupacione loci: maxima tn̄ in capacitate: ſed iſta ratio alphagrani q̄ ꝓbat ꝙ celū nō ē planū nulliꝰ ē valoris Naꝫ imaginatur: ꝙ ſtella moueat̄ ab oriente in occidentē ꝑ meridiē ſicut piſcis in aq̄ et ſic bene ꝓbat: ſi moueret̄ ſtella ſicut piſcis ꝙ in oriente et ī occidēte debet ſtella apparere eſſe minor: q2 ē diſtantior: et in meridie apparere eē maior: q2 eſt ꝓpinq̄or. Sed hoc eſt falſumꝫ q2 ſi ſtella ſemꝑ ē in angulo illiꝰ quadrati: et nos in medio: ſemꝑ ē illa ſtella in eq̄li diſtantia a nobis/dicit autor in textu cauſā quare ſol apparet in orienti maior: ⁊ in occidēte in meridie tamen minor cauſa ē: q2 apud orientē ſunt q̄dam vapores inter celuꝫ et oculos noſtros q̄ diſgregant radios viſuales ita vt appareat res maior ꝙ ſit ī meridie oēs vapores ſunt abſorpti ita vt appareat res minor ꝓpter hanc cauſaꝫ et huiꝰ rei tradit bonā analogiam de denario quē aliq̄s nō videns in aliqua certa diſtātia videt ſi infundat̄ aqua limpida eo ꝙ radij diſgregant̄ et frangunt̄ in egreſſu ab aq̄ et veniunt ad oculū videntis ad q̄m aūt venire nō poterant. Textus.

De qua parte celi poſſit ꝓbari figura ſpherica.

maxima

ꝙ ꝓbatio alphagrani ꝙ celuꝫ ſit planuꝫ nil valeat

QVod etiam terra ſit rotūda ſic patet, ſigna et ſtelle non equaliter oriunt̄ et occidūt oībꝰ hominibus vbiqꝫ exiſtentibꝰ. ſꝫ prius oriuntur ⁊ occidūt illis qui ſunt. l. verſus orientē: ⁊ ꝙ citiꝰ ⁊ tardiꝰ oriunt̄ ⁊ occidūt quibuſdā cauſa eſt tumor terre: ꝙ bene pꝫ per ea q̄ fiūt in ſublimi. Una eniꝫ ⁊ eadē eclipſis lune numero (q̄ apparet nobis in prīa hora noctis) apparet orientalibus circa horā noctis tertiā. Unde cōſtat ꝙ priꝰ fuit illis nox ⁊ ſol priꝰ eis occidit quā nobis. ꝙ terra etiam habeat tumoroſitatem a ſeptētrione in auſtrū ⁊ ecōtra ſic pꝫ exiſtentibꝰ verſus ſeptētrionē quedā ſtelle ſunt ſempiterne aparitionis: ſ. q̄ ꝓpinque accedūt ad polū articū: alie vero ſunt ſempiterne ocultationis ſicut ille q̄ ſunt ꝓpinque polo antartico. Si igit̄ aliquis ꝓcederet a ſeptētrione verſus auſtrū in tm̄ poſſet ꝓcedere: ꝙ ſtelle q̄ priꝰ erāt ei ſempiterne apparitionis: ei iam tenderent in occaſum: ⁊ quanto magis accederet ad auſtrū tāto plꝰ mouerent̄ in occaſum. Ille iterū idē hō tūc poſſꝫ videre ſtellas q̄ priꝰ fuerāt ei ſempiterne occultationis ⁊ ecōuerſo contingeret alicui ꝓcedenti ab auſtro verſus ſeptemtrionem. Huiꝰ aūt rei cauſa eſt tumor terre. ¶ Itē ſi terra eēt plana ab orienti in occidentē: tā cito orirent̄ ſtelle occidentalibus quā orientalibꝰ qđ pꝫ eē falſum. ¶ Itē ſi terra eſſet plana a ſeptētrione in auſtrum ⁊ ecōtra: ſtelle q̄ eſſent alicui ſempiterne apparitionis ſemꝑ apparerent ei quocunqꝫ ꝓcederet qđ falſum ē: ſed ꝙ plana ſit ꝓ nimia eiꝰ quātitate hominū viſui appꝫet. Com.

IN iſta parte auctoꝛ ꝓbat ꝙ terra ſit rotunda:tā ab oriente in occidēs: q̄ a ſeptētriōe in auſtro. p̄rio ab oriēte ī occidēs:q2 ſi eſſet plana ab oriente in occn̄s:ſtelle eq̄ cito orirent orientalibꝰ et occidētalibꝰ qḋ ē falſum:q2 vna ⁊ eadē eclipſis lune numero q̄ appet orientalibꝰ circa horā noctis tertiā:apparet occn̄talibꝰ circa horā noctis p̄riam;qḋ eſt:q2 p̄riꝰ eſt ortus ſol orientalibꝰ q̄ occn̄talibꝰ:et hoc eſt ꝓpter giboſitatē terre. Terra igitur eſt rotunda ab oriente in occn̄s : qḋ aūt a ſeptētrione in auſtrū pꝫ de ſtellis q̄ ſunt ſempiterne apparitionis q̄quidē iter agentibꝰ a ſeptentrione in auſtrū occultant̄ eis:et vice verſa venientibꝰ ab auſtro ad ſeptentrionem occultantur ille que ſunt circa polū antarcticū:ergo terra a ſeptentrione in auſtrū eſt rotūda. Ariſto. hoc perſuadit:q2 vmbra q̄m facit terra eſt rotunda. Nec ꝓpterea ſequit̄ ſolē tp̄e ortus apparere figure arcualis:quia ad hoc ꝙ aliquid appareat in modū arcꝰ req̄rit̄ ꝙ apprehendamꝰ vnā p̄tē ꝓpinquioꝛem alia qḋ tñ ꝓpter diſtantiam ſolis neq̄mus cognoſcere. ¶ Textus

QUod aūt aqua habeat tumoꝛem et accedat ad rotunditatē ſic pꝫ : ponat̄ ſignū in littoꝛe maris:et exeat nauis a poꝛtu:et in tm̄ elongetur ꝙ oculus exiſtens iuxta pedem mali non poſſit videre ſignum:ſtante vero naui oculꝰ eiꝰ exiſtentis in ſummitate mali bn̄ videbit ſignū illud : ſꝫ oculus exiſtentis iuxta pedē mali meliꝰ deberet videre ſignū q̄ qui eſt in ſummitate:ſicut pꝫ ꝑ lineas ductas ab vtroq̄ in ſignū:et nulla alia huiꝰ rei cauſa eſt q̄ tumoꝛ aque. Excludant̄ em̄ omnia alia īpedimēta ſicut nebule et vapoꝛes aſcendentes. Item cū aq̄ ſit coꝛpꝰ homogeneū totū cū partibꝰ eiuſdē erit rōnis: ſꝫ p̄tes aq̄ (ſicut in gutulis ⁊ roꝛibꝰ herbarū accidit) rotundam naturaliter appetunt foꝛmam:ergo et totum cuius ſunt partes. Cōmētarium.

AUctoꝛ in iſta parte declarat ꝙ aqua ſit rotunda duabus ꝓbationibꝰ. Prima eſt de naui q̄ exit a poꝛtu et relicto ſigno in littoꝛe in tm̄ elongat̄ ꝙ exiſtens in pede mali non pōt videre ſignum ſed ſi aſcēdat ad ſummitatē mali, videbit ſignuꝫ qḋ certe eſt:q2 nō īpedit̄ a gibboſitate terre quāuis maioꝛ eſt diſtantia a ſummitate mali ad illam turrim:quam a pede mali ad turrim:quia illa diſtantia a ſummitate mali eſt tanquam diameter reſpectu alterius que eſt a pedem mali. ¶ Secunda ratio ē in homogeneis eadem eſt ratio totius : et partis : ſed gutule herbarum foꝛmam accipiūt rotundam ergo et tota aqua eſt rotunda. Ariſto. ſecundo de celo ſcire rotūdam ꝓbabit aquam:ex hoc ꝙ ſi eſſet plana ſequitur eſſe rotundam. Nam ſi eſſet plana partes extreme eſſent altioꝛes media. Qḋ facile quis videre pōt in ductu linearū extremaliū illius aque:et in ductu linee medie ad centrū:quarū pars media eſt inferioꝛ extremis ad quā veluti inferioꝛeꝫ extreme cōfluentes eleuant illā in medio cuius medij eleuatio eſt rotūditas:ex quo infertur ꝙ mobile motum ſpacio planiſſimo p̄tim aſcēdat:et p̄tim deſcēdat. Infertur ſecundo ſtagnū quantūuis planū fieri ꝓfundiꝰ in medio q̄ ī extremis. Nota ꝙ ignis elemētaris quātum ad ſuperficiem conuexā eſt rotundꝰ:q2 hēt figurā ſui loci:ſed quantū ad ſuperficiē cōcauā eſt figure oualis, q̄m ſub equinoctiali que eſt medium eius eſt groſſioꝛ ignis: ſub polis vero ē ſtrictioꝛ :aer vero elementaris quantū ad ſuperficiē conuexā eſt figure oualis quantū vo ad concauā medie regionis aeris eſt figure lenticularis;nā ſub equinoctiali q̄ eſt medium eius eſt ſtrictioꝛ ſub polis vero amplioꝛ:quantū tm̄ ad ſꝑficiem cōcauam infime regionis eſt rotundꝰ, ſicut terra et aqua ſunt rotūda quas ambit. ¶ Ex quibus oībus que iam dicta ſunt pōt tradi cauſa quare propter ꝯtinuā variationē ⁊ mobilitatē maris gades alexādri:que ſunt verſus oriētē:ſunt coop̄te mari per triginta leucas :gades vo herculis q̄ ſunt verſus occn̄s diſtant a mari pluſq̄ diſtiterāt per triginta leucas. Infertur ſecūdo idē vas plꝰ capere ī cellario q̄ in ſolari, qḋ euenit quia aqua ī p̄te inferioꝛi redacta ad ſphericitatem dat locum vt in partibꝰ extremis plꝰ aque cōprehēdat. Infertur tertio ꝙ puteꝰ aliquis, aut edificiū aliquod cuiꝰ p̄ietes ſint foꝛmati ad ꝑpendiculū:quanto magis verſus inferius deſcendūt tanto magis appꝛopinquant pꝫ:q2 ſuper re rotunda linea perpēdicularis ad cētrū ꝓgredit̄.

¶ Textus.

QUod aūt terra ſit ī medio firmamenti ſita ſic pꝫ exiſtentibꝰ in ſuperficie terre. Stelle apparent eiuſdem quantitatis ſiue ſint in medio celi:ſiue iuxta occaſum:et hoc quia terra equaliter diſtat ab eis:ſi enim terra magis accederet ad firmamentū in vna parte quam in alia: aliq̄s exn̄s in alia parte ſꝑficiei terre que magis accederet ad firmamentū:nō videret celi medietateꝫ ſed hoc eſt contra Tholomeū et oēs philoſophos dicētes ꝙ vbicūq̄ exiſtat homo ſex ſigna oꝛiūtur ei:et ſex occidunt et medietas celi ſemper apparet et medietas ~~vero~~ occultatur illud iteꝫ eſt ſignum ꝙ terra ſit tanq̄ centrum et punctus reſpectu firmamēti : q2 ſi terra eſſet alicuius q̄titatis reſpectu firmamenti: non contingeret medietatem celi videri. Itē ſi intelligatur ſuperficies plana ſuꝑ centrū terre diuidens eam in duo equalia;et ꝑ conſequens ipſum firmamētum:oculus igitur exn̄s in centro terre videret medietatem firmamenti:idēq̄ exn̄s in ſuperficie terre videret eandem medietatē:ex his colligitur q̄ ī ſenſibilis eſt quantitas terre que eſt a ſuperficie ad centrū et per conſequens quātitas totiꝰ terre inſenſibilis eſt reſpectu firmamenti. Dicit etiā Alphagranus ꝙ minima ſtellarum fixarū viſu notabiliū maioꝛē tota terra:ſed ipſa ſtella reſpectu firmamenti eſt quaſi punctus:multo igit̄ foꝛtius terra cum ſit minoꝛ ea.

¶ Textus.

QUod autē terra in medio omnium immobilr̄ teneat̄:cum ſit ſumme grauis ſic perſuaderi videtur eſſe eius grauitas oē enim graue tēdit naturaliter ad centrum. Centrum quidem punctꝰ eſt in medio firmamenti terra igitur cum ſit ſumme grauis ad pūctum illum naturaliter tēdit. Itē quicquid a medio moue t̄ verſus circūferētiam celi aſcendit: terra a medio mouetur ergo aſcendit quod ꝓ impoſſibile relinquit̄. Com̄.

PRobat impꝛeſentiarum auctoꝛ ꝙ terra ſit tanq̄ centrum reſpectu firmamenti quia ſecundū mentem Alphagrani vbicūq̄ ſit homo medietas celi apparet et medietas celi non apparet ſex ſigna apparent et ſex ſigna occultantur quod certe nō poſſet eſſe niſi terra eſſet in medio:nā ſi multum alte eleuaretur non videretur tota medietas celi:iſta propoſitio vbicūq̄ ſit homo medietas celi ſemper apparet et medietas celi occultatur:non eſt vera ſi oulus eſſet in fixus ſuperficiei terre, Nam tūc vi

debit partes celi que ſunt extreme in cõtactu linee contingentis terrã: et ita deficiet a viſione medietatis celi per illud quod eſt a centro terre ad ſuperficiem eius: et intelligaẗ ꝙ videt medietatẽ celi pluribꝰ viſionibꝰ et non vnica. Nã vnica viſione impoſſibile eſt videre quartã partem celi: quia viſurꝰ quartam partẽ celi vnica viſione debꝫ videre ſub angulo recto: ſed impoſſibile eſt viſionẽ cauſari ſub angulo recto: quia ſub angulo recto non poſſumꝰ videre: fit enim viſio ſub pyramide radioſa cuius angulꝰ ẽ acutus. Poſtea tex. dicit ꝙ terra eſt tanꝙ punctus reſpectu firmamenti qđ probat duabꝰ rõnibꝰ. Prima per locũ a maiori ſic ſtella ẽ maior terra imo minor ſtellaꝝ fixarũ viſu notabilium eſt maior tota terra ſed ſtella reſpectu celi eſt tanꝙ punctus ergo a forciori terra. Iſta propõ minima ſtellaꝝ fixarum viſu notabiliũ maior eſt tota terra: diciẗ notãter viſu notabiliũ ꝓpter ſtellas gallaxie vel circuli lactei: ẽ eñ gallaxia multitudo ſtellarũ paruarũ: quarũ vnaq̃ꝙ per ſe videre non poteſt oẽs tamẽ ſimul videri pñt ⁊ iſte circulus lacteꝰ protenſus a fine geminorũ per principiũ ſagitarij iterũ rediens ad finẽ geminorũ iſtius circuli per ſe non poſſunt videri. oẽs tñ ſiẗ pñt videri: et ideo tales ſtelle cenſentur minores terra. Secũda rõ eſt medietas terre reſpectu celi eſt inſenſibilis quantitatis: ergo et tota terra tenet ꝯña: quia medietas terre non obſtat quim videaẗ medietas celi: ergo inſenſibilis eſt quantitatis. ſed in veritate ſtando in rigore ſermonis non eſt verũ ꝙ celi medietas videaẗ: qꝛ dicendo duas lineas, vnã per centrũ que applicet extremitates ſuas ad circũferẽtiam ex vtraqꝫ parte: aliam vero rectã que ꝓcedat faciendo cũ terra angulũ contingẽtie in ſuperficie illa eſt per quã fit viſio: et non diuidit medietatẽ celi: imo minorem ꝙ medietas celi ſuper illã quanta ẽ ſemidiameter terre: igiẗ ſequiẗ ꝙ ſtando in rigore: non videmus medietaẗ celi. Poſtea auctor probat ꝙ terra ſit imobilis hoc modo. terra eſt ſumme grauis et ſumme grauis eſt ire ad centrũ et ſi eſt in centro nõ dimoueẗ ab illo: qꝛ eſt in ſuo loco naturali: ꝰ ipſa terra non mouetur: preterea ſi moueret ẽet recedendo a centro: ſꝫ non poſſet recedere a cẽtro niſi aſcendendo: ergo graue naturale aſcendet quod ẽ falſum. Sꝫ circa iſtud de immobilitate terre nota ꝙ terra non moueẗ motu circulari: et celi quieſcũt vt quidã falſo opinanẗ. Nã ꝓiectũ concidens ſuper eaſdẽ partes a quibꝰ fuit emiſſum: manifeſtat terrã non moueri circulariter: motu tamẽ recto continue mouetur terra quod manifeſtat impulſus cõtinuus partium grauiorꝫ pellentiũ partes magis leues a ſole leuificatas continue. ¶Textus.

## ¶ De quantitate abſoluta terre.

Totus aũt terre ambitꝰ auctoritate Ambroſij Theodoſij macrobij: et eraſthotenis philoſophorũ ducenta et .52. millia ſtadia continere diffiniẗ vnicuiqꝫ q̇dẽ .360. partium zodiaci .700 deputando ſtadia. ſumpto .n. aſtrolabio i ſtellãte noctis claritate ꝑ vtrũqꝫ mediclinij foramẽ polo perſpecto notetur graduũ multitudo: in qua ſteterit mediclinium: deinde procedat coſmimetra directe contra ſeptemtrionẽ a meridie donec in alterius noctis claritate viſo vt priꝰ palo ſterit altius vno gradu mediclinium: poſt hoc menſus ſit huius itineris ſpaciũ: et inuenietur ſeptingẽtorũ ſtadiorũ: deinde datis vnicuiqꝫ .360. graduũ tot ſtadijs terreni orbis ambitus inuẽtus erit: ex his autem iuxta circuli et diametri regulaꝫ terre diameter ſic iueniri poterit: aut fert vigeſimã ſecundã partem de circuitu terre: et remanentis tertia pars hoc ẽ octo millia: 181. ſtadia et ſemis et tertia vnius ſtadij erit terreni orbis diameter ſiue ſpiſſitudo. ¶Commentarium.

Auctor i iſto tex. declarat quãtꝰ ſit ãbitꝰ terre dicẽs dñ mẽte macribij theodoſij et aſtothenis phõꝝ eſſe .252000. ſtadiorũ: quod inuentũ ẽ: qꝛ vnicuiqꝫ gradui celi correſpõdẽt i terra ſeptingẽta ſtadia modo multiplicãdo ſeptingenta ꝑ .360. gradus in veniunẗ .252000. et eſt terreni orbis ambitus iuentus erit. Quomodo aũt cognoſciẗ ꝙ vnicuiqꝫ gradui correſpõdant .700 ſtadia: ſic declaraẗ: qꝛ viſo polo in ſtellãte noctis claritate ꝑ vtrumqꝫ midyclinij foramen erit polus certe altitudinis et ſi agaẗ iter verſus ſeptemtryonem: ita vt cognoſcatur polus eſſe altior vno gradu: et neſciamur huius itineris ſpaciuꝫ inuenietur ſeptingentorum ſtadiorum. Ut aũt iſta dignoſcas facile nota apud aſtrologos fuiſſe quaſdam menſuras celeſtes et quaſdam terreſtres: Celeſtes quidem ſunt duodecim ſigna in que celum diuidiẗ tanꝙ in .12. ꝑtes et quodlꝫ ſignũ in .30. gradus: quilꝫ gradus in .60. minuta: quodlꝫ minutũ in .602. et ſic vſqꝫ ad .10. i terra vero quattuor grana ordeacea latitudinalr faciũt latitudinẽ digiti .4. digiti palmũ. 4. palmi ꝑpedem: pes cum duabꝰ tertis cubitũ: tres cubiti paſſum: vel quinqꝫ pedes: Eſt eñ paſſus ab vniꝰ pedis poſitione vſqꝫ ad iteratam eiuſdem pedis poſitionẽ: et 125. paſſus vocantur ſtadium: ab ſtãdo: qꝛ hercules ꝑ tot paſſus currebat ſine emiſſione anhelitus et in fine ſtare cogebaẗ. 8. ſtadia faciunt milliare duo milliaria, in galia faciunt leucaꝫ ⁊ tria milliaria, i germania vel in hiſpania. Ex his aũt pꝫ quanta ſit diameter totiꝰ terre ꝑ regulam circuli ⁊ diametri: diuidaẗ eñ circunferentia in .22. ꝑtes et. Auferas .22. partem et qđ remanet partiaris in tres ꝑtes: ⁊ tertia pars erit diameter terre, hoc ẽ .8181. ſtadia et ſemis: ⁊ tertia vnius ſtadij et leuce i terra erũt .10166 et milliaria .31500.

¶ Licet phs .2. dñ celo tenuerit trrã habere quadramiliades que ſunt quadraginta millia milliaꝝ: attamen veritas eſt quam ponit auctor, nan diuerſitas in menſuris atqꝫ diuerſitas partium terre ꝑ quam fit menſuratio potuit eſſe cauſa ꝙ diuerſe magnitudines attribuantur terre. Poſſemꝰ tñ clariori modo quantitatem terre venari: ſi modo aſpiciemus duas regiones quarũ vna ſit orientalior alia ꝑ quindecim gradus qui ſunt vna hora poſtea multiplicando ſpacium leucarũ qđ eſt inter vnã regionem et aliam per .24. erit cognita tota magnitudo terre. Ex quo habes in terra .10. millia leucaꝝ ⁊ .166. Milliaria vero eſſe .31. millia et quinquaginta ¶Nota quantitates planetarũ celorũ et elementorꝝ: ſm ꝙ ille quantitates bene epilogãtur ab amadeo ſecundo de celo que .2. concluſione .5. arti .5. ſolis diameter ſe hẽt ad diametrũ terre in ꝓportione quintupla ſequialtera: et eſt ſol maior terre .166 vicibꝰ et paulo amplius: terra vero eſt maior luna tricies nonies et paulo plus. Propter quod errauit Plinius li .2. naturalis hyſtorie .c .10. dicẽs ꝙ lunaẽ maior terra. Mercuriꝰ vero ẽ minor terra .21952.

vicibus. Ex quo inferas ꝙ mercurius ē minoꝛ luna. ¶ Mars vero continet terram ſemel et dimidium et tertiam ꝑtem terre: venus vero eſt minoꝛ terra in trigecuplo ſeptuplo. Jupiter cōtinet terrā nonagies quinquies. ſaturnus continet terraʒ nonagies ſemel: ex quo infertur ꝙ iupiter eſt maioꝛ ſaturno inferꝰ: preterea contra paulū venetū in metheo. ca. 2 ꝙ ſol eſt maioꝛ omnibꝰ aſtris ſtelle p̄me magnitudinis continent craſſitudinē terre centecies ſepties et ſtelle ſecunde magnitudinis continent terrā nonagies: ſtelle tertie magnitudinis continent terrā ſeptuagis: ſtella quarte magnitudinis continet terrā quinquagies quater: ſtella quinte magnitudinis cōtinet terram tricies quinq̄s: ſtella ſexte magnitudinis continet terrā decies octies. Ponit preterea tabula inter vallorū ꝑ milliaria a centro terre vſq; ad concaua et conuexa celoꝛū: concauū lune diſtat a cētro terre per. 10907. milliarios: conuexum lūe diſtat a centro terre. 28054i. milliarios concauū mercurij eadem diſtantia diſtat a centro terre qua diſtat conuexū lune: conuexū mercurij diſtat a centro terre per. 542750. milliares: cōcauū veneris eadem diſtantia diſtat conuexū veneris diſtat a centro terre. ꝑ 3640000. milliares conuexū ſolis diſtat a centro terre per. 3965000. millitres conuexū martis diſtat a centro terre ꝑ. 28847000. milliares ꝯuexū iouis diſtat a cētro t̄rre ꝑ. 46816250 milliares conuexum ſaturni diſtat a centro terre ꝑ 65357500. milliarios conuexum octaue ſphere diſtat a centro terre. 130750000. millires. ¶ Tabula ſpiſſitudinis oꝛbiū a concauo ad conuexū. craſſitudo oꝛbis lune ē. 99504 milliares. craſſitudo oꝛbis mercurij ē. 354209. milliares. craſſitudo oꝛbis veneris ē. 309750. milliares, craſſitudo oꝛbis ſolis eſt. 3325000. milliares. craſſitudo oꝛbis martis eſt 24882000. milliares craſſitudo oꝛbis iupitris ē. 17909250. milliares. craſſitudo oꝛbis ſaturni eſt. 18541250. milliares. craſſitudo octaue ſphere eſt. 65357500. milliares.

## ¶ Capitulū ſecūdū d̄ circulis ex quibus Sphera materialis componitur et illa ſuper celeſtis: que per iſtam imaginatur componi intelligitur.

TEX,

HOꝛuʒ aūt circuloꝛū: quidā ſunt maioꝛes: q̄dā minoꝛes vt ſenſu pʒ Maioꝛ eñ circulus in ſphera dicit̄ q̄ deſcriptus in ſuperficie ſphere ſuper eius centrū diuidit ſpherā in duo eq̄lia. Minoꝛ vero qui diſcriptꝰ in ſuperficie ſphere eā: non diuidit in duo equalia ſed in poꝛtiones inęq̄les inter circulos vero maioꝛes p̄ꝛio dicendū eſt de equinoctiali. Eſt igit̄ eq̄noctialis circulus quidē diuidens ſpherā in duo equalia ſ̄m q̄libet ſui partē eq̄diſtās ab vtroq; polo. Et dicit̄ equinoctialis q̄ñ q̄ñ ſol trāſit per illū: qđ eſt bis in anno in p̄ꝛincipio arietis ſcilicet et ī p̄ꝛincipio libꝛe ē eq̄noctiū ī vniuerſa terra. Vñ etiā apellat̄ eq̄toꝛ diei ꝛ noctis: qꝛ adeq̄t diem artificialem nocti: et dicitur cingulꝰ p̄ꝛimi motꝰ. Vñ ſciendū eſt ꝙ p̄ꝛimꝰ motꝰ dicit̄ motꝰ p̄ꝛimi mobilis: hoc eſt non ſphere ſiue celi vltimi qui eſt ab oꝛiente per occidentē rediens iterū in oꝛientem qui ēt dicit̄ motꝰ rōnalis ad ſimilitudinem motꝰ rōnis qui eſt in microcoſmo ideſt in homine ſcilicet q̄ñ fit conſiderō a creatore per creaturas in creatoꝛē ibi ſiſtendo. Secūdꝰ motꝰ firmamēti et planetaꝝ contrariꝰ huic eſt ab occidēte per oꝛientē iterū rediens in occidentē qui motꝰ dicit̄ irrōnalis ſiue ſenſualis ad ſimilitudinem motꝰ microcoſmi: qꝛ eſt a coꝛruptibilibꝰ ad creatoꝛem iterū rediens ad coꝛruptibilia. Dicit̄ ergo cīgulus p̄ꝛimi motus qꝛ cingit ſiue diuidit p̄ꝛimū mobile ſcilicet ſpherā nonam in duo equalia equidiſtans a polis mundi ¶ Unde notandū ꝙ polus mūdi qui nobis ſemper apꝑet: dꝛ polꝰ ſeptētriōalis: arcticꝰ vel boꝛealis. Septemtrionalis dicitur a ſeptentrione: hoc eſt minori vrſa q̄ dicit̄ a ſeptem et trion qđ eſt bos: qꝛ ſeptem ſtelle que ſunt in vrſa tarde mouentur ad modū bouis cū ſint p̄ꝛopinque polo: vel dicunt̄ ille ſeptē ſtelle ſeptētriones q̄ſi ſeptētriones co ꝙterunt partes circa polum qđ dicitur ab arctos quod eſt maioꝛ vrſa. Eſt eñ iuxta maioꝛē vrſam. Boꝛealis vero dicitur: qꝛ eſt in illa parte a qua venit boꝛeas. ¶ Polꝰ vero oppoſitus dr̄ antarticus quaſi contra arcticū poſitꝰ dr̄ ꝛ meridionalis qꝛ ex parte meridiei eſt dr̄ ēt auſtralis qꝛ eſt ī illa parte a qua venit auſter. Igit̄ duo puncta in firmamento ſtabilia dicunt̄ poli mundi: qꝛ ſphere axem terminant et ad illos voluit̄ mundus quoꝝ vnus nobis ſemꝑ apparet reliquꝰ vero ſemper occultat̄: Vñ vir i. j. geoꝛ. Hic vertex nobis ſemper ſublimis at illum ſub pedibꝰ ſtix atra vident manesq; p̄ꝛofundi.

¶ Commentarium.

IN iſta parte auctoꝛ declarat de circulis ex quibꝰ ſphera materialis componitur et illa ſuper celeſtis imaginari intelligitur. Et dicit textꝰ ꝙ quidā circuli in hac ſphera materiali ſunt maioꝛes: et alij ſunt minoꝛes: maioꝛes quidē circuli in ſphera ſunt qui deſcripti in ſuperficie ſphere ipſam diuidunt in duas partes equales: inter quas equinoctialis circulus eſt potiſſimꝰ ꝛ dicitur equatoꝛ diei et noctis. qꝛ q̄ñ ſol venit ad illum quod eſt bis in anno ſcilicet. xj. die Marcij et. 13. die Septēbꝛis ſol eſt in eq̄noctiali et eq̄tur dies nocti ī vniuerſo oꝛbe qꝛ tā oꝛizon rectꝰ ꝙ oblicꝰ diuidūt eq̄noctialē in duas partes equales et iſte circulꝰ vocatur cingulus p̄ꝛimi motꝰ: et dicit tex. ꝙ motꝰ ab oꝛiēte in occñs comparatur motui michꝛochoſmi: quando a creatoꝛe deſcendit in contemplationem creature ꝛ iterum accidit contemplationem creatoꝛis: et motꝰ ab occidente in oꝛiens comparat̄ motui irrationali microcoſmi; ab occidente in oꝛiens redeundo in occñs: nā cū microcoſmꝰ irrōnabilit̄ ſe habet aſcendit a contēplatione creature ad contēplationem creatoꝛis: et iterū a creatoꝛe reuertit̄ in cōtemplationē creature hic notare lʒ ꝙ hō dr̄ microchoſmus ideſt mundus abꝛeuiatus: et paruus reſpectu macrocoſmi: ideſt mundi magni: et vocatur hō microcoſmꝰ: vt ait Ari. 8. phiſi. qꝛ hō ē epilogꝰ ꝛ ſuma totius vniuerſi: qꝛ ſi coꝛꝑalia queris in illo ſunt ſi ſpiritualia ēt ſunt in illo. Nā intellectū hʒ vt ſpiritualia et voluntatem: ſi quattuoꝛ elementa q̄ris q̄ttuoꝛ hʒ humoꝛes: ſi deniq; queris alterū ſolē aſpice coꝛ. Nā ꝛ in microcoſmo ideſt in hoīe ē tanq̄ ſol ſicut. n. ſol ſuis radijs omnia viuificat: ſic ꝛ coꝛ ſuis ſpiritibus vitalibus omnia viuificat: et hoc dicit Gregoꝛiꝰ in illo paſſu ſuper homelia. Ite et p̄ꝛedicate euangeliū oī creature ideſt homini: qꝛ homo quodā modo eſt oīs creatura. Preterea dicit tex. ꝙ polus articus vocat̄ polus. qui nobis ſemper apparet et eſt ſeptemtrionalis: articuꝰ vero vel boꝛialis: dicit̄ articus ab artos ꝙ eſt maioꝛ vrſa; qꝛ eſt ꝑpe vrſam

maiorem et eſt borealis: quia ē in parte vnde venit
boreas: et eſt ſeptemtrionalis: quia eſt prope illam
partem vbi ſunt ſeptem ſtelle que vocantur ſeptem
triones: quaſi ſeptem teriones. terūt enim illas par
tes que ſunt circa polū oppoſitꝰ vero polꝰ dr̄ antar-
cticꝰ: meridionalis vel auſtralis antarcticꝰ quaſi cō
tra articū poſitꝰ; meridionalis: qꝛ eſt in parte me-
ridiei: auſtralis: qꝛ eſt in illa parte a q̄ venit auſter.
Nota tamen ꝙ iſte polus dr̄ meridionalis et non ali
us: qꝛ ſemper meridies efficit̄ inter zenith noſtrum
et illum: et non inter zenith noſtrum et polum arti
cum. Super iſto textu volo notare vtrum. Quomodo
cū ſol venit ad arietem eſt equinoctium in vniuerſa
terra ⁊ eodem modo ad libram. Et dico ꝙ eſſe equa
les impoſſibile eſt triplici de cauſa. Primo: quia
quando luminoſum eſt maius et opacū minꝰ lumino
ſum illuminat de opaco pluſq̄ medietatē: ergo ma-
ior erit dies q̄ nox. Secunda rō ſi ſol moueat̄ in ec-
centrico et medietas maior declinet ad augem: mi
nor vero ad oppoſitū augis neceſſarium ē ſaltem ad
habitantes ſub equinoctiali ꝙ dies ſit maior nocte.
Tertia ratio: quia ſi ſumatur. ii. dies naturalis mar
cij in ea arcus noctis eſt maior arcu diei: eo ꝙ arcui
noctis copulatur aſcēſio cuiuſdam gradus quem in
terim ſol pertranſit motu proprio et ille debet aſcen
dere ad complendū diem naturalem: et tenet ſe ex
parte noctis eqainoctium igitur concedit̄ ad iſtum
ſenſum: ꝙ tm̄ eſt tp̄s quo ſol mouetur a contactu cē-
tri ſui in orizonte orientali vſq; ad contactū centri
ſolis in orizonte occidentali ſicut eſt tempus ab illo
contactu in orizonte occidentali vſq; ad alium con-
tactū in orizonte orientali per inferius emiſpheriū
et hoc dicit intelligi ꝙ nox ⁊ dies equant̄ iſto mō nō
punctualiter: ſed ꝙ parū ſe excedant: ꝙ aūt dies
vulgares nunq̄ nocti adeq̄ntur abſq; dubio clarum
eſt. Nā ex mente campani. 10. elementorū Euclidis
ꝑpōne. 58. etiā ſole exiſtente ſub orizonte. 18. gra-
dibꝰ qđ eſt vna hora et eo plus ē dies ꝑpter qđ hꝫ di
es duo crepuſcula dicta a crepero quod eſt dubium
alterū matutinū: alterū veſpertinū: primū eſt anteq̄
ſol oriatur quando dies eſt: ſecundū eſt quādo dies
eſt poſtquam ſol occidit.

## ¶ De Zodiaco circulo.

Est alius circulus in ſphe-
ra qui interſecat equinoctialē et iter
ſecatur ab eodem in duas partes eq̄
les et vna eius medietas d̄clinat ver
ſus ſeptemtrionē alia verſus auſtrū:
et dicit̄ iſte circulꝰ zodiacꝰ a zoe qđ ē
vita: qꝛ ſm motū planetarū ſub illo eſt oīs vita in re-
bus inferioribꝰ. Uel dicitur a zodiō quod ē aīal: qꝛ
cū diuidat̄ in. 12. partes equales quelꝫ pars appella
tur ſignū: et nomē hꝫ ſpeciale a nomine alicuiꝰ aīalis
propter ꝓprietatē aliquam cōuenientem: tā ipſi ꝙ
animali: vel ꝑpter diſpoſitionem ſtellarū fixarū in il
lis partibꝰ ad modū huiuſmodi animalium. Iſte ve
ro circulus latine dicitur ſignifer: qꝛ fert ſigna: vel
qꝛ diuidit̄ in ea ab Ariſtotele vero in libro de gn̄atio
ne et corruptione dicit̄ circulus obliquꝰ vbi dicit ꝙ
ſm acceſſum et receſſum ſolis in circulo obliquo fiūt
gn̄ationes et corruptiones in rebꝰ inferioribꝰ. Noīa
aūt ſignorū: ordinatio et numerus in his patent ver
ſibꝰ. Sūt aries: thaurꝰ: gemini: cancer, leo, virgo. li
braq; ſcorpius architenens caper amphora piſces.
Quodlꝫ aūt ſignū diuidit̄ i. 30. gradꝰ. Uñ patet ꝙ i
toto zodiaco ſunt. 360. g̃dꝰ. Scđm aūt aſtronomos
iterū quilibet gradꝰ diuidit̄ in. 60. minuta qđlꝫ mi
nutum in. 60. ſecūda quodlibet ſecundū in. 60. ter-
tia et ſic deinceps vſq; ad. x. et ſicut diuidit̄ zodiacꝰ
ab aſtronomo: ita ⁊ quilꝫ circulꝰ in ſphera ſiue ma-
ior ſiue minor in partes conſimiles. Cū omnis etiam
circulꝰ in ſphera preter zodiacū intelligat̄ ſicut li-
nea vel circūferentia: ſolus zodiacus intellidit̄ vt ſu
perficies hn̄s in latitudine ſua. 12. gradꝰ d̄ cuiuſmo
di gradibus iam locuti ſumꝰ vnde patet: ꝙ quidam
mentiunt̄ in aſtrologia dicentes ſigna eē quadrata:
niſi abutentes nomine idē apellent quadratū et qua
drangulū. Signū eñ habet. 30. gradus in longitu-
dine. 12. vero in latitudine. Linea autem diuidens
zodiacū in circuitu; ita ꝙ ex vna parte ſui relinquat̄
ſex gradus et ex alia parte alios ſex. dicitur linea
ecliptica quoniam quando ſol et luna ſunt linealiter
ſub illa contingit eclipſis ſolis aut lune. Solis vt ſi
fiat nouilunium et luna interponatur inter aſpectū
noſtrum et corpus ſolare. Lune vt in plenilunio: qn̄
ſol lune opponit̄ diametraliter: vñ eclipſis lune nihil
aliud eſt q̄ interpoſitio terre inter corpus ſolis et lu
ne Sol quidem ſemper decurrit ſub ecliptica om-
nes alij planete declinant vel verſus ſeptentrionem:
vel verſus auſtrū: qñq; aūt ſunt ſub ecliptica. Pars
vero zodiaci que declinat ab eq̄noctiali verſus ſep-
temtrionē dicitur ſeptemtrionalis: vel borealis vel
artica. Et illa ſex ſigna q̄ ſunt a ꝑncipio arietis vſq;
ad finē virginis dn̄r ſigna ſeptētriōalia vel borealia
Pars vero zodiaci que declinat ab equinoctiali ver
ſus meridiē dicit̄ meridionalis vel auſtralis vel an-
tarctica et illa ſex ſigna q̄ ſunt a principio libre vſq;
in finem piſciū dicuntur meridionalia vel auſtralia
¶ Cum aūt dicitur ꝙ in ariete eſt ſol vel in alio ſig-
no ſciendū ꝙ hec prepoſito inſumitur pro ſub ſecun-
dū ꝙ nunc accipimus ſignū. In alia aūt ſignificatiōe
dicitur ſignū pyramis quadrilatera cuius baſis ⁊ il
la ſuperficies q̄ apellamus ſignum vertes verocius
eſt in centro terre. Et ſecundum hoc proprie loquē-
do poſſumus dicere planetas eē in ſignis. ¶ Tertio
modo dicitur ſignū vt intelligantur ſex circuli trā-
ſeuntes ſuper polos zodiaci: et per principia. 12.
ſignorū. Illi ſex circuli diuidunt totam ſuperficiem
Sphere in partes. 12. latas in medio artiores vero
iuxta polos zodiaci et quelꝫ pars talis dicitur ſignū
et nomen habet a nomine illius ſigni: quod interci-
pitur inter ſuas duas lineas. ¶ Et ſecundum hāc ac
ceptionem: ſtelle que ſunt iuxta polos dicūtur eſſe
in ſignis. Intelligatur corpꝰ quodā: cuius baſis ſit
ſignum ſecundū ꝙ nunc vltimo accepimus ſignū acu
men vero eius ſit ſuper axem zodiaci tale igitur cor
pus in quarta ſignificatione dicitur ſignū ſecundum
quam acceptionem totus mundus diuidit̄ i. 12. par-
tes equales que dicuntur ſigna: ⁊ ſic quicquid eſt in
mundo eſt in obliquo ſigno.

## Cōmentarium.

Auctor in iſta parte agit de Zo
diaco dicēs ꝙ zodiacꝰ dr̄ a zoe ꝙ eſt vita qꝛ
oīs vita ſm ꝙ ē i iſtis īferioribꝰ regit̄ ꝑut ſol
diſcurrit per zodiacū: ſi eñ ſol diſcurrit per arietē
taurum et geminos fit tempus vernale ꝙ eſt Mar
tiꝰ Aprilis Madiꝰ: et diſcurrit per cangrū leonem
et virginē fit tp̄s eſtiuale qđ eſt iuniꝰ, iuliꝰ. et au-
guſtꝰ. ſi vero diſcurrit per librā, ſcorpiū, ſagitarium
fit tp̄s autunale qđ eſt ſeptember, october, nouēber

ſi vero diſcurrit per capricorniū, aquariū: piſcis: fit
tempꝰ hyemale: et eſt december, ianuarius, februa-
riꝰ: ecce igit̃ quō ſmꝙ ſol mouet̃ i circulo obliquo. i.
zodiaco: ſic fiunt generationes et corruptiones. Nā
iſta tpa cauſant in iſtis inferioribꝰ, ḡnationes et cor
ruptiones. Nā vt dicit Galenꝰ pria aph. co. illiꝰ eſta
te et autūno: ver ſimilat̃ tpi de repletione: autūnus
vero tempori de corruptione. Cuiꝰ rō eſt: qr ĩn tēpo
re hyemali ſunt in corpore humano hūiditates groſ
ſe cōglobate que tpe vernali liq̄fiunt: et replent cor
pꝰ et i eſtate manet corpꝰ diſſolutū ex calore multo
ſtatis: vn̄ tpe autūnali manēt hūores q̄ſi icinerati et i
tpe eſt magna varietas: qr de mane eſt magnū frigꝰ
ꝓpter ſubtilitatē aeris: et in medio diei magnū cau
ma: et iterū de nocte refrigeratur: quare: cū muta-
tiones temporū generent egritudines, iſta tporum
mutatio facit hoc tps egritudinale vt Ariſt. prima
ꝓbleu. ſilr dicit Ariſt. pria ꝓbleu. tempꝰ hyemale eſt
ſaniſſimū: eſtiuale vero egerrimū: ergo bn̄ patz quō
dicatur zodiacus azoe ꝙ eſt vita: et hoc dicit Ariſt.
ſecundo de generatione cū dixit ꝓpter motū ſolis
in circulo obliquo fiunt generationes et corruptio-
nes: et iſte apellatur ſignifer quaſi ferens ſigna: ⁊ iſ-
tū circulū peragit ſol motu ꝓprio in .365. diebus
et .6. horis fere: et interīz dū tranſit motu ꝓprio vnū
gradū rapitur a prīo mobili ab oriente in occidentē
redeundo in oriens intra diē et noctem circa terrā
ſemel. Annotat preterea tex. ꝙ in ſphera nullus cir-
culus eſt longus et latꝰ niſi zodiacꝰ q̄ in lōgo hʒ .360
gradꝰ ⁊ i lato .12. et linea diuidēs iſtā latitudinē i du
as partes equales decliptica: eo ꝙ nunꝙ contingit
eclipſis ſolis aut lune niſi quando ſol et luna diame-
traliter ſunt ſub illa lune quidē tpe oppoſitionis: ſo-
lis aūt tpe nouilunij vel ꝯiunctionis quod qdē eſt: qr
luna ponitur inter aſpectū noſtrū et ſolem ⁊ non ſinit
nos videre ſolem. Sol quidem ſemper decurrit ſub
eclitica ceteri vero planete declinant ab ea vel ver-
ſus ſeptentrionem. vel verſus auſtrū. Notat deinde
tex. ꝙ pars zodiaci que declinat ab equinoctiali ver
ſus ſeptentrionem apellatur ſeptentrionalis: artica
vel borealis: et eſt aries: taurꝰ: gemini: cācer leo. vir
go: reliqua vero pars que declinat ab equinoctiali
verſus polū antarcticū apellatur antarcti. auſtralis:
vel medionalis: et apellatur. Libra Scorpius Sa-
gitariꝰ Capricornius. Aquarius Piſcis. Annotat p̄
terea ꝙ ſignū capit̃ quattuor modis. Primo modo
pro quadam ſuperficie quadrangula que eſt longa.
30. gradibus: et lata .12. gradibus: ⁊ tale eſt ſignum
ita ꝙ in hac acceptione cum dicitur in ariete ē ſol in
telligit̃ ſub ariete quia ſol eſt in quarto celo et ſignū
in octauo. Secundo mō capitur ſignū per quadam
pyramide quadrilatera cuius baſis eſt ſuperficies
quam primo mō apellauimꝰ ſignum et vertex eſt i cē
tro terre et iſto mō bene concedimꝰ ꝙ ſol eſt in ſigno
vt illa prepoſitio. in. capiatur pro. ſub. Tertio modo
capitur ſignū pro quadā ſuperficie inchoata a polo
zodiaci que tranſit per principia et fines .12. ſignorū
et eſt ſtricta in extremis et in medio ampla ad mo-
dum corticis vnius melonis in plures partes diuiſi.
Quarto modo capitur ſignum pro quodam corpo-
re imaginato vſꝙ ad axem zodiaci cuius terminus
ſit ſignum tertio modo: et ſic quid quid eſt in mundo
eſt in aliquo ſigno. ¶ Pro declaratione tamen iſtiꝰ
materie de zodiaco, volo notare tria. primo cur illa
ſigna ita vocitent̃. ſecundo in quot triplicitates par
tiantur: tertio q̄ ſunt fixa cōmunia et mobilia. ¶ Ad



primū dico ꝙ ita vocitantur: qr figurā gerunt ſimili
um animalium vel quia retinēt proprietas cōmunes
animalibꝰ quarum gerunt figuram. Aries igitur pri
mū ſignū iō ſic dictum eſt qr vt gregū cuſtodes reſe
runt aïal aries toto autūni et hyemis tēpore latere
ſiniſtro ad calorem cordis et epatis conſeruandum
dormiturꝰ accūbit ne. ſ. ab iminenti frigore calor na
turalis extingatur: in vere aūt et eſtate ſuper latus
dextrū recumbens ſe conuertit ne caloris intranei
exceſſum patiatur. Sic etiam ſol autūno ⁊ hyeme i ſig
nis auſtralibus que ſunt velut latus ſiniſtrū zodiaci
cōmoratus: cum ad hoc ſignum peruenit i principio
veris, qō eſt vt diximꝰ vndecīo die marcij ad aliud la
tus zodiaci dextrū que ſunt ſigna ſeptētrionalia ver
git atꝙ reuoluit. ¶ Secundū ſignū dicit̃ taurꝰ eo
ꝙ cum ſol ad ipſum peruenit quod ē fere .11. die apri
lis labores boū et taurorū apparere incipiunt: tunc
enim ſata pullulant vnde etiam mēſis ille aprilis dic
tus eſt quia tunc terra quaſi a plantis et terre naſcē-
tibus aperitur. ¶ Tertium ſignum dicitur gemini ⁊
pingitur duplex homo: qr cuʒ ſol intrat hoc ſignū qō
eſt duodecima die madij tunc terre naſcentia germi
nari incipiunt et creſcere ſeſeꝙ per radices ample
ctuntur. propter quod iſti duo iuuenes amplecten-
tes ſeſe pinguntur. ¶ Quartum ſignū dicitur can-
cer: qr ſicut cancer eſt aïal retro gradū: ita ſol quan-
do iſtud ſignum intrat: ꝙ fit tertia decima die Junij
incipit recedere a nobis cū ante accederet ad nos: ⁊
ſic videtur retrocedere: vn̄ hoc ſignū dicitur tropi-
cū: ideſt cōuerſiuū aut ſolſticiale vt infra videbitur
¶ Quintum ſignū dicit̃ leo: qr ſicut hoc eſt aïal ardē
tiſſime nature et implicabilis ire ita ſole exiſtēte in
illa parte celi (quā intrat quarta decima die Julij)
vigent magni calores: ita vt ſol videatur furere tūc
enim ſunt dies caniculares: eo ꝙ ſol prope ſtellā que
dicitur arabice alhabor: latine vero canis minor
illis diebus, reperiatur: Non tamen omnes dies ca
niculares dicūtur eo ꝙ ſol prope illam ſtellaʒ ſit ſed
qr vigent magni calores: et in talibꝰ diebus non eſt
bonū farmacia aut flebotonia vti iuxta cōſiliū Hypo
cratis ſub cane ⁊ ante canē moleſte ſunt farmacie: ⁊
et item ſicut leo eſt animal ſepius febricitans dū ſol
eſt in hoc ſigno multe febres in omnibus generātur
per caloris exceſſum qui colerā adauget. ¶ Sextū
ſignū dicitur virgo: qr ſicut virgo femina ſterilis eſt
ita terra redit̃ ſterilis: et nullū fructum iam produ-
cit: ſed producti maturant̃ qn̄ ſol hoc ſignū intrat. ſ.
quarta decima die auguſti. ¶ Septimū ſignum dici
tur libra: eo ꝙ cū ſol ad pricipiū eius peruenerit (qō
ſit decima tertia die ſeptembris) dies artificiales
noctibus ſuis quaſi in ſtatera librati adeq̄nt̃. ¶ Oc-
tauū ſignū dicitur ſcorpius qr ſicut illud animal allu
dit capite: ſed pūgit cū cauſa: ſic cū ſol intrat hoc ſig
num ſcilicet quarta decima die octobris ſolis calor
incipit debilitari et frigora pungunt. ¶ Nonū ſignū
dicitur ſagittarius: et fingit̃ i medietate anteriori:
homo manu tenens arcū et ſagittam i medietate ve
ro poſteriori equus: qr cū ſol hoc ſignū ingredit̃: ſci
licet tertia decima die nouembris: tunc ſagitte tem
poris ⁊ iacula ſcilicet pluuie: niues: et grandines ad
nos emittuntur vel dicitur hoc ſignuʒ ſagittariꝰ qr
in illa parte celi ſtelle arcum et ſagittam manifeſ-
tiſſime indicant. ¶ Decimum ſignum dicitur capri-
cornius vel caper: quia ſicut illud animal ad frōdes
et arbores ſe ſe erigit atꝙ eleuat: ſic ſol in introitu
huius ſigni ſcilicet duo decima die decēbris ad nos

incipit eleuari et accedere: cumtamen prius recederet vnde etiam hoc ſignum tropicum ſiue conuerſiuum dicitur ſimiliter et ſolſticiale. ¶ Undecimum ſignū dicitur aquarius: quia cum ſol illud intrat qḋ eſt .ii. die ianuarij pluuie ſuper terram multiplicant̄ propter quod ſignum iſtud homo vrnam aque effundens pingitur et ſtelle effuſionis aque volentibus aſpicere maniſeſte apparent. ¶ Duodecimum ſignum dicitur piſces qꝛ ſole illud intrante ſcilicet decima die februarij omnia in aquis natare videntur.

AD ſecundum dico ꝙ zodiacus diuiditur in quattuor triplicitates ſcilicet igneam: terream: aeream: et aqueam: et ſi tu vis videre que ſigna ſunt vniꝰ triplicitatis vel alterius pone in quattuor digitis manus: in primo ignis: in ſecundo terra: in tertio aer in quarto aqua et dinumera ſigna per digitos manus et que ciderint in p̄io ſunt ignea et q̄ in .2. terrea et ſic conſequenter. Ad tertiā dico ꝙ capias tres digitos et pone in eis mobile cōmune et fixū et que ciderint in digito vbi eſt mobile ſunt mobilia et ſic de reliquis connumerando.

## ¶ De duobus coluris.

SUnt autem alij duo circuli maiores in ſphera qui dicuntur coluri: quorum officum eſt diſtinguere ſolſticia et equinoctia. Dicuntur aūt colurus a colon grece quod eſt membrum: et vros quod eſt bos ſilueſter quia quemadmodum cauda bouis ſilueſtris erecta que eſt eius membrum facit ſemicirculum et non ꝑfectum: ita colurus ſemper apparet: nobis imperfectus quoniam ſolum vna eiꝰ medietas apparet: alia vero nobis occultatur. Colurus igitur diſtinguens ſolſtitia tranſit per polos mundi et per polos zodiaci et maximas ſolis declinationes hoc ē per primos gradus cancri et capicorni. Unde primus punctus cancri vbi colurus iſte interſecat zodiacum dicitur pūctus ſolſticij eſtiualis: quia quando ſol eſt in eo ē: ſolſticicum eſtiuale ⁊ non poteſt ſol magis accedere ad zenith capitis noſtri. Eſt autem zenith pūctus in firmamento directe ſuprapoſitus capitibus noſtris. Arcus vero coluri qui intercipitur inter punctum ſolſtitij eſtiualis et equinotialem: appellatur maxima ſolis declinatio et eſt ſecundum ptolomeum .23. gradum ⁊ .51. minutorum: ſecundum Almeonez vo 23. graduum .2.33. minutorum. Similiter primus punctus capicorni vbi idem colurus ex alia parte interceptus inter punctum illum et equinotialem dicitur maxima ſolis declinatio: et eſt equalis priori Alter quidem colurus tranſit per polos mundi: et per prima puncta arietis et libre vbi duo ſunt equinoctia vnde appellatur colurꝰ diſtinguens equinoctia. Iſti autem duo coluri interſecant ſeſe ſuꝑ polos mundi ad angulos rectos ſpherales: Signa quidem ſolſtitiorum et equinotiorum patent his verſibus. Hec duo ſolſticia faciunt: cancer capicornꝰ: ſꝫ noctes equant aries et libra diebus.

COlurus grece idem eſt ac latine curtum et dicitur curtuꝫ quoniam medietas eius apparet et alia medietas non apparet et iſte colurus ē duplex ſcilicet diſtinguēs ſoliſticia et diſtingens equinoctia. Primꝰ eſt qui tranſit ꝑ cancrū et capricornium ſecundus eſt qui tranſit ꝑ arietem et libram; et primus vocatur diſtinguens ſolſtitia ſecundus vero diſtinguens equinoctia et arcꝰ interceptus inter cancrum et equinoctialem vel inter capicornium et equinocialem appellatur maxima ſolis declinatio: eo ꝙ ſol maxime recedit ab eq̄noctiali: et eſt .23 gradum quam quidem declinationem: ita inuenerunt aſtrologi: ꝙ acceperunt maximaꝫ diem totius anni in regione maxime ſeptentrionali vbi in meridie conſpexerunt quantum ſol eleuabatur ſuper orizonte et erit .65. gradibus iterū conſpexerunt quātum ſol eleuabatur in meridie minime diei et inuenerunt .17. gradibus. Poſtea viſa diſtantia que eſt inter decem et ſeptem eſt .65. que eſt .48. gradum illa eſt diſtantia totius torride zone a capricornio in cancrū qua diuiſa in duas medietates: medietas eſt .24. gradus: et hec eſt maxima ſolis declinatio. ¶ Notandum eſt auteꝫ cur dicatur ſolſtitiū. Pro quo nota ꝙ ſolſtitiū eſt maximus acceſſus ad zenit capitis: vel maximus receſſus a zenith capitis: et poteſt vocari ſolſtitiū: quia quoddāmodo ibi ſiſtit ſol: non ꝙ non moueatur: ſed quia inter oēs motus contrarios eſt dare quietem intermediā: et ſol a capricornio in cācrum mouetur continue aſcēdendo. Et a cancro in capricorniū continue deſcendendo: et hec eſt cauſa quare impuncto medio reputatur quieſcere ideſt tarde moueri.



## De meridiano et orizonte.

ſUnt iterum duo alij circuli maiores in ſphera ſcilicet meridianus et orizon. Eſt autem meridianus circulus quidam tranſiens per polos mundi: et per zenith capitis noſtri et dicitur meridianus: quia vbicunqꝫ ſit homo et in quocūqꝫ tempore anni quando ſol motu firmamenti peruenit ad ſuum meridianum eſt illi meridies. Conſimili ratione dicitur circulus medie diei. Et eſt notandum ꝙ ciuitates quarū vna magis accedit ad orientem q̄ alia habent diuerſos meridianos. Arcus vero equinoctialis interceptus inter duos meridianos dicitur longitudo ciuitatuꝫ. ¶ Si autem due ciuitates eundem habeant meridianum tunc equaliter diſtant ab oriente. Orizon vero eſt circulus diuidens inferius hemiſpherium a ſuperiori. ¶ Unde appellatur orizon. i. terminator viſus. Dicitur autem orizon circulus hemiſperij Eſt autem duplex orizon rectus et obliquus ſiue decliuis. Rectum orizonta et ſpheram rectam habēt illi quorum zenith eſt in equinotiali: quia illorū orizon eſt circulus tranſiens per polos mundi diuidēs equinotialem ad angulos rectos ſpherales. Unde dicitur orizon rectus et ſphera recta. Obliquū orizonta ſiue decliuem habent illi quibus polus mundi eleuatur ſupra orizontem quoniam illorum orizon interſecat equinotialem ad angulos impares et obliquos vnde dicitur orizon obliquus et ſphera obliq̄ ſiue decliuis: zenith autem capitis noſtri ſemper eſt polus orizontis. Unde ex his patet: ꝙ quanta eſt eleuatio poli mundi ſupra orizontem tanta eſt diſtantia zenith ab equinotiali: qḋ ſic patet. Cū in qualibet die naturali vterqꝫ colurus bis iungatur meridiano: ſiue idem ſit quod meridianus quicquid de vno probatur et de reliquo. Sumatur igit̄ quarta pars coluri diſtinguentis ſolſtitia q̄ ē ab equinotiali vſqꝫ ad polum mundi. Sumatur iterum quarta pars eius dē coluri que eſt a zenith vſqꝫ ad orizonteꝫ cū zenith ſit polꝰ orizontis. Iſte due quarte cū ſint q̄rte eiuſdē

circuli īter ſe ſunt equales. Sed ſi ab equalibꝰ eq̄lia demant̄: vel idem commune reſidua erunt equalia: ſcilicet eleuatio poli mundi ſupra orizontē: et diſtantia zenith ab equinoctiali igit̄ propoſitū.

## ¶ De duobus circulis minoribus.

Dicto de ſex circulis maioribus: dicendum eſt: de quattuor minoribus. Notandum igitur ꝙ ſol exiſtens in primo puncto cancri ſiue in puncto ſolſticij eſtiualis raptu firmamenti deſcribit quendam circulum qui vltimo deſcriptus eſt a ſole ex parte poli arctici vnde apellatur circulus ſolſticij eſtiualis: ratione ſuperius dicta vel tropicus eſtiualis atropos quod eſt conuerſio: q2 tunc ſol incipit ſe conuertere ad inferius hemiſpheriū et recedere a nobis. Sol iterū exiſtens in primo puncto capricorni ſiue ſolſticij hyemalis: raptu firmamenti deſcribit quendā circulū q̇ vltimo deſcribitur a ſole ex parte poli antarctici: vñ apellatur circulꝰ ſolſticij hyemalis ſiue tropicꝰ hyemalis: q2 tunc ſol cōuertitur ad nos. Cum aūt zodiacus declinet ab equinoctiali ⁊ polus zodiaci declinabit a polo mundi. Cum igit̄ moueatur octaua ſphera et zodiacus qui eſt pars octaue ſphere mouebit̄ circa axem mundi: et polus zodiaci mouebitur circa polum mūdi. Iſte igitur circulꝰ quē deſcribit polus zodiaci circa polū mundi arcticū dicitur circulus arcticꝰ. Ille vero circulꝰ quē deſcribit alter polus zodiaci circa polū mundi antarcticū dicit̄ circulus antarcticus. Quanta eſt etiam maxima ſolis declinatio. ſ. ab equinoctiali tanta ē diſtantia poli mūdi ad polū zodiaci quod ſic patet: ſumatur colurus diſtinguens ſolſticia qui tranſit per polos mundi: ⁊ per polos zodiaci. Cū igr̄ omnes quarte vniꝰ et eiuſdem circuli inter ſe ſint eq̄les quarta huius coluri: q̄ eſt ab equinoctiali vſq3 ad polū mundi erit eq̄lis q̄rte eiuſdē coluri que eſt a p̄io pūcto cācri vſq3 ad polū zodiaci: igit̄ ab illis eq̄libꝰ dempto comuni arcu q̇ ē a p̄io pūto cācri vſq3 ad polū mūdi reſidua erūt eq̄lia. ſ. maxīa ſolis declinatio et diſtantia poli mundi ad polum zodiaci. Cum aūt circulus articus ſcd̄3 quālibet ſui partem equidiſtet a polo mundi: patet ꝙ illa pars coluri que ē inter primum puntū cancri ⁊ circulū arcticum fere eſt dupla ad maximā ſolis d̄clinationem ſiue ad arcum eiuſdem coluri qui intercipit̄ inter circulā arcticum et polum mūdi arcticū qui ēt arcus equalis eſt maxime ſolis declinationi. Cum eñ colurꝰ iſte ſicut alij circuli in ſphera ſit. 360 graduū quarta eius erit. 90. graduū. Cum igit̄ maxima ſolis d̄clinatio ſcd̄m Ptolomeū ſit. 23. graduū et. 51. minutorum et totidem graduū et arcus qui ē inter circulū arcticū et polum mundi arcticū ſi iſta duo ſiīl iuncta que fere faciunt. 48. gradus ſubtrahant̄ a. 90. reſidū erunt. 42. gradus q̄tus eſt arcus coluri qui eſt inter prim̄ punctum cancri et circulū arcticum: et ſic patet ꝙ ille arcus fere duplus eſt ad maximā ſolis declinationē. Notandūq3 ꝙ equinoctiale cum quattuor circulis minoribus dicunt̄ quinq3 paralelli quaſi equediſtantes: non q2 q̄ntū p̄iꝰ diſtat a ſecundo tm̄ ſecundus diſtet a tertio q2 hoc falſum ē ſicut iam paruit: ſed q2 quilibet duo circuli ſiīl iuncti ſm̄ quālibet ſui partem eque diſtant ab in vicem: et dicuntur paralellꝰ equinoctialis paralellus ſolſticij eſtiualis: paralellꝰ ſolſticij hyemalis: paralellus arcticꝰ et paralellꝰ antarcticꝰ.

¶ Notandū ēt ꝙ quattuor paralelli minores ſcꝫ duo tropici: et paralellus arcticus et paralellꝰ antarcticus diſtingunt in celo quinq3 zonas: ſiue regiones. Unde Virgi. in geor. Quinq3 tenent celum zone: q̄rum vna coruſco. Semper ſole rubens et torrida ſemper ab igni. Diſtingunt̄ ēt totidem plage ī terra directe preditis zonis ſuppoſite. Vñ Ouidi. in p̄io metamor. Totidemq3 plage tellure premunt̄. Quarum que media eſt nō eſt habitabilis eſtu. Nix tegit alta duas totidē inter vtraſq3 locauit. Temperieq3 dedit mixta cū frigore flamma. Illa igit̄ zona que ē inter duos tropicos dicit̄ inhabitabilis ꝑꝑ calorem ſolis diſcurrentis ſemꝑ inter tropicos. Simil̄r plaga terra illi directe ſuppoſita dicit̄ ī habitabilis ꝑꝑ calorē ſolis diſcurrentis ſuꝑ illa. Illa vero due zone que circunſcribūtur a circulo arctico ⁊ circulo ātarctico circa polos mundi inhabitabiles ſunt ꝑꝑ nimiā frigiditatem: q2 ſol ab eis maxime remouetur: ſimiliter intelligendū ē de plagis terre illis directe ſuppoſitis. Ille aūt due zone quarū vna eſt inter tropicū eſtiualem et circulū arcticum et reliqua que ē inter tropicū hyemalem et circulū antarcticū habitabiles ſunt et tēperata caliditate torride zone exiſtentis inter tropicos. et frigiditate zonaruꝫ extremarum que ſunt circa polos mundi. Idē intellige d̄ plagis terre illis directe ſuppoſitis. Cōmentariū.

In his textibus nihil eſt notādū niſi: ꝙ longitudo ciuitatū ſumit̄ ꝑ diſtantiā ab occidēte inſularū fortunataꝝ: et latitudo ciuitatū ꝑ diſtantiam zenit ab equinoctiali. Secūdo notandū de modo inueniendi lineā meridianā ſcꝫ mentem Joannis de monteregio in ſuo kalendario. Faciendo quendā circulū in vna tabula plana: et in cētro eius eleuando quodam ſignū quod nō ſit maius ꝙ ſemidiameter circuli ſpectando cū diligentia qñ vmbra ante meridiana adequabitur circulo et notando ibi quodā ſignum: deinde expectādo aliā vmbram pomeridianam que non deſcendat a circulo. Et ſignato ibi quodam ſigno iam extenſis lineis per centrum ducatur vna linea ab altitudine circuli tendens per medium illarum duarum illa ē linea meridiana. Et ſi diuideres medietatem circuli in duodecim partes effeciſti horologium diurnum.

## ¶ Capitulum tertium de ortu et occaſu ſignorum de diuerſitate dierum et noctium et de diuiſione climatum. Textus.

Signorum autem ortus et occaſus dupliciter accipitur: quoniā quantum ad poetas: et quantum ad aſtronomos. Eſt igitur ortus et occaſus ſignorum quo ad poetas triplex: ſcilicet choſmicꝰ chronicꝰ et heliacꝰ. Choſmicus enim ortus: ſiue mundanus. Eſt quando ſignum vel ſtella ſupra orizontem ex parte orientis de die aſcēdit. Et licet in qualibet die artificiali ſex ſigna ſic oriantur: tamen anthonomatice ſignum illō dicitur choſmice oriri cuꝫ quo et in quo ſol mane oritur. Et hic ortus proprius ⁊ principalis et quotidianus dicitur. De hoc ortu exemplum in georgicis habetur, vbi docetur ſatio fabarum et milij in vere ſole exiſtente in thauro ſic.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum.
Thaurus et aduerſo cedens canis occidit a.tro.

Occaſus vero coſmicꝰ eſt reſpectu oppoſitionis ſcilicet qn̄ ſol oꝛit̄ cum aliquo ſigno cuius ſigni oppoſitum occidit coſmice. De hoc occaſu dicit̄ i geoꝛ. vbi docet̄ ſatio frumenti in fine autumni ſole exiſtēte in ſcoꝛpione: qui cū oꝛiat̄ cū ſole: thaurꝰ ſigni eius oppoſitū, vbi ſunt pleiades (occidit) ſic. Ante tibi eoe athlantides abſcondatur. Debita quā ſulcis cōmitas ſemina. Cronicus oꝛtꝰ ſiue tempalis eſt qn̄ ſignū vel ſtella poſt ſolis occaſum ſupꝛa oꝛizontem ex parte oꝛientis emergit cronice ſcꝫ de nocte: et dicit̄ tēpoꝛalis: qꝛ tp̄s mathematicoꝝ naſcit̄ cū ſolis occaſu De hoc oꝛtu hēmꝰ in ouidio de pontho vbi conq̄rit̄ moꝛā exilij ſui dicēs. Quattuoꝛ autūnos pleyas oꝛta facit. Significans per quattuoꝛ autūnos q̄ttuoꝛ annos tranſiſſe poſtq̄ miſſus erat in exiliū. Sꝫ Virgiliꝰ voluit in autūno pleyades occidere: ergo contrarij vident̄. Sꝫ rō huiꝰ eſt ꝙ ſm virgiliū occidūt coſmice. ſm ouidiū naſcunt̄ chronice qȯ bn̄ pōt contingere eodē die. Sꝫ differenter tn̄ qꝛ coſmicꝰ occaſus eſt reſpectu tp̄is matutini. Chꝛonicus vero oꝛtꝰ reſpectu veſpertini eſt. Chꝛonicꝰ occaſus eſt reſpectu oppoſitionis. Vn̄ Lucanꝰ ſic inq̄t. Tunc nox theſſalicas vrgebat parua ſagittas. Eliacꝰ oꝛtus ſiue ſolaris eſt quando ſignū vel ſtella videri pōt per elongationē ſolis ab illo qȯ pꝛiꝰ videri nō poterat ſolis ꝓpinq̄tate. Exemplū huiꝰ ponit ouidiꝰ in lib. de faſtis: ſic. Jā leuis obliq̄ ſubſedit aq̄rius vrna: Et Virgiliꝰ in geoꝛ. Gnoſiaq; ardētis deſcendit ſtella coꝛone. Que iuxta ſcoꝛpionem exiſtens non videbat̄ dū ſol erat in ſcoꝛpiōe. Occaſus heliacꝰ eſt qn̄. Sol ad ſignū accedit: et illud ſua pꝛeſentia et luminoſitate videri non permittit huius exm̄ eſt in verſu p̄miſſo. ſ. thaurꝰ et a duerſo cedēs canis occidit aſtro.

Commentarium.

In pꝛeſentiarū auctoꝛ declarat de oꝛtu ⁊ occaſu ſignoꝛū quātū ad poetas, dicens ꝙ triplex eſt oꝛtꝰ et occaſus coſmicus chꝛonicꝰ: et elyacꝰ coſmicꝰ chronicꝰ eſt qn̄ ſignū vel ſtella ſupꝛa oꝛizontē ex parte oꝛientis de die aſcendit: et licet in qualꝫ die artificiali ſex ſigna ſic oꝛiantur tn̄ ſolū illud ſignū dr̄ coſmice oꝛiri antonomatice cū quo et in quo ſol mane oꝛit̄ et de hoc oꝛtu itelligit̄ illō qȯ dr̄ a virgilio in geoꝛgicis candidus auratis apperit cum coꝛnibus aurū taurus et aduerſo cedens canis occidit aſtrō ſignificat ꝙ qn̄ taurus candidꝰ ideſt maxime lucens appit annū: qꝛ eo tempoꝛe ē mēſis apꝛilis coꝛnibꝰ auratis ideſt ſtellis maxime lucidis in quo ſignificare vult ꝙ eo tēpoꝛe taurus oꝛiat̄ oꝛtu coſmico: qꝛ ſol ē in eo et eſt hoc cōfoꝛmit̄ ad fabulā poeticā ouidij in qua dicit̄. 2° meta. fabula vltima: vbi dr̄ ꝙ Jupiter captus amoꝛe Europe filie regis ſe in taurū cādidū et pulcherrimū transfoꝛmabit qua via poſtꝰ ſuo dſiderio taurū i ſignū celeſte transfoꝛmauit. Dicit deinde verſiculꝰ ſequens: et aduerſo cedens canis occidit aſtro: nota ꝙ iſte canis de quo loquit̄ iſte textus eſt canis maioꝛ qui reperit̄ in geminis: alius eſt em̄ minoꝛ reptus in leone: a quo dies caniculares ſumūt exoꝛdiū: et dies caniculares ſecūdū veritatē ſunt a decima die Julij vſq; ad vigeſimū mēſis auguſti: vt Galenꝰ teſtat̄ ſcdō alimentoꝛū cap. i. et coꝛrigas verſum ea parte qua dicit ad verſo. Nā diceret rectiꝰ a vſo eo ꝙ ſol venit illi cani maioꝛi quaſi a tergo coꝛnua vero thauri vbi ſunt pleiades aurata vocant̄ ideſt ſplēdida ꝓpter multitudinē ſtellarū et iſtiꝰ capi. de oꝛtu ſignoꝛū ſm poetas maxie cōuenit illō quod in theoꝛica planetaꝝ dicit̄ planetas in oꝛdine ad ſolem oꝛiri tripharium ſcꝫ oꝛtu matutino veſꝑtino: ⁊ vtrouis mō matutino oꝛtu naſcunt̄ planete qui an̄ ſolē de mane oꝛiunt̄: et vocant̄ luciferi matutini: et tales ſunt tres ſupioꝛes. ſ. mars: iupiter ⁊ ſaturnꝰ. ſꝫ tres planete inferioꝛes ſcilicet luna: venus: et mercuriꝰ: ſi ſint directe oꝛiunt̄: oriūtur oꝛtu veſpertino. et ſunt luciferi veſpertini. ſi vō ſint retrogradi oꝛiunt̄ oꝛtu matutino, et ſunt luciferi matutini. Oppoſito mō dicit̄ occaſus coſmicꝰ, et ē qn̄ ſignū vel ſtella occidit ð die vt ſi ꝯtigeret ſignū tauri occidere de die. Et hoc mō intelligit̄ illud Virgi. in geo. vbi dicit̄. Sole exiſtēte in ſcoꝛpione vbi taurꝰ ſignū eius oppoſitū occidit coſmice an̄ tibi eoe ad lantides abſcondant̄ dedita quam ſulcis cōmittas ſemina. Jn quo ſignificat ꝙ in ſigno tauri ſunt pleedes q̄ dicunt̄ conſtellatio pullina: et ille pleades imaginant̄ poete eſſe filie ad lantidis que ꝓpter beneficiū ad lantis fuerūt trāſlati in celū in oꝛe tauri: et ille vocant̄ eoe ideſt oꝛientales ſignificat ergo textus. Ante quam facias ſactionē frumēti, vide ꝙ ad lantides. i. pleyades vbi occidāt coſmice ideſt de die cū pꝛimū ſignū. ſ. ſcoꝛpiꝰ oꝛit̄ qȯ eſt in octobꝛe vbi taurus ſibi ſignum oppoſitū occidit coſmice et pleades cū eo. ¶ Aliꝰ eſt oꝛtꝰ cronicus et idem ē cronicus ꝙ tpalis. i. nocturnꝰ: qꝛ nox eſt tp̄s mathematicoꝛū. Nā tp̄s mathematicoꝛū oꝛitur cū ſolis occaſu, et hic oꝛtꝰ eſt qn̄ ſignū vel ſtella occidit de nocte. Et ð hoc oꝛtu intelligit̄ illud Ouidij in libꝛo de ponto epl'a. 9. Quattuoꝛ autūnus pleas oꝛta facit. Jn quo vult ſignificare quattuoꝛ ānos trāſiuiſſe in moꝛa exilij ſui. Sꝫ aliq̄s replicaret, qūo dixit pleades occideret in autumno virgiliꝰ: et iſte in eodeꝫ autūno dicit oꝛiri. Dicendū ꝙ nō eſt contradictio: qꝛ ille occaſus intelligit̄ coſmicꝰ: et iſte oꝛtꝰ ouidij intelligit̄ cronicꝰ. Alius eſt occaſus cronicꝰ: et eſt quando ſtella occidit de nocte: de quo intelligit̄ illud Lucani. Tū noctes aliquas vrgebat ꝑuas ſagittas. Jn quo vult ſignificare ꝙ cōtigit quoddā bellū inter romanos: et volēs ſignificare ꝙ tale bellū erat in menſe iuonij, qn̄ ſol eſt in cancro, dixit tunc ideſt tp̄e illiꝰ belli nox parua: qꝛ eo tp̄e nox erat ꝑua cū eēt tp̄s eſtatis: et cū deberet oꝛiri ſignū cancri de die in pꝛima hoꝛa vrgebat parua ſagita. i. ſignū ſagitarij ad hoc vt caderet ſub oꝛizonte de nocte ante ſignū capꝛicoꝛnij. Declarauit ergo lucanꝰ duo ſcilicet tp̄s qȯ erat iſte valc et ðclarauit tp̄s diei qȯ erat in anroꝛa vel ꝓpe illā. ¶ Tertiꝰ oꝛtus eſt lyacus et ē quando ſtella exit de ſub radijs ſolaribꝰ ita vt appareat cū ante delicteſcere et ſic intelligit̄ illud ouidij in libꝛo de faſtis: iam leuis obliqua ſub ſedit aquarius vrna in quo vult dicere iam aquarius leue. i. cito aſcendens: quia aſcendit oblique ſubſedit: ideſt receſſit a radijs ſolaribus vrna obliqua: quia pingitur ꝙ vrna oꝛe verſo ad inferius. Et ſic intelligitur illud Virgilij in geoꝛgic⁊. Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coꝛone. Jn quo vult dicere ꝙ āteq̄ frugmētum ſeminet̄ debet ſol deſcēdere a coꝛona exiſtēti in ſcoꝛpione, qȯ eſt inter october et nouēber. Et dicit: ante quā ſemina cōmendes ſulcis, vide ꝙ ſtella coꝛone gnoſi. i. cretēſis decedat ideſt receſſerit a radijs ſolaribꝰ quod eſt inter october et nouēber: hec aūt coꝛona fuit ariadna q̄ derelicta a theſeo fuit a dijs transfoꝛmata in celū in coꝛonā de occaſu coſmico ponit exm̄ tex. in verſu iam pꝛemiſſo a virgilio taurus et a verſo ⁊c.

## ❡ De oꝛtu et occaſu ſignoꝛũ ſecundum aſtrologos.

Sequitur de oꝛtu et occaſu ſignoꝛũ ꝓut ſumunt aſtronomi et pꝛius in ſphera recta ſciendũ eſt ꝙ tã in ſphera recta quam obliqua aſcendit equinoctialis circulus ſemper vnifoꝛmiter ſcilicet in tꝑibus equalibus eq̃les arcus aſcendunt. Motꝰ enĩ celi vnifoꝛmis eſt et angulꝰ quẽ facit equinoctialis cũ oꝛizõte obliquo nõ diuerſificatur ĩ aliquibꝰ hoꝛis. Partes vero zodiaci non de neceſſitate habent eq̃les aſcenſiones ĩ vtraqꝫ ſphera: qꝛ quanto aliqua zodiaci ꝑs rectiꝰ oꝛit̃ tãto plꝰ tꝑis ponit̃ in ſuo oꝛtu ‖ Huiꝰ ſignũ ẽ: qꝛ ſex ſigna oꝛiunt̃ in lõga vel ĩ bꝛeui die artificiali. ſimil'r ⁊ ĩ nocte.

Notat textꝰ ꝙ tam in ſphera recta ꝙ̃ obliqua aſcendit equinoctialis circulus continue et vniſoꝛmiter ita ꝙ in qualibꝫ hoꝛa aſcendũt. 15. gradꝰ eq̃noctialis: et angulꝰ quẽ facit eq̃noctialis cũ oꝛizonte oblico: non diuerſificatur in aliq̃bꝰ hoꝛis: partes vero zodiaci non ḋ neceſſitate habent equales aſcenſiones ⁊ iõ zodiacꝰ circulus non vniſoꝛmiter aſcendit in ſphera recta et obliqua quod pꝛobat̃: qꝛ in longa vel in bꝛeui die artificiali ſex ſigna aſcẽdũt duntaxat: ergo neceſſe eſt in longa die tardiꝰ aſcendere illas ſex partes: ⁊ in bꝛeui die citiꝰ aſcendere illas ſex partes: ergo zodiacꝰ non aſcendit vniſoꝛmiter.

Notandum eſt igitur ꝙ oꝛtꝰ vel occaſus alicuius ſigni nihil aliud eſt ꝙ̃ illã ꝑtem eq̃nonctialis oꝛiri que oꝛit̃ cum illo ſigno oꝛiente vel aſcẽdẽre ſupꝛa oꝛizontẽ vel illã partẽ eq̃nocialis occidere que occidit cũ aliquo ſigno occidente id eſt tendente ad occaſum ſub oꝛizonte. Signũ aũt recte oꝛiri dicit̃ cũ quo maioꝛ ꝑs equinoctialis oꝛitur: oblique vero cũ minoꝛ. Similiter etiã intelligendũ eſt de occaſu. ❡ Et eſt ſciendũ: ꝙ in ſphera recta zodiaci quarte inchoate quattuoꝛ punctis: duobus ſcilicet ſolſticialibus et duobus equinoctialibꝰ adequant̃ ſuis aſcenſionibꝰ: id eſt quãtũ tꝑis ꝯſumit quarta zodiaci in ſuo oꝛtu in tãto tꝑe q̃rta eq̃noctialis illi conterminalis per oꝛit̃ ſꝫ tñ partes illarũ quartarũ variant̃ neqꝫ hñt eq̃les aſcẽſiões ſicut iam patebit. Eſt enĩ regl'a. quilibet duo arcꝰ zodiaci eq̃les et equaliter diſtantes ab aliquo quattuoꝛ punctoꝛũ iã dictoꝛũ equales hñt aſcẽſiones: et ex hoc ſequit̃ ꝙ ſigna oppoſita equales hñt aſcenſiones ⁊ hoc eſt qȯ dicit Lucanꝰ loq̃ns de ꝓceſſu Catonis in libiã verſus eq̃noctialẽ. Nõ obliqua meant: nec tauro rectioꝛ exit. Scoꝛpiꝰ aut aries donat ſua tꝑa libꝛe: aut aſtrea iubet lẽtos deſcẽdere piſces. Par geminis chirõ et idẽ ꝙ charcinꝰ ardens humidꝰ egloceros nec plꝰ leo tollit̃ vrna. Hic dicit Lucanꝰ ꝙ exiſtentibꝰ ſub eq̃noctiali ſigna oppoſita equales hñt aſcenſiões et occaſum. Oppoſitio aũt ſignoꝛũ habetur ꝑ hũc verſum. Eſt. li. ari. ſcoꝛ. tau. ſa. gemi. capꝛi. can. a. le. piſ. vir.. Eſt notãdũ ꝙ non valet talis argumentatio. Iſti duo arcꝰ ſunt eq̃les et ſi'l incipiũt oꝛiri ⁊ ſemper maioꝛ ꝑs oꝛit̃ de vno ꝙ̃ de reliquo: ergo ergo: ille arcus citius peroꝛitur cuius maioꝛ pars ſemper oꝛiebat̃. Inſtantia huiꝰ argumentatiõis manifeſta eſt in partibꝰ pꝛedictarũ q̃rtarũ. ſi enĩ ſumat̃ quarta ꝑs zodiaci q̃ ẽ a pꝛincipio arietis vſqꝫ ad finẽ geminoꝛũ: ſemꝑ maioꝛ ꝑs oꝛit̃ de quarta zodiaci ꝙ̃ ḋ q̃rta equinoctialis ſibi conterminali ⁊ tñ ille due quarte ſimul per oꝛiunt̃. Idẽ intellige de quarta zodiaci q̃ eſt a pꝛincipio libꝛe vſqꝫ in finẽ ſagitarij. Itẽ ſi ſumat̃ quarta zodiaci q̃ eſt a pꝛincipio cancri vſqꝫ in finem virginis ſemper maioꝛ ꝑs oꝛit̃ de q̃rta equinoctialis ꝙ̃ de quarta zodiaci illi conterminali et tñ ille due q̃rte ſil' per oꝛiunt̃. Idẽ intellige de q̃rta zodiaci q̃ eſt a pꝛĩo pũcto capꝛicoꝛni vſqꝫ in finẽ piſciũ.

In hac parte tex. tria facit. Pꝛĩo declarat q̃d ſit oꝛtus vel occaſus alicuiꝰ ſigni Secundo ponit duas regl'as cũ vno correlario. Tertio ponit inſtantiam vnius argumẽtationis Circa pꝛimũ dico ꝙ oꝛtꝰ vel occaſus alicuius ſigni nihil aliud eſt ꝙ̃ illã partem eq̃noctialis oꝛiri vel occidere que oꝛit̃ cum tali ſigno oꝛienti vel occidẽti: vñ illud ſignũ dicit̃ oꝛiri recte cũ quo maioꝛ pars oꝛit̃ equinoctialis. et illud ſignũ dicit̃ oꝛiri obliq̃ cũ quo minoꝛ pars oꝛitur equinoctialis: ex quo ſequit̃ ꝙ ſignum oꝛiens recte maiꝰ tꝑs ponit in ſuo oꝛtu et oꝛiẽs obliqꝫ minꝰ tempꝰ ponit in ſuo oꝛtu. ❡ Circa ſecundum notandum ꝙ in Sphera recta quarte zodiaci inchoate q̃ttuoꝛ pũtis duobꝰ ſolſticialibus ⁊ duobꝰ eq̃noctialibꝰ adequant̃ ſuis aſcẽſionibꝰ. i. tota quarta zodiaci tã cito aſcẽdit q̃nto q̃rta eq̃noctialis ſibi ꝯterminalis: ſecũda regula: quilibet duo arcꝰ equales et equaliter diſtantes ab aliquo quattuoꝛ pũctorum iã dictoꝛũ equales habent aſcenſiones: ⁊ ex hoc ſequit̃ ꝙ ſigna oppoſita cũ equi diſtent ab aliquo q̃ttuoꝛ punctoꝛũ equales hñt aſcenſiones: et hoc eſt qȯ dicit Lucanꝰ loq̃ns de ꝓceſſu catonis in libiã verſus eq̃noctialem non obl qua meant nec tauro rectioꝛ exit ſcoꝛpius aut aries donat ſua tꝑa libꝛe ⁊c.

❡ Circa tertium dicit auctoꝛ ꝙ iſta conſequentia nihil valet iſti duo arcus ſimul incipiunt oꝛiri et ſemper maioꝛ pars oꝛitur de vno ꝙ̃ de alio et ſunt equales ergo ille arcꝰ citiꝰ oꝛietur cuiꝰ maioꝛ pars ſemper oꝛiebat̃ inſtantia ſatis pꝫ ĩ arcubꝰ ꝑdictarũ q̃rtaꝝ. ſ. zodiaci et equinoctialis: ⁊ poſſet dari bonꝰ intellectus huic ꝙ ſi intelligatur oꝛit̃ pꝛeſential'r bona eſt conſequentia: et male dicit auctoꝛ: ſi tñ intelligat̃ iſta cõſequẽtia: iſti duo arcꝰ ſunt equales et ſimul incipiunt oꝛiri ergo ille arcus citiꝰ ꝑoꝛietur: cuius maioꝛ pars oꝛiebatur. Nihil valet ſi ly oꝛiebatur equi valeat iſti aggreto: erat oꝛta vt ly oꝛta ſumatur pꝛeteritiue cuiꝰ eſt analogia accomodatiſſima. Si duo iter agentes debeãt iter agere 16. leucarũ pꝛimꝰ pꝛima die ambulet. 8. leucas ſecũda die quattuoꝛ tertia die duas quarta vnã et quinta aliã: aliꝰ vero econuerſo peragat idem iter ſemper eſt plꝰ tranſitũ a pꝛimo ꝙ̃ a ſecundo: et tamẽ eq̃ cito ſuũ ſpaciũ ꝑagunt. Alia ſimilitudo eſt ſi ſumant̃ duo luminoſa equalia reſpectu duoꝛũ oppacoꝛũ eq̃lium ita ꝙ eſſent due virge recte et facere equales vmbꝛas ambo oppaca et ambo luminoſa et appꝛopinq̃rent illa luminoſa eque ⁊ equal'r ad oppaca donec ponant̃ ſuper illa perpendicularit'r. ſed in tꝑe appꝛopinquationis vna illaꝝ virgularũ incuruetur clarũ eſt ꝙ ille vmbꝛe eque cito auferent̃ puta q̃ñ luminoſa ſuper oppaca ſteterint perpendicularit̃ ⁊ tñ ſemper de ambꝛa illa que fiebat ab ipſa virga flexa erat plꝰ de vmbꝛa ablatũ imo ſemper plꝰ auferebat̃ ❡ Eſt et alia iſtãtia in infinitis ſi hoꝛa futura diuiſa per partes pꝛopoꝛtionales minoꝛibus verſus finem

ſortes et plato pertranſeant talr ꝙ in qualibet par-
te ꝓportionali quando ſortes pertranſeat duas par
tes: plato pertranſeat vnam illaꝝ: et ſequitur ſortez
ſemper velocius moueri platone in duplo ⁊ tñ eque
cito pertranſeunt illa ſpacia, vt patet intelligẽti ali-
quid de materia calculationuz.

**In ſphera autem obliqua:** ſiue decliue due medietates zodiaci
adequantur ſuis aſcenſionibus. Me
dietates dico que ſumũntur a duob⁹
punctis equinoctialib⁹; q2 medietas
zodiaci que ē a pꝛīcipio arietis vſq₃ ī
finē virginis oꝛitur cũ medietate equinoctialis ſibi
conterminali: ſil'r alia medietas zodiaci oꝛitur cũ re
liqua medietate de equinoctiali. Partes aũt illaruz
medietatum variantur ſm ſuas aſcenſiones: qm̄ ī illa
medietate zodiaci, que ē a pꝛincipio arietis: vſq₃ in
finez virginis ſemꝑ maioꝛ pars oꝛitur de zodiaco ꝙ̄
d̄ equinoctiali: et tamē ille medietates ſimul ꝓoꝛiũt
Ecõuerſo cõtingit in reliq̃ medietate zodiaci que ē
a pꝛincipio libꝛe vſq₃ ad finē piſciũ ſemꝑ cm̄ maioꝛ
pars oꝛit̃ de equinoctiali quã zodiaco et tñ ille me-
dietas ſimul ꝓ oꝛiunt̃.

**Unde hic patet inſtantia facta mani-**
feſtioꝛ cõtra argumentationē ſuperi⁹ dictam. Arc⁹
eñi qui ſucedunt arieti vſq₃ in finē virginis in ſphera
obliqua minuunt aſcenſiones ſuas ſuꝑ aſcenſiones co
rũdē arcuũ in ſphera recta: q2 minus oꝛit̃ de equino
ctiali. Et arcus qui ſuccedũt libꝛe vſq₃ ad finē piſciũ
in ſphera obliqua augent aſcenſiones ſuas ſuꝑ aſcen
ſiones eoꝛundē arcuũ in ſphera recta quia plus oꝛit̃
de equinoctiali. Augent dico ſcõm tantã quãtitatē ī
quanta arcus ſuccedentes arieti minuũt. Ex his pa-
tet ꝙ duo arc⁹ eq̃les et oppoſiti in ſphera decliui ha-
bent aſcenſiones ſuas iunctas equales aſcenſionib⁹
eoꝛundē arcuũ in ſphera recta ſil'r ſumptis: q2 quãta
eſt diminutio ex vna parte tãta eſt additio ex altera
Licet eñi arcus inter ſe ſint equales: tamen quantuz
vnus minoꝛ eſt tãtũ recuperat alius: et ſic patet ade
quatio. Regula quidē eſt ī ſphera obliq̃ ꝙ quilibet
duo arcus zodiaci equales et eq̃liter diſtãtes ab al-
terutro punctoꝛũ equinoctialiũ eq̃les hñt aſcẽſiones

**In hac parte autoꝛ declarat tria**
Pꝛimum quomodo illa inſtantia ſuperius fa-
cta inſtatur manifeſti⁹ in ſphera obliqua. Se-
cundo declarat vnam regulam cũ vno coꝛolario ibi
arcus ãt. Tertio ponit vnã aliã regulã q̃ tangit aſcẽ
ſiones ſignoꝝ. Circa pꝛimũ notãdũ optime ꝙ medie
tates zodiaci adequãtur ſuis aſcẽſionib⁹: loquimur
de medietatib⁹ zodiaci que quidē inchoant̃ a pũctis
equinoctialibus: ſed tñ partes illaꝝ medietatũ vari
antur: et in veritate maioꝛ pars ſemꝑ oꝛit̃. i. oꝛta ē in
medietate ſeptẽtrionali de zodiaco: quã de equino-
ctiali intellige oꝛit̃. i. oꝛta eſt: et tñ ille medietates ſi
mul ꝑ oꝛiunt̃. In ſecundo puncto declarat ꝙ arcus
ſuccedẽtes arieti vſq₃ in finē virginis minuũt aſcẽſio
nes ſuas. i. minoꝛes hñt ſuas aſcẽſiones ī ſphera obli
qua quã in recta et cõtra vero cõtingit in aſcenſione
ſignoꝝ a libꝛa vſq₃ ad piſces. Augẽt enim ſuas aſcen
ſiones ſuper aſcẽſiones eoꝛundē in ſphera recta. Di
cit tamen coꝛolariũ ꝙ ſigna oppoſita in ſphera obli-
qua ſimul iũcta equales hñt aſcẽſiones in ſphera obli
qua: ſicut ſimul iũcta in ſphera recta; quod ſic decla-
ratur ſit exempli grã ꝙ aries habeat ī ſphera recta
28. gradus aſcenſionis et totidē habet libꝛa in ſphe
ra recta in ſphera aũt obliqua verbi gratia ī medie
tate. 6. climatis aries aſcendit in. 16. gradib⁹: vnde
minuit ab aſcenſione ſua in ſphera recta. 12. gragus
libꝛa vero in eadem latitudine oꝛitur cũ. 40. gradi
b⁹. Unde auget ſuã aſcenſionē quantũ ſignum oppo
ſitum minuebat. Ex quo ſeq̃tur ꝙ qñ vnũ ſignũ oppo
ſitũ minuit reſpectu ſphere recte tm̄ aliõ auget. Sz
cõtra hoc arguit capiamus cancrũ nõ minuit ſuam
aſcenſionē reſpectu ſphere recte ī ſphera obliqua vt
pz ex tabulis aſcenſionũ ſignoꝛũ et ex illo verſu ma-
nilij recta meant obliqua cadunt a ſidere cancri do-
nec finit̃ chirõ. Ad hoc argumẽtũ reſpõdet Capua-
nus: ꝙ minuere ſuas aſcenſiones ſigna ab ariete vſq₃
in finē virginis ſtat bifariam vno mõ copulatiz idest
oĩa ſimul: ſecũdo mõ copulatiue ideſt quodlz ſeoꝛſuz
pꝛio mõ verus eſt auctoꝛ: non: ſecundũ modo. Sed
cõtra replicat ciruelo ſeq̃tur: ꝙ titulus hui⁹ capitis
eſt falſus. Nã auctoꝛ ꝓmiſit ſe declaratuꝝ de oꝛtu et
occaſu ſignoꝛũ qð certe nõ ad īplet: q2 nõ loq̃tur quo
modo quodlz ſignũ oꝛiatur ſed ſolũ loquit̃ d̄ quartis
et de medietatib⁹ iunctim. Ponit̃ ſecũda regula q̃lz
duo arcus zodiaci equales et equal'r diſtantea ab al
terutro pũctoꝛum equinoctialiũ equales habẽt aſcẽ
ſiones et intelligas eodē vt aries: et piſces; aq̃rius:
et thaurus etcetera.

**Et ſi multa ī opuſculo ſphere er**
rata inter legendũ īpugnauim⁹ duoꝛũ tñ que
hucuſq₃ latuere et vobis ita viſum eſt rationē
litteris mandare libuit ait auctoꝛ ſphere tertio ca-
pite vbi de aſcenſione in obliquo finitoꝛe ſeu oꝛizõte
determinat ꝙ in illa medietate zodiaci que ē a pꝛin
cipio arietis vſq₃ ad finez virginis ſemꝑ maioꝛ pars
oꝛta eſt de zodiaco ꝙ̄ de equinoctiali et tñ ille medie
tates ſimul ꝓ oꝛiuntur qð falſum eē duob⁹ iactis fun-
damentis ꝓbabim⁹. Pꝛimum eſt ꝙ ſi ſumantur duo
arcus zodiaci equales ⁊ eque diſtantes ab hyemali
ſiue eſtiuali ſolſtitio habent aſcenſiones ſuas ī ſphera
recta equales. Quod pz ex. 2. libꝛo almageſti tholo
mei et regula quam ipſe ſphere auctoꝛ in aſcenſione
ſignoꝝ in ſphera recta poſuit ſecundũ fundamentũ
ꝙ ſi iterũ duo arcus equales et eque diſtantes a pꝛĩo
puncto cancri in zodiaco ſumatur quanta ē diminu
tio aſcenſionis vnius in ſphera obliqua ſupra aſcẽſio
nem eiuſdem in recta ſphera tanta eſt additio in al-
tero. Qð fundamentuz pꝛobatur a Tholomeo in. 2.
libꝛo diuinoꝝ: ⁊ a ioãne d̄ mõte re gio ī. 2. epythoma
tum pꝛopoſitione. 20. et a geoꝛgio pur baco in ſecun
do ſui bꝛeuiarij ꝓpoſitiõe. 19. hz ergo ex pꝛĩo funda
mento ſignũ arietis et virginis equales habere aſcẽ
ſiones in finitoꝛe recto cũ vtrinq₃ equaliter diſtẽt ab
eſtiuo ſolſtitio que aſcenſio eſt fere. 28. graduum cũ
ſit. 27 et. 54. minutoꝛũ vt ex directoꝛio Joannis de
mõte regio patet. in aliqua vero ſphera obliqua vt
pote cuius poli eleuatio ſit. 10. graduũ cũ ſignũ arie
tis oꝛiuntur viginti et ſex grad⁹ equatoꝛis vt eiſdē
teſtibus patet cũ ſigno: ergo virginis oꝛientur trigĩ
ta qm̄ quanta eſt diminutio in ſigno arietis tanta de
bet eſſe additio in ſigno virginis cum vtrinq₃ equa-
liter diſtent a pꝛimo puncto cãcri: relinquitur ergo
ꝙ oꝛiente pꝛimo gradu virginis tanta poꝛtio eſt oꝛ-
ta de zodiaco ꝙ̄ de equinoctiali et per conſeq̃ns pa-
tet ꝙ ī medietate illa zodirci que eſt a pꝛincipio arie

tis vſqꝫ in finem virginis nõ ſemper maior portio ſit orta de zodiaco q̄ de equinoctiali.nec in altera medietate valet,ecõuerſo quẽadmodũ ait auctor ſphere vt facile ex dictis poterit probari. Secunda etiã regula auctoris ſphere in qua ponit ꝙ arcus qui ſuccedunt arieti vſqꝫ in finẽ virginis in ſphera obliqua minuũt aſcenſiones ſuas ſupra aſcenſiones eorũdem arcuũ in ſphera recta:q2 minus oritur de equinoctiali itidem ẽ falſa cum virgo ſit de numero illorũ arcuũ et habeat maiorem aſcenſionem in ſphera obliq̃ quam in recta cum illic oriantur cum virgine triginta gradus equatoris: hic vero viginti et octo:idem oſtendit apertiſſime ĩſtrumentũ ſphere ſolide idẽqꝫ demonſtrat Tholomeus in ſecundo libro almageſti idem etiam experiri poteſt in directorio ioannis de monte regio:relinquitur ergo ꝙ non omnes arcus ſuccedentes arieti vſqꝫ ad finẽ virginis minunt aſcenſiones ſuas in ſphera obliqua ſupra aſcẽſiones eorundem arcuũ in ſphera recta nec etiam omnes qui ſunt ab equinoctio autumnali vſqꝫ in finẽ piſciuꝫ eas augent quod eſt contra auctorẽ ſphere.

## Tertius.

Ex predictis etiam patꝫ ꝙ dies naturales ſunt inequales.Eſt.n. dies naturalis reuolutio eq̃noctialis circa terrã ſemel cũ tãta zodiaci prequãtã interim ſol pertranſit motu ꝓprio cõtra firmamentũ: ſed cũ aſcẽſiones illorũ arcuũ ſint inequales vt patet per predictatã in ſphera recta quã in obliqua et penes additamenta illarũ aſcenſionum conſiderentur dies naturales illi de neceſſitate erunt inequales. In ſphera recta propter vnicam cauſam ſcilicet propter obliquitatẽ zodiaci. In ſphera vero obliqua propter duas cauſas ſcilicet propter obliquitatẽ orizontis obliqui. Tertia ſolet aſſignari cauſa eccentricitas circuli ſolis. Notandũ etiam ꝙ ſol tendens a pĩo puncto capricorni per arietem vſqꝫ ad primuꝫ punctum cancri:raptu firmamenti deſcribit.182.paralelos q̃ etiam paraleli::ꝛ ſi non omnino ſint circuli ſed ſphire cum tñ nõ ſit in hoc error ſenſibilis nec in hoc vis conſtituatur:ſi circuli appellantur de numero quorũ circulorum ſunt duo tropici et vnꝰ eq̃noctialis. Itẽ iam dictos circulos deſcribit ſol raptu firmamenti deſcendens a primo puncto cancri per librã vſqꝫ ad primum punctũ capricorni Et iſti circuli dierũ naturaliũ circuli appellanᵗ. Arcus aũt qui ſunt ſupra orizontem ſunt arcus dierum artificialium:qui ſunt infra orizontem ſunt arcus noctium. In ſphera igitur recta cum orizon ſphere recte tranſeat per polos mundi diuidit omnes circulos iſtos in partes equales. Unde tanti ſunt arcus dierũ quanti ſunt arcus noctium apud exiſtentes ſub eq̃noctiali. Unde pꝫ ꝙ exñtibus ſub equinoctiali ĩ quacũqꝫ parte firmamẽti ſit ſol eſt ſemper equinoctiũ In ſphera aũt decliui orizon obliquꝰ diuidit ſolum eq̃noctialẽ in duas partes equales:vnde quando ſol eſt in alterutro punctorũ equinoctialiũ tũc arcuꝰ diei equatur arcui noctis et eſt equinoctiũ in vniuerſa terra. Omnes vero alios circulos diuiuidit orizon obliquus in partes inequales:ita ꝙ in omnibꝰ circulis qui ſunt ab equinoctiali vſqꝫ ad tropicum cancri:et in ipſo tropico cancri maior eſt arcus diei q̄ noctis ideſt arcus ſup orizonte quam ſub orizonte.vñ in toto tempore quo ſol mouetur a principio arietis per cãcrũ vſqꝫ in finem



virginis maioranᵗ dies ſupra noctes ; et tanto plus quanto magis accedit ſol ad cancrũ et tanto minus quanto magis recedit. Ecõuerſo aũt ſe habet de diebus et noctibꝰ dũ eſt ſol in ſignis auſtralibꝰ. in omnibꝰ ãt aliĩs circulis quos ſol deſcribit ĩter equinoctialẽ et tropicũ capcornĩ maior ẽ circulꝰ ſub orizõte ꝛ minor ſupra.vnde arcus diei eſt minor q̄ arcꝰ noctis Et ſecundum proportionem arcuũ minorantur dies ſupra noctes et quanto circuli ſunt ꝓpinquiores tropico hyemali tanto magis minorantur dies:vñ videtur ſequi ſi ſumantur duo circuli eque diſtantes ab equinoctiali,ex diuerſis partibus quantum eſt arcꝰ diei ĩ vno tantus eſt arcus noctis in reliquo. Ex hoc ſequi videtur ꝙ ſi duo dies naturales ſumantur in anno equaliter remoti ab alterutro equinoctiorum in oppoſitis partibus q̄ta eſt dies artificialis vnius tãta eſt nox alterus:ꝛ econuerſo. Sed hoc eſt quatum ad vulgi ſenſibilitateꝫ in orizontis fixione. Ratio.n. per ademptionem ſolis cõtra firmamentum in obliquitate zodiaci verius diĩudicat. Quato quidẽ polꝰ mundi magis eleuatur ſupra orizontem tanto maiores ſunt dies ſtatis quando ſol eſt in ſignis ſeptentrionalibꝰ:ſed econuerſo quando eſt in ſignis auſtralibus tanto eniꝫ magis minoranᵗ dies ſupra noctes.

## Commentarium.

IN preſentiaruꝫ auctor declarat ꝙ dies naturales ſunt inequales:quod quidẽ declarat ꝑ ſuppoſito quid eſt dies naturalis et reſpondet, ꝙ dies naturalis eſt reuolutio equinoctialis circa terram ſemel, cum tanta portione, quantam interim ſol pertranſit motu proprio : ita ꝙ cum ſol moueatur ab oriente in occidens redeundo in oriens,ſol ipſe motu proprio gradum zodiaci vbi erat mutauit,in qua mutatione factum eſt vt cum appropinquauerit ille gradus vbi fuit ſol oriente nondum illuceſcat:ſed opus eſt expectare ꝙ ille gradꝰ quem interim pertranſiuit ſol aſcendat. Gratia cuiꝰ cum ille gradus zodiaci inequaliter aſcendant quidam velocius et aliĩ tardius neceſſe eſt vt dies naturales non ſint equales:quia additamenta illarum aſcenſionum ſunt inequalia. Secunda cauſa inequalitatis dierum eſt,ꝙ ſol mouetur aſcendẽdo ſuper orizontem obliquum qui cauſat diuerſos et inequales angulos. Gratia cuius ſequitur ꝙ citius aliquando aſcendat et aliquando tardius;ergo dies naturales ſunt inequales. Tertia cauſa eſt ex parte ecentricitatis circulꝰ vbi ſol verſatur:quia ſol mouetur regulariter in centro ſui eccentrici & mouebitur irregulariter ſuper quodlibet alio centro:ꝛ ita mouebitur irregulariter ſup zodiaco:quia velocius in oppoſito augis quam in auge : Ex quo infert de Aliaco ꝙ in hyeme dies naturales ſunt maiores quam in eſtate. Sicut econuerſo dies artificiales ſunt maiores in eſtate quam in hyeme. Et ratio eſt : quia ſol motu proprio velocius mouetur in oppoſito augis : quare maior portio debet aſcendere ad finiendam diem hyemis quam eſtatis. Ulterius dicit auctor ꝙ ſol tendens a primo puncto capricornĩ per arietem vſqꝫ ad primum punctum cancri raptu firmamenti deſcribit.182.paralelos qui etiam paraleli(et ſi nõ omnino.ſint circuli)ſed ſphire eo qđ non coniungitur finis cum principio:ſed tamen diſtantia eſt parua : et ideo circuli appellantur. Quos eoſdem paralelos 182.deſcribit ſol a principio capricornĩ per libram vſqꝫ ad finem cancri. Et iſti circuli appellantur cir-

culi dierum naturalium. Arcus vero qui ſunt ſuper
orizontem ſunt arcus dierum et qui ſunt ſub orizōte
arcus noctium. Unde apud exiſtentes ſub equino-
ctiali tanti ſunt arcus dierum: quanti ſunt arcus no-
ctium et ſemper dies et noctes equantur quoniam
orizō rectus diuidit omnes iſtos circulos in partes
equales. Orizon tamen obliquus diuidit iſtos. 182.
paralelos in partes iequales preterꝙ equinoctialē
ideoqꝫ dies et noctes ſunt equales quando venit ſol
ad principiuꝫ arietis vel libre in vniuerſa terra: ſꝫ
quando aſcēdit ab ariete verſus ſigna ſptētrionalia
maiores ſunt arcus dierum quam noctium et econ-
uerſo dum accedit ad ſigna meridionalia. Ex quo ſe
quitur ꝙ ſi duo dies naturales ſumantur in anno eq̄-
liter remoti ab alterutro equinoctiorum quanta eſt
dies artificialis vnius tanta eſt nox alterius. Quod
ideo eſt: quia tantus eſt arcus ſub orizōte ex vna par
te quantus eſt arcus ſuper orizonte ex alia quod eſt
per regulam theodoſij de ſpheris dicentis ꝙ ſi ſumā
tur duo circuli equi diſtantes ſuper quos vnus terti
us ſit in clinatus ſicut orizon obliqu9 ſuper duos tro-
picos arcus coalterni ſunt equales ex quo ſequitur
ꝙ dies ſancti Barnabe eſt equalis nocti ſancte lucie
Hoc tamen verum eſt in orizontis fixione quantum
ad vulgi ſenſibilitatem ſecus autem quantum ad rei
veritatem quod eſt per ademptionem ſolis contra
firmamentum. Nam illic ſcilicet ex parte noctis ſe-
tenet ille arcus queꝫ iterum ſol adimit contra firma
mentū. Et ita nox prolixior ē die. Annotat preterea
ꝙ quanto polus mūdi ē altior tanto dies eſtatis ſunt
maiores quod ſatis patet ex ſphera materiali

NOtandum etiam ꝙ ſex ſig-
na que ſunt a principio cancri per li-
bram vſqꝫ in finē ſagittarij habent aſ-
cenſiōes ſuas in ſphera obliqua ſimul
iunctas maiores aſcenſionib9 ſex ſig-
norū que ſunt a principio capricorni
per arietē vſqꝫ ad finem geminorum. Unde illa ſex
ſigna pri9 dicta dn̄t recte oriri: iſta vero ſex oblique
vnde virgili. Recta meant obliqua cadunt a ſidere
cācri. Donec finitur chiron ſed cetera ſigna. Naſcū
tur prono: deſcendunt tramite recto. Et quando eſt
nobis maxima dies in eſtate. ſ. ſole exiſtente in prin
pio cancri tunc oriuntur de die ſex ſigna directe ori
entia: de nocte autem ſex oblique. Econuerſo quan-
do: eſt nobis minimus dies in anno ſcilicet ſole exiſ-
tente in principio capricorni tunc de die oriūtur ſex
ſigna oblique orientia: de nocte vero ſex directe. quā
do autem ſol eſt in alterutro punctorū equinoctialiū
tunc de die oriūtur tria ſigna directe orientia ⁊ tria
oblique et de nocte ſimiliter Eſt enī regula quantum
cūqꝫ breuis vel prolixa ſit dies vel nox ſex ſigna oriū
tur de die et ſex de nocte: nec propter prolixitatem
vel breuitatem diei vl̄ noctis plura vel pauciora ſig
na oriuntur: Ex his colligitur ꝙ cum hora diei natu-
ralis ſit ſpaciū temporis in quo medietas ſigni per
oritur in qualibet die artificiali. ſimiliter ⁊ in nocte
ſunt. 12. hore naturales. In oībus aūt alijs circulis q̄
ſunt a latere equinoctialis vel ex parte auſtrali vel
ſeptemtrionali minorant̄ vel maiorant̄ dies vel no-
ctes ſm̄ ꝙ plura vel pauciora de ſignis directe ori-
entibus vel oblique de die vel de nocte oriuntur.

HIc auctor aſſignat aliam cauſam
quare quidam dies ſunt maiores quidā ve-
ro minores et dicit ꝙ dies eſtatis, ideo ſunt
maiores: quia plura ſigna recte oriantur ⁊ dies hye
mis ſunt minores q2 plura ſigna recte oriantur et di
es autumni ſunt mediocres ſimiliter et veris: quia
aliqua ſigna oriātur recte et aliqua obliqua: ita ꝙ ſi
velis hoc perfecte calere conſpice que ſunt illa ſigna
recte orientia que ſunt illa que ſunt obliqꝫ oriētia in
ſphera obliqua: et illa declarantur per hos verſus q̄
ſunt manilij et non vergilij vt ait auctor: recta meāt
obliqua cadūt a ſydere cancri donec finitur chirō ſꝫ
cetera ſigna naſcuntur prono deſcēdunt tramite rec
to. Poſtea dclarat quid ſit hora naturalis et dicit ꝙ
hora naturalis eſt tantum ſpacium quantum contin-
git morari in ſua aſcenſione medietatem vnius ſigni
et quia iſte medietates aſcendunt in equaliter ideo
iſte hore naturales ſunt in equales et vna maior alte
ra et his horis naturalibus vtebantur antiqui philo
ſophi eteriam iudei quoniam ſepius in ſacra ſcriptu
ra de iſtis horis fit mentio. Dicitur enī. Joa. ii. nōne
duodecim ſunt hore diei quod nō videretur verum
in qualibet die niſi per has horas naturales compu
tando. Cum enī iudea ſit in tertio climate dies eius
artificialis non ſemper eſt. 12. horarum equalium:
artificialium ſed quandoqꝫ decē quandoqꝫ vero. 14
horarū. Item Mathei. 20. ponitur parabola de pa
tre familias qui exijt primo mane conducere opari
os in vineam ſuam et quoſdam miſit hora prima: ali
os hora ſecunda: alios hora ſexta: alios hora nona: ⁊
alios circa vndecimam horam vbi per horā primā
intelligit̄ ortus ſolis: et hora tertia eſt per tres ho-
ras naturales poſt ortum ſolis: hora ſexta per ſex ho
ras, et tunc eſt preciſe meridies ſcilicet in fine ho-
re ſexte: ſimiliter hora nona diſtat per nouem horas
naturales ab ortu ſolis et eſt tertia hora poſt meridi
em: ſed hora vndecima poſt ortum ſolis dicitur per
vnam horam naturalem ante occaſum ſolis quod pa
tet ex hijs que dicuntur in fine parabole: quia d hijs
qui in. ii. hora venerunt dicitur hij vna ſola hora fe-
cerunt de hijs etiam horis loqunt̄ euangeliſte ī paſ-
ſione dn̄i: q2 Joanes dicit. Erat quaſi hora ſexta quā
do crucifixus eſt iheſus ⁊ Matheus ait. Facte ſunt
tenebre ſuper vniuerſam terram ab hora ſexta vſqꝫ
ad horam nonam: hijs etiaꝫ horis vtitur romana ec
cleſia in officijs et horis ecleſiaſticis dicendis q̄ ſunt
prima: tertia: ſexta: et nona: et cetere: et item decre
ta cōciliorum in diebus ieiuniorum hora nona dicūt
cibum eſſe xp̄ianis ſummendum: harum igit̄ horarū
noticia viro eccleſiaſtico eſt neceſſaria.

## De diuerſitate dierum et noctiuꝫ que fit habitantibus in diuerſis locis terre.

## Textus.

NOtandum autem ꝙ illis quorū
zenith eſt in equinoctiali circulo ſol bis in an
no tranſit per zenith capitis eorum ſcꝫ quan
do eſt in principio arietis vel in pricipio libre ⁊ tūc
ſunt illis duo alta ſolſtitia quoniam ſol directe tran-
ſit ſuper capita eorum. Sunt iterum illis duo ima
ſolſtitia quando ſol eſt in primis punctis cancri ⁊ ca
pricorni ⁊ dicuntur ima: quia tunc ſol maxime remo
uetur a zenith capitis eorum. vnde ex predictis pa-
tet cum ſemper habeant equinoctium in anno qua-
tuor habebunt ſolſtitia: duo alta et duo ima: Patet
etiam ꝙ duas habent eſtates: ſole ſcilicet exiſtente
in alterutro punctorum equinoctialiū: vl̄ prope. Du
as etiam habent hiemes ſcilicet ſole exiſtente in pri

mis punctiscancri et capricorni vel prope:et hoc ē ꝙ dicit Alphagranꝰ ꝙ eſtas et hyems ſcilicet noſtre ſunt illis vniꝰ et eiuſdē cōplexiōis qm̄ duo tpa q̄ ſunt nobis eſtas et hyems ſunt illis duo hyemes. Vñ ex his verſuū lucani pꝫ expoſitio. Deprehēnſum eſt hūc eſſe locum quo circulus alti Solſtitij medium ſigno rum percutit orbem. Ibi enim apellat Lucanus circulum alti ſolſtitij equinoctialem:in quo contingunt duo alta ſolſtitia ſub equinoctiali exiſtentibus. Orbem ſignorum appellat zodiacum: quem medium ideſt mediatum hoc eſt diuiſum in duo media equinoctialis percutit ideſt diuidit. Illis etiam in anno contingit habere quattuor vmbras. Cū eīn ſol ſit in alterutro punctorum equinoctialium tunc in mane iacitur vmbra eorum verſus occidentem:in veſpere vero econuerſo In meridie vero eſt illis vmbra ꝑpendicularis cum ſol ſit ſupra caput eorum. Cum autem ſol ē in ſignis ſeptētrionalibus tūc iacit vmbra coꝝ verſus auſtrū. Qñ eſt in auſtralibus tūc iacitur verſus ſeptētrionem. ¶ Illis aūt oriunt̄ ⁊ occidunt ſtelle que ſunt iuxta polos ſicut et quibuſdā alijs habitantibus circa equinoctialē:vnde lucanꝰ ſic inq̄t.
Tunc furor extremos mouit romanꝰ horeſtas.
Carmenoſq̄ȝ duces quorum iam flexus in auſtrum.
Aether non totam mergi tamen aſpicit arcton.
Lucet et exigua velox ibi nocte bootes. Ergo mergitur et parum lucet. ¶ Itē Ouidiꝰ de eadē ſtella.
Tingitur oceano cuſtos erimanthidos vrſe.
Aequoreaſq̄ȝ ſuo ſidere turbat aquas.
¶ In ſitu aūt noſtro nunꝙ̄ occidunt iſte ſtelle. Unde virgilius. Hic vertex nobis ſemper ſublimis at illū Sub pedibus ſtix atra vident maneſq̄ȝ profundi.
Et Lucanꝰ. Axis ī occiduꝰ gemina clariſſimꝰ arctō
¶ Item Uirgilius in georgicis ſic inquit.
Arctos oceani metuentes equore mergi.

## ¶ Quorum zenith eſt inter equinoctialem et tropicum cancri.

Illis autem quoruȝ zenith eſt inter equinoctialem et tropicum cancri cōtingit bis in anno ꝙ ſol trāſit per zenith capitis eorum qō ſic patet. Intelligatur circulus paralellus equinoctiali tranſiens per zenith capitis eorum ille circulꝰ interſecabit zodiacū in duobus locis eque diſtantibus a principio cancri. Sol igitur exiſtens in illis duobus punctis tranſit per zenith capitis coꝝ. Unde duas habent eſtates et duas hyemes. quattuor ſolſticia et quattuor vmbras ſicut exiſtentes ſub equinoctiali. Et in tali ſitu dicunt quidam Arabiam eſſe. Unde Lucanus loquens de arabibus venientibus Romam in auxiliū Pompeio dicit. Ignotum vobis arabes veniſtis in orbem. Umbras mirati nemorum non ire ſiniſtras. Quoniaȝ in partibus ſuis quādoq̄ȝ erant illis vmbre dextre: qñ q̄ȝ ſiniſtre, quando perpendiculares quandoq̄ȝ oriētales, quandoq̄ȝ occidentales ſed quando venerant Romam citra tropicum cancri tunc ſemꝑ habebāt vmbras ſeptemtrionales.

## ¶ Quoꝝ zenith eſt in tropico cācri.

Illis ſiquidem quoꝝ zenith eſt in tropico cancri contingit ꝙ ſemel in anno tranſit ſol per zenith capitis coꝝ. ſ. qñ eſt in prīo pūcto cācri:et tunc in vna hora diei vniꝰ totius anni ē illis vmbra perpendicularis. In tali ſitu dr̄ Syene ciuitas. Vñ Lucanꝰ. vmbras nuſquā flectēte Syene Hoc intellige in meridie vnius diei et per reſiduuȝ totius anni iacit̄ illis vmbra ſeptemtrionalis:

## ¶ Quorum zenith inter tropicum cancri et circulum arcticum.

Illis vero quorum zenith eſt inter tropicum cancri ⁊ circulum arcticū contingit ꝙ ſol in ſempiternum non tranſit per zenith capitis eorum et illis ſemper iacitur vmbra verſus ſeptemtrionem. Talis eſt ſitus noſter. ¶ Notandum etiam ꝙ ethiopia vel aliqua pars eius eſt citra tropicū cancri. Vñ Lucanus. Aethiopūq̄ȝ ſolum qō non premeretur ab vlla ſigniferi regione polum poplite lapſo. Ultima curuati procederet vngula thauri. Dicunt enim quidam ꝙ ibi ſumit̄ ſignuȝ equiuoce pro duodecima parte zodiaci:et ꝓ forma animalis qō ſm maiorem parteȝ ſui eſt in ſigno quod denoīat Unde thaurus cum ſit in zodiaco ſm maiore ſui partem:tamen extendit pedem ſuū vltra tropicum cancri:et ita premit ethiopiam licet nulla pars zodiaci premat eam. ¶ Si enim pes thauri de quo loquitur auctor extenderetur verſus equinoctialem vt eſſet ī directo arietis vel alterius ſigni tūc premeretur ab ariete vel virgine:et alijs ſignis quod patet per circulum equinoctialem paralellum circunductuȝ per zenith capitis ipoꝝ ethiopuȝ et arietem et virgineȝ vel alia ſigna:ſed cum rō phyſica huic contrarietur: non enim ita eſſent denigrati ſi in temperata naſcerentur habitabili. Dicendum ꝙ illa pars ethiopie ď qua loquitur Lucanus eſt ſub equinoctiali circulo:⁊ ꝙ pes thauri de quo loquitur extēditur verſus equinoctialē. Sed diſtinguit̄ tunc in ſigna cardinalia ⁊ regiōes Nā ſigna cardinalia dr̄r duo ſigna ī qbꝰ ꝯtingūt ſolſticia ⁊ duo ī qbꝰ ꝯtingūt eq̄noctia Regiones at appellant̄ ſigna int̄media. Et ſm hoc pꝫ ꝙ cū ethiopia ſit ſub eq̄noctiali non ꝓmit̄ ab aliqua regiōe ſȝ a duobꝰ ſignis tantum cardinalibus. ſ. ariete et libra.

## ¶ Quoꝝ zenith ē in circulo artico.

Illis aūt quoꝝ zenith ē in circulo artico cōtingit in quolȝ die et tpe āni ꝙ zenith capitis coꝝ e iaceȝ cūpolo zodiaci:⁊ tūc hn̄t zodiacū ſiue eclipticā ꝓ orizōte. Et hoc eſt qō dicit Alphagranꝰ ꝙ ibi circulꝰ zodiaci flectit̄ ſupra circulū hemiſpherij. Sȝ cū firmamentū ꝯtinuo moueat̄ circulꝰ orizontis interſecabit zodiacū in inſtāti:⁊ cū ſint maximi circuli in ſphera interſecabūt ſe in ꝑtes eq̄les. Vñ ſtatī medietas vna zodiaci emergit ſupra orizontē ⁊ reliq̄ deprimit̄ ſub orizōte ſubito. et hoc ē qō dicit Alpha. ꝙ ibi occidūt repente ſex ſigna:⁊ reliq̄ ſex oriunt̄ cū toto eq̄noctiali. Cū āt ecliptica ſit orizō illoꝝ erit tropicꝰ cancri totus ſupra orizonta:et totꝰ tropicꝰ capricorni ſub orizōte:et ſic ſole exn̄te in primo puncto cācri erit illis vna dies. 24. horaꝝ et q̄ſi inſtans ꝓnocte:qr in inſtāti ſol tranſit orizōta et ſtatim emergit ⁊ ille ꝯtactus eſt ꝓ nocte. Econuerſo cōtingit illis ſole exn̄te ī prīo puncto capricorni, Eſt enim tunc illis vna nox. 24. horarum et quaſi inſtans pro die.

## ¶ Quorum zenith eſt inter circuluȝ arcticum et polum mundi.

Illis aūt quoꝝ zenith eſt inter circuluȝ arcticū et polū mūdi arcticū:ꝯtingit ꝙ orizō illoꝝ int̄ſecat zodiacū in duobꝰ punctis eq̄ diſtātibus a principio cancri et in reuolutione firmamenti contingit ꝙ illa

portio zadiaci intercepta ſemꝑ relinquit ſupra ori-
zonte͂. Vn͂ p꞉ ꝙ qua͂diu ſol eſt in illa portione interce
pta erit vnꝰ dies ꝯtinuꝰ ſine nocte, ergo ſi illa portio
fuerit ad qua͂titate͂ ſigni vniꝰ: erit tibi dies continuꝰ
vnius me͂ſis ſine nocte ad qua͂titate͂ duoꝝ ſignoꝝ erit
duoꝝ menſiu͂ ⁊ ita deinceps. Ite͂ co͂tingit eiſde͂ ꝙ por
tio zodiaci intercepta ab illis duobus punctis eq̄ di
ſtantibus a principio capricorni ſemꝑ relinquit ſub
orizonte: vn͂ cu͂ ſol eſt in illa portibne intercepta erit
vna nox ſine die breuis vel magna ſm quantitate͂ in-
tercepte portionis. Signa au͂t reliqua q̄ eis oriunt
et occidunt prepoſtere oriuntur et occidunt. Oriu͂-
tur prepoſtere ſicut thaurꝰ ante oriente͂: et aries an͂
piſces: piſces ante aquariu͂. Et tn͂ ſigna his oppoſita
oriunt recto ordine et occidu͂t prepoſtere, vt ſcorpiꝰ
ante libra͂, libra ante virgine͂: ⁊ tn͂ ſigna his oppoſita
occidu͂t directe illa. ſ. q̄ oriebant ꝑpoſtere vt thaurꝰ

## ¶ Quoꝝ zenith eſt in polo arctico.

Illis au͂t quoꝝ zenith eſt in polo arctico cōtingit
ꝙ illoꝝ orizon eſt idem ꝙ equinoctialis. Vn͂ cum
equinoctialis interſecet zodiacu͂ in duas ꝑtes equa
les. ſic ⁊ illorum orizon relinquit medietatem zodia
ci ſupra, et reliquam infra: vnde cum ſol decurrat ꝑ
illam medietate͂ q̄ eſt a principio arietis vſq꞉ in fine꞉
virginis vnus erit dies continuus ſine nocte: et cum
ſol decurrit in illa medietate que e͂ a principio libre
vſq꞉ in finem piſcium erit nox vna ſine die. Quare ⁊
vna medietas totius anni eſt vna dies artificialis: et
alia medietas eſt vna nox: vnde totus annus eſt ibi
vnus dies naturalis. S꞉ cu͂ ibi nunꝙ magis. 23. gra
dibus ſol ſub orizonte deprimatur, videturꝙ illis ſit
dies continuus ſine nocte. Nam ⁊ dies nobis dicitur
ante ſolis ortum ſupra orizonte͂. Hoc au͂t eſt quantu꞉
ad vulgarem ſenſibilitatem. Non enim eſt dies arti-
ficialis: quantum ad phyſicam rationez: niſi ab ortu
ſolis vſq꞉ ad occaſum eius ſub orizonte. Ad hoc iteꝝ
ꝙ lux videtur ibi eſſe perpetua: quoniam dies eſt an
te quam ſol eleuetur ſuper terra꞉ per. 18. gradus vt
dicit Ptolomeus. Alij vero magiſtri dicunt. 30. ſc꞉ ꝑ
quantitate͂ vnius ſigni; dicendu͂ ꝙ aer eſt ibi nubilo-
ſus et ſpiſſus. Radius. n. ſolaris ibi exn͂s debilis vir
tutis magis de vaporibus eleqat quam poſſit conſu-
mere. Vnde aerem non ſerenat: et non eſt dies.

## ¶ De diuiſione climatum.

Imaginetur au͂t quida꞉ circulus
in ſuperficie terre directe ſuppoſitus equino-
ctiali. Intelligatur aliꝰ circulus in ſuperficie
terre tranſiens per oriente͂ et occidente͂: et polos mu͂
di. Iſti duo circuli interſecant ſeſe in duobꝰ locis ad
angulos rectos ſpherales et diuidunt totam terra꞉
in quattuor quartas: quarum vna eſt noſtra habita-
bilis, illa ſcilicet que intercipitur inter ſemicirculu͂
ductum ab oriente in occidentem per polum articu͂
Neq꞉ tamen illa quarta tota eſt habitabilis quonia꞉
partes illius propinque equinoctiali inhabitabiles
ſunt propter nimium calorem: Similiter partes eiꝰ
ꝓpinq̄ polo artico inhabitabiles ſunt ꝑꝑ nimia͂ frigi
ditate͂. Intelligat̄ g̃ vna linea eq̄ diſta͂s ab eq̄noctia
li diuide͂s ꝑtes q̄rte inhabitabiles ꝑꝑ calore͂ a ꝑtibꝰ
hītabilibꝰ q̄ ſunt v̄ſus ſepte͂trione͂. Intelligat̄ et alia
linea eq̄ diſta͂s a polo arctico diuide͂s ꝑtes q̄rte īhīta
biles q̄ ſunt verſus ſepte͂trione͂: ꝑꝑ frigꝰ: a ꝑtibꝰ hīta
bilibꝰ q̄ ſu͂t v̄ſus eq̄noctiale͂ Int̄ iſtas et duas lineas
extremas intelligant̄ ſex linee paralelle eq̄noctiali:
q̄ cu͂ duabꝰ prioribus diuidu͂t parte͂ totale͂ quarte ha
bitabile͂ in ſepte͂ portiones q̄ dn͂r ſepte͂ climata.

Dicitur autem clima tantum ſpa-
cium terre per quantum ſenſibiliter variatur
horologium. Ide꞉ namq꞉ dies eſtiuus aliqua͂
tus qui eſt in vna regione: et ſenſibiliter eſt minor in
regione propinquiori auſtro. Spacium igitur: tan-
tum quantum incipit dies idem ſenſibiliter variari
dicitur clima. Nec eſt idem horologium cum prin-
cipio et fine huius ſpacij obſeruatum. Hore enim di
ei ſenſibiliter variantur: quare et. Horologiu͂. Me
dium igitur primi climatis eſt vbi maxima diei pro
lixitas eſt. 13. horarum: et eleuatio poli mundi ſupra
circulum hemiſperij gradibus. 16. et dicitur clima
diameroes eſt. Initium eius eſt vbi diei maioris pro
lixitas eſt. 12. horarum et dimidie et quarte vniꝰ ho-
re: et eleuatur polus ſupra orizontem gradibus duo
decim et dimidie et quarte vnius gradus: et exten-
ditur eius latitudo vſq꞉ ad locum vbi longitudo pro
lixioris diei eſt. 13. horaru꞉ et quarte vnius. Et eleua
tur polus ſupra orizontem gradibus. 20 et dimidio:
quod ſpacium terre eſt. 440 miliaria. Mediu͂ au͂t
ſecundi climatis eſt vbi maior dies eſt. 13. horaꝝ et di
midie et eleuatio poli ſupra orizo͂tem. 24. graduum:
et quarte partis vnius gradus. Et dicit̄ clima diaſye
nes. Latitudo vero eius eſt ex termino primi clima-
tis vſq꞉ ad locum vbi ſit dies prolixior 13. horarum ⁊
dimidie et quarte partis vnius hore et eleuatur po-
lus 23. gradibus et dimidio ⁊ ſpacium terre e͂ 400
miliariorum Mediu͂ tertij climatis eſt vbi ſit longi-
tudo prolixioris diei. 14. horarum: et eleuatio poli ſu
pra orizontm 30. gradu͂, et dimidij: et quarte vnius
partis. Et dicitur clima diaalexandrios. Latitudo
eius eſt ex termino ſecundi climatis vſq꞉ vbi prolixi
or dies eſt. 14. horarum et quarte vnius et altitu-
do poli. 33. gradu͂ et duarum tertiarum: quod ſpaciu͂
terre eſt. 350. miliariorum. Medium quarti clima
tis eſt vbi maioris diei prolixitas eſt quattuordecim
horarum et dimidie: ⁊ axis altitudo. 36. graduum
⁊ duaꝝ quintarum. Et dr̄ diarhodos. Latitudo vero
eiꝰ eſt ex termino tertij climatis vſq꞉ vbi prolixitas
maioris diei eſt. 14. horarum et dimidie et q̄rte par
tis vnius eleuatio autem poli: 39. gradu͂ quod ſpa-
tium terre eſt: 300. miliariorum. Medium quinti cli-
matis eſt vbi maior dies eſt. 15. horaru͂ ⁊ eleuatio po
li. 41. gradus et tertie vnius et dicitur clima diaro-
mes. Latitudo vero eius eſt ex tr̄o quarti climatis
vſq꞉ vbi prolixitas diei ſit. 15. horaru͂ et quarte vniꝰ
et eleuatio axis. 43. gradu͂ et dimidij quod ſpaciu͂
terre eſt. 255. miliariorum. Mediu͂ ſexti climatis
eſt vbi prolixior dies eſt. 15. horarum et dimidie
et eleuatur polus ſupra orizontem. 45. gradibus et
duabus quintis vnius. Et dicitur clima diaboriſte͂es
Latitudo vero e͂ ex termino quinti climatis vſq꞉ vbi
longitudo diei prolixior eſt. 15. horarum dimidie et
quarte vnius: et axis eleuatio. 47. graduum et qua-
rte vniꝰ que diſtantia terre eſt. 200. et. 12. miliarioꝝ.
Medium autem ſeptimi climatis eſt vbi maior pro
lixitas diei eſt. 16. horaꝝ et eleuatio poli ſupra orizo͂
tem. 48. graduum et duarum tertiarum et dicitur
clima diaripheos. Latitudo vero eiꝰ eſt ex tr̄o ſexti
climatis vſq꞉ vbi maxima dies eſt. 16. horaꝝ ⁊ quarte
vniꝰ et eleuatur polus mundi ſupra orizontem. 50.
gradibꝰ ⁊ dimidio qd̄ ſpaciu͂ terre e͂. 185. miliarioꝝ.

¶ Ultra autem huius ſeptimi climatis terminum licet plures ſin inſule et hominum habitationes: quicquid tamen ſit: quoniam praue ē habitationis ſub climate nō computatur. Omnis itaꝗ inter tr̄m initialem climatum et finalem eorundem diuerſitas eſt trium horarum et dimidie: et ex eleuatione poli ſupa orizontem. 38. graduum. Sic igitur patet vniuſcuiuſꝗ climatis latitudo a principio ipſi⁹ verſus equinoctialem vſꝗ in finem eiuſdem verſus polum arcticum: et ꝙ primi climatis latitudo ē maior latitudine ſecundi: et ſic deinceps. Lōgitudo aūt climatis poteſt appellari linea ducta ab oriente ī occidentem eque diſtans ab equinoctiali. Unde longitudo primi climatis eſt maior longitudine ſecundi: et ſic deinceps qđ cōtingit ꝓpter anguſtiā ſphere.

¶ Cōmentarium.

Totus iſte textus eſt perfacilis, ideo non indiget maiori declaratione quam illa quam litera pre ſe fert et lector magis exacte declarabit.

## ¶ Herrata huius operis.

Fol. j. col. 2. li. xxxv. vbi aerē dic axē.
Eodē fo. col. 3. li. 59. vbi dicit huic. dic hinc.
Eodē fo. col. 4. li. j. vbi dicit ſancti. dic ſatis.
Eodē fo. co. eadē li. 26. vbi dicit ꝓpōnes. dic ꝓpter.
fo. 5. col. 2. li. 47. vbi dicit non dic. nā.
fo. eo. co. ea. li. 49. vbi ē attribuam⁹ dic. attribuant
fo. eo. co. 4. li. 36. vbi dicit marci dic. martij.
fo. 6. col. 2. li. 62. ~~vbi dicit~~ vbi dicit ⁊ diſcurrit dic. et ſi diſcurrit.
Eo. fo. co. ea. li. 65. vbi dicit in junius dic. iunnius.
fo. 8. co. j. li. 44. vbi dicit appertit dic. aperit.
Eo. fo. co. ea. li. 45. vbi dicit aſtrū dic. aſtro.
Eo. fo. co. ea. li 53. vbi dicit poti⁹ dic. potitus.
Eo. fo. co. ea li. 15. vbi dicit eedita dic. debita.
Eo. fo. co. ea. li. 17. vbi dicit pleedes dic. pleiades:
Eo. fo. co. 2. li. 58. vbi dicit tum dic. tunc.
Eo. fo. ea. co. li. ea. vbi dicit noctes aliqs, dic. northeſalicas.
Eo. fo. co. ⁊ li. vbi dicit paruas dic. parua.
Eo. fo. co. ea. li. 41. vbi dicit iuoi: dic: iunij.
Eo. fo. co. ea. li. 47. iſtiuale: dic. eſtiuale.
Eo. fo. co. 3. li. 59. vbi dicit recta zodiaci: dic recta. 4 zodiaci.
Eo. fo. co. 4. li. 29. vbi dicit quanto: dic. quam cito.
Eo. fo. ⁊ col. li. 62. vbi dicit ābra: dic: vmbra,

## ¶ Capitulum quartum de circulis, et motibus planetarum: Et de cauſis eclypſium ſolis et lune.

Notandum ꝙ ſol habet vnicum circulum per quem mouetur in ſuperficie linee eclyptice: et eſt eccentricus. Eccentricus quidem circulus dicitur non omnis circulus, ſed ſolum talis qui diuidens terraꝫ in duas partes equales non habens centrum ſuum cum centro terre ſed extra. Punctus autem in eccentrico: qui maxime accedit ad firmamentum appellatur aux: quod interpretatur eleuatio. Punctus vero oppoſitus qui maxime remotionis ē a firmamento dicitur oppoſitum augis. Solis autem ab occidente in orientem duo ſunt motus quorum vnus eſt ei proprius in circulo ſuo eccentrico quo mouetur in omni die ac nocte. 60. minutis fere. Alius vero tardior ē motus ſphere ipſius ſupra polos axis circuli ſignorum et eſt equalis motui ſphere ſtellarum fixaruꝫ ſcilicet in. 100. annis gradu vno. Ex his itaꝗ duobus motibus colligitur curſus eius in circulo ſignoꝝ ab occidente in orientem per quem abſcindit circulū ſignorum in. ccclxv. diebus: et quarta vnius diei fere preter rem modicam que nullius eſt ſenſibilitatis. Quilibet autem planeta tres habet circulos preter ſoleꝫ ſcilicet equantm deferentem et epyciclum: vt precedens figura docet. ¶ Equans quidem lune eſt circulus concentricus cum terra et eſt in ſuperficie ecliptice. Eius vero deferens eſt circulus eccentricus: nec eſt in ſuperficie ecclíptice: ideo vna eius medietas declinat verſus ſeptentrionem: altera verſus auſtrum: et interſecat deferens equantem in duob⁹ locis. Et figura interſectionis appellatur draco: quoniam lata eſt in eſt medio et anguſtior verſus finem. Interſectio igitur illa per quam mouetur luna ab auſtro in aquilonem appellatur caput draconis. Reliqua vero interſectio per quam mouetur a ſeptrione in auſtrū dicitur cauda draconis. ¶ Deferentes quidem et equantes cuiuſlibet planete ſunt equales Et ſciendum ꝙ tam deferens quam equans: ſaturni Iouis: martis: veneris: et mercurij ſunt eccentrici et extra ſuperficiem ecliptice: et tamen illi duo ſunt in eadem ſuperficie. Quilibet etiam planeta preter ſolem habet epyciclū. Et eſt epyciclus: circulus paruus per cuius circunferentiam defertur corpus planete: et centrum epycicli: ſemper defertur in circunferentia deferentis. Si igitur due linee ducantur a centro terre ita ꝙ includant epyciclum alicuius planete: vna ex parte orientis: reliqua ex parte occidētis punctus contactus ex parte orientis dicitur ſtatio prima punctus vero contactus ex parte occidentis dicitur ſtatio ſecunda. Et quando planeta eſt in alterutra illarum ſtationum dicitur ſtationarius. Arcus vero epycicli ſuperior inter duas ſtationes interceptus dicitur directio et quando planeta eſt in illo tunc dicitur directus. Arcus vero epycicli inferior inter duas ſtationes interceptus dicitur retrogradatio et planeta ibi exn̄s dicitur retrograd⁹. Lune autem non aſſignatur ſtatio: directio: vel retrogradatio. Unde non dicitur luna ſtationaria directa vel retrograda propter velocitatē motus eius ī epyciclo.

Notandum ꝙ ſol habet vnuꝫ circulum eccentricum quia non habet pro centro centrum mundi: in cuius ſuperficie continue defertur, et nunquam deuiat ille excentricus a ſuperficie ecliptice ſicut nec ſol. Eccentricus autem dicitur non omnis circulus: ſed qui diuidens terram in duas partes equales non habet pro centro centrum mundi: et in iſto eccentrico eſt reperire duo puncta: vnum maioris eleuationis: qui dicit̄ aux: alium maioris appropinquationis qui dr̄ oppoſitum augis. Notandū preterea ꝙ ſolis ab occidēte in orientem duo ſunt motus vnus quidem ꝑ ipſum met eccentricum quo vnoquoꝗ die percurrit. 60. minuta: alius eſt tardus quē accipit ab octaua ſphera in centum annis gradu vno quo mouetur ſil̄ et altero totum circulū ſignorū percurrendo. 365. diebus et, 6, horis fere; dicit preterea ꝙ quilibet planeta

tres habet circulos preter ſolem equantem: deferen
tem, et epiciclum: equās q̄dem lune eſt circulus con
centricus cuʒ terra et eſt in ſuperficie ecliptice eius
vero deferens eſt circulus eccentricus nec eſt in ſup
ficie ecliptice vnde vna eius medietas declinat ver-
ſus ſeptentrionem altera verſus auſtrum et interſe-
cat deferens equātem in duobus locis et figura īter
ſectionis appellat̄ draco q̄m lata ē in medio et angu
ſtior verſus finem et illa interſectio ꝑ quaʒ mouetur
luna ab auſtro in aquilonem appellat̄ caput dracōis
Deferentes quidem et equātes cuiuſlʒ planete ſunt
equales et ſunt in eadem ſuperficie et omnes ſunt ex
tra ſuperficieʒ ecliptice et tn̄ ille due ſunt in eadem
ſuperficie. ¶ Ulterius notandū ꝙ quilʒ planeta pre
ter ſolem habet epiciclū. Eſt aūt epiciclus circulus
paruus in ip̄o deferente incluſus: et diuiditur ī tres
partes. ſ. arcum directionis: arcum retrogradatio-
nis: et ſtationarium. Nam arcus directionis eſt in
parte ſuperiori vbi epiciclus et planeta mouent̄ ſm̄
ſucceſſionem ſignorum. Sed arcus retrograda-
tionis eſt arcus vbi planeta mouetur contra ſucceſ-
ſionem ſignoruʒ in medio quorum duorum arcuū eſt
alius paruulus vbi planeta dicitur ſtationari⁹: quia
videtur ibi planeta quaſi ſtare: id eſt non notabiliter
moueri nec ad vnam differentiam nec ad aliam. Di-
cit preterea ꝙ ſtatio prima eſt punctus contactus ex
parte orientis. Statio vero ſecunda punctus conta
ctus ex parte occidentis. Ultra notat ꝙ lune non cō
uenit directio nec ſtatio nec retrogradatio: et ratio
eſt quoniam ſemper velocius mouetur luna motu de
per accidens ſm̄ ſucceſſionem ſignorum quotidie ꝑ
motum eccentrici quam valeat motu epicicli eadem
moueri vel contra ſucceſſionem ſignorum vel confor
miter ad ſucceſſionem ſignorum: ꝙ in ceteris plane-
tis non eſt: quia aliquis planeta ſuperat motum ſui
eccentrici per motum epicicli, vt videre eſt in Sa-
turno, Jupitre, et Marte. Auerrois ſecundo de ce
lo commento quinto huiuſmodi ecentricos et epici-
clos negauit, ad quod multis rationibus motus eſt.
Primo, aliquod corpus ſimplex non haberet motum
ſimplicē, pʒ de ecentrico qui nec mouetur per lineā
mundi diametralem, nec per lineam eque diſtantem
a centro mundi, ergo nō mouetur motu ſimplici. Re
ſpondetur ꝙ mouetur motu ſimplici reſpectu totius
orbis, vel dicatur ꝙ mouetur motu ſimplici, quia mo
uetur per lineam quaſi eque diſtantem a centro mū-
di. Secunda ratio, ſequeretur ꝙ ecentricus moue-
retur motu mixto, patet, quia partiʒ aſcendit et par
tim deſcendit. Reſpondetur negando illud, quia
ad aſcenſum et deſcēſum requiritur progreſſus per
lineam breuiſſimam. Tertio arguit. Sequeretur ꝙ
in celo daretur vacuum vel penetratio dimenſionum
Sequella patet. Nam quando pars groſſior orbis
deferentis augem inferioris venerit ad groſſam ſu
perioris, ſequitur penetratio dimenſionum et vacu-
um. ¶ Ad hoc reſpondetur ꝙ non ſequitur, quia
(vt dicit auctor) theorice mouentur orbes deferent
es augem motibus proportionalibus, ita vt ſemper
correſpondeat pars groſſior inferioris parti ſub-
tili ſuperioris. Quarta ratio eſt quam facit Capua-
nus ꝓſequēdo ſuper theorica celi ſolis ſequitur. Ait
ꝙ ſufficeret ſolus orbis inferior deferēs augem ecē-
trici patet quia ille ſufficit cum deferente ad ſaluan
dum omnes aparentias. ¶ Ad hoc reſpōdet Capua
nus ꝙ ad ſaluandum apparētias ſufficeret ponere il
lum circulum: ſed vt ponamus totam ſpheram concē



tricam ponendus eſt alius aſtrologi meliores ratio
nes habent pro ſe namqʒ quomodo ſaluabitur ecly.
lune hyemalem minoreʒ eſſe eclypſi lune eſtiuali: niſi
quia ſol ip̄e diſtat magis a terra in eſtate quā in hye
me: ergo ponendus eſt ecentricus. Secunda ratio
que probat epiciclum fore dabilem eſt, quia vidim⁹
luna exiſtente in auge ſui ecentrici quādoqʒ magis
quandoqʒ minus eclypſari, quod euenit quia quem-
admodum ē in auge ſui ecētrici acciditqʒ ſiꝉ eſt in au
ge ſui epicicli: quandoqʒ in oppoſito augis ſui epici
cli. Tertia ratio. Planete quandoqʒ ſunt retrogra-
quandoqʒ directi: quandoqʒ ſtationarij: Et hoc non
poteſt ſaluari niſi ponatur epiciclus: ergo ponendus
eſt epiciclus.

## ¶ De eclypſi ſolis.

CUm autez ſol ſit maior ter
ra neceſſitas eſt ꝙ medietas ſphere
re ad min⁹ a ſole ſemper illuminetur:
et vmbra terre extenſa in aere torna-
tilis minuatur in rotunditate donec ꝯ
ſiciat in ſuperficie circuli ſignorum in
ſeparabilis a nadir ſolis. Eſt autem nadir ſolis pun-
ctus directe oppoſitus ſoli in firmamento. Unde cuʒ
in plenilunio luna fuerit in capite vel in cauda dra-
conis ſub nadir ſolis: tunc terra interponetur ſoli et
lune. Unde cum luna lumen non habeat niſi a ſole in
rei veritate deficit a lumīe. Et eſt eclypſis generalis
in omni terra ſi fuerit in capite vel cauda draconis
directe. Particularis vero eclypſis ſi fuerit ꝓpe vel
infra metas determinatas eclypſi. Et ſemper in ple-
nilunio vel circa contingit eclypſis. Unde cū in qua
libet oppoſitione hoc eſt in plenilunio non ſit luna in
capite vel cauda draconis nec ſuppoſita nadir ſolis:
non eſt neceſſe in quolibet plenilunio pati eclypſim.

## ¶ De ſolis eclypſi.

QUm autem fuerit luna in capite
vel cauda draconis vel prope metas ſupradi
ctas: et in coniunctione cum ſole: tunc corpus
lune interponetur inter aſpectuʒ noſtrum et corpus
ſolare. Unde obumbrabit nobis claritatem ſolis: et
ita ſol patietur eclypſim: non quia deficiat lumine: ſʒ
deficit nobis propter interpoſitioneʒ lune inter aſpe
ctuʒ noſtrum et ſolem. Ex his patet ꝙ non ſemper eſt
eclypſis ſolis in coniunctione ſiue in nouilunio.
¶ Notandum etiam ꝙ quando eſt eclypſis lune eſt
eclypſis in omni terra: ſed quādo eſt eclypſis ſolis ne
quaquam: immo in vno climate eſt eclypſis ſolis: et in
alio non: quod contingit propter diuerſitatem aſpe-
ctus in diuerſis climatibus. Unde Uirgilius elegan
tiſſime naturas vtriuſqʒ eclypſis ſub compendio teti
git dicens. Defectus lune varios ſoliſqʒ labores. Ex
predictis patet ꝙ cum eclypſis ſolis eſſet in paſſio-
ne domini et eadem paſſio eſſet in plenilunio: illa ec
clypſis ſolis non fuit naturalis: immo miraculoſa cō-
traria nature: quia eclypſi ſolis in nouilunio vel cir-
ca debet contingere. Propter quod legitur Dyoni-
ſium ariopagitam in eadem paſſione dixiſſe. Aut de
us nature patitur: aut mundi machina diſſoluetur.

## ¶ Commentarium.

NOta ꝙ quando luminoſum eſt
mai⁹ et opacū eſt min⁹ luminoſum illuminat
de opaco pluſq̄ medietatem: et vmbra q̄ cau

ſaf eſt piramidalis. Qñ vero luminoſum ē eq̄le opaco illuminat adequate medietatē: et vmbra q̄ cauſatur eſt chilindroides ſiue colunaris: qñ vero luminoſum eſt minꝰ opaco illuminat minꝰ medietate: et vmbra q̄ cauſaf ē calatoydes vel pyramidis euerſe ſol: igitur cauſat circa terrā vmbrā pyramidalē, q̄ eleuaf vſqꝫ ad ſuperficiē cōcauā celi mercurij: ⁊ deſinit illic. Notabis tñ pro maiori declaratione iſtiꝰ materie: quare luna inter oēs planetus: et mundi ſtellas ē hñs in medio ſui maculā qnandā. Ad qḋ rñdef cum Alberto magno ſecundo de celo quod cauſa ē qr luna habet partes eterogeneas quaſdā raras et quaſdā denſas et partes rare non detinent radios ſolares in ſe: ſed tranſfunduf illi radij, idqꝫ manet in medio ſui luna obūbrata vel opacata in extremis vero luna eſt ſufficienter denſa ⁊ fortiter reflectit radios ratione cuius ipſa luna eſt in ipſis partibꝰ denſis maxime reſplendens et lucida. Secundo notandū ē q̄re ſola luna inter oēs planetas mundi et ēt ſtellas eſt recipiens varias figuras diuerſis tporibꝰ: eſt.n. primo bicornis. Poſtea dicotomos. qñ ē ſemiplena. poſtea amphitrios: qñ eſt magis qua ſemiplena. poſtea panſelinos: quādo eſt tota plena quaꝝ figuraꝝ diuerſitas tota ꝓuenit qr cū luna ſit planeta etherogenee ſubſtantie: hñs quaſdā partes raras et quaſdā denſas qñ vero luna parum diſtat a ſole (cum ſit giboſa) illuminatur in extremis et non in gibo et ſic eſt bicornis: et quando luna ad huc magis diſtat a ſole illuminaf iā magis vſqꝫ ad mediū: et qñ pleniſſime diſtat a ſole tota reſpicit ſol integre: et ſic tota apparet illuminata in reliq̄s vero ſtellis: qr non reperif iſtaꝝ partiū etherogeneitas idō non eſt occaſio ad illuminādū vnā parte ſtelle q̄n tota ſtella illuminef: idō in ſola luna ſunt iſte diuerſe figure. ¶ Dubitaret ꝑterea aliq̄s in hac materia quid ē in cauſa ꝙ luna cū ſit minor ſole poſſit occultare ſolē: qui maior eſt. Ad qḋ rñdetur ꝙ cū viſio fiat per pyramidē radioſam cuiꝰ baſis eſt obiectū conꝰ vero eſt in oculo quanto ocultans magis diſtat ab ocultabili et magis appropinquat oculo tanto faciliꝰ pōt ocultare: qr ingredif per piramidis ſtrictiorē locū qñ vō magis occultās appropinquat occultabili: et magis diſtat ab oculo tanto difficiliꝰ occultaf: et qr luna eſt propinquior oculis noſtris: et ingrediens per piramidē ꝓpe conū ipiꝰ ideo poterit occultare ſolē q̄uis ſit maior ſol.

¶ Notandū vero ē preterea ꝙ eclypſis lunaris differt multum ab eclypſi ſolari. Primo quia lunaris fit in oppoſitione ſolaris vero in coniunctione. Secundo: qr eclipſis lunaris fit per hoc ꝙ luna amittit vere lumen aliquod ſol tñ in eclipſi ſua nō amittit aliq̄d luminis. Tertio differūt: qr luna eclipſata: omnibus aſpicientibꝰ apparet ecclipſata ſicut eſt candela mortua q̄ omnibꝰ eā videntibꝰ apparet mortua. Sol tñ cū eſt eclipſatꝰ a quibuſdā videtur a quibuſdā non: eſt cm̄ ſicut candela in cenſa anteq̄ manꝰ aliqua eſt poſita. Quarto differūt qr luna mouef ad eclipſandū. prīo per partē occidētalē poſtea per orientalē. Nota tamen ꝙ oēs iſte eclipſes poſſunt itelligi cum mora: vel ſine mora ſm ꝙ planeta eclipſatꝰ per aliqḋ tp̄s in ſua eclipſi perſeuerat: vel non perſeuerat ex quibꝰ oībꝰ pꝫ ꝙ eclipſis dñi que contigit tēpore paſſionis cū fuerit eclipſis oībus vniuerſalis luna exiſtēte in oppoſitione et prīo eclipſata pars oriētalis et durauit per multum tp̄s fuit miraculoſa ⁊ oīno contra naturam.

## Capitulum Quartum.

Sed quia beatus Dyoniſiꝰ de hac eclypſi egregie locutus ē ⁊ nō minus bene de duobꝰ illis diebus regis Ezechie et Joſue. ¶ Dubitatur q̄s dies fuerit maior an ille ioſue. io. c an ille Eſay. 38. c. De Joſue dicitur. Habita quadā magna victoria ꝑ Joſue ⁊ filios iſrael: in q̄ victoria miſit dñs lapides, grandines, et magnos lapides de celo aereo. i. de aere, qui lapides q̄ plurimos interfecerūt de inimicis legis dei. quos ioſue cū tota gente ſua tunc interfecit. Tunc locutꝰ eſt Joſue dño in die qua tradidit amorreū in cōſpectu filioꝝ iſrael. Dixitqꝫ corā eis. Sol cōtra gabaon ne mouearis: et luna contra vallem ahylon. Steterunt qꝫ ſol et luna donec vlciſceref ſe gens de inimicis ſuis. Item ibidē. Nonne ſcriptū eſt hoc in libro iuſtoꝝ. Stetit itaqꝫ ſol in medio celi: ⁊ nō feſtinauit occumbere ſpacio vniꝰ diei nō fuit ante et poſt tā lōga dies obediente dño voci hominis ⁊ pugnante ꝓ iſrael. ¶ Dicitur de Eſaya. Hoc eſt ſignum a dño ꝙ facturꝰ ſit dñs ſermonem quē locutus ſuꝫ tibi, vt aſcēdat vmbra decē lineis: aut vt reuertaf totidē gradibus. Et dicit Ezechias. Facile ē vmbrā creſcere decē lineis nec volo vt hoc fiat, ſed vt reuertaf retrorſum decē gradibus. Inuocauit itaqꝫ Eſaias ꝓpheta dñm ⁊ reduxit vmbram per decē lineas quibus iam deſcēderat in horologio Achaz eundo retrorſum decē gradibus. Et hec materia de reuerſione ſolis per decē lineas habef Eſaie. 38. c. Quā materiā tractat beatus Dyoniſiꝰ et multi alij theologi indagātes quis illoꝝ dierū duoꝝ artificialiū fuerit maior in tp̄e Joſue dum ſol ſtetit imobilis, ⁊ oīa corpora celeſtia ſpacio vnius diei artificialis. Erat quoqꝫ tūc in menſe iunij quando dies artificialis verſus hieruſalem hꝫ 14. horas et ſpacio vnus diei artificialis q̄euit ſol ita ꝙ dies artificialis illa fuit 28. horarū dies vero artificialis tp̄e Ezechie regis in qua ſol fuit reuerſus decem gradibꝰ erat duodecim horarum, tunc erat eqnoctium autūnale: et ſol fuit reuerſus per decē lineas ab occidente in orientem imperio creatoris et poſtq̄ de oriente reuerſus ad occidentē per viā per quam venerat ita ꝙ dies illa artificialis fuit augmentata decem horis retrocedendo et decem horis deueniendo per viam per quā retroceſſerat ita ꝙ ſunt viginti ita ꝙ dies illa artificialis habuit. 32. horas: et ita fuit maior quā illa que fuit tempore Joſue: Nec obſtat textus blibie qui dicit de tp̄e Joſue ꝙ nec tam magna dies ante nec poſt: ſicut illa fuit. Rñdet nāqꝫ beatus Dioniſiꝰ in quadā ep̄ſa ad policarpū ꝙ liber Joſue fuit ſcriptꝰ circa finem vite Joſue et ꝙ ly poſt in obiectione facta ad oppoſitū refertur ad tp̄s ſcripture libri Joſue et non refertur ad tempora ſimpliciter futura et inter mortem Joſue ⁊ regis Ezechie fluxerunt octingenti anni ſaluo pluri aliquibus annis. Ita ꝙ dies artificialis de reuerſione ſolis fuit maior quā de tp̄e ſtationis tp̄e Joſue. Iſta de textu biblie et alia q̄ ſunt auctentica ſunt adducta ad ꝓpoſitum contra opiniones et ſcripta aliquoꝝ antiquoꝝ philoſophoꝝ qui non habebant illuminationem ſufficientem de philoſophia ⁊ de potentia ipſius prime cauſe quia iſta ſic ſimpliciter ponendo, ſicut ipſi ponebant derogabant potentie p̄me cauſe ⁊ veritati vere philoſophie attribuendo intelligentijs celoꝝ virtutem quam non habebant: ponendo etiā eas neceſſarias dicendo eas eſſe in coꝝ toto celo et vſqꝫ ad centrum terre.

¶ Laus Deo.

# PRIMUS LIBER DE CELO



## LIBER DE CELO

Ariſtotelis ſtagirite cum Paraphraſi Jacobi Fabri, Et queſtionibus lucidiſſimis Petri a Spinoſa, artium magiſtri.

Venundantur Salmantice in edibus Roderici de Caſtañeda. In ſarracenorum vico.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

/. Quantitas terre ambitus totius terre auctoritate ambrosii / macrobii / theodosii / eratostenis et philosophorum est /.252000. stadia / que sunt .31500. miliaria Romana / que sunt .15750. leuce de hispania / nam /.125. passus dant stadium. 8. stadia milliare. 2. miliaria leucam faciunt /.

¶ Ad chariſſimos diſcipulos exhortatio magiſtri: et ſalutatio, vt ardentius in particularia philoſophie deſcendant.

Hactenus dilecti diſcipuli in Chriſto Jeſu vniuerſalia tranſegimus totius philoſophie: que ſunt octo libri de phyſica auſcultatione. Rem quippe difficillimam: colligite modo illius frugem. Nam in naturalibus nil exactuz habetur: niſi ad particularia deſcendamus. Syrtes trāſiuiſtis, iam adeſt portus ſalutis: incipiet liber de Celo: cuius ſubiectū ſit ens mobile ad vbi: In quo vniuerſi mirabilem compoſitionem: ſyderū mirabiles influentias: Elementorum loca ſitus et motus conſpiciemus: per que illius mundi archetypi (qui deus eſt) pelagus intelligere ſm modulum noſtre intelligentie valebimus. Utinā ex agnitiōe veritatis magis ac magis in opere virtutis accreſcamus. Per Jeſum Chriſtum dominuz noſtrum. Amen. Ualete.

Quia phraſis Ariſtotelis per eandem literam eſt difficillima: mihi viſum eſt paraphraſim Jacobi Fabri vobis dilectiſſimis diſcipulis ponere cum queſtionibus noſtris ſupra textuz apte applicatis: quo facilius: et profundius: et diſtinctius rem philoſophicam peragamus. Que curret a libris de celo vſq; ad parua naturalia,

Primus de Celo.

¶ Incipit liber de celo Ariſt. ſtagi. cũ paphraſi Jacobi fa. Et q̄onibꝰ Petri a ſpi. ar. mři

## ¶ Caput primum.

DE celo et mundo libri quattuoꝛ. Primꝰ ꝯtinet duodecim capita. Primũ tres concl̕o nes, quattuoꝛ diffinitiões poſt primã: et tres rões ad ſecũdã ¶ Prima concl̕o. Scientia de natura circa coꝛpoꝛa, magnitudines, ⁊ hoꝛuȝ paſſiones ac motus principia maxime verſatur. ¶ Naȝ ſcia d̄ natura coꝝ eſt q̄ ſm naturã dñr, ⁊ q̄ a natura cõſtant. Coꝝ ãt q̄ a natura cõſtãt: hec ſunt coꝛpoꝛa et magnitudines coꝝ paſſiones, et motus: hec vero coꝛpoꝛa ⁊ magnitudines hñtia, et quibꝰ coꝛpoꝛa et magnitudines iſunt: et hec poſtremo coꝝ, quibꝰ coꝛpoꝛa et magnitudies inſunt, principia ſunt. Non ab re igiť ſcia de natura, circa coꝛpoꝛa, magnitudines, hoꝝ paſſiones, ac motus et principia maxime verſabiť, ſunt enĩ ferme hec q̄ a natura conſtant oĩa. ¶ Quattuoꝛ diffiõnes. Pria Continuum eſt qđ diuiſibile eſt in ſemper diuiſibilia. ¶ Secunda. Linea eſt q̄ ſm vnũ ſolum, vt longitudinem, diuiſibilis ē. ¶ Tertia. Superficies, q̄ ſm duo, longitudinẽ et latitudinẽ. ¶ Quarta. Coꝛpus, qđ oĩquaq̃ diuiſibile eſt. Eſt enĩ diuiſibile ſm tria, longitudinẽ, latitudinẽ, et pfundũ. Et preter hec tria, nulla relinquitur magnitudo, et magnitudinẽ ſecandi interuallũ. Fit itaq̃ recte, vt q2 coꝛpꝰ ſm tria diuiſibile ſit, dictũ ſit coꝛpus ſm oĩa ⁊ oĩquaq̃ eẽ diuiſibile. ¶ Secũda ꝯcl̕o. Coꝛpꝰ magnitudinũ ꝑfecta exiſtit. Primo quidem, q2 Pythagoꝛici oẽ, totũ, remq̃ perfectam oẽm, tribus determinatã, principio, medio, ⁊ fine eſſe volebant: et q̄ ſic determinata eſſet, eandem eẽ ⁊ perfectam: trinitatẽ q̄ oĩbꝰ in rebꝰ a natura eſſe conſpectam. Hinc quoq̃ fieri, vt tanq̃ naturã ſequẽtes, et legẽ ab ea edocti, deo ſacrificando, eo nũero atq̃ ternario vtamur. Et hinc item fieri, vt naturam inſequi volentes, in rerum appellationibꝰ duo appellemus ambo, de tribus aũt primum afferamꝰ oẽ. At coꝛpꝰ, magnitudo tribꝰ detřata hunc in modũ eẽ vř. erit igiť ꝑfecta. ¶ Scđo. Totũ et ꝑfectũ idẽ ſunt, neq̃ ſpẽi diſcrimẽ patiunť, ſȝ rõnis, modi q̄ diſcẽdi. At coꝛpꝰ tota ẽ magnitudo ⁊ oĩs, ẽ. n. ſolũ coꝛpꝰ magnitudo tribꝰ determinata, q̄ oẽs ſunt, ⁊ oĩquaq̃, oĩfariãq̃ (vt dictum eſt) partibile. Planũ vero ſolũ duobꝰ determinatur, et linea vno, neq̃ oĩquaq̃ ſectionẽ recipiunt, et ſunt continue, ſed vt numerũ magnitudinũ interualloꝝ ſoꝛtiunť. Eſt igiť coꝛpus magnitudinum perfecta. ¶ Tertio. Hec magnitudo perfecta ẽ, cui nihil deficit, ⁊ q̄ in aliã nullã tranſit. Sola aũt magnitudinũ coꝛpus eſt hmõi. nã tres dimẽſiones hȝ: dimẽſiones aut plures tribꝰ non ſunt: neq̃ altera relinquitur vlla in quã tranſeat. Linea aũt trãſit in ſupficiẽ, ⁊ ſuperficies in coꝛpus. tranſitus aũt ob defectũ eſt: igitur coꝛpus magnitudinũ perfecta eſt. Et non mõ id, imo vero magnitudinũ preter ipm ꝑfecta eſt nulla. Nã qđ perfectũ eſt: vt deficiat ipoſ̕e eſt: ſȝ oĩno, oĩfariãq̃ eſt. ¶ Tertia. Uniuerſum, perfectũ eẽ neceſſe eſt. Nã vnũquodq̃ particulariũ coꝛpoꝛũ perfectũ eſt oẽs eñ dimenſiones habet: que tactu determinata: vnũquodq̃ ad primũ, vniuerſum conſtituũt vnũ, cuius ea ipſa ſunt partes. Eſt igiť vniuerſum perfectũ, vtpote qđ oĩum aliorũ cõplectať perfectiones, dictũ non ab re vniuerſum, q̄ oĩa in ipſo verſenť. qđ q̄dẽ an finitũ ſit, an infinitũ, poſtea futura eſt diſcuſſio.

## ¶ Caput ſecundum.

CApuṫ ſecundũ continet q̄ttuoꝛ ſuppoſitiones. vnã concl̕onem: et quinq̃ rationes. Quattuoꝛ ſuppoſitiões. ¶ Pria. Oĩa phyſica coꝛpa ſm ſe ipſa ad loca mobilia eẽ. Nã habent in ſeipſis naturã, q̄ eſt motꝰ principiũ ¶ Secunda. Omnẽ motũ ſm locũ (quã lationẽ nuncupamꝰ) aut rectũ: aut circularẽ: aut mixtũ eẽ quoꝛũ duo. rectꝰ et circularis, ſimplices ſunt. Nec imerito quidẽ. nã ſecundũ ſimplices ſumunť magnitudines. Et rectũ eẽ, qui eſt a medio: aut ad mediũ. Qui vero eſt a medio: motũ rectũ ſurſum eẽ: et qui eſt ad mediũ, motũ rectũ deoꝛſum. Et motũ circularẽ eũ eẽ dicimꝰ, qui eſt circa mediũ. ¶ Tertia. Omnẽ ſimplicẽ lationẽ eẽ, et rectã ſurſum: et rectã deoꝛſum. et circularẽ circa mediũ. Sicut eñ coꝛpꝰ perfectũ in tribꝰ conſiſtit, quẽadmodũ pauloante dictũ eſt: ita quoq̃: et eius motꝰ in tribꝰ euadẽt conſummati. ¶ Quarta. Coꝛpoꝛũ ſimpliciũ: vt ignis, aeris, aque, terre motꝰ eẽ ſimplices: et compoſitoꝛũ mixtos: ea tñ accidit ſecundũ ſimplex p̄dominãs moueri. Sunt eñ ſimplicia coꝛpoꝛa quoꝛũ ſm locũ natura mouendi ſolũ vnũ pꝛicipiũ eſt: compoſita vero quoꝛũ ſunt plura. ¶ Cõcluſio. Preter q̄ttuoꝛ coꝛpa ſimplicia que recto motu nã ferunť ẽ aliud coꝛpꝰ ſimplex qđ ſuapte nã circulari motu agitať. ¶ Prĩo. Q2 oĩs motꝰ ſimplex: coꝛpi debeť ſimplici. motꝰ ãt circularis eſt motꝰ ſimplex. coꝛpoꝛi igř debetur ſimplici: et non alicui q̄ttuoꝛ ſimpliciũ coꝛpoꝛũ, que motu recto nã ferunť. nã ſimpliciũ coꝛpoꝛũ vt ſm locũ nã ferant, ſolũ vnũ preſto eſt principiũ. d̄betur igiť alteri coꝛpi ſimplici. Eſt igř preter q̄ttuoꝛ ſimplicia coꝛpa que recto motu nã ferunť, aliud coꝛpꝰ qđ ſuapte nã circulo agať. ¶ Secundo. Cuiuſlibȝ coꝛpis ſimplicis vnꝰ eſt ſm nãm motus: et tñ vnꝰ: et motꝰ qui ẽ p̄ter nãm, cõtrariꝰ eſt ei qui eſt ſm nãm: et tantũ vnꝰ vni contrariať: et manifeſtũ eſt motũ circularẽ eẽ. Tunc ſic. motꝰ aliq̄s ẽ circularis: eſt igř alicuiꝰ coꝛpis ſimplicis. motus eñ ſimplex, ſimplici debeť coꝛpoꝛi, At non ẽ alicuiꝰ q̄ttuoꝛ elementoꝛũ, ignis, aeris, aque: aut terre. Nã aut ipſi ſm nãm cõueniret: hoc aũt non. Nã eoꝛũ quodlȝ, alterũ hȝ ſm naturã motũ, ignis et aer motũ ſurſum ſm rectũ, aqua et terra motũ deoꝛſum: et vniꝰ coꝛpis ſimplicis vnꝰ eſt ſm nãm motꝰ: et tñ vnꝰ: neq̃ preter naturã. nã contrariꝰ eẽt ei q̄ illis ſm nãm cõuenit. At vero cuiuſlȝ eoꝛũ motui ſm nãm cõtrariať rectꝰ: ⁊ alius a circulari: vt motui ignis et aeris ſurſum, eoꝛundẽ motꝰ deoꝛſum, et motui aque et terre deoꝛſum. q̄ ſecundũ naturã ẽ motus aque: aut terre ſurſum. Nõ igitur motꝰ circularis contrariať motui ſm nãm alicuiꝰ quattuoꝛ elementoꝛũ. nã tñ vnꝰ vni motui poſitꝰ eſt contrariꝰ. Conuenit igř coꝛpi ſimplici alteri a q̄ttuoꝛ elementis. Et cum non conueniat eidem preter naturã. (nam contrariꝰ eſſet motui eiuſdẽ qui ẽ ſecũdum nãm, qui non niſi circularis eẽt) confectũ ẽ igiť vt eidẽ competat ſecudũ nãm: et preter coꝛpa ſimplicia motu recto lata: eẽ alterum ſimplex, quod ſuapte natura motu toꝛqueatur circulari. ¶ Tertio. Cõſentaneũ eſſe videtur: motũ natura prioꝛẽ: coꝛpoꝛis eſſe natura prioꝛis, motus aũt circularis recto nã prioꝛ eſt: fit eñ ſm circulum: rectus aũt ſm rectam: et circulus; vt q̄ ſit vbiq̃ vnus et cui addi non poſſit quicq̃

prior et perfectior recta dignoſcit̃.que nõ vbiqꝫ vna
et cui(vt lubet)addicio fiat.perfectiora aũt,natura
priora. Eſt igitur circularis motus, corporis prio-
ris et perfectioris:quam q̇bꝰ nã cõpetat rectꝰ. Hoc
autẽ eẽ oportet alterũ a quattuor elementis:que ſm
rectã natura ferunt̃ ignis et aer ſurſum aqua et ter-
ra deorſum. Neqꝫ quidẽ mixtorum erit. nã diximus
ea moueri ſm predominans elemẽtum. Preter igr̃
quattuor corpa ſimplicia que recto motu nã ferunt̃:
eſt aliud corpus ſimplex qȯ ſuapte nã circulari mo-
tu agitetur. Unde fit vt ſit q̄dã prior et diuinior cor-
porea ſubſtantia ĳs que nos circunſtãt ſubſtãtĳs nũc
ſurſum,nunc deorſum latis. ¶ Quarto. Omnis mo
tꝰ ſimplex:aut eſt ſm nãm:aut preter naturã ⁊ qȯ vni
preter naturã conuenit:vt igni ferri deorſum:alteri
ſm nãm conueniet:vt terre.que ſm nãm fert̃ in imũ.
At certũ ẽ motũ circularẽ ſm nãm nulli quattuor ele
mentorũ conuenire. Si igit̃ ipſis cõpeteret. hoc eẽt
preter nãm.quare et alteri ſm nãm conueniret. Po-
nendũ igitur eſt preter ea corpꝰ alterũ ſimplex. cui
circularis motꝰ ſm naturã cõpetat. ¶ Quinto. Mo
tus circularis.vnꝰ continuꝰ:et perpetuus(vt in phy
ſicis oſtenſum eſt)habet̃. Conuenit igit̃ alicui ſm na-
turã. Irrationabile ꝑfecto ſtatim apparet motũ iu-
gem ſemper continuũ et ſempiternũ: eſſe p̄ter nãm.
namque preter naturam et violẽta,ſunt citiſſime cor
rupta conſpiciuntur. At vero quod ſemꝑ circunfert̃
ignis eſſe non poteſt quod quam plurimis viſum eſt.
Nam ignis circulatio preter naturam cõpeteret:cũ
ei ſm naturam is competat:qui eſt a medio ſm rectã
q̄re ſempiternꝰ eſſe nõ poſſet. Preter igit̃ q̄ttuor cor
pora ſimplicia q̄ recto motu natura ferũtur eſt aliud
corpus ſimplex quod ſuapte natura circulari motu
agat̃.tanto nobiliorem naturam gerens q̄nto magis
ſenſibilibꝰ ſemotũ ſeparatũqꝫ eſt:illis ſupereminens.

## ¶ Caput tertium.

TErtium caput continet du
as concluſiones. vnum corolariũ ad
primã:et quattuor rõnes ad ſecundã
¶ Prima concluſio. Corpus ſimplex
quod circũ agi circũqꝫ ferri dictũ eſt
neqꝫ graue neqꝫ leue eſt. Nã id graue
dicimus:quod ad mediũ ferri natum eſt. ¶ Id leue.
quod natũ eſt ferri a medio. Grauiſſimum:qȯ oĩbus
ſubſtat deorſum latis. Leuiſſimũ vero.qȯ oĩbꝰ ſuper-
fertur ſurſum latis. Et ſi quid ſurſuꝫ aut deorſum fer
tur vt leuitatẽ aut grauitatẽ:aut vtranqꝫ habeat ne-
ceſſe eſt. Tunc ita nectimꝰ argm̃: Omne graue, aut
leue fertur ad mediũ:aut a medio. At corpꝰ qȯ circũ
agitur et circumfert̃:neqꝫ fert̃ ad mediũ:neqꝫ a me
dio.nã aut id ſm naturam eſſet:aut preter naturam
Non ſm naturam. Nam ei ſm naturam circumferri
conuenit:et vnius corpis ſimplicis tm̃ vnꝰ ẽ ſm nãm
motꝰ. Neqꝫ etiã p̄ter nãm:q2 ſi deorſum p̄ter nãꝫ fer
ret̃:cum motus preter naturam motui ſecundũ natu
ram contrariet̃:et motui deorſum contrarius ſit mo
tus qui euolat in ſublime:ei conueniret ſecundũ na-
turam in ſublime ferri:quod modo monſtratum ẽ eẽ
non poſſe. Et ita ſi ſurſum preter naturã ferretur: ei
conueniret ſecundum naturam deorſum:ferri non ẽ
igit̃ tale corpus aut leue:aut graue. ¶ Corolarium.
Unde fit vt ne vna quidem eius partiũ grauis ſit:aut
leuis. Nam corporum ſimpliciũ idem eſt motus totiꝰ
et partis.vt totius terre ⁊ glebule terre.eadẽ em̃ in
toto et partibus ratio eſt. At totum ipſum non gra-
ue eſt aut leue.vt dictum eſt igitur neqꝫ eius partiũ
vlla. Et ſi que partium detracta eẽt(ſi id poſſibile cõ
ceſſeris)neqꝫ ſurſum neqꝫ deorſum ferretur:natara
(vt de toto dictum eſt)neqꝫ natura neqꝫ preter na-
turam id fieri poſſet. ¶ Secunda itidem rationi cõ
ſentaneum videtur ipſum ingenitum atqꝫ ĩcorrupti
bile eſſe:non augmentum non detrimẽtũ ſubſtinens.
neqꝫ alteratione.vt ſenſibilia ipſa ſubſtinẽt. ¶ Prio.
Quia generatio et corruptio inter contraria exiſ-
tunt:et quicq̇d fit.fit ex cũtrario:et quicquid corrũ
pitur:in contrariuꝫ corrumpitur. At qui illi circum
acto corpori nihil eſt contrarium.circulationi enim
nullus (vt poſtea per palam euaſurum eſt contrari-
us eſt motus:eſt igitur ingenitum et incorruptibile.
Idqꝫ recte factum eſſe videtur: ipſum in contrarĳs
ſecretum ſe motumqꝫ eſſe:vt futurum ſit perpes: in-
genitum et incorruptibile. Sed ꝙ neqꝫ augmenta-
bile neqꝫ diminuibile ſit:hoc ideo eſt:quia augmen-
tatio fit cognato aliquo aduemente:et in materiam
reſoluto:et diminutio:aliquo intrinſeco recedente.
At tale corpus neqꝫ materiam habet talem ex qua fi
at:neqꝫ ab eo fit reſolutio vlla:fit enim per contrari-
um.igitur neqꝫ augmentabile:neqꝫ diminuibile eſt.
Quod ſi neqꝫ generabile:neqꝫ corruptibile:augmẽ
tabile:aut diminuibile eſt:neqꝫ(vt ſenſibilia.elemen
ta.aĩalia.plante et ſimilia)alterabile eſt. Nam alte-
rationes in illos motus ordinantur: vt in ipſis ſenſi-
bilibus promptum eſt intueri. Eſt igitur id circum
latum corpus ingenitum: incorruptibile:in augmen
tabile:indiminuibile:pariter et inalterabile:et im-
paſſibile.vt corpus ſempiternum:et omnium primũ.
¶ Secundo. Quia omnes homines et greci et bar
bari:et quicunqꝫ de deo exiſtimationem habuerunt
aliquã ipſi ſedẽ et locũ attribuerũt celũ qȯ ꝓbauimꝰ
circũagi et circũferri. Signum ẽ igitur vt ipm̃ eſſe
perenne:ingenitũ et incorruptibile: vt ĩmortali et in
corruptibili ĩmortale ⁊ incorruptibile eſſet aptatũ.
¶ Tertio. Quia ex ĳs que ex preterito tempore ſuc
ceſſione quadam poſteris memoria prodita ſunt.ni-
hil mutatũ in toto preterito tempore comperimus:
neqꝫ ſm totũ neqꝫ ſm eius partem vllã hoc: iterum
ſignũ ẽ:et fidem facit ipſum ingenitum et incorrup-
tibile eſſe. ¶ Quarto. Antiqui ipſum ethera vt ſem-
piterno tempore currens: et ſumma loca occupans
nuncupauerunt.quemadmodum et aliorum complu
res hoc noſtro euo ponimus. Neqꝫ enim ſemel neque
bis putare oportet:ſed infinities ad nos eaſdem per
uenire opiniones. Anaxagoras autem hoc nomĩe ma
le vſus,ethera pro igne ponebat.

## ¶ Caput Quartum.

QUartum caput cõtinet ſex
cõclõnes. ¶ Prima. Motui circula
ri motus rectus minime abit ꝯtrariꝰ
Nam motui recto, vt motui ſurſum,
cõtrariꝰ eſt aliꝰ motꝰ rectꝰ, vt motus
deorſum:q2 coꝝ loca ad inuicem ſunt
contraria. Sunt.n.ſurſum et deorſum,locoꝝ dĩe et
cõtrarietates.igit̃ motus circularis motui recto mi
nime eſt cõtrarius. Poſitus eſt.n.tm̃ vnus motꝰ vni
motui abire cõtrarius. ¶ Secũda. Motus diuerſo
rũ ſemicirculoꝝ ab eiſdẽ ſignis verſus eadẽ,vt ab a
verſus b,non ſunt ad inuicem contrarĳ. Nã,hi infini
ti eſſe p̄nt et qua rõne vnũ vni cõtrariũ poſueris, et
reliquoꝝ quemlibet. At tm̃ vnꝰ vni ponitur cõtrariꝰ
non igit̃ ſunt cõtrarĳ. ¶ Tertia. Motꝰ itidẽ diuer

ſoꝝ ſemicirculoꝝ oppoſito mō facti, vt de a in b, ⁊ de
b in a, ad inuicem non ſunt cōtrarij. ¶ Eadē cū ſupe
riori rōne. Nā hi infiniti eſſe pñt. neqꝫ idē ſubit iudi
ciū cū motu recto qui ē ꝺ a in b, motui recto de b i a
contrario. Nā hi recti determinati, finitiqꝫ ſunt. Cir
culares aūt (vt dictū eſt) indeterminati, infinitiqꝫ eē
pñt. ¶ Quarta. Motus eiuſdē ſemicirculi e diuer-
ſo facti, vt vnus ab. a. in. b. alter vero ex. b. in. a. ad
inuicē non ſunt cōtrarij. ¶ Nā diffinita ſunt ſcōm lo
cū cōtraria que ſcōm rectitudinem plurimū diſtāt:
motus aūt ſemicirculi a. c. b. et b. c. a nō plurimū ſcōꝫ
rectitudinē diſtant: nō ſunt igiẜ contrarij: quare et
minus erunt ij qui ex eadē parte in idē ſumunẜ ſemi
circuli: vt motus. a. b. c. et mot⁹ alter. a. c. b. ad inui-
cē contrarij. ¶ Quinta. Motus eiuſdē circuli ſcōm
eius diuerſos ſemicirculos ſumpti, contrarij nō ſunt
¶ Nā ſi ſumanẜ hoc pacto motus ab. a. in. b. qui eſt. a
c. b. et mot⁹ qui ē. a. b. in. a. ꝗ eſt. b. n. a. contrarij eſſe
nequeunt: vnus eñi et cōtinuus eē poſſunt: mot⁹ aūt
contrarij in cōtrarios abeunt terminos. Neqꝫ cōtra
rij erunt ſumpti ab. a. in. b. a. c. b. et ab. a. in. b. a n. b.
ſunt eñi ab eodē in idē: et non ẜm rectitudinis diſtan
tiā ſumpti. Mot⁹ aūt cōtrarij ex ꝯtrariis tñis i tños
ẜm rectitudinis diſtantiā abeunt cōtrarios. ¶ Sex
ta. Totius circuli motus totius eiuſdem aut alteri⁹
motui non euadit cōtrarius. ¶ Alteri⁹ quidem non
erit. Nā ſi infiniti eēnt, et īfinitis eūdē eſſe oporteret
cōtrariū. Neqꝫ eiuſdem: vt motus. a. c. b. a. motui. a.
c. b. a. Nā ſunt ab eodem in idē, et conſimiles: aut vt
a. c. b. a. motui. a. n. b. a. qui videnẜ e diuerſo facti Nā
iterū ſunt ab eodem in idē: contrarij aūt mot⁹ ex cō-
trarijs tñis in tños cōtrarios. Quos ſi pertinaciter
defendis contrarios: aut ſimul erunt in circulo. a. c.
b. hoc aūt non. Nā contrarij ſiẜ ſtare non poſſunt: aut
in diuerſis circulis, et tunc aut aduenient eq̄ fortes,
et ſic ſe impedient, et neutro mouebiẜ mobile. Aut
dominabiẜ, ſuperabitqꝫ alter eorū: et ſic ſemper vnū
mouebiẜ mobile: et nunq̄ alterum: fruſtra igiẜ poni
tur is quo mobile nunq̄ mouebiẜ: eſſe huic quo iugi-
ter ſempiter neqꝫ mouetur: contrarius: vt profecto
fruſtra eēt calceamentū, cui⁹ nunq̄ futura ſit calcea
tio. De⁹ aūt et nā nihil faciūt fruſtra: euaſit igiẜ (vt ar
bitror) ꝯſpicuū motui circulari nullū motuū eē ꝯriū

## ¶ Caput quintum.

**Quintū caput cōtinet tres**
concluſiones, tres ratiōes ad primā:
et ſex ad tertiā. ¶ Prima concluſio.
Conueniens eſt diſſerere an corpus i
finitum ſit aliqđ (quemadmodū quā-
plurimis viſum eſt) an id q̄dē impoſ-
ſibile ſit. ¶ Prīo. Qꝛ aliquod corpus infinitū ſtatue
re, aut nō ſtatuere multū a cōtemplatione veritatis
diſtorq̄t ⁊ nō parū: imo in totum ſic eſſe, aut non eſſe,
ad veritatē percipiendā videẜ referre. Expedit igi
tur, an ſit, an non ſit corpus infinitū aliqđ, diſquirere
¶ Secundo. Qꝛ infinitū eſſe, et infinitum non eſſe:
eſt et fuit principiū cōtradicendū pene et diſſentien
di omnibus et omnium qui de vniuerſa determinaue
runt natura: et adhuc erit, niſi preſto, perſpectaqꝫ
veritate: eſt igiẜ id diſcutere cōueniens. ¶ Tertia.
Id certe in natura diſcutiendū eſt, qđ indiſcuſſum
multos circa nature principia aggenerat errores.
Qui eñi parum. a. veritate digrediẜ, tandem ſi lon-
ge progrediaẜ, decies milies a veritate magis fiet
alienus: vt qui minimā aſſerit magnitudinē, maxi-
mā mathematicarū cōtemplationū aufert partem.
Cauſa huius eſt, qꝛ principium vi quā magnitudine
maius eſt: et idcirco qđ in principio eſt modicum: in
fine euadit vel q̄ maximū. At vero id an ſit infinitū:
an non ſit, indiſcuſſum, multos i phia relinquit erro
res: habet eñi infinitū principij rationē: conueniens
eſt itaqꝫ diſcutere an corpus infinitū ſit aliqđ, vt di-
xerunt: an hoc quidem impoſſibile ſit. ¶ Secunda.
Nullum corpus neqꝫ ſimplex neqꝫ compoſitum ſtatu
endum eſt infinitum. ¶ Compoſitum quidem: quia
quod ex magnitudine et multitudine finitis conſtat
compoſitum, finitum eſt, tantum enim eſt, ex quātis
et ipſum eſt compoſitum. At compoſitum omne ex
magnitudine et multitudine finitis euadit compoſi-
tum, vt paulo latius oſtendemus: eſt igitur compoſi-
tum omne finitū. Quod vero nō ſit ſenſibile ſimplex
infinitum, ex quo compoſitum conſtitui poſſit: paulo
poſt reddemus manifeſtum, prius id de corpore pri
mo circulo agitato eſſe nō poſſe oſtendentes. ¶ Ter
tia. Nullum corpus circulariter motum, infinitum
eſſe poteſt. ¶ Primo: quia infinite erunt linee a cen-
tro egredientes, et in centro angulū conſtituentes:
et earum infinita diſtantia: finitaꝝ eniꝫ ſemper diſtā
tia finita eſt: infinitarum vero infinita. Dico infinitā:
quia nulla vnquā intercipi magnitudo poſſit: ſemꝑ
quantitatem accipiendo que lineas aſſequatur et tā
gat: q̄ ſi diſtantia earum adiuicem eſt infinita, ipſuꝫ
corpus circunferri circūuoluiqꝫ non poteſt. Nam in-
finitum pertranſiri nullo pacto poteſt. At prius oſtē-
ſum eſt aliquod corpus circulariter moueri: idqꝫ de
celo ſenſu exploratum habemus: non ē igitur quod
circunferatur corpus infinitum. Et certe quemad-
modum numerum diceremus infinitum, q̄ quocūqꝫ
accepto maior ſuper ſit accipiendus: vt non ſit maxi
mus: ita et illa intercapedo: et duarum linearum di
ſtantia, q̄ ſemper iter eas, quacunqꝫ accepta, ſuper
ſit magnitudo maior accipienda: vt non ſi maxima,
recte poſita eſt infinita. ¶ Secūdo. Si a tempore fi
nito tempus auferas finitum: reliquum finitum eſt:
et ſi tempus motus, habet principium, et motus: et
que fertur magnitudo: conſimiliter enim hec, vt fini
ta aut infinita ſint: ſeſe habere oſtenſum eſt. At qui
omne tempus quo circulo vertitur corpus (quod et
celum dicimus) finitum eſt: igitur et motus, et que
fertur magnitudo: vt finita ſint neceſſe eſt: et tempus
quo fertur, et motus, et magnitudo pariter habeant
principium. Sed vt manifeſtius huiuſce rei perci-
piamus in cōmodum: ſit. c. b. d. corpus circulo (quē
admodum celum videmus) agitatum, infinitum: ſi
poſſibile eſt: a cui⁹ centro a: egrediatur linea: c ver
ſus infinita: ſitqꝫ extra centrū e b d f equidiſtās: q̄eſ-
cens ⁊ pariter infinita: quia corp⁹. c. b. d. circulo agi
tatū ſuū perficit motū. abſcindit lineā e b d f aliquo
tpe motus. At qꝛ totū tp̄s quo cōplet motum finitū ē
vt ſenſu vel q̄ cognitiſſimū eſt: tp̄s quo abſcindet ꝑ-
trāſitqꝫ lineā e b. d. f. infinitā a tempore finito abſciſ-
ſum: finitū eſt abitur igitur infinitum tpe finito: qđ ē
impłe. Si igiẜ ipm infinitū eēt et mund⁹ infinit⁹: nul
lo pacto circūferri circūqꝫ volui poſſet: cui⁹ oppoſi-
tū ꝑ ſe cognitū eſt. ¶ Tertio. Si magnitudo iuxta
magnitudinē lata fuerit, hec eodē tpe ſe abſoluunt,
que ſi in contrariū late fuerint, velocius. altera ve-
ro quieſcente, et altera eq̄li velocitate, vt cū contra
nitantur, tardius. Si igitur corpus circulo actum
eſſet infinitum: tempore finito abiret finitum circu-
lū circa centrū deſcriptū: quia toto tpe mot⁹ abireẜ

abſolueret igr̄ ab codē ī eodē tpe,infinitū.ſ.a finito ⁊ tpe finito:qđ ī phyſicis ipoſ'e eē demōſtratū ē.Et nihil refert an īfinitū moueri:et finitū qeſcere intelligas:aut finitū moueri:et infinitū eē vt quieſcēs:aut cōtralatū.¶Quarto.Lineā cuiꝰ ē finis et tꝰs:infinitā eē ipoſ'e eſt:et ſupficiē,et corpꝰ.At oē figuratū vt ſphera,circulꝰ,tetragonꝰ,finē hꝫ ⁊ trm̄.qđ.n.determinat̄ nuſq̄,neqꝫ ſphera circulꝰ,tetragonꝰ:aut aliqd taliū(vt neqꝫ pedale infinitū)eē pōt.Qđ ſi nonpōt circulꝰ vllꝰ eē infinitꝰ:neqꝫ qđ circulariter agitat̄.Nā circularis motꝰ is eſt,qui ſcđm circulū(vt dictum eſt)ſumit̄.corpus igit̄ circulo agitatū,infinitum eē non pōt.¶Quinto.A centro circuli c intelligat̄ ex vtraqꝫ pte infinita linea.a.b.quieſcens.intelligaturqꝫ itidem altera quieſcens ſupra.a.b.infinitam,que ſit.d.f.Intelligat̄ rurſus tertia linea.c.d.ſurſum erecta ſecans cōtinue.e.f.ad circularis corporis motū,b,verſus mota.Tūc ſic.corpꝰ circulare ſuū motū abſoluere et cōplere nequit,niſi linea.c.d.alio et alio lineā rectā.e.f.ſecando:vt priꝰ in.g.deinde i.h.hinc i ſigno.i.totā rectā abſoluat.At hoc ipoſſibile eſt tpe finito.Non igit̄ corpus circulariter motum,ſuū cōplet motum tpe finito:qđ falſum eſt:aut ſpacium ſcđm rectū infinitū abibitur:qđ iterū ipoſſibile eſt.Non igitur corpus circulariter motū:infinitum eſſe pōt.¶Sexto.Tp̄s quo quod circulariter fertur,circumuoluitur,finitū eſt:igit̄ et magnitudo pertranſita,ſunt.n.equalia:ita vt medietati tēporis medietas reſpondeat tranſiti,et totum toti:qđ igit̄ circunfert̄,infinitū eſſe non poſſe,ex his quā manifeſtiſſimū euaſit

## ¶ Caput ſextum.

Sextum caput ꝯtinet duas cōcluſiones,et duas rationes ad priā ¶Prima cōcluſio.Nullū corpus ſenſibile ſimplex īfinitū ē.¶Hoc nuper demonſtrandū relictū erat:qđ oſtendimꝰ.¶Prio,Qꝛ nullum corpꝰ aut a.medio aut ad mediū latū,infinitū eſt,oē aūt ſenſibile ſimplex,aut.a.medio aut ad mediū latū eſt:nullū tale igit̄ infinitū.Qđ vero nullū corpus.a.medio aut ad mediū latū,infinitū ſit,hinc liquet,qꝛ lationes.a.medio,et ad mediū:adinuicē contrarie ſunt contrarie ꝟo in contraria abeunt loca.Et ſi cōtrariorū vnū determinatū eſt:determinatū erit et reliquū.At cōtrarioꝝ vnū,vt mediū,determinatū ē quo vnūquodqꝫ grauiū feratur:non eīn contingit medio longius pertāſire:igit̄ et reliquū determinatū eſt.Nullum igitur tale:infinitū,determinatis eīn extremis quicq̄ infinitū eſſe ipoſſibile eſt.Qđ ſi extrema ſint determinata,media determinata eē neceſſe eſt,alioqui determinatis extremis intercluſū interceptūqꝫ eſſet infinitū,et infinitus in mediomotus cōtingeret qđ ipoſſibile eſt.Secūdo.Quia cū oēe ſenſibile ſimplex lune ſit,aut graue:ſi aliqđ tale īfinitū ponas:infinitā aut leuitatē aut grauitatem habere cōcedas oportet:qđ ſic oſtendo.Sit.a.graue aliquod corpꝰ ſimplex infinitū,ſi poſſibile eſt,b,graue finitū.Ex.a capio grauitatē finitam quālibet:vt ſcđm magnitudinē.a.e.que qꝛ ſit finita et grauitas.b.finita,totiēs poterit ſumi,vt totā grauitatē corporis.b.finiti mēſuret̄:vt exēpli cauſa ſit.b decupla:ſumo decē ptes ī finiti.a.parti.a.e.equales.q̄ equā cum.b.retinebūt grauitatem:et cū ſemp ſumendo partes tantas non cōtingat deficere.a.infinitā cōtinebit grauitatem:qđ erat oſtendendū.Neqꝫ refert illas grauitates cōmenſuratas eē,ant incōmenſuratas:itidem eīn accidet quod volumus.Qđ ſi iterum poſueris grauitatis finite,alia ſubibis icōmoda,finiti et infiniti equā eſſe grauitatem,immo et finiti maiorem.Nam videmus in finitis in maiori magnitudine maiorem geri grauitatē:vt i dupla duplā,⁊ ita deinceps.ſi itaqꝫ ſit finita.ſit dupla magnitudini b.ſumo b et c duplā,finitā,equā ſeruantem grauitatē.q̄ ſi ſumis b d corpus finitum,maiorē corpore infinito retinebit grauitatē eſſet igit̄ infinita grauitas,et ſimilr̄ in infinito leui infinita leuitas.At vero infinitam aut leuitatem aut grauitatē eſſe impoſſibile eſt:qꝛ cū grauitas aliquāto tpe ⁊ aliquanto mouet ſpacio,dupla idem eodem ſpacio mouet in tpe ſubduplo:et ita ſemꝑ,vt quēadmodū grauitas creſcat,decreſcat tp̄s,⁊ minus fiat.Et cū oī ꝓportione grauitas infinita finite grauitatꝭ vim ſuperet motrice,oporteatqꝫ mobile,mouentiū virtutū excellentias et ꝓportiones ſequi:ꝑfecto in non tpe aut minimo(nullū aūt minimū)mouebit:vt q̄ oēm mouēdi ꝓportionē excedēs,nulla ꝓportiōe moueat.qđ impoſ'e eſt,nulla ſiquidē infiniti ad finitū ꝓportio eſt.Qđ ſi cōtēdas in tpe moueri,accidet grauitatē finitā ⁊ infinitam equali tpe mouere:qđ ē impoſſibile.Eſto.n.grauitas infinita a:b finita,qꝛ vtraqꝫ in tpe mouet,ad inuicē mouēdi ꝓportionē hn̄t:vt ſit a dupla(quācūqꝫ aliā dederis,idē valeat)ſumo b et c duple grauitatis ad b,q̄ duplā mouēdi ad b ſeruat ꝓportionē:equalr̄ igit̄ cū a mouebit:quecunqꝫ enim ad idem eandem ſeruant ꝓportionē,illa vt eq̄lem inter ſe habeant neceſſe eſt.et non modo hoc,verum ſi b d finitam grauitatē ſumeres,b d finita mouendi virtus infinitam a mouendi virtutem excederet,et in minori tpe moueret.que ſi impoſſibilia ſunt manifeſtum eſt infinitum ſenſibile corpus eſſe nō poſſe.Sed id mentem in dubium trahere poſſet,an plures ſint mundi an mundus vnus infinitus.nam ipſū aut finitum eſſe aut infinitum neceſſe eſt.¶Secūda cōcl'o.Mundus non eſt infinitus.Juxta ea que priꝰ allata ſunt,prompta eſt huius rei demonſtratio.Nā aut eſſet ſimiliariū ptiū,aut diſſimiliū.Nō ſimiliariū.nam oē tale ſimplex eſt,cui debetur vnus motus,aut circularis,aut rectus.Modo vero oſtenſum ē nullū neqꝫ circulo neqꝫ recto actū,eſſe poſſe infinitū:nō ē igit̄ ſimiliariū partiū.Neqꝫ quidē diſſimiliū.nā aut eſſet ex ſpecie infinitis,aut finitis.non infinitis.nam ſimplices motꝰ ſpē finiti ſunt.igit̄ ⁊ ſimplicia corpora ſpēi diſcrimen habentia,finita ſunt.Cuiuſlibet.n.corporis ſimplicis vnꝰ eſt motus ſimplex.Neqꝫ ex finitis erit.nā aut coꝝ oīa,aut coꝝ vnū,infinitum eſſe oporteret:vt ignem.acrē,aquā,aut terrā,hoc āt eē non pōt.Primo,qꝛ aut leuitas aut grauitas daret̄ infinita:q̄ infinita dari nō poſſe,monſtratū eſt.Scđo qꝛ loca oporteret eſſe infinita.Tertio:qꝛ motꝰ eēnt infiniti:et neqꝫ ferrent̄ ſurſum,neqꝫ deorſum.Qđ.n factum eſſe non cōtingit,impoſ'e eſt fieri:et in quali:et quanto:et vbi:vt qđ factum eſſe non pōt album:vt albefiat impoſ'e eſt.Et qđ cubitale factum eſſe nō contingit,impoſ'e eſt cubitale fieri.et qđ impoſ'e eſt peruenire in egyptū.ꝓficiſci in egyptū haudquaq̄ valebit vnq̄.Itaqꝫ qđ ſurſum aut deorſum eē nō pōt ſurſum aut deorſū feretur nunq̄.Quarto,quia aut tale infinitum moueretur ſm naturā,aut preter naturam.Si preter naturam:ergo alius eſſet locus,in quem ſm naturā ferretur.Hoc autem impoſſibile.Mundus igit̄ infinitꝰ eſſe non poteſt.

¶ Caput ſeptimum.

Septimum caput continet quattuor concluſiones: et vnum corolarium poſt quartã. ¶ Prima concluſio. Infinitum a finito pati impoſſibile ẽ. ¶ Sit a mobile infinitum: quod patiatur (ſi fieri poteſt.) et moueatur a mouente finito .b. in tempore .c. ſitq; .d. pars virtutis mouentis .b. Que qꝛ minor eſt ꝙ .b. mouebit mobile minus ꝙ .a. in tempore .c. ſit illud .e. capio partẽ finitam infiniti .a. equalem .e. que ſit a.f. qꝛ igitur potentie .d. finite ad .b. potentiam finitam eſt proportio .b. finita potentia maior mouebit .a.f. equale .e. in minori tpe ꝙ .c. Mouet enĩ equale, idem in eodem tpe: et maius: idem in minori et minus in maiori: vt ſi duplũ in duplo: et ita ſecundũ analogiã. Quicq̃d igitur .b. in tpe .c. mouebit ꝓportionẽ ad partem finitã .a.f. et mobile equale .e. ſeruabit. Infiniti autẽ ad finitum nulla cadit proportio mouebit igitur ſolũ finitũ in tpe .c. Si enĩ d ſit ad .b. in aliq̃ proportione: vt ſubtripla: intelligo a potentiam duplã ad .d. que mouebit mobile duplex ad .c. et ſimiliter a .f. vt .a.g. in tpe .c. Intelligo deinde triplã: que ſit i que quia tripla ad .d. mouebit mobile triplum .c. et ſimpliciter parti finite .a.f. vt .a.k. in tpe .c. Manifeſtũ ẽ enĩ triplũ finitum eẽ: alioq̃ infiniti ad finitũ proportionẽ dabis: et infinitũ finiti triplum facies: quod impoſſibile eſt. At cum .i. tripla ſit ad .d. et ſimiliter .b. prima virt⁹ ad d tripla .b. virtus equalis eſt potentie .i. quare in eodem tempore mouebit .a.k Quod ſi mouet infinitũ in tempore .c. in eodem tempore mouet finitũ et infinitũ qđ eſt impoſſibile. ¶ Secunda. Neq; finitum patietur ab infinito tempore finito. Hec ẽ cõuerſa precedentis. Sit .a. infinita virtus: que moueat .b. finitum mobile finito tpe .c. ſi fieri poteſt. Capio quãcũq; partem finitam libuerit infinite virtutis .a vt .a.f. que moueat minus quodcũq; quam .b. in tempore .c. manifeſtum eſt oportere eã minus mouere: vt e. Et cum vtrũq; ſit finitũ: habet e ad b aliquã ꝓportionẽ: vt exẽpli cauſa ſit b triplũ: capio virtutis infinite partẽ finitã .a.g. duplã parti .a.f. que quia dupla mouebit duplũ mobile, vt .h. in eodem tpe: et ps tripla: vt a.k. mobile triplũ vt .i. in eodem tpe: et ita ſemper ſecundũ analogiã et ꝓportionẽ. quare et a k mouebit .b. equale mobili .i. ĩ eodẽ tempore .c. Et cũ tota virt⁹ .a. ad .a.k. nullam habeat proportionẽ: non mouebit .b. in tempore .c. imo neq; in tpe quod ẽ poſiti oppoſitũ: aut infinita virtus et virtus finita idem mobile et eodem tpe mouebunt. quod eſt impoſſibile. ¶ Tertia. Infinitum ab infinito aliquo tpe nõ patietur. Sit .a. vnũ infinitũ: et .b. alterũ qđ patiatur ab a. in tpe .c. patiaturq; .b. pars quecũq; ab .a. vt .b.d. in minori tpe vt .e. Suppoſuimus enĩ maius in minori tpe mouere minus. Quia tpis .c. finiti ad totũ tempus eſt proportio .a. mouebit maius .b.d. vt b f in tẽpore maiore: et iterũ mouebit maius in maiore: quare tandẽ deuenietur: vt partẽ aliquã acceptã finitã in tpe .c. moueat in quo mouet et .b. et finitũ et infinitum in eodem tpe ab eodẽ patietur quod eſt impoſſibile. ¶ Quarta. Infinitũ aliquo tpe nõ mouebit infinitũ Nõ finito. nã ĩfinitũ pateretur ab ĩfinito tpe finito: qđ eẽ non põt: neq; tpe infinito: qꝛ infinitũ tps finẽ nõ habet: et in tempore finito rurſum aliquid moueret: qđ ſi dixeris eſſe finitũ. oppoſitũ eſt ſecunde. ſi vero infinitũ, oppoſitũ tertie. Si nihil mouere aliquo vllo tẽpore finito dixeris: et tpe infinito continue quieſcet. ¶ Corolariũ: ex his iterũ manifeſtum eſt nullũ ſenſibile corpus eſſe infinitum. ¶ Primo qꝛ oẽ corp⁹ ſenſibile virtutẽ habet actiuam et paſſiuã. Neq; quidẽ extra celũ eſt infinitũ. nominant enĩ intra et extra. locum. extra celũ autẽ nõ eſt locus: neq; tps: neq; corpus circulariter motũ. nã mouetur circa mediũ. Infiniti autẽ nõ eſt mediũ. neq; ſcḋm rectũ motũ: qꝛ locũ ad quem ferretur: infinitũ eẽ oporteret. Qđ ſi ferretur pter naturã: eſſet ei aſſignandus loc⁹ infinit⁹ ſui mot⁹ ſcḋm naturã: et virtutẽ eius motiuã oporteret eſſe infinitã. Infiniti enĩ vis (vt finita finiti) infinita eſt. Et id a quo preter naturã mouetur: eſſe oporteret infinitũ: et plã eẽ infinita: aut infinitũ pati a finito. q̃ ĩpoſſibilia eẽ permanifeſta ſunt. Qđ ſi dixeris ipm a ſeipſo moueri: ne plã eẽ ĩfinita concedas: erit igitur ĩfinitũ aĩal. ẽ.n. id aĩalib⁹ ꝓpriũ. Sꝫ quomodo erit infinitum animal. ¶ Neq; Democriti et Leucippi determĩatio approbanda eſt: infinitas ſimilares atomos poſitione et ſitu diſcriminatas: interſtite vacuo infinitum conflare Primo: quia eas atomos dicunt eſſe eiuſdem nature vt ſi aurum in fruſtula dirimatur auri quelibet pars diuiſa cuilibet alteri eadẽ eſt: quare oẽs ille ad toti⁹ locuꝫ ferrentur: vt quo fertur ignis et ignis ſcintilla: et quo terra, et terre glebula; hoc autẽ impoſſibile. Secundo: qꝛ ſi vna atomorũ fuerit leuis: et vnaq̃q; reliquarum: quare nihil erit graue ſimpliciter. Ponunt enĩ ex illis atomis omnia conflari, et originem ducere: hoc autem falſum. Tertio: quia oĩa ferrẽtur ſurſum: aut oĩa deorſum, ꝙ ſi ſurſum mouerentur a medio: ſi deorſum: ad medium. Infiniti autẽ non eſt medium: qꝛ vbi medium fuerit: et extremum cõperiri neceſſe eſt. Quarto: qꝛ nullus erit locus quo moueatur. Nam aut moueretur natura: aut preter naturam: quibus motibus determinata ſunt loca: eẽt igitur immobile. Quod ſi dicas moueri preter naturã: erit alterum cui is motus ſcḋm naturam conueniet. hoc enĩ in omnibus inductione compertum eſt. Qđ ſi ita fuerit, omnia leuia dicere non poteris: neq; oĩa grauia, neq; illud infinitum ex ſimilaribus, eiuſdẽq; nature atomis eſſe conflatum. Sed quod nullum ſit corpus infinitum, ſatis arbitror oſtenſum.

¶ Caput octauũ.

Octauũ caput cõtinet tres ſuppõnes, tres ↄcl'ones, duas rõnes ad primã. tres ad ſecundã: et triũ cauillorũ remotiones. ¶ Tres ſuppões. ¶ Prima oĩa phyſica corpora moueri et quieſcere ſcḋm naturã, violenter, et preter naturã. ¶ Secunda. ¶ In quo loco natura quieſcũt, in illum locũ naturalr̃ ferri: et in quo violenter quieſcũt, in illũ violenter ferri. ¶ Tertia. Si alicui latio aliqua violenta eſt: q̃ ſcḋm naturã eidẽ conuenit, violente lationi cõtraria ẽ: vt lationi terre ſurſum violente, cõtraria eſt latio deorſum terre, ipi ſcḋm naturam ↄueniẽs. ¶ Pria ↄcl'o. Si plures ſint mũdi eos ex cõſimilis nature corporib⁹ exiſtere, et ea eandẽ vim mouedi obſeruare neceſſe ẽ: vt ignis et ignis, terra et terra, et intermedia. ¶ Prio. Quia ſi ex equocis et natura diuerſis conſtarẽt, mũd⁹ de illis non niſi equiuoce diceretur. conſtarent igitur ex conſĩlis nature corporibus. Qđ ſi ita eſſet: et illa corpora nata eſſent moueri, hec a medio, hec ad mediũ, hec vero circa mediũ. qđ eſt mouendi vim naturãq; eandẽ ſeruare. ¶ Secundo: Quia motus determinati et finiti

ſunt.nã aut ſcḋm rectũ,aut circulũ ſumptos,aut mixtos eſſe oportere priꝰ dictũ eſt,et vnius corporis ſimplicis vnũ ſimplicẽ motũ eſſe. Quare ſi q̇dẽ illic elementa eſſent eadẽ,et motus ĩdẽ. ¶ Secunda ↄclõ. Non ſunt plures mundi. ¶ Prĩo, q2 terra vniꝰ mundi nata eſſet moueri ad terrã alteriꝰ mundi,⁊ ignis ad ignẽ. Ad quecũq3 enĩ locũ ſimpliciũ aliquid natũ eſt moueri,et quodlibet alterũ cõgenee cõſiliſq3 nature ad eundẽ moueri natũ eſſe neceſſe ẽ. At terra3 vniꝰ ad alteriꝰ terrã,et ignẽ ad ignẽ moueri natũ eẽ, impõſ ẽ.nã terra ſurſum ferretur in ꝓprio mũdo,⁊ ignis deorſu3:et terra a medio lata,ad alterã terrã natura moueret. In quo enĩ loco natura quieſceret, et in eundẽ natura ferret. Itidẽ ⁊ ignis ꝑ mediũ ad alteriꝰ mundi ignẽ euolaret.qḋ ſtati3 impõſ cognoſcit. Non igit ſunt plures mundi. ¶ Scḋo. Vnꝰ ẽ primꝰ motus ſempiternꝰ,et eternus,igit et vnũ primũ celũ,et vnus mũdꝰ. Si vero plures mũdos dederis, in v nõq3 primũ eẽ op3.qḋ eẽ nequit. ¶ Tertio. Tria ſunt loca triũ ſenſibiliũ elemẽtoꝝ. Primꝰ ẽ ſubſidẽs et infimus,ſecundus ſummꝰ et extremꝰ,tertiꝰ hoꝝ medius.qḋ ſuperfert oibꝰ,vt ignis,eſt in ſummo.qḋ ceteris ſubſidet,ẽ in imo.qḋ vero medio mõ fert, vt aqua,vt aer,mediũ obtinet locũ. Et preter hec loca non ẽ ſenſibiliũ locus.nam neq3 ſcḋm natura3,neq3 preter naturam illuc ferrentur.eſt igitur tm̃ vnꝰ mũdꝰ. ¶ Tres cauillorum remotiones. Si dixeris primo illa ſimplicia corpora propter nimiam diſtantiam diuerſam participare naturam. Hoc irrationabile eſt Nam diſtãtia non facit nature diuerſitatẽ. ¶ Secũdo. Omnes motꝰ vi quadam motis conuenire:quare non erit terra vniꝰ nata ad alteriꝰ terram ferri. Hoc impoſſibile eſt:q2 motus vi quadã ⁊ preter naturam factus,obnoxius et contrarius eſt motui non vi ſed ſecundũ naturã facto. ¶ Tertio: Terram vnius et terrã alterius numero differre:iõ non oportere eas natas eſſe ad eundem locũ numero ferri. Eſto numero differant,ſpeciei tamẽ in differentiã habẽt: nec ideo ꝙ diuerſe nũero ſint, hoc impedit eaſdem ad eũdem numero locum ferri natas eſſe. Quod ſi ita eſt,ſtatim rationi conſentaneũ apparet tantũ vnã terram eſſe:quia finita trãſmutatio terminos vnde motus et ad quem proficiſcitur,ſpecie habet diuerſos. vt quod augmentat,terminũ vnde motꝰ,paruitatẽ:quo vero proficiſcit,amplitudinẽ.qḋ minuitur contra quod alteratur,contraria,vt ſanatio terminũ vnde venit,egritudinẽ,quo tendit ſanitatẽ, quare et quod fertur vt terra ex terra ad terram non feratur.et ignis ex igne ad ignem. Et ſi inſtas de celi tranſmutatione que eſt ex eodẽ in idem hanc tranſmutationem quodã modo diximus infinitam:et quodammodo eſſe ex oppoſitis:et ad oppoſita,cum conſideras eam accipi ſecundum diametros. cum vero ſecundum totum accipias,non ita fit. ¶ Tertia concluſio. Rerum ſenſibiliũ loca finita et determinata eſſe neceſſe eſt. ¶ Nam quãto terra medio ꝓpinquior fuerit,tanto velociore motu eam ruere videmus, et ignẽ velociore motu ferri,quanto loco qui ſurſum eſt,vicinior efficit. Si igitur ſine termino concitaretur ferreturq3,motus ĩfinita ſuccreſceret velocitas quare intelligenda tandem eſſet infinita et leuitas: et grauitas:quod eſt impõſ. alioqui in infinitũ creſcere haud quaquã intelligi poſſet. Sunt igit ſenſibilium loca et finita et determinata.

## ¶ Caput nonum.

Nonum caput cõtinet tres concluſiones,vnam inſtantiam, eius ſolutionẽ:et tres modos celi poſt primam , et duo corolaria poſt tertiam. ¶ Prima cõcluſio. Non mõ non ſunt plures mundi:ſed,et plures fieri impoſſibile eſt. ¶ Nam vnus mundꝰ eſt ingenitꝰ:⁊ eternus. Eſt eñ vnus primus motus ſempiternus:⁊ eternus.non igitur fieri poſſunt plures mundi. Inſtãtia omnium natura et arte conſtantiũ alia eſt forma ſcḋm ſe:et forma materie mixta:vt alia ſphera:et ſphera aurea:alius circulus,et circulus ligneus. Finiẽtes eñ ſpheram aut circulum:aureum aut ligneum ſumimus nunquam:vt que ad eius ſubſtãtiam nõ pertineant:tamet ſi idem ſit in ſphera,et ſphera aurea: neq3 intelligere:neq3 ſumere quicquã aliud preter ſingulare poſſimꝰ. Nihilominꝰ circulꝰ et hic circulꝰ, rõne duo ſunt circulꝰ:vt ſpẽs hic circulꝰ ſpẽs ĩ materia et ſingulare. Tunc ita ducũt argumentum. Celũ eſt ſenſibile:eſt igitur aliud celum:et hoc celũ,et celum ſpecies et forma eſt:et hoc celum forma in materia. At quorũcũq3 ſenſibilium ſpecies eſt, aut forma aliqua.plura ſunt aut facta eſſe contingũt ſingularia,ſiue ſpecies ideas quaſdam (vt voluerunt aliqui) poſueris ſeiunctas atq3 ſeparatas;ſiue re ipſa a ſingularibus non abiunxeris:ſed ipſo eſſe et ratione ſic eſſe oport3. Sic eñ in omnibus quorum forma in materia eſt.promptũ eſt videre plurima et pene infinita eiuſdem ſpeciei entia. Sunt igitur plures celi:aut eſſe poſſunt,et plures mundi aut ,eſſe poſſunt. Quod ſi ſimul non ſint : et eſſe poſſint , fieri poſſunt. ¶ Reſponſio. Id verum ſit celum eſſe ſenſibile:et alterum eſſe celũ:et hoc celum:vt ſpecies,⁊ ſpecies in materia:non tamen ex hoc plures mundos eẽ aut eẽ poſſe conficiunt. Nam falſo aſſumunt,quorumcumq3 ſenſibiliũ ſpecies ſit aut forma plura eẽ aut, facta eẽ contingere. Hoc eñ non oportet vbi ſenſibile ex tota materia eſt:ex qua natum eſt eẽ poſſe:vt ſi intelligis vnum incorruptibilem ſimum:cuius materia eẽt caro:⁊ ex oĩ carne eẽt ex q̃ ſimꝰ eẽ poſſet ;ſimꝰ ſenſibile quoddã eẽt:⁊ alteꝝ ſimꝰ et hic carneꝰ ſimꝰ vt ſpecies et forma,⁊ forma in materia,et tñ nõ eſſẽt neq3 eſſe poſſent plures ſimi. Itidem ſi eſſet vnꝰ homo immortalis,ex omni carne oſſibus et neruis ex quibus poſſet eſſe homo , et hec indiſſolubilia eſſent , homo ſenſibile eſſet,et homo et hic homo differrent ,vt forma,et forma in materia , et tñ neq3 eſſent plures homines,neq3 eſſe cõtingeret. Conſimile de mundo intellige. Nam mundus et celum ſenſibile,et celum et hoc celum ratione diuerſa,et hoc celum perpetuum et immortale,ex tota materia (ex qua eſſe põt celũ) conſtans,idcirco vt de ſimo et homine dictũ eſt,neq3 ſunt plures,neq3 plures eſſe oportet. ¶ Tres modi celi. Celum primo,vltima ſphera eſt,ſupremuſq3 circulus,ceteros ambiens:homines, diuinitate plenus Secundo corporea moles,inferiori lune extremo, et ſupremo prime ſphere termino contenta. Tertio, celum id totum eſt quod ab vltime ſphere ſupremiq3 circuli circumferentia contentum conſpicimꝰ.⁊ hoc totum,omne,vniuerſum,celum dicere conſueuimus ¶ Secunda concluſio. Celum vt id ipſum eſt.ab vltime ſphere ſupremiq3 circuli circunferentia contẽtũ ex omni naturali et ſenſibili corpore,ſuaq3 tota materia conſtat. ¶ Nam nullum extra ſe corpꝰ neq3 naturale neq3 ſenſibile relinquit,ſed ea oĩa intra ſuum continet ambitum. Quod extra ſe nullum corpꝰ re

linquat,hoc ideo eſt, quia corpus illud phyſicum eē
non poſſet. Nam aut eſſet ſimplex,aut compoſitum.
Non ſimplex,quia omne tale mobile eſt a medio,vel
ad medium. Et cum corpora illa que circunferūtur,
loca ſua egredi et mutare nequeant: non hoc pacto
aut a medio aut ad medium moueri contingeret, et
illic eſſe non poſſet natura,aut preter naturam: na⸗
tura qnidem,quia habēt ſimplicia corpora phyſica,
alia in quibus natura ſtent a natura deputata loca:
neqꝫ preter naturam. Nam et illic aliqua eſſe ſcōm
naturam nata eſſent: locus enī qui alicui ſimplicium
preter naturam conuenit: alterius ſimplicis ſecūdū
naturam exiſtit, ꝙ ſi illic natum non eſt eſſe corpus
ſimplex phyſicuꝫ,neqꝫ ex ſimplicibus compoſitū vllū
neqꝫ aliquod ſenſibiliuꝫ non phyſicorum. Nā ea ſunt
ſphere: circunlatique circuli,quorum nullum extra
ſupremi circunferentiam claudi manifeſtum ē. Con
ſtat igitur celum hoc pacto ſumptum: ex omni cor⸗
pore et naturali ⁊ ſenſibili: ſuaqꝫ tota materia: quod
cū ipſum incorruptibile ſit,et ſemper (vt adhuc oſtē
demus) perſeuerans vnum ſolum eſſe recte affirma⸗
tum eſt: neqꝫ plures fuerunt celi,neqꝫ plures futuri
ſunt,ſed vnum ſolum ⁊ perfectum. ❡ Tertia conclu
ſio. Non contingit extra celū corpus vllū factuꝫ eē.
❡ Nam neqꝫ ſimplex,neqꝫ compoſitum neqꝫ natura
neqꝫ preter naturam. ❡ Primum corolariuꝫ. Unde
fit vt extra celum neqꝫ locus neqꝫ vacuum neqꝫ tpus
ſit. Locus quidem,qꝛ illic nullum eſt,neqꝫ eſſe natū
eſt corpus. Uacuū,qꝛ id dicunt locum ſine corpore:
natum corpore repleri: et in quo corpus natū eſt fie
ri. Tp̄s,cum illic nullum poſſit eſſe ſenſibile corpus:
neqꝫ motꝰ,quare neqꝫ tempus. Eſt enim tempus nu
merus motus. At extra celū ſine ſenſibili corpore nō
erit motus. ❡ Secundum corolarium. Unde fit eti
am,vt que illic nata ſunt eſſe entia,ſint optimam ha
bentia vitam,et per ſe quidem ſufficientiſſimā, quā
toto complent eterno: non ſeneſcentia in tempore:
non in loco tranſmutabilia, in alterabilia, impaſſi⸗
bilia,ab omni motu mutationeqꝫ aliena,vt circa di
uina plerunqꝫ rationibus declaratum eſt,omne, pri
mum diuinum intranſmutabile,neceſſariuꝫ ſummū
et quo nihil aliud melius,nihil diuinius: nihil prauū
habens,nullorum bonoruꝫ indiguum,inceſſabili mo
tu rationabiliter mouens,rerum omnium finis,vni⸗
uſcuiuſqꝫ vitæ tempus omne ⁊ infinitatem vt ſumma
perfectio continens,eternum,ſemper ens,immorta
le,a quo ceteris cōmunicatum eſt eſſe et viuere his
clarius,illis vero obſcurius.

## ❡ Caput decimum.

Caput decimum, continet
quattuor concluſiones, tres ratiōes:
et tres antiquorū opiniones poſt pri⸗
mam,et duas rationes ad ſecundaꝫ:
❡ Prima concluſio. Par eſt diſquirē
do an mūdus genitus, an ingenitus
et corruptibilis,an i corruptibilis, habeat antiquo
rum de hac re adducere opiniones. ❡ Primo qꝛ cō
trariorum dubitationes, cauſe ſunt vt fiāt contrario
rum manifeſtationes. Si itaqꝫ eas nō adduceremꝰ
in medium,videri poſſet in dubitationbꝰ ipſorum op
poſitum eorum q̄ oſtēdere. volumꝰ: eē oſtēſum. ❡ Se
cundo. Quia eorum poſitionibꝰ aſſertionibuſqꝫ mōſ
tratis inualidis,credibiliora reliquet circa id quod
querimꝰ dicenda. ❡ Tertio. Quia nos faciētes: mi⸗
nus eos gratis condenmare videbimur. Oportet
enim eos qui veritatē ſufficienter iudicaturi ſunt,nō
eē aduerſarios, ſed arbitros: ❡ Tres de hac re anti
quorum opiniones. ❡ Prima eſt dicētium mundum
genitum eſſe,ſed incorruptibilem,immortalem,ſem
perqꝫ manſurum: et hec platonis exiſtit. ❡ Secun⸗
da eſt dicentium mundum factum interiturumqꝫ ſe
mel, ſed vlteriꝰ nunquā reduci repararíqꝫ poſſe ad
ortum: et hec eſt Democriti. ❡ Tertia eſt. Empedo⸗
clis Agrigentini,et heracliti Epheſij: dicētium mun
dum alternatis vicibꝰ frequenter genitum,⁊ frequē
ter corruptum et hasortuum obituumqꝫ vices ſem⸗
per obſeruaturum. ❡ Secunda concluſio. Irratio⸗
nabilis eſt aſſertio dicentium mundum genitum eē:
ſempiternum tamē manere nunquāqꝫ caſurum eſſe.
❡ Primo: quia ſola ea rationabiliter dici poſſe vidē
tur, que in oīibus aut pluribus ita eſſe cōſpicimus
huius autem aſſertionis oppoſitum euenit: aſſerit
enim et genitum et incorruptibilem. Et liquido cō⸗
ſpicimus que generantur omnia: orta cadere nō eſt
igiṫ aſſertio hec rationabilis. ❡ Secundo. Quia ſi
illa que ipſum conſtituunt, non potuerut aliter ſe ha
bere intranſmutabilia ſunt. Si potuerunt aliqn̄,
et non ſemꝑ conſimiliter ſe habuerunt poterunt ad⸗
huc,iterumqꝫ eē ſoluta. Nulla illic ꝙ hic valentior ra
tio. Igitur ſi genitus eēt,non modo incorruptibilis
non eſſet, ſed poſſet infinitis euntibus ſeculis infini⸗
ties corrūpi. Neqꝫ prodeſt ꝙ hec aſſerentibꝰ ſuppe⸗
tias ferre volunt aliqui, dicentes mundū eē incorru
ptibilem, et neqꝫ verum eſſe ipſum eē genitum, ſed
huius poſitionis aſſertores id ipſum doctrine cauſa
(quo magis doceant) dicere, vt Mathematici de⸗
ſcriptiones lineamentaqꝫ faciunt que et ſi non ſint,vt
ponunt, ſuis tn̄ demonſtrationibꝰ apta veniunt. Non
ſic eſt de hac aſſertione vt ponūt vt de mathematicis
deſcriptionibus. Nam in illis idem eſt, neqꝫ refert:
hic autem non idem: atqꝫ plurimum refert, et prio⸗
ra dicta poſterioribus ſunt pugnantia. Nam ex inor
dinatis ordinatum faciunt: quod non niſi gn̄atiōe ⁊
tp̄e dirimente facere pn̄t: aut ſimul eſt ordinatum:
et inordinatum que ſunt impoſſibilia. ❡ Tertia cō
cluſio. Irrationabile eſt iterum mundum eſſe geni⸗
tum dicere, et interitus obnoxium, ſed poſtea nūq̄
reparari poſſe, Nam cōfitentes ip̄m eſſe genitum,
vnam ſemper ante admittunt fuiſſe conſiſtentiā ex q̄
fieret: quo non exiſtente, eadem ſemper manebit
cōſiſtētia, que mutationis principium eſt, qua non ex
iſtente,aliquid tranſmutari impoſibile eſt: ⁊ q̄ quidē
exiſtente, contingit. Si igitur genitus eſſet: et ali⸗
quando caſurus, itidem et orto altero reparari eū
contingeret. ❡ Quarta. Neqꝫ ſentiendum eſt cum
Agrigentino Empedocle: mundum alternatis vici
bꝰ nunc amicitia diſgregante gigni. nunc vero lite
congregante ſolui. ❡ Nā id aſtruere nihil aliud ē ꝙ
mundū ſubſtantia facere perpetuum: ſed ſm̄ formā
qualitateſqꝫ tranſmutari: vt ſi q̇s ex puero ſepius fi⸗
at vir. et ex viro ſepiꝰ recidat in puerū,alternatis ac
interpolatis vicibꝰ, et ob id credat ip̄m ſepiꝰ gigni:
et ſepiꝰ corrumpi: ſic enī ponūt ſemꝑ eadē elementa
manere: non aūt ordinē et qualitates. Et ſunt qui ⁊ q̄
litates manere ponunt cōgeſto cōgregatoqꝫ mūdo:
et contraria contrarijs pugnare. Non igiṫ mundum,
vt qui ſemꝑ ſubſtantia ſit idē generari et corrūpi de
bent affirmare: ſꝫ mundi diſpoſitiones. Non eē igiṫ,
ſicut ſcribiṫ in Timeo,mundū factum: et de cetero
ſempiterno tp̄e māſurū,neqꝫ ſempiterno interitu ca⸗
ſurum: neqꝫ viciſſitudinibꝰ crebro gigni, crebroqꝫ diſ

ſolui,nāliter eſt diſcuſſum.

## ¶ Caput vndecimum.

Vndecimū caput ꝯtinet duas concluſiones:ingeniti,geniti:icorruptibilis,corruptibilis,ſingulorum tres modos poſt primā:et vnā inſtantiā poſt ſecundam. ¶ Prima concluſio. Propoſito noſtro cōgruit,modos geniti,ingeniti,corruptibilis et icorruptibilis cognoſcere. ¶ Nam hec multipliciter dicuntur:de q̄bus quidem nunc intendimꝰ determinationē. Multipliciter aūt dictis:et ſi ad orationē nihil referat: quin ſemper eandē veritatē falſitatem ve obſeruet: intellectꝰ anceps et confuſus relinquit,ipſo multiplici indiſtincto. Expedit igit̄ propoſito. talium videre modos. ¶ Ingeniti,geniti,incorruptibilis,ſingulorū tres modi. ¶ Ingenitū primo,quod cum prius non exiſteret,nunc exiſtit:ſed ſine tranſmutatione: vt ex attactꝰ et momentū. Secundo.quod non eſt:ſed eſſe contingit. Tertio quod omnino impoſſibile eſt fieri ita,vt aliquando ſit,aliquando vero non ſit. Impoſſibile enim bifariaꝫ dicitur. Primo ſimpliciter,quod neq̄ eſt,neq̄ fieri poteſt. Secundo,non facile,non cito,non bene factibile. Genitum primo,eſt q̄ tranſmutatione exiſtit. Secundo,quod eſt,non eſſe autē cōtingit. Tertio,quod aliquo modo eſſe aut fieri cōtingit:ſiue id facile,ſiue difficile ſit. ¶ Incorruptibile prio,quod cum ſit ens,ipſum aliq̄n nō eſſe contingit ſine tranſmntatione. Secundo,quod nunc eſt,et quod aliquando non eſſe futurum, impoſſibile eſt. Tertio,quod ſimpliciter non eſſe nō poſſit:aut quod difficulter non eſſe poſſit. ¶ Corruptibile primo,q̄ tranſmutatione deſinere contingit. Secundo,quod cum ſit,contingit aliquando non eſſe futurū. Tertio, quod non eſſe aliquo pacto,aut facile aut difficulter contingit. Et horum omniū modi conſimili pene modo ad inuicem ſumuntur. Dicetur tamen proprie ingenitum et incorruptibile,ingenituꝫ quidem,quod ſimpliciter fieri non poteſt ita,vt aliquando ſit,et aliquando non ſit. Et incorruptibile:quod omnino non eſſe non poteſt. ¶ Secunda concluſio. Potētia,quāta ipſa ſit,per maximuꝫ determinanda eſt. Nam per minus nō determinatur,quia quicquid poteſt in maius,poteſt et in minus:vt potens centum ferre talenta,poteſt et duo.et potens centum ambulare ſtadia, poteſt ābulare et duo. Determinatur igitur per maximum et excellentiam:vt virtus que talenta centuꝫ ſuſtollit,et que illam talentoruꝫ ſummā non ſuperat vt vnum et centum ſuſtollerē non poſſit,ab illa excellentia denominationem ſumet,diceturq̄ centum talentorum,et non plurium potentia. Et virtus que nō poteſt in excellens:neq̄ eadem in plura excellente valebit:vt ſiqua virtus in centum talenta aut ſtadia non poſſit,hec eadem in vnum et centum aut talenta aut ſtadia minime valebit. Eſt igitur quāta ſit potentia. per maximum determinanda. ¶ Et ſi inſtas, poteſt quis videre ſtadium, non videns quamlibet partem minorem ſtadiȷ:et quis percipere magnitudinem,et non punctum:et poteſt quiſpiam maiorem ſonum audire,non potens audire minorem,non igit̄ id recte aſſertuꝫ.vt que potentia poteſt in maius, eadeꝫ poſſit in minus. Id certe,ad id quod intendimꝰ nihil affert difficultatis. Nam hec inſtantia de excellentia et decremento rei,et que ſm molem attendātur,inſectatur. Nos autem non de ea excellentia et decremento agimus,ſed de ȷ̄s que ſm virtuteꝫ ſunt ſumpta. Viſus enim vis,aut auditus,ad minora debilior,ad maiuſcula vero valentior.

## ¶ Duodecimum caput.

Duodecimū caput continet decem concluſiones, vnum corollarium ad ſecundam, duas rationes ad quintam, quattuor ad nonam: et quattuor ad decimam. ¶ Prima concluſio. Si quide poſſibile eſt eſſe, et idem poſſibile eſt non eſſe: vt eius tempus ad eſſe et non eſſe determinatum ſit, neceſſe eſt. ¶ Hoc enim ſecundum omne predicamentem:vt ſi quid poteſt eē homo,et non homo:bicubitum,equale,album,et nō eſſe,et ita in ceteris:vtrūq̄ tempus determinatum. Nam ſi dederis neutrum determinatum eſſe, habebit potentiam vt ſit tempore infinito,et vt non ſit alio tempore infinito.hoc autem impoſſibile. Secunda. Impoſſibile et falſum,poſſibile et verum,nō omnino idem ſignant. ¶ Nam non omne falſum eſt impoſſibile:de citharizante enim ſi dicatur q̄ non citharizat: et de cātante q̄ non cantat,falſuꝫ dr̄,non aūt impoſſe nec oē poſſe,verum eſt. Comcidunt tamen hec aliquādo:vt diametrum cōmenſurari coſte, falſum eſt, et idem impoſſibile,non cōmenſurari vero,et poſſibile et verum. Et nos de impoſſibili falſo,poſſibili et vero ſimpliciter,intelligimus,et non facta ſuppoſitione. Unde ſi triangulus eſſet circulus:non haberet tres duobus rectis equales: et ſuppoſitione facta lineam eſſe ex punctis,diameter coſte commenſurabilis eēt ¶ Corollarium. Unde fit vt non ſit idem ſupponere falſum,et impoſſibile:itidē poſſibile,et verū. ¶ Naꝫ ſuppoſito īpoſſi:bñ accidit īpoſſe falſo aūt non impoſſi nunq̄. Et ſuppoſito poſſibili,falſum ſequi accidit: ex vero autē nunq̄. ¶ Tertia. Idem ſimul ad oppoſita hꝫ potentiam,non autem vt illa ſimul habeat. ¶ Nā cum quis ſedet,potentiam habet vt ſedeat:et potētiam vt ſtet:non tamen vt ſimul ſedeat et ſtet:ſed alio et alio tempore. ¶ Quarta. Omne ſempec ens: incorruptibile eſſe neceſſe eſt. ¶ Sit a ſemper ens:q2 a.eſt ſemper ens,ſemper exiſtit: et ſi poſueris corruptibile,aliquando non erit. At impoſſibile eſt, quod ſemper eſt,aliquando non eſſe: igitur falſum eſt eſſe corruptibile:et non modo falſum, ſed et impoſſibile Eadem ratione omne ſemper ens,ingenitum eſt: nā omne ſemper ens,ſemper exiſtit: genitum vero aliquando exiſtit,et aliquando non. Fieri enim nequit vt quod poteſt omni tempore eſſe, aliquando poſſit non eſſe,alioqui ſimul potentiam retinet ad ſimul eē, et non eſſe:quod eſt impoſſile: eſt igitur omne ſemp ens,ingenitum. ¶ Quinta. ¶ Nullum ſemper ens, corruptibile eſt aut genitū. ¶ Primo, Quia omne corruptibile,et omne genitum,potentiam habet ad non eſſe;nullum autem ſemper ens,potentiam habꝫ ad non eſſe. Nam aut id eſſet temdore finito:hoc aūt non:quia omni tempore eſt quare potentiam habet vt tempore ſit et illo. Neq̄ quidem infinito:nam plura tempora infinita eſſe nequeunt. Neq̄ idem potentiam habere poteſt vt ſit vno tempore infinito,et non ſit altero infinito. Nullum igitur ſemper ens,corruptibile eſt,aut genitum. ¶ Secundo. Quia ſemper ens,et ſemper non ens,ſe habent vt contraria: ſemp ens,non ſemper ens,ſemper non ens,non ſemper nō ens,vt contradictoria:non ſemper ens, non ſemper non ens:vt ſubcontraria. Sit itaq̄ a ſemper ens. b.

ſemper non ens.c.non ſemper ens.d.non ſemper nō ens.De genito et coꝛruptibili verificatur.c et.d.qꝛ quandoqꝫ eſt ens et quandoqꝫ non ens:de genito igr̄ et coꝛruptibili negantur.a.et.b.ſemper ens et ſemper non ens.aut ſimul de eodem erunt et affirmatio ⁊ negatio:quod eſt impoſſibile.❡Sexta.Omne ingenitum pariter et incoꝛruptibile ſemper ē ens/et imoꝛtale.❡Nam dico ingenitum quod eſt ens/⁊ nunquā non fuit ante. Incoꝛruptibile vero/quod eſt ens/ et non erit verum ipſum non eſſe:que autem talia ſunt/ ſemper exiſtunt. Eſt igitur ingenitum omne ſimiliter et incoꝛruptibile ſemper ens ſempiternum/ et immoꝛtale.❡Septima. Ingenitum et incoꝛruptibile ſe mutuo conſequuntur. Nam ingenitum ⁊ incoꝛruptibile ſemper ens conſequuntur: conſequunť igiť ſe inter ſe.❡Octaua. Omne genitum eſt coꝛruptibile. Nam ſi aliquod ſit genitum quod non ſit coꝛruptibile:ipſum eſt incoꝛruptibile.Dicitur enim coꝛruptibile aut incoꝛruptibile vt non ſemper ens/ aut ſemper ens de omni quod eſt et de nullo eodem ſimul. Et ſi ipſum eſt incoꝛruptibile ipſum eſt ingenitum:conſequuntur enim ſe ingenitum et incoꝛruptibile.Et ſi ingenitum iterum eſt ſemper ens; quare idem genitum eſt:et ingenitū et ſemper ens.quod ē impoſſibile.Et codeꝫ modo omne coꝛruptibile genitum eſſe oſtendas.❡Nona.Genitū et coꝛruptibile ſe inuicem conſequuntur.❡Primo.Quia ſi ſe conſequerentur aliquid eſſet genituꝫ quod nō eſſet coꝛruptibile: aut aliquid coꝛruptibile quod non eſſet genitum:quod modo falſum eſſe monſtratū ē. Secundo.Quia genitum et coꝛruptibile conſequūtur idem,vt quandoqꝫ ens,et quandoqꝫ non ens:conſequuntur igitur ſe inuicem. Tertio.Sit a ſemper ens b ſemper non ens,c genitum d coꝛruptibile: arguitur ſic.c.genituꝫ non eſt.a. eſt igitur non ſemper ens:et c genitum non eſt.b.eſt igitur et non ſemper non ens.Similiter.d.coꝛruptibile non eſt.a.neqꝫ.b. eſt igitur non ſemper ens et non ſemper nō ens. Et retroagatur omne id quod quidem eſt non ſemper ens et non ſemper non ens eſſe genitum et coꝛruptibile: et tunc manifeſtum erit c d genitum et coꝛruptibile conſequi idem quare et ſe inuicem conſimiľr ſequentur. Quarto.Sit ingenitum a incoꝛruptibile b genitum c et coꝛruptibile d diſiunctum a c ex oppoſitis conſtat:quod dicitur de omni quod eſt:vt genitum et non genitum omne enim nō genitum eſt ingenitū et contra.Et diſiunctū.b.d.ex ꝯſiľib⁹ ꝯſtat oppoſitis:vt coꝛruptibile ⁊ nō coꝛruptibile: ⁊ a b ingenitū et incoꝛruptibile ſe inuicē(vt oſ̄ſuꝫ eſt)conſequuntur.Igitur et.c.d.ſecundū et quartū ſeſe cōſequentur.❡Decima,Inconueniens eſt exiſtimare aliquod genitū eſſe incoꝛruptibile,et aliquod coꝛruptibile eſſe ingenitū.❡Primo quia que genita ſunt omnia,quanto quoddam determinato tempoꝛe poſſunt aut facere,aut pati,aut eſſe,aut non eſſe. Infinitum autem non eſt determinatum.non igitur quod genitum eſt,incoꝛruptibile erit,aut quod coꝛruptibile eſt,ingenitum. ❡Secundo.Quia ens tēpoꝛe infinito,factū eſſet:et aliquo tēpoꝛe non ens,ſemper eſſet.hoc autē impoſſibile.❡Tertio.Om̄e genitum aliquando generabitur,et om̄e incoꝛruptibile eſt ingenitū:et ingenitum nunquā generabitur. igitur ſi aliquod genitum eſt incoꝛruptibile,aliquādo generabitur,et nunquā generabitur.Item om̄e coꝛruptibile aliquando coꝛrumpetur,et om̄e ingenitū eſt incoꝛruptibile,et nullum incoꝛruptibile vnquā coꝛrūpetur.Igitur ſi quid coꝛruptibile ingenitū aliquando coꝛrumpetur,et nunquā coꝛrūpetur.et idē ſimul erit factū,et nō factū:coꝛruptū,et incoꝛruptū:quod eſt impoſſibile.Si enim dixeris genituꝫ non aliquādo generari,et coꝛruptibile non aliquando coꝛrūpi aut hoc erit caſu,aut foꝛtuna,aut natura. Non caſu, aut foꝛtuna,quia non eſt eoꝝ que ſemper ſunt.Neqꝫ natura:quia ea quandoqꝫ ſunt,et quādoqꝫ non ſunt, vt que eandē materiā potentiā contradictionis habeant,et que cauſa eſt non eſſe.Et ſi item dixeris coꝛruptibile habere potentiam ad non eſſe, ſed non in futuro,ſed pꝛeterito tēpoꝛe,vt anno pꝛioꝛe,aut quocunqꝫ altero,et ita de genito:hoc nihil eſt:quia neqꝫ vna quidem pꝛeteriti potentia et virtus eſt,ſed pꝛeſentis et futuri.Quarto.Om̄e genitū et om̄e coꝛruptibile contrarijs alterantur.igitur neqꝫ genituꝫ incoꝛruptibile,neqꝫ coꝛruptibile ingenitū eſt.

## ❡Secundus liber de celo.

### ❡Caput pꝛimum.

SEcundus liber de celo et mundo: duodecim capita complectitur. Pꝛimum caput vnam concluſionem, ſex rationes ad eam et tres opinionuꝫ remotiones ad quintaꝫ. ❡Concluſio. Celum neqꝫ factum eſt neqꝫ coꝛrumpi contingit: ſed vnum, ſempiternum, pꝛincipium conſumationē que non habens in ſe infinitam tempoꝛis ſeriem cōtinet. Pꝛimo quia ex ijs que in pꝛimo libꝛo adducta ſunt huius rei fidem facere poſſumus. Secundo:qꝛ opiniones ipſum factum eſſe dicentium: rationabiliter defendi non poſſunt.hoc igitur de eius immoꝛtalitate et ſempiternitate magnam credulitatis occaſionem inducit.Tertio non defuerunt ſapientes patres noſtri/qui exiſtimauerunt celum quid,immoꝛtale/diuinum/in ſe hunc motum gerens/cuius null⁹ ſit finis/ſed ipſe potius alioꝝ finis exiſtat. Etenim contentoꝛum finis eſt/et circulatio perfecta eſt/imperfectas motiones terminuꝫ quietemqꝫ habentes continens/neqꝫ pꝛincipium habens/neqꝫ finem/infinito tempoꝛe inceſſabilis/et irrequieta. quapꝛopter ad credendum celum eſſe perpetuum/rationabile eſt ſe exhibere perſuaſibilem. Quarto. Antiqui celuꝫ et locum qui ſurſum eſt deo attribuerunt,et non alia vt quod ſolum exiſtimarent īmoꝛtale:⁊ ob id immoꝛtali et ſempiterno attribuendum. Quinto. Ipſum impaſſibile eſt/nihil difficultatis ⁊ laboꝛis vt moueatur afferens.nulla enim illic reſiſtentia/nullumqꝫ ipſum ferri qualiter natū eſt pꝛohibens.Eſt igitur merito ſempiternum exiſtimandum. Unde pꝛimuꝫ excutienda eſt antique fabule opinio:opus eſſe Atlante fultoꝛe ſuſtentatoꝛeqꝫ celi,ne mole ſua pꝛocūbat: vt quod ſuo pondere ruere poſſit. Secundo: coꝛuꝫ qui eadem de cauſa celo(vt terrenis om̄ibus)grauitatem ineſſe ſuſpicantes/animal celum putauerunt/ et ab anima(vt pendula in aere volucris)in ſublimi ſuſtineri. Hoc certe irrationabile.Pꝛimo/quia talis anima continua pena/continua affecta triſtitia/ miſeraꝫ traheret vitam:quā tamen(ſiqua eius eſſet) liceret potius eſſe beatam. Secundo: Quia celuꝫ ſuſtineret et ferret violenter:quare aliter ipſum fer

ri natum eſſet. Tertio: Quia abſonum eſt illam ani mā ſine vacatione aliqua et intermiſſione mentis cō tinue celum volubiliter intorquere. Videmus enim mortaliū animantium/ipſis ſomno reſolutis/anima rum eſſe requiem/et opere et laboris intermiſſionē. Remitteret igitur et illa immortalis anima et eter na interdum ſuos labores/et quiete ſolueretur placi da. Tertio excutienda eſt Empedoclis aſſertio/ob celeriorem/propria inclinatione ſuperata/circula tionem/celum tametſi graue ſit/non cadere. Nam ſi hac celeritate/propria ſuperata inclinatiōe/torque retur: quo pacto motus eius tanto tempore ſaluare tur? Ea enim que preter naturam eueniunt: citiſſime corrupta conſpiciuntur. ¶ Sexto. Si prime latio nis melius eſt perpetuitatē ſentire, conformiuſque diuiniſqꝫ de deo afferuntur: et magis conſonū ſapiē tū aſſertionibꝰ, celū perpetuū eſſe potiꝰ ſentiendū ē. Prime autē lationis perpetuitatē ſentire, melius vi detur, et diuinis que de deo afferuntur conformius, magiſqꝫ ſapientū conſonū aſſertionibus. Sentiēdū igitur ipm eſſe perpetuum.

## ¶ Caput ſecundum.

Secundum caput continet quinqꝫ concluſiones quinqꝫ rationes ad primā, duas inſtantias ad ſecūdā, et duas rōnes ad tertiam. ¶ Prima concluſio. Dextrū et ſiniſtrū celo ſine ſurſum ⁊ deorſum minime (vt Pytha gorici volunt) aptari dn̄t. ¶ Prīo. Quia nunquā dex trū ⁊ ſiniſtrū ſine ſurſum et deorſum reperire poſſis vt plane licet in perfectis animantibus intueri. ſur ſum vero et deorſum ſine dextro et ſiniſtro poſſis, vt in plantis, in quibus ſolum ſurſum et deorſum cōſpi ciunt. Non igitur rōnabiliter dextrū et ſiniſtrū ſine ſurſum et deorſum celo aſſignant. Secundo ſurſum et deorſum ceteris omnibꝰ ſunt priores et vt aliarū principiū. Sunt em̄ dimenſionū tres longitudo, lati tudo, et pfundū: et longitudo alijs prior eſt, et vt pri cipiū, ſecundum quā ſumunt ſurſum et deorſum, ⁊ la titudo profundo prior, ſecundū quā ſumunt dextrū et ſiniſtrū, ſecundum vero profundū differentie an te et poſt ſumende ſunt. Non igit dextrum et ſiniſtrū ſine ſurſum et deorſum (vt neqꝫ latitudinē ſine longi tudine) reperias. ¶ Tertio. Augmentatio animaliū ſumitur ſecundum ſurſum: ab ante, ſenſus, et a dex tro ſecundū locū motꝰ. At prior eſt in eis augmenta tio motu ſecundū locū. Igit et ſurſum prius eſt dex tro ¶ Unde fit vt non in omnibus has poſitionū dif ferentias natura reperire queas: vt in elementis: et in animis: in quibꝰ aliqua non inuenias a quibꝰ has differentias ſumere poſſis. habet em̄ ſolū ignis motū ſurſum, et terra deorſum. Sꝫ ipſis illas attribuimꝰ relatione ad nos ſumpta: vt id dextrū dicatur, qd (vt Augeres aiunt) nobis fuerit a dextra: et ſiniſtrū, qd fuerit a leua: aut ex oppoſito ſitu: vt id dxtrū, qd e re gione noſtre dextre fuerit: id ſiniſtrū, qd ex oppoſito iacuerit ſiniſtre: aut ſimilitudine, vt in ſtatua ſolemꝰ aſſignare. Has vero liqdo potentijs, virtutibꝰ, et of ficijs diſtinctas in aīalibꝰ reperias. ¶ Quarto. Py thagorici aſſignauerunt celo tm̄ duas differentias: dextrū et ſiniſtrū: et quattuor dimiſerunt, ſurſum de orſum, ante et poſt: et quas aſſignauerunt. minus ap parent, et note ſunt, etiam in animato: differunt eniꝫ virtute ſolū ſurſum vero et deorſū et anteriꝰ a poſte riore nō mō virtute differunt; ſed et figura. Debue runt igit potiꝰ magis patentes et veriores differen cias celo aſſignare. ¶ Quinto. Qui priora et prin cipaliora aſſignare pretermittūt, iure ſunt obiurgā di. Id aūt Pythagorici factitarunt. Nā ſurſum pri us et principaliꝰ eſt, vt quod ſecundū longitudinem ſumat, et ſit vnde fiat motꝰ: dextrū, a quo: et ante, ad quod Sunt igit et ob id obiurgandi, et quia neque hoc modo differerentias a celo aſſignarunt. Secū da conclō. Celū, ſurſum deorſum et ceteras poſitio nū differētias retinet. Nā in celo eſt mouēdi pricipi um, vt in aīalibꝰ: in quibꝰ has diximꝰ repiri natura differentiarū virtutes eſt em̄ aīatū quoddā. igitur in celo ſunt ſurſum, deorſum, an̄, poſt, dextrū et ſiniſtrū.

Prima inſtantia. Celum ſphericū eſt oēs partes ſi miles habens: et ſemper conſimilem motū exercens Non igitur hanc potiꝰ partē ſurſum poſueris, illam deorſum: et ita in ceteris. Reſpōſio. Tametſi celum ſphericū ſit, figure diſſimilitudinē non habēs hoc ta mē non īpedit ipſum poſitionū differentias habere: nā partiū diuerſe ſunt virtutes; he aūt differentie ſe cundū virtutū diuerſitates ſunt accipiēde: vt aīal ha rū habet aliquas, vt dextrū et ſiniſtrū ſub figure ſimi litudine: aliquas. vt ſurſum et deorſum, ante et poſt, ſub figurā veritate. Quod ſi ipſum intelligas in for mā conuerti ſphericā, nihilominus oēs habebit ſub figure ſimilitudine virtutū diuerſitates. Secūda Motus celi non incepit. non eſt igit dextrū in celo vnde eſt motus. Reſponſio: quanuis celi motus non inceperit, tamen eſt dextrū vnde eſt motus. Et ſi mo tꝰ incepiſſet, ab illa parte moueri incepiſſet. Et ſi qeſ ceret et iterū motꝰ naſceret, ab illa naſceret. ¶ Ter tia concluſio. Longitudo celi ſecundum polorum diſtantiam ſumenda eſt, quorum vnus ſurſum, alter deorſum exiſtit. ¶ Primo. Quia hemiſpheriorum differentiam per per polos (qꝫ non moueantur) ap prehendimus. ¶ Secundo. Quia partes extra po los conſueuimus dicere latera. latus autem non eſt ſurſum aut deorſum; ſed quod extra ſurſum aut de orſum eſt. Erit igitur eius longitudo ſecundum po los ſumpta: quorum alter ſurſum, alter vero deor ſum fuerit. ¶ Quarta. Polus qui nobis ſuperpoſi tus apparet, deorſum eſt: qui vero nobis ſemper oc cultatur. ſurſum. ¶ Patet. Quia dextrum celi eſt a quo eius motus eſt, vt a quo oriuntur aſtra. ſiniſtrum ei oppoſitum, vt ibi aſtrorum occaſus eſt: igitur ſur ſum vertex nobis occultus eſt: et deorſum, qui nobis ſuperpoſitus apparet. alioqui celum a ſiniſtro moue retur in dextrū, quod neqꝫ eſt, neque rationabile eſt ¶ Unde fit vt qui ſub polo noſtro habitant in deor ſum ſint celi: et qui ſub latenti, ſint ſurſum. Et adeo, vt oppoſitū eueniat quod Pythagorici putauerunt. Dicentes nos ſurſum eſſe et illos deorſum. Et hec de primo circulo dicuntur. ¶ Quinta. In ſecundis cir culationibus, vt ſunt ſphere planetarū, oppoſito mō ad primā aſſignande ſunt ſurſum. deorſum, dextrū: et ſiniſtrum differentie poſitionum. Nam oppoſito mō he ſphere ad primā incedūt: et motꝰ eſt a dextro in ſiniſtrū. ¶ Un̄ fit vt qui ſunt deorſum: et in ſiniſtro prie latiōis: q̄madmodū nos ipſi ſumꝰ: ſurſum ſint et in dextro ſcdarū lationū: ⁊ orbiū planetarū. In an̄ et poſt hoc nō repias diſcrimē: ⁊ de his tātula ſufficiāt.

## ¶ Caput Tertium.

Tertium caput continet vnā cō cluſionem, et ſex ad eius probationem conſe quentias. ¶ Concluſio. Conſiderandū eſt cur

pluresſint circulorū ſpherarumqꝫ lationes. ¶Si
lationibus illis aliquid aſſignari poſſit contrari-
um(id autē non poſſe prius dictum eſt) in promptu
eſſet ratio,quod cōtrariorū(que vniuerſi conſtitutio
nem integritatēqꝫ reſpiciunt)ſi vnū eſt et alterū pro
tinus vt ſit neceſſe eſt. Et certe licet huius rei cauſā
aſſignare perdifficile ſit,vt que, et quorū accidentia
a ſenſu ſint remota,id tamen oſtendere hac nitimur
ratione. ¶Cuiuſcunqꝫ eſt operatio,id vt eius opera
tio ſit,exiſtit. Dei aūt operatio eſt imortalitas,et vi-
ta ſempiterna:et celi operatio,motꝰ eſt ſempiternꝰ.
Ob id enim circulare corpus habet:ꝙ natura ſem-
piterne irrequieteqꝫ circummoueatur.eſt enim diui
num quiddā. Quodſi ſemper circūmoueat̄,aliquid
in medio ſemper quieſcere(vt poſt probatione dilu-
cebit)neceſſe eſt.vt terrā,et id natura quidē. Nam
preter naturam nihil ſemper quieſcere poteſt. Et ſi
terra eſt,erit et ignis. Primo,quia ſi vnū contrario
rum natura ſit,et alterū eſſe neceſſe eſt.terra enim ꝛ
ignis contraria ſunt:et vniuerſi materia. Secundo,
quia ſi poſterius eſt,erit et prius. Ignis autē prior,
eſt enī calidus,leuis,atqꝫ agitabilis: terra vero fri-
gida:grauis,quieſcens,et imota,frigiditas autem:
grauitas/et quies/caliditatis/et leuitatis/et agili-
tatis priuationes ſunt: ac habitus priuatione prior
eſt. Si igitur eſt terra vt priuatio quedam ꝛ ignem
qni vt habitus et affirmatio eſt,eſſe neceſſe eſt. Et ſi
terra et ignis ſunt,intermedia elementa aqua ꝛ aer
vt ſint oportet.ſunt enim terre et igni cōtraria,et qḋ
libet elementorū eſt alteri cuilibet(vt poſtea amplꝰ
demonſtrandum eſt)cōtrariū. Quodſi quattuor ſint
elementa,rerū generationes ac obitus eſſe neceſſe ē
qꝛ nullū ipſorū ſempiternum eſſe poſſibile eſt. Primo
Ut que ſint contraria,et que ad inuicē agant et pati
antur. Secundo. Quia mobile cuius motus natura
ſempiternus non eſt,vt ſempiternum ſit,rationabile
non eſt,intereunt igitur et oriuntur alia. Quod ite-
rum ſi ſint rerum ortus atqꝫ obitus: et aliam a pria
vnam aut plures ſpherarum lationes eſſe neceſſe eſt.
Sola enim prima ſemper vna eademqꝫ exiſtēte, ele
menta et oīa ad inuicē cōſimiliter ſe ſemper habe
bunt. Et quomodo id,ꝛ vnde ꝓdeant generationes
latius expreſſiuſqꝫ futura diſcuſſio eſt Adiecta itaqꝫ
putetur ratio cur ſpherarū,ſuperiorūqꝫ circulorū plu
res ſint lationes,quia ſunt generationes.

## ¶Caput Quartum.

Quartum caput ꝯtinet vnā
cōcluſionē:et quattuor rationes ad il
lā. ¶Cōcluſio. Celū ſphericā figurā
ſibi vendicare neceſſe eſt. Prīo. Qꝛ
hec figura,natura et ſubſtātia prima
celo cōuenientiſſima eſt.quod ita oſt
dimus: Primo,qꝛ oīs figura plana,aut rectilinea
aut circularis ē. Et oīs rectilinea multis ꝯtinetur li
neis:circularis tātū vna. Et in vnoquoqꝫ genere vnū
prius eſt multis:et ſimplex cōpoſitis. Secūdum eñ
numeri ſeriem circulū ponūt vt vnū,trigonū vt duo:
quia duobus rectis equalis. Eſt igitur merito plana
rum figurarum pria. Secūdo idē cognoſcitur. Per
fectū prius eſt imperfecto. At circulus perfectior ē
rectilinea;quia extra eū nihil relinqui,nihilqꝫ ei poſ
ſe addi videtur;rectilinee aūt poteſt. Tunc ſic. Si-
cut circulꝰ ſe habet ad reliquas figuras planas, ita
ſphera ad reliquas ſolidas. Ut enim circularis,vna
continetur linea,ita et ſpherica vna ſuperficie cōten
ta eſt:et vt circulus(vt dictū eſt)planarū figurarum
prima et perfectiſſima:ita quoqꝫ ſphera ſolidarum
prima eſt ꝛ perfectiſſima. At primo perfectiſſimoqꝫ
corpori(quale eſt celum)prima debet et perfectiſſi
ma figura. eſt igitur celum ſphericum. Et id idem
ſubit iudicium apud illos qui poſuerunt corpora in
ſuperficies reſolui. Nam ſpheram non diuidebant,
quaſi vnicam ſuperficiem continentem,et priorem ꝛ
ſimpliciorem ceteris. Et de illa ſuprema perfectiſſi
maqꝫ hec ratio ducitur:ſic eſſe oportere intellige de
ijs que ab ipſa ambiuntur et clauduntur: vt que ad
hanc ipſam contactum:et ad inuicem habeant om-
nes. Secundo. Quia ſi celum eſſet rectilineum/ len
ticulare/ouale/aut alterꝰ angularis figure:vbi cor-
pus eſſet(vt eius partes)poſtea nō eſſet:et eſſet, vbi
prius nullum erat corpus. Sed quid eſt hoc exiſti-
mare,niſi extra celum eſſe vacuum:et illic poſſe eſſe
et corpus et locum: quorum oppoſita determinata
ſunt. Et id de inferioribus circulis hanc ob cauſam
promptius licet defendere. Tertio. Celi latio, alia
rum menſura eſt. menſura autem omnium minimū
et motuum velociſſimus,minimus.eſt igitur linee in
ſeipſam minime.hec autem circularis eſt.erit itaqꝫ
circularis:et ſpherice figure. Quarto. Aqua cogno
ſcitur ſpherica,que contactum habet ad aerem: et
aer ad ignem:et ignis ad celum. Igitur celum ſphe
ricum eſt,etiam multo magis his inferioribus. Qḋ
autem aqua ſpherica ſit,ſatis deprehēditur:quia vi
demus eam ſemper ad concauiores partes confluā,
deciduamqꝫ,donec partes equantur.ſunt enim con-
cauiores partes,que centro ſunt ꝓpinquiores. Sit
itaqꝫ centrum a.a quo ad aque ſuperficiem ducatur
recta a b.et recta a c.quibus ſuperducta in ſuperfi-
cie baſis ſit b c.ad quam a centro educo lineam alte
ram a d.q̄ ſi minor fuerit a c,aut a b,erit cētro ꝓpin
quior.quare ꝛ illic locus ꝓnior et decliuior,et circū
fluet aqua vt partes equentur.et ita vbicūqꝫ a cētro
aq̄ ad ſupficiē eductis lineis et eq̄lis,quieſcet. Ma
nifeſtū ē igit̄ aquā ſphericā ſibi adaptare figurā.ē.n
ſpherica ea,cuiꝰ oēs recte a cētro ad circūferētiam
educte,ſunt eq̄les. Et nō mō vt aq̄ mūdꝰ ſphericꝰ eſt,
ſꝫ ſūma etiā illa diligētia et ſapiētia ſic veluti torna-
tus ē.vt nihil manifeſtum(quod kirō miton vocāt)
nihilqꝫ oculis nr̄is ꝯſpiciēdū obuiūqꝫ ſit,figure pfe-
ctione et excellētia et regularitate tale occurrat.ni
hil enim tanta diligētia ſpherice excoli,elaborariqꝫ
potuit,vt circul̄r moti corporis nā. Nā ſi ꝓportionē
queris,quanto aq̄ pfectione,figura,et q̄litate terrā
ſuperat,tāto aer aquā,et ignis aerē,et longe plꝰ ipſꝫ
celum hec inferiora elementa omnia.

## ¶Caput quintum.

Quintū caput continet vnā
queſtionē et reſponſionem quā aliqui
dare poſſent:ꝛ eiꝰ ſolutionē. ¶Queſ
tio. Cur potiꝰ celum ab a ad c mouea
tur quam ab. a. ad d.hoc enim a ca-
ſu eſſe nō poteſt. Nam in ſempiternis
caſus locum non habet. Et id aut eſſe principiū:aut
cauſam habere oportet. ¶Reſpondebunt forte ali
qui hanc queſtionem vanam eſſe;et velle de omnibꝰ
tentare aliqua aferre et nihil pretermittere: mag-

ne ſtultitie eſſe argumentum: aut ardue excellentie: que humanum excedit modum. ¶ Quibus reſpondemus. non omnes ſtatim increpare oportere: ſed cauſam cur id faciant inſpicere. nam ſi quis vana fama illectus ſine ratione loquatur: increpandus eſt. At ſi ſciētie amore motus: vltra alios neceſſarias veritates attingit: eas rationibꝰ certiores efficiens: tali profecto gratia habenda eſt inuentori. Queſtionis itaqꝫ adducte: que eam aperiat rationem ſubnectimus. Natura. poſſibilium ſemper optimum facit vt in lationibus ſecundum rectum plane intuemur. ſiquidem ignis elementorum nobiliſſimum. in ſupernum locum ſemper fertur. locus eñi ſurſum. honorabilior et diuinior eo qui deorſum eſt: ita et hoc modo anterius poſteriore dignius eſt: et dextrum honorabilius ſiniſtro. Et hec cauſa queſtionem exerit: ſic enim ſe habet: vt contingit optime: et optimum: ſic eſſe ſimplicem motum inceſſabilem: et ad hoc; vt dictum eſt; verti: quod honorabilius eſt.

## ¶ Sextum caput.

Sextum caput cōtinet vnā concluſionem. et q̄ttuor rationes ad eā. ¶ Concluſio. Celi latio: et que prima lationum eſt: regularis eſſe cēſenda eſt. Hoc enim dico propter lationes corporum inferiorū: et q̄ ſub ipſo feruntur: quas non oportet eſſe regulares. Et q̄ ea ſit regularis: oſtendiť. ¶ Primo. Quia ſi p̄ria latio eēt irregularis eiꝰ eſſe intenſio vigor et remiſſio. Vigor autem in omni regulari motu reperiūtur aut in principio: aut in medio: aut in fine: In fine: vt in motu ſecūdum naturam: in principio vt in motu preter naturam: in medio vt in proiectis: et violenter actis Hoc aūt in primo motu reperiri nō poteſt. vt q̄ ſempiternus ſit: ſemper durans, infrangibilis: neqꝫ principium: neqꝫ finem: neqꝫ medium habens. eſt igitur celi latio: regularis. ¶ Secundo. Quia ſi quid irregulariter feratur: aut hoc propter mouens euenit: quia eius non ſemper ſit eadem mouendi virtus. aut propter idipſum motum: quia mutetur virtutemqꝫ ad mouens non ſeruet eandem. aut propter vtrumqꝫ quia vtrumqꝫ a ſua virtute aliquatenus demutetur. et tunc nihil prohibet motum eſſe irregularē. Nihil autem tale circa celū euenit/ ſed ipſuꝫ: ſimplex/ ingenitum/ incorruptibile/ a ſua virtute intranſmutabile ſemper idem manens: quare et multo fortius ipſum mouens tale erit, vt ſimplex ſimplicis, ingenitū ingeniti, indeficiens, intranſmutabile: ſemper idē, indeficientis, intranſmutabilis, et ſemper eiuſdē motiuū ſit: erit igitur celi latio ſemper regularis. ¶ Tertio Si motus celi eſſet aliqua irregularitas: aut hoc in partibꝰ celi contingeret. hoc aūt non. iam dudū partes celi. vt aſtra apparuiſſent maiore interuallo diſtantia: ⁊ aliquando minore: vt que aliquando ſegniꝰ aliquando vero celerius moueantur: quod nunquā cōpertū eſt. Neqꝫ in toto continget, propter ea que dicta ſunt: ⁊ hanc ad huc rationem. Nā vniuſcuiuſqꝫ remiſſio propter impotentiā ſit: oīs autē ipotentia p̄ter naturam eſt. vt in animalibus ſenecta; et decrementū: et cetere. Fere eñi tota animalis conſiſtentia ex talibus conſtat: que contraria ſunt: et que in propria regione non ſunt. In illis aūt primis que ſimplicia ſunt: et īmixta: et ſemper in propria regione, nulla contrarietas: neqꝫ preter naturā inuenitur quicquam: quare neqꝫ impotentia; ⁊ ſi hoc; neqꝫ remiſſio et ſi non remiſſio: neqꝫ itidē intenſio: Nā vbi intenſio reperiatur illic qꝫ ⁊ remiſſio reperiať opꝫ. ¶ Quarto. Quia aut celi motꝰ infinito tp̄e intenderet: et infinito tp̄e remitteret: aut ſemper intenderet: aut remitteret: aut alternatis vicibꝰ aliq̄n intēderet. ⁊ aliquādo remitteretur. Non primum dare poteris: vt qui plura faceres tēpora eterna: et quia nihil preter naturā infinito tp̄e durat. Impotentiā aūt a q̄ naſciť remiſſio, diximus p̄ter nām ⁊ nihil nā ⁊ p̄ter nāꝫ eq̄li tempore perdurare videmus. Neque dabis ſemper intendi, aut remitti ſemper, quia omne quod eſt: ex aliquo in aliquod determinatū eſt. Et ſicut non ī quocunque tēpore citharizare: aut ab aliquo loco in aliquem determinatū locum ire poſſibile eſt, ita neque quocūqꝫ tempore (quantulumcūqꝫ ſit) poſſibile ē celum circulationem ſuā expellere. Quod oporteret. ſi intenderet ſemper. Et minus certe ſemper minuetur: et eadē adduceretur ratio de tempore illic minimo. iſtic vero maximo, neqꝫ afferes tertiū, interpolatim intendi, et remitti. Nam id irrationabile, ⁊ figmento ſimile eſt. Et tunc rationabilius, id non latere ſenſum, quandoquidē ea iuxta ſe inuicē poſita, ſenſibiliora ſint. quod ad huc in ſenſu minime cōpertū ē. Celū igitur ſemper equali regulariqꝫ motu agi, ex his haberi poteſt certiſſimum,

## ¶ Septimum caput.

Septimum caput cōtinet vnam concluſionem, vnam queſtionem. et eius ſolutionem. ¶ Concluſio. ¶ Rationabile ē aſtra illius nature corporis eē, in qua fixa feruntur. ¶ Nam ⁊ hoc idem dicebant celum ignē eſſe putantes, ſydera ipſa vim igneam habere, ignemqꝫ eſſe: id rationi cōſentaneū exiſtimantes, vt vnum quodqꝫ illorum de illius corporis natura eſſet, in quo vnūquodqꝫ conſpicimꝰ exiſtere: quod et nos ipſe dicimus. Nos tamē ea ignes eſſe non concedemus, qui celum neqꝫ graue, neqꝫ leue. neqꝫ naturā alicuius trahere elementi iā moſtrauerimus. ¶ Queſtio Sed queres, quomodo calefaciant igitur. ¶ Dicimus ſuo motu et attritu lumen ⁊ et calorem in ea re cauſare: eſt enim motus, calefactiuus, ignire valens ferrum, ligna, et lapides: vt ſagitte acumine plumbee valido impetu in aerē emiſſe, vſque adeo vim caloris incipiunt, vt eoruꝫ acumina lique ſcāt: et hoc quidem aer circunſtans patitur ⁊ ex ferro ⁊ lapide, motu eliditur ignis, ignitur que aer ex plaga motu concepta. Et vnaqueqꝫ ſpherarꝫ ſuperiorum circulo agitatur, que licet medios celeſtes globos nō calefaciat (quia incaleſcere nati non ſunt) calefacit tamen aerem, et maxime ſphera in q̄ ſol infixus conſpicitur cum motu ſuo ad nos appropinquat: et ipſo oriente et ſupra nos exiſtēte magnꝰ validuſqꝫ naſcitur calor.

## ¶ Caput octauum.

Octauum caput ɔtinet vnā concluſionem: ⁊ tres rationes ad eā. ¶ Concluſio. Aſtra non mouentur motu proprio ſm̄ celi circulū. ¶ Primo Quia cum videantur et celū et aſtra tranſferri: vt id eueniat vtriſqꝫ quieſcētibus: aut vtriſqꝫ ſuis motibus motis: aut celo quieſcente, et aſtris motis, aut celo moto, aſtris vero

quieſcentibꝰ,neceſſe eſt: aut vtraque quieſcere impoſſibile eſt,cum terra(vt poſtmodum oſtendemus) quieſcat. Non eñ fierent(qui nobis liquido cõſtãt) ortus et occaſus. Neqꝫ vtriſqꝫ motis,vt celo ſuo mota,et aſtris ſuo. Nã equales eſſent et orbiũ velocitates et aſtrorum inter ſe.hoc aũt inconueniens, deberent ſaltem circuli qui maiores ſunt:et maiores habent magnitudines,minoribus maiores habere velocitates. Et id neqꝫ natura:neqꝫ caſu euenire cõtingeret. Natura quidẽ non eueniret:q2 magnitudine maiora,velociora ſunt. Neqꝫ caſu,q2 in ijs que ſemper fiunt,caſus locum non obtinet:fieret aũt id ſemper. Neqꝫ celo quieſcente aſtra mouebuntur : eſſent enim ſecundum circulos velocitates:vt que ſecundum diuiſorem,velocius moueantur:que extra,tardius. Et ea eſſe extra orbem:aut intra mota exulcare:et ipſum ſcindere oporteret:que ſunt incomoda. Relinquit̃ igit̃ celũ moueri.et aſtra in fixa quieſcere:atqꝫ cum ſuo celo ferri:ſic eñ nihil accidet incõmodi. Et ſic circa idem centrum,maiorum circulorum(vt rationabile eſt)maiores erunt velocitates: neqꝫ celum diuelli,diſcindiqꝫ oportebit. ¶Secũdo Quia ſpherarum duo ſunt apti motꝰ,giratio,et volutatio. Atqui aſtra ſic gyrando moueri impoſ'e eſt namqꝫ circungirant̃,locũ ſitum que non demutant. quod tamen oporteret aſtra ſecundum celi circulũ mota. Et ꝙ ſol oriens ⁊ cadens videat̃ mutare:⁊qua ſi ingyrum ſe torquere,hoc non eſt quia giret̃:ſ3 ob noſtri viſus debilitatẽ:quemad modũ aſtra fixa ſcintillare videntur ob noſtri viſus ex diſtantia ſumptã debilitatem:et planete(q2 prope ſunt)non videntur ſcintillare. Ad propinqua eñ viſus potens,intremulus ipã attingit.ad lõge aũt diſtãtia porrectꝰ tremit Neqꝫ ſane voluunt̃ hoc pacto aſtra:ꝗ ſi voluerentur, non ſemper nobis eadem ſuperficies appareret. at vero nobis ſemper eadẽ ſuperficies apparet:vt in luna maculoſa facies)ſic enim eam nominant)et quod in vno(vt luna compertum eſt,in alijs ſil'r ſeſe habere rõnabile eſt. Non mouentur igitur ſecundũ celi circulũ per ſeipſa. ¶Tertio. Quia cum aſtra ſ'm celi circulum neqꝫ gyrentur :neqꝫ, voluantur : videtur ipſa progredi oportere,ſi ſecundum celi circulũ moueãtur Quod ſi ita eſſet,natura ipſis organa illi motui apta prouidiſſet.non eñ animaliũ curam gerẽs, hec pretioſſa deſpexiſſet corpora. Atqui nulla habẽt ad hunc motũ organa apta vt que ſint(quemadmodum ⁊ ſui orbes)ſpherica.quin potius ingenioſe natura omnia eis ipſis organa abſtuliſſe videtur,vt ꝗ per ſeipſa non feratur. Non igitur ſecũdũ celi circulum per ſeipſa feruntur.

## ¶Caput nonum.

NOnum caput cõtinet vnã concluſionẽ,Pythagoricorũ rationẽ: et duas rationes ad eam. ¶Concluſio. Dictũ Pythagoricorum, circumlata corpora ſonũ cauſare pariter et harmoniam,irrationabile eſt. ¶Inducebantur eñ ad hoc aſſerendum. ¶Primo. Q2 corpora apud nos minore mole et velocitate corporibꝰ orbium ſolis et lune,edunt ſonos.a fortiori igit̃ et illa et maiora et velociora corpora. ¶Secundo Aſtra ſunt in tanta multitudine.magnitudine.⁊ velocitate inconueniens igitur videtur ipſa moueri:et non cauſare ſonum:et nõ modo ſonum:ſed et harmoniam,Et cum ſciſcitabãtur ab ipſis,quomodo nõ audimꝰ ḡ. Nã incõueniens vr̃ tantos nos latere ſonos aiebãt nos latere:q2 nobis ꝯgeniti ſũt,ꝯſuetudinẽqꝫ traximus ipſos audiendi : et ideo nos non iudicare ipſos audire:quemadmodũ malleatoribus accidit qui cum in cudendo graues ſonos edant,ob audiendi conſuetuetudinem tam graues ſonos non aduertunt. Sed hanc aſſertionem vanã eſſe oſtendimus. ¶Primo. Quia ſi tante molis corpora ſonum ederent,excellentia omnes nature ſonos ſuperaret: et rebus ſenſibilibꝰ violentiam maximã ingereret. Videmus eñ validos ſonos:vt tonitrua,non modo animantium ſenſus corrumpere:ſed et lapides et ſolidiora corpora diffindere. At tale accidens ſenſibilibus rebus haudquaquã cognitũ habemus. Non igitur edunt ſonos. Nõ eñ ſolũ inconueniens eſſet illos non audiri:ſed et ſenſus nihil pati:aut non corrumpi. Et natura melius rebus conſuluit,quod ſonos nõ edant. ¶Secundo. Quecunqꝫ ſonum edunt ſe vehementer collidunt. Aſtra autem cum feruntur : ſe non collidunt ſed feruntur orbi ſuo in fixa:vt malus: puppis:prora:nauis partes : cum nauis in fluuio feratur:que ſonum(immo neqꝫ nauis)non edũt. ĩpoſ'e eñ.quod in lato plagam colliſionemqꝫ non faciente fertur ſonare.quod tamen ⁊ de naue et de eius partibus : ſuis rationibus victi concedere deberent. Non igitur corpora celeſtia et eis infixa ſydera ſonum cauſant et harmoniam.

## ¶Decimum caput.

DEcimum caput continet d̃ ſitu et velocitate motuum celeſtium vnã narrationẽ. ¶Narratio. Orbes celeſtes ordinem adinuicem ex aſtronomia cognitum habent:vt hi ſint priores, illi vero poſteriores : ſunt enim hi poſteriores,ꝗ prime lationi ſunt diſtantiores. Et cu3 prima latio ocyſſima ſit et ſimpliſſima:qui ei ſunt propinquiores:velociore motu ſecu3 rapit: remotiores vero tardiore. Et hunc motui omnes inferiores contra ferũtur:qui ſunt illi prime lationi viciniores, pluri tempore:qui vero ſunt remotiores,minore : et medij medio modo. Et hoc quidem non ſine ratione quod mathematici liquido manifeſtant atqꝫ pãdũt.

## ¶Vndecimum caput.

VNdecimum caput cõtinet vnam concluſione3, duas rationes ad eam. ¶Concluſio. Aſtra ſphericã ſibi aptant figuram. ¶Primo. Quia diximus ea neqꝫ nata neqꝫ apta progreſſioni. At natura nihil irrationabile neqꝫ fruſtra facit.dedit igitur ipſis mole3 ad ſe hoc pacto mouendum ineptiſſimam. Hec aute3 eſt ſpherica:qui ad hoc organum non habeat vllum:ſunt igr̃ mole ſpherica. ¶Secundo. Vt de vno aſtro comperimus,et de omnibus conſimile eſſe exiſtimare equũ eſt. At vero luna per ea que circa viſu3 accidũt.ſpherica eſſe oſtenditur.non eñ fieret cu3 accreſcit atqꝫ decreſcit,pluries quidem corniculata,quam menoeidem dicunt:aut vtrinque curuata et gibboſa, quã Amphytrion nuncupant:ſemel autem eque proportione diuiſa,quam dichotomon vocant:niſi ſpherica eſſet. Et rurſus per aſtrologiam idẽ comprobatur. Non enim ſol cum deliquium patitur, corniculatus appareret, ſi illa ſpherica non eſſet. Sunt igitur et aſtrorum alia omnia ſpherica.

## ¶ Caput duodecimum.

Uodecimum caput conti⸗
net duas qōnes, et earum ſolutiones
¶ Pꝛima qō. Cur motus celeſtiū coꝛ
poꝛum non multiplicentur ſm diſtan
tiam a pꝛimo: ita vt pꝛimū vno ſimpli
ciſſimo, ſm duobus, tertium tribꝰ mo
ueatur, et ita deinceps, ſed accidat oppoſitum, vt. ſ.
ſolis et lune ſphere pautioꝛibus motibus agitentur,
ꝙ aliqua alioꝛum ſuperioꝛū erraticoꝛum aſtrorum.
Uiſa eſt enim aliquando luna dichotomos parte ſui
obſcura martis occultaſſe aſtrum, et illud ex altera
parte lune que erat lucida, emerſiſſe, ⁊ de aliis aſtris
Egyptii ⁊ Babylonii idem obſeruarūt, qui circa hec
depꝛehendenda olim puigilem adhibuerunt: et mul
tam de aſtris traditionem reliquerunt: quod eſt eaʒ
ipſam ceteroꝛum eſſe infimā, indicium. ¶ Secunda
qō. Pꝛopter quid in pꝛima latione eſt tanta ſyderuʒ
multitudo, vt ne Arithmetici quidē ſupputare poſ⸗
ſint: in inferioꝛibus autem vnuʒ ſingulare: vt duo aut
tria in eodē non reperies infixa? Et certe has qōnes
mouiſſe (quas merito difficiles putabunt oēs) ⁊ de
ipſis pauca differere, non temeritati et audacie, ſed
verecundie potiꝰ ⁊ modeſtie dicentis (qui id ob phi
loſophiam facit) imputandum eſt, tametſi paruas de
magnis dubitationibꝰ adducat ſufficientias. Et has
qōnes mouere, ad maioꝛem faciet intelligentiā: et
nihil nobis, cōtemplantibus quicē, ſʒ paruas haben
tibus cauſas, obiret. ¶ Pꝛime ſolutio. ¶ Animaliū
quedam perfecta potiunꝛ ſanitate ſine motu vllo, et
aliqua agitatione: alia vno motu eam aſſequuntur,
vt ambulatione. alia pluribus. vt ambulatiōe, lucta
et pugna. q̄dam vero eam neutiꝙ aſſequi valent vnꝙ
Ita et coꝛpoꝛa hec de quibus inquirimus, ꝙuis in⸗
animata ſint, ea tamen vt vita et actione participan
tia intelligamus. Dicimus igitur ꝙ optime ſeſe ha⸗
bet vita viuens ſempiterna, nullo egēs aut motu, aut
mutatione, et alioꝝ finis. et poſt ipſum, ꝙ vitam illaʒ
vno motu conſequitur: vt qō eſt illi pꝛoximum: dein⸗
de alia que duobus, et alia que tribus. et ſunt aliqua
que hanc amplius nequeunt aſſequi vitam: ſed quan
to optimo fini ſunt pꝛopinquioꝛa: tanto ipſis rebus
melius eſt. hac de cauſa terra nō mouetur, vt que ſit
remotiſſima, neqꝫ vitam neqꝫ operationem agens.
alia poſt ipſam mouentur quidem paucis motibus,
vitam illaʒ non attingentia. alia vero mouentur plu
ribus motibus, et vitam illam ſoꝛtita, ſempiternita⸗
tem ducunt. pꝛimū vero coꝛpoꝛum vno motu eā aſſe
quitur, vt omniū facillime coꝛpoꝛū. Quod enim vno
vitam illaʒ conſequitur, facilius: quod duobus eget
vt conſequatur, difficile: et qō tribus, aut pluribꝰ dif
ficilius aſſequi videtur. et ex animalibus et plantis
hanc queſtionem quodammodo euoluere potes. dif
ficilius enim eſt multa et ſepe, quā pauca et raro re⸗
cte agere: vtputa decies mille aſtragalos Coos ia⸗
cere, difficile: duos autem aut tres, facile. ¶ Secun
de ſolutio. Pꝛima latio rationabiliter hac aſtroꝛum
multitudine decoꝛata eſt. Pꝛimo, quia pꝛima, et vt
aliis vite pꝛincipium, excellentiam ad alias retinēs
Secundo, quia alie lationes in quibus vnuʒ figitur
aſtrum, illam excedunt in motibus, et ipa illas aſtro
rum multitudine ſuperat. Tertio, quia mouet oēs
inferioꝛes ideo infixa ſydera tenet, quo magis illis
diuerſas influat virtutes. Hec et ſimilia de queſtiōe
adduci poſſunt. Que an ita ſint, conſiderationibus
aſtrologicis relinquenda ſunt.

## ¶ Caput. xiii.

Ertium decimū caput con
tinet duodecim antiquoꝝ de ſitu, mo
tu, figura et quiete terre opiniones,
rationem ſecunde, et ſeptime diſſolu
tionem, none tribꝰ rationibus impꝛo
bationeʒ, vndecime quinqꝫ, et duode
cime quinqꝫ. ¶ De ſitu, motu, figura et quiete terre
duodecim opiniones. ¶ Pꝛima eſt ponentium mun
dum eſſe finitum, et terram eſſe in medio ſitā. ¶ Se
cunda eſt quoꝛundam qui circa Italiam habitantes
ſe Pythagoꝛicos appellabant, dicentium terrā non
eſſe in medio, ſed ignem, terram vero eſſe vnū aſtro⸗
rum circulariter motum, ſuo motu noctem et diē effi
ciens: cui ſit altera oppoſita terra, quam antichtho
na vocant. et apparentia non curant. Quod ignis ſit
in medio, his inducebantur rationibus. Pꝛima. No
bilioꝛi coꝛpoꝛi debetur nobilioꝛ locus. ignis autem
terra nobilioꝛ eſt. ipſi igitur debetur nobilioꝛ locus.
At medius locus extremis nobilioꝛ eſt. eſt igꝛ ignis
in medio. Secunda. Pꝛincipaliſſimum coꝛpoꝝ ma⸗
xime decet conſeruari. ignis autem pꝛincipaliſſimꝰ
eſt. decet igiꝛ ipm maxime conſeruari. conſeruabiꝛ
aūt optime in medio. eſt igiꝛ ignis in medio. Et hinc
fit vt ignē vocent carcerē Iouis: qō in medio vndiqꝫ
circūcluſus circūſeptuſqꝫ exiſtat. Sʒ fallunꝛ Pytha
goꝛici, idem credentes mediū magnitudinis, et na
ture, vt ſtatim compertum habemus in animalibus
non eſſe idem animalis magnitudinis mediū, et vir
tutis. Sed medium mundi natura et virtute, eſt po
tius circa celum quā in centro: et illic eſt ignis, et il
lic maxime conſeruatur, et terra in cētro (qō magis
vltimo aſſimilatur ꝙ pꝛincipio) illic continetur, et fi
nitur a circūſtantibus. Continens autem et finiens,
honoꝛabilius cōtento ⁊ finito. Eſt enim continens et
finiens vt foꝛma, contentum vero ⁊ finitum vt poten
tia. ¶ Tertia eſt dicentium quandam terram eē in
medio. ferri circa medium, et eſſe aliam terram ex
oppoſito (quam etiam antichthona dicunt) que cir⸗
ca medium fertur. ¶ Quarta eſt dicentium plures
eſſe terras, hanc in centro, illā toto hemiſpherio di⸗
ſtantem: cū qua pariter circa mediū plurima circū⸗
feruntur coꝛpoꝛa, q̄ ꝓpter ipam a nobis percipiunꝛ.
et hinc nobis toties apparere lune defectus ⁊ decre
menta. ¶ Quinta eſt aſſerentiuʒ eſſe vnam terram,
et continue circa ſtatutum et imobilem poluʒ circū⸗
ferri, et hec ſcripta eſt in timeo. ¶ Sexta eſt dicen⸗
tium terram eſſe ſpericam. ¶ Septima eſt coꝝ qui
dicunt eam figura tympanilem, argumento vſi, qō in
oꝛiente ⁊ occidente videtur ſolis abſcindere poꝛtio
nes ſm rectam. Secundo quia hec figura aptioꝛ eſt
ad quietem. Sed falluntur. Hoc enim non ideo eſt,
quia tympanilis aut lata exiſtat qō videanꝛ poꝛtio⸗
nes ſm rectam abſcindi, ſed hec faciunt videri diſtā
tia et circuloꝝ magnitudīes. Pars enim circuli a lō
ge viſa, etiam parui, recta apparet: et magni circu⸗
li pꝛemagna curuatura, apparet et recta. ¶ Octa⸗
ua eſt Xenophanis Colophonii putantis terrā quieſ⸗
cere, et manere imobilem, quod deoꝛſum craſſitudi
nis ſit infinite. Ingerebat enim hoc ſolutionis diffi⸗
cultatem, ꝙ ſi parum terre ſuſtollatur, non vult ma⸗
nere, ſed ſe deoꝛſum pꝛecipitat et demergit: ⁊ ſi ma
ius, velocius: quare foꝛtiꝰ et tota, niſi ꝓfunditate in⸗
finita, vt baſe, ne rueret defenderetur. Sed hoc di⸗

cto Empedocles attonitꝰ:qui hec aſſerunt increpat
tanq̄ vana locutos:et de vniuerſa nā parū cognoſcē
tes.¶Nona eſt Thaletis Mileſij ponentis terram
quieſcere,quia ſuper aquam natet:quemadmodum
lignum ſuper aquam aut aliquid ſimile non deſcēdit
ſed ſtat:ita aque:terre caſum prohibent.Sed id ir-
rationabiliter dictum.¶Primo,quia eandez relin-
quit difficultatem,a quo ſuſtineatur aqua.¶Secun
do,Quia quanto aqua aer eſt leuior:tāto terra gra
uior eſt aqua,non igitur aqua defendit terre caſum
vt neqꝫ aer caſum aque. ¶Tertio. Quia videmus
paruam terram per aquaz cadere:et quanto maior,
tanto velocior.non igitur prohibet totius terre ca-
ſum.Inquirebāt enim vſqꝫ ad aliquid,ſed inſufficiē
ter.Omnibus enim nobis hoc conſuetū et cōmune
eſt,hactenus de aliquo inquirere,quouſqꝫ contradi
ctionibus ijs que aduerſarijs videntur,ſatiſfactio fi
at,et non quantum dubitari natura requirit.At ve-
ro bene inquirentem non hoc modo curare oportet
ſed ex proprijs in rei queſite venire deprehenſionez
¶Decima eſt Anaximenis,Anaxagore ⁊ Democri
ti,dicentium tere latitudine terram a precipitio tu
tam eſſe.Primo,quia eius latitudo ipſam aerem di
uidere non permittat.Secundo.hac de cauſa vali-
de ventis obſiſtit.Tertio:quia non habet aer locum
quo cadere poſſit.vnde fit vt terra cadere nō poſſit:
quemadmodum neqꝫ aqua in clepſydris.Sed ſi he
rationes valerent,propter eandem cauſam ipſa exi
ſtente ſpherica maneret:quod poſtea falſum eſſe oñ
detur. ¶Undecima eſt Empedoclis,quietis terre
cauſam aſſignantis velocem celi circumgyrationez
vt que motum terre prohibet:quemadmoduz aque
ī vaſe velociſſime in aere circūgyrato,ea cita gyra
tione defenditur effuſio. Sed hec aſſertio inualida
eſt.¶Primo: Quia querendum eſt ab eo,an terre
ſit aliquis motꝰ:et ſi ſit aliquis,an naturalis,aut vio
lentus.Si non eſt naturalis:neqꝫ erit violentus vllꝰ
et ſi neqꝫ vi neqꝫ natura motum ei aſſignauerit:om̄i-
no non mouebitur:quare neqꝫ quieſcet,hec prius co
gnita ſunt:Et ſi dicit,natura fertur ad mediuz,neqꝫ
motus neqꝫ quies violenta erūt.quare circūgyratio
ponenda non eſt,vt illic quieſcat.Ut enim motus na
turalis,et motus violentus:ita quies naturalis atqꝫ
violenta eſt.Et ſi circūgyratione ad medium vene-
rit,et illic violenter quieſcet.ſꝫ vbi natura quieſcet?
¶Secūdo.Quia ſi vi feratur et quieſcat in medio
aliquo alio natura feratur et quieſcat neceſſe ē.Aut
igitur hoc erit ſurſum,aut deorſuz,aut vbicūqꝫ aliu
bi.Si ſurſum,vt aer ſupra nos exiſtens nō prohibet
lationem ſurſum:neqꝫ prohibebit aer qui ſubter eſt,
eam q̄ deorſum eſt,quo minus feratur. Eorundē eni
et conſimilium eedē et conſimiles ſunt cauſe.¶Ter
tio.Dicat Empedocles,priuſq̄ lis diſſociaſſet elemē
ta,quomodo terra quieſcebat?non enim erat tunc cir
cūgyratio aliqua.Cauſa igitur quietis terre vniuer
ſalis aſſignari non poteſt velox citaqꝫ circūgyratio.
¶Quarto.Quia partes terre feruntur ad mediū,
et omnia grauia ad terram:cuius cauſam aſſignare
non poſſis circūgyrationem.¶Quinto.Ignis fer-
tur ſurſum natura:et non propter gyrationem: igit̄
et terra ſimiliter deorſum.Non em̄ dicere poſſis gy
ratum,graue et leue determinare.ſed hec natura d
terminata ſunt:vt hoc ſurſum euolet:illud ꝺo in imū
conetur,Non igitur terra permanet immota ob ve
locem(vt vult Empedocles)celi gyrationē. ¶Duo
decima eſt Anaximandri terram quieſcere perhi-
bentis,quia equaliter ſm̄ ſui ambitum ſe ad extre-
ma habeat.quare vt eque libratam,non plus ad hāc
quam ad illam eam ferri contingit.vnde hac de cau
ſa quieſcit.Sed q̄ id non verū ſit(q̄uis ſuaſibilitatē
aliquā hēat)dep̄hēdit̄.¶Prio.Qr hac rōne q̄cq̄d ī
medio locaret̄ quieſceret ignis igr̄ ī medio q̄eſceret
qd̄ falſum eſt:quare et id ex quo ſequit̄.¶Secundo
Terra non modo quieſcit in medio,ſed et fertur ad
medium naz quocunqꝫ feratur terre particula,illuc
et totam terraz ferri neceſſe eſt:et quicquid natura
locus partis eſt,et totius natura idem erit.Non igr̄
quieſcit propter extremoruz equidiſtantiā.¶Ter-
tio.In conuenienſeſt querere cur terra īmota ma-
neat ī medio,et nō cur ignis in ſummo.qui ſi illic na
tura ſtet,et eodem iure terra ſtabit in medio.Conue
nit enim vtriqꝫ vt ei aliquis natura locus.¶Quarto
Simile eſt dicere terram in medio quieſcere ꝑpter
ſimilitudinis neceſſitatem: ac ſi dixeris quod eque
vbiqꝫ extenſum fuerit(vt de capillo quem tricha
Greci nominant:dicitur)frāgi,diſſoluiqꝫ non poſſe,
vt vehementer eſurientem,et tantundem ſiticuloſuz
a cibo et potu equidiſtantem, fame et ſiti interitum
ire.¶Quinto. Irrationabile eſt inquirere quietis
terre cauſam in imo, et mentionem nullam de motu
eius in imum facere,an vi,an natura fiat:quod facit
Anaximander. Deprehendendo enim cauſam cur
ignis ſurſum, et quomodo ſuſtollatur: protinus cur
ſurſum quieſcat,cognoſcitur ceuſa: ita deprehenſa
cauſa cur et quomodo terra dimergitur in imū,pari
ter cauſa ſue quietis in imo deprehenſa eſt. Et ratio
ipſius de ſimilitudine inualida eſt: vt de igne poſito
in medio,capillo equaliter tenſo,eſuriente,et ſitien-
te refellere promptum eſt.Et ſicut ignis ſi eſſet ī me-
dio: conſimiliter ad extrema ſe habens euolaret ad
ſummum,non forte totus ad vnam partem, ſed par
tes ad ſibi proportiōatas partes,vt quarta vna huc,
altera illuc:ſic et de terra eſſet:et a loco illo propter
ſimilitudinis rationem(quemadmodū et ignis)emo
ueretur,niſi eius locus eſſet,et in eo natura quieſce-
ret.Et licet id verū ſit,ipſam ad extrema conſimil̄r
ſeſe habere:non tamen verum eſt eam hac de cauſa
in medio quieſcere: ſed hoc accidit.

## ¶Caput.xiiij.

DEcimum quartū caput cō-
tinet tres concluſiones,quattuor ra-
tiones ad primam,duas ad ſecundā,
et quattuor ad tertiam.¶Prima cō
cluſio.Terra in medio non circulari-
ter mouetur,circa polum vnum reuo
luta. ¶Primo. Quia aut id natura eſſet,aut vio-
lenter.Non natura,quia idem eſt totius et particu-
larum motus:partes autem om̄es ad medium recta
feruntur.Neqꝫ ita violenter. Nam nullum violentū
perpetuum:mundi autē ordo ſempiternus ē.¶Se-
cundo. Quia omnia circulariter mota intra primā
lationem pluribus mouentur motibus: mouerentur
igitur et terra pluribus:quod ſi ita eſſet, aſtrorum
fixorum nobis fierent diuerſiones, neqꝫ nobis ſemꝑ
ſecundum idem oriri(quemadmodum ſemper eue-
nit)apparerent.¶Tertio quia latio partium ⁊ totꝰ
terre naturaliter eſt ad totius medium : non igitur
circunfertur in medio nam ſimplicis corporis vnus
debet eſſe motus natura ſimplex.¶Et ſi queras,quā
do terra eſt in medio,et idem fuerit eius centrum,
et totius centrum,an partes terre et grauia alia fe-

rentur ad medium:quia terre,an quia totius. Hoc
eſt quia totius:et quia terre peraccidens. Accidit
enim idem totius ⁊ terre eſſe medium.Et quod gra
uia moueantur ad medium,ſignum eſt,quia procū⸗
bunt ſemper ad angulos pares:tendunt igit̄ ad vnū
centrum omnia.¶Quarto experientia cognitum ē
graue ſurſum ſecundum regulam proiectum, ſemp̄
ſecundum regulā recidere,quantūcūqꝫ vi et quoti⸗
eſcūqꝫ id factū fuerit.nō igit̄ terra circulariter mo
ta eſt.¶Secunda.Terra quieſcit in medio. ¶Pri
mo.Quia vt ignis ex omni parte euolat a medio ad
extremū:ita ex oī parte(ſi extra poſita fuerit)terra
fertur ad mediū:⁊ nunꝙ̄ a medio,niſi vi pultrice ps
aliqua terre quantulacumqꝫ moueretur,quare tan⸗
to minus et tota terra,quieſcit igitur natura in me
dio:corporis enim ſimplicis tantum vnus eſt ſecun⸗
dum naturam motus. Motus autem a medio,et
ad medium,contrarij ſunt. Secundo mathematici
aſtronomici volentes aſtrorum motum et ſitum iu⸗
dicare,ponunt terram in medio quieſcere:quieſcit
igitur terra in medio.¶Tertia.Terra ſpherica eſt
¶Prio. Quia quelibet pars terre grauitate ſua
tendit ad mediū:et que maior eſt,indecliue deſcen
dit:et minorem pellit,quouſqꝫ equata tumorē relin
quat,atqꝫ omnes a medio equidiſtent,hoc aūt eſt fi
gurā habere ſphericam.Et hoc idē quidā phyſiolo⸗
gorū aſſeruerunt:ſed terram ad mediū violētia fer
ri:nos vero natura.dixerunt enī ex omni extremorū
parte ⁊ equaliter partes terre in medio medium la
tas. ¶Sꝫ dubitant,ſi poſita ſit terra in medio, que
in vniꝰ ſuorum hemiſpheriorū medietate duplā reti
neat grauitatē,an terra illa mouebit̄ a medio:fietqꝫ
centrū eius alterū:et totius cētrū, Nos vero dicimꝰ
terram euſqꝫ natam moueri,quouſqꝫ centrum eius
cum centro totius ſimul ſit:et nō amplius:neqꝫ opor
tere quālibet partem centrū attingere.Quod qdē
fit aut minoribus partibꝰ a maioribꝰ pulſis:aut ter⸗
ra(vt aiunt)hoc ⁊ per ſegregationē genita:et ex oī
extremorū parte partibus in medium latis:ita vt
ſit facta terra:et figuram ſphericā retinens.Secū⸗
do omnia grauia ad angulos pares ſpherales,et nō
iuxta ſeinuicem et equi diſtantes lineas procūbunt:
igitur nata ſunt corpus efficere ſphericum.Et igitur
terra ſpherica:aut natura ſpherica.nos enī hic talē
terrā probare intendimꝰ qualis ſuapte natura exiſte
ret.et nō qualis vi et preter naturam exiſtat.¶Ter
tio.Luna cum clipſim patitur,ſemper curuā hꝫ ſecā
tem lineam: vt illam ex globo recipiens:atqui talis
eclipſis fit terra ſoli ⁊ lune interueniente media.Eſt
igit̄ ſignū,terrā(qui ſit ſpherica)illius apparentie
eſſe cauſam. ¶Quarto.qꝛ pcedentibꝰ nobis parū
ab arcto ad meridiē.fit nobis nouus circulꝰ horizō:
et ſtelle nobis apparere incipiunt:que ſemp̄ occultā
tur arcton:vt in Aegypto:et Cypro nōnulle appent
ſtelle que in arcticis regionibꝰ ſempiterne occulta⸗
tionis exiſtunt:et contra in arcticis:q̄ ſemp̄ in Aegy
pto et Cypro lateant.Id igit̄ ſignū,non mō terrā eē
ſphericā:ſed relatione ad aſtra facta eſſe paruā.Si
enī magne notabiliſqꝫ molis exiſteret:non ſtatim no
bis paululū tranſlatis fierent he occultationes:⁊ no
ue aſtrororū viſiones.Et qō ſit exigue molis:ſentiūt
dicunt ad celumnas vſqꝫ Herculeas ſeſe porrigere
mare indicū,inter orientē ſolem ſolēqꝫ occiduu in⸗
terceptū:et illic:vt apō Indos,gigni elephātes.qō
loca hec vt vicinitatis affinia,conſimilē participent
naturā.Teſtātur itidem Mathematici,terre mag
nitudinē ratiocinatione perquirentes:cui ambitum
aſcribūt quadraginta ſtadiorū myriadas: aſtris ve
ro maiorem.Unde fit eorū aſſenſu non ſolū terrā eē
ſphericā:ſed ad aſtra cōpatione ſumpta, modiculā
eſſe.Sed de his hactenus.

## ¶ Tertius Liber de Celo.

## ¶ Caput primum.

TErtius liber de Celo
et mundo continet octo capita
¶Primū vnā diuiſionem, vnū
corollariū,quinqꝫ antiquorum
opiniones,vnam concluſionem
et nouem rationes ad ipſam.
¶Diuiſio.Expedita de primo
ſimplici corpore determinatio
ne:vt celo.ipſiſqꝫ affixis et in eo latis ſyderibꝰ,cuius
nature ſint.et qualia,quodqꝫ ingenita ſint,atqꝫ icor
ruptibilia,noſſe oportet eorū que ſecundū naturam
ſunt,hec eſſe ſubſtātias,vt ſimplicia,celū, ignis,aer
aqua,terra,eorū partes:et quecūqꝫ ex ipſis conſtāt,
vt animalia plante:et metalla. hec operationes . vt
predictorum motus , generationes , corruptiones,
auctiones.diminutiones,alterationes,et ſecundum
eorum naturam propriamqꝫ virtutem lationes.hec
autem paſſiones quedā,vt predicta : et eorum apte
quantitates,affectioneſqꝫ.¶Corollarium.Quo fit,
vt nature plurima determinatio circa corpora atqꝫ
magnitudines verſetur.¶Nā omnis naturalis ſub⸗
ſtantia aut corpus eſt:aut non ſine corpore,magnitu
dine ve gigni contingit:vt cōtemplanti determina⸗
tionem quam exegimꝰ de natura quam manifeſtiſſi⸗
mum eſſe poteſt.Et quia de celo ſatis expeditum pu
tamus quale natura ſit,ꝙ ingenitum ſit, atqꝫ incor⸗
ruptibile:nūc ad reliquorū duorū generū grauis ſci
licet atqꝫ leuis determinationem explenda nos con
uertamus: et pariter an gn̄atio et corruptio ipſis:
cōpetāt ⁊ pfecto aut nihil ē gn̄atio aut ſolū i pſis q̄ ex
ipis ꝯpata ſūt: congruere pōt.Sꝫ q̄d ſenſerint an
tiqui:nūc videamꝰ.¶Quinqꝫ antiquoꝝ opiniones.
Pria ē Parmenidis et Meliſſi,gn̄ationē ⁊ corrup
tionē eſſe negantiū :neqꝫ enī quicꝙ̄ gigni:quicꝙ̄ue
corrūpi poſſe putabāt,ſed dūtaxat nobis ita videri.
Nonnulla enim preclare aſſerebant : eſſe.ſ.quedam
entia ingenita,incorruptibilia ,atqꝫ īmobilia: a qui
bus(ꝙ ſenſibilia eſſe putabant)ad hec caduca ſe cō
uertentes,ꝯſimilia de ipſis aſſerebāt.Sed hec phy⸗
ſica contemplatione non moliebantur. Contēplari.n
an einſmodi nature ſint entia,īmortalitatis ſorte po
tita,ſuperioris philoſophie eſt,et primi atqꝫ ſupre⸗
mi philoſophi.¶Sēcunda eſt huic prime contraria
oīa genita eſſe atqꝫ corruptibilia,nihilqꝫ omīno in
genitum,et nihil interitꝰ obituſqꝫ:īmune ſemp̄ ma⸗
nere,ſed aliquando caſurum.quod ſenſiſſe videtur
Heſiodus,et q̄ ſue appropinquant ſententie.¶Ter
tia eſt dicentium oīa genita eſſe:ſed genitorum nō
nulla incorruptibilia manere.¶Quarta eſt Hera⸗
cliti Epheſij,oīa continuo fluxu rapi dicentis,et ni
hil fixū,nihil iuge,permanenſqꝫ manere,preter vnū
quiddā(id enim ignem eſſe aiebat)ex quo oīa fie⸗
rent,gignerentqꝫ.¶Quinta eſt aſtruentiū oīe cor
pus generabile diſſolubileqꝫ eſſe.generabile quidē
ex ſuperficiebꝰ,atqꝫ in ſuperficies reſolubile. Con
cluſio.Corpus ex ſuperficiebus cōpoſitum abire nō
poteſt. Primo.Quia qui id aſſerunt, plurima ijs

que in diſciplinis cōperta ſunt, contraria dicūt. Aut
igitur a propoſito reſipiſcant, aut fortioribꝰ et valē-
tioribꝰ ratiōibꝰ (quales nō ſunt ſue imbicilles ſuaſiū-
cule, quod moliuntur efficiant. ¶ Secundo. Idem
ſubit iudicium corpora ex ſuperficibꝰ cōpingi. ⁊ ſu-
perficiem ex lineis et lineam ex punctis abire cōfla-
tam. Atqui prius in ijs qui ſunt de motu demonſtra-
tum eſt id eſſe non poſſe: nullāqꝫ magnitudinē ex in-
diuiduis et inſecabilibus cōflari poſſe. Igitur neqꝫ
corpora ex ſuperficiebꝰ conflabuntur. ¶ Tertio. Si
corpora ex ſuperficiebus et linee ex inſecabilibus li-
neis cōponerent, impoſſibilia ſequuntur. Ponit enī
mathematicus magnitudinē in infinitum partitione
decreſcere: nullā aūt appoſitione in infinitum auge-
ri. nunc aūt oppoſitum in natura eueniret. in infinitū
enī, ꝙ decūberet ad minima, decreſcere non poſſet:
addi aūt ſemper aliquid poſſet. ¶ Quarto. Multa
ſunt in natura: que in indiuiſibili ſubſiſtere nequeūt:
vt paſſiones. Sūt enī diuiſibiles dupliciter. vno mō
ſecundum ſpeciem: vt color in albedineʒ atqꝫ nigre-
tiem: altero vero ſecundum accidens: vt quod ei qō
diuidi poſſit, inexiſtant. Non itaqꝫ linea ex pūctis ſu-
perficies ex lineis: et corpus ex ſuperficiebꝰ abibit
compoſitum. Et qō paſſiones ille indiuiſibili non ſub-
ſiſtant, vt exempli cauſa grauitas et leuitas: amplius
oſtendo. ¶ Primo. Nam quicquid eſt graue, graui-
tas aliquo eſſe neceſſe eſt: et quicquid leue: aliquo le-
uiꝰ. Non tamen contra (vt vti conſueuerunt vocabu-
lis) eſſe oportet. vt quicquid grauius graue, ſit: ⁊ qc-
quid leuius: leue, vt neqꝫ quicquid maius eſt, ſimpli-
citer magnū eſſe oportet, ſunt enī multa ſimpliciter
parua, que alij, vt ſuis partibus, maiora dicunt. Sʒ
hanc ſignificationē (ſi gratū eſt) miſſam faciamꝰ: ſitqꝫ
quicquid grauius eſt, grauitate graue. ipſum ſiqui-
dem diuiſibile eſt in exceſſum. et id quo excedit. Si
igitur punctū graue eſſet: et ipſum diuideretur. hoc
aūt impoſſibile. Et ſi punctum nullum graue ſit: neqꝫ
linea ex ſolis coalita et conflata punctis: et ſi non li-
nea nec ex lineis digeſta ſuperficies. Et ſi non ſuper-
ficies: ita quoqꝫ neqꝫ ex ſuperficiebus coalitum conſ-
tituumqꝫ corpus. Qui enim fieri poſſit, vt totū gra-
ue ſit: cuius partium nulla grauitatis ſit particeps.
¶ Secundo. Omne graue denſum eſt: et omne leue
rarum. Denſum autem a raro differt: quod ſub eq̄li
mole plus habeat potentie. quod aūt tale eſt: euadit
diuiſibile. Si itaqꝫ punctum graue ſit: aut leue, abi-
bit diuiſibile. quod impoſſibile eſt. ¶ Tertio Omne
graue, molle eſt: aut durū. Molle aūt eſt quod eſt in
ſeipſum cedens: quod autem in ſeipſum cedit, diuiſi-
bile eſt. Ita ſi punctum molle eſt, diuiſſibile eſt: ⁊ ita
ſi durum eſt. Nam durum et molle oppoſita ſunt etq̄
circa idem fieri nata ſunt. ¶ Quarto. Quia graui-
tas non euadit ex non habentibus grauitatē: quod
tamen contingeret. Sed quomodo determinabunt
ex quo grauitatum expertibus cōſurgat grauitas
⁊ cōſurgere nequeat. Enimuero ipſis vel fingere vo-
lentibus promptū non ſit. ¶ Quinto in eodē graui
quod ex pluribus cōſtat grauius eſt. hoc ⁊ ipi admit-
tunt: quod autem graui grauius eſt, ipſum graue eē
neceſſe eſt. quemadmodum quod albo albius eſt: et
ipſum album eſſe oportet. Maius igitur vno punc-
to (qō pluribus conſtet conſimilis grauitatis) gra-
uius eſſe neceſſe eſt. Dempto igitur equali graui. q̇
ſuper eſt punctus grauitatem habebit. non enī gra-
ui grauius exiſtebat. niſi grauitatis exceſſu. hoc au-
tem modo oſtenſum eſt eſſe non poſſe. ¶ Sexto. Si
corpora conflarentur ex ſuperficiebus (vt aiunt) et
ſuperficies ex lineis: linea linee componeretur ſecū-
dum longitudinem et ſecundum latitudinem oppo-
ſita. cur itaqꝫ non companatur ſuppoſita (nulla poti-
or ratio videbit) Quod ſi ita fuerit. dabitur corpꝰ qō
ex ſuperficebꝰ (quas ponunt elementa) non conflabit
vt eſto a linea: que longa eſt: cui cōpono lineam c ſe-
cundum latitudinem: erit, itaqꝫ a c longum et latuʒ
et linea. a. compono lineam b. ei ſupponendo: que
ideo cū a videtur facere profundū. Erit igit a c b lō-
gum, latum et profundū quare corpus non tamē ex
ſuperficiebus conflatum. ¶ Septimo. Timeus, ſu-
perficierum multitudine corpora grauiora dtermi-
nat. Sed qua ꝓportione corpora ad ſuperficies
reſpondent, eadem ſuperficies ad lineas et linee ad
puncta quare pari proportione hec grauitatem ha-
bere continget. Et ſi ita eſſe non poneret: ſed graui-
tatem in terra leuitatem vero in igne: difficultas vr-
get hanc ſuperficierū grauē eſſe, et illam leuem, que
conſimilia ponit elementa. ¶ Octauo. Nullam mag-
nitudinem continget eſſe diuiſibilem. aut futurū eſt
omnia eē puncta: qua enī ratione in hec diuides: illa
iterū diduces, quouſqꝫ ad ſuperficies deuentum ſit.
Et ſuperficies eodē iure abibūt in lineas: et linee in
puncta tandem cōſummabuntur: et oīa puncta erūt.
¶ Nono vt eſt de magnitudine, ita quoqꝫ de tpe eue-
nire, par conſentaneūqꝫ eſt Si itaqꝫ magnitudo ali-
quando abitura eſt in puncta: et non magnitudines
et tp̄s in nunc et non tp̄a reſolubile eſt. Id ꝑfecto eē
non poteſt. Et eadem incōmoda non nullos aliorum
Pythagoricorum ſecuntur, qui celum et naturalia
corpora ex numeris conſtituunt: habent enī nature
corpora grauitatem et leuitatem. vnitas aūt adinui-
cem compoſitū, neqꝫ corpus efficere poſſe, neqꝫ gra-
uitatem leuitatēue vllam habere videntur.

## ¶ Caput ſecundum.

SEcundum caput continet
quinqꝫ concluſiones, tres rationes: ⁊
vnum corollariū ad primam, tres ra-
tiones, et vnum corollarium ad ſecun-
dam. vnum corollariūm ad tertiam,
duas rationes ad quartam: et duo co-
rollaria ad quintam. ¶ Prima concluſio. Simplici-
um corporum aliquem natura motum eſſe neceſſe ē.
¶ Primo. Quia queciīqꝫ mouentur, motum propri-
vm et ſecundum naturam, aut vi preterqꝫ naturam (
quod idem eſt) habere neceſſe eſt. Simplicia autē
corpora, mota conſpiciuntur. habēt itaqꝫ motū, aut
natura, aut preter naturam. Atqui ſi confitebere ip-
ſa motum preter naturam habere: et eadem ſecun-
dum naturam aliquem habebunt: vtpote qui prior
vnus. et ſimplex exiſtat: preter naturam aūt. poſteri-
or, et multi. Unumquodqꝫ enim etiaʒ multos preter
naturam ſuſtinet: ſecundum naturam autem vnum
ſolum. ¶ Secundo. Quicquid quieſcit: aut vi, aut
natura quieſcat opʒ. Et vbi vnūquodqꝫ vi quieſcit, ⁊
vi quoqꝫ fertur in illud. vbi autem naturam, itidem
et natura fertur in illud. Videtur autē in medio ali-
quid natura manere. natura igitur fertur ad mediū
ſi aūt illic quicquam vi quieuerit: ipſum prohibet ali-
quid illinc emicare: inqꝫ ſuum locum ſeſe protinus
reſtituere. ¶ Tertio. Si quieſcentia rimaberis, aut
tandem ad vnum natura quieſcens decumbes, aut
in infinituʒ progredieris. quod enim preter naturā
eſt, ad aliquid ſecundum naturā reducere oportet.

Sed eſto dicas cum Empedocle terram rapida ce
li vertigine,velociſſimaqꝫ illa circũgyratione vi qua
dam ſuſtineri atqꝫ quieſcere:ergo aliquo moueri na
ta eſt. Ceſſante enim circũgyratione (a qua coacte
fulcitur,ſuſtentaturqꝫ) moueretur.et non in infinitũ.
Nihil enim impoſſibile,fieri natum eſt. Infinitũ au
tem tranſilire ſpacium,impoſſibile eſt.eſt igitur na-
ta alicubi tandem natura manere. Ad illum igitur
locum,quiſquis is ſit,naturalem motum habet.nam
(vt dictum eſt) vbicunqꝫ quicq̃ natura quieſcit,et in
idem natura ferri contingit.¶Corolariũ. Quapro
pter minime Democriti et Leucippi ſententia ꝓbã
da eſt,corpora moueri in vacuo,pariter ⁊ moueri in
infinito. Nam id docere debuerunt,quiſnam ipſorũ
in vacuo,et in infinito motus,quis ſecundum naturã
et quis preter naturã. Si enim (vt aiunt) alterũ ab
altero violentia pellitur,ipſis alterum motũ natura
conuenire neceſſe eſt:et primum mouentẽ non vi mo
uere (mouet enim ſempiterne) et primum motũ nõ
preter naturam eſſe.eſt enim ſempiternus. Et ſi non
primum mouens ſecundum naturam dederint,violẽ
tia mouentium ſeries:vt nullibi tandem caſura, infi
nita procedet.¶Secunda concluſio. Necqꝫ ſtare po
teſt Timei ſententia, elementa ipſa ſeſe inordinate
agitaſſe priuſq̃ mundi opifex mundum ipſum condi
diſſet.¶Primo. Quia aut is inordinatus motus na
turalis erat aut iniuria,preterqꝫ naturã factus. Si
naturalis,mundus igitur erat anteq̃ conditus fuiſſẽ
tunc enim primum mouens natura mouiſſet.et gra-
uia ad mediũ depreſſa fuiſſent:et leuia a medio emi
caſſent,que mundi iã facti ordinatio eſt.fuiſſe itaqꝫ
mundus. Liceret et querere an illa motus inordina
tione potuiſſent necne in talem mixtionem cõtempe
rantiamqꝫ incidere, qualia videmus nunc corpora
facta,vt oſſa,carnes,et neruos ad inuicem compa-
ctos,quemadmodum canit Empedocles/cum mul
ta capita ſine ceruice et ſine corporeo trũco iacerẽt,
amicitia factum fuiſſe. Si ita fateamur,et animalia
et planete illic erunt.quare mũdi ordinatio.aut hec
vniuerſali precurrent mũdo.¶Secundo. Qui aiũt
infinita inordinato motu ferri in infinito,aut vnũ ip-
ſorum motum faciunt.ſi ita;et omnia vna latione fe-
runtur,et non inordinata. Sin minus, infinite erũt
lationes.quod eſt impoſſibile.enim finite:ordo dabi
tur aliquis. Non enim quod non ferantur in idem in
ordinatio dicitur:quemadmodũ et nunc mundo (vt
videmus) perpulchre ordinato,non om̃ia feruntur
in idem.ſed ea que conſimilis congeneeqꝫ ſunt natu
re. ¶Tertio. Inordinate,nihil aliud quicq̃, quam
preter naturam eſſe videtur. ordo enim ſenſibilium
vniuſcuiuſqꝫ propria natura eſt. Atqui incõmodum
eſt infinito motu longiſſimoqꝫ tempore preter natu
ram quicquam motum fuiſſe,quin potius nature he
conditiones competũt.eſſe itaqꝫ potius inordinatio
ſecundum naturam,vt que infinito longiſſimoqꝫ tem
pore fuerit:ordinatio autem preter naturam quid
q̃ ſit abſurdum/ipſi viderint. ¶Corolarium. Quo
fit vt ob idipm Anaxagoras belle excogitaſſe videa
tur mundum ex immobilibus primum inchoatũ fuiſ
ſe.¶Tertia concluſio. Et ſi aliqui ex ſegregatis mo
tum admittant,generationem tamen non inueniunt
rationabilem. Nam celum ipſum ſegregatiõe:vt qđ
delituiſſet imerſum:rationabiliter generare neque-
unt.¶Corolarium. Ob id itaqꝫ ipſum Empedocles
celum non ex ſegregatione gigni voluit,ſed ex ſe-
gregatorum iterum congregatione. Confinxit enim
amicitiam,que quedam ab vno (vbi omnia congre-
gata fuerant) diſſociante lite,diſcollecta iterum col
ligeret,conueniret,atqꝫ congregaret.ſicqꝫ genitũ
factumqꝫ fuiſſe celum. ¶Quarta. Quod ſurſum
aut deorſum mobile eſt,ipſum aut leue aut graue eſ
ſe neceſſe eſt.¶Primo. Sit.a.nõ graue.b.vero gra
uitatem habens. feranturqꝫ ſimul deorſum, ſi fieri
poteſt:abſoluatque.b.ſpacium.d.e.in tempore.f In
eodem tempore.a.aliquid ſpacij.d.e.abibit. ſitque
d.g. Diuido enim grauitatem.b.ſumoque partem,
que ſic ſe habeat a.d.g.ſicut totum.b.ad.d.e.id enĩ
poſſibile eſt. Cum itaque.b.per totum.d.e.mouere-
tur,pars ea (quecunqꝫ fuerit) ſolum per.d.g. moue-
bitur,et per idem ſpacium.d.g.et in eodem tempo-
re poſitũ eſt.a.moueri.feruntur igitur deorſum per
equale,et in equali tempore,non graue,et grauita-
tem habẽs:quod eſt impoſſibile.et ita de leui (ſi gra
tum eſt) argumentetur. ¶Secundo. Si quid mo-
ueatur quod neque leuitatem neque grauitatem ha
beat,mouebitur vi,et infinita velocitate:aut graue,
et grauitatis leuitatiſqꝫ expers equale et inequali
tempore abſoluunt.ſit ita que.a.non graue et.b.gra
uitatem habens,et moueatur.a.per ſpacium.d.e.et
in eodẽ tempore.vt verbi cauſa.f.virtus aliqua pel
lat.b.grauitatem habens:ſpacio.d.g.quia ſi aliqua
potentia maius in aliquo tempore et aliquanto ſpa-
cio moueat,eadem potentia in eodem tempore ma-
iore ſpacio pellit minus. Diuido ergo graue.b.ca-
pioque partem quancunque:que ſic ſe habeat ad po
tentiam motricem ipſius.b.ſicut.d.g.ad. d.e.quia
potentia data mouet.b.per ſpacium.d.g.in tempo-
re.f.eadem potentia mouebit partem illam grauita
tis participem in eodem tempore,et toto ſpacio.d.
e.et in eodem tempore et ſpacio ferebatur.a.neque
leue aut graue.quare graue,et grauitatis leuitatis
que expers,equale et in equali tempore abſoluunt.
quod eſt impoſſibile. Et ſi.a.iterum infinito motu fe-
rebatur graue infinito motu, et eodem ſpacio fere
batur, quorum vtrumqꝫ impoſſibile eſt. ¶Quin-
ta. Aliquis motus natura,et aliquis violẽtus exiſtit
Nam natura principium eſt motus et quietis eius in
quo eſt. Vis autem virtus eſt ab alio ſecũdum quod
aliud. Motus igitur qui ab eo quod intra eſt princi
pio exiſtit,iure natura dicitur.qui vero ab altero ex
teroque:vt alterũ eſt,iure dicatur violentus. Et hic
quidem violentus non omnino eſt:vt motus lapidis
deorſum,quoties velocior procreatur,quam nature
ſue ſit accommodus,propriaque pariat virtus. Ille
vero omnino preter naturam eſt, vt lapidis ſurſum
propulſus. Et vis ipſa ad hos vtroſque aere tanquã
apto vtitur organo,q̃ vt grauis et vt leuis,ancipitis
que nature natus ſit eſſe,et virtutem ab ipſa vi velut
impreſſam retinens:qua nunc vt grauis deorſũ pre
cipitat,nunc vero vt leuis agitat ſurſum.¶Primũ
corolarium. Unde cognoſcitur euenire violenter
agitatum ferri principe mouente ipſum non aſſequẽ
te,ſed ſeparato,abiunctoqꝫ.¶Secundum. Fit etiã
vt nullo tali exiſtente medio corpore,nullus violentꝰ
omnino procrearetur motus,neque ſecundum natu
ram vllus. vniuſcuiuſqꝫ enim motum eodem modo
promouet. Sed q̃ graue,q̃ leue eſſe oporteat, quis
ſecundum naturam motus,quiſue cõtradicatur vio
lentus,hactenus dictum eſt.

## ¶ Tertium caput.

TErtium caput cõtinet tres queſtiones, et reſponſiones ad ipſas ¶ Prima queſtio. Quibꝰ corporibꝰ conueniat generatio. ¶ Secũda, Cũ prima corporum ſint elementa, quid elementũ, quot et qualia ſint. ¶ Tertia. Utrum elementum (vt volunt nonnulli tantũ vnũ eſſe ponentes) ſpecie ſit indiuiſibile. ¶ Prime reſpõdet Empedocles, quattuor eſſe elementa, ignem, aerem, aquam pariter et terram, ingenita atq; incorruptibilia, ex quibus omnia alia generãtur, componuntur, ac fiunt. Eidem quoq; queſtioni reſpõdet Anaxagoras Empedocli contrarius, aduerſatuſq;, ponens homœomeras atomos oſſis, carnis: et nerui prima principia, omniumq; ſemina rerum: ex quarũ commixtione etherem et ignem: hec enim eadem putat: aerem, aquam, et terram gigni putabit: et ob ſui paruitatem, atoma carnis et oſſis, oculis inuia, imperceptibiliaq; eſſe omnia tamen omnibus in eſſe cõgregata, et omnia ex ipſis genita eſſe coalita atq; conflata. Sed poſterius cũ de generatione et corruptione exactius pertractabimus, noſtrum afferemꝰ iudicium. ¶ Secunde hanc adhibemus reſponſionem. Elementum eſt in quod intus exiſtens aut potentia aut actu, alia corpora diuiduntur: ſpecie quidem irreſolubile in alterum. Quo fit vt ſi tale ſit elementum, et carni et ligno inſint elementa potentia, vt ignis et terra: quandoquidem a carne et ligno diſgregabilia ſunt: caro autem aut lignũ neq; igni actu neq; potentia ineſt: vt que nunquam ſegreganda ſint ab igni. Quot autem ſint, et qualia ſint, poſtea futurus eſt accommodatior ſermo. ¶ Tertie preterea reſponder elicet elementum in diuerſa ſpecie ſecabile diuiduumq; eſſe, multaq; eſſe elementa. Hoc profecto ſimplices motus liquido monſtrant: ſunt enim motuum hi ſimplices, hi vero mixti. Simplices aũt ſimplicibus corporibus accommodantur: compoſiti vero compoſitis: et vnicuiq; naturali corpori proprius eſt motus. Atqui manifeſtũ eſt motus ſimplices plures eſſe, erunt igitur et plura elementa.

## ¶ Caput Quartum.

QUartum caput cõtinet duas concluſiones quattuor ratiões ad primam et nouem ad ſecundã. Prima concluſio. Non ſunt infinita elemẽta homœomera quemadmodum poſuit Anaxagoras. ¶ Prio. Quia falſa vtitur dignitate malaue ſupeoſitione: quicquid homœomerũ eſt eſſe elementum Nam videmus multa mixtorum corporum homœomera eſſe vt lignum vt lapis in homœeomeraſq; partes ſolui: que manifeſtum eſt non eſſe elementa. Non itaq; erit omne homœomerũ corpue elementum: ſed (vt diximus) irreſolubile indiuiſibileq; in alterum ſpecie. Secundo. Ita ſumentes elementum nulla neceſſitate vrgẽtur ponere infinita: ſed omnia etiam finita faciendo eque vt ex infinitis ſaluare moliuntur ſaluare poterunt: vt ponendo duo tria aut quattuor aut quocũq; alio numero: quẽadmodum facere conatus eſt. Empedocles. Tertio. Ipſi accidit nõ oia ex homœõris quibuſcunq; facere: vt faciem non facit ex faciebus neq; vnunquodq; ſecundum naturam figuratorum: ſatius igitur ipſa poſuiſſet finita: infinitũ enĩ nihil excludere videtur. Et ſanemelius finita que vt minia omnium ex eiſdem futurorum oſtendiſſet, conformior diſciplinarum authoribus, qui proloquium dignitatemq; accipiunt prin cipia finita eſſe aut quantitate, aut ſpecie. ¶ Quarto Corpus a corpore ſecundũ proprias differentias differt. Corporum autem adinuicem differentie finite ſunt, vt alio manifeſtandũ eſt loco. Differunt enim affecionibꝰ ſenſibilibꝰ. Sũt igitur elementa finita. ¶ Sucunda concluſio. Neq; recte putat Democritus Abderites, eiuſdem q̄ conſectator Leucippus: primas eſſe magnitudines multitudine quidem infinitas, magnitudine autem indiuiſibiles, et ex vno non multa, neque ex multis vnũ: ſed horum complicatione confuſioneq; omnia gigni ¶ Primo, Quia modoquodam omnia faciunt numeros, et ex numeris: tametſi id plane non dicant. ¶ Secundo, Quia corpora figuris differre aiunt, et quia infinitas ponunt figuras, itidẽ et infinita ponunt ſimplicia corpora. ¶ Tertio, Quia que elemẽtis figure accommodande ſint: niſi igni, cui ſpheram attribuunt: non determinauerunt: ſed aerem, aquã, et terram magnitudine et paruitate diſcreuerunt: tanq̄ ea ſint omnium que elementa nũcupamꝰ, velut panſpermia, ſeminariũq;. ¶ Quarto, Sic dicẽtes infinita rebus faciunt principia, et hoc quidem abſurde. nam elementorum differentie non ſunt ifinite, neq; infinite videntur. ¶ Quinto, Qui corpora magnitudines ve ponũt inſecabiles, mathẽaticas tollũt diſciplinas, ſenſum negant, multaq; ipſis eiſdem de motu et tempore concedere accidit incommoda, q̄ alio a nobis adducta ſunt loco. ¶ Sexto Pugnãtia dicunt. Qni enim fieri poſſit, vt elemẽta, ignis: aer, aqua terra, magnitudine et paruitate differant, ſi inſecabilia ſint, vt ipſi aſſerunt. Septimo. Dicunt aerẽ aquam, terram, ex ſe inuicem fieri. Sed quomodo deficiunt enim ſemper maxima corpora ſegregata: non itaq; fiunt ex ſe inuicem, ſi inſecabilia ſint. Octauo. Horum profecto ſuſpicione, quod corpora differunt figuris, haudquaq̄ elementa poni dñt infinita Ponũt enim figuras oẽs ex pyramidibꝰ cõponi, rotũdas, qdẽ ex rotũdis et recti lineas, ex rectilineis et ſpheram ex octo partibus. neceſſe enim eſt aliqua eẽ figurarum principia. que ſi duo fuerint, et duo erunt elementa, principiaq;: ſit tria, et erunt tria, et ita de numero alio quocũq;: quare et totidem et finita qdẽ aſſignare debuiſſent ſimplicia corpora ¶ Nono. Unicuiq; ſimplicium corporum eſt vnus proprius motus et ſimplex motus autem ſimplices finiti ſunt, Nam ſimplices laciones due ſunt, et nõ plures: circularis, atq; recta. Neq; quidem infinita ſunt loca, ad que ifinite lationes eſſe poſſint. Non: ergo infinita erunt elementa.

## ¶ Caput Quintum.

QUintũ caput ↄtinet quattuor antiquorum opiniones, tres cõcluſiones, et tres ratiões ad primã, tres ad ſecundam. ¶ Quattuor antiquorum opiniones. Prima eſt ponentium tantum vnũ eſſe elementũ, et ipm eẽ ignẽ

BIBLIOTECA UNIVERS

¶Secunda eſt ponentium ipm eē aerem. ¶Tertia eſt ponentium eſſe aquam. Quarta itidem tantum vnū eſſe aſſerentiū: aque, aeriſqꝫ mediū, et aqua ſubtilius, et aere denſius, celos et oīa continens, magnitudine infinitū. ¶Prima concluſio. Perperam aſſerunt tale aque aeriſqꝫ medium: ceteris eſſe elemētū ¶Primo, Quia ex ipſo denſitudine et raritate alia gigni volunt. Uerum enimuero ita dicentes, ſibiipſis repugnant, aliquid ipſo elemento principioqꝫ prius facientes. Eſt enim rarius: incompoſitius, ⁊ in qued potius denſiora reſoluant. denſius autem compoſitiꝰ quare cū compoſitio ſit ex elemento: reſolutio vero (quemadmodum aiunt) ad elementum potius, ipm rarius: vt aerem, ponere debuerunt elementū, imo vero cum ipſi fateantur ignem eſſe omniū rariſſimū, ipſum maxime omnium ponere debuerunt elemētū. Et nihil refert an ignis rariſſimus ſit admittant, nec ne nam alterum rarius admittunt, quare aut ipſum aut tandem vnū aliud dabitur, quod principiū erit et non ipſum medium. ¶Secundo. Nil differt denſitudine et raritate alia gigni, groſſitie et ſubtilitate eſt enim groſſum, denſum, ſubtile vero, rarum. Rurſū quid groſſitie et ſubtilitate, illa gigni ſit, niſi magnitudine quadam et paruitate: Groſſū enim, magnarum partium eſt, ſubtile vero, paruarū, quod.n. in multum extenſum fuerit, ſubtile eſt, et ex paruis conſtare dicitur partibus. Sed tunc quid obſecro aliud facere videntur, niſi rerū ſubſtantias magno, et paruo diſcriminare: et oīa ad aliquid facere: ſunt enim magnum et paruū ad aliquid, quare nihil ſimpliciter abſoluteqꝫ ignis, aer, aqua, aut terra, quod ipſi viderint. ¶Tertio. Preterea ſi ipſa magno et paruo diſcriminant, erit quedam ratio proportioqꝫ magnitudinum ad inuicem. quare que ratione aeris ad aquam habet, aer eſt: et que aque ad terram, aq̈ Sit itaqꝫ ignis in maiori ad aerem ratione, aer ad aquā, aqua vero ad terrā, quia in maioribus minoꝝ ratiōes inſunt. erit igitur aliquid ignis ſic ſe habēs ad aquā. ſicut aer: et aliquid ad terram, ſicut aqua, quare ipſius hoc erit aer, illud vero aqua. Hoc idē oſtendere liceret de terra, ſi maiores in denſioribus aſciſcant rationes. ¶Secunda. Qui ignem omniū ponunt eſſe elementum, tametſi hec diffugiant incōmoda: in noua tamen incidunt, atqꝫ peculiaria. Nā hi bifidi bipartitiqꝫ ſunt, hi enim figuram vt pyramidem igni accōmodant, illi vero nullam. Qui figurā accōmodant, hi ineruditius et (vt ita dixerim) craſſiori Minerua id faciunt, cauſam ſubdentes, quod acutiſſima figurarum ſit pyramis, ignis autem acutiſſimum corporum ſit. Alii paulo perſuadentiore nituntur ratione, ꝙ corpora om̄ia ex eo quod ſimpliciorum ſubtiliorumqꝫ partium eſt, componuntur ⁊ figure ſolide ex pyramidibus abeūt compoſite Quare cum ignis corpoꝝ ſubtiliſſimum, et ſimpliciſſimū ſit, et pyramis itidem ſolidaꝝ figurarū ſimpliciſſima, iure igitur primo et ſimpliciſſimo corpori aſciſcenda eſt. Qui vero igni nullā aſcribūt figurā, ipm ſolum ſubtiliſſimarum partiū eſſe ponunt, ex quo vt cōpoſitionem accipiente alia gigni dicunt, perinde atqꝫ auri arene conflantur coaleſcuntqꝫ. Sed ita dicentibus accidere incōmoda nunc aperiamus. ¶Primo Quia ſi partes ille ex quibus ipm conſtituunt, indiuiſibiles eſſe ſtatuantur, rationes prius poſite ita eē vetant, et iterum quod ſubiungimus. Si itaqꝫ indiuiſibiles ſunt: cū ex ipo conſtituatur aer/aqua/terra talia corpora ſibi inuicem partiū proportione reſpōdent. Que enim magnitudines ſimiliū partiū (quales erunt indiuiſibiles om̄es) conſtituūt ꝓportionalr̄ ad inuicē ſeſe habēt/vt om̄es partes aque ad partes aeris atqꝫ ignis, ⁊ totū ad totū, et ita ī ceteris: ꝙuis forte aer plꝰ aqua habeat/et ſubtilimiſſimū denſiſſimo/ quare ſi minor magnitudo in maiore exiſtit / et ignis magnitudo ſit maxima/reſolubilis erit in aerem/in aquā/et reliqua: quare elementū non erit. Et ita ſi poſueris aquā maioris magnitudinis/et ipſa erit/et aer/et ignis. Et cur etiam / cū om̄ia eque ſimpliciū partiū fuerint/hoc quā illud potius ſtatuatur elementū. ¶Scdō. eſto/nunc agamus/dicant eſſe diuiſibile/qui figuram ei propriā aſcribunt. Pars igr̄ ignis non erit ignis/quia pyramis ex pyramidibus non conſtet: imo corpus erit/quod neqꝫ elementum/ neqꝫ ex elemento erit vt pars ignis/que elementum non eſt/cū minime ſit ignis/neqꝫ aliud elementorū quicꝙ neqꝫ ex elemento eſt. Et qui figuram ipſi non aſciſcunt / magnitudine determinant: quare aliqd elementi potius elementum erit/cū ſit minoꝝ partiū et hoc abibit in infinitū/aut tandem ad indiuiſibile decumbetur: elementū enim ī erit quod minimarū partiū fuerit. Erit itē illa magnitudinū ratio / quam ſupra arguimus/et hoc ad hoc ignis/ad hoc aer/ad hoc aqua/atqꝫ terra. ¶Tertio. Et hi et ceteri q̇ vnū ſolū ponunt elementū/cōmune viciū atqꝫ reprehēſionē incurrunt, ꝙ vnū ſolum faciant naturalē motum. Omne enim naturale corpus motus habet principium, omnibus igitur exiſtentibus vnum / vnus erit motus: et ad eundem terminū/vt ſi omnia ſint ignis/ ſurſum/et quanto maiora fuerit/pluſqꝫ ignis habuerint/tanto velocius ſurſum emicabūt/ quēadmodū maioris molis ignis velocior ſurſum latio eſt / nunc autē huiꝰ oppoſitū videmꝰ in multis/que maiora mole/velociꝰ deorſum corruunt. Non igiť omniū elemētum erit ignis/aut aliud quodcūqꝫ: tū ob predictas tū ob alias a nobis prius adductas rōnes. ¶Tertia cōcluſio. Plura et finita eſſe elemēta neceſſe eſt. Nā infinita eſſe non poſſe probatū eſt/nunc aūt probatū eſt non tantū eſſe vnū. Sunt igitur plura et finita.

## ¶ Caput Sextum.

CAput ſextum continet duas cōcluſiones/duas rationes ad primam/et duas ad ſecundā: ¶Pria cōcluſio. Elementa ſempiterna eſſe impoſſibile eſt. ¶Primo/qr videmus ignem/aerē/aquā/et terram reſolui. Aut igitur aliquando reſolutio ſtabit/eritqꝫ aliquādo totū reſolutū/aut ipſum infinitū erit. Si infinitū et eius reſolutio tempore erit infinito/et eius cōpoſitio tempore infinito. Et cū vnūquodqꝫ natura cōſtātium alio tempore cōponatur/et alio diſſoluať: accidet vnum tēpus infinitū extra alteꝝ infinitū exiſtere et vnum prius altero eſſe. eſt enim compoſitio diſſolutiōe prior/hoc aūt impoſſe. Et ſi diſſolutio alicubi ſtabit/aut hoc indiuiſibile erit/hoc aūt nō/propter prius adductas rationes/aut diuiſibile/ſed nunꝙ diſſolubile/vt ipſe dicebat Empedocles. hoc iterum non Nam ſi maius diſſolubile corruptibile eſt/itidē et minus erit. Uidemus enim in eiſdē quod maiꝰ eſt: difficilius/minus vero/facilius corrumpi. Quare cum maius corrumpatur/vt volunt/et ipſum quoqꝫ minꝰ rōnabiliꝰ ē aliqñ corrumpi atqꝫ diſſolui. Duobꝰ aūt ignē corrūpi videmꝰ. Prīo, cōtactu cōtrarii, vt cum diſperit extinctus, Secūdo cū in ſeipm marceſcens

tabeſcit: deficit que, hoc autem minor (vt parua flāma) patitur a maiori, et quanto minor, tanto velocius abſumitur. ¶Oportet igitur elementorum corpora corruptibilia eſſe, atque eadē in corruptibila corrūpi. ¶Scdo: Cū cōſtet elemēta gñabilia eē aut igr̄ gñarabunt ex nō corpe. At qui dicit ex incorpeo ignem generari, nihil aliud dicit, ꝙ ſi vacuum introducat ſeparatum. Omne autem quod fit, in aliquo fit, et in illo, vbi prius exiſteret id ipſum ex quo fit, quod ſi nullum corpus exiſtebat vbi genitum eſt, vacuum ergo erat. Si vero alterum corpꝰ poſueris preter id incorporeū ex quo fit, duo igitur corpora ſimul erunt, ſcilicet quod factum eſt, et quod illic ante factionem generationem que preexiſteret, quod eſt impoſſibile. Manifeſtum itaq; eſſe puto elementa in corpora reſolui, et ex corpore reparari atq; gigni. ¶Secunda concluſio. Haud tamen exiſtimādū eſt vnū cōmune corpus eē alterū ab ipſis, ex quo ipa gignantur, et in quod ipſa reſoluantur. ¶Prio. Quia illud corpꝰ prius eſſet elementis. Atqui ipſis elementis nulla ſunt priora corpora, ſunt enim ſenſibilium corporum prima. Non igitur eſt tale vnū aliquod cōmune corpus. ¶Secundo. Quia aut grauitatem aut leuitatem habebit. Quod ſi ſic, aliquod elementoꝝ erit, omne enim ſimplex aut leue aut graue, aliquod elemētorum eſt. Aut prorſus grauitatis et leuitatis expers eſt, et tunc corpus illud vt moueatur nullam retinet aptitudinem. Immobile gitur erit eiuſmodi corpus et mathematicum, nec in loco vſpiam erit. Si enim in loco eſſ, aut moueretur, aut q̇eſceret: et ſi nā quieſceret, in eum locū nā ferret, et ſi vi q̇eſceret, et, vi et preter nām ferretur in eundem Et ſi non eſt in loco, ex eo nihil fiet, quod enim fit, in eiꝰ ex quo fit loco fieri neceſſe eſt. Quod fit vt permanifeſtum relictum ſit cum elementa non fiant ex non corpore, neque fiant ex altero ab ipſis corpore ipſa ex ſe inuicem fieri.

## ¶ Caput ſeptimum.

SEptimum caput continet tres concluſiones, quattuor rationes ad primam, et ſex ad tertiam. ¶Pria concluſio. Modus quo. Democritus et Empedocles generationem elementorum ex ſe inuicem ſaluare nitūtur, irrationabilis eſt. ¶Prio. Quia ſuadicta ignorare videntur, cū vnūquodq; inquiant ex vnoquoq; ſegregari, ſicq; apparere generari: nō generatiōē ex ſe inuicem facientes, ſed apparentem generationem, per inde ac ſi res in vaſe deltieant, quas in lucē et apparentia proferas: dicas que eas idcirco genitas Si autem generatio minime fit, ſed ex quadam ſubiecta ſubſtrataque materia. ¶Secundo, Eadē magnitudo cum arctior ſtrictiorq; fiat, non videtur idcirco fieri debere grauior: quod quidē ipſi volūt quoties ex aere fiat aqua. ¶Tertio. Quo pacto immixtum quod ſeparatum fuerit, maiorem locū occupare neceſſe ſit: et maius corpus in minore contineatur: quod tamē ſemper opporteret quocies ex aqua fit aer: ampliorem enim locum ſemper factus occupat, et vnunquodq; rariorum et ſubtiliorum partiū quod aqua feruore intumeſcens oſtendit, que adaucta mole, conſtricta vaſa continentia etiam perfringit. Aut igitur erit vacuum, aut non extendent corpora, quod et ipſi volunt. Sed certe irrationabile ē exiſtente vacuo ſemper quod extrahitur, āpliore mo



le ſe diffundere neceſſe eſſe, quod tamen oportet cū ex aqua fiat aer. Et ꝙ confugium ſuū nullum ſit, ope vacui confidentium, alio quoq; demonſtratū eſt loco cum nihil prorſus eſſe queat vacuū. ¶Quarto. Si eo pacto, ſegregatione generatio fieret, tandem ex ſe inuicem generatio caſura defecturaq; eſſet. Nam in magnitudine finita infinita cōtineri impoſſibile ē ſi itaq; ex terra aquā dempſeris aliquid ab ea diſtractum eſt, et generatione factum. Deinde iterum demendo, aut tandem abſumitur, ſtabiturq; aliquo aut ſub mole finita: infinita ſunt contenta, quod eſt impoſſibile. Non igitur ſemper ex ſe inuicem generari quibunt, non eſt igitur, quomodo Democritus Empedocles que volunt, elementorum ex ſe inuicē generatio. ¶Secunda. Elementa ſe iuicē tranſfiguratione non fiunt (quemadmodū ex eadē cera tranſfiguratione fit circulus et ſphera) vt non nulli volūt ¶Nam ipſa elementa indiuiſibilia eſſe oporteret, propterea quod non ſemper pyramis diuidatur in pyramidem: neq; cubꝰ in cubū, neq; pars ignis erit ignis, neq; pars terre erit terra, aut corpus dabis prius elemento et quod non reſoluetur in elementū: equod non erit elementum quandoquidem figuram nulli elementorum habuerit accōmodam. ¶Tertia Neq; item ſuperficierum reſolutione elementa ex ſe inuicem gignūtur. ¶Primo. Quia inconueniens ē non omnia ex ſe inuicem gigni poſſe ſed eorum vnū (vt dicunt) tranſmutationis eſſe expers, ꝙ paucioribus cōſtet triangulis et ſuperficiebus, ex quo ideo gigni non poteſt ꝙ pluribus eget triangulis. Tū q: negāt ea que certa ſenſuū experientia cognita ſunt Et huius quidem cauſa eſt ꝙ ex non bñ ſumptis principiis omnia ad quaſdam ſtatutas opiniones defendendas reducere volunt. Atqui eternorum principia eterna eſſe videntur: ſenſibilium ſenſibilia et corruptibiliū corruptibilia. Tum q: qui vſq; adeo ſuorum defendendorum ſermonum ſunt pertinaces ipꝛꝫ ſunt amatores; et quodlibet accidens tanquam vera habentes principia ſuſtinent, ex conſequentibus: et maxime ex fine, recte iudicandi occaſionem non ſumentes. Ut enim diſcipline factiue finis opus eſt, ita et ſenſibilia cognoſcere et que circa ſenſum verſant, naturalis diſcipline finis eſt. ¶Secundo Accidit ipſis terram maxime omnium eſſe elementum fateri oportere, vt que ſola incorruptibilis exiſtat, et ī quā alia reſoluantur: que potiores videntur eſſe elementi condiciones. Tertio: Accidit eis triangulos ſuperficieſq; manere: ſuperfluuas vt cum ex illo quod plures trāgulos habet gignitur id quod pauciores habet ſuper ſunt reſidui: qui profecto non conſtituūt elementum ſimile ei ex quo genitum eſt quod longe plures requirat neq; aliud quodcūq;. Erunt igitur remanentes ſuperflui ocioſiq;. Quarto Quia generationem ex non corpore faciunt: quia ex ſuperficiebus. Quinto. Aduerſa certiſſimis ſcientiis permulta confiteri coguntur: vt non eē corpus diuiſibile eſſe: quod irrationabile eſt: quandoq̇dē vel intelligibilia illa corpora diſcipline ipſe mathematice diuiſibilia eſſe concedūt: et hi vt ſuam tueantur poſitionē non oē ſenſibile corpꝰ diuiſibile eſſe admittūt. Sexto Quia elementa ſubſtantiaſq; elementorum figuris determinant: vt ignem pyramide aut ſphera: q̄re ſicut diuiſa ſphera aut pyramide partes ſphera aut pyramis nō exiſtunt ita partes ignis nō erunt ignis et ita de aere aqua et terra: quare aut ipſa indiuiſibilia ſunt; aut (vt iā diximus) aliq̇d eſt priꝰ elemēto.

## ¶ Caput octauum.

Octauum caput, continet
duas concluſiones, quattuoꝛ ratio-
nes ad pꝛimam: et ſeptem ad ſecun
dam. ¶ Pꝛima concluſio. Irrationa
biliter figuras elementis adaptant,
vt igni ſpheram: aut pyramidem ac
ri dodecaedram, aqua octaedram, terre vero tala
rem et cubicā. ¶ Pꝛimo. Quia accidet eas non re-
plere totū ſpaciū. In planis eīm adinuicem, nexe, tri
gone, tetragone et hexagone, totū replere vidētur.
In ſolidis aūt tm̄ due. pyramis, atqꝫ cubus, et tamē
cum plura duobus ſint elemēta, plures ſolidas atqꝫ
coꝛpales totum replētes ſumere opoꝛteret figuras.
¶ Secundo. Omnia ſimplicia coꝛpoꝛa a loco ⁊ cō-
tinente figura videnť: maxime aūt aer et aqua. Nō
igitur elementa ſeruant figurā alioqui non vbiqꝫ aſ-
ſequerentur ac tangerent continens: quod eſt īpoſſi
bile. ¶ Tertio. Si tranſpꝛopoꝛtionetur aq̄: vt ſi quo
quo pacto in pyramidē aut cubū figuretur: nō erit
amplius aqua, ſi elementa figuris differāt. Hoc cer-
te falſum eſt: et hoc nos docere videtur natura: ⁊ nō
pꝛeter rationem euenire. Nā vt et in ceteris ſubiec-
tum et materiam opoꝛtet eſſe infoꝛmē: ⁊ ſine vlla ſua
pte natura ſpecie. Sic eīm (vt ſcribitur in Timeo)
melius adaptari poterit, quod ſpeciē recipit omnē:
ita et de elementis putare opoꝛtet: que cōpoſitis fu
tura ſunt vt materia vt ſine huiuſmodi figuris adin-
uicē pati, alterari, atqꝫ tranſmutari q̄ant. ¶ Quar-
to. Et os et caro et alia continua: ex elementis eē nō
poterunt. Nā elementa ex ſuperficierū cōpoſitione
gigni ponūt, non aūt ea que ſunt ex elementis. Quo
fit vt ſi quis acute velit intueri: et coꝛū rationes pen
ſiculate examinare, ex entium natura generationē
auferre videanť: niſi tranſſumptione quadā, elemen
ti generatione: et ceteroꝛū generatione vti dicātur.
Secunda. Neqꝫ quidē figure elemētis adſciſcende
ſunt ob ipſoꝛū motus, affectioneſqꝫ. ¶ Hanc eīm ob
cauſam faciunt hi ignē ſpherā, hi vero pyramidē, qđ
hec maxime ſint mobilia, tangantqꝫ minima: et neq̄-
quā firmiter iacentia. ignis aūt maxime mobilis: et
minime fixus eſt. Et anguli (vt aiunt) eſt calefacere
et maxime calefactione incendere. ignis aūt calefa
ctiuꝰ et incenſiuus eſt: ideo hi pyramidem eſſent eſſe
dicunt. ꝙ tota ſit angulus. Hi autem ſpheram, ꝙ an-
gulū, extra tangendo, conſtituat omniū acutiſſimū
Et terre cubum aſcribunt, ꝙ hec figurarū ad bene
manēdū aptiſſima ſit: maneat autem omnium firmiſ-
ſime terra. Sed hec non recte dicta eſſe apparet.
¶ Pꝛimo. Quia tametſi ſphera motui ſit aptiſſima,
non tamen motui qui igni pꝛopꝛius eſt (eſt eīm motꝰ
ſurſum rectꝰ igni pꝛopꝛius) ſed circulationi: aut vo-
lutationi: et terra nō vbiqꝫ manet, ſed in loco ſuo q̄m
admodū et elementoꝛū cetera. Quare illoꝛū ratio-
ne vnumquodqꝫ elementoꝛum extra ſuum locū, py-
ramis erit: aut ſphera, ꝙ bene moueať: et in pꝛopꝛio
loco, quod fixe maneat et ſtet, erit cubus. ¶ Secun
do. Si ignis calefacit: et vrit, quod angulos habeat
omnia elementa calefactiua erunt: licet foꝛte (alte-
rum altero minus. Nam omnia habēt angulos: ⁊ cu-
bus et octaedrū, et dodecaedrū: ⁊ pyramis. Inquit
enim Democritꝰ, ſphera quidem vt angulus quidā
exurit, et ardoꝛem excitat. ¶ Tertio. Id permani-
feſte falſum eſſe mathematica pandunt. nam ſi ſphe-
ra et pyramis calefacit: et vrit, coꝛpoꝛa mathemati
ca calefacient et vrent. habent enim illa et ſpheras:
et pyramides: et angulos, et indiuiſibilia. Que ſi ita
ſeſe habeant, ⁊ in mathematicis ſint magnitudine in
diuiſibilia, cur ergo non calefaciant, vrantue: et tm̄
pꝛopter eaſdem cauſas ignis calefaciat, et exurat.
Differentiam adducas, cauſamqꝫ aſſignēt opoꝛtet
Manifeſtū ergo eſſe videť, nō vt dicunt, ita eē dicē
dū. Quarto ſi ignis, ſphera, pyramiſue ē ⁊ qđ ardet
igiť. ꝑtinꝰ qđ ardet, ſpherā pyramidē ve fieri neceſ-
ſe eſt: quod ꝙ falſum ſit, vel viderint ipſi. ¶ Quinto.
Cum partes ignis ſint ignis: ſi ipſum diuiſibilem ſta-
tuant, vt eius inciſionem et diuiſionem quacunqꝫ ra-
tio figure ſequatur neceſſe eſt: ſi ignis partes ignis
eſſe debeant: qđ tm̄ accidit. Dicere. n. ſpherā nō niſi i
ſpheras, ⁊ pyramides nō niſi ī pyramides ſolui poſſe
per ſimile eſt ac ſi quis ꝓloquať, dignificet aut pōat
gladium non niſi in gladios. et ſerram non niſi in ſer
ras diuidi poſſe. ¶ Sexto. Ridiculum certe eſt,
igni pyramidem attribuere, quod figurarum aptiſ
ſima ſit ad ſecandum, diuidendum, et ſeparandum.
Nam magis igni pꝛopꝛium eſt cōgregare, et ad cō
tinuare euocare: congregat enim ea que eiuſdem tri
bus ſunt: et hec congregatio, per ſe eſt: eſt enim con
tinuatio et vnitio: ſegregatio autem per accidens.
Congregat enim (vt dictum eſt) quod eiuſdem gene
ris fuerit atque tribus (quod dicūt homophylon) et
ſegregat alienum. Debuerunt igitur hoꝛum duoꝛuꝫ
ei figuram magis aptare, quod magis ei pꝛopꝛiū ē ⁊
competit, hoc autem eſt congregare, et nō diſſipare
et diſgregare. ¶ Septimo. Calidum et frigidū vir-
tute contraria ſunt. Atqui frigido contrariam aſſi-
gnare nequimus figuram. nam figure nihil eſt cōtra
rium. Et certe ipſi figuram aſſignare pꝛetermiſerūt
omnes, et tamen conueniebat aut omnia determina
re figuris aut nullum attentare: cur enim potius hoc
quam illud. Sibi ipſis diſſident quidam, ſuppetias
ferre volentes. Aiunt enim frigidum magnarum eē
partiū: quapꝛopter conſtringit, et per poꝛos tranſi-
re, expirare et diſſlari nequit. Erit igitur calidum
tranſiens: tale autem omne, ſubtilium eſt partium:
quare calidū et frigidū, magnitudine et paruitate,
⁊ non figuris (vt defendere volunt) detr̄ant. Quā rē
ſi ꝑtinacius defendere pergant, et igne magne ſint
et in parue pyramides, magne non erunt ignis, et fi
gura illa non erit cauſa caloꝛis, quin potius contra
rij effectiua. magnū eīm, vt aiunt, frigefacit. Ex his:
itaqꝫ per manifeſtum eſſe putamus, elementa, paſſio
nes affectioneſue elementoꝛū, non eſſe figuris diſcri
minandas. Sed que coꝛum pꝛopꝛijſſime differentie
ſunt: et a quibus paſſionibus, operibus et virtutibꝰ
pendeant, habet enim coꝛū vnūquodqꝫ a natura pꝛo
pꝛias et paſſiones, et opera et virtutes inſitas, et de-
terminatas, futurꝰ ſermo indicabit. Quod cū cog-
nitum fuerit, vniuſcuiuſqꝫ ad vnumquodqꝫ alterum
differentias accipere quam facillimum erit.

# ¶ Quartus Liber de Celo.

## ¶ Caput Pꝛimum.

Quartus de celo conti
net ſex capita. Pꝛimū vnā con
cluſionē, duas ratiōes ad eā,
duas diuiſiones: et quinqꝫ defi
nitiones. ¶ Concluſio. Quid
graue, quid leue: et q̄ vtriuſqꝫ
natura exiſtat, diſquirere con
ueniens eſt. ¶ Pꝛimo. Quia

hec contemplatio,ſermonibus qui de motu ſunt: pro-
pria eſt Definiemus enim graue et leue per poſſe na
tura moueri:quorũ actibus nomina nulla poſita ſunt
Nos autem hoc in loco de eorum motibus itendim⁹
conueniens igitur huiuſmodi diſquiſitio eſt. ¶Se-
cundo.Quia omnes antiqui virtutibus grauium et
leuium vſi ſunt,ſed perpauca determinarunt.Conue
niens itaqȝ erit, que ab aliis dicta ſunt adducendo:
tantum de ipſis conſiderare, quantum noſtro ſubſer
uiat propoſito,et noſtram aperiat ſententiã. Prima
diuiſio.Grauium quoddam eſt ſimpliciter graue,et
quoddam graue ad alterum:quemadmodum es li-
gno dicimus eſſe grauius. Itidem leuium hoc ſim-
pliciter leue,illud vero ad alterum.Et de graui ſim
pliciter,et ſimpliciter leui nihil meminerunt,neque
definierunt quid aut graue aut leue ad alterum,ſed
habentium grauitatem aut leuitatem quid grauius
aut leuius.¶Secunda. Quedam ſemper a medio
ferri nata ſunt,et hec ſunt que ſurſum feruntur;que-
dam vero ſemper ad medium, et ſunt que feruntur
deorſum.¶Sed exiſtimauerunt quidam:et abſone
quidem:non eſſe ſurſum aut deorſum.in vniuerſo, ꝙ
ex omni parte ſimiles habet partes; vt ſiquis tantuȝ
ambulet, vt ſuo primo loco fiat antipes: conſimiles
habebit mundi partes:quare non prius erat ſurſum
tunc vero deorſum. ¶Nos dicimus ſurſum et deor-
ſum non relatioue ad nos ſumpta accipi oportere:ſȝ
vbicunqȝ fuerit celi extremum,ibi ſurſum: vbi vero
eius medium,ibi deorſum.Quare qui antipes ita ã
bulando fieret ſemper eſſet deorſum.¶Neqȝ id ve-
rum eſt quod putauerũt aliqui, hemiſpherium celi
ſupra nos ſurſum: ſed totum quod pedibus noſtris
e regione ſubſitum eſt deorſum eſſe:quia credebant
ex oppoſito non eſſe aliud celi occultatum hemiſphe
rium;quod falſum eſt.Ex his quid graue: ⁊ quid le-
ue elicere poterimus.¶Prima definitio. Graue ẽ
quod ad medium ferri natum eſt.¶Secunda. Le-
ue quod ferri natum eſt a medio.¶Tertia.Simpli
citer graue eſt quod ſimpliciter deorſum et ad me-
dium fertur. ¶Quarta. Leue ſimpliciter eſt quod
ſimpliciter ſurſum fertur et ad extremum. ¶Quin
ta.Graue ad alterum eſt quo datis duobus equalis
molis leuibus quorum alterum velocius et alterum
tardius feratur:alterum velocius ſurſum natura fer
tur.Leue ad alteruȝ quo datis duobus equalis mo
lis grauibus quorum alterum velocius et alterum
tardius feratur; alterum velocius deorſum natura
fertur.

## ¶Secundum caput:

SEcundum caput continet quattuor cõcluſiones quattuor d̃ gra
ui et leui opiniones excludentes: et
quinqȝ rationes ad tertiam. Prima
concluſio.De graui et leui in.Timeo
Plato id grauius eſſe quod ex pluri
bus eiſdem, vt ſuperficiebus aut trigonis conſtat;
vt plũbũ plumbo et es ere:et vnũquodqȝ aliorũ alte
ro eiuſdem ſpeciei et nature:et id leuius. quod ex
paucioribus eiſdem.Sed hanc determinationeȝ in
ſufficientem eſſe conſtat.Nam hec determinãtes, ni
hil adducunt de graui ſimpliciter et ſimpliciter leui
vt,terra, que ſemper grauis eſt, et que ſemper fert
ad medium: et igne, qui ſemper leuis eſt, ⁊ ſemper
ſuſtollitur ad ſummum. Non enĩ id dicere poſſunt,
nunc paucitate nunc multitudine triangulorum, nã
maior ignis(quandoquidẽ ex pluribus conſimilib⁹
conſtaret)grauior eſſet,et tardius ſurſum agitare-
tur,cuius oppoſitum euenire videmus. Quanto.n.
ex pluribus conſtet:et maior fuerit,ſurſum fert velo
cius:et paucus magno citius precipitatur deorſum
eſt igit huiuſmodi inſufficiens determinatio. ¶Se
cunda concluſio.Neqȝ probandũ eſt quod antiquio-
res ſenſerũt,id eſſe grauius,quod mole eſſet maius.
¶Nam vt in diuerſis ſtatim non ita eſſe oportet ap
pareat, vt modica terra,et magno igne paruo aere
et multa lana:ita et in conſimilibus vt mixtis mino-
ra quandoqȝ percipim⁹ grauiora:alioqui eſſent oĩa
ex eque grauibus conſtituta ⁊ eque denſa omnia:qd̃
falſum eſſe ſatis cognoſcitur.Non igitur probandũ
eſt qd̃ ſit altero maius ſemper id eſſe graui⁹.¶Ter
tia.Neqȝ id Democriti approbandũ eſt grauius eẽ:
cui minus interceptũ fuerit vacui:et leui⁹ cui plura
intercipiantur vacua. ¶Ponebat enim Democri-
tus ex ſolidis et inſecabilibus corpuſculis ortuȝ tra
here omnia,et vacuum rebus imiſceri. Et ideo illa
que ex equalibus conſtarent atomis interdũ ſe hẽre
vt hoc maius vt ignis,et illud minus vt terra exiſte
ret:quod ſolida ignis plus interſtite vacuo diſtarẽt
et hinc fieri vt ignis leuior,terra vero grauior fiat.
Sed ſacius aſſeruiſſe fuiſſet nõ id eſſe leuius, quod
plus vacui haberet, ſed quod plus vacui, et minus
ſolidi: alioqui multũ terre(quod plura intercepta
contineat vacua)igne paruo erit leui⁹. Sed hec nõ
ſane defendi poſſe oſtendim⁹. ¶Primo. Quia aut
determinãt graue per ſolidum et leue per vacuum:
vel graue per minus vacuum,et leue per maius aut
vtraqȝ ratione quadam et proportione ſolidi ad va
cuum. Non graue ſolido, ⁊ leue vacuo. Nam ĩ mul-
to igne plus ſolidi adeſt,quam ſub terre puſilla q̃n-
titate,et ĩ multitudine aque plus vacui,ꝙ paruo ae-
re.quare multus ignis parua terra grauior, et mul
ta aqua paruo aere leuior:quod eſt ĩpoſſibile.Neqȝ
graue minore vacuo,et leue maiore determinabũt
Nam tunc multa terra(vt que plus vacuĩ habeat)q̃
ſemper deorſum fertur, leuior eſſet paruo igne ſem
per ſurſum lato,et leui ſimpliciter: quod eſt impoſſi
bile:ſimpliciter eniȝ leue,ſemper leuius quibuſcũqȝ
habentibus grauitatem. Neqȝ determinabũt vacui
ad plenum facta proportione.nam accidit imixtum
vacuum concedentibus,minoris ignis vacuũ conce
dentibus,minoris ignis vacuum ad ſuũ plenum ean
dem ſeruare proportionem,que et in maiore ſeruat
et ita de modica et multa terra,quare magn⁹ ignis
et paruus eque leuia,et equaliter ſurſum lata,et ma
gnum graue et paruum deorſum. Ita autem fieri
non poteſt.nam maior ignis minore velocius ſurſum
fertur:et maius graue minori veloci⁹ deorſuȝ:vt ma
ius aurum aut plumbum, minore auro aut plumbo
demergitur velocius.¶Secundo. Quia inconue-
niens eſt dicere vacuum mouere ſurſum et ipſuȝ nõ
potius moueri :ita et ſolidum. Quod ſi dixirint mo
ueri ſatis erat de motu vacui et motu ſolidi per ſe
determinaſſe,et non de compoſitorum motu. quod
minime aliquis eorum fecit. ¶Tertio. Si vacuum
tendere ſurſum,et ſolidum deorſum: quid prohibe-
ret ea ſeiungi atqȝ ſeparari.¶Quarto. Inconueni-
ens eſt vacuo ſurſum regionem facere:at potius eẽt
regio:et ſi moueretur, eius eſſet locus:que oĩa alibi
patefacta ſunt non eſſe.¶Quinto. Quia quereret
que vacui mot⁹ cauſa eſſet,et que cauſa ſolidi et eã-
dem ſoluendi vrgeret difficultas.¶Quarta conclu

ſio. Nec exiſtimandum eſt plꝰ materie, maioꝛis cauſam eſſe grauitatis, et minus minoꝛis: ſiue omnium vnã faciant materiã, ſiue contrarias, vt vna que faciat vacuum, et alteram que plenunt. ¶ Nam omniũ vnam faciant, nihil erit ſimpliciter leue: quia contĩget et minus materie habere: nec ſimpliciter graue: ſed omne a ſimpliciter aut graui aut leui deficiet Et multus ignis pauca aqua erit grauioꝛ: quod impoſſibile eſt: quid enim pꝛohibet multum ignẽ plus materie modicula aqua habere. Si fecerint contrarias, tantum ponunt graue et leue ſimpliciter, et intermedia negant. Non igitur vt dicunt, ita exiſtimare opoꝛtet.

## ¶ Caput Tertium.

Tertium caput ꝯtinet vnã concluſionem, vnum coꝛolarium: et duas differentias mobilium ſecundũ locum ab aliis. ¶ Concluſio. Unum quodq ſenſibilium in ſuũ locum conſimiliter fertur vt ad ſpeciem. ¶ Nã tres ſunt motus ſpecies, ſecundum quantitatem ſecundum qualitatem, et vbi: et ſecundum quantitatẽ et qualitatem fit mutatio ex determinato in determinatũ, vt ex ꝯtrario ĩ ꝯtrariũ, aut ſm media, ⁊ nõ indifferenter in quodlibet: vt augmentabile. vt augmentabile eſt creſcit: et non alteratur. et alterum augmentabile, et alterum augmentatiuum, et alterabile, et alteratiuũ, ita loco mutabile vt tale, loco mutatur, vt leue ſurſum et graue deoꝛſum. Et ſurſũ motiuum ſuapte natura leuifactiuũ, ⁊ deoꝛſum grauifactiuũ. ⁊ ſurſum mobile (ſi liceat nominibus vti) leuificabile: et deoꝛſum mobile grauificabile. Sed quod hoc pacto vt ad speciẽ natum ſit ad ſuũ locum moueri: hinc ſumitur indiciũ, quod omnia que hunc modũ ferunt, continẽt ſurſum et deoꝛſum: et hoc modo, vt continens ſit vt ſpecies contenti (ſemper certe quod ſuperiꝰ eſt, ad id quod ſub eo eſt: vt ſpẽs ad materiã ſeſe habet) vt celũ continet ignẽ, ignis aerẽ aer aquã, et aqua terrã: et hunc in modũ mouentur: ⁊ ita mota quieſcunt. Mouent igit omnia conſimiliter et ſuapte natura ad ſua loca: et vt ad ſpeciem. Querere certe pꝛopter quid leue vt ignis fert ſurſum et pꝛopter quid graue fertur deoꝛſum: et non alio. per inde eſt atq ſi queſieris ꝓpter quid ſanabile in ſanitatẽ trãſmutat: et non in albedinem: et cur augmẽtabile in magnitudinis incrementũ: et non in ſanitatẽ. Sic eñ et in quanto: et in quali at in loco ¶ Coꝛolariũ. Unde fit manifeſtũ, non eſſe (vt antiq voluere) hec in rerũ oꝛdine ſic moueri: qꝛ ſimile moueatur a ſuũ ſimile. Nã ſi itellexeris terrã in oꝛbẽ lune tranſlatã. partes eius non idcirco de mundi centro, quia eis ipſis ſit ſilis, mouebunt ad illã: ſʒ ſi de cẽtro demutent, relabentur ad centrũ. Nã vbi totũ: et totius partes ferri nate ſunt. ¶ Due differentie mobiliũ motus ſm locũ: et alioꝛũ. ¶ Pꝛio. Quia ſecundũ locũ mobilia leue et graue, habent in ſeipſis pꝛincipiũ ſui motus augmentabile et alterabile, pꝛincipiũ ſumunt ab extra q̃uis et aliqñ ab intra. ¶ Secũdo. Quia mobilia ſm locum, vt graue ⁊ leue, habẽt ſua pꝛincipia ſubſtantie ꝓpinqua: alia vero remota. Cuius ſignũ eſt: qꝛ latio abſolutoꝛum atq conſecutorum cõplementũ eſt: et generatione vltimus motus quare erit ſecundũ ſubſtantiam pꝛimꝰ cum eñi fit ex aqua aer. ex graue fit leue, ferturq quã pꝛimũ ſurſum, iã actu exiſtens et quantũ, et quale, et vbi. Conueniunt tamẽ: qꝛ quemadmodũ a moto impedimẽto, pꝛeſente nutrimento augmentabile auget, ⁊ pꝛeſente alterãte alterabile alterat: ita graue extra ſuum locum poſitũ: a moto ĩpediente ĩ ſuũ locũ fertur et leue in ſuũ. mauet enim pꝛimũ ĩpedimentũ remouẽs: et vnde reſilit. Sed de his in phyſica aſcultatione diſcuſſum eſt ſufficienter.

## ¶ Quartum caput.

Quartũ caput continet q̃tuoꝛ definitiones, duas concluſiones tres rationes ad ſecundã. ¶ Pꝛia definitio. Graue ſimpliciter eſt quod oĩbus ſubſtat: vt terra. ¶ Secũda. Leue ſimpliciter quod omnibus ſupereminet: vt ignis. ¶ Tertia. Graue ſcdm alterũ graue eſt cui ambo conueniũt: vt aqua, que ſubſtat aeri, et ſupereminet terre. ¶ Quarta. Leue ſecũdũ alterum leue eſt quod ſubſtat ⁊ ſupereminet: vt aer igni ſubſtans, et aque ſupereminens. Et hec ipſis ſecũdũ ſeipſa et eoꝛum quantaſcunq particulas conueniũt modo qui dictus eſt aut ſubſtare, aut ſupereminere: et quecunq mixtoꝛum grauia ſunt aut leuia, ab his ſue grauitatis et leuitatis ſoꝛtiuntur naturaʒ. Et nõ quod in aliquo, altero grauius fuerit: in quocũq eodem grauius eſſe opoꝛtebit. Nam lignum vnius talenti, plumbo vnius mine in aere grauius eſt: in aq̃ autem leuius, et contra. Et hoc ideo ẽ, quia omnia elementa pꝛeter ignem videntur quodãmodo habere grauitatem: aer in igne, et quodammodo in ſe ipſo: vt vtrem inflatum aiunt plus trahere non inflato, aqua in igne et aere: et terra in igne, aere. et aq̃. Hinc fit vt quod plus terre alioꝛum pꝛopoꝛtione habeat, vt plumbum: cũ peruenerit ad aquam. inueniatur grauius: et quod plus aeris, vt lignum, quã aq̃ ⁊ quam terre, bene in aere inuenitur grauius, et ĩ aq̃ minus graue. ¶ Pꝛima cõcluſio. Eſt aliquod graue ſimpliciter, et aliquod ſimplicitur leue. ¶ Nam eſt aliquod, vt terra, quod ſemper non pꝛohibitum fert deoꝛſum, vbiq grauitatem habẽs: et aliquod quod ſemper ſurſum vt ignis, et vbiq leuitatem habens. Eſt igitur graue aliquod ſimpliciter, et ſimpliciter leue. ¶ Secunda. Determinatum ẽ mediũ quo grauia ferantur, et extremũ, ad quod feruntur et leuia. ¶ Pꝛimo, Quia non contingit graue in infinitum ferri, neque leue: ſunt igitur ea ad que feruntur determinata loca. Hec autem ſunt medium et extremum: ſunt igitur determinata. ¶ Secũdo, Qꝛ grauia ruunt ad angulos pares, et leuia ita aſcendunt eſt igitur determinatum mediuʒ, quo verſus grauia feruntur, quod an ſit vniuerſi medium, an terre (qꝛ idem eſſe contingit) dictum eſt pꝛius: quare ⁊ extremum determinatum. ¶ Tertio, Simpliciter graue omnibus ſubſidet, ſimpliciter igitur leue ei contrarium om̃ibus ſuperfertur, et locum habebit contrarium. Nam contrariuʒ cõtraria ſunt loca. Quod ſi cõtraria determinata ſunt, et hec mediuʒ ſunt et extremum: confectum eſt pꝛopoſitum. Unde iterum recte euenit: vt quia duo ſunt contraria loca, medium et extremum, duo ſint extrema cõtraria ſimpliciter leue et ſimpliciter graue que in ipſa ferantur: inter que media ſint que extremoꝛum naturam ad alterũ participare videantur. Fit etiam vt que ſurſuʒ ferãtur, perfectioꝛa ſint. Nam continent. grauia vero et deoꝛſum lata continentur: et cõtinere foꝛme eſt: contineri vero materie.

## ¶ Quintum caput.

Quintū caput cōtinet duas concluſiones, duas rations ad primā et duas ad ſecundam. ¶ Prima concluſio. Quattuor ſūt elemēta ¶ Prio Quia vnum eſt elementum ſemper natum ferri ſurſum, et ei contrarium ſemper natum ferri deorſum, et ſunt duo que modo ſurſum, modo deorſum comparatione ſumpta ad alterum, feruntur. Sunt igitur quattuor. ¶ Secūdo Eſt vnum graue ſimpliciter vnum ſimpliciter leue: vnum graue ſecundum alterum, et vnum ſecundum alterum, leue, que modo qui dictus eſt prius ferunt, nunc hic, nunc illic grauitatem et leuitatem ſeruantia. Sunt igitur quattuor elementa. Quare et tot ſunt particulares materie: vna tamen omnium nature ſimilitudine communis eſt. nam ex altero fit alterum. Et ꝙ terra ſolum grauitatem habet, et ignis leuitatem ſolam, aer, et aqua leuitatem et grauitatez ſecundum alterum: hinc ſumitur indiciū, quia terra per omnia alia grauitate ſua premitur deorſum: et ignis per omnia leuitatis beneficio facile cōſcendit ad extremum. Aqua autem per ignem et aerem deſcendit ſua grauitate depreſſa: et per terram non: ſz per eam potius vt non omnia leuitatis expers cōſcēdit. Et aer per terramet aqua ſua leuitate iutus aſcendit, non per ignem, ſed per ignem vt grauitatis vtens officio deſcendit. Et ꝙ in ſuis locis grauitatē poſſidere videantur, hinc videtur poſſe ſumi argumentum quia detracta terra, facile aqua ad locum terre deſcendit: et detracta aqua, ad locum aque facile aer. Detracta vero aqua, non ſic facile terra: et detracto aere, non ſic facile aeris locum ſubit aqua, ſed difficultate quadam: vt quemadmoduz quando ſimul cum ſuperficie eam tangente eleuatur, ſuperficiem ſecuta vt vacui impoſſibilitatem fugiens aſcendit. Et ſubtracto igne, non ſic facile aer conſcendit, ſed difficultate quadam: vt quemadmodū ſubtracto aere ipſe ignis difficile deſcendit. ¶ Secunda concluſio. Non omnium elementorum vna ē materia, vt vacuum ſolidum: aut trianguli: que diuerſitatū motuum eorū cauſa eſſe poſſit. ¶ Primo Quia omnia aut eſſent grauia, aut leuia: et omnia ſurſum aut deorſum ferrentur. ¶ Secundo quia ſi ponant ſoliduz cauſam, magnus aer velocius parua terra ferretur deorſum. Si vacuum, magnus aer velocius paruo igne ſurſum. Nam hunc plus vacui, illum vero plus pleni habere contingeret: et ita ſi triangulos poſuerint: huius autem oppoſitum ſemper in natura compertum eſt.

## ¶ Sextum caput.

Sextum caput cōtinet vnā concluſionem, vnam queſtionem, reſponſionez Democriti, et propriam ſolutionez. ¶ Concluſio Figura motuz ſurſum aut deorſuz nō efficit: ſed cauſa, vt motus velocior aut tardior ſit, exiſtit. ¶ Naz corpora mouentur diuidendo mediū: figura autem tametſi vim mouendi non habeat medij diuidendi prebet nunc adminiculum, nunc prepedimentum vt que acumen angulumqz habeat, facile penetret: que vero lata expanſa: obtuſa, ad diuidendum ſit hebes. Non eſt igitur figura, motuū aut ſurſum aut deorſum effectiua: ſed potius motus velocitatis aut tarditatis cauſa. ¶ Queſtio Cur corpora lata, vt ferrea et plumbea, per aquam non deſcēdant: ⁊ eadem rotunda aut longa, vt acus, cita velocitate mergantur: Et ita quereret cur minuta corpuſcula vt pulueres deſcendant per aera et maiora maneant pendula. Reſpondebat Democritus hui⁹ cauſam eſſe vaporum multitudinem que ab aq̄ emittitur, et que corpori lato in ſuperficie obuians ipm̄ ſuſtinet. et eius caſum defendit: anguſta vero corpora ob paruitatem non impedit. ¶ Et cum inſtaretur Cum expiret tanta ab aqua vaporū multitudo in aere recepta, quomodo illius corporis caſum in aere non prohibet: cum ſi hec cauſa eſſet deberet potius id in aere percipi. Soluebat id eſſe, quia vapores i aere ſe nimis diffundant et ſegregent. viſque illa diſgregata mouere minus ſufficiat, Sed eius ſolutio debilis eſt poteritqz aptari conuenientior. Corporū quedā ſunt facile diuiſibilia vt que ſunt bene terminabilia: et magis: vt aer magis terminabilis eſt aq̄, ideo magis diuiſibilis: et aqua magis terminabilis: terra ideo diuiſibilior: terra vero ad diuidendum inepta: et eiuſdez corporis paucitas diuiſibilior multitudine exiſtit. Hinc fit vt fuſam latitudinem habentia plus ſub ſe comprehendant, et ideo difficilius ſecent et diuidant: rotunda vero minus, et lōga, ⁊ acuta, et ideo inſit eis quedam diuidendi habilitas, et velocius ferātur mota: lata vero (modo paria ſint) tardius: et talia per aerem velocius agitātur: quia diuiſioni peruior: per aquam tardius. Cum tamen lata ipſa ſuſpenſa, immota hereant, ex virtutuz comparatione cognoſcitur. nam grauitas virtus quedam eſt et medij diſtractio virtus altera: quam cum grauitas ſuperet mouet deorſum. Si vero ſuperetur: et fiat debilior: non diuidit, neqz diſtrahit. et tunc ſuſpēſa ſine motu, ſupfuſaqz manent corpora. Sed de graui et leui: ſuiſqz accidentibus dictum hactenus putetur ſufficienter.

## ¶ Queſtiones celebres deſcendentes ad p̄ticularia ph̄ie ſuper q̄ttuor libros de celo Ariſtotelis. ſtagirite. Compoſite per Petrum a Spinoſa artium magiſtrum.

Dubitatur circa illam partem textus in qua dictum eſt ꝙ cuilibet corpori ſimplici tantū debet vn⁹ motus ſimplex videtur enim ꝙ illud ſit falſuz q2 alicui corpori ſimplici competunt duo mot⁹ ſimplices naturales eque primo. quod pbo ſextuplici ratione. Prima ratio. Aqua naturaliter deſcendit deorſum et naturaliter aſcendit ſurſum: vt patet ſi pro medietate ſit panus in aqua et aſcendat donec madefaciat extremum et hoc naturaliter. Similiter aqua naturaliter deſcendit et naturaliter aſcendit gratia vacui euitandi.

¶ Secūdo. Magnes naturaliter facit ferrum aſcēdere ad ſe, et naturaliter ferrum deſcendit deorſum ergo alicui corpori ſimplici competunt plures mot⁹ ſimplices eque primo. ¶ Tertia ratio. Magneti cōuenit naturaliter deſcendere et ſi in orbem dirigatur

et ponatur cum vno axe intra duos parietes. taliter ꝙ vna pars reſpiciat oriens et alia occidens, et alia ſeptentrionē ⁊ alia auſtrum ꝑpetuo circulariter voluetur et etiam motu naturali: ergo alicui corpi ſimplici competunt plures motus ſimplices. Nam magnes vt dicit Actor de magnete et Doctor ſanctus de potentia de. 94. hꝫ mirabiles ꝓprietates cū celo. nā acus fricata cum parte ſeptentrionali magnetis fugat ferrū verſus partem auſtralem, ergo ſequit ꝙ in magnete relucent ꝓprietates celi, in quo argumento poteris ꝓbare ꝙ aliquod violentum eſt perpetuū. ¶ Quarto principaliter arguitur celū eſt corpꝰ ſimplex et non conuenit ei vnus motus ſimplex, vt patꝫ de ſpheris inferioribus que mouent ab occidēte in oriens et ab oriente in occidēs. ¶ Quinto principaliter arguitur de eccentrico qui eſt corpus ſimplex: et non mouetur motu ſimplici: quia non per lineā breuiſſimā a medio vel ad mediū, necꝫ per equidiſtātē a medio cum in auge remoueatur magis a centro ⁊ in oppoſito augis magis apropinquat. ¶ Sexto principaliter, argumētor de terra que eſt corpꝰ ſimplex et non conuenit ei vnus motus ſimplex: q2 non mouetur.

¶ Pro ſolutione huiuſ difficultatis noto ꝙ motus ſimplex eſt qui fit a medio vł ad medium per lineam rectam (intelligo ad medium. i. verſus mediū) vel qui fit circa mediū equidiſtāter ſecūdū totū. ¶ Has diffinitiones pono ad verſus omnibus: nam credo ꝙ motus factus per lineam lateralē deſcēdendo eſt ſimplex ſed ſi fiet deſcendo et aſcendendo erit mixtus: quod patet per ea que dixitam in ſphera quam in primo phiſicorum de illo qui mouetur per terram planiſſimam partim aſcendendo: et partim deſcendendo. Dixi vel circa medium et non dixi per lineam equidiſtātem a medio niſi circa medium equidiſtantē a medio ſecundum ſe totum: vt comprehenderem motū eccentrici et motum tripidationis in quibus ſemper eſt equidiſtantia a centro ſecundum totū licet non ſecundū omnes partes. Mirorem maxime de dicentibus ꝙ eccentricus eſt corpus ſimplex et tñ mouet motu non ſimplici: idem deberent dicere ſi bene aſpicient de. 8. ſphera propter motū tripidationis. Infero ſecundo ꝙ rota figuli circulariter mota mouetur motu ſimplici.

¶ Noto. 2. ꝙ quando dicitur cuilibet corpori ſimplici ineſt vnus motus ſimplex et non plures debet intelligi: ideſt natus eſt ineſſe vnꝰ motus ſimplex et nō plures, per quod ſoluitur argumētum de terra que licet non mouet ē nata moueri naturaliter deorſum ſi eſſet extra locū naturalem: ⁊ debet intelligi ꝙ non poſſunt competere plures motus ſimplices naturales: q2 bene poteſt competere vnus motus naturalis et alius violētus ſimplices: dicitur eque primo quia bene poſſunt cōpetere plures naturales in eque primo vtpote ſpheris inferioribus moueri ab oriente in occidens et ab occidente in oriēs ſed per prius conuenit moueri ab occi, quamuis poſſet dici ꝙ non ſunt ambo naturales: ſed ille ab orienti in occidens eſt indifferens ſicut motꝰ ignis circularis eſt indifferens igni. Et ſi dicas nonne aeri conueniunt duo motus nāles ſimplices eque primo ſcilicet deorſum ab igne ad aerē ⁊ ſurſum ab aqua in aerē. Dicendū non eſſe inconueniens qñ habent eundē terminū ad quē. Propō aūt philoſophi vera eſt q2 ſi poſſunt cōpetere duo motus ſimplices eidē rei, vel ſunt eiuſdem ſpecici: et ſic vnus ſuperfluit, vel diuerſarū ſpecierum et ſic non poſſunt cōpetere eque primo: dicit notanter cuilibet corpori ſimplici q2 mixtis cōuenit motus multiplex ſm naturā elemēti predominantis vt ligno ferri deorſum ab aere in aquā ⁊ ferri ſurſum ab aqua in aerē dum ſubmergit per q̄ vult inferre ꝙ motus circularis requirat aliud corpus aliud preter quattuor elemēta ſcilicet celuꝫ: ex quo ſequit dato mixto quod habeat duos gradꝰ leuitatis aeris per totū, et duos ignis per totū: et duos gradus grauitatis terre ꝑ totū: et duos gradus grauitatis aque per totum illud per ignem et aerē deſcendet per aquā aſcendet: et quieſcet pro medietate in aere et pro medietate in aqua tamē dicunt Albertus: et amadeꝰ in. i. q. i. de celo quod impoſſibile eſt dare quoddā mixtū habens duos gradus leuitatis aeris per totum: et duos gradus leuitatis ignis per totum et duos grauitatis aque et duos grauitatis terre per totū. Quod ꝓbat duplici rōne. ¶ Prima rō q2 preſupponit ad aliquid eē leue aut habiturum eē tātū caliditatis ꝙ ſit ſumma aut paꝝ diſtanter a ſumma. dicunt ergo ꝙ ſi ad quātūcunqꝫ paruū exceſſum leuitatis ſuper grauitatem requiritur exceſſus valde notabilis caloris ſuper frigus, ergo quando fuerit equalitas leuitatis ad grauitatem ad huc calor excederet frigus: ꝙ ſi excedit: ergo corrumpet frigiditatem et ita creſcet in leuitate: igit non niſi per inſtans tale corpus remanebit illo pacto diſpoſitum ꝙ autem ad aliquid eſſe leue tanta caliditas reqrat monſtratur q2 in aīalibꝰ videmus multam eē caliditatem et tamen non eſſe leuitatem. ¶ Secunda rō Alberti eſt cui aſſentit, ama deus tale corpus nō haberet locum naturalem. nam maxime eſſet ſi vna medietas eſſet in aqua, et alia in aere: ſed hoc nō poteſt eſſe, nam ſit tale corpus quadratuꝫ, linea media que tranſit a latere in latus ſit. a. b. cum ſuperficies conuexa aque ſit rotunda illa linea recta tangit ſuperficiem conuexam in puncto tantum, ergo illius corporis maior ps quā medietas erit in aere, ⁊ minor quā medietas erit in aq̄: ergo non eſt ſuus locus nālis ꝑ medietate in aqua et pro medietate in aere, vt poteris videri in figura ſequenti. Sed prima ratio et ſecunda nullius ſunt momenti: Nam prima preſupponit vnum falſum ſcilicet ꝙ leuitas ſit attendenda penes ſolum dominium caliditatis. Nam licet illud ſit verum in elementis non tamen in mixtis. Plura nāqꝫ mixta ſunt leuia et tñ frigida, vt patet de ligno. Et multa ſunt leuia que ſunt parum calida, vt oleū. Et ad illud ꝙ dicit de animalibus dico ꝙ calor faciens leuitatem debet eſſe mordax igneus, non ſuauis mitis, quod eſt calor animaliū. Et ad illud quod dicit de ferro ignito quod eſt graue et tamen eſt calidiſſimuꝫ, dicatur ꝙ in mixtis grauitas et leuitas nō attenditur penes frigiditatem aut caliditatem: ſed penes dominium plurium partiū leuificantium, vel grauificantium: vt dictum eſt in phyſicis.

¶ Ad ſecundam rationem dico ꝙ bene probat tale mixtum non poſſe poni pro medietate in aere et pro medietate in aqua: Tamen naturaliter locabitur ſi eius punctum medium ſit in medio ſphere aque: et ſphere aeris. Nā terra naturaliter locatur ſi eiꝰ punctum medium ſit in medio vniuerſi duntaxat.

¶ Nunc ad rationes principales reſpondeo Primo ad primā dicitur ꝙ non eſt incōueniens graue aſcendere naturaliter propter aſſimilandum ſibi paſſum, vt patet de flamma que mouetur lateraliter ad inflā

mandum lignum,iſti tamen motus licet ſint natura
les aque non conueniunt eque primo.
¶Ad ſecundam credit doctor ſanctus.4.phyſicorũ
commento.10.contra Auerroem ꝙ motus ferri ad
magnetem eſt violentus.
¶Ad tertiam dico cum doctore ſancto loco precita
to ꝙ illa que conueniunt aliquibus ratione proprie-
tatum celeſtium videntur eis naturalia:patet. Nam
fluxus et refluxus maris quatenus mare eſt graue ē
violentus mari,ſed quatenus mare eſt ſubiectum ce
lo eſt ipſi mari naturalis.
¶Ad quartaȝ dicitur ꝙ tales motus non conueniũt
celis inferioribus eque primo: ſed per prius conue
nit motus ab occidente quam ab oriente.
¶Ad quintam dicitur in primo notabili.
¶Ad ſextam ſimiliter.

Dubiũ.2. Queritur ſecundo vtrum mixta
moueantur ad motum elementoꝝ predomi-
nantiũ in eis,et arguitur ꝙ nõ:quia ſequere
tur ꝙ duo mixta diuerſa ſpẽ mouerentur eodem mo
tu in ſpẽ.vt pȝ de plũbo et ferro,et ſequella pȝ: qꝛ in
eis dominatur idem elementũ.ſ.terra. Oppm̃ tñ ar
guitur,nulla elementa differentia ſpẽ mouent̃ eodeȝ
motu in ſpẽ:ergo nec mixta pñt moueri eodẽ motu ĩ
ſpẽ:ergo;partẽ affirmatiuam determinat phs in iſto
primo de celo.¶Iſtã qõnẽ de mõ predominãdi ele
mentorum in mixtis determinaui in primo phyſicoꝝ
modo autem breuiter dicam id quod tenet Paulus
venetus in ſumma philoſophica libris de celo ca.2:
in ſolutione argumenti quarti tenendo omnes quali
tates motiuas eſſe diuerſarum ſpecierum in elemen
tis negetur conſequentia eo ꝙ non ſunt generaliter
diuerſarum ſpecierũ in mixtis,vnde grauitas ligni
et grauitas ferri ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime:
tenendo autem grauitatem terre et grauitatẽ aque
eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime et ſimliciter leuita
tẽ ignis et leuitatẽ aeris diceret̃ motus deorſum ter
re ⁊ deorſuȝ aque non eſſe diuerſaꝝ ſpecierum et ſil'r
motum ignis ſurſum et motum aeris ſurſum nec eſt
in conueniens ſpecie diſtincta elementa moueri mo-
tibus eiuſdem ſpeciei,nec ſequitur:aqua non poteſt
venire ad medium mundi:igitur non mouet̃ motu ei
uſdem ſpeciei cum motu terre:quia licet no poſſit ve
nire ratione impedimenti tamen de ſe eſt mobilis ad
medium mundi.vnde ſi fieret foramen moueretur ꝑ
medium mundi :ſimiliter aer mobilis ē ad concauũ
lune quantum eſt de ſe:ſed non poſſit moueri:hoc eſt
ratione elementi ignis impedientis. Hanc tamen
ſententiam reprobat amadeus in prima queſt.p.de
celo ar.5.ad quod mouetur multis rationibꝰ. Priõ
ꝙ videmꝰ motus plumbũ paruuȝ ſubmergi in aqua,
quod non facit lignum magnum et hoc eſt ꝙ plum-
bum habet grauitatem terreã lignum vero grauita
tatem aqueam ergo grauitas aquea non eſt nata de
ſcendere ad centrum:et ſi dicatur ſi foramen eſſet in
tra deſcenderet aqua per illud : ergo aqua eſt tam
grauis ſicut terra dico ꝙ deſcendit ad euitandũ va
cuum:itẽ ſequeretur ꝙ aliquod violentũ eſſȝ ꝑpetuũ
patet.nam aqua naturaliter petit centrũ ,et detinet̃
a terra ne petat centrum igit̃ ſequit̃ ꝙ aliqđ violẽtũ
eſt perpetuum. Item iudicis ꝙ aer eſt ita leuis ſicut
ignis ergo cum ignis ſit valde rarus poterit aer per
illum ignem aſcendere et ita aer iam eſſet in conca
uo lune:ꝙ autem poſſit ignem aſcẽdere patet : quia
vas terreum plenum aere aſcendit per aquã quod
non faceret niſi aer diuideret aquam igitur : ſi aer
diuidit aquam a fortiori diuidet ignem qua propter
ne credas hoc dictum Pauli veneti quod etiam eſt
Buridani.4.phiſi.

Queritur tertio vtrum preter . Dubiũ.3.
4. corpora ſimplicia ſit reperire aliqđ ali-
ud corpus ſimplex diſtinctum a quattuor ele
mentis pro hac queſtione aſſigno aliquas ↄcluſiones
Prima concluſio preter. 4 .elementa eſt reperire
quoddam aliud corpus ſimplex quod eſt celum: pro
batur primo ꝙ ſint.4.corpora ſimplicia ſcilicet ele-
menta quattuor ſunt cõbinationes poſſibiles quali-
tatum primarum ergo quattuor ſunt elementa. naȝ
vt dicit. Marſilius ſecundo de generatione queſtio
ne.12.ꝙ ad faciendum combinationes in aliqui-
bus rebus per binarios oportet ſummare totam ſum
mam vſqȝ ad numerum penultimum incluſiue : et
quantus fuerit nũmerus reſultans tot debent eẽ con
binationes per binarios : itaqȝ ſi ſunt quattuor qua
litates ad videnduȝ quot ſunt combinationes quat
tuor qualitatum oportet ſumere vnitatem binariuȝ
et tinarium ⁊ facit ſenarium ille eſt numerus combi
natiuuȝ per binarios quarum.6.combina.ca.cũ.hu
ca,cum.ſico.fri.cum humiditate.frigi.cũ.ſico.frigi.
cum.ca.humi.cũ.ſico.ſ.4.ſunt poſſibiles vltime due
ſunt poſſibiles ergo.4.ſunt elementa ꝙ autem pre-
ter hec corpora ſimplicia ſit celuȝ:patet quia motus
ſimplices ĩ genere ſunt duo ſcilicet rectus et circula
ris prior diuiditur a medio et ad medium qui non
conueniunt celo:ergo alius qui eſt circa medium cõ
uenit naturaliter quinte eſentio tenet conſequentia
per ea que in queſtione precedenti ſunt determinata
cuilibet corpori ſimplici vnus conuenit motꝰ ſimplex
¶Secunda concluſio.de mente Pauli veneti in ſua
ſuma.li.de celo.ca.3.concluſione quarta.

¶Omnes orbes celeſtes ſunt diuer
ſarum ſpecieruȝ patet:quia ſi eſſent eiuſdem ſpeciei
mouerentur eodeȝ motu ſpecie:nec inuicem ordina-
rẽtur eſſencialiter ſm ſuperius ⁊ inferius. Quorum
quodlibet ẽ manifeſte falſum. Item motores orbiũ
diſtinguntur ſpecie igitur et ipſi orbes:patet conſe-
quencia:quia ſi eſſent eiuſdẽ ſpeciei vnus motor ſuffi
ceret:antecedẽs pȝ : quia plura ſeparata a materia
nõ poſſunt eſſe ſolo numero differentia.ſm philopho
phum.12.meta. ¶Ex iſta concluſione ſequitur ꝙ oẽs
planete et omnia aſtra ſunt diuerſarum ſpecierum
patet:quia ſunt partes orbium diuerſarum ſpecierũ
Unñ quecũqȝ ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime dicũ-
tur habere conſimiles proprietates naturales : ſed
planete et aſtra non habent conſimiles proprietates
naturales:quia diuerſi mode in fluunt in his in ferio
ribus igitur:et ideo inquit philoſophus in.li .de pro
prietatibus elemẽtorum. Dico autem ꝙ ſubſtantia
ſolis et aliarum ſtellarum et lune eſt alterius ſpeciei
ſpecialiſſime:quia ſol de ſe habet lumẽ et luceȝ :alie
autem ſtelle habent per ac quiſitionem a ſole.

¶Circa hoc dubito duo primũ cir-
ca illam autoritatem philoſophi a materia ſepara-
ta differunt ſpecie ſi verum eſt motores celorum et
omnes angelos differre ſpecie.¶Circa aliam auto-
ritatem libri de proprietatibus elementorum queri
tur an alia aſtra a ſole habeant lumem propriuȝ: aut
lucem propriam.
¶Ad primum nota ꝙ đ ipſis intelligentijs due ſunt

opiniones. Prima eſt Doctoris ſancti in li. de ſpiritualibus creaturis queſtione. 8. qui tenet omnes angelos differre ſpecie ⁊ mouetur auctoritate hac alegata et ſimiliter ratiõe: q2 tota cauſa faciendi plura numero in eadem ſpecie eſt timor ne ſpecies pereat ſed in angelis talis timor nõ eſt: ergo oẽs angeli differunt ſpecie oppoſitam tamẽ ſententiã tenet Sco. in. 2. ſententen. d. 2. q 4. qui mouet multis rõnibꝰ. primo. bene ſequitur ſpecies angelica eſt ſpẽs ergo verificatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid ergo plures angeli poſſunt eẽ Item dicit Auerrois. primo d celo omne quod eſt pluſꝙ vnũ eſt diminutum ſed imperfectum eſt pluſꝙ vnum et angelus eſt imperfectus: ergo eſt pluſꝙ vnũ, Tertia rõ ſi deꝰ anihilaret angelum poſſet angelũ ſimilẽ producere: ergo eodem angelo ipſo remanente poterit aliũ ſibi ſimilem facere quoniam non videtur implicare contradictionẽ et omne quod non implicat cõtradictionem deus poteſt facere. Ad hec argumenta reſpondet Paulꝰ ſoncinas. 12. metha. q. 31. dicens ꝙ non eſt intentio Doctoris ſancti, dicere ꝙ deus non poſſet facere duos angelos eiuſdem ſpeciei imo in libro d vnitate intellectus contra Auerroẽ credit ꝙ licet non ſunt de facto plures angli eiuſdem ſpeciei nõ repugnat tñ eſſe plures eiuſdem ſpẽi et per hoc. Tertia rõ eſt ſoluta. Ad primam rõnem Sco. reſpondet Paulus ſoncinas ꝙ iſte trs ſpecies nõ bene diffinitur ſpecies que pdicatur d pluribus. ⁊c. ſ3 melius diffinitur ſpẽs que ponit ſub aſſignato gene quare dicit ꝙ ſpecies et indiuiduũ non ſunt correlatiua ſed ſpecies ⁊ genus videtur tamen mihi melius eſſe reſpondendũ ꝙ vt aliquid ſit ſpecies requirit ꝙ illi non repugnet. ex modo ſue ſignificationis verificari de pluribus ⁊ ad ſecundam rationem reſpondet ꝙ ille modus arguendi eſt in ſufficiens: quia peccat per fallatiã conſequentis ac ſi iſt o mõ arguitur hoc eſt pluſꝙ vnũ: ergo eſt diminutũ igit ſi eſt diminutũ eſt pluſꝙ vnum. ¶ Quid aũt reſpõdeat Scotus ad illam auctoritatem. 12. metha dicit ꝙ illa auctoritas ſub his verbis habet oĩa que ſunt vnũ ſpecie et plura numero habent materiã dicit ꝙ duplex eſt mã quedã eſt materia phiſica que eſt altera ps rei naturalis reliqua eſt materia metha, que eſt dĩa indiuidualis iuxta phm primo celi dicentem qui dicit celũ dicit formã qui dicit hoc celũ dicit materiã, ⁊ ita dicit omnia que ſunt vnũ ſpecie et plura numero habent materiã ideſt indiuiduant per hecceitatẽ: eſſentia diuina non põt indiuiduari per hecceitatẽ; q2 eſt de ſe hec. i. de ſe ſingularis. ¶ Circa ſecundũ nota vnã egregiã demonſtrationem qua pbo ꝙ ſtelle alie a ſole habent lucem propriã preter eã quã a ſole acquirũt ſi totũ lumen quod habet ſtella a ſole acquireret: ſequit ꝙ nõ poſſet apparere nobis de nocte in angulo meridiei: ſequella pbat, quia falſitas ꝯñtis nota eſt, ſuppoſito ꝙ angulus incidentie et reflexionis debent eẽ equales quo ſuppoſito ſi radij directi ſolis veniunt ex occidẽti ex altero extremo terre ergo reflexi reſilient verſus oriens ex altero extremo terre: et ſic non veniẽt ad nos qui ſumus in medio iõ dicerẽ ad aucto. philoſophi egregie intelligi ſolem habere lumen per eẽntiã: ideſt a nullo alio aſtro datum vel augmentatũ: ſ3 alia aſtra habere aliquod per eſſentiam ſed augeſcere per ſolẽ. Item circa ſecundã queſtionẽ dubitatur quomõ oĩa aſtra differunt ſpẽ cum ſint partes orbis eiuſdẽ non differentes ab eo niſi raro et denſo que nõ variant ſpẽm. ¶ Ad hoc reſpondeo, cũ Cõmentatore. 2. de celo cõ. 42. ꝙ totũ celũ ẽ ſicut vnũ aĩal, ſphere celeſtes et ſtelle ſunt ſicut mẽbra eiꝰ: ſed mõ manifeſtum eſt, ꝙ ptes aĩalis diſtingunt ſpẽ inuicem et ab aĩali: q2 caro et os ſpẽ diſtinguntur: et aĩal a quol3 illorũ. cõſimiliter in celo ſphere celeſtes et aſtra inuicem diſtinguntur ſpecie et cũ dicitur rarũ ⁊ denſum non variant ſpeciẽ. concedo nec dico aſtra ſpecie diſtingui ratione denſitatis et raritatis ſed rõne aliarũ pprietatũ ſpẽ diſtinctarũ: vnde aer et ignis non diſtinguut ſpecie rõne denſitatis vel raritatis, ſ3 rõne formarũ diuerſarũ et pprietatũ. ¶ Nota ꝙ hec p põ partes animalis diſtinguntur ſpecie inuicẽ ſi intelligat de ſpẽ eẽntiali falſa eſt. Nã ſequeret mẽbra hominis fore diſcontinua p3: q2 res diuerſarũ ſpecierum non poſſunt continuari qd ſi cõcedas infero clare ꝙ anima rõnalis naturaliter eſt in pluribus locis diſcontinuis quod non eſt concedendũ. Item ſi dicat membra hominis habere diuerſas formas partiales ille non ſufficiunt dare ſpeciẽ: q2 vnaqꝫ res denominatur a forma vltima qualis non eſt in predicto caſu illa forma partialis.

Dubitatur q̃rto vtrum celũ cõponatur ex materia et forma: et arguitur ꝙ ſic, quia celum eſt vnum numero et illud eſt vnum numero cuius materia eſt vna: ergo celum habet materiam ¶ Secundo arguitur illudmet auctoritate philoſophi. i. celi, dicentis qui dicit celum dicit formã qui dicit hoc celũ dicit mãm. ¶ Tertio arguit in celo eſt reperire partes raras et denſas: ſed rarũ eſt qd ſub multa quantitate parũ habet de materia: ergo celũ habet materiã. In oppoſitũ arguit aucto. Cõmẽtatoris dicẽtis ꝙ celũ eſt forma ſimplex rõne pbatur. quia ſi eſſet cõpoſitũ ex mã ⁊ forma nõ indigeret intelligẽtia motrice: ſed ſufficeret illi ſua forma ad motum circularẽ ſicut ſuffcit graui ad motum rectũ ſua forma. ¶ Pro declaratione huiꝰ q̃ſtionis nota: ꝙ i ipſa ſunt tres opiniones. Prima eſt egidij de roma tenentis ꝙ celum eſt cõpoſitum ex materia et forma et mouet propter rõnes precedẽtes nõ tamen credit in illa materia eẽ priuationẽ anexã pp ter quod dicit illã materiã non appetere aliã formã ab illa quã h3 eo ꝙ dicit Auerrois p̃io phiſi. ſi materia haberet aliquã formã eternã non apeteret aliã ⁊ pptꝫea dicit celũ nõ eẽ corruptibile: q2 mã nõ ẽ apta nata hẽre aliã formã ab illa quã h3 ⁊ tenet mãm illã celi ⁊ mãm hoꝝ iferiorũ eẽ eiuſdẽi: ſ3 difficile pfecto appet ꝙ aliq̃ duo ſunt eiuſdẽ ſpẽi et alicui inſit aliq̃s apetitus naturalis a tota ſpẽ et nõ alteri Propterea ponitur ſecunda opinio diui Thome tenentis ꝙ celũ componitur ex materia et forma, tñ materia celi et materia hoꝝ inferiorum differunt ſpecie eo ꝙ diuerſe pprietates inſunt vni que non inſunt alteri. ¶ S3 contra hanc opinionem eſſet argumentum qd dicit Auerrois primo phyſi. in fundamento nature nil eſt diſtinctum. Itẽ phs. 5. meta. dicit actus ſeparat et diſtinguit: ergo non prouenit diuerſitas ſpecifica ex materia. Ad hec tñ facile diuꝰ Tho. reſponderet ꝙ in fundamento nature nihil eſt diſtinctu3, intelligat de materia generabilium et corruptibilium. Ad aliud diceret ꝙ actus ſeparat et diſtinguit principaliter, materia vero minus principaliter. ¶ Tertia opinio eſt commentatoris Auerrois tenentis, ꝙ celum eſt forma ſimplex. Ad quam opinionem tenendam mouetur ꝙ celum eſt ſimpliciſſimum corpus inter omnia corpora ſimplicia: ergo debet eſſe ſimpliciſſi-

Dubi. 4.

ma foꝛma. Et ad rationes in comtrarium que pꝛo-
bant celnm hare materiā. Nota ꝙ celū habet aliq̄d
quod eſt ſicut foꝛma et aliquid quod eſt quaſi foꝛma
⁊ē intelligentia quaſi materia eſt foꝛma celi dicit er
go ꝙ cum philoſophus ait qui dicit celū dicit foꝛmā
q̄n̄ dicis aliquid magis abſtractū qui dicit hoc celū
dicit mām: ideſt dicit aliquid magis contractū qua
re crediderim ꝙ text⁹ intelligat de materia metha-
phiſice et ad aliud in quo dicitur ꝙ in celo eſt rarū:
et denſuꝫ ergo eſt materia: ideſt quaſi materia et ad
aliud illa ſunt vnuꝫ numero quoꝛū materia eſt vna
illud intelligit ſcō, ꝙ illa ſunt vnū numero quoꝛū ma
teria eſt vna loquendo de materia metaphiſice: ſed
aliter gloſat Albert⁹ de ſaxonia illi termini ſunt vnū
numero quoꝛum mā eſt vna, ideſt qui ſupponunt pꝛo
eodem,

Dubium quintum. Dubitatur quinto. circa materiā
libꝛi de celo vtrū motus celi cōmenſurentur
pꝛopoꝛtionibus rōnalibus vel irrōnalibus ꝙ
queſtionē diſquirit anges ſcōo de cauſis pꝛopꝛietate
ſexta dubitatione ſeptima ad quā reſpondeo per ali
quas pꝛopoſitiones. Pꝛima ꝓpō. Si aliqui celi vel
planete moueantur in ꝓpoꝛtionibus rationalibus ta
les planete vel celi in eodem puncto celi coniungen
tur tot reuolutionibus tranſactis, ꝙ ſunt vnitates in
minimis numeris talis ꝓpoꝛtionis in qua vnum celū
mouetur velocius alio. Exempli gratia. Ponamus ſa
turnū moueri in triginta annis, atq̄ ioue duodecim
annis ꝓpoꝛtio vero illoꝝ motuū eſt dupla ſequialte-
ra ſumantur minimi numeri ꝓpoꝛtionis ſequialtere
ſ. 5. et. 2. dico ꝙ quando iupiter pertranſierit. 5. re-
uolutiones, et ſaturnus duas. Iterum in eodem pun
cto coniungentur et ante tranſitū harū reuolutionū
coniungentur in diſtante a pꝛīo diſtantia cōmenſura
bili toti. ¶ Secunda ꝓpō. Si motus celi cōmenſu-
rentur ꝓpoꝛtionibus irrationalibus et duo planete
modo coniungantur in aliquo puncto nunq̄ in eodē
iterū cōiungenꝛ, nec in aliquo puncto diſtante a pꝛi-
mo diſtantia cōmenſurabili toti ꝓbatur. Nā ſi detur
oppoſitū ſequeretur ꝙ illud eſſet tranſitis aliquibus
reuolutionibus vnius et alterius: quod ſi ſic ḡ nō mo
uetur pꝛopoꝛtione rationali quod eſt contra caſum
vtrum tamen deus fecerit aliquos celos motos in ꝓ
poꝛtione irrationabili: vel: non non habet viatoꝛ cui
dentiā: quia (vt dicit Plinius) celi menſura non ve-
nit ad digitos: et Albatheni de mente Tholomei di
cit, in altitudine huius magiſterij non poteſt hō veri
tatem adamuſim diſquirere, et ſi darentur aliqui ce
li moti in ꝓpoꝛtione irrationali plane illoꝛuꝫ in quo
libet puncto zodiaci coniungerentur ſi tamen moue
rentur in ꝓpoꝛtione irrationali non in quolibet, ſed
ſolū in puncto diſtante a pꝛīo diſtantia incōmenſura
bili toti cōiungerentur, ſed hoc dictū Anges non vi
detur verū: nā ſi moueantur in ꝓpoꝛtione irrationa-
li non coniunguntur, niſi in puncto diſtante a pꝛimo
diſtantia incōmenſurabili toti, nec ſequitur iſti pla-
nete mouentur in ꝓpoꝛtione irrationali: ergo nō po
teſt aliquis aſtrologus eſſe certus de loco illoꝝ plane
taꝝ. Dicendū ꝙ licet non ſciant aſtrologi locuꝫ verū
punctualiter illoꝝ planetarum, ſatis tamen eſt ꝙ ſci
ant coniectura pꝛopinqua veritati.

Dubiū. 6. Dubitatur ſexto. Preterea vtrū
celi ſint animati ſuper quo fuerūt due opinio
nes apud philoſophos. Pꝛima fuit Anaxa-
goꝛe dicentis ꝙ celi erant inanimati ⁊ vocabat ſoleꝫ
lapidem accenſuꝫ ꝓpter quod reus factus eſt apud
athenienſes. Secunda fuit opinio Platonis ⁊ Ariſt.
dicendum ꝙ celi ſunt animati inter catholicos tamē
ſunt opiniones. Beat⁹ Hieronym⁹ rn̄dit ꝙ celi ſunt
animati ſuper illud Eſaye. Audite celi et aurib⁹ per
cipite terra. dicit non inanimata coꝛpoꝛa alloquitur
Sed contrariā ſententiam tenet beatus Baſilius: ⁊
Damacenus. Beatus tamen auguſtinus neutri par-
ti adheret. Et ſanctus Thomas in ſuma contra gen
tiles ca. 4. dicit ꝙ neutra pars eſt de fide. Auerrois
tamen dicit ſuper hoc ꝙ ſi per eſſe animatum intelli
gatur habere animam infoꝛmatiue ſe habentē, ſic
celum non eſt animatum, ſi vero intelligatur habere
per indiſtantiam aliquid quod habeat vitam, ſic ce
li ſunt animati. Poſſet tamen argui ꝙ celi ſunt aīati
quia celi ſunt nobiliſſima coꝛpoꝛa: ergo habent nobi
liſſimam foꝛmam que eſt anima, ſed foꝛtioꝛ eſt ratio
in contrarium pꝛobans ꝙ celi non ſunt animati, quia
vel erunt animati anima vegeratiua vel ſenſitiua: et
hoc non, quia eſſent coꝛruptibiles vel anima intelle-
ctiua et hoc non, quia ſi ſic cum opoꝛteat intelligen-
tem phantaſmata ſpeculari. 3. de anima opoꝛtet ꝙ ta
le celum haberet ſenſus interioꝛes, et ſic eſſet coꝛru
ptibile: ſed parum valet hec ratio. Dicerem enim ꝙ
illa authoꝛitas philoſophi. 3. de anima eſt intelligen
da de intelligente coꝛpoꝛali ꝙ ſibi determinat qua-
alitates peregrinas. Et ad aliam rationem in oppoſi-
tum pꝛobantem ꝙ celum eſt animatum dicerē ꝙ ani
ma eſt actus coꝛpoꝛis phiſici oꝛganici modo celū nō
eſt oꝛganicum. Uide de iſta queſtione Anges. 2. de
cauſis ꝓpꝛietate. 6. dubitatione. 4.

Queritur ſeptimo de graduatio Dubiū. 7
ne ſtellarum et celoꝛum vtrum celi ſint gra-
duandi ſm̄ ſuam perfectionem eſſentialē ad
qd̄ reſpondet diuus Thomas. 12. metha. ꝙ celi ſunt
graduandi ſm̄ perfectionem eſſentialem, ita ꝙ quā
to planete fuerint ſuperioꝛes tanto erunt perfectio-
res, et ſi quis arguat, ſaturnus eſt ſuperioꝛ ſole, ⁊ ta
men eſt imperfectioꝛ ſole, quia eſt planeta maleuol⁹,
Ad hoc reſpondet Anges. 2. de cauſis ꝓpꝛietate. 6.
dubitatione pꝛīa ꝙ ſaturnus licet male influat in coꝛ
pus bene tamē influit in animā, q2 facit aīaꝫ pulchrā
contēplatiuā, et q2 aīa pꝛeſtat coꝛpoꝛi, iō perfectioꝛ
eſt ſaturnus ipō ſole, et iupiter influit in aīaꝫ manſue
tudinē et beneuolentiā, mars aūt īfluit ī aīaꝫ magna
nimitatem, ergo perfectioꝛes ſunt ſuperioꝛes ꝙ in-
ferioꝛes.

Dubitatꝛ octauo d̄ galaxia quid Dubiū. 8
eſt. Ad qd̄ reſpondet Anges eadem ꝓpꝛie-
tate per duas opiniones. ¶ Pꝛima eſt ꝙ ga
laxia eſt quidā circulus apparens in aere ꝓpter re-
flexionem radioꝝ ſolariū ab humiditate aeris ſꝫ hec
opinio eſt falſa, q2 ex illa ſequeretur ꝙ galaxia ſemꝑ
appareret in alia et alia parte. ¶ Secūda opinio ve
ra phi, ꝙ eſt multitudo magna ſtellaꝝ paruaꝝ quaꝝ
vnaqueq̄ per ſe videri non pōt ſimul, tn̄ oēs videnꝛ ⁊
hic eſt duplex circulus. Et dicit Tholome⁹. 8. diſtin.
Almageſti ca. 2. quidam eſt integer a ſigno gemino
rū vſq̄ ad ſagitariū rediens vſq̄ ad ſignū geminoꝝ
et alter eſt interſectus non continuat⁹ ⁊ ſub iſto cir-
culo cauſantur multi comete: q2 ille ſtelle habēt mul
tam influentiā trahēdi ad ſe cometas et apparet cir
cul⁹ alb⁹ ille: et ꝓpterea dicitur circulus lacte⁹: q2
multum de lumine reflectitur.

Dubitatur. Utrum ſint dabiles
in celo circuli eccentrici et epicicli, Auer-
rois ſecũdo de celo cõmento quinto. Omõi
eccentricos et epiciclos negauit. Ad qȯ multis rõ-
nibus motus eſt. Pꝛimo ꝙ aliquod coꝛpus ſimplex
non haberet mótum ſimplicem, patet de eccentrico
qui nec mouetur per lineã mundi dyametralem, nec
per lineam eque diſtantem a centro mundi, ergo nõ
mouetur motu ſimplici partiali. ſ. totius oꝛbis. Uel
dicatur ꝙ mouetur motu ſimplici: quia mouetur per
lineam quaſi eque diſtantem a centro mundi. Se
cunda rõ. Sequeretur ꝙ eccẽtricus moueretur mo
tu mixto: patet, quia partim aſcẽdit et partim deſcẽ
dit. Reſpondetur negando illud, quia ad aſcenſum
et deſcenſum requiritur pꝛogreſſus per lineam bꝛe
uiſſimam. ¶ Tertio arguit. Sequeretur ꝙ in celo
daretur vacuum, vel penetratio dimenſionuȝ, ſequel
la patet. Nam quãdo pars groſſioꝛ oꝛbis deferentis
augem inferioꝛis venerit ad groſſam ſuperioꝛis, ſe-
quitur penetratio dimenſionnm et vacuum. Ad hoc
reſpondetur, ꝙ non ſequitur, quia dicit autoꝛ theoꝛi
ce, mouentur oꝛbes deferentes augem motibus pꝛo-
poꝛtionalibus. Ita vt ſemper coꝛreſpondeat pars
groſſioꝛ iferioꝛis, parti ſubtili ſuperioꝛis. ¶ Quar-
ta ratio eſt quam facit Capuanus pſequendo ſuper
theoꝛica planetaꝝ ſolis. Sequitur ait ꝙ ſuficeret ſo
lus oꝛbis inferioꝛ deferens augem eccentrici pȝ, qꝛ
ille ſufficit ad ſaluandum oẽs apparentias. Ad hoc
reſpondet Capuanus ꝙ ad ſaluandum apparentias
ſuficeret pone illum circulum: ſed vt ponamus totaȝ
ſpherã cõcentricã ponendus eſt alius. ¶ Aſtrologi
tñ melioꝛes rõnes habent pꝛ ſe nãqȝ quõ ſaluabiꝛ ecli
pſiȝ lune hyemalẽ minoꝛẽ eẽ eclipſe lune eſtiuali niſi
quia ſol ipſe diſtat magis a terra in eſtate ꝙ̃ in hye-
me: ergo ponendus eſt eccentricus. Secunda ratio
que pꝛbat epiciclũ foꝛe dabilem eſt, qꝛ videmus luna
exiſtente in auge ſui ecentrice qñqȝ magis qñqȝ mi
nus eclipſari qȯ euenit: qꝛ quemadmodum in auge
ſui eccentrici accidit ꝙ ſimul eſt in auge ſui epicicli
et quandoqȝ in oppoſito augis ſui epicicli. ¶ Tertia
ratio. Planete quandoqȝ ſunt retrogradi, quãdoqȝ
directi, quandoqȝ ſtationarij: et hoc non poteſt ſalua
ri, niſi ponatur epiciclus: ergo ponẽdus eſt epicicl⁹.
¶ Quoniam apud aſtrologos ẽ quaſi cõis cõceptio
et pꝛincipiũ ẽ ꝙ in oꝛbibus celeſtibus dantur eccen
trici, quibus fere omnes planetaꝝ ſaluant apparen-
tias ſine quibus videtur apparentias ſaluari nõ poſ
ſe. Eſt hic videndum an ſit verũ hoc: et pluribus rõ-
nibus mouentur aſtronomi ad eccentricos affirman
dum, ſed qꝛ abſqȝ dubitatione querẽtes ſimiles ſunt
quo opȝ ire ignoꝛantibus, vt inquit Philoſophus. 3.
metha. tex. pꝛimo opȝ videre rõnes alioꝝ eccentri-
cos oꝛbes negantium: vt ex illaꝝ confutatione veri-
tas melius ac clari⁹ pateat. Nã potioꝛ inueſtigatio
pꝛioꝛum eſt ſolo dubitatoꝛũ vt in eodem. 3. methaſi:
tex. codẽ auerrois cũ ſuis ſequacibus vult oĩno con-
futare ponentes oꝛbes eccentricos qui in diuerſis lo
cis ſui cõmenti facit nonnullas rationes que dictis
et auctoꝛitate Ariſto. videntur foꝛtificare. ¶ Pꝛĩa
rõ Auerrois pꝛĩo celi cõ. 5. mot⁹ namqȝ ſimplex tri-
plex eſt. ſ. a medio ad medium et circa mediũ, vt in-
quit ibi philoſophus: coꝛpus celeſte mouetur circa
mediũ tñ: non aũt a medio neqȝ ad mediũ: ſed in ec
centrico aliquis punctus ſignatus verbi gratia: ſol
mouetur a medio et ad mediũ. Nam cum eccentric⁹
non equidiſtet a cẽtro mundi: vt notum ẽ opoꝛtet ꝙ
vna pꝛs ſit magis diſtans altera: quare quãdo ſol mo
uetur ad partem magis diſtãtem: mouetur a medio
recedendo: quãdo vero mouetur ad partem pꝛopin
quioꝛem centro moueꝛ ad mediũ. quod patet in hac
figura in qua pars. e. magis diſtat a cẽtro mundi. a.
quam pars. d. cum ambe equidiſtent a centro eccen
trici. b. quare linea. a. b. c. que duciꝛ ad punctum au
gis remotiſſimum longioꝛ eſt quam linea. a. d. que ẽ
oppoſiti augis: vt infra oſtendetur: quare ſequitur:
ꝙ dum ſol exñs in. d. mouetur in. c. elongatur a cen-
tro mundi: et conſequenter mouetur a medio e con-
tra dũ ẽ in. c. ⁊ moueꝛ i. d. appꝛinqt eidẽ cẽtro: iȯ mo
ueꝛ ad mediũ q icõueniẽtia ſunt nõ igꝛ daꝛ eccẽtrici
¶ Confirmatur. Oẽ quod mouetur a medio eſt leue
et quod moueꝛ ad mediũ ẽ graue: vt ibidem inquit
philoſoph⁹, ſed coꝛpoꝛa celeſtia non ſunt grauia nec
leuia, vt pꝛobat philoſophus pꝛĩo de celo tex. 18. q̃-
re nõ moueñꝛ ad mediũ nec a medio: ⁊ cõſeq̃nter nõ
danꝛ eccentrici. ¶ Scda rõ Auerrois ſecũdo de ce
lo. cõ. 32. eſt. Celũ eſt coꝛpus perfecte ſphericũ, vt ibi
demonſtrat Ariſto: ſed duo oꝛbes extremi qui dicũ-
tur eccentrici ſm quid et augem deferentes: qui po
nuntur pp eccentricũ ſimplr: non habent perfectam
ſphericitatẽ Nã pars. d. e. oꝛbis ſuppꝛemi ẽ groſſioꝛ
quã pars eius. c. ſimiliter pars. c. i. infimi oꝛbis eſt ẽt
groſſioꝛ quam pars, d. cum igiꝛ non hẽant equalem
ſpiſſitudinẽ: nec conſeq̃nter perfectam ſphericitatẽ:
quod inconuenit de talibus coꝛpoꝛib⁹ dicẽ: non igiꝛ
dantur oꝛbes deferentes augẽ: nec conſequenter ec
centrici. ¶ Tertia rõ in eodem loco: ſi darentur ec-
centrici ſeq̃retur vacuũ vel fluxus coꝛpoꝛum vel ra-
rarefactio coꝛpoꝛũ penetratio vel ſciſſio, condenſa-
tio: pꝛbatur conſequentia. Nam oꝛbes augem defe-
rentes ex quo ſunt coꝛpoꝛa naturalia opoꝛtet ꝙ natu
raliter habeant motũ: quare aliter eſſent fruſtra qȯ
falſum eſt et contra philoſophum pꝛĩo de celo: qꝛ de
us et natura nihil fruſtra facit: opȝ igiꝛ ꝙ illi oꝛbes
moueantur circa centrũ mundi et in motu pars vni⁹
ſubtilis, verbi gratia pars infimi ſubtilis. d. veniet
vbi pꝛius erat pars groſſa. c. i. eiuſdem: et cum non
poſſit implere totum ſpaciũ. c. i. dabitur aliqua pars
ſpacij ſine coꝛpoꝛe quare vacuũ quod impꝛobaꝛ. 4.
phiſi. Nam vacuũ eſt ſpacium ſine coꝛpoꝛe vt habeꝛ
in eodem. 4. vel eſt neceſſarium ꝙ ſit aliquod coꝛp⁹
fluens de natura celi implens illud vacuum, quod ſe
cundo de celo ẽt impꝛobatur vel tertio ꝙ pars. d. ſi
debeat implere totum locũ. c. i, rarefiat quod ĩpꝛo-
batur in pꝛimo de celo et mundo, Nã coꝛpoꝛa celeſ-
tia non alterantur neqȝ augentur: ſimiliter pꝛs groſ-
ſa, c, i, veniet in motu in locum, d, et cũ non poſſit ca-
pi in illo paruo loco, vel penetrabit oꝛbeȝ ſuperioꝛẽ
et tunc erunt duo coꝛpoꝛa ſimul in eodem loco quod
impꝛobatur in quarto phiſicoꝛũ, vel ſcindet ſpherã
ſuperioꝛem quod eſt impoſſibile vt pȝ ſecundo de ce
lo: quia quod diuidi poteſt: põt etiã coꝛrumpi vel, 3,
pars illa groſſa, c, i, vt poſſit recipi in loco, d, paruo
denſabitur quod impꝛobatur in pꝛimo de celo: quia
celũ non alteraꝛ nec minuitur. ¶ Quarta ratio eiuſ
dem Auerrois in eodem ſecundo de celo cõ, 35, illȯ
qȯ cauſatur pꝛopter motus pluralitatem: non cauſa
tur pꝛopter oꝛbes eccẽtricos, melius ẽ enĩ multipli-
plicare motus et oꝛbes quã ponere oꝛbes eccentri
cos vt liquet; ſed irregularitas motus planetarum

prouenīūt propter multitudinem motuū vt inquit
philoſophus ibidem:nam volens porbare regulari-
tatem motus celeſtis inquit,ꝙ maxime loquitur de
primo motu vel de motu primi mobilis quia ſphere
planetarum propter pluralitatem motuum irregu-
lariter moueri videntur:ecce modo ꝙ philoſophus
ibi ſaluat ea que apparent per orbium pluralitatem
et non per orbes eccentricos:ponere ergo eccentri
Rō.5.7 cos contradicit philoſopho. ¶Quinta ratio in eo-
dem cōmento idē eſt locus totius et partis.3.et.4.
phiſi.et primo et.4.de celo et mundo:locus autem
celi eſt centrum vt vult ipſe quarto phiſi.cōm.43.
idem igitur centrum qđ eſt centrum mundi eſt cen-
trum omnium ſpherarum:nō ergo dantur plura cen
tra:nec conſequenter orbes eccentrici:quia dicere
ꝙ centrum mundi ſit centrum eccentrici implicat.
¶Sexta ratio in eodem libro.cō.62. quanto ſphe
Rō.6. ra magis diſtat a primo principio:tanto pluribꝰ mo
tibus et actionibus mouetur:vt ſuā perfectionem
adipiſcatur vel conſeruet vt vult ibi philoſophus:ſ3
ſol magis diſtat a ſupremo ente quā tres ſuperiores
ſcilicet mars.iupiter ac ſaturnus:ꝛ tamen ſm prolo.
in libro amag.et in hoc opere mouetur pautioribus
Ratio.7 motibꝰ ꝙ illi q̄re cū eccētricis ſaluātes apparentias
ſunt contrarij veritati. ¶Septīa ratio eiuſdē in eo-
dem ſecundo de celo cō.35.et.12.mata.cō.45.ſi eſt
orbis eccentricus:eſt aliud centrum a centro mun-
di:ſupra quo mouetur eccentricus immo quot ſunt
eccentrici tot ſunt centra diuerſa a centro terre ſed
in omni centro eſt terra quieſcens,ſupra qua moue
tur orbis:qꝛ omne motum īdiget quieſcēte. Ut ait
philoſophus in libro de motibus animalium ḡ quot
ſunt eccentrici et centra eorum tot ſunt terre diuer
ſe:ſed multiplicato vno contrariorum multipicatur
reliquum ſecundo de celo terra et ignis ſunt contra
rij igitur erunt tot ignis et conſequenter tot media
elementa:vt infert ariſt.in ſecundo de celo multipli
catis autem corporibꝰ celeſtibus ac elementis mul
tiplicantur mundi:qꝛ hec corpora integrant mun-
dum vt patet in primo de celo,quare ſi eſſent orbes
eccentrici eſſent plures mundi immo quot orbes ec
centrici tot mundi vltra iſtum modum quod impre-
Ratio.8 bat ariſt.in primo de celo non igitur danꝫ eccētrici.
¶Octaua ratio ſecundo de celo cō.32.ar.12.meta.
co.45.ſi darentur circuli eccentrici:darentur etiā
orbes inequalis ſpiſſitudinis:qui nominati ſunt de-
ferentes augem.quare cum pars ſubtilis vnius ve-
nerit in locum partis groſſe cum non poſſit totum lo
cum illum implere oportet dari quedam corpuſcula
ſubtilia aerea tm̄ ad implendum vacuū imaginata
ideo cum non habeant proprium motum et naturā
Ratio.9 erunt ocioſa quod eſt falſum et contra philoſophum
primo de celo tex.32.tertio de anima tex.60.¶No
na ratio quam fecit contra me quidam ſubtilis imi
tator auerrois:et noſter conterraneus:dum ſemel ī
hac anima diſputaremus ſi dantur orbes eccentrici
aliquid eſt in natura occioſum quod eſt contra Ariſ.
vt probatū eſt:probat ſequellam.nā querit quare
dantur orbes ille inequalis ſpiſſitudinis qui ſunt ſm
quid eccentrici:et cum reſpōderetur ei:qꝛ deferūt
augem et mouent ſolem motu augis ideo dicunꝫ de
ferentes augem:ipſe ex hoc arguit aux eſt punctus
maxime remotus a terra ſicut oppoſitum augis eſt
punctus maxime propinquus:maxima autem diſtan
tia a centro mundi cauſatur a parte groſſa orbes in
fimi:ſicut maxīa propīquitas a parte ſubtilia orbis
eiuſdem quia ſicut quādo ſol eſt ī parte ſubtili orbis
infimi eſt terre propinquiſſimus ita dum eſt in parte
groſſa eiuſdē eſt a terra remotiſſimus:igitur orbis
infimus ſufficit ad deferendum augem et eius op-
poſitum ergo ſupremus orbes eſt ſuperfluus.nec h3
aliud officium niſi replere vacuum:ideo ponitur dif
formis ſpiſſitudinis:hoc autem eſt incōueniēs:ideo
propter oīa iſta patet ꝙ non danꝫ orbes eccentrici.
¶Oppoſitum vult opinio antiquorum precipue pi- 7
thago.qui nitebatur ſaluare apparentias in motibꝰ
et alijs paſſionibus planetarum per orbes eccentri
cos,Similiter moderni vt princeps aſtrologorum
Prolō in libro almage.in quo ponit eccentricos or-
bes in oībꝰ planetis alphagranꝰ albategni thebith
chorc.alemenon:albumaſar:halia benragel:alcha-
bitius halirodoam.expoſitor.ptol.etiam modernio-
res autor in hoc opere ioannes de ſacrobuſto in.4.
tractatu de ſphera Joannes de monteregio Alphō-
ſus in tabulis ſuis etiā philoſophis vt Albertus ma
gnus in prīo de celo et in alijs locis ꝙplurimis:btꝰ.
Thomas.Petrus paduanenſis diferentiarum Con-
ciliator:et quod mirum eſt auerois huius opinionis
licet aduerſarius tamen in principio primi metheo.
volens dare cauſam maioris caloris eſtatis quam in
hyeme inquit:ꝙ cauſa huius rei poteſt eſſe maior p-
pinquitas ſolis ad terrā in eſtate quā in hyeme pp
eccentricum:et addit ꝙ cauſa hec non eſt vera:cum
ex ea potius ſequatur oppoſitum:qꝛ aux eſt in ſeptē-
trione et quando ſol eſt in ea magis elongaꝫ a terra
et cum ſm hoc minus deberet calefacere:tamen ma
gis calefacere:ſubdit ꝙ neceſſitamur ponere eccen
tricū propter inequalitatem motus ſolis in zodiaco:
quia in vna medietate eius mouetur tardius,et ve-
lotius in altera vt patebit. Similiter idem auerro.
ſecundo de celo.cō.32.poſtꝙ fecit aliquas rationes
quibus negat eccentricos concludēs addit hec ver
ba:quare inconueniens eſt ponere hec in illis cor-
poribus:et nibil eſt illud quod ponitur in libris ma-
thematicorum niſi hoc quod apparet de luna de ecli
pſibus:et forte impoſſe eſt inuenire aſtrologiam con
uenientem his que apparent in luna ſiue orbe eccen
trico:quare videtur ſibi impoſſe:ſaluare id qđ appa-
ret in eclipſi lune ſiue eccentrico:vt infra patebit.
¶In hac queſtione eſt dicendum,ꝙ eſt opinio anti- 8
quorum ꝙ non dantur circuli eccentrici:ſed conabā
tur ſaluare apparentias omnes per orbium concen-
tricorū pluralitatem:quare primus fuit Eudoſius vt
inquit Ariſt.12.meta.qui ponebat.5 i.ſpheras ī vni
uerſo.Dicebat enī ꝙ ſunt aliqui ſphere ferentes pla
netam ad motum quarum ipſe planeta mouetur:et
aliqui mouentes qui mouerent orbes ferentes pla-
netam ſoli quidem et lune ponebat et ſingulis eorū
tres ſpheras deferētes et duas mouentes prīa nāq3
deferentium(vt dicebat)moueretur ab oriente ī oc-
cidentem motu diurno:mouebatur quidem a prima
ſpherarum mouentium:ſecunda vero deferentium
mouetur a ſecunda mouentium in latitudine zodia-
ci quiquidem motus eſt proprius planete:tertia vo
moueretur motu proprio quodā motu qui apparet
in ſole et luna,ſcilicet in latitudine.Nam quandoq3
habent latitudinem ſeptemtrionalem et quandoq3
auſtralem credebat enim ꝙ ſol non mouetur preciſe
ſub ecliptica ſicut ponit Ptholomeꝰ:ſed ꝙ haberet
latitudinem ſicut et luna:licet minorem:et ita ſm eū
ſolis et lune ſunt ſex orbes deferētes ꝛ quattuor mo
uentes:in Joue vero,ꝛ Saturno ponebat quattuor

deferentes in ſingulis eoꝝ et tres mouentes. Nā primum deferentium moueri dicebat motu diurno ſm ſo motu in longitudine zodiaci: et hi duo orbes ſunt ſiles duob⁹ primis orbib⁹ lune ac ſolis: ⁊ q2 vidđbat hos planetas moueri in latitudine qnq3 ad ſeptētrionē ⁊ qnq3 verſus auſtrū. poſuit tertiū orbē habentē3 polos in zodiaco: cui⁹ circul⁹ magn⁹ eq̄ diſtās a polis ei⁹ trāſiret ꝑ polos zodiaci: ⁊ q2 ſm hoc contingeret planetā aliqn̄ peruenire ad polos zodiaci: qđ nūq̄ viſum eſt: ideo ponebat quartū orbē qui ſuo motu impediret: ne terti⁹ deferret planetā ad dictos polos et ſic p3, ꝙ iouis et ſaturni ſunt octo deferentes ⁊ ſex mouentes: qui ſunt quattuordecim et cū priorib⁹ ſolis et lune. 24. in tribus reſiduis. ſ. marti, veneri: ac mercurio ponebat quattuor deferētes ſicut in saturno ac ioui: et vltra illos addidit quintū ad ſaluādas fortaſſe retrogradationes ſtationes ac alias paſſiones q̄ in eis videnẗ: ideo etiā addit quartū mouētē3 vn̄ in his tribus planetis ponebat. 15. deferentes et 12. mouētes: q̄ ſunt ſil̄ iuncti. 27. ⁊. 24. ſiūt. 51. orbes quos ī numerando Ariſt. 12. meta. ex quo fortaſſe ꝑꝑ obliuionē vel ꝑpter errorē in cōputatione dimiſit q̄ttuor mouentes vni⁹: dixit ꝙ oēs orbes quos ponebat Eudoſi⁹ ſunt. 47. ſecūdus antiquoꝝ fuit Calipp⁹: cōtemporaneus Ariſt. q̄ ad eius inſtātiā voluit ꝑfactas apparentias ſaluare cū orbib⁹ ꝯcentricis ⁊ de quinq3 planetis cōuenit cū Eudoſio: ſolū ab eo diſcrepat de ſole et luna. Nā vltra tres deferentes quos Eudoſius poſuerat ī ſingulis eoꝝ, iſte addit alios duos fortaſſe ꝓ ſaluanda velocitate ac tarditate iſtoꝝ planetaꝝ: addit ꝯſr̄ duos alios mouentes: quattuor igr̄ deferentes cū quattuor mouētib⁹ ſiunt octo: qb⁹ additis. 51. quos poſuit Eudoſius, reſultant. 59. et tot ſpheras ponebat Calippus: licet phs eodē errore dicat 55. Hoc igiẗ mō multitudine ſpheraꝝ cōcētricarū terre antiqui conabanẗ ſaluare ea q̄ apparent.

¶ Sed in rei veritate hec opinio vel poſitio non ſaluat apparentias: q2 cū orbib⁹ cōcentricis nō pōt cā dari: quare diametri viſuales ſolis precipue et lune non ſunt equales: ſilr̄ deuerſitate eclipſiū ō motus irregularitate: q̄ ꝑ eccentricos ſaluaẗ ſolū vt patebit: Patet etiā ꝙ hec poſitio in multis deficit quā ego relinquo: quia nō eſt multū ad ꝓpoſitū. ¶ Secundo cōtra eandē opinionē Fruſtra ſit ꝑ plura qđ pōt fieri ꝑ pautiora, ſed mediantib⁹ eccentricis et epiciclis ſaluanẗ oēs apparentie ⁊ bene ponēdo ſolū tres orbes: ſicut facit Ptolo. qui ſoli dat tres orbes: duos deferētes augem et eccentricū in quo moueẗ ſol vt dictum eſt lune vero quinq3 duos deferentes augem, tertiū eccentricū deferentē epiciclū lune: quartū epiciclu3 et quintū deferentē draconē. Saturno, ioui, marti, ac veneri ſingulis eoꝝ quattuor, duos deferentes augē eccentricū et epiciclū. Mercurio vero ſex duos deferentes auge3 eccentrici: et duos deferentes augem equantis eccentricum ac epiciclū, fruſtra igiẗ ponuntur tot orbes quot ponebant antiqui et quib⁹ non ſaluabanẗ ea que apparent. ¶ Ideo eſt alr̄ dicēdum ꝙ oportet dari orbes eccentricos ꝓ ſaluandis apparentijs. Pro quo eſt notandum: primo ꝙ orbes eccentricus eſt orbis: cuius centrum ē aliud a centro mundi; ideo oportet ꝙ vna pars eius magis diſtet a centro mundi: et alia magis appropinquet ab alphagrano nominatur orbis egreſſe cuſpidis: ideſt centri: quia vna pars eius egreditur et remouetur magis a centro mundi vel ꝙ idē eſt orbis egreſſi centri; q2 centrum eius egrediẗ et remouetur a centro mundi: in hoc orbe eſt infixus ſol vel epiciclus alioꝝ planetarum: ideo quando planeta eſt in parte maxime diſtanti a centro mundi: tunc maxime diſtat; qn̄ vero eſt in parte propinquiſſima: et planeta vel epiciclus eſt etiam propinquiſſimus: ideo ſolet dici: et nominare deferens planetam ſeu epiciclum p3 igiẗ quare nominetur his nominibus ſcilicet orbis eccētricus egreſſe cuſpidis: egreſſi centri vel deferēs. 2. eſt notandum ꝙ dato tali eccentrico qui eſt ſimpliciter eccentricus oportet dari alios duos orbes extremi huius: qui ſint in equalis ſpiſſitudinis patet. Na3 cum orbes eccentricus in vna parte magis diſtet a centro mundi et magis appropinquet primo mobili quam in alia: oportet ꝙ orbis inferior qui menſurat diſtantiam et propinquitatem a centro ſit groſſior ⁊ ſpiſſior in parte illa in qua eſt maior diſtantia a centro: et ſit ſubtilior in parte illa qua menſuraẗ vel accipitur maior ꝓpinquitas ad centrum: ſilr̄ orbes ſupremus eſt magis ſubtilis in illa parte qua accipiẗ minor diſtantia a firmamento: et groſſior in parte in qua accipitur maior diſtantia a firmamento. ¶ Tertio eſt notandū ꝙ ſemper pars groſſior ſupremi eſt ſimul cum parte ſubtiliori infimi ideſt in eadem linea ducta a centro terre: et econtra pars ſubtilior ſup̄mi cu3 parte groſſiori infimi: patet ex dicto notabili: q2 eadem pars eccentrici que maxime accedit ad cētrum terre: maxime remouetur a firmamento: ſ3 non accedit maxime ad centrum terre, niſi per partem infimi groſſiore3 vt dictum eſt neq3 maxime remouetur a firmamento niſi per partem ſupremi groſſiorē ergo pars ſuprema groſſiori et infimi ſubtilior ſunt ſimul vt expoſitum eſt ideſt eadem linea ducta a centro terre tranſit per ambas partes ſilr̄ pars eccentrici que eſt remotiſſima a centro terre eſt ꝓpinquiſſima firmamento non eſt remotiſſima a centro terre niſi per partem infimi ſpiſſiorē: nec eſt ꝓpinquiſſima firmamento niſi per partem ſupremi ſubtiliorē: quare patet ꝙ pars ſupremi ſubtilior et infimi groſſior ſunt ſimul. ¶ Quarto eſt notandum ꝙ iſti duo orbes mouentur ſemper equali velocitate: quia ī tanto tp̄e alter complet circuitum ī quanto reliquus; equales angulos cauſant in centro terre ſcilicet ſupremi ſupꝰficies conuexa et concaua infimi patet: q2 ſi non mouerentur equali velocitate: ſed alter altero veloci⁹: tunc groſſior pars ſupremi diſiungeretur a parte infimi ſubtiliori; et econtra pars ſupremi ſubtilior diſiungeretur a parte infimi groſſiori; nec ſemper eēnt ſimul ideſt in eadem linea. ⁊c. quod falſum eſt: quare iſti duo orbes mouentur equali velocitate: et hoc dicit auctor inferius. ¶ His ſtantibus dico primo: ꝙ eſt poſſibile eſſe orbes eccentricos: ꝓbatur illud eſt poſſibile. Ex quo non ſequitur aliquod inconueniens vt patet: ſed expoſitione eccentricorum non ſequiẗ aliquod impoſſibile vel in conueniens contra naturā corporis celeſtis: q2 enim nūq̄ pars groſſa infimi diſiungereẗ a ſubtili ſupremi (vt dictum eſt) nunq̄ illa pars groſſa infimi erit ſil̄ cū groſſa ſup̄mi: nō ſequeẗ penetratio corpore; nec ſciſſio: nec cōdenſatio quoꝝ alteꝝ ſeq̄reẗ ſi pars groſſa infimi eēt ſil̄ cū groſſa ſup̄mi. Silr̄ ex quo ꝑs ſubtilis infimi nūq̄ ſeparabiẗ a groſſa ſup̄mi nunq̄ ꝑtes ſubtiles erūt ſil̄ in eadē: non ſequitur vacuū: nec corpoꝝ fluxus: nec rarefactio illarum partiū ſubtiliū: patet igitur ꝙ ponendo orbes deferentes augem in equalis ſpiſſitudinis; et taliter vt dictum eſt ſituatos: et equaliter moueri vt ſemper ſeruent illū ſitū; nullum impoſibile contra naturam

nec in opinabile ſequitur. ¶ Secũdo dico ꝙ ſunt or-
bes eccentrici imo eſt neceſſariũ eos eſſe ꝓ ſaluãdis
illis que apparẽt. ꝓbatur ꝑ apparẽtias et a poſteriori
Ratio.i. ¶ Prima ratio ptol. 5. dic. almage. cap. 14. ac. 16.
planete precipue ſol et luna non ſemper videntur eiuſ-
dem quãtitatis: ſed aliquando maioris aliqñ minoris
nec habent ſemper eaſdem dyametros viſuales: ſed
quandoqꝫ minores: et aliquando maiores: remota oĩ
cauſa, ex qua hoc accidere poteſt ex parte terrena
vel elemẽtali ꝑcipue aeris: quia hoc comp̄henſum ẽ
in partibus illis ac regionibus vbi nõ ẽ variatio me-
dij ex vaporibus, pluuia vel alijs aerẽ ingroſſantibus:
vel ſubtiliantibus: ſed quanto res maior videtur tan
to eſt ꝓpinquior: et quanto minor: tanto remotior:
quare patet ꝙ planete non ſemper equidiſtant a te-
rra: ſed aliquando ſunt altiores et aliquando ꝓpin-
quiores terre: ſed hoc non poſſunt habere niſi per or
bem eccentricum vel epiciclũ. nam Ptolomeus ꝓbat
in. 5. Almage. ꝙ apparentie pñt ſaluari in ſole ponẽ-
do eccentricũ vel epiciclum: concluditur igitur ꝙ datur
circulus eccentricus. Nam ſi oĩs orbis eſſet concen-
tricus: ſemper aſtrũ equidiſtaret a terra: et conſeqñ
ter ſemper haberet eandem: vel equalem dyametrũ
viſibilẽ q̃d falſum eſt ſenſui et apparẽtie oppſitũ: qualiter
autem comprehendatur quantitas dyametri ſolis,
et lune: nõ eſt ad propoſitum declarare: quia ad hoc
Ratio. 2. ſunt inſtrumẽta aſtrolabium et quadrãs. ¶ Secũda
ratio ptol. 5. Almage. capl'o. 5. orbes planetarum et
vniverſaliter quilibet orbis regulariter mouetur: mo-
tus autẽ regularis orbis attenditur penes angulorum
equalitatem circa centrum cauſatorum in tẽporibus
equalibus vt dicetur quoniam equalibus angulis in
centro debentur equales arcus circumferentie cuius
eſt centrum: ſed ſol non mouetur regulariter in zo-
diaco: quia lõgiori tempore mouetur in medietate zo
diaci ſeptentrionali que ẽ a principio arietis ad finẽ
virginis quam eſt reliqua a principio libre ad finem
piſcium: non igitur in centro zodiaci quod eſt centrum
mundi cauſat angulos equales: vnde cum ſol moueа
tur in ſuo deferente equaliter ſequitur ꝙ equali tem
pore trãſibit medietatem ſui deferentis ſeptemtrio
nalem et auſtralem: ſed cum non tranſeat in equali
tempore medietates zodiaci: ſequitur ꝙ ĩ medietate
zodiaci ſeptemtrionali maior pars d̃ ſuo orbe ĩ terci
pitur: q̃ꝫ in reliqua medietate auſtrali: quia in maiori
tempore quo mouetur in parte ſeptentrionali deſcri
bit maiorẽ portionẽ de ſuo orbe: q̃ꝫ ĩ minori quo tran
ſit medietatem zodiaci meridionalem: ideo linea
trãſiẽs per centrũ mũdi ſecãs zodiacũ ĩ ꝑtes eq̃les ſe
cat deferentem ſolis in partes inequales q̃re talis li
nea nõ trãſit ꝑ cẽtrum orbis deferẽtis ſolẽ: quia ſi trãſiret
ꝑ cẽtrũ eius: diuideret orbẽ in ꝑtes eq̃les ꝑ diffiniõnem
dyametri primo elementorum igitur patet per cen-
trum deferentis ſolem non eſt centrum mundi: q̃d
exponitur per figuram ſi enim ſuper centro mundi
a zodiacus b c et dyameter eius b a c b principium
arietis et c principium libre comprehenſum eſt per
Ptol. et q̃ꝫ plurimos ante ipſum et poſt eum ſolẽ ma-
iori tempori moueri per medietatem b c ſuperiorẽ
et ſeptentrionalem q̃ꝫ per aliam inferiorem: quare
ſi regulariter mouetur in ſuo deferente dicta dyame
ter diuidit prefatum deferentem in partes inequa-
les in punctis d et e ita ꝙ maior ſit portio ſuperior
quam tranſit longiori tempore q̃ꝫ inferior igitur di-
uidatur deferens in partes equales in punctis f et g.
et duct linea. f. g. per converſionem diffintionis dia-
metri tranſit per deferentis centrum q̃d ſit. h. h. igitur
eſt centrum deferentis ſolem: quod cũ remoueatur
a centro mundi orbis ſolis eſt eccentricus et hec ra
tio eſt fortis cui multum ipſe Ptol' innititur qua ꝓ-
bat non ſolum orbem ſolis eẽ eccentricum: ſed diſtã-
tiam venatur eius centri a centro mundi que diſtan
tia eccentricitas cõmuniter nominatur ſimiliter lo-
cum augis: ſpiſſitudinem orbium deferentium au-
gem: vel dyametrum epicicli: ſi ſol epiciclum habe
ret et hec ratio coegit auer: ad fatendum orbem
eccentricum in ſole: dum dixit in primo metheo. ꝙ
ꝓp. inequalitatem motus ſolis in centro mundi opꝫ
dicere ꝙ centrum orbis ſolis non ſit centrum mundi
quia in centro eius mouetur vniformiter: et in cẽtro mũ
di difformiter: vt patebit inferius.

¶ Tertia rõ ex apparentia eclipſiũ Rõ. 3.
luminarium: hꝫ evidentiã quã inuit Pto. 5. dic Alma.
ꝓ qua preſupponitur ex. 22. et 26. p̃rie partis perſpec
tiue ꝙ luminoſum maius quãto fuerit ꝓpinquius opa
co minori: tanto magis illuminat intenſiue et extenſi
ue: et opacũ minorẽ vmbram cauſat: et magis curtã
ideſt citius deficientem ſi . n. ſit. a. opacũ minus et. b. lu
minoſum ductis lineis. c. d. et. e. f. opacũ tãgẽtibus cau
ſatur vmbra. d. f. ſed appropinquãte luminoſo. a. i. g
et tractis lineis. h. k. et. i. l. cauſatur vmbra. k. l. minor
vmbra. d. f. ꝙ ſi oẽs linee in longũ et in directũ ducã
tur citius concurrent. h. k. et. i. l. q̃ꝫ. c. d. e. f. quod ẽ ꝓ-
poſitũ. quo ſtante eclipſis ſolis contingit ob inter po
ſitionẽ lune inter aſpectũ noſtrũ et ſolẽ luna exiſtente
in capite vel in cauda draconis, vt ĩ ſphera patuit, et
q̃ꝫto magis lũa appropinquat ſectioni ꝑfacte: maior
partio de ſole eclipſim patitur: non variata diuerſita
te aſpectus: ſꝫ vt dicit. Ptol'. et cõprehenſum eſt plu
ries luminaribus manentibus in eodẽ ſitu: et conſer
uata ſemper eadẽ diuerſitate aſpectus aliquas ecli
pſes ſolis lõgiori tꝑe duraſſe in maiori ꝑte terre cõti
giſſe et maiorẽ ſolis portionem obſcuratã eẽ: quare
in eclipſi maiori ſol erat magis a luna remotus: qua
re luna cauſabat vmbrã maiorẽ vt declaratũ eſt etiã
qñ maior portio ſolis eclipſatur minorẽ habet dyame-
trũ viſibilẽ: iõ citius et magis a luna abſconditur, vñ ſol
magis diſtat a luna tunc q̃d nõ põt eẽ ſine circulo ec
centrico, ſi enĩ orbes oẽs eſſent cõcentrici: ſemꝑ ſol et
luna a terra et a ſe inuicẽ equidiſtarẽt idẽ manifeſta
tur per eclipſes lune, que cũ cauſentur ob inter poſi
tionẽ terre, inter luminaria: eis exiſtentibus in eodẽ
ſitu et luna habente equalẽ latitudini: cõprehenſum
eſt aliquando lunam citius eclipſari: e longiori, tem
pore in eclipſi perſeuerare. quod non contingit: ꝓp-
ter aliud: niſi quia tunc terra facit vmbrã maiorẽ: non
cauſat terra vmbrã maiorẽ niſi ꝓpter maiorẽ remo-
tionẽ ſolis ab ea: et vmbrã minorem ꝓpter maiorem
ꝓpinquitatẽ: q̃d eſſe nõ poteſt niſi ſol habeat orbẽ ec
centricũ ſimiliter vmbra terre quanto magis protenditur et
elongatur tanto ſit minor vñ in maiori eclipſi luna in-
greditur vmbrã maiorem et conſequenter eſt ꝓpinqui
or terre: qñ vero eclipſis minori tꝑe durat ingreditur
luna vmbrã minorẽ et tunc eſt remotior a terra q̃d nõ
põt cõtingere in orbe concentrico: quare in luna cõ
cluditur epiciclus: vt patebit in ꝓprio loco: hac rõne et
cauſa cõmen. Auerrois. in. 2. de celo motus eſt conce-
dere orbẽ eccẽtricũ dũ dixit ꝙ hoc ꝙ appet de clipſi
lune fortaſſe ſaluari nõ põt ſine circulo eccẽtrico.

¶ Quarta rõ ex effectibus qui cau- Rõ. 4.
ſantur ex ſtellis. cũ. n. ſtelle ſemper in ſubſtãtia ſe ha

beant vnifoꝛmiter nō poſſent diuerſos effectus ꝓdu
cere: niſi diuerſi mode ſe haberent in ſitu et loco vt in
locis diuerſis diuerſa ꝓducant: ſilr in diuerſis diſtan
tijs a cenith et a terra: ſꝫ non poſſunt hēre diuerſas
diſtantias ad terrā ſine circulo eccentrico vel epici
clo: igr̄ datur oꝛbis eccentricus. ¶ Ad rōnes añ op
poſitū rñdeť breuiꝰ. Ad primā dū dicit̄ celū non mo
ueť a medio nec ad mediū: verū eſt per lineā rectā:
qꝛ motꝰ per rectā lineam cōpetit elemētis tm̄ qḋ pꝫ
ꝑ phm in p̄io de celo qui diuidit motū rectū in mo
tū a medio et ad mediū et dicit ꝙ talis motꝰ cōpetit
elementis non tñ eſt inconueniens celū moueri a me
dio et ad mediū non per lineā rectā: ſꝫ circularem:
iō non eſt motꝰ rectꝰ ſꝫ circularis. Ad cōfirmationē
dico ꝙ illud quod moueť a medio vel ad mediū per
rectam lineam eſt graue vel leue: non aūt ſi circulari
ter mouetur. Ad ſecūdam negatur ꝙ deferētes au
gem non habeant perfectā ſphericitatē: qꝛ ſphericū
coꝛpus eſt qꝛ hꝫ in medio centrū a quo oēs linee du
te ad circunferentiā ſunt equales: quod eſt in dictis
oꝛbibus. Nā ſuperficies conuexa ſupꝛemi et conca
ua infimi equidiſtant a centro mundi: eodē mō con
caua ſupꝛemi ac conuexa īfimi equidiſtant a centro
eccentrici: iō pꝫ ꝙ habent perfectam ſphericitatem
licet non hēant equalem et vnifoꝛmē ſpiſſitudinē. nā
hoc non deſtruit ſphericitatē: multū differunt ſpheri
citas et ſpiſſitudinis vnifoꝛmitas: nec ſunt idē: vt vr̄
velle Auer. ¶ Ad tertiam patet ex dictis: ꝙ nullum
illoꝛū inconuenientiū ſequatur: qꝛ quanta eſt ſpiſſitu
do vnius oꝛbiū augē deferentiū tanta eſt alteriꝰ: et ſi
militer tenuitates ſunt equales: ⁊ cū pars groſſa vni
us ſit cū tenui alterius et econuerſo: et moueť pꝛo
poꝛtiōaliter et vnifoꝛmiter ꝙ nunꝙ ſeparabunť, nec
pars groſſioꝛ vnius coniungeť cū groſſioꝛi alterius
nec ſubtilis cū ſubtili: vt ipſe imaginatur: nec conſe
quenter: ſeq̄reť aliquod illorū inconuenientiū. ¶ Ad
quartā concedo ꝙ Ariſt. non intendat ponere eccen
tricos: cū tpe eiꝰ non eſſet peruentū in notitiā eoꝛum
nec ſui tpis aſtrologicos ponerent ſm quoꝛū opinio
nem ipſe loquiť nec rō concludit: qꝛ licet phs dicat
irregularitatē motuū planetarū cauſari ꝓpter mo
tuū pluralitatē nō pp hoc excluditur quim ſint eccē
trici. Nā ēt affirmātes eccentricos cū eis ponūt mo
tuū plaritatē: vñ licet phs dicat plalitatē motuū eē
cauſam irreglaritatꝫ motuum: non pp hoc excludit
eccentricos. ¶ Ad quintā qñ dr̄: idē eſt locꝰ totiꝰ et
partis ſm ē de loco cōi: nō āt ꝓpꝛio. Nā cū oē locatū
ſit eq̄le loco ꝓpꝛio: ſi idē eēt locꝰ ꝓpꝛiꝰ totiꝰ: ⁊ partis
totū et pars eēnt eq̄les eidē loco: quare eſſent eq̄les
inter ſe contra cōem cōceptionē p̄io elemētoꝛū. Ad
ꝓpoſitū coꝛpoꝛū celeſtiū locꝰ cōis eſt aggregatū ex
oībꝰ centris et tūc illud aggregatū ē locꝰ totiꝰ ſphe
rarū agregati et cuiuſlibꝫ ſphere: illa ēt ꝓpō. idē eſt
locus totius ⁊ ꝑtis poſſet hr̄e aliū intellectū. Qui āt
vellet tenere ꝙ oꝛbes cōtenti locanť in vltīa ſupficiē
tie coꝛpoꝛis ꝯtinētis vel ꝑ ꝑtes: ſi nō hēat extra ſe cō
tinens, vt tenet beatꝰ Tho. 4. phy. cū alijs auer. nihil
cōcluderet. ¶ Ad. 6. dr̄ ꝙ ſm phm. 2. de celo tex. 62
dať multiplex entiū oꝛdo q̄dā. n. hñt ſuā ꝑfectionē im
mo ſunt ꝑfectiſſima ſine motu et actiōe: q̄le eſt pꝛimū
ens deꝰ glorioſus et bñdictꝰ: in ſcḋo oꝛdīe ſunt q̄ vni
ca actione et motu hñt ſuā ꝑfectionē et conſeruāt eā
vt pꝛimū mobile qḋ moueť vnico motu. ſ. diurno in. 3.
oꝛdine ſunt illa q̄ vt acq̄rāt ꝑfectionē ꝓpꝛiā: moueť
plibꝰ motibꝰ, vt ſunt tres ſupioꝛes. i. 4. oꝛdīe adhuc
ſunt īꝑfectioꝛa: q̄ lꝫ pautioꝛibꝰ motibꝰ moueāť ꝙ ea q̄
ſunt in. 3. ordīe: qꝛ tñ non acq̄rūt ꝑfectionē totā: ſꝫ ali
quā iō ſunt īperfectioꝛa: qꝛ meliꝰ eſt adipiſci totā ꝑfe
ctionē plibꝰ motibꝰ: ꝙ moueri pautioꝛibꝰ et illā nō
acq̄rere totā: ſed tm̄ aliꝙ ꝑtē eiꝰ: nā hō lꝫ hēat plures
oꝑationes ꝙ aīal brutū: qꝛ vltra oꝑatiōes vegetatiue
ꝑtis ac ſenſitiue: hꝫ ēt oꝑationes intellectꝰ eſt tñ ꝑfe
ctioꝛ: qꝛ illis pluribꝰ motibꝰ maioꝛē acq̄rit ꝑfectio
nē ꝙ brutū: eodē mō aīl ē ꝑfectiꝰ ꝙ planta: lꝫ moueať
plibꝰ actionibꝰ et motibꝰ: qꝛ acq̄rit maioꝛē ꝑfectio
nē. In. 4. oꝛdīe ſm hāc ſententiā ē ſol q̄ lꝫ moueať pau
tioꝛibꝰ motibꝰ ꝙ tres ſupioꝛes: nō tñ acq̄rit tantā ꝑ
fectionē q̄ntā illi. In q̄nto oꝛdine ſunt entia: q̄ ad huc
plibꝰ moueť motibꝰ: et tñ nō acq̄rūt totā ꝑfectionē
in quo oꝛdīe ſunt Venꝰ. Mercuriꝰ ac luna: et ſic pꝫ
ꝙ nō incōuenit ſolē moueri pautioꝛibꝰ motibꝰ ꝙ mo
ueanť tres planete ſupioꝛes lꝫ ſit īperfectioꝛ illis ſm
phos et ſub illis qꝛ nō acq̄rit tantā ꝑfectionē q̄ntā illi
adipiſcunť. volūt. n. phi ꝙ aſtrū q̄nto eſt ſublimius, et
altiꝰ tanto nobiliꝰ. Nā oꝛdo nobilitatis et excellētie
eoꝛū eſt ſicut oꝛdo in ſitu. ¶ Aſtrologi tñ tenēt oppoſi
tū: ꝙ lꝫ ſol ſit inferioꝛ tribꝰ ſupioꝛibꝰ: eſt tñ ꝑfectioꝛ ⁊
et altitudo ſitꝰ ac loci nō facit pꝛincipalr̄ aſſeq̄ ꝑfec
tionē ſꝫ potiꝰ ſol ē ꝑfectioꝛ: qꝛ obtinet locū mediū: vt
ſupꝛa dictū ē: et ſm hāc opinionē argm̄ nō hꝫ difficul
tatē aliq̄m: ꝯcediť. n. ſolē moueri pautioꝛibꝰ motibꝰ:
qꝛ eſt ꝑfectioꝛ. ¶ Notādū tñ ꝓ ꝯcoꝛdia harū opinio
nū ꝙ phi ſunt artifices rōnales magis ꝯcludētes id
qḋ ē ſm rōnē: iō ſm eēntiā aſtrū q̄nto altiꝰ tāto nobiliꝰ
et oꝛdo nobilioꝛ: et oꝛdo nobilitatis eſt ꝓpoꝛtiōalis
oꝛdini ſitꝰ qꝛ q̄nto ſidꝰ eſt altiꝰ tanto ꝓpinq̄ꝰ p̄io p̄nci
pio: iō tres ſupioꝛes ſunt ꝑfectioꝛes ſm eēntiā ꝙ ſol:
aſtrologi ꝟo ſunt artifices magis ꝑticlares ⁊ ſm ſen
ſata iudicantes ꝯcludūt dignitatē planetarū ſm vir
tutē et oꝑationē eoꝝ: nā dicūt planetā nobilioꝛē q̄ hꝫ
maioꝛē virtutē ad agēdū ⁊ ſenſibiliꝰ agit: ⁊ cuiꝰ effe
ctꝰ ſunt nobilioꝛes: ⁊ qꝛ ſol ē maxīe ⁊ ſenſibilr̄ actiuꝰ
⁊ vliꝰ agēs ī hec īferioꝛa: iō affirmāt ſolē excellētio
rē. ¶ Sꝫ ꝯ hoc dubitať qꝛ oꝑatio arguit eēntiā: vñ
nos ſcimꝰ eēntiā rei eē ꝑfectioꝛē, cuiꝰ ē ꝑfectioꝛ oꝑa
tio ergo ſol hꝫ oꝑōnē ꝑfectioꝛē ꝙ. 3. ſupioꝛes: vr̄ ꝙ ēt
hēat eēntiā ꝑfectioꝛē. ¶ Ad hoc rñderi pōt ꝙ ſydeꝝ
duplex eſt oꝑatio p̄ia ē ſenſibilis: q̄ ꝓduciť mediāte
motu ac lumīe p̄nciplr̄: ⁊ hec oꝑō iueniť p̄ncipl'r ī ſole
tū ꝓpē ſuā magnitudinē: tū ēt ꝓp. ꝓpinq̄tatē ⁊ veloci
tatē motꝰ eſt. n. in medio non multū remotꝰ vt tres ſu
perioꝛes: nec tardiꝰ in motu vt. 3. īferioꝛes. Scḋa ē
oꝑatio ſtellaꝝ ī ſenſibilis ꝑ ꝟtutē et īfluētiā: et hec ī ſo
le ē ⁊ nō ē ꝑfectioꝛ ꝙ ī tribꝰ ſupioꝛibꝰ: īmo ecōtra. Nā
effectꝰ ſaturni ſunt durabilioꝛes: et q̄nto planeta ē ſu
ꝑioꝛ tāto ꝑfectioꝛē hꝫ īfluētiā. dico ad ꝓpoſitū: ꝙ p̄ia
oꝑatio ſenſibilis nō arguit nobilitatem eēntie: ſꝫ ſcḋa
Nā lꝫ aliqḋ aīal brutū hēat aliq̄m ſenſum ītēſioꝛē quā
habet homo: non tamen eſt perfectioꝛ homine: quia
perfectio eſſentie cōcluditur potius ex perfectione
intellectus: qui eſt in homine: et cuiꝰ operatio eſt in
ſenſibilis. ſi quis tamen vellet tenere cum aſtrologis
ꝙ etiā ſol habeat eſſentiam perfectioꝛem quā aſtra
ſuperioꝛa poſſet tenere. Nā Albertꝰ magnꝰ ī. 2. de ce
lo hoc videtur tenere firmiter: tum quia ſol dat lumē
omnibus aſtris: tum etiam quia oēs planetas regu
lat in motu, vt dictum eſt, et tenēdo hoc faciliter reſ
pondere poſſꝫ ad rōnē philoſophoꝝ ꝙ nō neceſſe eſt
quanto planeta eſt ſuperioꝛ et p̄io pꝛincipio ꝓpin
quioꝛ tanto eē excelentioꝛ: qꝛ in hoc potius atendiť
finis ꝙ oꝛdo ſitꝰ: lꝫ. n. rōnabiliter ſol debuit eē ſupe
rioꝛ tribos ſuperioꝛibus tñ fuiſſet munltū diſtans a

terra: nec poſſet dare virtutẽ ſuam rebus creatis: ſimilr̃ ẽt fuiſſ; multum remotus a tribꝰ inferioꝛibus nec dareẗ ita bñ illis lumẽ. Potius ẽ igr̃ in medio loco vt oĩbꝰ equaliter ṽtutes ſuas diſtribueret: de hoc tñ alibi dictum ẽ. ¶ Ad ſextam rõnẽ dũ dr̃ ꝙ ſi eſſet eccentricꝰ opz ꝙ cũ eiꝰ centro ẽẽt alia terra dico, ꝙ hoc nõ opz: nec opz ꝙ terra quieſcat niſi motu diurno. In quo nihil eſt quieſcens niſi terra. Nã oĩa mouẽtur illo motu: ẽt qꝛ motꝰ diurnꝰ eſt velociſſimꝰ: et qꝛ in motu p̃mi mobilis nihil quieſcit ex quo nihil eſt extra celũ vt ꝓbatur in p̃io de celo. In alijs ṽo motibꝰ non eſt neceſſaria quies terre: qꝛ quieſcũt oꝛbes in quibꝰ continetur: ĩo in illis firmatur: qꝛ alij motꝰ non ſunt tante velocitatis ad motũ.n .eccentrici ſolis q̇eſcunt oꝛbes deferentes augẽ ĩ quibus cõtineẗ: ſ; primũ mobile ꝑ ꝑtem ſuperioꝛis ſubtilẽ q̃ ꝓpter eius tenuitatẽ facit ꝙ aux maxime appꝛopꝛiet firmamento: p; igr̃ augem eſſe, non poſſe niſi ponaẗ vterq; oꝛbis; aut alr̃ eſt intelligendũ de oppoſito augis de rõne cuius eſt qȯ maxime terre appꝛopinquet qȯ habetur ꝑ tenuem ꝑtem infimi inter augis oppoſitu;, et terrã interceptã ſecundũ ẽ ꝙ a firmamẽto maxime recedat qȯ facit ſuperioꝛ ꝑ ꝑtem groſſam que inter centrũ terre et ipſu; mediat et ita p; ꝙ ẽt ad opoſitũ augis eidẽ duo reqꝛuntur oꝛbes non g̊ eoꝛum alter eſt ocioſus.

Duib.io. Q Ueritur.x. vtrum mundus ſit ꝑfectus ⁊ videẗ ꝙ non qꝛ in mũdo ſunt mõſtra ergo mũdus non eſt ꝑfectus. ¶ Oppm̃ vult Ariſt. pꝛo ſolutione huius queſtiones noto, ꝙ mundꝰ capitur quattuoꝛ modis. Uno modo ꝓ aggregato ex deo: ⁊ intelligẽtijs et oꝛbibꝰ ⁊ alijs rebꝰ. Secũdo modo accipitur mundus ꝓ aggregato ex omnibus excepto deo. Tertio modo accipitur mũdꝰ ꝓ aggregato ex ſpheris celeſtibus et omnibus infra celum dempto deo ⁊ intelligentijs. Quarto modo accipiẗ mundus ꝓ quattuoꝛ elementis et iſto modo intellexit philoſophus.j.metheo. quãdo dixit, neceſſe ẽ mũdũ hunc eſſe contiguũ lationibꝰ ſupioꝛibꝰ, vt inde tota eiꝰ virtꝰ gubernetur. ¶ His habitis dico ꝙ mũdꝰ p̃io mõ ẽ ꝑfectꝰ ſimplr̃: quia de eo põt verificari hoc nomẽ ꝑfectũ affirmatiue ſine additamẽto.2.3.vel.4. mõ diciẗ perfectꝰ ſm̃ quid.i. ꝑfectꝰ mũdꝰ: quia h; oĩa q̃ ſunt neceſſaria ad ꝑfectionem.ſ. quinq; coꝛpa ſimplicia cum oĩbꝰ mixtis q̃ ꝓpaganẗ ex eis. Nec crederet Ariſtoteles poſſe addi aliquẽ oꝛbem de nouo: vel aliquã ſpẽm de nouo: quia numerꝰ rez ſtatutꝰ ẽ ⁊ ad illud qȯ dicebaẗ de mõſtris dico, ꝙ illa potiꝰ ſunt ad decorẽ vniuerſi, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt. Hic in iſta ꝑte ſolet diſputari mã de infinito: ſed de ea abunde egi.3.phyſi. ideo ſupſedeo. Unũ tñ noto, ꝙ duo infinita non ſunt cõparabilia, nec pñt dici equalia, vel inequalia: qȯ ꝓbabo duplici ratiõe. Nam ſi vnũ infinitũ eſſet maius altero maxime eſſet vnũ infinitũ vndiquaq; reſpectu ĩfiniti qȯ ẽẽt ab hac parte in infinitũ verſus oꝛiẽs. ſ; hoc nõ, quia tale infinitũ verſus oriẽs põt effici infinitu; vndiquaq; nihil acquirendo de nouo qȯ quidẽ eſſet hoc mõ ſi ſumantur oĩa pedalia talis infiniti interſcalariter ſe habẽtia primũ.3.5. et ſeparẽtur et ponanẗ ꝯtinua verſus occidens, et reliqua ẽt oĩa ꝯtinuenẗ verſus oriẽs: iterũ aũt a remanentibꝰ tollanẗ oẽs impares: et ponanẗ verſus ſeptẽtrionẽ ecce de infinito ſm̃ quid factũ eſt infinitũ ſimplr̃ nullo addito nec rarefactione: aut cõdenſatione concurrente: infinita ergo non ſunt eq̃lia nec maioꝛa; nec minoꝛa. ¶ Scȯa rõ. Si infinita ſunt compabilia ſequiẗ ꝑtẽ ẽẽ tot omaioꝛẽ, qȯ ſic ꝓbaẗ ſint duo infinita.a.et.b. ⁊ talr̃ ſe habeãt ꝙ.a. ſit tp̃s p̃teritũ in infinitũ in ante incipiendo ab inſtãti iniciatiuo huiꝰ diei: et.b. ſit vnũ infinitũ in poſt incipiendo ab inſtanti iniciatiuo eiuſdẽ diei. Poſtea vero fingo alia duo infinita: vnũ inchoatũ ab inſtãti medio huiꝰ diei in infinitũ in ante, et voceẗ.c.d. aũt ſit aliud infinitu; inchoatum ab inſtanti medio huius diei in infinitum in poſt: tu dices.a. eſſe equale.b. ⁊.c. ipi.d.c. vero maius.a. Sic arguo,.c. eſt maius.a. et.c. et.d. ſunt eq̃lia ergo.d. eſt maiꝰ.a. Ultra.d. ẽ maiꝰ.a. et.a. et.b. ſunt eq̃lia, g̊.d. eſt maiꝰ.b. ſ;.d. eſt ps.b. ergo ps ẽ toto maioꝛ qȯ ẽ impoẽ ¶ Inferẗ ex hoc coꝛm̃, ꝙ aliqȯ coꝛpꝰ infinitũ ſubito deſinit eſſe infinitũ. hoc ꝓbaẗ, ſi in hac hoꝛa p̃terita diuiſa ꝑ ꝑtes ꝓpoꝛtionales ꝓpoꝛtiõe dupla ſ minoꝛibꝰ ṽſus finẽ ⁊ ĩ qlz ꝑte ꝓpoꝛtionali augmẽtareẗ ꝑ vnũ pedale in inſtãti t̃ratiuo hoꝛe erit finitũ: ſi ṽo in hoꝛa futura eodẽ mõ diuiſa minoꝛibꝰ verſus finẽ: eodẽ mõ tale coꝛpꝰ deꝑdereẗ quo fuit augmẽtatũ in hoꝛa ꝑterita ſubito deſinit ẽẽ infinitũ: g̊ coꝛm̃ vex.

Q Uerit.ii. vtrũ poſſint ẽẽ plures mũdi: et arguiẗ ꝙ nõ qꝛ iſte mũdꝰ ꝯtinet totã mãm poẽz mũdi g̊ nõ pñt ẽẽ plures ſilr̃ rõne phi in tex. ꝙ terra huiꝰ mundi moueret ad terrã alterius: aut appetitꝰ nãlis fruſtrareẗ ſunt.n. ille terre eiuſdem ſpeciei et habiture ſunt ſilem locum: et ſic ſilem motu;: ſ; hoc eſt ĩpoſſibile et celi latera rũperẽtur g̊ iſte appetitus fruſtrabiẗ. ¶ In oppoſitũ arguitur meliꝰ ẽ bonũ multiplicari: ſ; mundꝰ ẽ bonũ g̊ melius eſt ꝙ multipliceẗ q̃ ꝙ non multipliceẗ. Preterea iſte tr̃ꝰ mundus eſt tr̃ꝰ cõmunis g̊ verificaẗ de pluribus vniuoce et diuiſim. ¶ Pꝛo ſolutione q̃onis noto, ꝙ de fide ego nõ dubitarẽ ꝙ deꝰ poſſit facere infinitos mundos: aut ſaltẽ aliũ concentricũ vel eccẽtricũ iſti mũdo: ſ; ſ; ariſ. oppoſitũ ẽ dicẽdũ ꝑ rões factas ante oppoſitũ qbꝰ hoc ſatis ꝓbatur ſ; aliqui thomiſt. volunt dicere oppoſitum ẽẽ doctoꝛis ſancti ꝙ ẽt de potentia dei deus nõ põt aliũ mundũ facere ſimilem huic quemadmodũ nec vnũ aliũ angeliũ ſilis ſpeciei cũ exiſtentibus: q̃ opinionẽ ego non crederẽ ẽẽ doctoꝛis ſancti vt declaraui ſuꝑ p̃dicabilibꝰ poꝛſphirij. Dubiũ.ii

Q Ueritur.12. vtrũ mundus ſit generabilis ⁊ coꝛruptibilis. et Ariſ. dicit ꝙ mũdꝰ ẽ ingñabilis ĩcoꝛruptibil' i.j.ȯ celo imo ait iſtos tr̃os gñabile ⁊ coꝛrupibile eſſe ꝯuertibiles et eodẽ mõ ſui ꝯtradictoꝛij ĩ hac q̃one de fide nihil dicamꝰ qꝛ res ẽ ĩ apto ꝙ mũdꝰ ĩcepit ẽẽ et põt deſinere ẽẽ ſi placuerit diuine mageſtati ſ; ſcrupulꝰ magnꝰ, ẽ hic in via ariſt. ꝙ generabile: et coꝛruptibile nõ ſunt tr̃i conuertibiles naq; vr̃ aĩã rõnalem generatã ẽẽ ⁊ tñ incoꝛruptibilem: ſ; ſtando in rigoꝛe dicerẽ ꝙ aĩa rõnalis non generaẗ: qꝛ potius creaẗ vel ꝓduceẗ ꝑ quãdam ſimplicicẽ emanationẽ queq̇dẽ dr̃ ẽẽ creatio vel dic ſi placet, ꝙ ariſt. ſenſit cum alixandro a frodiſeo aĩam rõnalem de neceſſitate extenſam ẽẽ et coꝛruptibilem: et periturã pereũte hõie quodq̇dẽ affirmat Alexander a Frodiſeꝰ demente phi: et ſic ſm̃ eũ aĩa rõnalis eſt generabilis ⁊ ẽt coꝛruptibilis non video quid aliȯ dicerẽ circa hoc ꝓpoſitũ niſi dicere ꝙ ariſ. circa aĩe rõnalis ĩmoꝛtalitatem fut multũ ꝑplexꝰ vt declarabo in libꝛis de aĩa abundanter ꝑ tractando mã; de ĩmoꝛtalitate aĩe rõnalis. Dubiũ.12

D Ubitatur.13. vtrũ potẽtia actiua termineẗ ꝑ maximũ ad iſta; q̃onem nihil hic rñdeo qꝛ illã tractaui adamuſim ſuꝑ tra Dubiũ.13

ctatu nr̄o calculationū in materia de maxio ꝛminio.

Duib.14. **O**Ueriť.xiiij. Utrū oē coꝛrupti-
bile de neceſſitate coꝛrūpeť:qꝛ ph̄s dicit illō
in lr̄a. Circa iſtā q̄ōnē nolo ꝓlixitates afferre
ſed ſolū Ariſt. intentū declarare ꝛ eſt, ꝙ oē coꝛrupti
bile de neceſſitate coꝛrūpeť:qꝛ oē tale: vel eſt mixtū:
vel eſt ſimplex: ſi mixtū ab intrinſeco ēt eſt coꝛrupti-
bile: qꝛ eſt etherogeneū qualitatiue, vt declaraui ſu
per ſecūdo phy. Si v̄o ē ſimplex q̄ō cūqꝫ illud ſit ſi ē
coꝛruptibile hꝫ cōtrariū, et ſi hꝫ cōtrariū ꝑ applica
tionē ei⁹ coꝛrūpeť, nec valet dicere ꝙ foꝛte nunꝙ ap-
plicabiť cōtrariū: qꝛ ſaltē tp̄s et influentia pꝛimi mo
bilis illud tale facit coꝛrūpit et deſtruit, ſicut dixit
ph̄s. 4. phyſi. Uel dic ſm̄ Ariſt. ꝙ infinities ps ēt ap
plicata ī cētro ad circūferētiā deueniet et ēt circūfe
rentia ad centrū, gr̄a cuius coꝛrumpenť ille ꝑtes ap
plicando eis contrariū: et hmōi partium terre varie
tates bene inſinuanť a ph̄o: 2. metheo. dicenti, ꝙ vbi
nunc eſt arida olim fuit mare. Quod ēt per multas
experientias nititur ph̄s ꝓbare. Et pꝫ ēt de gallid⁹
Alexandri, et de gallidus Herculis, de quib⁹ ſcripſi
in tractatu ſphere.

## ❡ Queſtiones ſuꝑ ſcd̄o de celo.

Dubiū.1. **Q**Ueritur pꝛimo vtrum differen
tie poſitiōis reperianť in celo ex natura rei.
Pꝛo iſtius q̄ōnis examine noto, ꝙ differentie
poſitiōis ſunt ſex, ſurſum, deoꝛſuꝫ, an̄, retro, dextroꝛ
ſum, ſiniſtroꝛſum: que quidē dr̄ie poſitionis in aīatis
accipiunť diuerſimode. Nam ſurſum ꝛ deoꝛſum acci
piunť ſm̄ motū nutritionis. Nā ſurſum ē ps ꝑ quā ac
cipiť alimentū: deoꝛſum ē ps illi oppoſita ꝓpter q̄ō in
plantis ſurſum eſt in radice in oꝛdine ad ſe: ſꝫ eſt de-
oꝛſum in oꝛdine ad elementa: et hec dr̄ia poſitionis ē
pꝛioꝛ oīb⁹ alijs ſicut longitudo ē pꝛima dimēſionum.
Ante ꝛ retro ſumiť ſm̄ motū ſenſationis. Eſt enim an
te ps vbi viget ſenſus: et retro ps oppoſita: et dxtroꝛ
ſum et ſiniſtroꝛſum accipiunť ſm̄ oꝛdinē ad motū lo-
calē. Nam dextruꝫ eſt vn̄ motus inchoat: ſiniſtrū ve-
ro vbi deſinit motus localis: et iſto mō in plantis non
reperitur ante nec retro. Dextrum nec ſiniſtrū niſi ī
oꝛdine ad nos ſicut ē in colūna et in alijs inanimatis.

## ❡ Nunc autem de celo crederem re

periri dr̄ias poſitionis ex natura rei: quia pꝛimo re-
peritur dextrum et ſiniſtrum quod eſt oꝛiens et occi
dens. Nam dextrum ſumitur ab oꝛienti: ſiniſtruꝫ ab
occidenti. Et ſurſum accipitur ex parte nobilioꝛi q̄ ē
polus antartic⁹ vbi ſunt nobilioꝛes ſtelle. Et deoꝛſuꝫ
ex ꝑte poli artici. Ante vero accipiť ꝓ illa ꝑte ꝑ quaꝫ
mot⁹ hꝫ tendere vt ē meridies. Retro vero ꝓ angu
lo medie noctis. Et ideo crederem has dr̄ias poſitio
nis in celo accipi ex natura rei et non per reſpectum
ad nos, et oppoſito modo tales dr̄ie ſunt ſumende in
ſpheris planetarum que mouentur oppoſito modo.
❡ Ubi notabis tu: ꝙ alr̄ ab aſtrologis, alr̄ a ph̄is ac
cipiunť in celo longitudo ꝛ latitudo. Nācꝫ a ph̄is ac
cipitur penes diſtātiā poli a polo: ſed ab aſtrologis
accipiť longitudo penes diſtantiā ab occidenti inſu-
laꝝ foꝛtunataꝝ: et latitudo penes diſtantiā ꝫenit ab
equinoctiali.

Dubiū.2. **D**Ubitatur ſecundo an ex celeſti
um coꝛpoꝝ motib⁹ cauſenť ſoni. Fuit opinio
Pythagoꝛe ꝙ ſic ponentis eos harmonicos
poſuit enim a terra ad lunam tonum: a luna ad mer-
curiū ſemitoniū min⁹: a mercurio ad venerem ſemi-
toniū maius: a venere ad ſolē trihemitoniū a ſole ad
martē tonū: a marte ad iouē ſemitoniū minus: a ioue
ad ſaturnū ſemitoniū maius: a ſaturno ad ſtellatū tri
hemitoniū: et ita fieri octocoꝛdū conſonantias muſi-
cales complectens: motiuū hui⁹ opinionis ē: videm⁹
coꝛpoꝛa illis longe minoꝛa cauſare per motū ſonos:
quare inconueniens videtur illic non fieri ſonos: et
cum q̄ritur quare illas harmonias non audiam⁹: cū
aliqua coꝛpoꝛa ſonantia audiantur magis diſtantia
comparatione ſua quantitatis ꝙ illa celeſtia: reſpō-
dent hic ſonus congenitus eſt nobis: mox cꝫ nobis na
tis implet auditum noſtrū: et ſilentio non interrūpiť:
quare non percipitur a nobis; non percipitur enim
ſonus niſi interruptione ſui contrarij quod ē ſilentiū:
hic nec ingerit hominibus leſionem: qꝛ inatus pꝛout
ethicus nō percipit caloꝛem febꝛilem: qꝛ conuerſus
eſt quaſi in naturā ex conſuetudine: nec ſapoꝛ diu lin
gue radicatus percipitur. ❡ Repꝛehenditur poſt.
Ariſtotelem ab oībus hec opinio tum: quia ratione
magnitudinuꝫ illoꝛum coꝛpoꝛuꝫ audirentur illi ſoni
tum etiam lederentur vehementer animalia. Nam
ſoni magni magnoꝝ coꝛpoꝝ īpꝛimūt ī coꝛꝑib⁹ ſpiſſis
moꝛtuis: ſicut tonitru⁹: et inducūt doloꝛem capitis:
et qn̄cꝫ ſcindunt ligna ꝛ lapides et erradicantur ar
boꝛes ꝛ coꝛpoꝛa foꝛtia foꝛtiter reſiſtentia: ergo a foꝛ
tioꝛi et ſoni illoꝛum tantoꝛum coꝛpoꝛum celeſtium.

## ❡ Ad iſtas rationes darētur reſpō-

ſiōes ſupra adducte de aſſuefactiōe: aut ēt dici poſſꝫ
ex quo illi ſoni non fiūt per fractionē coꝛpoꝝ: ſꝫ ſolū
per nālem contactū: ideo nō ſunt adeo violenti ꝙ oīs
diffundanť vſcꝫ ad nos q̄re negareť ꝙ ſon⁹ cauſeť ꝑ
aeris fractionē veꝝ ē tamē eſſe multuꝫ voluntariam
illam aſſignationem harmonie: cum necꝫ magnitu-
dinū: necꝫ velocitatū motuū ſint ille ꝓpoꝛtiones cōſo
nantiaꝝ ſupꝛa numerataꝝ: nec ex alio quā ex magni-
tudinibus coꝛpoꝝ aut velocitatibus motuū poſſit cō
ſtare de genere harmonie illoꝝ ſuoꝝ quare relinquē
da eſt opinio illa tanquam voluntaria: potiſſime quo
ad illud harmonie genus aſſignatum.

## ❡ Uerū an poſſit quis taliter aſſue-

fieri ſonis vnifoꝛmibus nunꝙ interruptis ꝙ non per
cipiat eos ꝓut contingit de ſenſibilibus alioꝛum ſen
ſuum: reſpondeo aſſuefactio q̄tum eſt ex ſe non im-
pedit ſenſibile ſentire: patet non impedit ī pꝛimi ſen
ſationeꝫ ab obiecto pꝛeſenti quare dico eſto ꝙ a celo
aut alio diuina diſpoſitione a pꝛincipio mundi ſonus
vnifoꝛmis continuaretur non interruptus: talis per
ueniens ad auditum audiretur fateoꝛ ꝙ fateoꝛ non
diſcerneretur.

## ❡ Qualiter autem loquantur in ce-

lo coꝛpoꝛaliter, eſt vna opinio dicens eſſe ꝓbabilem
celum empireum frangi ſine eius tamen coꝛruptiōe
q̄ fiat per introductionem noue foꝛme ꝓut non ſemꝑ
aer ſic coꝛrumpitur cū frangiť: ſaci⁹ eſt tamē dicen
dū ꝙ non erit coꝛpus btm̄ illic ſine aere interioꝛe in
pulmone ꝛ alijs partibus q̄re per talis aeris fractio
nem fient ſoni q̄ multiplicabunť per celū empireū.

**D**Ubitatur tertio an motus ce- Dubiū.3.
loꝝ ſint fatigatiui. Pꝛimo eſt pꝛemittendū
ꝙ ꝓpꝛie fatigatio eſt diminutio virtutis ac-
tiue cognoſcitiue ꝓpter longam actionem reparabi
lis per quietem. Potentia enim pure paſſiua non fa-
tigatur ꝓut materia recipiendo foꝛmas, nec poten-

tia non cognoſcitiua ꝓut lapis deſcendendo: aut ig
nis comburendo non fatigatur, nec aliunde ꝓ venie
te in potentia quam per longā actionē: ꝓut non pro-
prie dicitur quiſ fatigari factus impotens ſenectu-
te vel amputatione membri: ſ; fatigari dicitur dimi
nutione viriū q̄ fit longa ambulatione: vel longo ſtu-
dio et ſic de alijs quibus minunt virtutes cognoſciti
ue pp. ſpirituū etiam humorum reſolutionē qui per
quietem ſunt reſtaurabiles, ſequit ꝙ nulla eſt fatiga
tio ſine actione diſponente ad corruptionē p; omnis
fatigatio eſt per actionem diminutiuā virtutis. Iſto
premiſſo dicendū eſt in motu celi non eē fatigationē
nec ex parte motoris. nec ex parte celi primū p; mo
tor non reperit in celo reſiſtentiam cū non ſit graue
vel leue: aut alia vi renitente motui qualificatū. Itē
motor eſt indiuiſibilis ergo non eſt minuibilis: ergo
non eſt fatigabilis. ſecūdum ēt ꝓbat primo celū nonē
potentia cognoſcitiua: tū ēt non inclinat ad ꝯtrariū
motū: tū ēt nō eſt diminuibilis per naturā ſubſtantia
aut virtus eius: ergo nō eſt fatigabile.

¶ Super iſta pte nota ꝙ vbicunq;
virtutes naturales ſunt cōiuncte aīalibus ſuſcipiūt
ab animalibꝰ tm̄ detrimentum ꝙ aliquando eſt, opꝰ
animales ceſſare ab opere ꝓpter confortandū natu
rales hec aūt debilitatio quā afferūt virtutes aīales
ips nālibꝰ ꝓuenit: q: virtutes aīales diuertūt nāles
⁊ q: virtutes aīales hn̄t ꝓ inſtrumēto ſpūs aīalis et
talis ſpiritus aīalis generantur ex vitalibꝰ obidq;
conſumptis vitalibus virtutes naturales perdūtur
et hec eſt cauſa quare in aīalibus neceſſario eſt ſonꝰ,
vt virtutes naturales ocupate ſonno ſuo ꝓprio ope-
ri fortius indulgeant obidq; plante non dormiunt:
quia earum virtus naturalis non fatigatur per diſ-
trationē potentiarum animalium infert preterea ꝙ
iō ſtomachus habet certam figuram ſcilicet curcu-
bite contorte et epar certam figurā ad cōplendas
ſuas operationes naturales: quia naturales debent
eſſe perfectiores q: ordinantur ad aīales.

Dubitatur quarto que eſt cauſa
aparitionis macule lune ad quod dicit i ac
re fuiſſe opiniones, quiddā dicebant ꝙ luna
atrahebat ad ſe vapores quos in groſſabat et ſic fa-
ciebat apparere in ſe offuſcationem: ſed hoc nil val;
q: nō ſemper appareret illa macula nec eiuſdē figu
re. ¶ Secunda eſt opinio que tenet lunam terſam ⁊
politam ſufficientem reflectere lumen et ſpecies, et
ſic videri in ea imaginē terre que cū videt appare-
re facit lunā oppacā: ſed hec opinio eſt falſa: quia nū
quam in eodem loco deberet apparere illa macula:
ſicut nec in eodem loco apparet imago cum ſpeculū
mouetur. ¶ Tertia eſt opinio Cōmentatoris quā re-
puto eſſe veram: ꝙ talis macula ꝓuenit ex diuerſita
te partium lune ſecundum raritatem et denſitatem
maiorem et minorem. Nam partes in quibus appa-
ret macula ſunt rariores: ⁊ ideo minus bene poſſunt
lucere: parte aūt iuxta illas ſunt dēſiores ⁊ iō magis
poſſunt lucere patet hoc in ſimili de alabaſtro vnde
illa pars que eſt bene denſa vel non tranſparens eſt
valde alba: et illa que eſt tranſparens ad modum vi
tri eſt obſcura et tendens ad nigredinem ⁊ ſi quera
tur quare luna eſt taliter difformis in ſuis partibus
dicatur ꝙ hoc eſt de eius natura.

¶ Quantum ad tertium ſc; de figu-
ra talis macule dicit albertus ꝙ ibi eſt quaſi figura
leonis cuius caput eſt verſus orientem et ſuper dor-
ſum eius eſt quaſi arbor tranſuerſaliter ſita: ſilr ima
go hominis lateraliter appodiati. cuius pedes ſunt
verſus poſteriora leonis et dicit ꝙ talis figura meli
us poteſt videri aliquantulū poſt pleni lumen: et cir
ca ortum ſolis q: tunc aer eſt purus et ſerenus. ¶ Et
ſi dicas: ſequit ꝙ in eclipſi ſolari videremus ſole per
maculam lune. Dicendum ꝙ non eſt tam rara illa ps
vt per eam totum lumen tranſfundatur ad nos et ſo-
lare videri.

Quintum dubium de influētia an
ſit qualitas lumini condiſtincta: et a diſtinc-
tis forme virtutibus conſurgant, huius ſtu-
dij due ſunt partes: ſecunda de accidentibus in celo
radicatis: prima de eorum effectibus. ¶ De influ-
entijs nota, ꝙ influentia ſm̄ communiter loquentis
eſt qualitas inſenſibilis a celo producta quod tunc
non credo eē verū potius em̄ influentia eſt qualitas
ſenſibilis a celo ꝓducta et ꝙ ita ſit probatur oīs qua
litas diſpoſiti a forme ſuſtantalis eſt pria q̄litas ſen-
ſibilis: ſed influentia eſt huiuſmodi: igitur influētia
eſt prima qualitas ſenſibilis maior eſt nota. et minor
ꝓbatur ex cōi dicto phoꝝ dicentiū metala intra ter
rā generari ab influentijs picꝰ mirandulanus. 3. con
tra aſtrologos caplo. 4. ⁊. 9. opinat influentias non
eſſe dabiles: ſ; celum agere in iſta inferiora duplici
inſtrumento. 3. motu et lumine. quā opininionē cre-
diderim veram ſi influentia ſit qualitas inſenſibilis:
non vero ſi ſit qualitas ſenſibilis. ¶ S; contra picū
mirañ. arg. mineralia q̄ intra terrā gn̄ant nō ſunt a
lumīe cū lumē nō penetret ꝑ interiora nec a motu q:
motꝰ ſolum attingit ad ſupremā regionē ceſaris: er-
go metalla ſunt ab influentijs. ¶ Dicit ad hoc miran
dula qōl; lumē nō penetret ad interiora terre pene
trat tunc effectus luminis qui eſt calor. Secundo ar
guitur dicit Ariſt. in li. 3. de partibus animaliū. creſ-
cente luna creſcunt cerebra decreſcente decreſcunt
cuius augmenti et decrementi non eſt cauſa motus
celi: q: ſolum attingit ſup̄ma regio aeris nec lumen
q: non penetrat intra cerebrū. ergo cā eſt influētia.
¶ Ad hoc prefactus dicit ꝙ illud prouenit a lumīe
pro ſuū effectū qui eſt calor: nā lumen eſt producti-
uū calor et q: luna eſt magis illuīata magis calefa-
cit et ꝓpter ea cerebrū creſcit ſicut creſcit aqua ītra
teſtā poſitā ad ignē: ꝙ aūt luna magis illumiata ma
gis calefaciat p; per Ariſt. 2. de partibꝰ aīaliū noc-
tes in pleni luneo ſunt calidiores quā in noui luneo.
¶ Tertio arguit fluxꝰ ⁊ refluxꝰ maris cauſat a luna
et nō ꝑ motū celi: q: tm̄ attingit ſupremā regionē ae
ris nec per lumen lunare vt bene ꝓbatur contra ro-
gerū baconē phi. 4. ergo cauſatur ab influentia. Ad
hoc rn̄deo cū Doctore ſancto in hoc de mineralibus
operibꝰ. Nā qō illud ꝓuenit a ꝓprietate q̄dā atrac-
tiua quā h; luna vbi dicit. ¶ Quarta inſtantia: q: in
quit Marſiliꝰ. 2. de gn̄atione ꝙ ſi aliq̄s haberet bra
chium diſcoopertū corā radijs lunaribꝰ et radij ītra
rēt per foramē feneſtre redderet brachiū ſi illic tene
retur paraliticum: ſ; illō non eſt a motu: quia motus
potiꝰ eſt cauſa caloris nec a lumine: q: potius cale-
facit ergo ab influētia. Ad hoc rn̄deo ꝙ illud ē a lu-
mine pp qō notanda eſt regl̄a auctoris ſphere. ca. 3.
dicentis calor debilis ſufficit attrahere vapores et
non reſoluere vt p; de calore ſolis in hyeme que ſuf-
ficit attrahere nubila que non reſoluūtur et iō aer ē
turbidꝰ eodē mō eſt de calore ꝓducto a radijs luna-
ribꝰ qui cū ſint debiles atrahit tot hūores ad mēbrū
qō mēbrū ꝓpter illud efficit paraliticū.

¶ Quo ad pꝛimam partem fuit vna opinio ꝙ ſolo lumine celi agunt in hec inferioꝛa. contra quam arguo. Uidemus frequēter impediri: vel minui vim calefactiuam infrigidatiuam: vel aliā huiuſmodi: et tamen non impediri vel minuī illuminationem: ergo influentia eſt condiſtincta lumini. Tū in locis multis generantur animalia, per putrefactionem atq꜓ mineralia: ad que tamen non peruenit lumē: aut eius virtus: ꝑut in locis ſubterraneis: nec illi opinantes adducūt rationem diſcriminis cuꝫ ab igne pꝛeter radiū luminoſum ponitur caloꝛ diffuſus illi radio cōdiſtinctꝰ. Cur etiam nō ita a celo. Itē lumen lune eſt calefactiuū: vt oſtendūt ceteris aliis paribus noctes in plenilunio calidioꝛes: et tamē luna ponitur frigefactiua: ergo ponenda eſt influentia lumini condiſtincta. Itē mirande hoꝝ inferioꝝ diuerſitates etiam in indiuiduis eiuſdem ſpeciei nō videntur poſſe per ſolū lumē ſaluari, quare teneo eſſe ponendam celeſtem influentiam lumini condiſtinctaꝫ.

¶ Quantū autem ad ſecundam partem dubii: ſcꝫ an ſit a virtutibus in celo cōdiſtinctis: dico ꝙ ſic qualiter in igne ponuntur condiſtincte vis calefactiua ⁊ vis illuminatiua. ¶ Reſtat hic alia dubitatio: an ſidꝰ influat foꝛtiꝰ cum lumine. ¶ Reſpondeo ꝙ ſic: oſtendit rōne et experientia: rōe quidem: qm̄ ſicut impedit lumē per obſtaculū: ſic etiam cōtingit obſtaculo minui influentiā: igit experientia vero quoniā radiis lunaribus nocte mēbꝛū alicuius diſcoopertū diu tangentibꝰ reddit paraliticū: qđ nō fieret feneſtris clauſis īpedito ingreſſu luminis: et non niſi: qꝛ cū lumine influentie foꝛtius agunt quā ſine lumine. ergo. ⁊c. ¶ Nō ſi obiiciat lumen lune eſt naturaliter calefactiuū ergo non foꝛtificat influentiā frigefactiuā lune. ¶ Rn̄deo pꝛimo. nō inconuenit cām habere de per ſe vnū effectum et de per accñs contrarium: lumē eñ quamuis de per ſe eēt calefactiuū in mā ſuſceptibili. qꝛ tamen influētia nata eſt magis multiplicari cum lumine quā ſine lumine iō lumen q̄liſcunq꜓ nature ſit foꝛtificat de per accñs vim influētie cum eo tranſmiſſe cuiuſcūq꜓ virtutis fuerit ſecundo pōt dici ꝙ huiuſmodi foꝛtificationis cauſa nō eſt lumen ſꝫ potiꝰ cā eſt ablatio in obſtaculo gr̄a cuius tam lumen quam influentiam contingit diffundi intenſioꝛem. ¶ Sequūtur ex dictis coꝛolaria. Pꝛimū ꝙuis influentie celeſtes ſint qualitates dimenſionate atq꜓ extenſe per medium diffuſionis ſunt tamen ſpiritualioꝛes elementaribus. ſed non ita per groſſitiē obſtaculi impediuntur diffundi qualiter elementares: penetrāt enim in pꝛofunda terre alioꝝq꜓ elemētoꝝ ⁊ mixtoꝝ: vt oñdunt illic valde numeroſi effectꝰ. ¶ Secundū coꝛrelariū, minus ſunt reflexibiles influentie ꝙ lumen quamuis etiam ſint reflexibiles pꝛimā partem oſtendo minꝰ impediunt tranſfundi īfluētie quam lumen: qn īmo influentie penetrant ad reꝝ pꝛofunda ad que nunquam peruenit lumen, lumē aūtem circa terre ſuperficiem reflectitur non multum penetrās, ſecunda pars etiam patet per illam experientiam radioꝛum luminarū quibus doꝛmiens ī luna diſcoopertus plus leditur quam coopertus: et ꝑ conſequens circa cooperturam videntur reflecti influentie cum lumine vel ſaltem debiliꝰ penetrare.

Dubiū. 6 SExtum dubium de qualitatibꝰ luminoſis, an quodlꝫ celum ſit lucidum pꝛopꝛia luce, an luce etiam ſolari; an luce eiuſdē ſpeciei cū his inferioꝛibus. an calefactiua. Pꝛo hoc dubio pꝛemittendum dicitur ab aliquibꝰ ꝙ differūt lux: lumen: radiꝰ, et ſplendoꝛ. Lux appellat que ē in coꝛpoꝛe actu lucido a quo alia illuminat: vt in ſole. Lumen dicit quod eſt receptum in coꝛpoꝛe dyaphano illluminato: vt in aere. Radiꝰ vocat illuminatio ſm rectam lineam ad coꝛpus lucidū: ⁊ quamuis vbicūq꜓ ſit radius illic ſit lumen: non tamen ecōtra: ꝑut ſi eſſet lumen in aliquo loco non ex directa reflexiōe pꝛopter inter iacentiā alicuius coꝛpoꝛis. Splēdoꝛ aūt qui per reflexionē radii ad coꝛpus aliquod terſum et politum conſurgit que .n. in ſe habent lucem radicatam permanentem dicuntur actu lucida ꝑut eſt ſol: que aūt ſunt ab eis receptiua intra ſe luminis dicunt dyaphana, vt aer, aqua que autem neutrum illoꝛum habent dicuntur oppaca vt terra que terſa atq꜓ polita et radioꝛum reflexiua dicunt ſplendida, vt es et argentum. ¶ Quo igitur ad pꝛimū dico ꝓbabiliter omne celum eſſe lucidum patet eſt nobilitas celi neq꜓ videtur quare vni potius quam alteri concedit ineſſe ergo. ⁊c. ꝙ ſi obiiciatur non videt celū nonum, vel decimum. Item aliquod celum videt: et non quodlibet, ergo ſignū eſt ꝙ non quodlibet eſt lucidum. Reſpondeo ꝙ non īmutet viſum non arguit non eſſe lucidū. Nam ad hoc requiritur habere lumen compactum: et eſſe coꝛpus denſum: hinc aer illuminatus non lucet ꝓpter raritatem: tum etiā ſtelle non deꝑhenduntur videri die lumine maioꝛi offuſcāte minꝰ: ſed celum eſt multo rarius atq꜓ minus lucidum quare. ⁊c. Uñ ſol eſt maxime lucentie: tum ꝓpter eius magnitudinem, tum pꝛopter eius foꝛtem denſitatem atq꜓ cōpactionē. Dicit eñ durandꝰ celū, dicitur empyreū id eſt igneū non a caloꝛe ſed a ſplendoꝛe: lucidū aūt dicitur non: qꝛ ſit radioſum: qꝛ claritas eius nequaquam lateret nos cū ſphere īter medie ſint tranſparentes: ſed pꝛo tanto dicitur lucidū: quia in compoſitione ſua lucem habet ſed non ex tanta denſitate partium vt terminet viſum ſicut faciunt coꝛpoꝛa ſolis et lune et aſtroꝛū hec ille. Sed an videatur celum eſt vna opinio ꝙ non et cum arguitur ꝙ exiſtēte aeris ſerenitate percipitur viſu aliud ab aſtris: tū ēt celū ē lucidū pꝛoiiciens vſq꜓ ad terrā ſuos radios cū non influat ſine lumine.

¶ Reſpondetur ad pꝛimum illđ qđ percipitur nō eſſe celum vel partem celi: ſed aerem multum inter mediū habentem lumen ſolis et alioꝝ aſtroꝛum quem iudicamus continuari aſtris per diſtantiam: aut dicatur nō videri totus aer: ſed media regio aeris que gratia frigiditatis loci condenſat. Ad ſecundum dicunt illi radii diffuſi non ſufficienter cauſare viſionem: ſicut neq꜓ radii ſtellarū pꝛeſente lumine ſolis. Alia eſt opinio ꝙ celum videtur: ⁊ cū arguitur per regulam perſpectiue nihil poteſt videri niſi per medium magis dyaphanū et rarius reuiſa: ſed aer eſt denſioꝛ celo igit: tum etiā ſtelle de die non vident ergo a foꝛcioꝛi nec celū. ¶ Reſpondent non eſſe inconueniens ꝓcedere celū denſiꝰ igne atq꜓ aere inter medio patet de galaxia: ad quod confert ꝙ materia ignis dicitur eſſe ſub maxīa raritate poſſibili. Ad ſecundum reſpondetur ꝙ videntur cū non impediatur diffundere radios ſuos: nec radii impediuntur viſum īmutare ſꝫ non diſcernuntur.

¶ Quo ad ſecundā partē dubii ſunt opiniones. vna quoꝛūdam imaginantiū ſupꝛemū celum eſſe totū lucidum et celū ſequens eſſe paruis, et

magnis foꝛaminibus perfoꝛatū:per que videtur ful
goꝛ illius ſupꝛemi celi. ¶ Contra ſi ſol et luna eſſent
talia foꝛamina non poſſet dari ratio augmēti atqꝫ de
crementi lune nec ſaluari inequalitas diſtantie pla
netarum inter ſe nec diuerſitas apparicionis coloꝛū
in planetis et etiam in ſtellis que ponuntur eſſe colo
ris planete ad cuius naturam reducuntur pꝛout ſtel
le de natura ſaturni ponuntur plumbei coloꝛis: ⁊ ſic
de alijs. Alia fuit opinio ymaginans totum celum eē
īmobile et eē quoſdā ſpiritus voluntarie motos nūc
ad vnam partem nūc ad aliam qui partibus quibus
aſſiſtunt tribuūt ſua virtute lumē quo pars illumina
ta apparet vt ſtella. ¶ Iſta opinio ē pꝛoꝛſus irrōna
lis cum in nulla ratiōe fundet᷑, nec ſolum lux celeſtis
percipiatur ſed alie multe virtutes in his īferioꝛibꝰ:
quare tenendum eſt ſtellas et planetas eē ſubſtātias
coꝛpoꝛeas et non foꝛamina. nec ſpiritꝰ ſiue intelligē
tias. ¶ De lumine aūt lune fuerunt etiam opiniones
Una quoꝛundam imaginantium vnam lune medie
tatem habere ex ſe lumen et aliam non ipſamqꝫ lunā
moueri ꝓpꝛio ſuo motu diſtincto a motu celi quo ſuc
ceſſiue vertit᷑ ad nos pars lucida: ſic ꝙ in oppoſitiōe
tota illa pars eſt ad nos verſa. et poſt oppoſitionem
ſucceſſiue abſcōditur vſqꝫ quo pars nō lucida ſit ad
nos verſa hinc negauerunt iſti lunam habere lumen
ſuū a ſole ſaluantes illo modo crementū atqꝫ decre
mentum eius. ¶ Contra, ſit eclipſis lune et non niſi lu
na ſuum lumen haberet a ſole patet non obſtante in
terpoſitione ſemper appareret lumen pꝛopꝛium lu
ne. Eſt igitur concludendum lunam lumen ſuum ha
bere a ſole. ¶ Sed an per ſolaꝫ reflexionem luminis
ab ea ad nos tanꝙ a coꝛpoꝛe leui terſo atqꝫ polito,
ſine in greſſu luminis in ſuam ſubſtantiam: an per in
greſſum atqꝫ in coꝛpoꝛationem luminis ſunt opinio
nes cōtrarie: ſꝫ ſecunda tenēda: vt oſtendit macula
pꝛopter diffoꝛmitatē raritatis qua al'r ībibitur atqꝫ
in coꝛpoꝛatur in vna partē et al'r in alia: tū etiaꝫ qn̄
luna eſſet ad latus noſtri aſpectus nō niſi parua pa
rs illuminata appareret: ſed pars a qua angulus in
cidētie: et angulꝰ reflexionis ad oculos noſtros cēnt
equales eſt igitur ei (que eſt coꝛpus trans parens)
lumen ſolis in coꝛpoꝛatum etiam ſm̄ aliquos ꝑ totuꝫ
coꝛpus lune ꝗuis non eque intenſa per totum ꝓpter
magnitudinem coꝛpoꝛis lunaris ſed intenſe medie
tas ad ſolem verſa in coꝛpoꝛatur lumine. ¶ De alijs
autē aſtris eſt auctoꝛitas Dyoniſij. 4. caplo de diui
nis nominibꝰ dicentis a ſole illūinari omnia coꝛpoꝛa
tam ſuperioꝛa quam inferioꝛa experti ſunt ēt aſtro
nomi planetarum ſuperioꝛū augeri lumē qn̄ ſunt in
auge ratione appꝛopinquationis ad ſolem: atqꝫ mi
nui quando ſunt in oppoſito augis. Hinc etiam venꝰ
et mercurius ſunt ceteris lucidioꝛes ꝑꝑ pꝛopꝛinqui
tatem ad ſolem: quo ſit vt quando venus tantum a ſo
le diſtat ꝙ poſt ſolis occaſum venus ſuper oꝛizontem
manens non offuſcatur a ſole: tunc tam magnum eſt
eiꝰ lumē vt ſibi obiecto coꝛpoꝛe opaco faciat vmbꝛā
vt luna. ¶ Quod ſi obijcitur tempoꝛe eclipſis videt᷑
nota luna: immo etiam in decremento apparet viſui
ꝑs nō illuminata: ergo hꝫ lumen aliud a ſole. ¶ Itē
alia aſtra deberēt apparere arcualis figure ꝑ acceſ
ſum et receſſus a ſole ſaltem venus et mercurius.
¶ Itē aſtronomi tradunt planetas ſoli appꝛopinqn̄
tes minui lumine: et recedentes augeri: cuius con
trarium fieret ſi lumem a ſole caperent: itē planetis
alijſqꝫ aſtris pꝛopꝛij attribuunt᷑ coloꝛes: Saturno
plūbeus; ioui ſtanneꝰ; marti calybelis; ſoli aureꝰ: ve
neri cupreꝰ: mercurio coloꝛ argenti viui: lune coloꝛ
argenteus hiſqꝫ metalis dicuntur illo oꝛdine domi
nari igitur habent pꝛopꝛios ſibi ſplendoꝛes. ¶ Reſ
pondendum omne aſtrum habet lumē aliqō pꝛopꝛiū
quamuis remiſſum: quod per lumē ſolis foꝛtificatur
dicitur etiam ꝙ illic recipitur lumem ſecundarium
ad ſecundum reſpondetur, ꝙ mercurius et Uenus
ſunt coꝛpoꝛa trans parentia ideo ſm̄ quamlꝫ ſui par
tem in coꝛporantur lumine ſolis: aſtrorum autem ſu
perioꝛuꝫ ſemper ſol illuminat partem que eſt verſus
nos. ¶ Ad ſecundū capitur illic auctus lumine ꝓ eo
ꝙ bene et diutius pōt videri: quod contingit per re
ceſſuꝫ a ſole: alio modo capitur actus lumine pꝛo ha
bere maius lumē et hoc ſit ꝑ pꝛopinquitatem ad ſo
lem. ¶ Ad tertiam nihil ꝓbat. Nam ꝑꝑ diuerſitateꝫ
modi ſubſtantie ī denſitate atqꝫ raritate diuerſificat᷑
capacitas luminis: et in aſtris coloꝛum apparentie.
¶ Quo ad tertiam dubij partem: eſt vna opinio ꝙ
ſpecie differunt lux in in ſydere radicata: et lux in
iſtis inferioꝛibus reperta. Nam lux hoꝛum inferioꝝ
in ſequitur cōmixtionem qualitatum pꝛimarum qō
pꝛobatur: qm̄ nullum elementum exiſtens ī naturali
dis poſitione lucet: et ꝙ flāma luceat hoc eſt: qꝛ lꝫ ſit
ignis: ille tū non ē in naturali diſpoſitione, ꝙ ſi ī nāli
ſua diſpoſitiōe eſſet ipſe non luceret q̄r e oīa hic infe
rius lucentia ſunt mixta qualitatiue: et ita lux iſtoꝛū
inferioꝛum eſt qualitas ſecunda: et per conſequens
ſpecie differt a luce celi: iſta opinio non videt᷑ mihi
ratione multum efficaci fulcita oſtendo: quoniam ꝙ
effectus ſint a cauſis ſpecie differentibus non eſt ſuffi
ciens ratio concludendi differentiam ſpecificam pꝫ
caloꝛ actualis ab igne: et caloꝛ actualis a ſole pꝛo
ducti ſunt eiuſdē ſpeciei ſimiliter frigiditas a terra
et frigiditas ab aqua: et tū cauſe ſpecie differunt. tū
etiam non videtur inter tales luces currere pꝛopꝛie
tates diuerſe non ſaluabiles per differentiam in ten
ſi et remiſſi quare ꝓbabile eſt dicere ī pꝛimis, ꝙ lux
ſolis et lux alterius ſyderis ſunt eiuſdē ſpeciei ꝗuis
ſubiecta ſpecie differant: ſimiliter lux ſyderis et lux
coꝛpoꝛis in ferioꝛis.

¶ Quo ad quartā dubij partē an lu
men ſolis ſit caloꝛis ꝓductiuū circa hoc ſunt opinio
nes: vna quā viſus eſt ſeq̄ auerrois ſuper. xi. pꝛie phi
loſophie ꝙ lumē nō eſt cā caloꝛis: pꝛo quo dicit Ariſ.
id voluiſſe. ſ. ꝙ motus oꝛbis generat caloꝛem in coꝛ
poꝛe immediato ſibi et illud in alio: et ſic de inceps
vſqꝫ ad nos: ſol autē iō plus caloꝛis dat: qꝛ maioꝛ eſt
et ſpiſſioꝛ alijs ſtelllis et planetis et ideo foꝛtiꝰ com
mouet coꝛpꝰ quod eſt ſub eo. ¶ Illiꝰ opinionis aliq̄
ſunt motiua: pꝛimo ſi a lumine generetur caloꝛ a con
trario luminis ꝓduceret᷑ frigiditas: ſed hoc non cū
lumen non habeat cōtrariū: igit᷑ tum etiam id fieret
per reuerberōem ſeu per reflexionē a coꝛpoꝛibꝰ ſoli
dis ⁊ politis: ſꝫ contra ſi ipſum per ſe nō eſt cauſa ca
loꝛis: tunc nec multiplicatum generabit ipſum.

¶ Contra iſtam opinionem ſunt ob
iectiones opinionis contrarie: pꝛimo ceſſaret tota
philoſophia apoloni et et alchindis de ſpeculis com
burentibus patet cōſtat ꝙ ſpeculum illud non moue
tur nec ſol ſuper ſpeculum plus mouetur ꝗ ſuper ali
ud coꝛpus ergo ſi luminis reflexio non eſt cauſa ca
loꝛis non plus in tenditur ignis ad ſpeculum quam
ad ipſum coꝛpus quod abſurdū eſt et contra ſenſum
ſecundo ſm̄ hoc nō deberet caloꝛ augmētari ex hoc
ꝙ dyametral'r ſol reſpicit inferioꝛa oblique: ſꝫ potiꝰ

ex vicinitate vel longinquitate ipſius cū ergo in hye
me ſm̄ pꝛopoꝛtionem geometricam pꝛopinquioꝛ ſit
nobis ſol quam ineſtate hyems debet eſſe nobis ma
gis calida quā eſtas. Tertia ſi ex motu tm̄ calefacit
et non ex lumine: cū media aeris regio vicinioꝛ ſit
motui ſolis quam inferioꝛ media debet eſſe calidioꝛ
quam infima quod eſt iterum abſurdū. 4. in vmbꝛa
et lumine equalitur ſm̄ hoc equalis debet caloꝛ: qm̄
motus ſolis vtrobiq; equaliter eſt ꝓpinqu⁹. 5ᵃ. ſi mo
tus ſolis ſit cauſa caloꝛis et effectus nunq̄ extendit
vltra cauſalitatem cauſe caloꝛ non debet eſſe in his
que ſol motu ſuo non circunducit vel tangit ergo in-
ferioꝛa calefacere nō dz. 6. ī plēinulio ē noctis caloꝛ
maioꝛ quam in decliuio et non ab in fluentia lune cum
ſit frigefactiua ergo alumine eius. 7: illa influentia
tranſiens per mediam regionem aeris vel per criſta
lum frigidum: aut aquam frigidam impediretur.
¶ Reſpondeo ad iſtas rations ad pꝛimam ꝙ cū lu-
mine ſolari diffunditur in fluentia calefactiua ꝑ vt
cum lumine alterius planete diffunditur influentia
frigefactiua: et qꝛ in ſpeculo vnitur atq; foꝛtificatur
huius modi influentia hinc fit combuſtio non quidē
effectiue alumine: ſed ab illa infnentia et do bonam
analogiam: quoniam influentia aſtri frigiſactiua ta
liter cum lumine aſtri alicubi vnit a foꝛtius frigefa-
ceret non tm̄ ex hoc eſſet arguendum illud lumen in
frigidare: quare nec hic concluderet lumen calefa-
cere. ¶ Ad ſecundum negatur ſilr aſſumptum ex ea
dem ratione ſcilicet ꝓpter pꝛoiectionem illam influ
entie diffuſe cū lumine. ¶ Ad tercium patet reſpon-
ꝙ influentia agit immo non ponendo influentiam ar-
gumētū non cogit diceretur enim eſſe diſpoſitionem
pꝛeuiam ad hoc ꝙ ſol calefaciat per talem diſtantiā
ad quam fit reflexio. ¶ Ad quartū nego aſſumptū
quoniam impeditur vel minuitur influentia a cauſa
minuente vel impediente lumen diffundi. ¶ Ad qn-
tam patet reſpoſio. nam agit cum influentia quin im
mo etiam negata influētia diceretur lumen eſſe pꝛe
uiam diſpoſitionem ipſi ſoli ad calefatiēdū et ſufficit
contactus illius. ¶ Ad. 6. reſpondeo lumen lunare
eſſe lumen ſolis cum quo tranſit influentia ſolis que
eſt calefactiua: habes igitur modum reſpondendi:
coſequentur ad illam opinionem. ¶ Ad. 7. dico ita
argumentum concluderet de lumine.

¶ Alia eſt opinio auicene quā ſeq̄t
Albertus magnus ꝙ lumen eſt pꝛoductiuū caloꝛis
pꝛo qua ſuadere pn̄t rationes ſuperius facte: et ad
rationes opinionis contrarie ad pꝛimam dico negā
do conſequentiā deberet poni conſtantia contrarīj:
ad ſecundū dico q̄uis lumē ſit eiuſdem ſpeciei rectū
et reflexum non tm̄ eodem modo applicatum nec ſo-
lum ad hoc operatur intenſio: cum detur lumē rectū
lumine illo reflexo intenſius: habes igitur modum
conſequentur reſpondendi verum tm̄ communioꝛ eſt
opinio auicene. ſ. ꝙ lumen ſolis ē caloꝛis pꝛoductiuū
ad quam conſequenter reſpondendo ſequuntur coꝛ
relaria. Pꝛimum cuiuſlibet aſtri lumem eſt calefacti
uum patet ipſum eſt lumē ſolis reflexum: aut ſaltem
eiuſdem ſpeciei cum eo. ¶ Secundum coꝛrelariū
aſtra pꝛopꝛias habent virtutes a ſuis luminibus di-
ſtinctas ſcilicet virtutem calefactiuam frigifactiuā
humectatiuā deſiccatiuam vel aliam patet ipꝛimunt
taliter virtutes rebus ad quas non per venit lumen
tamen etiam aliquod aſtrū eſt frigefactiuum: et nō
per lumem cum luminis virtus ſit calefactiua: ergo
eſt alia virtus ita igiur ꝙ tam ſol quā alius planeta
aut ſtella duplicem foꝛmam qualitatiuam diffundit
vnam luminoſam: aliam non luminoſam: quarū ſtat
luminoſam eſſe calefactiuam: et alteram frigefacti-
uam nec pꝛo inconuenienti id habendum cum in pi-
pere ſit virtus frigefactiua actualis: et calefactiua
virtualis ſic qualitas luminoſa ē tanquā calefactiuū
actuale et alia influentia tanquam virtuale. ¶ Ter-
tium coꝛoꝛꝫ, non ideo lumen ſolis ſit calefactiuum
(vt quidā credunt) quia tranſiens per ſpherā ignis
elementaris in coꝛpoꝛet ſibi caloꝛē patet trāſeūdo
per medium frigidum perderet huiuſmodi vim ca
lefactiuam: nec etiam vt alīj opinātur: quia per aerē
tranſiens facit quandam aeris diſtractionē atq; fra-
ctionem partium aeris. Nam fractio fit ratione im-
poſſibilis penetrationis dimenſionum que accidenti
reſpectu ſui ſubiecti non competit: contingit etiam
talem fieri calefactionem aere exiſtente tranquillo:
eſt igitur dicendum lumen eſſe foꝛmā ex ſui natura
eductiuam caloꝛis: non quidem qualitercunq; ſe ha
bentem: ſed reflexam.

Q Ueritur, vtrum terra ſit ſpheri
ca et aqua et de figuris alioꝛum elementoꝝ
de hoc intracta. de ſphera caplo. pꝛimo.

Q Ueritur, vtrum terra ſit in me-
dio quo ad centrum grauitatis: et an conti-
nue moueatur de his in eodem loco.

Q Ueritur circa tertiū et quartū
de celo vtrum elementa ſint grauia ī ſuis lo-
cis: et vtrum aliquid ſit grauius alio in vno
elementa et non in alio.

H Ec queſtio duas hēt ptes
Pꝛo quarum declaratione noto, ꝙ
aliquid eē graue ſtat dupliciter Uno
quia habens grauitatem. ⁊ ſic graue
in vna parte eſt graue in alia: alio mō
dicitur graue. i. actu grauitans et ſic
graue in aere vt liguū non eſt graue in aqua: et ſic ſu
mendo grauius pꝛo illo quod habet maioꝛem gra-
uitem non ſtat aliquid eſſe grauius alio in vno elemē
to et non in alio: alio modo accipitur grauius pꝛo il-
lo quod magis pōderat in actu et ſic bene ſtat lignū
magnum eſſe grauius in vno elemento ſcilicet aere
paruo plumbo et non in aqua: immo in aqua eſſet pō
deroſi⁹ magno ligno et ſic patet de q̄one. ¶ Dubita
tur vtrum aer et omnia elementa in locis naturali-
bas habent grauitatem et arguitur ꝙ non autoꝛita
te auic. do. elemētis quia aer ponitur in mixto vt fa
ciat leuigare mixta. Idem patet deſuper natatione
ligni in aqua. Item autoꝛitate themiſt. et thelomei
lib. de ponderibus dicentium vterum inflatum mi-
nus ponderare in aere non inflato. Idem patet au-
toꝛitate Ariſt. dicentis aerem leuem et non grauem
in contrarium Ariſt. ii. pꝛobleumatum: pꝛob. 45.
cur vox melius auditur a ſurſum in deoꝛſum quam
ecōuerſo. Item ſecundo autori. eiuſdem. 5. pꝛoble.
pꝛobleu. ſecundo vbi dicit Ariſtoteles omnia elemē
ta habent grauitatem pꝛeter ignem. Item qꝛ ſi fiat
vacuum inferius velotius deſcendit quā ſi vacuum
ſurſum aſcendat cōciliatoꝛ in annexo diferentie. 14
tꝫ expꝛeſſe aerem in ꝓpꝛia ſphera grauem non gra
uitate actuali ſed habituali ideſt magis natum deſ-
cendere quam aſcēdere. Un̄ in aere ego pono vnam
qualitatem pꝛeter leuitatem qua ad hoc inclinetur.
Unde dicit ſe expertum vterū inflatum ponderare

vno obolo,pluſꝙ nõ inflatũ;et ſi inflex;aere non vaporo
ſo ſed follis.

¶ Pro declaratioue tamen maiori
corũ que dicta ſunt libro.3 et.4.d celo pono aliquas
propoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Non omne cor-
pus eſt eque graue in aqua et oleo.patet eadem ra-
tione. Hinc lignum non ita profunde vel non eque
velociter,ceteris aliis paribus deſcendit per aquã
ſicut per oleum: idem contingit de aliis corporibus
diuerſarum qualitatum motiuarum. ¶ Secunda ꝓ
poſitio corporũ ſolidorum poteſt grauitatum equa-
litas vel in equalitas in ſpecie deprehendi ſine equi
librio,ne dum in generali:ſed in proportione. Pria
pars patet. Magnitudo effectus ceteris aliis pari
bus ſequitur fortitudinem cauſe: ergo duorum cor-
porum equalis magnitudinis per aquam deſcenden
tium:quod velocius deſcendet vel cuius maior pars
ſubmergitur ĩ aqua eſt altero grauiꝰ:que autem eq̃
velociter deſcendunt vel equales eorum partes ſub
merguntur ſunt equalis grauitatis. Secundam pa
tem oſtendo ex precedenti. Pro cuius practica capi
antur duo corpora magnitudine equalia in latus di
uiſa per partes equales (gratia exẽpli in duodecim
partes que dicantur puncta) et illis ſuper aquam na
tantibus videatur cuius illorum ſubmerguntur pũ
cta:quoniam ſm proportionem punctorum ſubmer-
ſorum vnius et alterius erit proportio grauitatum
ſm ſpeciem ,videlicet ſi duo puncta vnius et vnũ al-
terius erunt in proportione dupla. ¶ Tertia propo
ſitio. Idem ſiue artificiali pondere de duobus cor-
poribus liquidis diuerſarum grauitatum in ſpecie
poteſt deprehendi:ſcilicet non ſolum in generali ex
ceſſus ſed proportio patet idem corpus per illa li-
quida deſcendens aget ſm habitudinem grauita-
tum illorum liquidorũ ad ipſum exempli gr̃a : in aq̃
⁊ oleo liquidis in quibus alternatim ponatur idẽ li
gnum,tunc illud liquidorũ eſt grauius in quo pauci
ora puncta illius ligni vt ſupra in partes diuiſi ſub-
merguntur idem enim graue in leuiori profundius
deſcendit;et pariter quaad proportionem erit talis
qualis erit proportio punctorum ſubmerſorum : ita
igitur ꝙ aqua erit oleo grauior in illa proportione ĩ
in qua ſe habent puncta ſubmerſa in aqua ad pũcta
ſubmerſa in oleo. ¶ Quarta propoſitio de duobus
corporibus : vno ſolido et altero liquido poteſt ſine
artificiali eq̃librio reperiri exceſſus grauitatum ſꝫ
ſpeciem;et etiam earum proportio. Patet ex dictis
cum leuiora ſuperſint grauioribus graue poſitum ĩ
liquido ſi deſcendat in fundum;vt plumbum in aqua
eſt grauius liquido ſm ſpeciem:ſi autem partes ali-
que ſubmergantur aliquibus ſupernantibus eſt leui
us liquido ſi vero ſuper ficies conuexe coequentur :
ita ꝙ deſcendat quouſqꝫ ſit eius ſuperficies corũ in
ſuperficie liquidi;ſunt equaliter grauia ſm ſpeciem
ſolido enim ſupernatante partim ĩtra partim extra
talis erit proportio grauitatũ qualis proportio cor-
poris ſupernatantis ad puncta ſubmerſa. Exempli
gratia corporis in duodecimi partes vt prius diui-
ſi quattuor puncta ſubmergantur;tũc erit liquidum
grauius in proportione tripla.

¶ Expliciunt q̃ões de celo:

# ¶ Incipit liber primꝰ de generatio ne Ariſtotelis ſtagirite cum queſtionibus Petri a ſpinoſa artium magiſtri.

## ¶ Caput primum.

Libri de gene
ratione et corrup
tione duo. Primꝰ
continet decẽ ca-
pita. Primum ca-
put tres concluſio
nes,duas antiquo
rum de generatio
ne opiniones poſt
primam, et ſex ra-
tiones poſt tertiã.
¶ Prima cõcluſio
De generatione ⁊
coruptione,natura genitorum et corruptorum ,de
cauſis eorum,quid alteratio,quid augmentatio ,et
vtrum generatio et alteratio idem ſint,necne,deter
minandum eſt. ¶ Nam de his varie fuerunt anti-
quorum diſſenſiones ,que per hanc (veritate conſpe
cta) tollentur determinationem. ¶ Due d hac re an-
tiquorum opiniones. ¶ Prima eſt ponentium o m-
nia eſſe vnum,et omnia ex vno generari;et hi ponũt
generationem alterationem eſſe et,generari altera
ri. ¶ Secunda eſt ponentium plura materialia pri-
cipia.ex quibus omnia conſlantur .Et hi ſunt Empe
docles, Anaxagoras, Democritus,et. Leucippus.
Empedocles enim poſuit quattuor elementa ſimpli
cia,rerum materias;et litem ⁊ amiciam,efficiencia
principia. Anaxagoras infinitas homeomerias ato
mos vt,os carnem neruum (quorum quelibet , pars
tocius naturam atqꝫ nomen retinet) rerum materi-
as : democritus et Leucippus infinita inſectilia cor
pora (ex quibus omnia parentur) poſitione, figura
et ordine diſſidentia. Et hi omnes volunt aliud eſſe
generationem, ⁊ alterationem, preter Anaxagorã (
qui propriam vocem ignorauit) dicentem generari
et corrumpi idem eſſe quod alterari. Et maxime ad
uerſatur Empedocli.naꝫ Empedocles quattuor ele
menta ponit,et carne,et oſſe,neruo,et ſimilibus ſim
pliciora. Ille autem contra,os,carnem, neruum , et
ſimilia elementis,igne,aere,aqua,et terra ſimplicio
ra ,vt que ſint horum greco vocabulo panſpermia.
¶ Secnnda concluſio. Qui omnia dicunt eſſe vnum
et ex vno conſtituunt omnia:generationem ab alte-
ratione differre defendere non poſſunt. ¶ Nam ſem
per vnum eiuſdemqꝫ nature ſubiectum eſt. Mutati
onem autem que ſubiecto vno eodemqꝫ manente ad
uenit,alteratioñe nuncupamus. ¶ Tertia, Qui plu
res rerum ponunt materias , generationem ab alte
ratione differre dicunt:quam tamẽ,alterationem in
quam ex ſuis dictis ſaluare impoſibile eſt. ¶ Primo
Quia dicunt generationem et corruptionem mixti
onem eſſe ⁊ ſegregatiõem;et calidum.frigidum,hu
midum et ſiccum ,album ,nigum , molle,durum , et
ceteras paſſiones proprias eſſe elementorum et (ex
quibus cetera pariant) principiorum:vt Empedo-
cles dicit ignem calidum et album ,aquam frigidã
et nigram. Sed cum diuerſe ſint horum materie,ex
igne non fit aqua,aut vnũquodqꝫ reliquorum ex re-
liquo:igitur neqꝫ fiet ex calido frigiduꝫ,ex molli du
rum , aut vnum aliquod talium ex altero ſecundum

propriā videmꝰ rōnem. Oppoſitum tamen horum
nam re et a concretione et ſecretione ceſſante, eam
videmus nunc augmento excreſcere, nunc decremē
to minui ſecundum quantitatem, nunc calidam nūc
frigidam fieri ſecundum qualitatem. ¶ Secundo.
Quia in omni mutatione contrariis ſubiicienda eſt
eadem natura: ſiue hec tranſmutatio ſecundum quā
titatem, ſiue ſecundum qualitatem, ſiue ſecunduꝫ lo
cum ſit ſumpta: id autem, plures variaſqꝫ ſubiicien-
do materias, facere non poſſint. ¶ Tertio. Quia ſi
alteratio eſt rerum adinuicenm tranſmutatio ē: qđ
ſi eſt, multe (vt dicunt) diuerſeqꝫ nature nō ſunt ma-
terie. nam omnium adinuicem tranſmutationem ha
bentium, materiam eſſe vnaꝫ neceſſe eſt. ¶ Quarto
Quia Empedocles pugnantia dicit enim ex elemē
tis mixta generari. et alterum in alterum non poſſe
tranſmutari: ſenſui manifeſtis contradicens. Vide-
mus enim et aquam ex terra, et terram ex aqua gi-
gni. qui item cum concedat alterationem ſecundum
paſſiones, et ignem dicat calidum et album, aerem
leuem et mollem, aquam frigidam et nigram, terrā
graueꝫ et duram: his predictis differentiis (ſepara
biles enim ſunt (vt etiam vnam generetur ex altero
cuius proprias habebit qualitates, concedat opor-
tet. ¶ Quinto. Quia dicit Empedocles aduenie̅te
amicitia omnia abire in chaos, ſuis paſſionibus ſpo
liata: et aduenie̅te lite: ſeparari ab ipſo, nouis acqui
ſitis paſſionibus tranſmutantur igitur adinuicem.
¶ Sexto. Quia Empedocles non determinat an q̄t
tuor elementa principum ſint ipſius chaos et confu-
ſe molis: an potius ipſum, principium ſit elementoꝝ
Inſufficientem igitur facit determinationem quod
et reliqui factitarunt.

## ¶ Caput ſecundum.

Secundum caput cōtinet
duas concluſiones, duas rationes ad
primam duas ad ſecūdam, quattuor
rationes ad tertiam tres opinionis.
Democriti rationes, earum ſolutio-
nes, duas generationis et alterōnis
differentias poſt tertiam. ¶ Prima concluſio. Plato
de generatione et corruptione inſufficientem execu
tus eſt determinatiōem. ¶ Primo. Quia quomodo
fiant mixtorum generationes, vt oſſium, carnium, et
neruorum: nihil meminit. ¶ Secundo. Quia de au
gmentatione et alteratione nihil determinauit: que
huic negocio ſubſeruiunt. Et certe nullus preter de
mocritum videtur omnium que neceſſaria ſunt, ali-
qua tetigiſſe qui de omnibus videtur curam egiſſe
vt de generatione et corruptione, augmentatiōe, al
teratione. actione, paſſione. et mixtione. Dicebat em̄
Democritus et Leucippus, ex atomorum concretio
ne generationem, ſecretione corruptionem fieri: di
uerſo ſitu et ordine alterationeꝫ: que̅admodū eedē
litere varium ſitum atqꝫ ordinē habentes comediaꝫ
componunt, et tragediam: et ceterarum mutationū
augmentationis, diminutionis, actionis, paſſionis ⁊
mixtionis cauſas in atomos reducebāt. ¶ Secūda
De generatione et corruptione apta incūbit deter-
minatio. ¶ Primo, Quia oēs hec tractant, dicūtqꝫ
generationem et corruptionem aliud eſſe, et aliud
alterationem: quia generatio, quedam ſit congrega
tio: corruptio vero, diſgregatio, et alteratio eorum
compluribus viſa ſit paſſionum trāſlatio. ¶ Secūdo
Quia de hac re rationabiles quedam mouētur que

ſtiones: vt vtrum generatio ſit congregatio: vtrū cor
ruptio, ſegregatio: vtrum generatio, alteratio ſit an
nulla prorſus. Et ad has queſtiones rationes addu-
cuntur: he cogentes, he vero diſſolui difficiles. ex pe
dit igitur eiuſce rei deprehendere veritatem, et cō
ſiderare an entia generentur, alterentur, augeanť,
et horum contraria: an corruptionem, detrimentūqꝫ
patiantur: et an ipſorum principia ſint inſecabiles
magnitudines, ſuperficies vt dicebat plato corpora
vt dicebat Democritꝰ. ¶ Tertia. Poſitio Platonis
poſitione Democritꝰ irrationabilior eſt. ¶ Prio qꝛ
irrationabilius eſt ad ſuperficies vſqꝫ indiuiſibiles
corpora reſoluere, quam ea reſoluere in indiſſolubi
lia corpora: qnanuis: et hoc non modicant iridem ha
beat irrationabilitatem: reſoluebat aūt Plato cor-
pora in ſuperficies, democritus autem in corpora.
¶ Secundo. Quia Democritꝰ ex ſuis corpuſculis
conabatur et generationem et alterationem ſalua-
re: vt colores ex diuerſa atomorum poſitione Plato
autem ex ſuis ſuperficiebus neqꝫ gignebat neqꝫ al-
terabat: eſt igitur Platonis determinatio irrationa
bilior. ¶ Tertio. Quia Democritꝰ (vt qui circa na-
turalia magis inſudauerat) principia talia ſuppone
bat, ex quibus multa in philoſophia ſaluare videreť
Plato vero minus impedit opere minuſqꝫ fuit natu-
ralium expertus: multorum eniꝫ inexperti, et ad pa
uca reſpicientes, facile enunciant. Merito igitur.
Democriti poſitio, Platonis poſitione rationabilior
exiſtimāda ē. ¶ Quarto, Quia Plato logicis agit
rationibus: niſi, inquit, vſqꝫ ad ſupficies reſolutio ſie
ret que eſſent indiuiſibiles, aut otrigonum eſſet mul
ta Democritus autem magis phyſicis rationibus in
ſiſtit. ¶ Tres Democriti rōnes. ¶ Pria. Corpus eſt
magnitudo omnino et vbiqꝫ diuiſibilis. Hoc em̄ poſ
ſibile, quod quidem cum poſſibile ſit ſi ponatur tactū
nihil accidit impoſſibile. Ponatur igitur omnino eē
diuiſum: que ſuperant igitur, aut ſunt puncta, linea
ſuperficies, paſſiones alique nihil, aut atomi. Non āt
ſuperant pūcta: quia punctū puncto additū nō attol
lit maius, neqꝫ terminꝰ a termino diuelli poteſt. neqꝫ
linee ſuperficies, aut paſſiones. Nam corpus ex non
corporibus compoſitum abiret: ⁊ paſſiones ſeparari
impoſſibile eſt. Neqꝫ dixeris nihil manere. Nam fuiſ
ſet corpus ex nihilo conflatum, et non vero exiſtens,
ſed tantuꝫ apparens. Que ſuperant igitur diuiſio-
ne facta, corpora ſuntque quia non ſunt diuiſibilia (
nam non eſſet omnino diuiſum, vt poſitum ē) ſunt igr̄
atomi. Eſt igitur corpus ex atomis conflatuꝫ. ¶ Se
cunda Quia ſi contingeret corpus ſemper diuidi, ⁊
ſemper in minores reſolui magnitudines, tandē p-
ueniretur ad magnitudines inſenſibiles, quare iteꝝ
ad indiuiſibiles. Secamus igitur ipſum ſolum vſqꝫ
ad aliquid, vt atomos, et non ſemp. ¶ Tertia gene-
rationes et corruptiones non niſi atomorum congre
gatione et ſegregatione ſaluare poſſumus. Ratio-
nabiliter igitur poſitum eſt corpus ex atomis eſſe cō
poſitum, et in atomos reſolui. ¶ Prime ſolutio. Dē
ſenſibile corpus quodammodo ſecundum quodlibꝫ
ſignum diuiſibile eſt, et quodammodo non diuiſibile
quidem poteſtate eſt, non autem actu: quia tamen
punctus puncto attiguus non eſt, ſit vt non vbiqꝫ in
linea ſit punctus: alioquiꝫ exiret ex punctis: neqꝫ vn
dique et vbique diuiſibilis eſt, ſed quemadmodum
puncta habens. ¶ Secunde. Senſibile in partes in
ſenſibiles diuidi tn̄ minie ſimpl̄r nō ſint incōueniēs
nō ē q̄ ⁊ ſi p ſe nō pcipiať cuꝫ aliis tn̄ iūcte ſil' ſentiunť

¶ Tertie. Generatio et corruptio congregatione ⁊
ſegregatione atomorum non fiunt. Nam corpus vbi
que (ac ſi ex punctis extiret cōpoſitum) diuiſibile eēt
et in minima ſegregatio, ⁊ ex minimis congregatio
ſed perfecta generatio fit, quia ſit eius totius in hoc
totum mutatio, quam falſo exiſtimant alterationem
Nam generatio et alteratio bifariam differunt. primo
ſubiecto. Nam generationis ſubiectum, materia eſt
alterationis autem, ens actu. Secundo, qr genera-
tio ſecundum ſubſtantiam ſumitur: alteratio vero ſe-
cundum qualitates: et de corruptione vt de genera-
tione dicatur. Id tamen liceret concedere, ſegrega
tione generationes et corruptiones fieri velociores
congregatiōe vero tardiores: vt aque in minutulas
guttas diuiſe, velocior concitatior que corruptio: et
aeris accelerator generatio, counite ꝓo atqꝫ in vnū
congeſte, tardior.

## ¶ Caput tertium.

TErtium caput cōtinet ſex
queſtiōes, tres quod nihil ſimpliciter
generetur ad primam rationes, earū
ſolutiones, et reliquarum ſequentiū
queſtionum per ordinem. ¶ Prima
queſtio. Utrum cōtingat aliquid ſim-
plicit̄ generari aut corrūpi. ¶ Tres rationes ꝙ nō
¶ Prima. Quicquid tranſmutatiōe exiſtit, ſemper
ex aliquo eſt: vt ex magno paruum, aut magnum ex
paruo, ex laborante ſanum et ex ſano laborans: ⁊ ita
in ceteris et ſi quid ſimpliciter generetur, ex non en
te generabitur. Erit igitur non ens aliquid. ¶ Se-
cunda. Quod generatur ſecundum quid, ex non en
te ſecundum quid generatur vt ex non albo, album:
et ex non bono bonum. quod igitur ſimpliciter gene
rabitur, ex non ente ſimpliciter generabitur, qđ im-
poſſibile eſt. ¶ Tertia. Aut ſimpliciter generatio eſt
ex non ente ſimpliciter, aut non ente aliquo: vt non al
bo, non bono. Non ex non ente aliquo: quia hec ſecū-
dum quid generatio eſt. erit igitur ex ſimpliciter nō
ente. Et tunc aut non ens negat ſubſtantiam: aut vni
uerſaliter ſecundum vnunquodqꝫ predicamentorū
vt ſubſtantiam, quantum quale ⁊ ita in ceteris neget
ens. Si neget ſubſtantiam, erit ſubſtantie ex nō ſubſ
tantia generatio: et cum ſit ſubſtantia, impoſſibile ē
aliquid aliorum eſſe ex quo fiat. alioqui eſſent paſſio-
nes a ſubſtantijs ſeparate: et ex nihilo aliquid fieret
quod eſt impoſſibile. Et id idem manifeſtiꝰ ſequatur
ſi non ens vniuerſaliter neget. ¶ Rationibus adhi-
benda reſponſio. Dicimus vno modo ex non ente ſim
pliciter, non quidem quod omnino non ſit ens, aliqđ
ſimpliciter generari: ſed quod non ſit ens actu. Alio
vero modo ex ſemper ente, ſed poteſtate quidem nō
ente autē in actu, aliquid ſimpliciter generari dici-
mus. Sed de illo ente querunt, cum alicuius ſubſtan
tie fuerit generatio: an illud ens poteſtate ex quo ſit
non ſit actu ſuſtantia, ſed poteſtate: actu tm̄ aut q̄ntū
aut quale, aut aliquod alioꝝ. Si neqꝫ ſubſtātia actu
neqꝫ quantum, neqꝫ aliquid aliorum, actu, ſed ſolum
poteſtate: ex nihilo aliquid generari concedere opꝫ
quod omnes concedere abnuunt philoſophātes. Di
cimus illud ens neqꝫ ſimpliciter eſſe ſubſtantiam: ne
que ens ſimpliciter quantum, aut quale, et ita in ce-
teris. nā hoc aliquid nō eſt: ſꝫ poteſtate in cōpletaqꝫ
ſubſtantia exn̄s: taliter ⁊ quanta: et qualis. Secun-
da qđ. Quare ſemꝑ fiūt, ſempqꝫ ꝑdurāt, et ſimplr ⁊
ſecundum generationes. ¶ Reſponſio. Una cauſa ē
materia. ſecunda eſt mouens: ſed hoc duplex eſt. vnū
enim omni tempore mouens et īmobile exiſtit, alte-
rum vero ſemper mouens et mobile, quod perpetuo
ſuccedentium generationum, corruptionum, et alio
rum motuum cauſa exiſtit. Et cum quid corrumpit̄,
in non ens actu corrumpitur, ens poteſtate, et mate
riam relinquens, ex qua alterum generetur, neqꝫ iđ
generationum ſucceſſio perpetua eſt, quia materia (
vt putauerunt aliqui) infinita ſit. nam infinitum actu
exiſtere: impoſſibile eſſe, ſepius mōſtratum eſt. Et cū
inſtant. Si materia finita eſſet, cum quolibet genito
rum particulam materie accipiat: iam ꝯſumpta eēt
aut tandem conſumenda, defectura ac ceſſationis ge
nerationum cauſa. finitum enim omne per finiti abla
tionem tandem abſumitur. ¶ Prompta reſponſio ē
Nunꝙ conſumendam, defecturamqꝫ eſſe. quia cor-
ruptio vnius, generatio eſt alterius. quod enim ma-
terie in vnius corruptione dimittitur, ab altero ī ge
neratione ſumitur. quod cum hoc iterum corruptio
ne reſolutioneqꝫ adueniente dimiſerit, ab altero vno
aut pluribus primum ad ortum deductis rurſus aſ-
ſumetur. ¶ Tertia queſtio. Cur aliquid ſimpliciter
et aliquid ſmquid generari et corrumpi dicatur.
¶ Reſponſio hoc aliqđ eſt ſimpliciter, ideo eius ge
neratio ⁊ corruptio, dr̄ ſimplr̄ gn̄atio ⁊ corruptio ac
cidens vero, ens ſecundum quid. et ad ſubſtantiā, vt
non ens, ideo eius generatio (cum ſit, aut quantum,
aut ſciens, aut vbi) dicitur ſecundum quid genera-
tio: itidem ⁊ eius corruptio. quemadmodum parme
nides duo ponebat, ignem ens, et terram vt non ens
ideo ignis generatio, ſi ita eſſet, ſimpliciter genera-
tio diceretur, et terra generatio, ſecundum quid ge
neratio. Et hoc exiſtimauerunt generari magis, qđ
ſe vt ſpecies haberet. vt ignis terra, ⁊ calidum frigi
do. eſt enim caliditas vt ſpecies. frigiditas vero, vt
eius priuatio: et ignis ⁊ terra adinuicem hoc ſeſe ha
bent modo. Neque valet quod huic queſtioni euoluē
de afferebāt, huius ſimpliciter generationem ⁊ cor-
ruptionem eſſe. quod magis eſſet ſenſibile, quod ve-
ro minus eius eſſe ſecundum quid et generationem
et corruptionem. Putabāt enim magis ſenſibile, ma
giſque ſcibile (ſenſus enim ſcientia virtutem habet)
magis ens eſſe: et quomodo res ſe haberet ad ſenti-
ri, ita ad eſſendi veritatem, quod falſum eſt. Nā ſpi-
ritus et aer, minus ſenſibilia ſunt terra, cum eīn trāſ
mutantur in terram, fiunt bene tangibilia et ſenſibi-
lia: et tamen veriora quam terra ſunt entia: vt q̄ plus
actus ſpecieiqꝫ habeant, ſed diuerſitas, vt diximus
venit hoc predicamentorum diuerſitatem: quia que
eſt ſecundum ſubſtantiam aut generatio aut corrup
tio ſimpliciter dicitur. Que vero ſecundum aliquod
predicamentorum accidentium: ſecundum quid.
¶ Quarta queſtio. Cur ſemper aliquo corrupto fit
generatio. ¶ Reſponſio. Quia corruptio eſt in non
ens: et generatio ex nō ente, quod quidem eſt ens pu
ra poteſtate. Hinc merito nunquam caſura eſt gene
ratio: vt que ſit ex non ente, quod ſine ſpecie eſſe non
poſſit. ¶ Quinta. An illud non ens in quod fit cor-
ruptio, et ex quo fit generatio, alicui ſit contrarium.
¶ Reſponſio: Non. nam id non ens, materia eſt: ſed
cōtrariorꝫ ſucceſſiue eſt ſuſceptiuum. Sexta Nōne
eadē ē mā vtriuſqꝫ: et qđ corrūpit̄ ⁊ qđ gignit̄. Rn̄-
ſio. eſt eadē ⁊ ē vt diuerſa. ſubo. n. eadē rōne nō eadē
vt cū ignis corrumpitur, et generatur aqua: nunc ē
hoc contrarium nunc autem illud habens, ſunt enim

igniſet aqua, contraria.

## ¶ Caput quartum.

QUartum caput cõtinet du
as concluſiones. Prima cõcluſio. Ge
neratio et alteratio, tranſmutatiões
diuerſe exiſtũt. Nam alteratio ē quã
do ſenſibili manente vt ſubiecto eodē
ipſum in ſuis aut ɔtrarijs aut medijs
tranſmutatur paſſionibus: vt cum corpus ſanum eſt
et deinde idem manens fit egrum: quemadmodum
æs idem manens, nunc rotundum, nunc angulare
eſt, vnde aliud eſt ſenſibile ſubiectũ et aliud paſſio:
vt que illi ſubiecto ineſſe nata eſt. Et gñatio ē muta-
tio totius in totum, nullo ſenſibili vt ſubiecto eodem
manente: vt cum ex toto ſemine fit ſanguis: ex tota
aqua fit aer: et ex aliquo aere fit aqua: ſanguinis: ae-
ris: aque eſt generatio: et ſeminis, aque et aeris cor
ruptio. Et maxime deprehenditur generatio, quan-
do id totum in quod quippiam tranſmutatur multũ
tactu: aut ſenſibus omnibus perceptibile eſt. vt cum
ex aere fit aqua. ¶ Secũda. Si in genito manet ali
qua paſſio que fuit incorrupto: ſecundũ illam nõ eſt
tranſmutatio. ¶ Ut ſi ex aere fit aqua et frigiditas
que fit in aere, eadem maneat in aqua: aut aeris dia
phanitas in aqua maneat. Nam ea, alteratio nõ erit
cum nõ fiat alteratio toto in totum mutato: quod ibi
accidit, neqꝫ generatio: Nam non fit generatio ſub-
cepta paſſione, vt ſi immuſicus homo fiat homo muſi-
cus eodem ſemper homine manente: et muſica exiſ-
tente paſſione, alteratio eſt. Si vero nullo vt ſubiec-
to manente eodem ſenſibili fieret mutatio: ⁊ muſica
et immuſica paſſiones non eſſent: eſſet huius genera
tio, illius vero corruptio. At cum fit ſecundum paſ-
ſionem aliqua mutatio, generatio non eſt: ſecundum
quantitatem eſt augmentatio, aut diminutio: ſecun-
dum qualitatem, alteratio: et ſecundum locum, loci
mutatio. Et generationis ſubiectum maxime ꝓprie
materia eſt: alijs mutationibus aliquo modo: quãdo
quidem omnes in ſe ſuſcipit contrarietates.

## ¶ Caput quintum.

CApput quintũ cõtinet octo
concluſiones, vnam queſtionem ⁊ du
as ratiões ad primam, vnam queſtio
nem ad ſecundam, duas rationes: et
vnam inſtãtiam ad tertiam, vnam qſ-
tionem ad quartam, tres rationes et
ſex augmentationis condiciones, et vnum corolariũ
ad octauam. ¶ Queſtio An augmẽtatio ab alijs mo
tibꝰ differat. Prima concluſio augmentatio ab alijs
motibꝰ differt. ¶ Primo. Quia generatio ⁊ corrup
tio ſunt ſecundum ſubſtantiam. Generatio quidem,
vt cum ex potentia ſubſtantia fit actu ſubſtantia: cor
ruptio, ediuerſo, alteratio ſecundum qualitatem: et
motus localis ſecundum vbi, augmentatio vero ⁊ di
minutio ſecundum quantitatem. Eſt igitur augmen
tatio ab alijs mutationibus altera. Conuenit tamen
cum ceteris: quia ſicut in illis ex eo quod erat poten
tia, fit vt ſit actu: ita et in agmentatione. ¶ Secũdo
Secundum tranſmutandi modorum diuerſitatem:
quia quod generatur, quod corrumpitur, quod alte
ratur. omnino non oportet mutare locum, quod au-
tem augetur. oportet aliquo modo: et quod ſecun-
dum rectum fertur. omnino locum demutat: ⁊ quod
circunfertur, ſemper eundem locum ſeruat. Quod
vero augetur: neqꝫ omnino demutat, neqꝫ eundem
ſemper ſeruat: ſed primo habꝫ arctiorem, poſtea ve
ro ampliorem: et quod diminuitur, ediuerſo ab am-
pliore euadit in arctiorem. differt igitur augmenta
tio ab alijs mutationibus. Secunda queſtio. Cũ aug
mentatio et diminutio ſunt circa quantitatẽ vt mag
nitudinem: an fiat ex corporeo potentia: et in cor-
poreo actu: et ſi ex corporeo, an illud corporeum ex
quo fiat, a ſubiecto et materia ſit ſeiunctum. ¶ Se-
cunda concluſio. Augmentatio non fit ex aliquo ſepa
rato. ¶ Non enim fiet ex aliquo ſeparato non exiſtẽ-
te in aliquo. Nam non eſſet in loco, vt neqꝫ punctum
ſed tunc quid erit: an vacuum: an inſenſibile corpus
ſed id ex quo aliquid generatur, in loco eſt: igitur
id ex quo aliquid augetur. minime ſeparatũ ē, neqꝫ
quidem id ſeparatum in aliquo exiſtit. Primo: quia
augmentatio fieret ab illo ſeparato abſtracto ab il-
lo in quo eſſet: cum nihil eſſet illius in quo eſſet: vt ne
que vas aliquid vini quod in ipſo eſt, cum ipſum ab
ipſo vaſe extrahatur. hoc autem non. nam non fit ſi-
ne partiali corruptione ⁊ partiali generatione. Se
cundo quia nihil prohiberet hoc modo ſimul infini-
tas eſſe materias. quare et eidem ex infinitis ſimul
generari ſi admittant augmentationem adiectam
generationi. ¶ Tertia cõcluſio. Melius eſt ſentire
augmentationem: et generationem ex vna numero
eademqꝫ in ſeparata materia fieri: ratione vero non
vna. ¶ Primo. Quia vt fiat augmentatio aliquo ad
ueniente corporeo aut incorporeo: neceſſe eſt: non au
tem fit ex incorporeo. fit igitur ex corporeo: ⁊ hoc q̃
dem, coniuncta inſeparataqꝫ materia eſt: ex qua pa
riter fit generatio. Fit enim generatio ab aliquo en
te actu aut hõgeneo aut etherogeneo. vt ignis ab ig
ne: et homo ab homine: et ſubſtantie corporee mate
ria, re ipſa et actu in ſeparata eſt, ratione atqꝫ cogi
tatione ſeparabilis. ¶ Secundo. Augmentatio eſt
preexiſtentis quantitatis additamentum nutritiõi
ɔiũctũ: et diminutio p̃exñtis q̃titatis minoramẽtũ.
Igiẗ q̃d augetur, corporeũ eſt et qͦ ei aduẽit, corpe
um. Incorporeum ſiquidem corpori adueniens ma
ius ipſum non efficit. Et quod in diminutione ſubtra
hitur corporeum. Nam in corporeo ſubſtracto non
fieret minus. ¶ Inſtantia. Si quid augereẗ, et que
libet pars maior fieret. et ſi minuereẗ: minor ⁊ ſi q̃d
augeretur, pariter aliquo aduenienter, aut corporeo
aut incorporeo augetur et ſi quid minueretur, pari-
ter aliquo corporeo. aut incorporeo diſtracto ⁊ rece
dento minueretur: Sed non augetur aliquo in cor-
poreo adueniente: eſſet enim quid ſeparatum et ma
teriam a magnitudine ſeparatam eſſe impoſſibile ē.
Neqꝫ fiet adueniente corporeo. Nam duo corpora ſi
mul erunt: vt quod augetur ⁊ auget. Neqꝫ per idem
minuetur, ſubſtracto in corporeo, neqꝫ corporeo. Nã
et corpora ſe occupaſſent, aut relinquereẗ vacuum.
Non igitur vllo pacto aliquid aut augebitur aut mi
nuetur. ¶ Reſponderunt aliqui augmentationem
fieri nullo extrinſeco adueniente quemadmodum
cũ ex aq̃ fit aer, nullo extrinſeco ſuſcepto fit aeris ma
ior moles et cum ex aere fit aqua, nullo ſubſtracto fit
minor: ſꝫ hoc pacto inſufficienẗ rñderũt. ¶ Primo:
quia illic nulla augmentatio vel diminutio. ſed vniꝰ
generatio: et alterius corruptio eſt. Secundo, quia
ſaluare opꝫ id qͦ augeẗ eẽ ⁊ eiꝰ q̃lꝫ p̃teſſici maiorẽ
vt carnẽ, neruum et q̃ ex illis cõſtãt ⁊ quod augetur
non perire. ſed manere. Id autem ipſi non ſaluant.
¶ Tertia queſtio, Quid augetur cum apponitur

aliq̄d: an id qđ apponit̄, vt cibus an corpꝰ cui appo-
nit̄: aut vtrūq; q̄madmodū cū aquā vino imiſces totū
ſimul redditur maius. ¶ Quarta concluſio. Anima
tum corpus cui cibus aduenit, augetur. ¶ Primo
Quia id augetur, quod ante et poſt ſubſtantia ma-
net idem. hoc aūt eſt animatum corpus. et non cibus
nec; vtriuſq; congeries, augetur igit̄ animatū cor-
pus cui aduenit cibꝰ: et ſolū quidem: q̄madmodum
ſi parum aque fundas in vinū, que corrupta non ma-
neat, non dices aquam effectam maiorem, nec; vini
et aque aggregatam molem: ſed vinum, vt quod ſo-
lum maneat. ¶ Scđo Quia ſi carni aduenıat paſſio
fiatq; carnis alterō ſemp̄ carne eadē manente caro
cui aduenit paſſio, alterari đr: et nō ipſa paſſio. dicet̄
igt̄ ⁊ aīatum corpꝰ augeri, cui aduenit cibus: et non
cibus ipſe. ¶ Tertio, id auget̄ in quo eſt precipuum
mouens. in corpore autem animato precipuum mo-
uens eſt corrūpens cibum in conſimile ſpecie anima
to, fit que ingrediens ſimile ſpecie: et corpus hoc ac
cipiens, maius, auget̄ igitur corpus animatum ⁊ nō
qui corrumpitur cibus. ¶ Sex augmentationis cō-
ditiones. ¶ Prima. Idē manet añ augmentationē;
et poſt. Secunda. Quod augetur, aliquo aduenien
te augetur: et quod minuitur, abeunte aliquo minui
tur. Tertia. Eius quod augetur quelibet pars auge
tur: et eius quod minuit̄ quelibet pars minuitur. Au
gētur enim anomiomera, cū homiomera augentur
Nam ex homiomeris anomiomerum vnumquodq;
compoſitum eſt. Quarta vt aliquid augeatur, non ē
conſtituendū vacuum. Quinta nec; vt ſit augmenta
tio, corpora ſe in eodē loco occupare neceſſe ē. Sex-
ta, augmentatio non fit in corporeo adueniente. Et
his ex ſequentibꝰ clarioribus factis, obiectionis p̄-
poſite patefacta erit ſolutio. ¶ Quinta conclō. Aug
mentatio fit aliquo adueniente ſecundum ſpeciem,
⁊ non ſolū ſm̄ mām. Nā adueniente aliquo ſm̄ ſpēm
maius totū efficitur ſm̄ autem materiam non. adue
nit enim aliquid ſecundum ſpeciem, cū ſimilem for-
mam et ſpeciem rei cui aduenit, obtineat ſecundum
materiam vero quod ſimilem retineat materiā, ſpe-
ciē vero non. Quemadmodum ſi aliqua menſura cō
tinue aquam aque ſuccedentē menſuret. q̄ continue
aduenit, idem ſecundum ſpeciem eſt: ita ſi aduenięs
oſſi, oſſis formam accipiat: et carni, formam carnis,
quod aduenit, dicitur ſecundum ſpeciem. Qđ ſi ſuc
cederet aque nō aqua, ⁊ oſſis nō os ⁊ carni non caro
quod adueniret, ſecundū materiā diceret̄: et non ali
quid ſecundū ſpeciē et formā: Et que ſunt ſecūdū for
mā, et que ſecundum materiam in aliq̄bus facilius
deprehenditur: vt anomiomeris, vt viuētis manꝰ cū
augetur. Et hinc fit vt mortui magis videatur eē ca
ro et os, quam manus et brachium: q, ſpeciei diſcri-
men in anomiomeris aptiꝰ manifeſtiuſq; ſit ¶ Sex-
ta Cibus, aucto contrarius eſt. Nam aucti ſpecie ip-
ſum in conſimile ſpecie tranſmutari oportet, vt ſi ſic-
co adueniat humidum, tranſmutabitur in ſiccum. fit
enim augmentatio, aliquo ſecundum ſpeciem adue-
niente. Id aūt eſſe non poteſt cibo non exiſtente con
trario. Nam contrariorum ꝓprium eſt adinuicē age
re atq; pati: et alterū ab altero corrumpi. Cibꝰ igit̄
aucto exiſtit ꝯriꝰ. Corolariū Vñ fit vt qđ augetur vt
ſimili ⁊ vt diſſimili augeatur. Nam augetur diſſimili
in principio: quia contrario et in fine ſimili quia ſe-
cundum ſpēm. Septima concluſio. Cibus talis ē
potentia quale quod incrementum ſuſcepturum ſit
actu. Quia ſi ex cibo augenda ſit caro: ipſum ſpeciē
carnis accipere oportet, et ſi os, ſpēm oſſis: ⁊ ita q̄c
quid agendum ſit: illius rei ſpeciem. fit eñ augmen
tatio aliquo ſecundum ſpeciem adueniente. Eſt igi-
tur cibus potentia talis quale qđ augetur actu eſt: at
tamen actu aliud. Fit enim augmentatio, quemad-
modum ſi in vinum fundatur aqua que mixta in vini
ſpeciem corrumpi poſſit, vini quātitatem adaugēs
ita digeſto alimento: et in corpus diſperſo, corporis
nām ſumit, corpuſq; ad auget. Et ſic ignis appoſita
ligna vrendo facit ignē: atq; in ſimilē ſubſtātiā trāſ-
mutat, quia generat ſic corpus animatum, coctum
cibum in ſuam conuertit ſubſtantiam. ¶ Octaua.
Et ſicut quod generatur, non eſt vniuerſale quantū
aut ſingulare. ſed hoc vniuerſale, aut hoc ſingulare
vt animal homo hic homo: ſic quod augetur: non eſt
hoc vniuerſale, aut hoc ſingulare, ſed vniuerſale aut
ſingulare quantum. Caro enim vt caro carni adue
niens non auget. ſed illic potius generatio attendi
tur: ſed vt caro quanta quante carni aduenit, auget
fitq; totum maius fit enim augmentatio, actu adue
niente corporeo. Oportet igitur generari et carnē
et quantā carnem ſed ſecundum quod caro, nutrit,
ſecundum quod quanta auget. Et ſic nutriens et au-
gens et ſi ſubiecto ſint vnū, ratione tamen diſſentiūt.
¶ Corollarium, vnde fit vt nutriatur quandiu ſal-
uatur animal, non tamen ſemper aut augetur, aut
minuitur. Nam quandiu ſaluatur, aduenit potentia
caro, que vt caro. nutrimentū eſt: non autem ſemper
maius efficere valens, vt eñ dictum eſt: augmentati
uum et nutrimentum re ipſa ſunt idem: eſſe autē nō
idem. Nam ſecundum quod aduenit potentia quāta
caro, augmentatiuum eſt, ſecundum vero quod ſolū
potentia caro, nutrimentum. Et ſicut aque abundan
tia vino infuſa et mixta, vinum aqueum facit et aq̄m
ſic adueniente forme multa potentia. virtus eius de
bilitatur, et fit diminutio et quanto plus potentie tā
to materialior, et quanto minus, virtus eius violēti-
or: fitq; tunc augmentatio, ſemper tamen et in auc-
to ⁊ diminuto ſaluat̄ ſpecies. Sȝ de augmentatione
et diminutione hactenus.

## ¶ Caput ſextum.

SExtum caput continet du
as cōcluſiones. et quattuor modos ta
ctus. ¶ Priā concluſio. Determinare
conuenit de ipſo facere atq; pati. Nā
de generatione elementorum hic in-
tendimus, nullo autem faciente ⁊ pa
tiente, non contingit ea generari. Dicunt eñ aliqui
ea per ꝯgregationē aliq̄ ꝑ ſegregōnē gñari: ⁊ q̄ pl'a
admittunt, vno (vt recte vult Diogēs) cōmunicātia
faciendo et patiendo generant. Nam ſi ex vno non
eſſent, non adinuicem agerent et paterentur: vt cali
dū nō frigeſieret nec frigidū caleſieret caliditas. n
in frigiditatē nō trāſmutat̄: ſȝ hoꝝ vnā ſubiectā nāȝ
q̄ ea ī trāſmutatiōe recipiat: eſſe neceſſe ē nō tñ hoc
neceſſe ē eē quocūq; ī altez agēte: ſȝ quibuſcūq; adin
uicem agentibus et patientibus: ita euenire neceſſe
eſt. ¶ Secunda. De tactu itidem agendum eſt. Nā
de actiōe ⁊ paſſiōe determinādū ē. At aliq̄ adinuicē
agere ⁊ pati ꝓpe neq̄unt q̄ adinuicē tāgibilia nō ſint.
Determinandum igitur eſt de tactu. Et quia tactus
actione et paſſione communior eſt (nam quecunque
ꝓprie agunt et patiuntur, tangunt: non autem que-
cunque tangunt, agere et pati adinuicem neceſſe
eſt) priorem tactus facimus determinationē, Etq;

homonymum eſt, vt fere vnumquodq; aliorũ nominũ
modos eius declarabimꝰ. ❡Quattuor modi tactꝰ.
Hec ſe tangunt primo, que adinuicẽ determinatas
magnitudines et poſitionem habentia, ſimul habẽt
vltima. Et ad tactum hoc modo, hec tria, poſitio lo-
cus, et ſua vltima ſimul eſſe, requiruntur: quo pacto
et mathematica, ſiue ſeparata, ſint, ſiue non tactum
habere concedendum eſt. ❡Se tangentia ſecundo
ſunt, que diuerſas magnitudines habentia, et ſua vl
tima ſimul adinuicem agunt et patiuntur. Et hic mo
dus tactus eſt proprius: et ad hunc modum hec qua
ttuor requiruntur, diuerſarum magnitudinum poſi-
tio, locus, eorum vltima eſſe ſimul, et ad inuicem eſſe
actiua et paſſiua. Et quia grauia ⁊ leuia diuerſas ha
bent magnitudines et loca, leue ſurſum, et graue de
orſum, et ſimul vltima, et ſimul adinuicẽ ſunt actiua
et paſſiua: idcirco talia proprie tangere dicunt̃. Et
quemadmodum mouentium quoddam eſt quod mo
uetur, et quoddam eſt immobile: ita facientium quo
ddam eſt mobile. et alterum immobile. nã (vt inqui
unt) faciẽs eſt mouens, et facere mouere. Differunt
tamen vt faciens dicitur ad paciens. nam omne mo-
uens, hoc pacto faciens eſſe, impoſſibile eſt. Faciens
enim ſolum ſecundum paſſiones dicitur (ſic hoc in lo
co vtimur) eſt autem faciens ſecundum paſſiones
mouens. et mouere, in plus et magis commune eſt.
❡Tertio ſe tangunt: quorum diuerſarum magnitu-
dinum vltima ſunt ſimul, et alterum mouet ab altero
immobile manens et alterum mouetur. ❡Quarto
tangit id cuiuſuis in alterũ tranſit et ſi tactũ hoc mõ
tangens non attingat: quo pacto ſolemus dicere mo
leſtiam et triſtitie amaritudinem nos tangere: nos
aũt non tãgere triſtitiam. Et hec de modis tactus.
De factione et paſſione nunc agendũ eſt.

## ❡Caput ſeptimum.

SEptimũ caput cõtinet du-
as de actione et paſſione opiniones,
octo concluſiones, duas rõnes ad pri
mã, duas ad ſecundã, et vnũ corolla-
riũ ad octauam. ❡Due de actione et
paſſione opiniones. ❡Pria eſt dicen
tium omne ſimile a ſimili paſſionis cẽ imune: quia nõ
eſt cur vnũ potiꝰ agat: et alterum patiatur. diſſimilia
autẽ ad inuicẽ facere et pati. hinc paruũ ignẽ a mag
no pati concedũt: ꝙ paruum ⁊ magnũ cõtrariarent̃
❡Secũda eſt ſoliꝰ. Democriti. dicentis ſimile face
re in ſimile: et ſi qua alia adinuicem faciant et patiã-
tur, hoc nõ eſt vt diſſimilia ſunt ſed vt eis aliquid cõ
mune exiſtit. Et he opiniones ſunt quodãmõ ſub con
trarie, et verũ eſt quodãmodo. omne ſimile a ſil'i im-
paſſibile eſſe et quodãmodo pati poſſe. ❡Prima con
cluſio. Diſariam ſimile, oĩnoq; indifferens, a ſuo oĩo
ſimili pati, irrõnabile eſt. ❡Primo: Quia non ẽ cur
hoc potiꝰ agat: et illud patiatur. quare idẽ ⁊ ẽm idẽ
oporteret agere et pati. ❡Secundo eadem ratiõe
concedas idẽ agere in ſeipſum: et pati a ſeipſo. Hoc
aũt falſum. Nã quicquid mouetur vt ab alio moueat̃
neceſſe eſt. Et ſi omne ſimile ſecũdũ ꝙ ſimile, actiuum
eſſet, omne ſeipſum moueret, et nihil daretur imobi-
le. ❡Secuuda. Omnifariam diſſimile atq; alterum
inſuum omnino diſſimile non agit. ❡Primo, q; albe
do non agit in lineã, neq; linea in albedinem: et hoc:
q; ſunt omnino diſſimilia, niſi forte dixeris per acci-
dens: q; accidat lineam eſſe albam aut nigram. Nõ
igitur omnino alterũ et diſſimile agit in oĩno diſſimi
le. ❡Secundo. Quecunq; exterius agunt: aut con-
traria: aut ex contrariis ſunt: non igitur omnino diſ-
ſimile agit in omnino diſſimile. ❡Tertia. quecunq;
adinuicem agunt ⁊ patiunt̃, talia eſſe debent, vt ſint
quodãmodo ſimilia: et quodãmodo diſſimilia. ❡Nã
q̃cũq; nata ſunt agere ⁊ pati adinuicem: aut ſunt cõ
traria, aut contrarietatem habentia. Debent igitur
genere eſſe ſimilia (ſunt enĩ contraria. in eodem ge-
nere) et ſpẽ diſſimilia. Nã contraria. ſpecie ſunt diſſi
dentia. Uidemꝰ enĩ hoc pacto ſemper corpus a cor-
pore, colorem a colore, ſaporẽ a ſapore: ⁊ homogene
um ab homogeneo, quodq; ſimilẽ generis ſortiat̃ de
nominationẽ pati. Quarta rõnabile eſt faciens aſſi-
milare ſibi paſſum, vt rationabile eſt calefaciens ca
lefacere: et frigidum infrigidare: quia agens et pa-
tiens ſunt contraria (vt que ſunt in eodem genere)
et ſpecie diuerſa: et agens agit vt tranſmutet, tranſ-
mutatio autem in contrarium. Agendo igitur cõtra
riũ in ſuum contrarium quale ipſum eſt: tranſmutat,
quare agendo, paſſum ſibi aſſimilat. ❡Quinta anti
qui ad diuerſa reſpecientes dixerũt. hi ſimilia a ſimi
libꝰ, illi diſſimilia a diſſimilibꝰ pati. Nam aliqua ali-
quando dicimus pati per modum ſubiecti: vt homo
dicit̃ calefieri, frigefieri: et aliquando exprimimus
ea pati per modum termini, vt calidũ frigefit, frigi-
dum calefit. Qui reſpexerũt aliqua pati vt ſubiectũ
viderũt plerũq; ſimile pati a ſimili, vt hominẽ ab ho-
mine: et qui aduerterunt ea pati vt terminus a tr̃o,
viderunt diſſimile et contrarium pati a contrario: et
ita bifariam facere. Ad diuerſa igitur reſpicientes
dixerunt hi ſimilia a ſimilibus illi diſſimilia ad diſſi-
milibꝰ pati. ❡Sexta. Primũ faciens, ĩpoſſibile eſt.
vltimũ vero, et faciẽs et patiens. Nã vt ẽ de mouente
et moto: ita et de agente et patiente: ſed quoddã eſt
mouentium primum: vt quod eſt principium motus
et quod non mouetur et alterum quod ab altero mo
uetur: vt eſt totum et cõpletum et vltimum, pariter:
et mouens et motum: igit̃ et de patiente ita erit. Sa
nat enĩ medicꝰ vt primũ: et vinum vt ſanans: et faciẽs
vltimũ: qõ et ſanando fit patiens. ❡Septima. Que
non cõmunicant in materia, in agendo non repatiũ-
tur, que vero cõmunicant, ſunt repaſſibilia: vt medi-
cina cũ ſanitatem facit, nihil a recipiente ſanitatem
repatitur: q; in materia cũ ſano non cõmunicet: ⁊ ci
bus repatit̃: quandoquidẽ eandem participet natu
ram. Et huius cauſam aſſignamus: q; forma princi-
piũ eſt faciendi: et materia principiũ patiendi: et ea
dẽ ꝯtrarioꝝ ſuſceptiua ẽ: et p̃ñte calefaciẽte ipm ca
lefieri neceſſe eſt: ⁊ frigefaciẽte frigefieri. Que igi-
tur materiã non habent, principium non habent pa
tiendi, que vero habent eandem, principium vnum
quodq; habet patiendi. Contingit igitur illa dum
faciant repati. ❡Octaua. Principium vnde mo
tus efficit: et non finis. ❡Nam efficiens in paſſum
inducit ſpeciem, qua preſente ceſſat motus. Preſen
tibus enim habitibus, non tranſmutatur amplius
aliquid: ſ; iam conſumatũ exiſtit. finis autem vt ſani-
tas non efficit, niſi ſecundum metaphoram. Corolari
um, Unde fit vt elementa, ignis, aer, aqua, terra, ha
beant ſuas paſſiones, calidum, frigidum, humidum
et ſiccũ in materia. Nam agunt, quia ſpeciem habẽt
et ad inuicẽ patiunt̃, quia materiam, eſt enim mate-
ria, vt materia paſſiua. Et ſi eſſet aliquod calidum ſe
paratum, aut aliquid talium) quod forte impoſſibile
eſt) ipſum impaſſibile eſſet, neq; talia ab inuicem eſ-
ſent repaſſibilia.

## ¶ Caput octauum.

Octauum caput continet quattuor de modo agendi opiniones quinqꝫ conluſiões, quattuor ratiões ad quartam et tres ad quintā. ¶ De modo agendi et patiendi quattuor, opiniones. ¶ Prima eſt Empedoclis dicentis paſſionem fieri per poros, illos principali ſubeunte agente: et ſic viſionem, auditionem, et ſenſationem omnem fieri, vt aere et aqua tranſparētibꝰ noſtros ſubeuntibus poros: et mixtionem reruꝫ adinuicem fieri cum ipſarum adinuicem ſint cōmenſurabiles pori. ¶ Secunda eſt Democriti et Leucippi facientium corpora indiuiſibilia omnium principia. ¶ Tertia eſt Meliſſi aſſerentis tantuꝫ eſſe vnū ens immobile, et infinitum. Immobile quidem quia ſi moueretur reciperetur ī vacuum: vacuum autem nihil eſt. Infinitum autem. nam ſi finitum eſſet, ipſum ad vacuum finiri oporteret. Unum vero, et nō multa, quia ſi diuerſa eſſent, oporteret ipſa īterceptō vacuo eſſe diuiſa: et ſi diuiſibile eſſet, oporteret ipſum vbiqꝫ diuiſibile eſſe: et ſic nihil eſſet vnuꝫ: quare neqꝫ multa. His et conſimilibus rationibus mouebatur. Meliſſus. Sed per ſimile dementie eſſe videtur, vnum et glaciem et ignem exiſtimare: et que bona apparentia et cognoſcendi conſuetudo facit diuerſa videri tanta mentis inſania volunt nihil differre videri. ¶ Quarta eſt platonis ponentis corpora ex ſuperficiebus et in ſuperficies reſolui: ¶ Prima cōcluſio. Leucippꝰ Meliſſo ratiōabiliores hꝫ ſermones ¶ Nam Leucippus cognita ſenſu non negabat neqꝫ generationes corruptiones et alios motus, et entiū multitudinem: quanuis admitteret vacuuꝫ, quod nō eſſet principaliter ens, ſed plenum: dicebat enim infinitas eſſe atomos ob ſue molis ſuiqꝫ tumoris paruitatem viſui imperuias: que collecte generant: et diſperſe corrumpūt: et que attactu patiantur et agant et que volitent in vacuo. Hec autem Meliſus negabat omnia: et neqꝫ motus vllos ſaluare moliebatur, neqꝫ rerum apparentias. ſecunda. Itidem ⁊ Empedocle. Nā Empedoclis dicta ſequi videntur Leucippum: et ſentire quod ſentit Leucippus. Dicit enī Empedocles paſſionem et alterōnem omnē fieri per poros, ne corpora ſe occupent: et augmentationem per poros ſubintrantibus ſolidis: et hoc eſt introducere vacuū: vt fiat actio ⁊ augmētatio: vt fecit Leucippꝰ. Et Leucippꝰ elementorum, ignis, aeris aque et terre, nitebatur ſaluare generationem et corruptionem. Empedocles vero ſolum vſqꝫ ad elemēta generationes et corruptiones concedit. elementorum autem (cum ipſa prima ſint: et priora non habeāt ex quibus fieri queant) non concedit generationē. Tertia concluſio. Plato et Leucippus diuerſo modo ſenciunt. Nam Plato ex indiuiſibilibus et finitarum figurarum ſuperficiebus corpora componit: et generationem ipſarum concretione, corruptionem vero ſecretione ſaluare intendit: ⁊ hoc per ꝯtactum fieri vacuum non concedens. Leucippus autem ex infinitis ſolidis infinitis figuris terminabilibus corpora componi dicit: ⁊ ipſorum collectione generationem diſiunctione autem corruptionem fieri: et duobus modis agere vacuo et contactu: ſed non eſſe magnitudines (vt ſuperficies) indiuiſibiles, alias determinatio facta eſt. Amplius tñ hec adiicimꝰ. Quarta. Leucippi poſitio irrationabils putanda ē. Prio Quia ponit indiuiſibile pati per vacuum quod eſſe non poteſt: et indiuiſibile nullius paſſionis actiuum eſt. Et figure vt circulari atribuit calidum: ſed cui frigidum eius contrarium aptabit: cui humidum, ſiccum durum molle graue et leue: et vnamquāque reliquarum paſſionum. Et ſolas figuras putare actiuas et contrariis determinatas inconueniens eſt. nā aut eadem determinaret ſibi contraria: et ſic contraria eſſent in eodem: aut diuerſa: et ſic oſtenderent illa impartibilia ſolida non eſſe natura ſimilia. Hec itaqꝫ incommoda ſequuntur eos qui ponūt impartibilia corpora. Et plato ſuperficies ponens impartibiles rarefactionem nō interueniente vacuo ſaluare non poterat. Secundo Quia inconueniens eſt ponere parua corpora indiuiſibilia: et magna nō q̄uis magna facile cōſtringantur atqꝫ diuidantur: parua autem difficile īdiuiſibiliſqꝫ naturam magis imitēē ¶ Tertio. Aut omnium talium ſolidorum vna eſt nā aut diuerſa. Si vna: cur non omnia ſimul coeunt (vt aqua aque appoſita nulla figure varietate prepediente) et vnius nature corpus conſtant: vt ignem aerē aquā aut terram. Sin diuerſa ipſis fuerit pocīꝰ ipā actionum et paſionum quam ſue figure cauſa ponenda eſt. Que enī diuerſa ſunt natura, ad inuice agūt et patiuntur approximata. ¶ Quarto. Leucippus inquit ea moueri in vacuo. Sed queritur, an moueantur a ſe: non id afferet: quia aliud eſt mouens, et, motum: et ita diuidetur in partem mouentem, et motam: et ſic pugnantia admitter circa idem, atomuꝫ eſſe partibilem, et impartibilem: ⁊ nō erit (vt volūt) materia hoc aliquid, et vnum numero: ſed ſolum potentia. Neque quidem ab extrinſecis ſunt, mouebuntur: cum ſint omnium prima. ¶ Quinta concluſio. Paſſionem per poros fieri non eſt cum Empedocle ſentiendum. ¶ Primo. Quia aut ſunt pleni: et tunc ſuperflui ſunt. potuit enim et per alterum corporis plenum eadem ratie fieri: aut vacui, hoc nō concedit Empedocles. Sꝫ quomodo per poros contingit ſentire, vt videre, audire: cum per plenuꝫ (vt dicunt) non contingat tranſparere: Igitur neqꝫ per poros, ſi plenꝰ fuerit vnuſquiſqꝫ. Neqꝫ valet dixeris poros illos eſſe vſqꝫ adeo exigua vacua, vt corpꝰ aliquod recipere non poſſint. Nam ridiculuꝫ eſt paruū exiſtimare vacuum, et non poſſe eſſe magnum: nihil enim aliud eſt vacuum quam corporum regio quare quanta corporis moles, quantuſqꝫ tumor fieret, tantum et ipſum vacuum eſſe neceſſe eſt. ¶ Secundo. Quia ſi paſſio non fiat contactu, ſuperfluunt pori. introducunt enim eos ad hunc finem: et ſi contactu, identidem nam ſine poris contingit fieri contactus. ¶ Tertio. Corpora ſunt diuiſibilia: igitur nō ſunt introducendi pori, vt agant et patiantur. nā diuiſione ſeparari poſſunt, et non minus corpora pati.

## ¶ Caput nonum.

Nonum caput cōtinet q̇nqꝫ actionis et paſſionis condiciones, poſitionibus quinqꝫ explicatas: et tria corollaria. ¶ Quinqꝫ actionis et paſſionis cōdiciones. ¶ Prima. Patiēs tale eſt potentia, quale agens actu. ¶ Secunda. Patiens non modo ſecundū hanc pteꝫ pati, et non ſecundum illam: ſed ſecundum quodlibꝫ ſui, ¶ Tertia. Magis diſpoſitū magis patitur, ſitqꝫ magis tale: et minus diſpoſitum, minus. ¶ Quarta. Omne patiens cum agente continuum, coalitunqꝫ

ac vnum eſt: ¶ Quinta agens ſic propinquuꝫ factū debet eſſe paſſo, vt tangat ipſum, aut ea que inter ſe illud ſita ſunt. nam tametſi ignis longe diſtet, calefacit tamen calefaciendo prius ſibi coniunctū aerē, ⁊ deinceps aeris medio diſtātia corpora. ¶ Primuꝫ corollarium. Unde fit vt continui pars quelibet diuiſibilis exiſtat. Nam ſecundum quodlibet ſui patinatum eſt: quod autem tale eſt, vt diuiſibile ſit neceſſe eſt: eſt igitur continuum ſecundum quodlibet ſui diuiſibile. non igitur erunt inſecabiles ſuperficies, ⁊ et indiuiſibilia ſolida continua ⁊ phyſica corpora cōſtituentia. ¶ Secundū. Fit ēt vt inconuenienter credāt nihil gn̄ari nihilꝫ corrūpi poſſe nō ſciſſis corpib⁹: vt ibi ſit corpoꝝ ꝯgregatio atꝫ ſegregatio ¶ Nā videm⁹ ideꝫ corpus, indiuiſum manens et continuū, nunc, humidum nunc coagulatum, nunc durum neqꝫ oportet (vt etiaꝫ fatetur Democritus) opponere, remouere aut tactum conuertere et tranſmutare cum ex humido fiat coagulatum. ¶ Tertium corollariū. Non fit etiam atomorum collectione. ¶ Nam non q̄libet pars aucta redderetur: et augmētatio non eſſet niſi quedam iuxta poſitio: et neqꝫ opus vllū eſſet trāſmutante: que falſa ſunt. His poſitis de generatione corruptione, alteratione. augmentatione, actione et paſſione, nunc admixtionem nos transferamus.

## ¶ Caput decimum.

Decimum caput, continet ſeptem concluſiones, et que ſint bene miſcibilia poſt ſeptimam. ¶ Prima. ꝯclō Scrutari opportunū ē q̄d mixtio quid miſcibile, ſit ne mixtio, aut id q̄dem impoſſibile: et ſi ſit, quomodo ſit. ¶ Nam de mixtione determinare nos ante promiſimus: cuius quidem his ſolutis facile dilucebit cognitio Sunt enim que ipſam non eſſe apparere faciant. Ita enim argumento id moliuntur aliqui oſtendere. Si mixtionem poſſibilē poſueris: aut ea q̄ miſcētur manēt: et tunc non plus mixta quaꝫ prius dicere poſſis: aut corrumpuntur omnia: ſed quomodo ea q̄ non ſunt, dices eſſe mixta: aut vnū ſaluat̄, et alteꝝ nō neqꝫ hoc quidem. nā quod non eſt, miſceret̄ et miſcibiliū, vt conſimiliter ſeſe habeant, conſimilis eadēqꝫ ratio non videtur igitur quo pacto poſſibile exiſtat vt ſit mixtio. Ita argumētantur, ſed huius ex ſequētibus prompta deprehenditur ſolutio. ¶ Secunda. Mixtio differt a gēeratione, alteratione, et augmētatione. ¶ A generatione quidem: quia materia ſue forme non miſcetur: vt ignis cum exardeſcit lignum ligno non miſcetur: ſed hic generatur, illud corrumpitur: fit enim generatio, forma potentie adueniēte Ab alteratione, quia paſſio ſuo ſubiecto non miſcetur vt albedo corpori, figura cere tumor figure diſciplina anime. Uniuerſaliter enim paſſiones et habitus rebus mixta eſſe impoſſibile eſt. Ab augmentatione itideꝫ. Nam cibū corrūpi opꝫ ſimileqꝫ aucto generari Unde fit vt male ſenſerint qui crediderūt omnia quandoqꝫ ſimul fuiſſe mixta. Nam non omnia ſunt miſſiibilia, ſed ea tantum que ſunt ſeparabilia. Paſſionem autem ſubiecto ſeparari, impoſſibile eſt. ¶ Tertia concluſio. Mixta in tertio nō actu manēt ſed potentia. ¶ Nam quedam ſunt actu: et quedam potentia, et ꝙ miſcibilia actu manere non debeant, vt actu album: hoc pretactum conficiebat argumentum. Quod vero potentia maneant, ſtatim eſt perceptum, quia ſunt ſeparabilia; neque enim corrumpūtur ambo, nec alterum: ſed ſaluatur virtus eorum. ¶ Quarta. Iuxtapoſitio paruorum, vt granorū hordei et tritici, neqꝫ ſecundum quantitatem minimoꝝ neqꝫ minimorum ſecundū ſenſum, mixtio eſt. ¶ Naꝫ in tali iuxtapoſitione paruoꝝ, iuxtapoſita actu manente: non igitur ſunt mixta; et quelibet pars mixtione contemperati, homogenea eſt, nomenqꝫ ſortitur idem, et mixta dicitur: quod hic non fit, Et non eſt ſecundum quantitatem minimum. non igitur fiet ꝑ iuxtapoſitionem talium. Neqꝫ quidem ſecundum poſitionem minimorum ad ſenſum. Nam que debilem viſum habenti mixta eſſent: acute videnti, vt lynceū habenti oculum non eſſet mixtio. Non fit igitur aliquo horum trium modorum. ¶ Quinta Concluſio. Quorum non eſt eadeꝫ materia, non eſt mixtio. diximus entium quedam eſſe actiua, quedam paſſiua: et que in eadem communicant materia, adinuicem eē actiua et et paſſiua: quecunqꝫ autem ſunt mixtione contemperabilia, adinuiceꝫ ſunt et actiua et paſſiua eorum igitur eſt eadem materia. Et enim quibus eadem non cōmnnis exiſtit potentia non patiuntur adinuicem, neqꝫ miſcentur: vt medicina facit ſanitateꝫ ſed neqꝫ patitur, neqꝫ miſcetur ſanitati. ¶ Sexta cōcluſio. Multa paucis, et magna paruis oppoſita nō faciunt mixtionem. ¶ Nam alterum tranſmutatur, corruptūqꝫ abit in dominās vt gutta vini mille millimus amphoris aque non tranſmutetur: quia potius ſaluatur ſpecies tranſmutaturqꝫ in aquam. ¶ Septima concluſio. Que potentijs equantur, contrarietatem, habentia, et bene terminabilia, miſcibilia ſūt ¶ Quia cum potentie ſunt equate, non tranſmutabuntur a ſua natura, ſed contēperabunt ideꝫ tertiū vtriuſqꝫ naturam quodāmodo in ſe retinens. Et quia contraria adinuicem erunt et actiua et paſſiua, ⁊ q꞉ bene terminabilia: facile erunt diuiſibilia: et facile: ſe iuxtapoſita contēꝑabunt: ⁊ facilius ꝑua paruis nā parua paruis adiacentia, facilius ſe commiſcent, et et ſe diuidendo tranſeunt: multum vero multo coniunctum, tardius id operatur. ¶ Que ſunt bene miſcibilia. ¶ Bene miſcibilia ſunt hec, bene terminabilia, vt humida, non glutinoſa vt vnctuoſa, et bene contrapatientia. Quorum enim vnum fortiter contrapatitur et reſiſtit, et alterum tenuiter: non ſunt bene mixtioni apta. Hinc fit vt es ſtanno non bn̄ miſceatur. Nam ſtannuꝫ eri debiliter contrapatitur reſiſtendo, in tenueſqꝫ fumos euaneſcit, ſolum coloreꝫ relinquens. Et ex his, quid mixtio, q̄ miſcibilia, quomodo poſſibilis exiſtat, contemperantiaqꝫ nō corrūpi, non actu manere, neqꝫ eſſe corporum compoſitionem, neqꝫ minimorum ſecundum molem, neqꝫ ad ſenſum, dictum eſt ſufficienter.

## ¶ Queſtiones celebres ſuper p͛io de generatione Ariſtotelis ſtagirite Per Petrū a ſpinoſa artiū magiſtrū compoſite.

Queritur primo circa ariſtotelē primo de generatione tex. cō. i. vtrum aliq̄d poſſit generari vel corrumpi ſimpliciter: et arguitur pars negatiua ꝙ non ſi aliquod generaret̄ ſimpliciter eſſe ſubſtantia: ſed illō non: quia oīs ſubſtantia ſi materia vel forma vel cōpoſitum: ſed nulla iſtarum poteſt generari: ergo impoſibilis eſt generatio ſimpliciter maior eſt Ariſtotelis ſecūdo d͛ anima Qō p͛is

t.4.metha. minoꝛ pꝛobatur auctoꝛitate philoſophi 4.metha.tex.cō.24.vbi dicit foꝛma non fit et materia non fit ꝙ ſi nullum iſtoꝛum fiat: ſequitur ꝙ totum compoſitum non fiat quia totum non fit niſi aliq̄ pars fiat. ¶ Secundo pꝛincipal'r arguit' ſi aliquid generaretur ſimpliciter maxime eſſ3 foꝛma: ſed illa non: quia ſequeretur, ꝙ fieret ex nihilo patet: quia quod fit ante non pꝛefuit: et etiam: quia ſi fieret ex aliquo maxime fieret ex materia: ſed non fit ex materia: q2 materia et foꝛma ſunt pꝛincipia ⁊ pꝛincipia non fiūt ex alterutris vt ariſt. pꝛimo phiſi. teſtatur ponendo condiciones pꝛimoꝝ pꝛincipioꝝ. ¶ Tertio pꝛincipaliter arguitur coꝛruptio non eſt poſſibilis ḡ nec generatio tenet conſequentia: quia generatio vni⁹ eſt coꝛruptio alterius ex philoſopho in iſto pꝛimo: maioꝛ ꝓbatur: quia ſi coꝛruptio eſt poſſibilis vel eſt naturalis vel violenta ſi dicatur ꝙ eſt violeneta ſequitur ꝙ non eſſet per petua: ſi dicatur ꝙ eſt naturalis hoc eſt falſum: quia omne naturale appetitur et diligitur: ſed coꝛruptionē nemo appetit aut diligit iuxta illō boetij tertio de conſolatione dicentis omne animal perniciem moꝛtemq3 deuitat. In oppoſitum eſt philoſophuc in iſto pꝛimo phiſi. pꝛodeclaratione huius queſtionis notandum aliquos antiquos tenuiſſe, ꝙ non erat generatio ſimpliciter: ſed ſolum alteratio cuius opionis fuit Parmenides ⁊ Melliſus alij aute3 poſuerunt multa pꝛincipia materialia reꝝ et iſti fuerunt diuerſi quidam dixerunt eſſe quattuoꝛ elementa vt empedocles: quidam coꝛpoꝛa atomalia vt leucipus et democritus: quidam res homogeneas: vt carnem et oſſa ſicut anaxagoꝛas: quidam vero pūcta vt philoſophus imponit platoni: ⁊ dicebat anaxagoras: ꝙ generatio erat congregatio homogeneoꝛum et coꝛuptio eſt ſegregatio homogeneoꝛum: ſed contra pꝛimos qui negabāt generationem: et dicebant ꝙ tota ſubſtantia rei eſt materia pꝛima eſt argumentum: ꝙ aqua non poſſet reduci ad pꝛiſtinam frigiditatem: quod certe eſt contra experientiā: ⁊ ſequella patet: quia vel reduceretur a materia pꝛima et hoc non: vel reduceretur a caliditate et hoc non pꝛimu3 patet: quia materie pꝛime omnes qualitates ſunt ī differentes nec ſecundum: quia caliditas non pꝛoducit frigiditatem nec ſeipſam deſtruit. ¶ Nunc in pꝛeſentiarum notandum eſt ꝙ generatio eſt duplex .ſ. ſimpliciter et ſm quid pꝛioꝛ eſt mutatio facta in ſubiecto naturaliter per alteratione qua de potētia ſubiecti immediata incipit eſſe noua ſubſtantia. Dicit' notāter naturaliter ad differentiam creationis: dr' immediate ad differentiam alterationis per quam non incipit eſſe ſubſtantia immediate: ſed mediate.

¶ Ad rationes pꝛincipales reſpondeo ad pꝛimam cum dicitur ꝙ ſi generaretur aliq̄d ſimpliciter maxime eſſet ſubſt̄tia concedo: ſed nulla illaru3 generatur, pꝛo qua allegatur aucto. ꝙ materia non fit et foꝛma non fit. Ad quam auctoritatem reſpōdeo: ꝙ ſtat fieri aliquid tripliciter ſcilicet ſubiectiue: terminatiue: et completiue: ſubiectiue fit aliquid quando incipit eſſe ſubiectū alicuius cuius antea non erat ſubiectum quomodo matera: pꝛima quottidie generatur. completiue vero generatur totum compoſitrm: quia eſt ens completum: terminatiue vero generatur foꝛma ſubſtantialis: quia ē t'r⁹ tranſmutationis dico ergo ꝙ foꝛma nō fit ſubiectiue et materia non fit teminatiue: et ſic patet ſolutio pꝛime rationis.

¶ Ad ſecundam rationem dico: ꝙ foꝛma bene fit ex nihilo vt ly ex, Dicat circunſtantiā termini aquo. i. fit ex nō ente: tamen ſi ly ex. dicat circunſtantiā ſubiecti ſignificat fit ex nihilo. i. nullo ſubiecto pꝛeſuppoſito quomodo foꝛma non fit ex nihilo īmo fit ex aliquo puta ex materia: ⁊ quando allegat' philoſophus pꝛimo phiſi. dicens pꝛincipia non fiunt ex alterutris, id ſane audiatur pꝛincipia non fiunt ex alterutris vt ly. ex. dicat circunſtantiam termini aquo ſecus accidit ſi dicat circunſtantiam ſubiecti.

¶ Ad tertiam rationem reſpondeo ꝙ coꝛruptio poteſt dici naturalis naturalitate pꝛie materie: vel etia3 poteſt dici naturalis naturalitate intelligentiarum et dei intendentium iſtam coꝛruptionem.

¶ Queritur ſecūdo vtrū generatio ſit alteratio ad quod iam reſponſio patet ex pꝛecedēte tenendum eſt ꝙ generatio non eſt alteratio, bene tamen pꝛeſupponit alterationem. Qō.2.

¶ Hic tamen queritur a Marſilio. vtrum vnum indiuiduum vnius ſpeciei poſſit tranſire in indiuiduum alterius ſpeciei manente eadē ſubſtantia et eodem indiuiduo et videtur: ꝙ ſic vt patet de aqua infuſa in vino que tranſit in vinum ipſa manente: ꝙ autem ipſa maneat patet: quia ſi ſucus mente ponatur in vino iterum extrahitur aqua ex vino: ergo aqua manſit incoꝛrupta ſecundo: patet de aceto in quod vinum tranſmutatur manente ſubſtantia vini ſalua: idem patet: quia alchimiſte tranſmutant argentum viuum in aurum ſine coꝛruptione ſui quod patet: quia tale auru3 ſepenumero redit in argentum viuum. In hac queſtione puto dicendum, ꝙ quedam eſt tranſmutatio realis alia vero apparens apparenter vnum indiuiduum bene poteſt tranſire in aliud ſubſtantia manente ſalua: ſecus autem vere et realiter: nam ſic impoſſibile eſt, ꝙ autem ita ſit experiencia teſtatur de apopletico qui non eſt ſepeliendus niſi vſq3 ad. 42. hoꝛas: quia ſepe toto illo tempoꝛe appet cadauer: et poſtea reſurgit vbi notat marſilius ꝙ mutatio vera in ſubſtantiam ē quadruplex ſcilice. generatio: coꝛruptio: creatio: tranſſubſtātiatio de pꝛimis duabus manifeſtum eſt de ſecunda habes exemplum quando panis in coꝛpus Chriſti mutatur de tertia circa pꝛoductionem angeloꝛum nūc dico ad illud de aqua infuſa in vino: ꝙ non mutatur ſed manet eadem aqua: ſed commiſcetur vino, vſq3 ad minima pꝛopter aqua3 eſſe ſubtiliſſimā liquidoꝝ omnium: 25. particula pꝛobleumatū et apparet ſub coloꝛe vini: quia illa eſt abſcoloꝛ et vinum eſt groſſi⁹ et ad illud de aceto dico ꝙ acetum et vinum differūt ſpecie quoniam acetum eſt frigidum et ſiccum: vinum autem calidum et humidum et ad illud de argento viuo quod tranſit in aurum illud eſt apparenter et non vere.

¶ Occaſione huius queſtionis non immerito quererem cum ſubiectum libꝛi de generatione ſit ens mobile ad foꝛmam, et hic liber tractat de quinq3 motibus alijs a motu locali: quererem nō immerito hic quid eſſet tranſubſtantiatio: et vtrum ſit aliquis de. 6. motibus ab Ariſt. traditis. ¶ Circa quod notandum ꝙ q̄uis expꝛeſſe tradatur in ſcriptura ꝙ coꝛpus chriſti veraciter ſub ſpeciebus panis continetur et a fidelibus ſumitur; tamen quo modo Egregia qō d' trāſmutatiōe

ibi ſit chriſti corpus: an per conuerſionem alicuius
in ipſum: an ſine conuerſione incipiat eſſe corp⁹ chri
ſti cum pane manentibus ſubſtantia et accidētibus
panis: non in venitur expreſſum in canone biblie vñ
de hoc antiquitus fuerunt diuerſe opiniones: vt reci
tat magiſter diſtin. ii. quarti: vnde colliguntur tres
opiniones que habentur cum marthe. i gloſſa extra
de celebratione miſſaꝝ et inno. de offi. miſſ. parte. 3.
ca. 18. eaſdem recitat. ¶ Una ꝙ panis ſubſtantia ma
net ſimul cum corpore chriſti: et nihil preexiſtis ibi
ante conſecracionem deſinit eſſe. ¶ Secunda tenet
ꝙ ſubſtantia que fuit panis primo, poſtea eſt caro,
chriſti. ¶ Tertia tenet ꝙ ſubſtātia panis ibi deſinit
eſſe et manent accidentia tm̄ ſapor, color pondus et
ſimilia et ſub his accidētib⁹ incipit eē corp⁹ chriſti.
¶ Quartā opinionē addit magiſter vbi ſupra ꝙ pa
nis ſubſtantia nō conuertitur ſed anihilatur: vel in ꝑ
iacentem materiam reſoluitur: ſed nunc opinio. 3.
ab oīmibus doctoribus catholicis acceptatur. ſed ꝙ
ſubſtantia panis non manet ſed realiter veraciter ī
ſubſtantiam corporis chriſti vertitur trans ſubſtan-
tiatur ſeu commutatur tum: quia de ſacramentis tē-
endum eſt ſicut tenet ſancta. ro. eccl'a vt habetur de
hereticis ad abolendam nunc autem ipſa tenet et ð
terminauit panem tranſſubſtantiari in corpus chri-
ſti et vinum in ſanguinem vt habetur de ſum. tri. et
fi. ca. firmiter vbi ſic dicitur ipſe ihesus chriſt⁹ ſacer-
dos eſt et ſacrificium cuius corpus et ſanguis in ſa-
cramento altaris ſub ſpeciebus panis et vini veraci
ter continetur et ſequitur tranſſubſtantiatis pane in
corpus et vino in ſanguinē potestate diuina: ad idē
ſunt auctores plurimi ſanctorum.

## ¶ Uidendū quomodo intelligēda

ſit ipſa conuerſio: vbi tria ſunt perquirenda. Primo
quid ſit conuerſio ſecundo quid in quid conuerti poſ
ſit tertio qua ſpecie conuerſionis panis ī corp⁹ chriſ-
ti conuertatur: quo ad primum notanduꝫ ꝙ conuer-
ſio que eſt tranſitio vnius in aliud duo dicit ſcilicet ð
ſitionem alicui⁹ rei et ſucceſſionem alterius ſi eniꝫ le
gitur aqua conuerſa in vinum in nuptijs Jo. ſecūdo
deſijt in idrijs aqua et ſucceſſit vinum: hoc eſt ꝙ for-
ma aque in hydrijs deſijt eſſe: et ſucceſſit forma vini
in materia aque: vel tota aque ſubſtantia deſijt: tota
ſubſtantia vini ſucceſſit quippe fieri vtrunqꝫ potuit
ꝙ autem horum factum ſit ipſe nouit qui fecit ſit in-
generatione naturali ignis ex aere: aer cōuertitur ī
ignē: duꝫ corrupta forma aeris ſuccedit forma ignis
ſic album vertitur in nigrum: dum albedini deſinen-
ti ſuccedit nigredo eſt ergo conuerſio ſucceſſio enti
tatis poſitiue ad entitatem poſitiuam deſinentem: il-
lud vero ſm̄ opinioneꝫ ſcoti dicitur ſuccedere quod
ad deſitionem alterius nouum eſſe recipit: aut in eſſe
quod habet conſeruatur, ita quod niſi aliud deſine-
ret ipſum non reciperet nouum eſſe nec in eſſe quod
habet conſeruaretur. Ex quo ſequitur ꝙ corruptiōi
vermis in terra non ſuccedit ſol in celo: ꝙuis corru-
pto verme conſeruatur: maneret enim nihilominus
ſi vermis corruptio non preceſſiſſet. ¶ Secundo ſe-
quitur ꝙ de ratione ſucceſſionis non eſt ꝙ ſuccedens
ſit in eadem materia ſub eiſdem accidentibus: vel ī
eodem loco ī qua quibus vel quo fuit id cui ſuccedit
patet ex ſecundo vnde ſi deus conſeruaret ſolem ī ce
lo ad deſtructionem alicuius animalis ī terra: alias
non conſeruatur ſol quantum ad eſſe in quo cōſer
uatur ſuccederet animali: et animal deſinens cōuer
teretur per ꝯñn in ſolem. ¶ Tertie ſequetur ꝙ non
eſt de ratione ſucceſſionis vt ſit nouitas aliqua ī ſuc-
cedente: quia ſi res aliqua in ſuo eſſe quod habuit
ſine ſui mutatione conſeruetur ad corruptionem ali
enius rei: alias non conſeruanda illa ſuccederet rei
corrupte ſine ſui mutatione et qualibꝫ nouitate ſen-
tentia eſt Scoti quodli. q. x. et poſſet ratio aſſignari
quoniam: quia res denouo producta, ideſt accipiēs
eſſe poſt nō eſſe ad deſitionem alterius ſuccedit deſi
nēte ratione res conſeruata ideſt accipiēs eſſe poſt
eſſe precedēs et deſicionē alterius ſuccedit ei nulla
enim poteſt aſſignari ratio diuerſitatis cum conſer-
uatio eſt quedam produccio: Nam vtrobiqꝫ ad eſſe
cauſe ſequitur effectus: qui cauſe ceſſante non ſeque
retur, poſita enim cauſa ſufficiente et producente
ponitur effectus denouo: ſi prius non fuerit: aut poni
tur non denouo ſi prius fuerit: et hoc ſi eadem fuerit
cauſa producens et conſeruans nec minus habꝫ eſſe
effectus a cauſa conſeruante quam a cauſa producē-
te: quia ita conſeruatum non eſſet ſub moto conſer-
uante: ſicut productuꝫ non eſſet remoto producente
Per hoc patet ad ſecundum quid in quid conuerti
poſſit. Nam tunc res aliqua conuerti poteſt in ali
am dum vtraqꝫ eſt in poteſtate agentis quantum ad
eſſe vel conſeruari: et non eſſe ſimpl'r: vel ſecundum
quid. ¶ Unde dicitur primum ꝙ non ſolum corpus:
in corpus: aut ſubſtantia in ſubſtantiam ſeu accidēs
in accidens: ſed ſpiritus in ſpiritum: et corpus ī ſpi-
ritum: et ſpiritus in ſubſtantiam corporalem: ſubſtā
tia in accidens et accidens in ſubſtantiam: et gene-
raliter quodlibet creatum in creaturam quamlibet
poteſt conuerti diuina poteſtate: patet quia cuꝫ que
libet creatura aqꝫ ē plena poteſtate dei quātū ad eſſe
et non eē: pōt qualꝫ creaturā ānihilare: et ad deſitio
nē alteri⁹ cuiuſcūqꝫ pducere: ſil'r pōt qualꝫ creaturā
cōſeruare ad deſitionē alterius, qđ cū facit creaturā
qꝫ deſinit, in eam quam ſic conſeruat, vel producit cō
uertit. nec tamen propter talem conuerſionem vnuꝫ
ſit reliquum, hoc eſt ſi corpus conuertitur in ſpiritū,
non ideo corpus ſit ſpiritus, nec materia ſit forma ſi
in formam conuerteretur: nec ſubſtantia accidens,
vel econuerſo, cum conuerti vnum in aliud non eſt
vnum fieri aliud: ſed eſt vni deſinenti ſuccedere ali-
ud. licet in caſu ex corpore ſit ſpiritus, et ex materia
ſit forma quod nihil aliud eſt dictu, niſi ꝙ deſinenti
corpori ſuccedit ſpiritus ſicut in generatione natu-
rali ignis ex aere aer non ſit ignis: nec forma aeris
ſit forma ignis: ſed forma aeris corrumpitur, et pro
ducitur in eadem materia forma ignis, quod eſt cō-
uerit aerem in ignem, ſiue formam aeris in formam
ignis.

## ¶ Secundo dicitur ꝙ nihil conuer

ti poteſt in deum vel in aliquod intrinſecū deo. Pro-
batur quia nihil intrinſecum deo eſt in poteſtate dei
quantum ad eſſe et non eſſe cum eſſe intrinſecum deo
eſt deus: et neceſſe eſſe et non poſſibile non eſſe. Po-
tentia enim diuina eſt tantum reſpectu poſſibilium.
vt declarant doctores circa diſtin. primi. et ideo non
ſuccedit eſſe diuinum cuicūqꝫ creature deſinenti cuꝫ
ſine creatura deſinat ſiue non neceſſario eſt deus nec
ſolum neceſſario eſt: ſed neceſſario eſt immutabilis:
et ideo non tantum quo ad eſſe non ſuccedit: ſed eti-
am quantum ad omnem modum ſui eſſe nulli creatu
re ſuccedit.

## ¶ Sed forte quis diceret cōtra pri

mum: illud videtur eſſe contra beatum Auguſtinum ſuper gene. dicens li. 7. omne corpus in omne corpꝰ poſſe mutari nō defuerūt q̄ aſſererēt: corpus autem aliquod conuerti in aīam: fieriq; naturā incorporeā nec quenq̄ ſenſiſſe ſcio: nec fides habet et eodem libro expreſſius habet idem. omne inquit corpus ī oē corpus poſſe mutari credibile eſt: quodlibet aūt corpus poſſe mutari in animam credere abſurdum eſt. ¶ Item Boetius in libro de duabus naturis dicit: nec corporea ſubſtantia in incorpoream ſubſtātiam mutari poteſt: nec incorporea in ſe inuicem mutari proprias formas mutant: ſola enim in ſeinuicem mutari poſſunt que habent vnius nature cōe ſubiectum ¶ Item non videtur ꝙ ſubſtantia poſſit conuerti in accidens: quia non poteſt fieri inherens: nec abſolutum poteſt conuerti in reſpectiuum: qꝛ tunc abſolutum requireret duos terminos. ¶ Itē quantitas panis non poteſt conuerti in corporis chriſti quantitatem, quia non poteſt corpus chriſti quantificari per quantitatem panis cum non ſit debita cōmenſuratio

Ad illa dicitur ad primū ꝙ beatus Auguſtinus. ibi loquitur de conuerſione prime productionis: et ſm modum illius productionis vbi de corpore materiali aliud corpus productum ē vt de materia informi celum ⁊ elementa: ibi incredibile non eſt de quolibꝫ corpore. quodlibet produci potuiſſe: ſed non de corpore in ſpiritum quia oſtendere vult ꝙ anima nō eſt producta de materia ſine corpore materiali: vel poteſt dici ꝙ vult ꝙ minus poſſibile eſt corpus in ſpūm ꝯuerti quā corpꝰ qðlꝫ ī qðcūq; corpꝰ: qꝛ plꝰ ꝯueniūt corpora quecūq; inter ſe quam corpus cum ſpū. Uerum hoc dici poſſet referendo ad potētiam naturalem: ſed reſpectu diuine potētie: cui omnia eque ſubſunt nec vnū ē magis poƀe altero: iō finaliter pōt dici beatū Aug. ita opinatū fuiſſe: vel ſecundum aliorū opinionem locutum eſſe: nec ꝓbat ꝙ opinatur: nec aſſertiue loquitur aſſerendo vnum negando aliud ſed dicit credibile eſt, ⁊ in alia parte nec quemquā ſenſiſſe ſcio: nec fides hꝫ: et poſtea abſurdum eſt hoc aſſerere ideſt non eſt vſitatum nec certum ad Boecium dicitur ꝙ loquitur de conuerſione naturali ⁊ imediata: que requirit ſubiectum cōmune et principia agēdi ⁊ patiendi mutuo in conuerſis, dicit eñ ibidem ꝙ non poteſt es in lapidem permutari qð intelligi nō poteſt niſi de conuerſione naturali et imediata quomō autem ratio ſua teneat contra enticem: ꝯtra quē ibi loquitur alibi videndum eſt. ¶ Ad tertiū ⁊ quartum dicit ꝙ fundatur ſuper falſa imaginatione que ē ꝙ terminus ad quem conuerſionis induat condiciones termini a quo: quod falſum eſt: qꝛ ſi terminus ad quem conuerſionis recipit eſſe ſecūdum conuerſionē recipit eſſe ſecundum conditionem ꝓprie nature: vt patet ēt in conuerſione nāli iō ſi accidens conuertit in ſubſtantiam, ſubſtantia ſeruat conditionem ſuam et econuerſo ſi ſubſtantia in accidens, accidēs tenet ſuas conditiones: et ſi abſolutū in reſpectiuū reſpectus habebit fundamentum et terminos ſuos quos nō habuit abſolutum conuerſum: ſic ſi quantitas panis conuerteretur in quantitatem corporis chriſti (poſito ꝙ quantitas ſit accidens abſolutum) corpus chriſti propter hoc non extenderetur quantitate panis: qꝛ ꝯuerſa deſinit eſſe: ſꝫ q̄ntitate ſua ꝓpria q̄ ſuccedit quātitati panis cōuerſe et per hoc pꝫ ſecundū. ¶ Quo ad tertium .ſ. qua ſpecie conuerſionis panis conuertatur in corpus chriſti: nam in allegatis auctoritatibus quandoq; dicitur mutari quandoq; conuerti; ⁊ quandoq; tranſſubſtantiari: quomodo ergo ſe habeat conuerſio ad tranſmutationem: quomō ad tranſſubſtauriationem inquirendum. Dicendum itaq; eſt ꝙ mutatio multipliciter accipitur tam a philoſopho quam a ſanctis: poſſunt autem acceptiones iſte reduci ad tres. Unde poteſt accipi mutatio large ſiue cōmuniſſime: ⁊ ſic mutari eſt rem incipere vel deſinere eſſe aut ſe habere aliqualiter poſteriꝰ qualiter ſe nō habuit prius inſtantanee vel ſucceſſiue: et ſic eſt genus ad motum et conuerſionem: qꝛ motus dicit ſucceſſionem et conuerſio deſitionem conuerſi: que non importat mutatio in ſpecie: ſimiliter ad creationē et annihillationem et alterationem: qꝛ in genere īportat quicquid illi termini important in ſpecie. ¶ Secundo modo accipitur ſtricte ꝓ receptione alicuius forme ſubſtantialis: vel accidentalis de nouo vel dimiſſione talis forme prehabite inſtantanea: vel ſucceſſiua: et illo mō materia pⁱa ſi fuiſſet creata ſub forma ideſt ſimul creata cū forma in iſtanti ſue creationis fuiſſet mutata: qꝛ in illo inſtanti recipiſſet formam quā añ hoc inſtans non habuiſſet. ¶ Tertio mō accipitur ſtrictiſſime et ſic mutari eſt ſubiectum preſuppoſitū recipere formam vel locū priꝰ non habitā vel habitum: vel talē perdere inſtantanee vel ſucceſſiue et ſic accipitur. 8. phiſi. vbi innititur: ꝙ mutari ē rem aliter ſe habere prius et poſterius. Ex illo patet ꝙ cōuerſio non eſt mutatio ſecundo vel tertio modis ſaltem non oportet: ſed tantū primo modo qꝛ quod his duobus vltimis modis mutatur nō deſinit: quod autem conuertitur deſinit eſſe.

¶ Sed quomodo ſe habeant cōuerſio ad trāſſubſtantiationem advertendum: ꝙ eſt cōuerſio quedā naturalis quedā ſupnaturalis nālis eſt q̄ fit a principijs nature preſuppoſito ſubiecto, vtriq; termino: vt eſt conuerſio aeris in ignē. Supernaturalis eſt que fit actione diuina ſpeciali preter ordinem nature: et iſta ſi fit in terminos ſubſtantiales dicitur tranſſubſtantiatio. Si inter terminos accidentales poſſet dici tranſaccidētatio. Si inter terminū a quo qui eſt ſubſtantia: et ad quem qui eſt accidens poſſet circulocutiue dici tranſſubſtantie accidentatio: Sic econuerſo poſſet dici trāſaccidentis ſubſtātiatio. Poſſet autem tranſſubſtantiatio ad ꝓpoſitum ſic deſcribi, eſt conuerſio ſubſtantie totius in ſubſtantiam non habentem cōem materiā cū priore, conuerſio ponitur pro genere, quia vbicūq; eſt tranſſubſtantiatio ibi eſt conuerſio et non econuerſo. Primum patet quia in omni tranſſubſtātiatione terminus a quo deſinit eſſe, ſi enim maneret non eſſet tranſſubſtantiatio: quia nihil tranſiret in aliud dicitur ſubſtantie ad excludendum tranſaccidētationē dicit totius quod debet accipi mixtum. i. cathegorematice ⁊ ſyncathegoreu. ſimul: vt exponitur ipm et nihil ipſius quin ipſuꝫ. Per hoc excludit generatio naturalis in qua licet totū cathego. i. integrum tranſeat in totum: vt dicit phs in de generatione. Generatio eſt tranſſitio huius totius in hoc totum. Siquidem in generatione ignis ex acre totus aer corrūpit, et totꝰ ignis producit cathegoreuma. non tamē totus aer capiendo corpus mixtim: qꝛ non quicq̄d eſt aeris corrūpitur: quia materia que eſt primo pars aeris: et poſtea pars ignis non corrumpitur: ſed manet ſub vtroque termino. dicitur in ſubſtantiam propter conuerſionē ſubſtantie in accidens: que non tranſubſtantiatio, ſꝫ magis tranſubſtantie accidētatio, dicitur vltimo nō

habentem comunem materiam cū alia propter con-
uerſionem forme ſubſtantialis per generationem de
nouo productam:qꝛ lꝫ ibi fit conuerſio totius forme
corrupte ī formam productam quia nihil forme cor
rupte manet tamen non eſt tranſubſtantiatio: quia
forma corrupta:et forma genita habent eandē ma-
teriam cōmunem. Ex his patet:ꝙ tranſſubſtantia-
tio eſt ſpecies conuerſionis ſupernaturalis ⁊ per cō
ſequens ſpecies conuerſionis in genere:patet ꝙ nul-
la potentia naturalis poteſt in tranſubſtantiationem
quia nulla habet in ſua poteſtate totam ſubſtantiam
compoſitam quantum ad materiam et formā cū ma-
teria nālis ſit in generabilis ⁊ incorruptibilis. neqꝫ
ſubſtantiā ſimplicem vt formā niſi mediante ſubiec-
to cōmuni vtroqꝫ termino tranſmutationis: ſed vbi
manet mā cōis ibi non eſt tranſſubſtantiatio vt patu
it:ergo nulla virtus naturalis habꝫ in ſua facultate
tranſſubſtantiationeꝫ:ſola itaqꝫ potentia diuina que
eſt infinita habens in ſua poteſtate mām et formam,
et oē creatū ⁊ creabile poteſt ſubſtātias tranſſubſtan
tiare:Et per hoc ad ꝓpoſitū dr̄ ꝙ conuerſio qua ſubſ-
tantia panis conuertit̄ in ſubſtantiā corporis chriſti
eſt tranſſubſtātiatio:panis qꝫ tranſſubſtantiatur ī ve
rum corpus chriſti probatur quia ibi fit conuerſio to
tius ſubſtantie panis quantum ad materiam et for-
mam. Nam ibi deſinit eſſe ſimplr̄ tam mā panis ꝙ eiꝰ
forma:forte per ſubſtractionem diuine conſeruatio
nis ſaluatis accidentibus in ſuo eſſe ſine ſubiecto:et
ſuccedit per veram preſentiam in locum ſubſtantie
panis ſub eiſdem accidentibus verum corpus chriſ
ti ad panis deſitioneꝫ:ergo eſt ibi vera tranſſubſtan
tiatio:tenet conſequentia ex q̇d nōis trāſſubſtantia
tionis ¶ Poſſibilitas añtis q̄tū ad oēs ꝑtes ſatis pꝫ
attendendo ꝙ oīa creata ſunt eq̄ in potētia obedien
tiali dei. factum eſt auctoritate eccl'ie et ſctoꝝ: quia
ratione ꝓbari non pōt:et licet ita eſt ꝙ ſub accñtibꝰ
que ante conuerſionem erāt in ſubſtantia panis pre
ſens eſt per conuerſionem corpus chriſti: nec tamen
afficitur ab eis, tamē vt ſupra dictum eſt ſic eſſe pre-
ſens accidentibus non eſt de ratione tranſſubſtantia
tionis:tamen qꝛ deus poſſet facere corpus ſuum pre
ſens accidentibus panis ſimul ⁊ ſubſtantie panis ita
qꝫ panis non deſineret ſed maneret cū corpore chriſ
ti:cum hoc nullā includit contradictionem vt ſtatim
patebit:et poſtea conuerte panem in corpus chriſti
iam preſens:deſtruendo panis ſubſtantiam et cōſer
uando corpus ſuum ad deſitionem panis. et tunc non
eſt ſucceſſio ſubſtantie ad ſubſtantiam ſub accidenti
bus illis:qꝛ prius fuit corpus chriſti ſub accidenti-
bus illis eodem modo quo poſtea deſinente pane: et
ſic nō ſuccederet. ¶ Poſſet hic dici ꝙ ad huc eſſꝫ ſuc
ceſſio corporis chriſti nō quantum ad eſſe hic de no
uo:ſed quātū ad ꝯſeruari ſub ſpeciebus panis. Sic
enī poteſt eſſe conuerſio in preexiſtens:vt ſtatim in-
fra. tamen quia ſicut ſubſtantia panis ita et acciden
tia eius poſſunt conuerti in corpus chriſti, et ſic deſi
nerent eſſe, et per conſequēs corpꝰ chriſti non eēt p̄
ſens accidentibus tū quia (vt ſentit Sco.) ſubſtātia
panis poſſet trāſſubſtantiari in corpꝰ chriſti vt exiſ-
tens in celo abſqꝫ hoc ꝙ acquireret nouam preſenti
am ad ſpecies vel locum panis:qꝛ deus poteſt velle
corpus ſuum cōſeruare ſine eſſe in celo in ordine ad
deſitionem panis in altari alias non conſeruaturus:
in quo caſu panis deſinens tranſſubſtātiaretur ī cor
pus chriſti vt patet ex quid nominis tranſſubſtantia
tionis:et tamē non eſſet in loco vel ſub ſpeciebus pa-
nis conuerſi licet de facto per tranſſubſtantiationeꝫ
panis in corpus chriſti, corpꝰ chriſti realiter fit pre
ſens accidentibus panis et loco qui panē priꝰ quam
deſinerat continebat hec omnia recitata ſunt ſm̄ opi
nionem Doctoris ſubtilis in quodli. q. io. et. 4. diſ.
ii. ¶ Secūdum vero opinionem Guilelmi Ocham
ſucceſſio vltra premiſſa dicit preſentiam eius quod
ſuccedit accidentibus vel loco eius cui ſuccedit:⁊ ſe
cundum hoc deſcribit tranſubſtantionem ſic. eſt ſuc
ceſſio ſubſtantie ad ſubſtantiā deſinentē eē ſimplr̄ in
ſe. ſub accidentibus aliquibus ꝓpriis ſubſtantie deſi
nentis addendū eſt vel ad miuꝰ in eodē loco ēt addi
opꝫ nō hñtis mām cōem cū ſubſtantia deſinente. Ex
quo patet ꝙ ad tranſſubſtantiatiōeꝫ requirit̄ aliqua
nouitas in t'ō tranſubſtantiationis:qꝛ noua preſen-
tia eius ſpeciebus vel loco ſubſtantie deſinentis:niſi
forte per miraculū priꝰ añ conuerſionē fuiſſet p̄ſens
ſubſtantie deſinenti:vt in caſu ſtatim ſupra dicto:ſuf
ficit enim ꝙ ſi nō eſſet preſens ante conuerſionem fie
ret de nouo p̄ſens per conuerſionem. ¶ Secunda pa
tet ſm̄ illū doctorē, ꝙ ſubſtantia panis non pōt tranſ
ſubſtantiari in corpꝰ chriſti vt in celo:qꝛ d̄ficeret eiꝰ
preſentia:ſi aūt ſubſtantia panis cum accidentibus
conuerteretur in corpus chriſti ſufficeret ꝙ corpus
chriſti ꝑ cōuerſionē de nouo inciperet eē ī loco quo
fuerat panis ſubſtantia cū ſuis accidentibus:ſic ſi ſo
la accidentia conuertentur in corpꝰ. ¶ Si diceres
poſito ꝙ panis deſineret in ordine ad corpꝰ chrſti:vt
in celo abſqꝫ eiꝰ preſentia ad ſpecies pāis:panis mu
taretur et non annichilaretur:qꝛ deſitio eiꝰ non ē ab
ſolute in nihilū:ſꝫ ad aliquid vere exiſtens ſed corpꝰ
chriſti in celo neque eſt corruptio:quia non in mate
ria ergo tranſſubſtantiatio. ¶ Reſpondetur ꝙ talis
mutatio panis eſt mutatio panis large capiendo mu
tationem:ſed nulla illarum:ſed eſt quedam mutatio
ſuper naturalis cui non eſt nomem impoſitum: quia
nunꝙ̄ facta ē nec fiet licet fieri poſſet harum opinio-
num diuerſitas magis conſiſtit in quid nominis trāſ
ſubſtantiationis quam in re ipſa.

## ¶ Queritur quarto circa tex. cō. 2. Qō. 4.

vtrū ſi generatio eſt impoſſibilis alterō eſt impoſſ'is ⁊
vr̄ ꝙ non. qꝛ multoties contingit alterō vt in viuente
et tñ non fit generō:qꝛ q̄d eſt nō generatur. In oppo
ſitum eſt phs in iſto primo. Pro declaratione iſtius
queſtionis noto ꝙ queſtio dꝫ intelligi de alteratione
corruptiua et non de alteratiōe perfectiua. Noto ſe
cūdo ꝙ ſi omnino finis eſſet impoſſ'is media ad finem
eſſent impoſſibilia quare cū alteratio ſit medium ad
generationem ꝯñs eſt ꝙ ſi gñatio ipoſſ'itat̄ ſil'r alterō
impoſſibilitabit̄. Nam oē agens non alterat niſi vt aſ
ſimilet ſibi paſſum: ergo ſequitur ꝙ alterō ordinat̄
in gñationem et iſte modus argumētandi phi tenet
per locum a cauſa finali:et ſi quis diceret ſi aliqua q̄
litas eſſet ſeparata a ſuo ſubiecto ad imaginationeꝫ
vtrū ne poſſit pati et videtur ꝙ nō per p̄dicta oppoſi
tum tamen videtur de facto contingere cum frigi-
ditas que eſt in ſacramēto altaris deſtruat̄ vt expe
rientia docet que tamen eſt ſimpliciter ſeparata reſ
pondeo ꝙ non teſte philoſopho capitulo d̄ actione di
cente ſi autem aliquid fuerit ſeparatū calidum hoc
nihil patietur: loquendo naturaliter:ſeu non patie-
tur naturali paſſione:Ad rationeꝫ factā in contra-
rium dicitur ꝙ ſi caliditas:aut frigiditas que in ſa-
cramento altaris patitur non patitur naturali mō:
ſed miraculoſe.

Qō.5. ¶ Queritur quinto vtrum genera-
tio vnius ſit corruptio alterius et arguit̄ ꝙ non: quia
cum corrumpitur homo non videtur aliquid gene-
rari, quia non eſt potior ratio, ꝙ generetur vna for-
ma quam alia: quod probatur: quia ðterminatio ad
hanc formam vel ad illam prouenit ex ðterminatis
diſpoſitiuis qualitatibus: ſed ſic eſt ꝙ forma cadaue
ris non magis generatur per frigiditatem quam ꝑ
calorem imo quandoqꝫ ſine aliquibus qualitatibus,
vt patet de occiſſione hominis per gladium. In op-
poſitum eſt philoſophus tex.cō.14. Pro ſolutiōe qſ-
tionis noto ꝙ cum Ariſt. dicit generatio vnius ē cor
ruptio alterius intelligit generatio vnius compoſiti
naturalis eſt corruptio alterius compoſiti naturalis
dixerim hoc: quia in generatione forme cadaueris
non corrumpitur anima intellectiua: ſed homo ipſe
eſt qui corrumpitur et cadauer eſt quod generatur
¶ Noto ſecundo ꝙ cauſa huius eſt: quia non poſſunt
eſſe due forme in eadem materia: et ideo aduenien-
te vna recedit alia.

¶ Circa quam materiam bene eſt
aduertendum ꝙ ſecundum opinionē ponentem ꝙ in
homine non ſit alia forma quam anima intellectiua
creata: et adeo infuſa quam credo fore veriorem et
magis fidei conſonam. Dicendū eſt ꝙ generatio ho-
minis non eſt proprie generatio eo ꝙ eſt potius con-
gregatio anime create adeo cum materia quam ge
neratio, ſed quo ad diſpoſitionem ſubiecti preuiam
habet naturam generationis quo autem ad hominis
veram productionem habet magis naturam factio
nis miraculoſe et ſuper naturalis propter cauſam di
ctam: et conſequenter ſicut generatio eſt in propria
et miraculoſa. ita nutritio eſt miraculoſa partialiter
Nam quia nutrimento corrupto in materiā eius nō
generatur aliqua forma de nouo ſed aīa intellectiua
incipit illam māꝫ informare quā ante non informa-
bat, et ſic non eſt naturale ꝙ forma ſubſtantialis va-
dat de ſubiecto in ſubiectū et vltimo corruptio homi
nis non ē ꝓa corruptio: eo ꝙ nulla pars eēntialis cor
rumpitur imo ambe manēt ſꝫ forma a materia ſepa-
tur iō deſinit eſſe cōpoſitum pōt tñ dici corruptio cō
poſiti multū largo mō ſicut generatio ꝑtialis cōpoſi
ti eo ꝙ cōpoſitū in prima mutatione ceſſat eſſe qō an
te fuit et in alijs mutationibus cōpoſitū tale aut par
tiale incipit eſſe qō añ non fuit. ¶ Ad rōnem ante op
poſitū rñdeo ꝙ illic gñatur forma cadaueris et ad il
lā diſpoſitio preuia eſt quedam putrefactio per q̄ ne
ceſſe eſt omne mixtū corrumpi. vel q̄dam extranea
tio caliditatis viuentis qua facta non manet aīa ⁊ ꝓ
ducit̄ forma cadaueris.

Qō.6. ¶ Queritur ſexto circa tex.cō. deci-
mi octaui, vtrum in corruptione ſimpl'r ſit reſolutio
vſqꝫ ad materiam primā: et arguitur ꝙ non q: in cor
ruptione hominis manet forma corporeitatis q̄ pre
fuerat cū fora carnis et forma oſſis. In oppm̄ eſt phs
tex.cō.13. in hoc prīo de generatione dādo diffinitio
nem generationis. Generatio eſt tranſmutatio huiꝰ
totius in hoc totū nullo ſenſibili remanente ergo nō
manet aliqua forma preterita. ¶ Pro ſolutione queſ
tionis notandū eſt ꝙ in hac re ſunt multe opiniones
de queſito qō fundatur ſup vno alio queſito vtrū poſ-
ſint eſſe plꝛes forme ſubāles in eadē mā. Pria opinio
eſt Auicenne. ꝙ naturaliū elementa manere formal'r
Opinio.1. in mixto ita ꝙ vnūquodqꝫ mixtū eſt agregatū et q̄t-
tuor elementis ꝑtialibus exiſtentibus in eo et ex for
ma mixti. modus tamen aſſignandi hec elementa in
mixto non eſt vt cōmuniter dicitur ꝙ per totam ma-
teriam mixti eſt forma ignis forma aque: forma ter-
re. et forma aeris et inſuper ꝑ totā materiam eādē
eſt forma mixti. Nam ſi hoc verum eſſet infero mani-
feſte aliquid ſimul et ſemel frigefieri: et calefieri at-
que deniqꝫ alterari motibꝰ contrarijs quod ſic ꝓbat̄
ſupponamus primo quattuor elementa dum venient
ad mixtionem diuidi vſqꝫ ad minima naturalia ſup-
ponamus. 2. ꝙ in illa mixtione quodlꝫ agit in quodlꝫ
et i mā aeris dꝫ ꝓduci forma ignis et forma aque: igi
tur ſimul neceſſe eſt illam materiam frigefieri et ca-
lefieri, ergo intentum. Imaginanda eſt ergo opinio
Auicenne iſto modo ꝙ quattuor elementa venerunt
ad mixtionem in q̄ttuor minimis naturalibus ignis,
aeris, aque, terre, dico ꝙ quattuor materie illorū ele
mentorum continuantur: et fiūt vna materia et in il-
la mā manēt q̄ttuor forme, ita ꝙ i pria ꝑte materie ſo
la forma ignis in ſecūda forma aque poſtea ſuper to
tam illam materiā eſt forma mixti aqua mixtum de
nominatur eſſe mixtum et ſi contra hoc arguatur: ſe
queret̄ ex hac imaginatione ꝙ mixtum fieret ex vno
ſolo elemento diſtinguenduꝫ eſt vel ex vno elemento
per ſe ſeparato, ego nego ex vno vero alijs continua
to, concedo: et ſi rurſum arguat̄ qlꝫ ꝑs mixti eſt mix
ta ergo habet quattuor elementa. Reſpondeo cum
Thoma de garbo, ꝙ illa auctoritas phi intelligitur
qlꝫ ꝑs mixti ē mixta. i. hꝫ formā mixti. ¶ Secūda opi Opi.2.
nio eſt Scoti ponētis formam corporeitatis. Ad de-
clarationeꝫ iſtiꝰ opinionis pono propoſitiones. Pria Propō.1.
eſt forma corporeitatis ab Scoto. 4. ſenten. diſt. 11.
q. 3. dr̄ forma mixtiōis. i. organizatiōis ſolū reperibi-
lis in rebus animatis. quarum organizatione amiſſa
ipſa corrumpitur non igit̄ eſt materie coeterna nec
ponitur addimenſionandum materiam ſꝫ ponit̄ poti
us vt agregatum ex ipſa forma corporeitatis et ma
teria ſit ſubiectum accidentium et vt per illam deno
minetur corpus eſſe organicum. Secunda propoſi- Propō.2.
tio. Henrricus de gandauo eandem formam poſuit
motus ꝙ homo duplici productione producitur ſcili
cet creatione cuius terminus eſt anima rōnalis ⁊ ge
neratiōe cuiꝰ terminꝰ ē forma corporeitatis. Tertia Propō.3.
ꝓpoſitio in cadauere quidam ſcotiſte opinantur nō
produci formam aliquam ſed ſolum remanere illam
que ē corporeitatis moti triplici ratione pria ꝙ ſi for
ma cadaueris generaretur de nouo ſequeretur ean
dem formam in ſpecie eē terminū diuerſiſſimaꝝ trāſ
mutationum quod patet quia eadem forma cadaue
ris generabitur in homine ſpecie ſi ſit interemptus
gladio: aut ſtrangulatione aut fame. ¶ Secunda rō
Quia ſequeretur quod verbum diuinum cū aſſump
ſiſſet humanitatem non aſſumpſiſſet omnia que aſſu-
mere deberet: q: poſtea in ſepulchro aſſumpſiſſet for
mam cadaueris. Tertia ratio: quia dicit Pſalmiſta
non dedit ſanctum ſuum videre corruptionem igit̄
nō accepit formā cadaueris. 4. ꝓpo. hoc qō dicit. ter
tia eſt fl'm et ꝓter mentē Scoti: q: tunc poneret ſco-
tꝰ duas formas vltimatas i eadē mā: iō ad pmā rōnē
illiꝰ dico ꝙ per diuerſas interfectiones diuerſo mō
diſponitur materia et ita alia et alia fit forma cada-
ueris. Ad ſecundum dico ꝙ verbum diuinum non aſ
ſumpſit formā cadaueris, ſed illi ſtat intime preſen-
tialiter. ad. 3. dico ꝙ nō dedit ſcm̄ ſuū videre corrup
tionem putredinem vel fetorem ſecus vero formā ca
daueris, ⁊ ita dicēdū ē ad iſtas rōnes iſtoꝝ ſcotiſtaꝝ.

¶ Tertia eſt opinio Ocham ponentis duas animas in homine, ſenſitiuam, et intellectiuam. Buridanus.2.de anima queſt.5.argumentat̃, ꝙ ſi in homine eſt anima ſenſitiua cum intellectiua ſequeretur hominem eſſe aggregatum ex anima intellectiua et bruto: ſequellam ſic deducit: quia aggregatū ex anima ſenſitiua et materia in homine eſt animal cū ſit ſubſtantia animata ſenſibilis et non eſt animal rationale, ergo irrationale: ergo brutum: ſʒ ex illo aggregato ⁊ anima rationali conſtat homo: igit̃ ſequella ꝓbata Ad quod reſpōdeo ꝙ aīa ſenſitiua ſm̃ Ocham eſt actus non vltimatus ordinabilis ad animā rationalem non potens per ſe informare materiam differens ſpecie ab anima ſenſitiua brutorū: quia hec anima ſenſitiua bruti eſt actus vltimatus: quare ꝓpter hoc aggregatum ex anima ſenſitiua in homine et materia prima non eſt animal, quia licet ſit ſubſtātia aīata ſenſibilis nō.pōt ꝑ ſe exiſtere quod requiſitum eſt ad eſſe animal. Ocham motus eſt ratione de oppoſitis iudicijs ⁊ appetitiōib⁹ ſʒ hec rō ꝯtra Scotum pauci eſſet momenti tenentem ꝙ ſenſus eſt aggregatum ex anima et organo. Nam illa iudicia et appetitiones contrarie non ſunt in eodē ſubiecto appetitionum ſenſitiuarum ſubiectuʒ eſt aggregatū. ex anima et organo: ſed appetionum voluntatis ſubiectuʒ eſt ſola anima: ſed in Gregoriū tenentē ꝙ anima eſt ſenſus fortis: eſt ratio cui reſpondemus quantum ad illud de iudicijs: quod aut loqueris in tempore quo aliquis nondum eſt aſtrologus iudicando ſolem eſſe bipedalem: et eo tempore ſolum habet iudicium ꝙ eſt bipedalis: aut loqueris in tp̃e in quo iā eſt aſtrologus vel informatus ab aſtrologo. ſolum habet indicium ꝙ ſol eſt maior terra: ſed de appetitionibus contrarijs quas percipit continens in ſe. ſcilicet abſtinendi a malo ⁊ ſimul ſentit incitationem ad malum vt patet de paulo dicente ſentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee nil mihi video: niſi ꝙ ille appetitiōes non ſunt cōtrarie quia vna illarum nata eſt fieri a potentia ſe ſola: reliqua vero que eſt appetitus ſenſitiuus a potentia cum organo et quia inquit phi. quod contraria nata ſunt fieri circa idem ideo non ſunt contrarie nunquam enim videtur in contrarijs intentionalibus quod fiat a diuerſis potentijs immo ab eadem propt̃ quod actus voluntatis inter ſe ſunt contrarij ⁊ actus intellectus inter ſe: non tamen contrariatur actus intellectus actibus volūtatis propter quod crediderim ꝙ appetitio appetitus ſenſitiui et appetitio appetit⁹ intellectiui non ſunt contrarij: qꝛ iſta fit ſine organo alia cum adiutorio organi et iſto modo patet qualiter reſpondendum ſit ad argumenta prefata ſi opinionem Gregorij velimus ſubſtinere. ¶ Vltima eſt opinio Auincebron ponētis in homine tot aīas quod ſunt predicata quidditatiua quā eē falſam ſatis patet: quia in eodem aīali darētur due aīe ſenſitiue vna que correſponderet iſti predicato equus. altera que reſponderet iſti predicato animal.

¶ Poſſet aliquis arguere ī homine eſſe diuerſas formas ſubſtantiales ī diuerſis mēbris quia ſunt diuerſe qualitatiue diſpōnes immo cōtrarie: quia cerebrum eſt frigidum et humidum: et epar eſt calidum et humidum dicendum, ꝙ quādo ſunt diuerſe complexiōes ideſt taliter diſparate qꝺ pro vno tertio non cōueniant producūt diuerſas formas qualiter non contingit in homine, vbi oēs ille varie complexiones pro vno tertio quod eſt anima rationalis ſunt conuenientes iuxta illlud Ariſt.7.politi id quod eſt viuere pluribus indiget organis: vl̃ dic aliter ꝙ ille complexiones quamuis ſunt diuerſe ſunt intra eandem latitudinem homini conuenientē eſt enim latitudo complexionis humane valde magna.

¶ Iterum poſſet aliquis dubitare tenendo ꝙ ſit in homine vnica anima duntaxat quomodo ſaluabitur illud philoſophi in libro de generatione animalium dicētis embrio primo viuit vita plāte poſtea viuit vita animalis poſtea viuit vita hominis ergo ille anime ſimul ſunt in eodem. Dicendum ad hoc ꝙ non ſunt ſimul ſed ſucceſſiue: ſed in aduētu perfectioris imperfectior abijcitur: vel dic aliter ꝙ embrio primo viuit vita plante ideſt primo manifeſtat operationes vegetatiuas et poſtea ſenſitiuas, et poſtea intellectiuas. Non autem cōcedit hec opinio que eſt Marſilij ſucceſſionem illarum animarum.

HUrſum circa iſtam queſtionem ſub oritur alia dubitatio, vtrum accidentia inſint toti cōpoſito an materie p̄ie: ⁊ arguitur auctoritate Commentatoris in de ſubſtantia orbis ꝙ inſint toti compoſito: qꝛ hanc aſſignant differētiam inter formam ſubſtantialem et accidentalem: ꝙ forma accidentalis aduenit toti compoſito: ſed forma ſubſtantialis aduenit materie prime. Secundo ſequeretur aliquod accidens tranſire de ſubiecto in ſubiectum naturaliter: quod eſt falſum ſequella probatur: quia caliditas que erat in materia p̄ia hominis poſtea eſt in cadauere, ergo tranſit caliditas de ſubiecto in ſubiectum naturaliter. In oppoſitum eſt veritas nominalium dicentium accidentia habere pro ſubiecto inheſionis primam materiam: ſed denominationis totum compoſitum.

¶ Pro ſolutione preſentis queſtionis eſt notandum ꝙ de principali queſito due famoſe verſantur opiniones. Prima eſt realium dicentiū accidentia ī eſſe toti compoſito ⁊ non materie prime quorum principale motiuum eſt: ꝙ forma ſubſtantialis aduenit enti in pura potentia: et forma accidentalis aduenit enti in actu: ſed certe ad hoc motiuum facile ē reſpondere id intelligi debere ꝙ forma ſubſtantialis aduenit ēti in pura potentia ideſt materie dum eſt orbata omni forma ſed accidentalis aduenit enti in actu ideſt dum adueniat non eſt opus iuenire materiam orbatam omnia alia forma. Alia eſt, et vera opinio nomīalium dicentium: ꝙ accidentia inſunt materie prime: et denominant totum compoſitum qui libenter concedunt accidens trāſire de ſubiecto in ſubiectum naturaliter quando eſt denominationis ſecus autem ſi fuiſſet in heſionis.

¶ Sed in opinionem realium libet aliquibus inſtantijs inſurgere. Prima inſtantia ſeq̄tur aliquod agens naturale diſponere aliquod paſſum ad productionem alicuius forme: et diſpoſitiones corrumpere cum deberet forma aduenire: cōſequens eſt falſum: falſitas conſequentis nota eſt: quia introduceretur opppoſito dato forma in materia indiſpoſita: ſequella probatur quia ſi producantur diſpoſitiōes ad ignis formam in materia aque cum de neceſſitate aqua debeat corrumpi que eſt ſubiectū corrumpentur ille diſpoſitiones ī aduentu forme ignis et ita habeo intentum. Pro ſolutione huius ar-

gumenti noto: ꝙ licet poſitio realium ſit difficilis ad ſubſtinendum dabo tamen vnum modum quo poſſit vnuſquiſqꝫ eam facile tutari, dico primo agens naturale ſepenumero producere aliqua que neceſſario debet corrumpere quod euenit: quia produxit illa velut media pro finis conſecutione, ſicut in productione anime rationalis. Nam premiſit animam vegetatiuam et ſenſitiuam corrumpendas, ita agens naturale premittit i compoſito corrumpendo diſpoſitiones corrumpendas poſt quas alias generet itē quando agens naturale omnia media in finem produxit, in inſtanti produxit finem. vt patet in opinione Burlei: quia quamlibet qualitatem dicit produci in inſtanti ſi ad illam omnia media preceſſerunt, et ita diſpoſitio que de nouo producitur: in nouo compoſito in inſtanti. ſuccedit propter hoc, nec valet dicere ꝙ caliditas nō deberet corrumpere aquā cum nihil corrumpat ſuam cauſam conſeruantem, ſed aqua eſt cauſa ꝯſeruans caliditatē dicas ꝙ aque ineſt duplex appetitꝰ vnꝰ in gñe nature aliꝰ in genere ꝯſeruātis in genere nature caliditas appetit corrumpere aquā ſicut aqua in genere nature appetit: corrūpere calorem ſed in genere conſeruati caliditas appetit conſeruare aquam, ſicut aqua in genere ſubi appetit conſeruare calorem et cum arguitur aqua eſt fortius cōſeruatinum caloris: quam forma aque deſtructiuum ergo non poterit forma aque reducere aquam, ad priſtinam frigiditatem dicas ꝙ aqua eſt fortius cōſeruatiuum caloris i genere ſubi: ⁊ ſic nō reſtit corrumpenti. Naꝫ materia prima non reſiſtit corruptioni forme ſubſtantialis et ideo: quia aqua conſeruat ſubiectiue calorem et non effectiue, forma aque poteſt deſtruere calorem quod nō poſſꝫ ſi aqua conſeruaret effectiue calorem.

Argũ.2. ¶ Secundo arguo: ſequeretꝛ ꝙ materia exiſtente diſpoſita. Ad vnam formā ſcilicet terre poſſet naturaliter produci forma alia omnino cōtrarias diſpoſitiones prerequirens quod nullus phiſicus diceret: ſequella probatur ſit caſus: ꝙ vnum lignum ad formā terre diſponatur et ſit aliquis ignis diſtans qui continue moueatur verſus hoc lignum taliter ꝙ in eodem inſtanti in quo corrumpetur forma ſubſtantialis ligni ipſe ignis primo ſit in diſtantia debita ad agendum in materiam illius ligni ⁊ ſit ignis potentior quam agēs illud quod ad formam: terre diſponitur, hoc poſito conſtat: ꝙ aliqua forma ſubſtātialis produceretur in illa materia: quia ibi ē agens naturale ſufficiens ad agendum, et ipſa eſt ſufficiens ad recipiendum et in diſtantia debita ſed non producetur forma terre, quoniam in inſtanti corruptionis forme ſubſtātialis ligni non eſt aliqua preuia diſpoſitio ad formam terre in illa materia: ꝙ uis prefuerit eo ꝙ ad corruptionem forme ligni ſequitur earundem corruptio: et per conſequens ipſa materia protunc non eſt magis diſpoſita ad formaꝫ terre quam ad formaꝫ ignis ꝙuis prius erat magis diſpoſita ad formam terre: cum igitur ignis ſit eque ſufficienter propinquus ſicut inductiuū forme terre et ſit potentior ſecluſa diſpoſitione materie ad aliaꝫ formam: ſequitur ꝙ producit in eam formam ignis: iſtud argumētū quod eſt dñi gregorij de arimio in forma: ſecundo ſententiarum. diſt. 12.

¶ Ad hoc argumentum reſpondeo ꝙ ille ignis non producit illam primā diſpoſitionem q̄ debet ſuccedere in nouo compoſito in inſtanti: q: quia cum non premiſſerit omnia media ad illius cōſequutionem non producetur in inſtanti terra vero premiſſit omnia media: et ideo poterit producere preuiam diſpoſitionem in inſtanti ſicut dicit Burleꝰ ꝙ agens naturale cuꝫ produxit omnes medias qualitates inter non gradum et gradum producit gradum vt quattuor in inſtanti

¶ Tertio arguitur ꝙ forme accidentales in materia et non in toto cōpoſito ſubiectentur ſuppoſito: quod iter elementa ſimboliꝫantia facilior eſt tranſitus ſicut inquit Ariſt ſecundo de generatione: elementa ſimboliꝫantia dicuntur que eadem qualitatem in ſpecie participant ſicut ignis et aer faciliorem eſſe trāſitum eſt ꝙ facilius vnum ex alio generari cuius rationem vel cauſam ipſe philoſophꝰ aſſignāt: quia facilius inquit eſt vnum quam multa tranſmutare, ſicut ſi ex aere fiat ignis ſiccitas debet corrumpi caliditate manente aer enim humidus ⁊ calidus dicitur: et ignis calidus et ſiccus, vbi vult expreſſe ꝙ ſola qualitas contraria in tranſmutatione elementorum ſymboliꝫantium corrumpatur altera ſimbola conueniente remanente tunc ſic vel illa ſimbola qualitas que remanet ſubiectatur in materia prima: vel in toto compo. ſi primum intentū ſi. 2. nō poſſet deſtructo compoſito remanere. Argũ.3.

¶ Pro declaratione iſtius argumenti notandum eſt quid ſint elementa ſymboliꝫātia vbi nota quodlꝫ elementum determinare ſibi vnam qualitatem in ſummo reliquam vero citra ſummū ſupra tamen medium vt ignis calidus in ſummo gradu ſit ſummus gradus: octanarius eſt calidus vt. 8. ſiccus vt. 7. aer eſt humidus vt. 8. calidus vt ſeptem, aqua eſt frigida vt octo humida vt ſeptem, terra eſt ſicca vt. 8. frigida vt. 7. Dico igitur elementa ſymboliꝫantia eſſe que habent duas qualitates eiuſdē ſpeciei ſupra medium taliter ſunt ignis ⁊ aer: quia ābo ſunt calidi ſupra medium: dixi notanter ſupra medium: quia tenēdo qualitates contrarias ſe debere compati in gradibus remiſſis ad impleta tota latitudine non eſt dubiū ꝙ in aqua humida vt ſepteꝫ eſt ſiccitas vt vnum igitur ſi ſufficeret ad elementa ſimboliꝫare habere qualitates eiuſdem ſpeciei quomodocunqꝫ intenſas ſequeretur ignem: et aquam eſſe elementa ſimboliꝫantia quod eſt falſum: dico igitur cum anges ſecundo de cauſis Marſiliꝰ. 2. de generatione ꝙ in elementis ſymboliꝫantibus facilior eſt tranſitus ideſt frequentior non tamē velocior prima pars bene patet, ſecunda probatur quia poſito caſu ꝙ aquali proportione comparātur caliditas et ſiccitas ignis ad reſiſtentiā frigiditatis ⁊ humiditatis aque i eadē ꝓportione actiuitas ſiccitatis ignis comparetur ad reſiſtentiam humiditatis aeris tunc cuꝫ a propor. equalibus prouueniāt equales velocitates ſequitur ꝙ eque cito ignis corrumpet aerem: ſicut ignis aquam ꝙ ſi tu ponas maiorem proportionem quando ſimbolum debet corrumpere ſimbolum hoc nihil eſt: quia ſi diſſymbolum haberet maiorem proportionem ad diſimbolum ibi diſimbolum citius corrumperetur ſi ergo aliquomodo debet itelligi ariſ. eſt ceteris poſitis paribus in proportionibus quod ſi ſint cetera paria taꝫ velox eſt tranſitus in ſymbolis ſicut in diſſymbolis intelligatꝛ facillior. i. frequētior.

¶ Quarto arguitur ad idem. Caliditas que reperitur in cadauere ſtatim poſt morteꝫ

in herebat preciſe materie viuentis: igitur anteccedens probatur de cadauere hominis gladio īterfecti vel illa caliditas prius erat vel non ſi primū non in herebat compoſito cum: iam ſit deſtructū: ſi ſcōm eſſet de nouo producta et non dabitur aliquod intro cedēs illam caliditatem: quia nec interficiens: nec gladius cum nullum illorum habeant virtutem ī ducendi caliditatem vt conſtat igitur: ſi dicat ꝙ illo caliditas preexiſtebat et manſit: quia in herebat compoſito ex materia et forma corporeitatis: ad minus argumentū procedit contra illos qui preciſe in compoſito vnam formam ſubſtantialem aſſignant et poſtquam vbi aſ ante mortem fuiſſet frigidum ſi eodem modo gladio occideretur frigiditas ī cadauere inueniretur et forte intenſior: ergo nec interficiēs nec gladius ſunt caliditatis inductiui.

¶ Ad quartuꝫ dico ꝙ qualitas producta in cadauere ſi homo ſit inter fectus gladio frigido producitur a frigiditate gladij: quia frigiditas: vt dixi poteſt producere calorem ex termino a quo perfectiori.

¶ Quinto ſic arguo vel ad introductionem forme ſubſtantialis materia diſponitur per preuias diſpōnes vel cōpoſitū vel forma: ſi primū hētur ꝙ materie ille diſpōnes inherebant, et per ꝯñs formarum accidentalium materia eſt ſubiectum et ꝙ nec ſecundum nec tertium eſt manifeſtum: rediculum enim eſſet dicere ꝙ compoſitum et forma diſponerentur ad ſuſceptionem forme ex cuius introductione eorum corruptio ſequitur. Ad quintum dico ꝙ quēadmodum nominales dicunt accidentia ī materia: tanquam in ſubiecto inheſionis denominare totum compoſitum ita pari modo non eſt inconueniens diſpōnes in compoſito inherentes diſponere materiam

Qō.7. Queritur ſeptimo circa textū cō 24. vtrum idem effectus poſſit produci a plurium agentium quolibet dicit Marſilius, ꝙ ſi agentia ſint que non in fluunt in effectum ideſt que ſolum applicant actiua paſſiuis bene poteſt idē effectus produci a plurium agentiuꝫ quolibet. nā ignis productus ꝑ applicationē factam a petro potuit ꝓduci per applicationem factam a paulo: ſed ſi loq̄mur de agentibus que in fluunt in effectum: ideſt q̄ effectiue attingunt ad productionem effectus ſic dimus: ꝙ etiam bene poteſt produci idem effectus numero a plurium agentium quolibet nāqꝫ effectus. a. qui ſit productus a b igne potuit ideꝫ eſſe product⁹ a. c. igne.

¶ Oppoſitum. Tamen huius tenet Marſi. Primo de generatione queſtione. 8. qui tenet eſſe impoſibile eundem effectum produci a plurium agentium quolibet cuius ratio eſt, quia oppoſito dato ſequeretur eundem effectum bis produci poſſe, quod eſt falſum: ſequella probatur. Pono ꝙ ſit a. effectus productus ab. a. agente. et deinde illo effectu corrupto applicetur eidē materie ſimile agēs et ſequitur tale agens eundeꝫ effectū iteꝝ ꝓducere ſꝫ certe iſta rō idē ꝓbaret ſi remanſiſſet idē agēs cuꝫ eodē paſſo effectu iam corrupto: ſed certe argm̄ eſt bonū et dꝫ ſolui qꝺ impꝫe eſt talē effectū ꝓduci eūdē: qꝛ dꝫ eſſe eadē potentia reſpectiua qualis illic nō ē: Dicit enim auerrois in. j. de gña. c. ꝺ actione: ſi agēs eſt idem ⁊ paſſum eſt idem non opꝫ ꝙ effectus ſit idē quiā opꝫ ꝙ potentia reſpectiua q̄ in materia prima ē reſpectu cuiuſlibet forme generande ſit eadem q̄ potentia reſpectiua perijt ⁊ deficit cum forma ſemel ē ꝓducta. ¶ Corolariū. Sequitur ꝙ idem effectus poteſt ꝓduci in pluriū inſtantiū quolꝫ. ꝓbatur: qꝛ quicquid ſit in aliquo inſtanti contingenter ſit in illo: ergo poteſt non fieri in illo: ꝙ ſi ſic adhuc reſtat poſſibilitas vt fiat: ergo poteſt fieri in alio. Et ita intentum.

Queritur octauo circa textū cō. 45. vtrum omne agens agat per contactum Qō.8,
In hac queſtione ſine argumentis noto ꝙ triplex eſt tactus: naturalis: mathematicus: et methaphoricus. Tactus naturalis dꝫ habere tres cōditiones. Pria ꝙ ſit circ adiuerſas magnitudies q̄ habeāt ſitum extra ſe inuicem. ꝓpter illud materia ⁊ forma non tangunt ſe quia non hn̄t diſtinctum ſitū. Secunda qꝛ vltia ipſoꝝ ſunt ſimul et tertia ꝙ īter ſe ſint actiua et paſſiua, et ꝓpter illā vltimam ꝯditionem partes aeris conſimiliter qualificate nō tangunt ſe quia non ſunt actiue nec paſſiue vt ſic ad inuicem. Tactus mathematicus non habet niſi duas conditiones primas: et iſto modo medietates continui eiuſdeꝫ tangunt ſe: ſed tactus large et methaphorice dictus eſt agens ſua virtute paſſum attingens: Et ſic tangens non opꝫ ꝙ tangatur ab eo quod tangit ſm̄ quē modū dicit phs in lr̄a. Dicimus enim aliquando triſtanteꝫ tangere nos: puta quando nos per eius triſtitiā mouet ad paſſionē: ſed non nos, cum tunc enim agit ipe in nos, ſed non nos in euꝫ. Hoc preſuppoſito ad queſtionem reſpondeo ꝙ qn̄ dicit agens agere per contactum dꝫ intelligi ꝑ contactum alicuius corporis ꝓximi per qꝺ virtus vel qualitas ad lōginquu defertur: vel aliter intelligatur, oīe agens agere per contactum methaphoricum qui dicitur virtualis.

Queritur nono circa textū com. 48. vtrum idem poſſit agere in ſeipꝫ, et ſilr̄ in ſibi ſimile. Qō.9.
Ad quod rn̄deo ſine argumētis per aliquas ꝓpōnes. Prima ꝓpō. Idem bene poteſt agere in ſeipuꝫ actione intentionali: patet de intellectu qui agit in ſeipſum notitiam. Secunda ꝓpoſitio Idem non poteſt agere in ſeipm actione reali patet quia ſequeretur ꝙ illud eſſet in actu et in potētia pꝫ quia ſi aliquid agit caliditatem in ſe iam habebat illam: et ſi dicatis ſequitur idē inconueniens de actione intentionali. Dicendum ad hoc ꝙ aliquid eſſe in actu virtuali vel eminentie et in potētia formali nullum dicit inconueniens quomodo eſt aīa in actu virtuali vel eminentie reſpectu notitie anteꝙ illam producat: et tunc eſt in potentia formali. ¶ Unum tamē nota: ꝙ idem bene poteſt agere in ſe actione corruptiua et de per accn̄s, vt declaraui. 2. phyſi. ¶ Tertia propō, ꝙ impoſe eſt idem eſſe totale agens et totale paſſum reſpectu eiuſdem actionis: īmo quantūcūqꝫ ſit prius dictum idem poſſe agere in ſe: tamen neceſſe eſt ꝙ aliquid concurrat in agendo: quod non concurrit in patiendo: vel econuerſo. Et hanc cōcluſionē tenebat phs. 7. phyſi. vbi dicit ꝙ oē qꝺ mouet mouetur ab alio: ꝓbat prīo: qꝛ ad oēm actionē prima cauſa concurrit in agendo: que non concurrit in patiendo: ergo concluſio vera: ꝯña tenet et añs manifeſtuꝫ eſt: cum prima cauſa in oēm effectuꝫ ſcōe concurrat: vt dicit auctor de cauſis: et tamen īmobilis et īmutabilis exiſtit vt habetur. 8. phyſi: et: 12. metaphi: Sed credo ꝙ Ariſto. intendebat, aliud ſcꝫ ꝙ adhuc in om̄i actione reruꝫ aliud eſt totale agēs et totale patiēs

pꝛeter deum:et ideo ꝓbatur concluſio ſic:Nam om̄e
agens eſt aut voluntarium aut cognoſcitiuum : aut
non voluntarium:ſed naturalr̄ ſine cognitione agēs
ſi ſit agens voluntarium vt deus nihil patitur:ſi intel
ligentia citra deum conſtat : quod non agit in ſe niſi
concurrente in ſe actione pꝛime cauſe:aliter intelli-
gētie inferioꝛes eſſent ita ſimplices ſicut deus:quod
non eſt concedendum:ſi autem fuerit hō:aut eius vo
luntas pꝫ ꝙ agendo in ſe actum volitionis cōcurrit
cognitio cum voluntas non feratur in incognitum:⁊
illa non concurrit in patiendo:ergo pꝫ ꝙ in om̄i agē
te voluntario:aut eſt totale agens:aut totale paſſum
ſi autem fuerit agens cognoſcitiuum et pꝛoducit in
ſe cognitionē vt ſenſus vel intellectus:patet ꝙ ſenſibi
le concurrit agendo quod non concurrit patiendo:
ſi autem agens fuerit naturale ſine cognitione tunc
in iſtis inferioꝛibus cōcurrit ſemper materia pꝛima
in patiendo:q̄ non concurrit in agendo. In motibus
autem celeſtibus ſphere motum aut influentias reci
pientibus eaſdē in ſe non ꝓducunt:ergo cum nō ſint
alia agentia : aut paſſa :patet ꝙ inducendo in omni
bus impoſſibile eſt idem eſſe totale agens , et totale
paſſum ad intellectum pꝛius poſitum.

¶ Ad ſecundam partem queſtionis
reſpondeo per aliquas ꝓpoſitiones. Pꝛima pꝛopoſi
tio. Sil'e bene poteſt agere in ſibi ſimile actione in-
tentionali:patet de vno oculo vidente ſibi ſimilē ocu
lum. Secunda ꝓpō. Sil'e bene poteſt agere in ſibi
ſimile actione reflexa:patet de antipariſthaſi: quam
ꝓpoſitionem late declarauimus in queſtione noſtra
de ātipariſthaſi. Tertia ꝓpō. Simile quod eſt dūta-
xat in gradu bene poteſt agere in ſibi ſimile quādo
eſt quo ad multitudinem foꝛme diſſimile patet:quia
ferrum calidū vt quattuoꝛ bene poteſt agere in ſtu
Argūm.2. pam calidam vt quattuoꝛ. Hec declarata eſt late in
ſecūdo phyſi. Quarta ꝓpō. Ariſto. in iſto loco inten
dit loqui de actione per ꝓpꝛias qualitates. Naꝫ ego
non dubito ꝙ ſi in aliquo ſubiecto eſſet lumen vt quat
tuoꝛ applicato vno luminoſo ꝓduceret lumē vt quat
tuoꝛ ꝙuis non eſſet luminoſum niſi vt quattuoꝛ ꝙuis
illa lumina non ſe intendant.

¶ Sed ſi quereres vtrum duo lumi
na ſimilia in eodem medio pꝛoducta intendunt ſe di
co ꝙ non:rō ē duplex:qꝛ talia lumina non faciūt vnū
lumen:ſed quodlibet eoꝝ manet diſtinctū cōtra ali-
ud:ꝓpter quod et faciunt duas vmbꝛas vt dicunt ꝑ-
ſpectiui,quod non facerent ſi eſſent vnum lumen. Ex
alio patet idem:quia ſi facerent vnum lumen multo
intenſius:cum per illud videatur vtrumq̄ lucidoꝝ
quodlibet eoꝛum deberet apparere multo intenſius
lucidum ꝙ̄ ſi ſolum eſſet ibi vnum lucidū ꝯn̄s eſt con-
tra experientiam:quia non apparet plus lucida vna
candela decem aliis accenſis ꝙ̄ ſi ſola eſſet accenſa:
et ꝓbat̄ ꝯn̄a:quia ſpecies lucis:puta lumē eſſet mul-
to intenſioꝛ in oculo: quare multo intenſius deberet
repꝛeſentare lucidum. Secunda ratio eſt:quia ſi ta
lia duo lumina facerent vnum ſequitur ꝙ ſi medium
eſſꝫ aliquale vnifoꝛme,ſicut in aere et ponerent̄ ipa
ab inuicem diſtare per decēꝫ pedalia ꝙ in medio in
terea deberet eſſe lumen ita intenſum vel intenſius
ſicut eſſet ꝓpꝛie vnum iſtoꝝ ſolū illuminatiuū. ꝯn̄s eſt
cōtra experientiā:qꝛ lr̄aꝫ quā ꝓpe vnū iſtoꝝ ſolū illu
minatiuū nullo mō poſſes legere in medio taliū duo
rū diſtincte ab eis. Pꝛobat̄ tn̄ ꝯn̄a,qꝛ ſi faciūt vnum
tunc mediū vel pluſq̄ mediū latitudinis luminis vni
us additur in fine quinti pedalis latitudini alterius
quare ſit totum aggregatum ita intenſum vel inten-
ſius:ſicut eſſet ꝓpꝛie vnum ipſoꝝ ſolum illuminatiuū
in terminis:qꝛ ſi quodlibet pꝛope ſe illuminet vt.20.
et in fine quinti illuminatiuū pedalis vt.15.tunc.15.
gradus luminis iſtius vnius adderētur in fine quin
ti pedalis lumini alterius : et tunc fieret latitudo vt
50.in medio puncto.que eſt multo maioꝛ ꝙ̄ latitudo
vt.20.quod vnū iſtoꝝ ſolū illuminatuꝫ faceret pꝛope
ſe. Concedo tn̄ ꝙ bene faciunt medium intenſius illu
minatum diuerſis luminibus denominatione vulga
riū ꝓpter quod ſm̄ illū modū opoꝛtebit negare hāc
ꝯn̄aꝫ hoc medium eſt intenſiue illuminatum:ergo hꝫ
vnum lumen intenſius:

O Ueritur decimo circa tex.cōti. Q̄ō.10:
Utrum indiuiſibile poſſit alterari. Ad quaꝫ
queſtionem ſine argumētis r̄ndeo ꝑ aliquas
ꝓpōnes. Pꝛima ꝓpō. Indiuiſibile quod eſt ſubſtan Pꝛopō.1.
tia bene poteſt alterari alteratione perfectiua,pꝫ d
intellectu dum recipit noticiaa. Secunda ꝓpō. In- Pꝛopō.2.
diuiſibile hn̄s poſitionem in ꝯtinuo vel diuiſibile ſm̄
vnam vel duas duntaxat dimenſiones non poteſt al
terari:ꝓbatur qꝛ oppoſito dato ſequeretur oē coꝛpꝰ
calidum vt vnum eſſe infinite actiuitatis ꝓbatur: qꝛ
vnum punctum eſt alicuius actiuitatis et aliud : eſt
tante actiuitatis:et aliud adhuc tante actiuitatis :
ergo totuꝫ erit infinite actiuitatis:ſecūdo illud pꝛo
bo , ſequeretur omnē talem qualitatem eſſe infinite
intenſam:quia omnis qualitas extenſa reducta ad
non quantum eſt infinite intenſa:patet.nam ſi peda-
lis caliditas ad ſubduplum trahatur ſubiectum per
replicationem ſit in duplo intenſius : et ſi iterum ad
ſubduplum deueniat ſubiectum per replicationeꝫ:
intenditur ſemper ad duplum per infinitas ꝑtes pꝛo
poꝛtionales item ſequitur ꝙ talis caliditas pūtalis
nullius eſſet actiuitatis,pꝛo quo pono hanc ꝯcluſio-
nem,ꝙ ſi aliqua qualitas poteſt agere ad aliquam
diſtantiam circa ſe medietas eius non ſufficit agere
ad tantam diſtantiam ſeoꝛſum capta : et hoc patet
experientia. Nam experientia docet ,ꝙ extenſio iu-
bat ad actionem:vt eſto , ꝙ medietas ignis ſit eque
intenſa:ſicut totus ignis:non tamen ad tantam diſtā
tiam calefacit:ſicut totus ignis:ſecundo dato oppoſi
to concluſionis:ergo medietas viſibilis per ſe acce-
pta pōt ita intenſe et remote multiplicare ſuas ſpe-
cies:ſicut totum viſibile et ex cōſequenti ita remote
poſſet videri:cuiꝰ oppoſituꝫ experimur.et tenet con
ſequētia de ſe. Patet etiam tertio autoꝛitatibus ter
tio phiſicoꝛum et in pꝛimo celi vbi ſupponit et pꝛo-
batur , ꝙ in maioꝛi coꝛpoꝛe maioꝛ eſt virtus. Item
auctoritate linconiēſis in tractatu de radiis dicit,ꝙ
multiplicatio virtutis ſit per trianguluꝫ cuius baſis
eſt quantitas:ergo quanto baſis maioꝛ tanto trian-
gulus maioꝛ:et latera habens longioꝛa: ergo tanto
ſit actio remotius. ¶ Sed contra diceret aliquis tā
tum infrigidat parua quantitas aque maris digitū
impoſitum:ſicut totū mare :ergo concluſio non ē vera
conſequentia tenet et antecedens patet per experi-
entiam ad illud dicitur ꝙ verū ſtat eſſe qd̄ argumen
tum concludit:quia foꝛte totum mare non agit ī di-
gitum:non debet intelligi concluſio de agente actio
nem ſuam ſm̄ ſe totum pꝛoducenteꝫ:coꝛolarie ſequi
tur ꝙ cuiuſlibet agentis in ſuum paſſum eſt pꝛopoꝛ-
tio in magnitudine. Patet : quia ſm̄ maioꝛem ma-
gnitudinem foꝛtius:et remotibus agit.

Queritur circa materiam de augmentatione vtruꝫ augmentatio ſit generatio. Ad quod reſpondeo, ꝙ augmentatio proprie dicta qualis ſtatim exponetur includit tres motus ſcilicet generationem maioris partis ꝙ eſt deperdita et rarefationem per diſtenſionem pori et includit motum localem et ſic non eſt vnus motus tamen augmētatio improprie dicta que eſt rarefactio ſolū eſt motus ad quantitatē.

¶ Iterum dubitatur vtrum cuiuſlꝫ quod augeť quelibet pars augeatur, Ad quod reſpondetur ꝙ ſic corpore ſano exiſtēte debet tamen intelligi ꝙ quelibet pars augetur ꝓprie ꝑ inſuſcept⁹onem vel improprie ꝑ iuxta poſitionem.

¶ Queritur preterea. Utrum in augmentatione ſit idem totuꝫ ante et poſt ad quod dr̄, ꝙ eſt idem totum ante et poſt aliquo trium modorū identitatis primo 2. vel. 3 non tn̄ aliter.

¶ Dubitatur preterea vtruꝫ augmē tatio viuentis ſit motus continuus. Ad quod reſpondeo vt dixi in tractatu calculationum caplo. 3. ꝙ non eſt continuus: niſi quadam interciſione. ꝙ autem non ſit continu⁹ probatur: quia aliquando calor naturalis habuit proportionem maioris inequalitatis vt membrum extenderet trina dyametro: aliquādo vero non habet hanc proportionem propter mēbri terreſtreitatem et ſiccitatem: ergo nō eſt motus continu⁹ a principio vite vſqꝫ ad finem vite.

Queritur vtrum forme elemētorum maneant formaliter in mixto: et videtur ꝙ ſic autoritate philoſophi primo de generatione caplo de mixtione dicentis corrumpitur nec alterum nec ambo ſaluatur enim virtus coruꝫ ſecundo vnuꝫ quodqꝫ reſoluitur in ea ex quibus componitur ſed mixtum reſoluitur in elementa: ergo componiť ex eis conſequentia eſt nota et maior: probatur minor: quia lignū dum comburitur reſoluitur in igneꝫ fumum. Loco aeris: et cinerem loco terre: et aquam loco aque: in oppoſitum eſt veritas que in queſtione probabitur: in hoc ſunt. 4. opiniones. Prima eſt auicenne dicentis, ꝙ manēt. 4. forme elementoruꝫ ſine earum remiſſione: et forma mixti. ſecunda ē auerrois. 3. celi. cō. 67. ꝙ manent omnes ille forme cum forma mixti: ſed remiſſe: tertia eſt opinio ꝙ manent elementa virtualiter quo ad qualitates elemētares remiſſas quarta eſt opinio: ꝙ manent virtualiter quo ad duas qualitates medias vnam inter actiuas: aliā inter paſſiuas pro quarum: omnium declaratione.

¶ Nota ꝙ augmētatio ꝓprie dicta debet habere aliquas cōdiciones. Prima ꝙ augmētabile ſit idē ante et poſt. Secunda ꝙ cuiuſlibet quod augetur quelibet pars augeatur. Tertia quod illa augmentatio fiat per intus ſucceptionem Quarta quod fiat reſtauratio alimenti in maiores partes: quam ſunt deperdite: modus autem augmentationis eſt quod calor: naturalis aliquid de ſubſtantia membri reſoluit in poros faciendos quod eſt multū ſubtiliando ſubſtantiam membri: et illam in vaporē conuertendo: poſt vero calor naturalis dilatat poruꝫ ſine reſolutione ſubſtantie et ſic impletur maior quātitas de alimento quam fuerit reſolutum per actionem caloris naturalis. Alia eſt augmentatio improprie dicta et hec fit per alterationem et conuerſionē alimenti in ſubſtantiam aliti per quam maior quantitas reponitur de alimento: quam fuerit a membro deperditum et hoc modo augentur partes non poroſe et. nota quod hec augmentatio ſiue proprie: vel improprie dicta preſupponit nutritionem: quia nutritio eſt conuerſio alimenti in naturam aliti ſine in partes maiores quam ſint deperdite ſiue minores: ſine equales augmentatio vero eſt conuerſio: alimenti in naturam alimenti in maiores partes: quam ſint deperdite et ad nutritionem requiruntur tres conditiones ſcilicet appoſitio vnio ⁊ aſſimilatio Apponitur enim nutrimentum membro: et vnitur membro et aſſimilatur membro vt fiat nutritio.

¶ Cōis opinio ē i hac materia ꝙ augmentatio ſit ſm partes formales: ideſt poroſas loquendo de augmentatione propꝛie dicta non vero ſecundum partes materiales: quia in illis non fit per intus ſuſceptionem ſed per appoſitionem: preſuppoſita tamen alteratione Marſili⁹ in libro de generatione proſequendo materiaꝫ de augmentatione multas de hoc queſito recitat opiniones. Prima eſt opinio Auerrois dicentis, ꝙ augmentatio fit ſecunduꝫ formam, et non ſecundum materiam: ideſt a forma ⁊ non materia: quia materia nullius eſt actiuitatis: ſed hec opinio preter mentem philoſophi eſt. Nam philoſophus non querit a quo fiat augmentatio effectiue. ſed circa quod ſubiectum ſit principaliter.

¶ Secundam opinionē recitat que dicit ꝙ augmentatio ſit ſecundū partes formales et non materiales: ideſt ſecundū partes humidas humiditate radicali et non ſecunduꝫ partes humidas humiditate cibali. Sunt eniꝫ in nobis duplices partes, quedam humide humiditate radicali que fuerunt ex ſemine confecte: alie humide humiditate cibali que per cibos cōtinue reſtaurantur: et dicit hec opinio per partes formales intellexiſſe philoſophuꝫ partes ex ſemine confectas. Sed hec opinio non eſt vera: quia in iaꝫ adulto pauce ſunt partes formales ideſt a radice contracte: quare nec fieret augmentatio in adoleſcente qui plures partes manerent non aucte. nec nutritio in conſiſtente.

¶ Tertiam opinionē recitat aliquorum dicentiū ꝙ philoſophus per partes formales intellexit etherogeneas et per partes materiales homogeneas: quia opera anime magis manifeſtantur in partibus etherogeneis quā ī homogeneis obidqꝫ dicūt augmētatione ꝓprie dictā fieri magis in ꝑtib⁹ etherogeneis: ſꝫ hec opinio aduerſať pħo dicenti in hoc. c. de augmentatione a nomiomera augmētari ꝙ omiomera augmētanť. i. etherogenea augeri: quia augenť homogenea idqꝫ Marſili⁹ aſſentit dclarōni prime. Thomas tn̄ de garbo trac. 3. ſue ſūme. q. ſpeciali quā facit de hoc ſubtilr̄ admodū dicit ꝑ partes formales itelligi a pħo eas q̄ ſi ꝑ ſe eēnt poſſent operari ꝑ mālesꝰ eas q̄ ſi ꝑ ſe eēnt nō poſſent operari ⁊ dicit ꝙ queadmodū aq̄ qn̄ euaporat q̄dā reſoluunť ꝑtes, et q̄dā manent q̄lꝫ qualitatiue extiᵉcenť tn̄ non euaporant al's tota aq̄ ſubito euaneſceret, ita in corpore humano ꝯtinue partes formales: q2 magne ſūt cū aliq̄d augeť oēs augenť, et cum reſoluitur aliq̄d oes reſoluunť in ꝑtib⁹ ſuis et partes materiales ſilr̄ augenť proprie, tn̄ non neceſſario inqualꝫ augmētatione augenť, ⁊ in qualꝫ reſolutiōe reſoluunť niſi fuerit qualitatiue: et iō phs voluit dicere ꝙ augmētatio

rationibus probans,ꝙ forme ſubſtantiales elemēto
rum maneant formaliter in mixto refracto et remiſ
ſo:quia illa que ſunt ꝓpria accidentia alicuius non
poſſunt diminui:quin ſubſtantia diminuatur : ſed ſic
eſt ꝙ qualitates elementorum ſunt propria acciden
tia illorum:ergo non poſſunt illa remitti quin forme
ſubſtantiales elementoꝝ remittant̃.maior videt̃ no
ta,quia propriū fluit a principijs intrinſecis ſpeciei
et minor patet:quia illud eſt ꝓpriū quod eſt inſepa
rabile:ſed ita eſt de illis qualitatibꝰ:quia caliditas
eſt inſeparabilis ab igne ipſo manente:ergo eadem
ratione alie qualitates a reliquis elementis.

¶ Dicendū ad hanc rationem ꝙ ma
ior eſt falſa:quia ꝙuis riſibilitas eſſet intenſibilis et
remiſibilis non tamen homo propterea eſſet intēſibi
lis,aut remiſſibilis quod patet: quia cum riſibilitas
intendatur in via diui Thome per maiorem ſubiecti
radicationem poteſt magis radicari,vt aliqui tho-
miſte fatētur:et ita ſaltim ſupernaturaliter vnus hō
eſt magis riſibilis quā alius et tamen vnus homo nō
eſt magis homo quam alius.

¶ Secūda ratio eſt phi.v.meta.ele-
mentum eſt ex quo fit aliquid cum inſit īdiuiſibile ſpe
tie in aliam ſpeciem:ergo elementa manent formali
ter in mixto.Dicendum ad hoc de mēte Marſilij ſe
cundo de generatione.q.ſecunda ꝙ elementū capit̃
tribꝰ modis.Primo mō propriiſſime ꝓ mā prima et ſic
dr̃ elemētū qḋ ē primū in ꝯpoſitiōe:ꝛ vltimū ī reſolu
tione et ſic dicitur elementū quaſi hilementū ab hy-
le qḋ eſt materia pria ſiue principiū.Secūdo mō ca
pit̃ elementū largiuſcule:et capit̃ ꝓ mā vel forma et
ſic intelligit̃ diffinitio allegata elementū eſt.i.mā vl̃
forma eſt:ex quo.i.ex qua materia vel forma fit ali-
quid ideſt cōpoſitū naturale cū inſit ideſt cum mate
ria vel forma ſit pars cōpoſiti naturalis indiuiſibile
ſpē in aliā ſpēm.i.taliter captū elementum eſt homo
geneū.Nā quelꝫ pars materie eſt materia : et quelꝫ
pars forme eſt eiuſdē ſpeciei cū tota forma cuius ē
pars ſi forma habeat partes.Tertio modo capit̃ ele
mentum pro his.4.ſcilicet igne,aere,aqua terra,q̄
Ariſt.dicit vocata elementa et diffinitur ab Auicen
na Doc.ſecunda de elementis.Elementa ſunt corpa
ſimplicia et partes prīe corporis humani et aliorum
que in partes diuerſarū formarum minime diuidi
poſſunt quā diffinitionē ſic gloſſo.primo dicitur corpa
ſimplicia non ꝙ elementa non ſint cōpoſita ex mate-
ria et forma:ſꝫ quia determinant ſimpliciſſimū nume
rū qualitatum.ſ.binarium:et hoc idem intelligit hy
po.in libro de elementis.elementū ē minima corpo-
ris pticula quod ſub audias:quia determinat mini
mum numerū qualitatum:dicitur et partes prīe cor
poris humani et aliorū in quo videas intentiōem cē
Auicenne ꝙ elementa manēt formaliter in mixto.dr̃
q̄ in ptes diuerſarū formarum:tu intellige de parti-
bꝰ quātitatiuis q̄ ſunt que habent vnā ptē materie et
totā formā vel ptē forme.primū ꝓp.mēbra hominis
ſm ꝓpter ea q̄ hn̄t formas extenſas nāqꝫ hn̄ elemēta
poſſunt diuidi in ptes diuerſarū formaꝝ cētiales:ſꝫ
arguit̃ ꝙ maneant formalr̃ in mixto elementa auto-
rita.phi ī ca.d mixtiōe mixtio ē miſcibiliū alteraro-
rum vnio g̊ nō corrūpunt̃. Pro ſolutiōe huiꝰ nota ꝙ
hoc argm̄ vr̃ iuriſtaꝝ arguētiū hoc nō dixit ter.g̊ nō
ē ita:cū.n.dicit phs alteratoꝝ vnio nō negat corrup
torū:q2 non ſequit̃ hoc alterat̃:ergo nō corrūpit̃ ām
potiꝰ ex āte infert̃ faltē qḋ ē corruptibile,nā ꝛ phs
ſecundo de aīa duplicem ponit alterationem alterā
corruptiuā:aliam vero perfectiuam:prioris exm̄ eſt
quelibꝫ diſpoſitio ad formā ſubſtantialē poſterioris
exm̄ eſt q̄lꝫ illuminatio et noīe ꝓductionis ꝙ ſi altera
tio corruptiua vocatur cur ſequitur alteratorū ergo
non corruptorū,dic ergo ꝙ dictum Ariſt.intelligit̃
mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio .i. mixtio ē
vnio materie in vnā mām continuam preuia diſpoſi-
tione facta per alterationem in predictis materijs
qua alteratiōe acquirūtur cōplo ꝛ forma mixti.Ite
rū arguit Thomas de garbo ꝓbando de mēte Auer
ro.ꝙ elementa maneant formalr̃ in mixto remiſſa et
refracta quo ad formas ſubſtantiales et accidenta-
les.hoc modo mixtū reſoluitur ī elemēta:ergo cōpo
nitur ex elementis formalr̃:tenet ꝯn̄a per illā maxi-
mam phi prīo.phiſi,vnūquodqꝫ reſoluit̃ in ea ex qui
bus componitur ſed reſoluitur in elementa:ergo cō
ponitur ex elementis formaliter : tenet ꝯſeq̄ntia per
illam maximam phi prīo phiſi.vnunquodqꝫ reſoluit̃
in ea ex quibus componit̃:ſꝫ mixtū reſoluit̃ in.4.ele
menta vt videre ē in ligni cōbuſtione vbi exit flāma
loco ignis et fumꝰ loco aeris et aqua loco aque et ci
neres loco terre:g̊ manēt elemēta formalr̃ in mixto
dicendū ꝙ hoc argm̄ eſt fantaſticū.i.apparens ꝛ nō
exiſtens:q2 ſi tu bene intelligas q̄d ē reſoluere nihil
valet.Nā reſoluere eſt rē in ptes diſtribuere ſaluis
manentibus ptibꝰ et ꝙ hoc ita ſit ꝓbat̃:q2 aliō eſt di
cere cōuertit̃ hoc in hoc vel reſoluit̃ hoc in hoc:nāqꝫ
lignū cōuertitur in ignē:ſed non reſoluit̃ in ignē.do
mꝰ vero reſoluit̃ in lapides:ligna:tegulas:ſꝫ nō con
uertit̃ in illa ſic,dicas in ꝓpoſito ꝙ cū mixtū reſoluit̃
in eas ptes q̄s tu vocas elemēta, nō ſunt elemēta ille
ptes:ſꝫ ptes mixti ꝓportionabiles dictis elemētis.

¶ Jam vero Commentator inſtat
ꝯtra ſe:ſequeret̃ ꝙ forma mixti adueniret enti in ac
tu:et ita non differret a forma accidentali ꝯn̄s ē fal
ſum:et ſeq̄lla ꝓbat̃:q2 forma mixti aduenit materie
iā infōrmate formis ſubſtantialibus elementorū.Di
cendū ad hoc ꝙ non eſt inconueniens formā ſubſtan
tialē aduenire enti in actu non vltimato quales ſunt
forme elementorum inconuēiens tn̄ eēt aduenire en
ti in actu vltimato.

¶ Secundo cōtra ſe iſtant:ſequere-
tur ꝙ forā ſubſtantialis ſuſcipet magis et minꝰ.Ad
qḋ dr̃ concedendo ſeq̄llam de his formis elementari
bus que ſunt medie inter formas ſubſtantiales mix-
torū atqꝫ formas accidentales.

¶ Tertio inſtat recipiens dꝫ eē dnu
datū aña recepti,vt phs.ſcdo de aīa ſi g̊.mā recipe
debꝫ formā ſubalē:ergo illa carere dꝫ.Pro ſolutiōe
huius argumenti,noto aliquas ꝓpōnes.Pria ꝓpō
Paulꝰ venetus in libro de aīa pueril̃r gloſauit hanc
ꝓpōnem philoſophi alegatam dicens recipiens de-
bere carere ante acquiſitionē alicuiꝰ indiuidui ipſo
indiuiduo qḋ acquirit,ſed hoc nulli dubiū nec expo
nit difficultatem textꝰ.Secunda ꝓpō. nec eſt bona
expoſitio themiſtij ꝙ recipiens debet eſſe orbatū nā
recepti quo ad ſimilem gradum. quod exēplariter
declarat. Nam tactus calidus,vt.4. non ſentit ſi-
milem calorem vtq uattuor:ſꝫ hoc non eſt vniuerſali
ter verum.nā oculus ſentit ſimilem oculum in eodē
gradu coloris exiſtentem ꝙ ſi diceres oculꝰ non ē co
loratus,q̄d ergo dicis.Rx. Cū Thoma de garbo tra
cta,4,ſue ſumme ꝙ imo eſt coloratus in organo ad

huc cum ſit mixtum habens. quattuor qualitates primas refractas equibus pullulat. Tertia propō in illa propoſitione voluit philoſophus dicere ꝙ quēadmodum in dex debet eſſe in munis ab omni paſſione vt recte valeat di iudicare partes ſic ſi poſſibile eſſet organum tactus eſſe orbatum oī qualitate tangibili optimum eſſet pro percipiendis omnibus qualitatibus tangibilibus, ſꝫ quia eſt animatum non pōt illis orbari: habꝫ igiť illas meliori mō de poſſibilibus .i. tam ad mediū deductas vt oēs exceſſus ad extremitates declinantes facile ꝑcipe valent ſine deceptiōe et ſic in oculo color eſt tā remiſſus vt non īpediat perceptionē colorū extremoꝝ valde intenſorū: ſi eñ tactus foret valde calidus oīa iudicaret eē frigida: ergo denudať aña recepti meliori modo ōpoſſibilib⁹ ne contingat deceptio .i. denudatur ab excellentijs qualitatum ſenſibilium, vt eas recte percipiat.

¶ Tho. de garbo recitat tres opiniones quib⁹ dať modus ōfendendi opinionē Auerrois: ſꝫ inter illos primus ē melior qui dicit ꝙ quemadmodum in quadrato ſunt duo triāguli virtualiter quamuis non ſint partiti per lineam dyagonalē: ſunt tñ ineſſe remiſſo et refracto ſic. 4. forme elementoꝝ ſunt remiſſe ⁊ refracte et illo ſic remiſſe et refracte vſqꝫ ad mediū ſunt fora mixti: ſꝫ hoc ē īpoſ'e: qꝛ īpoſ'e ē aliquid trāſire de ſpecie in ſpeciem eſſentialem re ſalua manente. 5. meta. ſꝫ hic faciunt formas elementares tranſiri in formam mixti perfectiorē eſſentialiter eiſdem formis ſaluis manētibus: ğ impoſ'is eſt hec imaginatio.

¶ Jam vero Thomas de garbo duplici demonſtratione putat ſe expugnare opiniōes Auicenne et Auerrois credentes ꝙ elementa maneant formaliter in mixto: ſecunda demonſtratio pauci eſt momenti prime vero ſuma conſiſtit ꝙ cū elemētorum forme inmixto debeant eſſe contigue et forma mixti in qualibet parte mixti reperiatur ex vno tm̄ elemento fieret mixtum cui rōni iam ego reſpondi ſupraſ: ſed nunc volo aliter ſatiſfacere notando cum hugone ſeneſi in doc. de elemētis fen. prima primi, ꝙ forme elementorum tantum ſunt iuxta poſite ⁊ forma mixti ſi ſit etherogenei eſt īdiuiſibilis quo ad molem tota in toto et in nulla parte et concedere debet hec opinio ꝙ quelibꝫ pars mixti eſt mixta ſi hēat 4. ꝑticulas, ſi vero accepis vnā ꝑticulam dūtaxat vnius elementi illa non eſt mixta, nec viuit ſi tamen loquaris de forma mixti homogenei illa quidem eſt cōpoſita ex pluribus indiuiſibilibus quo ad molem hoc modo imagineris quodam mixtum homogeneū pedale et in illo eſſe centum quaternarios particulorum elementorum quorum quilꝫ contineat. 4. elementa in quolibet quaternario eſt vna forma indiuiſibilis quo ad molem et in toto illo pedali eſt vna forma ex centum talibus indiuiſibilibus conflata ſic patet ꝙ nunquam forma mixti fit ex vno elemento.

¶ Nunc vero ego volo probare. ꝙ forme elementorum nullatenus maneāt formaliter in mixto ſi manerent formaliter ſeq̄retur ꝙ pars eēt toto maior conſequens eſt falſum: ſequella probatur ſupponendo cum Auer. tertio coliget ꝙ minimū rari eſt maior minimo. Tūc cōparo minimum lapidis ad minimum ignis ſit: ğ minimum lapidis ſemi digitale et minimū ignis digitale tūc: ſequitur ꝙ tale minimū lapidis eſt minus minimo ignis, et tamen minimum ignis eſt pars minimi lapidis: ergo minimum ignis eſt maius minimo lapidis et eſt pars eius ſi aliquis diceret ꝙ illud dictum Auer. tertio colliget. intelligatur quando minima ſunt ī naturali diſpoſitione. replico ſic: ſequitur formam ignis non determīare ſibi certam latitudinem extenſionis quo ad paruitatem quod eſt cōtra Ariſt primo phiſi. qui minimā preſuppoſuit carnem, et ſecūdo de anima omniū nā conſtantium ⁊c.

¶ Et confirmatur ſequitur elementum ignis eſſe incorruptibile ſm ſe: et quodlibet ſui ſequella ꝓbať: qꝛ non corrumpitur eo ꝙ denſetur ſicut terra: aut lapis per te, nec corrumpitur eo ꝙ acq̄rat latitudinem frigiditatis ſupra gradum mediū: vt pꝫ in lapide: ergo nulle ſunt qualitates diſconuenientes tali elemento. Item ſequitur ꝙ ignis eēt frigidus vt patet in lapide que oīa ſunt grādia incōuenientia. ⁊c. Sed quia elementa manent in mixto virtualiter per compoſitionem q̄ eſt due medie q̄litates hoc diſſerere non pigebit tenuit genti. magna in digreſſiōe. Doc. 3. de ꝯplexionib⁹ ca. pri. et Grego. arimini. iꝯ. d. primi ſen. et Albertus de ſaxonia primo de generatione. q. 9 ꝙ complexio eſt due qualitates medie vna inter actiuas et altera inter paſſiuas et ille due medialitates ſunt vna cōplexio vnde non valet iſta conſequentia iſta ſunt vna complexio: ğ ſunt vnū ens et ſi dicatur complexio eſt q̄litas: ğ ens et ſi ens ergo vnum ens tenet conſequentia per Ariſt. primo elenchoꝝ, idem eſt hō et vnus homo. dicendum ꝙ cōplexio vocatur vna qualitas: qꝛ eſt inſtrm̄ vni⁹ forme ideſt vocatur vna qualitas: quia in relatione ad operationes nō cōplet aliquam opationē vna medialitas qui ad eandē quo agat altera. hinc pōt ſumi ꝙ nō datur diſtemperantia ſimplex ꝙ tu non intelligas ō diſtemperantia graduali. Nā non oportet ꝙ ſi diſtēpetur: ī actiuis diſtemperetur, in paſſiuis ſed intellige de diſtemperantia: in ordine ad operationes: qꝛ nulla operatio leſa completur ab vna medialitate quim eadem compleatur ab alia et iſte due medialitates vnam complexionem conficiunt: ſicut actus et potentia vnum conficiunt ens: qꝛ ille due medialitates habent ſe ſicut perficiens et perfectibile, eſt eñ perficiēs illa que eſt inter actiuas et perfectibile ea que inter paſſiuas.

¶ Nota tamen tu ꝙ ſi hec medialitas declinauerit magis ad latus caliditatis eſt caliditas et ſi ad latus frigiditatis eſt frigiditas et idē concedas de illa que eſt inter paſſiuas tales autē duas medialitates dabiles eſſe pꝫ ex auctoritate phi. 5. meta. dicētis diuerſarum cōtrarietatum diuerſa ſunt media. et ſi aliquis dubitet vtrū hec cōplexio ſit qualitas. prima dicendū ꝙ ſi dicatur prima que non fit ex comixtione aliarum ſic complexio eſt qualitas ſecunda ſi vero dicatur prima. que in ſui immutatiōe īmutat vt prima qualitas ſic complexio eſt: qualitas prima: ⁊ ſi dicatur pria qualitas que habet producere ſibi ſimile complexio eſt qualitas prima.

¶ Notabis preterea ꝙ cum mediū in ordine ad extrema ſit tanquam ambo extrema vt 5. meta. phs hec medialitas cū forma ab intrinſeco refrangit omnes frigiditatis et caliditatis: nec op⁹ eſt fingere duas qualitates virtuales contrarias in eodem vt fingit Paulus venetus. primo de generatione deuino qō vt ſe infrigidet ſi ſit nimis calidum:

et ſe calefaciat vt ſit nimis frigidum vñ hec duo con
traria facere duobus diuerſis inſtrumentis: ſed tu
pſiderãs hãc medialitatẽ per illã ſaluabis hec oĩa.

¶ Notãdum eſt vlterius tenuiſſe do
minum gẽti.ꝙ he due medialitates in omnib⁹ mix
tis declinare ad calidum et humidum cuius motiuũ
eſt omne mixtum fit per digeſtionem: et digeſtio eſt
paſſio cauſata a calido ex contraiacẽtibus paſſiuis:
ergo omne mixtum fit per calidum: ergo eſt calidũ:
dicas ad hoc negando pſequentiam. Nam ſi fiat vnũ
emplaſtrum vel ſirupus vel pharmacum ex reb⁹ pu
re frigidis certum eſt ꝙ vt veniat ad fermentationẽ
eſt opus ebulitione per calidum et fieri calido et ta
men eſt frigidum et ratio eſt: qꝛ ſola caliditas ẽ mix
tiua humidi aquei cum ſicco terreo. Habes bonum
exemplum Ugonis.q. de equali ad pondus, ꝙ apis
ẽ frigida cum ſit exanguis et tamen complet omnes
operationes per calidum: ex quo ſequitur gẽti.ſuſti
neri poſſe omne mixtum eſt calidum de complexiõe
antecedenti ſecus autem ſubſequenti. Uoco autem
antecedentem que precedit rem quo ad fieri. Uoco
autem ſubſequentem que eſt in re in facto eſſe et de
nominat rem talem: aut talem.

Rõ prĩa. ¶ Thomas de garbo tenet ꝙ quem
admodum forma mixti eſt vna ſic complexio eſt vna
qualitas ſimplex corruptis qualitatibus elementari
bus contra quam opinionem inſto triplici intantia.
Prima eſt ſenſus tactus eſt plures qð non intelligit
centraliter: ſed diſpoſitiue per duas illas qualitates
medias vnam inter actiuas: et aliam inter paſſiuas,
quod eſt pro percipiendis diuerſis contrarietatib⁹
non reducibilibus in vnam cõtrarietatem.

Rõ.2. ¶ Secunda ratio ſequeretur ꝙ non
poſſet fieri diſtemperantia gradualis inter actiuas:
quin fieret in paſſiuis quod eſt falſum ſequella pbaẽ
qꝛ cum ſit vnamet qualitas quod ẽ medium inter ac
tiuas et paſſiuas diſtẽpato vno medio qð ẽ inter acti
uas diſtemperabitur inter paſſiuas cũ ſit idem ⁊c.

Rõ.3. ¶ Tertia ratio. ſequeretur ꝙ calidi
tas non põt agere in humiditatem radicalẽ: ſequel
la probatur quia cum illamet qualitas ſit caliditas,
et humiditas et nihil agat in ſeipſum ſequitur inten
tum fuit opinio cõmunis antiqua ꝙ cõplexio erat.4.
qualitates remiſſe ⁊ refracte quam opiniõem tenet
Marſilius primo de generatione: qꝛ ex illa ſequen
tur duo magna inconuenientia. primũ ꝙ eadẽ nume
ro qualitas pendet incõſeruari modo a ſiccitate mõ
a ſuo contrario: ſ. humiditate: ſequella patet de calo
re elementari qui dũ eſt in igne dependet a ſiccitate
et dum manet in homine eſt calor naturalis dpẽdẽs
ab humiditate. ¶ Secundo arguo: ſequeretur ꝙ li
gnum eẽt hõ: ſequella probatur ſi põt habere cõple
xionem hominis illa eſſet hõ: ſed lignũ poteſt habe
re qualitates primas ita refractas ſicut homo: ergo
poſſet eſſe homo.

Opinio 3 ¶ Tertia eſt opinio Ugonis ſenen
ſis.ꝙ complexio eſt due qualitates ſecunde quas vo
cat virtuales et truſianus. primo thegni cõ.9. ſanati
uitates que dependent in eſſe et inconſeruari a qua
litatibus elementorum ibidem remanentibus remiſ
ſis et refractis et hec qualitas ſecũda dicitur virtua
lis non, qꝛ ſit in ſenſibilis ſenſu tact⁹. qꝛ oppoſitũ eſt
verũ qꝛ ſentiẽ i reb⁹ aĩatis caliditas ſuauiſq̃ nõ ẽ ele
mentaris: ſed dicitur virtualis: quia habꝫ virtutem
reducendi rem ab intriſeco ad priſtinam diſpoſitio
nem naturalem et dicitur ſanatiuitas quia ẽ apta na
ta ſanare: ſed tu nota egregie ꝙ eſt alia qualitas vir
tualis vel ſanatiuitas in melancolico ⁊ alia in flegma
tico et ſic de reliquis et ſicut perfectior eſt cõplexio:
ita perfectior ẽ ſanatiuitas et q̃libet ſanatiuitas de
pendet a certa graduali menſura qualitatum prima
rum cum latitudine: ita vt ſi graduale tẽperamẽtum
ſit ab vno vſq ad duo ibidẽ ſit iſta ſanatiuitas melã
colica et ſi duob⁹ vſq ad tria ſit ſanatiuitas flegma.
et ſic de reliquis.

¶ Quod autem iſta qualitas virtua ꝙ ſit dabi
lis ſit dabilis optime deducitur per tres rões. Pri lis vna q̃li
ma eſt: quia toleretur actus reductiuus: quia ſicut tas vtua
aqua calida reducit ſe ad frigiditatem priſtinã: ita lis in quo
flegmaticus reductus ad ſanguineum, rediret ad lꝫ mixto.
priſtinam flegmaticitatem niſi conſtaret illi ꝙ intro
ducta eſt ſanatiuitas ſanguinea figens illum in ſan
guineitatẽ deperdita ſanatiuitate flegmatica. Se
cũda ratio demus duo cerebra quorũ vnum ſit perſ
picacis ingenii reliquũ vero hebetis et ambo: egro
tent equali egritudine vt freneſi ſanentur aũt intrin
ſeco: tunc peto cur redit vnus ad perſpicacitatem
reliqu⁹ vero ad ſuum hebetudinẽ et certe non ẽ alia
cauſa niſi: quia vnus habet meliorem ſanatiuitatem,
quam alius. Tertia ratio niſi daretur iſta q̃litas vir
tualis: ſequeretur ꝙ aĩa rationalis educeretur de po
tẽtia materie quod eſt falſum: ſequella probatur: qꝛ
ſi homo egrotauerit nunc per ſuper abundantem ca
lorem: poſt vero per frigiditatem ſtat ꝙ ab intrin
ſeco ſanetur refractis illis extremis trahẽdo ad me
dium ꝙ tanquam complexionem anima rõnalis de
terminaret et ſic educeretur de potentia materie ni
ſi ꝙ tale mediũ ſola iſta q̃litas virtual' ſibi dterminat.

¶ Et nota egregie ꝙ iſta q̃litas vir
tualis amititur in tribus caſibus corruptione rei et
in actu reductiuo et in ethica tertie ſpeciei propter
cuius defectum non poteſt curari: iõ dixit Aui.pri.
quarti qui dederit ingenium ethice dabit ingeniũ
morti.

¶ Thomas de garbo probat ꝙ mix
tum non fiat ex elementis ſed ex aliis mixtis quattu
or demonſtrationibus. prima quarum eſt ſupponen
do.ꝙ in qualitatibus contrariis primis cum corrũ
pitur vnus gradus caliditatis generatur tant⁹ gra
dus frigiditatis quo habito ſic arguit.

¶ Primo cum ignis agit in aquam Prima dẽ
non intendit niſi aſſimilare ſibi paſſum ergo genera mõſtratio
bitur in materia aque tanta latitudo caliditatis vt
in materia aque producatur forma ignis: ergo non
generabitur mixtum. Dicendum ad hoc ꝙ celum di
uidendo elementa vſq ad minima permitit illorum
pugnam quouſq ſe temperent et temperamento ac
quiſito celum quaſi inuenta ocaſione faciendi mixtũ
mediantibus qualitatibus elementaribus veluti inſ
trumento producit complexionem et mediante com
plexione formam mixti.

¶ Secunda eius demõſtratio eſt ſi Scðã de
mixtum fieret ex elementis: ſequeretur ꝙ aliqua la mõſtratio
titudo qualitatis habentis contrarium corrum peẽ
in inſtanti quod eſt falſum: ſequella probatur: qꝛ q̃m
admodũ intraducta forma ſubſtantiali mixti forme

elementorum corrũpuntur ita introducta cõplexio
ne corrumpuntur qualitates elemẽtares ſubitanee
Dicendum ad hoc ꝙ quemadmodũ dũ cordat ſpiri
tui vitali minimam diſpoſitionem caloris cum qua
forma ſpiritus vitalis poteſt introduci: poſtea vero
forma ſpiritus vitalis ſe reducit ad meliorem ſtatũ
ſibi poſſibilem: ita vt calor ſpiritus vitalis ſit maior
quam calor cordis pari modo forma mixti et com-
plexione introductis ab eiſdem qualitates ille ele-
mentares reducuntur ad non gradum: quia mixtũ
appetit ſe reducere ad optimũ ſtatũ ſibi poſſibilem.

¶ Tertia demonſtratio petit dum
miſcibilia veniunt ad mixtionem vtrum veniãt ade
quata in potentijs vel in adequata. Si primum ſeq
tur non fieri aliud quam tranſmutatio locorum vel
in materia ignis fiat forma aque et vice verſa: quia
ſi quanta proportione ignis agit in aquam a tãta re
patitur: ſequitur ꝙ quam cito in materia ignis fiat
forma aque tam cito fiet econuerſo: ſi vero dicas ꝙ
miſcibilia veniunt in adequate in potentijs .ſ. aliqõ
illorum eſſet potentius quam reliqua ⁊ conuerteret
reliqua in ſuam naturam: nec valet dicere, ꝙ celum
in vento temperamento produceret formam mixti:
quia ſequeretur celum agere aliquid ſine concurſu
cauſe ſecunde. Ad hanc rationem, dicendum eſt. ꝙ
miſcibilia veniunt ad mixtionem cum quibuſdã con
ditionibus. prima, ꝙ ſunt contraria. ſecunda diuidã
tur vſqꝫ ad minima: tertia ꝙ ſint vincentia et victa.
quarta ꝙ in eodem inſtanti. dico ergo ꝙ debent eſſe
miſcibilia ferme adequata in potentijs vnũ tamẽ de
bet predominari ſed parum ita vt propter p̄domi-
nium mixtum non fiat equale ad pondus et prop-
ter paruum exceſſum repatiatur vt veniat ad tẽpe-
ramentum: nec ſequitur ꝙ calor celi operetur ſine
cauſa ſecunda. Nam qualitates elementares adiu-
uãt tanꝙ inſtrumentum ipſum celum in ꝓductione
complexionis et forme mixti et per hoc patꝫ. ¶ Quar
ta demonſtratio in qua concedimus ꝙ ex duobꝰ ele-
mentis diſymbolizantibꝰ poteſt fieri mixtum iuuami
ne celorum. Dicit tamen Thomas de garbo ꝙ valet
mixtum ipſum elementum vertere in ſui naturã qõ
nõ eſt verum q2 mixtum habet proportionem mino
ris in equalitatis aduerſus excellentias qualitatũ
tangibiliũ elementoꝝ: q2 elemẽta ſunt voraciſſima.

Dubitatur an poſſit aliquod mix-
tum eſſe homogeneũ qualitatiue. ¶ Ad qõ
reſpondeo per hanc concluſionem omne mix
tum quantumuis hõgeneum ſubſtantialiter eſt ethe
rogeneum qualitatiue et corruptibile abintrinſe-
co per ſe non primo ideſt ratiõe alterius puta ratio-
ne diuerſitatis partium et experientia poteſt hoc ꝓ
bari de vino quod per exterius deſiccat et per inte-
riꝰ humectat: et õ aceto quod penetrat rõe partiũ
calidarum et magis penetrat ratiõe partis ſtiptice
et de opio quod cum ſit frigidum eſt amarum: quia
partes habet calidas ſimiliter de aloe quod per ex-
terius conſolidat et per interius aperit orificia ve-
narum. ſimiliter cepe per exterius vlcerat et per in
terius nutrit ſiſr coriandrum per exterius reſoluit
ſcrofulas ⁊ per interius infrigidat ſimiliter plum-
bum per exterius reſoluit nodos et per interius ſuf
focat que omnia monſtrant in mixtio eſſe diuerſas
partes diuerſo modo complexionatas.

¶ Sed preter rationes Thome de
garbo. facimus duas rationes, quarum prima eſt ad
probandum ꝙ ex elementis no fit mixtum ad quod
ſuppono ꝙ agens naturale non agit propter habere
proportiõem maioris in equalitatis ſed propter ha
bere paſſum aſſimilatum quam propoſitionẽ ſuadeo
argumẽto gentilis. q. de doſi ad calcẽ. ſupponamus
ꝙ miſceant ſacharũ et gariofilꝰ: ſacharũ tpatũ e hñs
eq̃liter de caliditate ſicuti, de frigiditate gariofilꝰ
vero habet tres gradus caliditatis et vnum frigidi
tatis et duorũ graduum caliditatis ſachari ad vnũ
frigiditatis gariofilorum eſt proportio dupla: et tri
um graduũ caliditatis gariofiloꝝ ad duos gradus
frigiditatis ſachari eſt ꝓportio ſequialtera: ergo ſi
gariofili calefaciunt ſachaꝝ a proportione ſequial-
tera a fortiori ſacharus deberet calefacere gariofi-
lum a proportione dupla cum dupla ſit maior quam
ſequialtera quod ſi concedas: ſequitur remiſſius in-
tendere intenſus ſe quod eſt falſum: quia remiſſum
remittit intenſum ne igitur hoc. Concedatur, dicen
dum ſacharum non agere in gariofilos et ſi habeat
proportionem maioris in equalitatis: quia inuenit
paſſum aſſimilatum: quia cum habeat duos gradus
inuenit tres in gariofilis hac ſuppoſitione habita:
ſic arguitur. natura ſemper facit opera ſua faciliori
modo de poſſibilibus, vt eſt videre in aſcenſu aque
ad euitandum vacuum quod poſſet euitari per frac
tionem fiſtule: ſed quia facilior eſt aſcenſus aque. nã
non facit fractionem fiſtule cum ergo quattuor ele-
menta applicantur ad mixtionem conflandam faci-
lius eſt igni calorem aeris ad ſummum intendere
quam aque calorem trahere eiꝰ ad nõ gradũ: ergo
calor aeris intenditur: ergo non remittitur et ita:
aut ille calor aeris maneret in ſummo in mixto: aut
aer incorruptus.

¶ Secunda ratio eſt probans illud-
met ſuppoſitis duobus. Primum ꝙ actiuitas atten-
ditur penes multitudinem forme. Secundum ꝙ ca
liditas ignis et caliditas aeris ſunt eiuſdem ſpeciei
his ſuppoſitis: ſic arguo impoſſibile eſt ꝙ ignis inten
dat calorem aeris: ergo impoſſibile eſt ꝙ aer cõuer
tatur in ignem: tenet conſequentia ex Ariſtote. pri
mo de generatione. dicenti ſi generatio eſt impoſſi-
bilis alteratio eſt impoſſibilis: antecedens probatur
caliditas aeris habet plꝰ de multitudine forme quã
caliditas ignis: ergo caliditas ignis non poteſt in-
tendere calorem aeris: conſequentia eſt nota: et pro
batur antecedens; quia caliditas ſubdupla in ſubie
cto in duplo denſiori tantũ habet de multitudine for
me ſicut caliditas dupla in ſubiecto in duplo rariori
ſed modo eſt caliditas aeris pluſquam ſubdupla in
ſubõ in decuplo denſiori: g̃ plꝰ hꝫ de multitudine foꝛe
ꝙ̃ caliditas ignis: igr̃ caliditas ignis nõ agit in calo
rẽ aeris. dicẽdum ad hoc ꝙ aer dum vertitur ĩ ignẽ
vertitur in ignem qui eſt minus calidus quam ig-
nis naturalis ſed poſtea a forma ignis cauſatur ſum
ma intenſio.

Dubitatur quomodo eſt ſimili
tudo ſimplicium ad tiriacam ſicut elemento
rum ad mixtum reſpondeo quod eſt ſimilitu
do quantum ad multa, Primo: quia quemadmoduꝫ
per actionem: et reactionem quattuor elementoꝝ
fit mixtum. Ita per actionem: et reactionem ſimpli
tium medicinarum fit medicina compoſita illic per
alterationem fit mixtio hic vero per fermentatiõeꝫ
que fermentatio quam ſimilliſma eſt fermẽto, quod

ſuo calore determinati modi ſimiliter ⁊ aeris totam maſſam panis digerit leuificat ſuo determinato modo. Nam cum ſit acetoſum non intenſione caloris ſed determinato modo hoc facit: ſic etiam fermentatur medicina compoſita per quandam virtutem informatiuam eleuatam ex parte ſubtiliori medicine actione celeſti per quaʒ fit forma compoſiti qua mediante medicina operatur ⁊ ſic intellexit auicē. ſecundo cano, capitulo de virib⁹ cordis mirabiles operationes tiriace fiunt mediante forma compoſitionis: et cognoſcitur medicinam eſſe fermentatam et acquiſiuiſſe formam compoſitionis quia operatur aliquas operationes nulli formarū ſimplicium accomodas: vt eſt in tiriaca confortare cor cum vero operatur ꝑ formas ſimplicium nondum fermentationem ſuſcepit vt eſt in tiriaca noua que ſimul ſtupefacit: et reſoluit et in priſana cum pipere que nondum eſt fermentata: et ſimul facit operationes contrarias.

¶ Similiter eſt alia ſimilitudo inter medicinas ſimplices et compoſitam ex vna: et inter elementa et mixtum ex alia, ꝙ quemadmodum in mixto ſemper eſt elementuʒ predominans ſic i qualʒ medicina compoſita eſt vna baſis: ſed notare opus eſt de mente genti quinto canone capitulo tertio ꝙ hec baſis non accipitur a maiori quantitate: nam ſic troiciſci deſquila cēnt baſis tiriace et mel et ſacharū eſſent baſis omnium electuariorū nec accipitur baſis a denominatione medicine. Nam ſic in diacurcuma baſis eē curcuma q̄ eſt rubea tintoꝝ ⁊ in metridato baſis eſſet imperator ille: ſed accipitur a virtute medicine qua mediante medicina cōpoſita magis, ſuum finem et operationem obtinet ſic eſt aloe in ihera: et in electuario ſuci roſarū ſcamonea et in geralo godiō baſis eſt eleborus: et ſi dicas equali quantitate ingreditur ſcamonea in iheralogodion ſicut helleborus: ergo nō magis eſt baſis helleborus quā ſcamonea: dicendum, ꝙ verum eſt hoc concludere niſi ellevoro iungerentur coloquintida et agaricus que ad iuuant ellebori operationeʒ pro purgandis humoribus groſſis.

¶ Super ſecunda dubitatione queritur ſi elementa ex toto corrumpuntur cum ſit mixtum quare pocius ſit mixtum quam vnum elementū in aliud conuertatur dicendum ad hoc quod cauſa, eſt: quia cum quattuor elementa venunt ad mixtionē pugnant pugna cadmica: et ſe temperant et celum, inuenta occaſione vtitur temperamento, tanquam inſtrumento ad producendam complexionem et poſtea vtitur complexione tanquam inſtrumento ad ꝓductioneʒ forme mixti: quare ſi quodlibet elementū de per ſe ageret mixtum potius faceret elementum ſed: quia de per accidens facit mixtum propter naturam vniuerſaleʒ intendere melius potius ſit mixtum quam ꝙ vnū elementum in aliud conuertatur.

¶ Super tertia dubitatione: quando queritur a quo fiat mixtum effectiue ad, quod a quibuſdam dicitur ſicuti a Burleo quod fit ab elementis et non habet pro inconuenienti ꝙ effectus in primo inſtanti ſui eſſe nō habeat cauſam actualiter exiſtentem: ſed ſatis eſt quod immediate ante illud inſtans habuerit ſue cauſe exiſtentiam: ſed certe apparet hoc falſum propter duo: primo: quia vnumquodqꝫ agens finitum in producendo effectum difficultatur et: vt vincat illam difficultatem opus eſt ſit certe actiuitatis: ſed elementa immediate ante hoc ad nō gradū ſue actiuitat⁊ deueniebant: ḡ non poterant vincere difficultatem que erat in producendo formam mixti: ſecunda ratio: quia imperfectius nō poteſt cauſare perfectius ſe ideo crediderim ꝙ cuʒ elementa deuenerunt ad temperamentum celuʒ vtitur illo temperamento ad producendaʒ complexionem et poſt vtitur complexione ad formam mixti: et tam complexio quam forma mixti remittunt qualitates elementares vſqꝫ ad non gradum: quia intendit mixtum ſe reducere ad optimum ſtatum ſibi poſſibilem et per hoc ſaluatur celum non agere ſe ſolo aliquem effectum particularem ſine conſurſu cauſe particularis cuius oppoſituʒ tenet Marſi. primo de generatione capitulo de mixtione verum ē tamen ꝙ in corruptione elementi predominantis cuʒ illud nō maneat ſolū debet concurrere celum cum qualitatibus aliorum ad deſtructionem illius elementi ꝑdominantis.

¶ Super quarta dubitatione: in qua dicitur an ex vno elemento poſſit fieri mixtuʒ dico: ꝙ ſupplente celo vicem aliorum poteſt: quidem ſin minus non pateſt vel dic: ſecundo, ꝙ actus actiuorum ſunt in patienti diſpoſito et: quia diſpoſitio mixti eſt etherogeneitas qualitatiua qualē non preſtat vnum elementum celum ex illo propter in diſpoſitionem non faciet mixtum, nec valet dicere quod celuʒ preſtabit illam etherogeneitatem: quia agens vniuerſale nunquam agit niſi ſꝫ concurſuʒ agentis particularis.

¶ Super quinta dubitatione videtur ꝙ elementa maneant formaliter in mixto, cum mixtio ſit miſcibilium alteratorum vnio: ſed dicendum ad hoc ꝙ intelligitur alteratorū et tandē corruptorum vnio quoad ſolas materias primas.

¶ Iterum dubitatur: quia videtur mixtum cōponi ex elementis cum in illa reſoluatur: vt patet de ligno quando cōburitur quod reſoluitur in quattuor elementa. ſ. cinerem loco terre flamam loco ignis fumum loco aeris: ſed dic ꝙ ſi in illa reſolueretur abſqꝫ noua generatione cōponeretur ex eis ſed: quia reſoluitur in illa per nouam generationeʒ non componitur ex eis.

¶ Ad maiorem declarationem iſti⁹ materie de mixtione. Primo quero vtrum ex elemētis fiat mixtum. Secundum vtruʒ elementa, ad hoc vt faciant mixtum requirāt aliquas condiciones. Tertium vtruʒ mixtio ſit, generatio. Quartum vtꝝ in mixtione detur elementum predominans.

¶ Ad primam dubitationem reſpōdeo ꝙ illa propoſitio ex elementis ſit mixtum poteſt habere multiplicem ſenſum. primus, ꝙ ly ex dicat circunſtantiam cauſe efficiēt⁊: et hoc dupliciter vno modo cauſe efficientis principalis: alio modo cauſe efficientis inſtrumentalis. Primo modo non eſt intelligendum ꝙ ab elementis fiat mixtum, alias, imperfectius cauſaret perfectius ſe. Secundo modo verum eſt ꝙ ab elementis ſit mixtum: ideſt mixtum ſit prius diſponentibus elementis. Cogitandum eſt enim quod elementa primo agebant et reagebant, ex quorum actione et reactione factum eſt tempera mentum: et, celum inuenta occaſione producit formā mixti ꝑꝑ qđ gñatio mixti ē ꝑter ītētionē elemētoꝝ

Huic difficultati addendum putamus quod ex elementis fit mixtum vt ly ex dicat circunſtantiam termini aquo vel cauſe efficientis inſtrumentalis. Non tamen quodlibet mixtum fit hoc modo: ſed ſolū mixtum orbatū vel imperfectum, qualia ſunt herbule q̄dam, vt ille que ſpontanee naſcuntur, mixta tamen imperfecta qualia ſunt mineralia et animalia non fiunt ex elementis: non tamen omnia mixta imperfecta fiunt ex quattuor elementis: immo aliqua fiunt ex ſolis duobꝰ preſertim illa que ſunt mixta metheorologica. vt patet de grandie et gelu, q̄ fiūt ab exhalatione tenenti locū terre ⁊ a vapore tenēti locuꝫ aq̄ et ſe dicas Ariſt. dicit. 2. de genera. ex vno elemen. non fit mixtum intellige hoc extra mixta in via. Uoco mixta in via iſta mixta metheorologica que facile variant et corrūpunt et alias formas ſuſcipiunt.

Ad ſcḋaꝫ difficulta. ¶ Ad ſecundam difficultatem reſpōdeo ꝙ ad mixtionem requiruntur quattuor cōditiones. Prima ꝙ miſcibilia ſint ꝯtreria. Quare ex ſymbolis non fit mixtum. Secunda ꝙ miſcibilia diuidātur vſqꝫ ad minima naturalia. Nam dicit phs. i. de generatione capitulo de mixtionie ꝙ parua paruis. melius miſcentur q̄ magna magnis. Tertia cōditio ꝙ nullum illorum tm̄ predominetur ꝙ omnia reliqua vertat i ſuā naturā. Quarta conditio ꝙ omnia miſcibilia debent eſſe vincentia et victa: q2 ſi non ita eēt aliquod illorum maneret formaliter in mixto quod eſt falſum: et debent eſſe vincentia et victa in codeꝫ inſtanti propter quod ſequitur illa elementa taliter ſe habere ꝙ nullum illorum poſſet vincere reliquum ſed quelꝫ. 3. vincant quodlibet. 4.

Ad tertiā difficulta ¶ Ad tertiam queſtionem. Dico: ꝙ mixtio capitur duobus modis: primo modo p iuxta poſitionem partium rerum diuerſe rationis. Quo modo iuxa poſitio frumenti: et ordei eſt mixtio: ſcḋo modo mixtio eſt productio vnius forme medie pluriū ſimpliciuꝫ per diſpoſitiones qualitatiuas illoꝝ ſimplicium, quam vocant medici fermentationem. Dico: ergo ꝙ ſi mixtio ſummaſ: primo modo non eſt generatio: ſed: ſecundo modo poteſt dici generatio: q̄uis Auer. illō neget. Ad cuiꝰ intellectū noto ꝙ iſte terminus generatio capitur duobus modis: primo modo vt eſt productio forme ſubſtantialis: quo mō mixtio eſt generatio: ſecundo modo vt eſt productio forme ſubſtantialis ab aliquo dominanti: quo mō mixtio non eſt generatio: q2 in miſcibilibus nullum illorum permanet in generatione vero principale: agens permanet ſaluum.

Ad q̈rtaꝫ difficulta. ¶ Ad Quartam dubitationem reſpondeo, ꝙ dare elementum predominans eſt dicere ꝙ detur aliquod aquo mixtum potius ſummet denominationem q̄ ab alio et ſic: quia denominationes poſſunt eſſe multiplicies poſſunt elementa multipliciter i mixto predominari. Primo modo quo ad molem et ſic dixit philoſophus in libro de ꝓprietatibꝰ, elementorum ꝙ in quolibet mixto dominatur terra quo ad molem: quod probatur: quia in ligno dum cōburitur plus remanet de cineribus q̄ de alĳs: ergo in quolibet mixto dominatur terra, quo ad molē. Secundo modo poteſt intelligi, ꝙ i mixto dominentur elementa, quo ad qualitates alteratiuas: et hoc modo triplex eſt opinio de domiuio elementi: prima eſt Anges in ſecundo de cauſis proprietate nona, q̇ dicit in quolibet mixto dominari terram quod qualitates alteratiuas omne nancꝫ mixtuꝫ dicit eſſe frigidum et, ſiccum: quod probat hac ratione. Nācꝫ ſi aliqued eſſet calidum maxime eſſet cor: ſed illud eſt frigidum, ꝙ mortuum eſt maxime denſum: et nutrimentum valde melancholicum: et valde frigiduꝫ ergo videtur a ſua natura eſſe frigidum. Idem probat de ſanguine, Nancꝫ ſanguis cum primum a corpore egreditur efficitur frigidius, et ſiccus, et eſt quaſi venenum ſi comedatur: ergo omne mixtum eſt frigidum: et ſiccum: ſed iſte rationes nō ſunt alicuiꝰ momēti quia ſtat multas res dum viuūt habere vnā complexionem, et econtrario quado moriuntur, vt patet de preaſſignatis: qō etiam moſtratur, ꝙ caro hominis eſt calida et humida: et tm̄ mortua p putredineꝫ efficitur peioris putredinis q̄ omnes alie carnes, Preterea dicit galenus. 2. de complexionibꝰ. c. ſecundo ꝙ in iudicando de qualitatibus tangibilibꝰ nullus eſt certior iudex q̄ ſenſus tactus: ſed ſenſus tactus iudicat ꝙ aliqua ſunt calida: ergo falſa ē opinio. Secunda opinio eſt gentilis: et burlei tenentiū ꝙ omne mixtum eſt calidum et humidum, et mouet author. phi. 4. metheor. dicentis ꝙ omne mixtuꝫ fit per digeſtionem: ſed digeſtio ē paſſio facta a calido ex oppoſitis paſſiuis: ergo digeſtio fit a calido: ergo omne mixtum fit a calido, igitur omne mixtum eſt calidum. Iſta ratio nuliꝰ momēnti eſt, Nam iſta conſequentia nihil valet hoc mixtum fit a calido: ergo ē calidum: nancꝫ licet in conſtitutione cuiuſlibꝫ mixti calidum concurrat, q2 caliditas ē mixtiua qualitas non tm̄ propterea ſequitur, ꝙ mixtum plus habet de caliditate: et ideo dicamus ꝙ omne mixtum de cōplexione antecedenti eſt calidum: ſed poteſt eſſe frigidum de ſubſequenti et ad hoc adducitur bonum exemplum galeni. 9. de complexio caplo. ſecundo vbi dicit: apem frigidam fore, ꝙ eſt exanguis: et tamen ad ipſius opera vitalia concurrit calor: licet hoc exemplum galleni ſcrupulum aliquem habere, poteſt. Nam apis facit mel quod eſt calidum: ergo ipſa eſt calida. Ad quod reſpondetur, ꝙ duplex eſt calidum quoddā eſt calidum anime quod eſt calidū ſpirituoſum: aliud eſt calidum elementare quod eſt calidum igneū: de primo calore dicimus hominē eſſe calidiſſimum omnium animalium: quia plus habet de ſpiritibus reſpectu quantitatis ſui corporis quaꝫ quodlꝫ animal aliud. De ſecundo calore dicimꝰ apē calidiorem homine ꝙ habet multum de calore elementari et ita apis eſt frigida: et frigiditas oppōit calori anime. Tertia opinio, verior eſt ꝙ i mixto aliquando dominantur elementa frigida et aliquando elementa calida: et ſic ambe ille opiniones precedētes ſunt extranee.

¶ Tertio modo poteſt intelligi, ꝙ elementa predominentur i mixto quo ad qualitates motiuas: et ſic attenditur dominium leuitatis propter mixtionem partium leui ficantium vel grauificantiū: et ſic ſtat in aliquo dominari elementa grauia quoad qualitates alteratiuas et quoad molem: et tamen non quo ad qualitates motiuas: vt eſt videre in niue et in gelu. Ex quo ſequitur, ꝙ ad hoc, ꝙ fiat res leuis non requiritur caliditas: vt patet in lapide pumice.

¶ Quarto modo poteſt intelligi: ꝙ elementa dominentur in mixto quo ad modū ſubſtātie, qui eſt denſitas vel raritas, opacitas vel diaphaneitas et quantum ad hec non eſt agens in mixta; q̄-

litas elementi: ſed virtus formatiua que denſat: vel rarefacit ſecundum quod expedit mixto: et ſic ſtat in aliquo mixto dominari terram quo ad moleꝫ et quo ad qualitates motiuas denſitatẽ: non tamen quo ad oppacitateꝫ quod eſt videre in chriſtalo. Ex quo infertur ꝙ niſi ſpecialiter celum concurriſſet ad corruptionem elementi predominantis illud manſiſſet formaliter in mixto: quod probatur quando manent ſufficientes diſpoſitiones qualitatiue ad conſeruandaꝫ aliquam formam, manet illa forma, ſed in lapide manent ſufficientes diſpoſitiones qualitatiue ad conſeruandum formam terre quia manent frigiditas ⁊ ſiccitas ſupra gradum medium in lapide: ergo manet forma terre celum: ergo concurrit ad corruptioneꝫ elementi predominantis, dicitur enim elementum predominari vt dicit. Auerro: primo d̃ gener. commẽ. 25. ꝙ elementum predominans maiorem habet proportionem contra reliqua ꝙ̃ reliqua contra ipſum: tamen ille exceſſus proportionis eſt paruꝰ ob idq̃ꝫ: propter illum exceſſum habet alia corrumpere: tñ propter exceſſum eẽ paruuꝫ repatitur ab aliis tanta repaſſione quouſq̃ꝫ temperetur ⁊ ex omnibꝰ illis elementis fiat mixtum.

¶ Explicit liber p̃mus d̃ gñatione.

¶ Incipit ſecũdꝰ liber de gñatiõe

¶ Caput primuꝫ.

Secundus liber: de generatione et corruptione continet vndecim capita. Primum continet tres concluſiones, de materiali principio nouem opiniões poſt primaꝫ, tres rationes ad tertiam: et Ariſtotelicam de materialibus principiis rerum naturaliũ ſententiam. ¶ Prima concluſio. Poſt ea q̃ de mixtione, facere, et pati, tactu, augmentatione: alteratione generatione et corruptione, quomodo fiant et quomodo differant dicta ſunt reliquũ eſt de vocatis elementis conſiderare. ¶ Nã generatio et corruptio omnibus natura cõſtantibꝰ non ſine illis conuenit ſenſibilibus corporibꝰ. ¶ Nouem de principio materiali opiniones. ¶ Prima eſt ponentium ignem omnium eſſe materiale principiũ ¶ Secunda eſt ponentium illud eſſe aerẽ. ¶ Tertia, aquam. ¶ Quarta ponentium id ignis aeriſq̃ꝫ, medium: ⁊ hi tantum vnum ponebant materiale principium. ¶ Quinta ponentium duo, vt ignem, et terram. ¶ Sexta, ponentium ignem, terram et aquam ¶ Septima ponentium itidem tria ignem, terram et tertium aerem. ¶ Octaua eſt Empedoclis, quattuor eſſe ponentis, ignem aerem, aquam, atq̃ꝫ terrã ex quibus adinuicem congregatis et ſegregatis fit generatio: et corruptio et vniuerſaliter ex primis principiis debere fieri generationem: et corruptionem. ¶ Nona eſt Platonis, dictis quattuor elementis ab Empedocle nominatis ponentis in Timœo, materiam priorem (quam dicunt Pandeches) omnibus receptaculum rebus. ¶ Secunda concluſio. Peccant corpus ſenſibile preter quattuor elemẽta, medium ponentes. ¶ Quia illud ponunt infinitum

let nullum ſenſibile corpus ſine contrarietate eſſe poteſt: erit igitur aut leue, aut graue, calidum, aut frigidum, aut aliquid taliuꝫ, quod impoſſibile eſt. Tertia. Platonis determinatio in. Timeo inſufficientiã habet. ¶ Primo Quia nõ determinauit an ſua ipſa materia differat ab elementis. ¶ Secundo. Quia dicit eam rebus ſubiectam: vt auruꝫ operibus auris et de ea vt ente actu, et alterationis ſubiecto loquitur: at generationis ſubiectum, hoc aliquid et actu eſſe, impoſibile eſt. ¶ Tertio Quia eam videbatur velle eſſe planitiem, ꝙ corpora in ſuperficies reſoluebat. At vero rerum matrẽ, primordialemq̃ꝫ maeriaꝫ planitiem eſſe impoſſibile eſt. ¶ Ariſtotelis ſententia d̃ materia et rerum principiis. Nos dicimus eſſe rerũ ſenſibiliũ aliam materiam, inſeparabilem, ſemperq̃ꝫ vni contrariorũ coniunctã, viciſſiꝫ contrariis ſubiicinatã, ⁊ ex q̃ gñantur vocata elemẽta: ⁊ neq̃ꝫ calidũ maꝫ eẽ frigido nec frigidũ calido ens potẽtia. Et hinc fieri: vt prĩo primũ reꝝ ſenſibiliũ principiũ ſit potẽtia. ſecundo contraria: vt caliditas et frigiditas et: tertio res ſenſibiles, ignis aer, aqua terra: que tranſmutantur adinuicẽ. Non quidẽ vt vult Empedocles et alii. nã ſemꝑ generatio eſſet alteratio: ſꝫ qꝛ ſubiicitur viciſſim eadẽ natura contrariis. Et hec alias diligentius ſumus executuri.

¶ Secundum caput.

Secundum caput continet tres concluſiões, et duas rationes ad tertiam. ¶ Prima concluſio. Qualitates tangibiles principia ſunt et differentia elementorum. ¶ Nam hic q̃rimus ipſorum vt ſenſibilia ſunt: principia et differentias. Senſibile autem: tangibile: et tangibile, cuius eſt ſenſus tactus. Eorum igitur differentie ſecundum qualitates contrarietateꝫ tactꝰ facientes, ſumende ſunt. Unde fit vt neq̃ꝫ albedo. et nigredo, neq̃ꝫ dulcedo et amaritudo, neq̃ꝫ vlla taliũ ſenſibilium qualitatum contrarietas ſit, penes quaꝫ ſumẽda ſunt elementa. Et quanuis viſus tactu prior et viſibiles qualitates tangibilibus priores: quia tñ ſenſibilibꝰ vt tãgibilia ſunt, ⁊ gñatiõi corruptioniq̃ꝫ obnoxia non conueniunt: neq̃ꝫ ſm eas elementa ſunt ¶ Secunda concluſio. Secundum grauitatem: et leuitatem hic non ſunt ſumenda elementa. ¶ Qualitates enim tangibiles ſunt he, caliditas, frigiditas humiditas, ſiccitas, graue, leue, viſcoꝝ, aridũ, duꝝ, mole, aſperum, leue, groſſum: ſubtile. Et ꝙ non ſumantur ſecundum grauitatem et leuitateꝫ hoc ideo eſt quia leuitas et grauitas non ſunt tangibiles qualitates adinuicem actiue et paſſiue ſcõm quaꝝ actionem et paſſionẽ elementa adinuicem tranſmutentur: Elementa aũt adinuicẽ agunt, et patiũtur et trãſmutantur et eas q̃litates ſcõm quas agant, et patiantur, et trãſmutentur querimꝰ, nõ igr̃ ſcõꝫ grauitatem et leuitatẽ ſumũtur. ¶ Tertia cõcluſio: ſcõꝫ calidũ frigidũ hũidũ, et ſiccũ ſumẽda ẽ cõtraria nũeruſq̃ꝫ elemẽtorum. ¶ Prĩo: qꝛ ſcõꝫ has q̃litates tãgibiles adĩuicẽ agũt ⁊ patiũtur: ſcõꝫ illas igr̃ coꝝ cõtraria ſumẽda ẽ, atq̃ꝫ nũerꝰ Eſt. n. callidũ, qd̃ cõgregat hõgenea ⁊, heterogenea ſeiũgit vt ignis q̃nadmodũ aiũt cõgregat ea q̃, ſunt eiuſdem tribus atq̃ꝫ cognationis: et que alienigene ſunt nature ſeparat. Frigidũ, qd̃ et ſyngenea et heterogenea counit et congregat. Humidum indeterminatum termino proprio, bene terminabile alieno Siccuꝫ, bñ terminatũ termino ꝓprio ⁊ male alieno.

¶ Secundo. Quia alie contrarietates: et tangibilium qualitatum differentie ad has quattuoꝛ reducuntur: vt he: ſubtile groſſum, viſcoſum, aridum: molle durum: ſubtile enim reducitur ad humidum, ꝙ ſit bene repletiuum, quemadmodum tangentia ſequens: et groſſum: ad ſiccum humidi oppoſitum. Et viſcoſum humidi eſt: dicitur enim viſcoſum, humidū aliquid paſſum, vt locum: et aridum quod eſt humidi paciens defectum: eſt ſicci. Et duoꝛum vt coagulatum eſt ſicci: et moie quod in ſeipſum cedit, eſt humidi. ¶ Multi farie tamen dicitur: et humidum: et ſiccum. Pꝛimo humidum, quod alienam humiditatez in ſuperficie tenet: et id vdum dicatur. Secundo qđ humiditatem alienam tenet in pꝛofundo: et id dicatur perfuſum: quod vero pꝛopꝛiam in pꝛofundo tenet: atq; occultam: dicatur coagulatum. Et hi modi ad humidum ſimpliciter reducuntur: quod pꝛopꝛiam: in ſuperficie et pꝛofundo retinet humiditatem. Et tot modis oppoſitis dicitur ſiccum, qui modi ad pꝛopꝛie ſiccum habent reductionem. Sunt igitur calidum, frigidum, humidum, et ſiccum, pꝛime contrarietates, et tangibilium differentie: quare: ꝛ pꝛimis coꝛpoꝛibus rationabiliter accommodande:

## ¶ Caput tertium.

Tertium caput continet. vnam concluſionez: duas rationes ad eam et ſex elementoꝛuz pꝛopꝛietates ¶ Concluſio. Numerus elementoꝛuz quaternarius eſt. ¶ Pꝛimo. Quia q̄tuoꝛ qualitates, calidum, frigidum, humidum, et ſiccum (ſeundum quas diximus ſumi debere elementoꝛum numerum) ſolum quattuoꝛ cōiugationes ſuſtinent poſſibiles que ſunt calidum: et ſiccum, calidum et humidum, frigidum et humiduz et frigidum et ſiccum, Nam calidum et frigidum, humidum et ſiccum, ſimul contingi combinariq; nō poſſunt in aliquo elementoꝛum, ſunt enim contraria, et experientia cognitum eſt quodlibet aptare, ſibi duas: vt ignis apparet calidus et ſiccus aer calid⁹: et humidus, aqua frigida et humida terra frigida: et ſicca. Eſt igitur numerus elementoꝛum quaternarius. Secundo. Quia nullus antiquoꝛum exceſſit q̄ternarium elementoꝛum: et ſi aliqui tantum vnum, alij duo, alij tria poſuerint et inſufficienter quidez. nam par eſt quattuoꝛ ſimplicium coniugationuz differentias, quattuoꝛ ſimplicibus accōmodare coꝛpoꝛibus. Eſt igitur numerus elementoꝛū quaternarius. Et qui vnum ponebāt, denſitate: raritate: et caliditate et frigiditate vt foꝛmis omnia gigni volebāt quibus id vnum quod ponebant vt ſubiectum et materiam ſubſtituebant: qui duo, vt ignem et terram, duo dicebant ex vtriuſq; ſimul cōtemperamento naſci, aerem et aquam, et qui tria poſuerunt: tantum, vnum medium ex eoꝛum contemperamēto naſci voluerunt. Empedocles autez poſuit quattuoꝛ. ¶ Sex elementoꝛuz pꝛopꝛietates. ¶ Pꝛima. Unumquodq; elementoꝛum inuenitur non puruz ꝛ non ſimplex et ſi ſimplicia talia ſint: non tamen eadem ſunt: vt quod ſimile igni, non ſit ignis: ſed igenum et quod ſimile aeri, aereū quod aque aqueum et terre terreū. ¶ Secunda. Ignis eſt in excellentia calidus, vt glacies ī excellentia frigida: et vt glacies dici poteſt frigidi et hūidi coagulatio, ita et feruoꝛis excellētia ignis dici pōt arſio: ideoq; pꝛopꝛium eſt ex ipſis in ſuis excellentijs manentibus nihil poteſt gigni. ¶ Tertia. Ignis et aeris loca ſunt ſurſum, et ſemper ſurſuz tolluntur: et aque et terre loca deoꝛſum et ſemper deoꝛſum feruntur. ¶ Qurta. Media magis extremis: mixta et impura inueniuntur: vt aer, et aqua. Ignis vero in ſummo, et terra in centro, ſynceriოꝛ atq; puriꝛ. ¶ Quita. Secunduz vtramq; qualitatē ignis aqua, et aer terre abit comperiturq; contrarius. Et hec ex contrarijs colliguntur qualitatum coniugationibus. ¶ Sexta. Unumquodq; elementoꝛū vnaz quattuoꝛ qualitatum ſibi pꝛimo et magis determinat: vt ignis eſt magis calidus quam ſiccus, aer magis humidus ꝙ̄ calidus, aqua magis frigida quam humida, et terra magis ſicca quam frigida.

## ¶ Caput quartum.

Quartū caput cōtinet quinq; concluſiones: duas rationes ad pꝛimam. et vnum coꝛolarium poſt quintam. ¶ Pꝛima concluſio. Coꝛpoꝛum ſimpliciū alterna ē generatio. ¶ Pꝛimo. Quia id ſenſu compertum habemus, vt elementum ex elemento gigni cognoſcam⁹. ¶ Secundo. Quia eoꝛum eſt mutua alteratio: vt q̄ adinuicem agant patiāturq; igitur generatio. Sz queres, an quodlibet gigni queat ex quolibet. Secunda. Elementoꝛum quodlibet gigni poteſt ex altero quolibet. ¶ Nam omnia adinuicē contraria ſunt innata adinuicē agere et pati: differentias enim habent contrarias: igitur omnia adinuicem ſunt tranſmutabilia, tranſmutatio enim vt generatio in cōtraria eſt et ex contrarijs. Et quamuis quodlibet alteri cuilibet contrarietatem habeat, hoc tamen interſt, ꝙ vnum vni ſecundum duas ſue coniugationis qualitates contrarium eſt, alijs vero ſecundum alteram: tantum vt ignis aque (eſt enim calidus et: ſiccus aq̄ vero frigida et humida) et aer terre. Nam aer calidus et humidus. terra frigida et ſicca: ſed ignis aeri altera vt ſiccitate, et terre altera vt caliditate diſcrepat: et aqua acri altera: vt frigiditate et terre humiditate: que cum altera qualitate diſcrepent et altera conueniāt, vocamus ſymbola. ¶ Tertia. Elementoꝛum adinuicem ſymbolum habentium cita tranſmutatio eſt: non habentium autem ſymbolū, difficilis atq; tarda. ¶ Nam facilius eſt vnum quaz multa tranſmutare. In habentibus autem ſymboluz vnuis eſt tranſmutatio vt ex igne calido tranſmutante vincēteq; hūida erit aer ꝛ ex aere aq̄ dominā te ſuperanteq; frigido: et ex aqua ſolo humido ſuperato fiet terra ꝛ extra ignis, frigidū ſuperante calido: erant. n. hec altera ſemper q̄litate confoꝛmia. Eſt igr̄ elementoꝛum ſymbolum habentium velox citaq; adinuicez tranſmutatio. At ſi ex igne debeat gigni aq̄ quia ſymbola non ſunt, hoc non fiet altero tantum vt calido tranſmutato: aut ſicco, ſed vtrūq; ſuperari vinciq; neceſſe eſt: eſt enim aqua et frigida et humida: itidem et ſi ex aere fieri debeat terra. Eſt igr̄ in non habentibus ſymboluz generatio tardioꝛ atq; difficilioꝛ. ¶ Quarta conluſio. Ex duobus elemētis adinuicem non ſymbolis poſſunt reliqua generari. vt ex igne et aqua poſſunt generari aer et terra: et ex aere et terra ignis et aqua. ¶ Nam ignis coꝛrupta caliditate, et aque humiditate generabitur terra: remanebunt enim ſiccum et frigidum, terre qualitates Et ignis cōſumpta ſiccitate, ꝛ aq̄ frigiditate generabitur aer: nam ſuperant calidum et humidū, aeris qualitates. Et ſimiliter ex aere et terra gene

ꝓpria bene põt fieri ẜm ꝑtes materiales ſꝫ non neceſſario fit ẜm partes materiales.

¶ Dubitať circa hanc mām vtrū in etate conſiſtentie poſſit fieri verū augmētū. Ad quaꝫ queſtionē communiter reſpondetur ꝙ non: ſuppoſito ꝙ augmētatio eſt conuerſio alimēti ẜm ꝙ eſt potētia animatum in corpꝰ actu animatum in maiores partes quam ſunt deperdite ſecundum trinam diametrum et qꝛ licet in etate conſiſtentie poſſet fieri augmentatio per vnam diametrum non tamen per tres: cōis reſponſio eſt ad queſtionem negatiua: ſꝫ fortiſſima quedam argumenta fieri ſolent ad probandū ꝙ in etate conſiſtentie poſſit fieri verum augmentum.

¶ Prima ratio eſt. niſi hoc eſſet verum, ſequeretur ꝙ colericus in etate conſiſtētie eēt ſenex: falſitas conſequentis nota eſt: et ſequella probatur: bene ſequitur reſtaurat minus quā deperdit ergo eſt ſenex conſequentia eſt nota, et añs ꝓbatur ſit ita ꝙ colericus reſoluat vnam vnciam de humido radicali in dimidia die temperatus bene diſpoſitus non reſoluit tantum in eadem die reſoluat dimidiaꝫ vnciam: et hoc verum eſt ꝙ reſolutio humidi radicalis magis fit a calore intemperato ꝙ̄ a temperato: tunc vltra arguitur ſic reſtauratiua temperati ē maior quam reſtauratiua colerici: patet quia eſt maioris virtutis temperatus quam colericus: igiť temperatus reſtaurat plus quam colericus: ſed colericꝰ cum ſit in etate conſiſtentie reſtaurat tanta ſicut deperdit ſcilicet vnam vnciam. Nam ſi minus reſtaurat: ergo eſt ſenex, ſicut intulimus: ergo temperatꝰ qui habet maiorem reſtauratiuam reſtaurat magis quam vnciam, et ſolum reſoluebat dimidiam vnciaꝫ ergo reſtaurat magis quam deperdit: Igitur augmentatur in etate conſiſtentie: ergo in etate conſiſtētie poteſt fieri verum augmentum: vel ſaltim colericus probatus eſt eſſe ſenex in etate cōſiſtētie ad hoc reſpondeo argumentum ſupponendo vnam diſtinctionem. ꝙ duplex eſt reſtauratiua queddam eſt eſſentialis: alia vero actualis. Reſtauratiua eſſentialis ē reſtauratiua que valet ẜm indigentiam neceſſitatis magis vel minꝰ reſtaurare reſtauratiua vero actualis eſt que actu reſtaurat. de reſtauratiua eſſentiali magis reſtaurat temperatus: quia ſi ſe offerat neceſſitas plus reſtaurabit temperatus ꝙ̄ quodlꝫ aliō de reſtauratiua vero actuali plus reſtaurat actualiter colericus quā tꝑatus: quia plus reſſoluit tunc ad argumentum reſpondeo cum dicit plus reſoluit colericus fateor et minus reſtaurat quam temperatus nego de reſtauratiua actuali. Nam de reſtauratiua eſſentiali fateor ꝙ plus poſſet reſtaurare temperatꝰ ſi ſe offert neceſſitas qualis ſe offert in colerico videmus enim colericos non poſſe abſtinere a cibo eo ꝙ magis reſoluuntur: ideoqꝫ maxime reſtaurantur.

¶ Secundo arguitur in etate conſiſtentie temperatus non poteſt tm̄ reſtaurare quantū deperdit ergo erit ſenex. Item probatur ꝙ tꝑatus in etate conſiſtentie habet humidū terreſtrius ꝙ̄ omnes alij in eadem etate ex quo habebiť corpus temperatū ante deſiuiſſe augeri quolibet alio corpore alteriꝰ cōplexiōis vtrūqꝫ ꝓbať vna rōne ſupponēdo ꝙ caliditatꝭ naturalis extēdētis ad hūidū radicale extēſiſe ẜm trinā dyametrū ē ꝓportio eq̄litatꝭ i etate cōſiſtentie qd̄ patet: quia ꝓportio equalitatis eſt non gradꝰ ꝓportionis maioris inequalitatis: ſed ſemper ante primum inſtans etatis conſiſtētie poterat caliditas extendere humidum radicale ſecundum trinam diametrum: et in primo inſtanti etatis conſiſtentie tunc primo non poteſt extendere ſecundū trinam diametrum: ergo caliditatis naturalis extendentis ad humidum radicale extenſibile ſecundū trinā diametrū eſt proportio equalitatis, quo ꝓbato arguitur ſic. illud quod equatur minori eſt minus, et quod equať maiori eſt maius, ſed humidum radicale temperati debet equari in temperato actiuitati ipſius caloris in etate conſiſtentie ſꝫ tunc actiuitas eſt maior et reſiſtentia hūidi dꝫ illi eq̄ri in illa etate: ergo cum actiuitas tꝑati ſit maior oībꝰ alijs actiuitatibꝰ: ſequiť ꝙ reſiſtentia tꝑati in humido eſt maior ꝙ̄ i oībꝰ alijs cōplexiōibꝰ: ergo hūidū radicale tꝑati in etate cōſiſtentie eſt terreſtriꝰ qd̄ erat neceſſariū: ex quo facile habetur ſecunda pars illati. ¶ Ad hoc rn̄d ⁊ Iaco. de for. in ſua celebri. q. de etate ꝯſiſtentie. dicēs ꝙ cōcedēdū eſt illatū qd̄ certe abſurdiſſimū eſt in viro tā ꝓbo. Cōcedit. n. i q̄lꝫ ꝯplexiōe meliori i eadē etate cōparatione habita hūidū eſſe terreſtriꝰ quo nihil eſt falſiꝰ q̄nto. n. hō ē melioris cōplexionis tanto ꝑfectiꝰ illi eſt hūidū id alr̄, rn̄deo cū vgone ſenēſi in ſuis q̄ſtionibꝰ extrauagantibꝰ. q. de etate conſiſtentie qd̄ aliq̄d reſiſtere ſtat duplr̄, vno mō ꝑꝑ hēre multā terreſtreitatem. Alio mō ꝑꝑ eſſe in magna ꝑfectione et reſiſtit cuicūqꝫ qd̄ extrahit ipꝫ ab illa. rn̄det ergo ad argm̄ ꝙ tꝑatꝰ magis reſiſtit in etate cōſiſtētie vt extendat hūidū ẜm trinam diametrum nō ꝑꝑ terreſtritatē ⁊ duritiē: ſꝫ ꝑꝑ perfectionem in que eſt que eſt maior quam perfectio aliarū complexionum.

¶ Tertia ratio eſt probans ꝙ in etate conſiſtentie poſſit fieri verum augmentum ponamus quodam temperatū in pricipio etatis ꝯſiſtētie q̄n. ſ. ꝑ primū iſtās eē ingrediť illā etatē: et ſumamꝰ q̄ndā melancolicū imediate añ inſtans etatis cōſiſtentie: ⁊ arguiť ſic bn̄ ſequiť melancolicꝰ añ inſtās etatis cōſiſtentie põt hūidū radicale extendere ẜm trinā dyametrū: g̃ ēt tꝑatꝰ in pricipio etatꝭ cōſiſtētie añs ē notū et ꝯñā ꝓbať: qꝛ caliditas tꝑati ē maior tūc ꝙ̄ caliditas melācolici fuit imediate añ ⁊ humiditas tꝑati eſt magis aerea: ergo poterit extēdere. Rn̄deť ad hoc negando illā ꝯñam ꝙ caliditas tꝑati eſt in ſua ꝑfectiōe ⁊ ꝑꝑ illā ꝑfectiōē reſiſtit ne ab illa extrahatur.

Queritur vtrum in etate cōſiſtētie queat fieri verum augmentū ẜm trinam diametruꝫ aut magi ꝓs declarenť dicta pre affirmatiua arguiť. Primo ſi nō fit i etate ꝯſiſtētie vū augmentum: tunc ſequitur colericum iuuenem eſſe ſenē patet, reſoluit magis quā reſtaurat: ergo eſt ſenex. Tenet conſequentia ex diffinitione ſenectutis. Añs probatur reſolutiua colerici eſt maior reſolutiua temperati quam veluti ſuppoſitionem ego ꝓbo: ſi colericus et temperatus vna die integra a cibo abſtinerent magis extenuaretur colericꝰ: ergo reſolutio colerici eſt maior. ꝯña eſt nota. Et ꝓbo antecedēs Calor colerici eſt maior quam calor temperati et humidū colerici minus: ergo maiorē ꝓportionē hꝫ calor colerici ad reſoluēdū ſuū humidū quā calor tēperati ad reſoluendū ſuū humidū: nec vꝫ dicere ꝙ hūidū temperati eſt magis aereum: quia hec reſolutio non fit a calore prout naturalis eſt: et proportionatus: ſꝫ

prout calor eſt. Secundo probo eandem ſuppõnez autoritate auicẽ.fen.i.4.ca.de ciba.febri.in gene. vbi dicit tex.colericos cibandos eſſe etiam ĩ medio paroxiſmi propterea ꝙ ſincopizant ⁊ minime famen tolerare valent. Tertio illã probo hac ratione:inter omnes complexiones vt gale.8.terapentice.c.8. q̃ minime tolerat ieiunium eſt colerica:ergo citius incurrit famẽ omnibus alijs:ſed fames vt gale .5. de accidenti et morbo:fit ex quinqꝫ motibus:ſcilicet attractionis membrorũ a venis ⁊c.ſed hec attractio non fit niſi propter reſolutionem membroꝝ:ergo in illa membra magis reſoluuntur.

Rõ.i. Hac ſuppoſitione probata ſic arguo reſolutiua colerici ẽ maior reſolutiua temperati:et reſtauratiua temperati eſt maior quã colerici reſtauratiua:hanc minorem probo:quia ſi colericus:et temperatus equalem maraſmum incidant citius:a maraſmo releuabitur temperatus quam colericus quod patet ex gale.⁊.theg.illo ca.determinat aũt ſi ergo colericus reſoluit magis quam temperatus:⁊ reſtaurat minus quam temperatus vt probatum eſt ergo reſtaurat minus ꝙ̃ reſoluit:et ex conſequenti ẽ ſenex quod intendimus.

Rõ.2. Secunda ratio ſi in etate conſiſtẽtie non valet fieri verum augmentum ſequitur ꝙ humidum temperati eſt terreſtrius quam humidũ melancolici ceteris paribus in etate conſequens eſt falſum:ergo illud ex quo ſequitur:ſequella probatur ſupponendo:ꝙ non gradus proportionis maioris inequalitatis eſt proportio equalitatis que res facile exemplo fit manifeſta ſi enim a ante hac erat maius b.et modo per primum inſtans eſſe incipit eſſe equale.b.modo per primum non eſſe deſinit eſſe maius b hoc habito ſic arguo. Toto tempore etatis adoleſcẽcie actiuitas caloris naturalis habet proportionem maioris inequalitatis ad extendenduz humidum ſm trinam diametrum:et in primo inſtanti eſſe etatis conſiſtentie caliditas naturalis:non valet extendere humidum ſm trinam diametrum:ergo in primo inſtanti etatis conſiſtentie actiuitas caloris equatur in extendendo reſiſtentie humidi:ne extendatur ſcõm trinam diametrum tunc ſic arguo ꝙ equatur maiori eſt maius:et quod equatur minori eſt minus:ſed reſiſtentia humidi temperati in etate conſiſtentie eq̃tur actiuitati caloris temperati que eſt maior ꝙ̃ caliditas melãcolici:et reſiſtentia humidi melancolici equatur minori actiuitati melancolici:ergo reſiſtentia melancolici eſt minor ꝙ̃ tẽperati eſt et per conſeducens humidum temperati ẽ terreſtri⁹:qz reſiſtẽtia prouenit a terreſtreitate.

Rõ.3. Tertio ſic arguitur Capio vnum temperatum in primo inſtanti etatis conſiſtentie:et vnum melancolicum immediate ante:primum inſtans etatis conſiſtentie ⁊ ſic arguo illud humidum temperati et ſi ſumeretur ante primum inſtans etatis conſiſtentie excederet temperatus ipſum melancolicum:quia eſt paritas in etate:ponamus ꝙ excedat indupla proportione:cuz igitur,hec latitudo nõ poſſit corumpi ſubito ſequitur:ꝙ adhuc in primo inſtanti etatis conſiſtentie temperatus excedit melancolicum in calore et in humidi extenſibilitate igitur ſi melancolicus valet immediate ante hoc augere ſm trinam diametrum ſequitur ꝙ et temperatus modo idem facere valebit qđ ẽ intẽtuz.

Quarta ratio eſt autoritas Ariſt, 5.de genera.aĩaliũ.c.de dẽtibus vbi dicit phs. Dentes ſemper augentur niſi eſſet ꝑpter continuã attritionem quam habent inter ſe:ergo in etate conſiſtẽtie aliquod membrũ ſpermaticũ valet augeri ſm trinam diametrum. Rõ.4.

Quinta rõ eſt auto.gale.ſexto de regi.ſani.c.2.dicentis ꝙ complexio frigida et humida calida tantum et humida tantuz in etate conſiſtẽtie ſunt calidiores:ergo magis valent augmentare et ex ꝯñti in etate conſiſtentie verum augmẽ. Rõ.5.

In oppm̃ eſt veritas et diffinitio etatis conſiſtentie etc̃. Pro ſolutione iſtius queſtionis pono aliquas cõcl'ones. Prima concluſio. Non dicitur etas conſiſtentie quia corpus in eodem ſtatu permanet quo ad ſiccitatem. Hec concluſio patet quia ſiccitas etatiua eſt improhibibilis. Cõcl'o.i.

Secunda concluſio, Non dicitur etas conſiſtentie:quia calor in eodem ſit.gra. Nã ſic cum etas pueritie habeat eundem graduz quẽ etas conſiſtentie vt gale.4.apho.c.14.ſequitur puericiã fore conſiſtentiam. Cõcl'o.2.

Tertia concluſio. Non dicit̃ etas conſiſtẽtie:quia in ea robur nõ notabiliter diminuatur. Nam ſic eadem ratione prĩa ſenectus eſſet etas conſiſtentie. Cõcl'o.3.

Quarta cõcluſio. Non dicit̃ etas conſiſtentie,quia reſtauratiua ſit equalis diſſolutiue quia hoc falſum eſt,ſaltem de reſtauratiua eſſentiali Nam quicunqꝫ conſiſtens maraſmatus impinguatur plus reſtaurabit quam perdidit. Cõcl'o.4

Quinta cõcl'o. Etas conſiſtentie dabilis eſt ad iſtum ſenſum ꝙ in membris ſpermaticis et ſolidis nequit fieri augmentum ſm trinam diametrũ licet in carniformib⁹ valeat fieri, vt patet de eo qui impingatur in cõſiſtentia.ꝙ aũt talis etas ſit dabilis ꝓbat̃,qz ẽ aliqua diſpoſitio caloris naturalis in qua calor valet augere humidum ſm trinam diametrũ et eſt aliqua diſpoſitio in qua calor non poteſt humidum reſtaurare ſicut deperditur imo non põt impedire diminutionem:ergo eſt aliqua diſpoſitio ĩ qua calor tantum reſtauret ſicut deperdat q̄ eſt etas conſiſtentie tenet ꝯña,qz non fit trãſitus de extremo ad extremum quim per medium. Cõcl'o.5.

Ad rationes in oppm̃ respondeamus. Primo ad primam in qua dicebatur ꝙ colericus iuuenis eſſet ſenex noto,ꝙ duplex eſt reſtauratiua quedã eſt eſſentialis,quedam eſt in actu. Prima quidẽ eſt quando aliquis habet aptitudinẽ vt reſtauret ꝙ̃uis non reſtauret in actu. Secunda eſt reſtauratiua in actu et eſt qñ ſm indigentiam neceſſitatis reſtaurat actual'r magis vel minus. Dico igitur ꝙ ĩ temperato reſtauratiua eſſentialis eſt maior,ſed in colerico reſtauratiua in actu eſt maior:qz maior eſt neceſſitas.

Ad ſecundam vbi dicebatur ꝙ humidum temperati in etate conſiſtẽtie eſſet terreſtri⁹ ꝙ̃ humidum melancolici.et rõ erat,qz plus reſiſtit. Dicẽdũ ꝙ plus reſiſtere ſtat bifariã. Uno mõ gratia indiſpoſitionis paſſi que eſt terreſtreitas. Alio modo gratia perfectionis paſſi cum extra illam educatur. Dico nunc:ꝙ temperatus plus reſiſtit extenſionĩ

ſm trinam diametrum rōne ſue perfectionis quam iam attigit quam qniuis alius ad tertiam.

¶ Ad tertiam ratiōem. dico ꝙ lꝫ humidum tpati in primo inſtanti etatis conſiſtentie ſit melius ꝙ̄ humidum melancolici imediate antea non tñ ꝓpterea valet illud extendere ſm trinam diametrum q2 iā atigit tr̄m perfectionis.

¶ Ad quartam rationem rñdeo. ꝙ dentes ſolum augent ſm diametrum longitudinis, et ita non conuincit ratio.

¶ Ad quintā dic, ꝙ ille cōplexiones ſunt calidiores aparenter in acuitate quo ad ſenſum tactus.

¶ Auicenna faciebat hanc rōnem ꝓ fundanda ſua opinione ſi in productione forme mixti oēs forme elementorū corrūperent̄ ⁊ ſil̄ oēs alteratiue qualitates elementares ita ꝙ de elementis non remaneret ī mixto niſi ſola mā ſequit̄ eadē rōne elementū corruptū remanere in genito cū mā corrupti maneat in genito tu aūt nota ſup hac rōne ꝙ ſm opinionem cōem in ꝓductione forme mixti elemēta cōcurrunt de per acciñs quodlꝫ eñ appetit aliud ſibi ſiſe gñare: ſꝫ q2 ſunt. 4. pria qōlꝫ agit in qōlꝫ et patitur a quolꝫ vñ oīa ſe temperant et celū ocaſione inuēta illius temperamenti ꝓducit formā mixti et complexionem que non poteſt produci a qualitatibꝰ alteratiuis cū ſint īperfectiores cōplexione. ¶ Ideoqꝫ ad rōnem Auicēne dicimꝰ recte ꝙ cōplexio eſt quid mediū inter excellentias qualitatū tāgibiliū elementariū et q2 mediū in ordine ad extrema eſt tanq̄ ambo extrema. 5. phiſi. bñ merito ſequitur manere elementa in mixto virtualiter eo ꝙ maneat illud mediū non ſic aūt manet vnū elementum in alio q2 lꝫ aliquādo contingat vt in ſymbolizantibus manere vnā qualitatē in genito que prefuit in corrupto non tamē ſaluat̄ vtraqꝫ cōtrarietas quemadmodū in complexione que eſt due qualitates medie vna inter actiuas: ⁊ alia inter paſſiuas.

¶ Nunc aūt volumus formare rōnes Auerro. contra Auicennā quas facit tertio celi cō. 67. Prima rō ſi forme elementorū manerent in mixto cū qualitatibus remiſſis et refractis: ſequeretur ꝙ quemadmodū forma ignis poteſt ſaluari in mixto abſqꝫ aliquo gradu caliditatis: ita poſſet ſaluari abſqꝫ oī gradu caliditatis ꝯñs eſt falſum: q2 daretur ignis frigidus ergo illud ex quo ſequit̄ ⁊ ꝯña tenet: q2 eadem ē rō totius et partis. ¶ Notādū ē ꝓ ſolutione huiꝰ rōnis ꝙ iſta propō eadem eſt ratio totius et partis ſi intelligatur in etherogeneis quo ad ſpeciē eſſentialē ⁊ teneamꝰ ꝙ in nullo ente naturali ē niſi vna forma vera quidem eſt. Si vero ſunt plures forme partiales in etherogeneis cum vna architetonica vt forma carnis forma oſſis cū anima, quam opinionem tenet ſcotus. 33. diſt. 3. ſen. ſic alteriꝰ ſpeciei ē totꝰ homo ꝙ̄ caro aut os: ¶ Si vero intelligatur illa ꝓpoſitio, ꝙ eadem eſt ratio totius et partis quo ad ſpeciē accidentalem falſum eſt nā membra hominis ſunt diuerſi mode complexionata: et ſi contra hoc arguas diuerſitas complexionū in mā diuerſitatē forārum producit: ergo non ſtat c rebrum et epar diuerſi mode cōplexionari quim diuerſe forme producātur et per conſequens ſi membra differunt ſpecie accidentali: et eſſentiali, Dicēdum ad hoc egregie de mente Marſilij. i. primo de generatione. q. 5. ꝙ diuerſitas complexionum diuerſitatem parit formarū ſi ſit egrediens a latitudine: nāqꝫ vna cōplexio latitudinem habet vt ſanguinea et intelligitur diuerſitas cōplexionum que non venit ad vnius tertij vniſonantiā diuerſitatem parit formarū: ſecꝰ ſi veniat ad vnius tertij vniſonantiā et quia in homine ſi qua diuerſitas eſt complexionū illa vni tertio eſt conueniens bene merito: ſequitur non conſequi diuerſas formas: ꝙ aūt talis diuerſitas vniforme ſit conueniens: pꝫ. ex. ar. 7. politicorum dicenti id quod eſt viuere pluribus indiget organis.

¶ Alio modo poteſt intelligi illa ꝓpoſitio in homogeneis que quo ad ſpeciem eſſentialem intellecta ſempiterne eſt veritatis. ſed quo ad ſpeciem accidentalem que eſt complexio ſempiterne ē falſitatis: quia vt geti: ſecundo cano. ca. 2. omne mixtū eſt etherogeneū q̄litatiue habens partes calidiores et minus calidas, vt patet in opio quop cū ſit frigidū in. 4. gradu eſt amarū et ex ꝯñti partes habens calidas: ex quo ſequitur omne mixtū quantumuis hōgeneum eſſe corruptibile ab intrinſeco.

¶ Et quia in hac partium etherogeneitate ſaluat̄ actio calidi in humidū non erit abſre ſi diſquiramus quomodo ſiat hec reſolutio calidi in humidū pro quo pono tres ꝓpōnes. Prima nō ſit actio calidi in humidū indirecte agendo in frigiditatem q̄ſecū intrat in cōplexiōe et ex ꝯñti eleuādo calidū deſicat hec ꝓpoſitio eſt contra genti oppoſitum aſſenerantem do. 3. de cōplexionibus ca. i. et rō contra illū ē: q2 qualitates cōtrarie q̄ ſe cōpatiunt̄: non inter ſe agunt alioqui ꝑ ip quanto antiquiꝰ eſſet calidiꝰ q2 caliditas dīſtruxit frigiditatē aqua deſtructione ſequebat̄ eleuatio calidi. ¶ Secunda ꝓpō. Iacobi de forliuio in libro de intenſione et remiſſione formarꝫ ꝙ caliditas hꝫ pro effectu. primo calefacere et pro ſecundo deſicare et facit effectū ſecundum quiē deſicare ſine prīo, eſt eñ regl̄a ꝙ agens in cuius virtute eſt effectus primꝰ et ſecundus poteſt facere ſm ſine primo, vt patet in liquefacione niuis ſit abſqꝫ calefactione immo magis infrigidātur ex quadam antiperiſtaſi et patet etiam in flegmate vitreo in inteſtinis conglobato ꝙ per cliſtere calidum iniectū liq̄ſiebat et ſiebat frigidiꝰ. ¶ Tertia ꝓpō caliditas agit in humidum per hoc quod ſunt in qualibet mēbro quedam partes calidiores et quedam minꝰ calide et partes magis calide intendunt aſſimilare minus calidas in qua aſſimilatione ille partes magis caleſiūt: et quia magis caleſiūt deſicantur, dico ſꝫ ꝙ q̄uis forā ignis poſſit manere ſine vno gradu caliditatis nō tñ ſine oībꝰ immo cū primū ignis peruenit ad medietatem latitudinis caliditatis ſtatim ille ignis dīſinit ee per primū non eē alioq̄n eñ ſi ignis poſſet cōſeruare cū minori latitudine q̄ medietate caliditatis poſſꝫ ignis eſſe frigidꝰ qō eſt falſum iō egregie. dicit Thomas de garbo: ꝙ q̄uis in q̄litate quo ad ſuas ꝑtes intenſiuas eadē ſit rō totiꝰ et ꝑtis. Nā eiuſdem ſpeciei eſt tota albedo et omnes partes eiꝰ intenſiue, ꝙ Ar. 10 methaſiſi. dixit intenſum et remiſſum non variant ſpeciem: tamē ſi intenſum et remiſſam conſiderentur prout concomitantur ſubiectum ſic variant ſpeciem conſecutiue: quia ad ſumam caliditatem conſequitur ignis forma et ad caliditatē citra ſumum parum tamen diſtantem a ſummo cōſequitur forma ignis.

Rō.2. ¶ Secunda ratio Auerro. ſequitur
mixtum fore ens per aggregationem co ꝙ plura ele
menta nō faciunt vnum cum ſint diuerſarum ſpecie
rum dicit Thomas de garbo ꝙ quia illis pluribus
formis ſuperuenit vna architetonica que eſt ſicut ac
tus vltimatus ab illa mixtum recipit vnitatē ex quo
patet ꝙ tenendo opinionem Ocham ꝙ in homine ē
duplex aīa ſenſitiua et ītellectiua ſenſitiua ē ſubordi-
nata intellectiue: et eſt actꝰ non vltimatꝰ nec illa ſen
ſitiua eſt eiuſdem ſpeciei cū alijs ſenſitiuis brutorū:
nec ſequitur ꝙ anima rationalis informaret quodā
brutum: quia aggregatum ex illa anima ſenſitiua ⁊
materia non eſt brutum cum non poſſit per ſe exiſ-
tere.

Rō.3. ¶ Tertia ratio ꝙ non quelibʒ pars
mixti eſſet mixta: ſequella probatur quia non queli
bet pars habet quattuor formas elementares, Pro
hac ratione eſt notandum ꝙ non eſt cogitandum to-
tam materiam mixti in informari forma ignis: forā
aque: forma aeris, forma terre, per totum ſigilatim
quia ſequeretur aliquid ſimul et ſemel alterari moti
bus contrarijs qḋ ſic ꝓbatur: quia ſi ī materia aeris
aeris dʒ produci forma aque: et forma ignis, ſequit
illam materiam ſimul diſponi per frigiditatem ⁊ hu
miditatem et per calorem et ſiccitatem. Dicimus: ḡ
ꝙ ſi aliqua particula mixti dicitur mixta illud eſt: qr
hʒ formām mixti: et non quia habeat: 4. formas ele-
mentares cū forma mixti in eadem materia ade-
quate:

¶ Sed Thomas de garbo affert. 3.
rationes contra Auicenna ʒ tractatu primo queſtio-
ne prima. Prima clara eſt. Nō eſt pluralitas ſine ne
ceſſitate: ſed mixti natura poteſt ſaluari cū vna for-
ma: ergo non requiruntur quinqʒ. Secunda infert
enim ꝙ ex vno elemēto fieret mixtum. Nā in vna ꝑti
cula vbi eſt forma ignis tantū eſt mixti forma. dicē-
dum ꝙ ex vno elemento per ſe exiſtenti non fit mixtū
bene tamen ex vno elemento prout alijs coniuncto.
¶ Tertia ratio eſt confirmans hoc idem que poſſet
melius poni, vt genti. doc. 3. de complexionibꝰ. ca.
primo ſupponendo ꝙ ſummātur duo elementa diſ-
ſymbolizantia, vt ignis et aqua et conuertatur aqua
in ignem ita ꝙ neceſſe eſt frigiditatem illam aque ⁊
humiditatem venire ad non gradum et calorem, et
ſiccitatem accedere ad ſūmum in eadem materia ⁊
tranſire per omnes ſpecies ꝓportionū qualitatū pri
marū ergo aliquando ex illa actione reſultabit mix
tum et ex vno tantum elemento. Hic notandum ē an
ſtantibus ſimilibus proportionibus qualitatum pri-
marū ſequatur ſimilis complexio et ſimilis forā mix
ti ad quod reſpondet Ugo queſtiōibus extrauagā
tibus. q. 2. arti. primo ꝙ ſignantur quinqʒ caſus ī qui
bus ſtantibus ſimilibus proportionibus qualitatum
primarū. Non pululat ſimilis complexio: nec ſimilis
forma mixti:

Caſus.1. ¶ Primus caſus eſt quando requiri
tur agēs limitatum quod quidem videre eſt in tem
peramēto qḋ requiritur ad operationes animales:
et ſi enim tale temperamentum preſtaretur ab alio
quam a cerebro non congrueret pro operationibus
animalibus qḋ etiam videre eſt in medicina tempe
rata que ꝗuis haberet temperamentnm qualitatū
primarum ſicut homo non haberet complexionē ho-
minis; qr tunc eſſet homo ſimiliter Genti. q. 4. de
febre dicit dari poſſe morbū temperatum peſtilētia
lem qui morbus non eſt complexio temperata

¶ Secūdus caſus eſt quādo ē agēs Caſus.2.
ſimplex dominans quod poſſet exemplificari in duo
bus elementis diſymbolizantibus quorum vnum trā
ſeat in aliud certum eſt ꝙ cum tranſeamus de com-
plexione frigida et humida ad calidam et ſiccam in
ſummo gradu tranſimus per omnia media et tamē
ibi nō cātur aliqua cōplexio alioqui ex vno ſolo ele-
mento poſſet fieri mixtum: quod eſt falſum et eſt bo-
na ratio iſtius caſus: quia vt inquit Auer. prīo de ge.
cō. 23. inter mixtionem et ḡnationem diſcrimē eſt, ꝙ
in generatione vnum dominatur et reliquū eſt deuic
tum. ſed in mixtione oīa miſcibilia ſunt vincētia ⁊ de
uicta ꝙ Ariſ. ſignificantius dixit ꝑ hec verba. Nihil
fit ex glatie et arſione quaſi diceret et non debet aliqḋ
elementum tam ſuperans venire ad mixtionē vt reli
qua in ſui nām conuertat alioqui non eſſet mixtio: ſʒ
generatio vn̄ et cōe dictū eſt elementa cum venerint
ad mixtionem debent eſſe ferme adequata in po-
tentijs.

¶ Tertius caſus eſt quando ad mix Caſus.3.
tionem vel complexionem requiritur elementa diui
di vſque ad minima, namque ſi non fiat hec diuiſio
quamuis fiat ſimilis proportio qualitatum ꝑrima-
rum ſicut fieri ſole in mixtis non tamen conſequetur
complexio nec mixtio. qr deficit diuiſio vſqʒ ad mini
ma iuxta illud Ariſt. 1. de ḡnatione cap. de mixtione
parua paruis meliꝰ miſcētur quam magna magnis
et ingenioſe hoc fuit nā inventum vt melius cōmix-
tio fieret et nāqʒ ſi multa in vnum miceri debent pulue
rizamus vt melior ſit cōmixtio.

¶ Quartus caſus eſt quando nō fit Caſus.4.
actio nāqʒ et ſi aliquod cōmixtum eſſet temperatum
nō ꝓpterea ibi pullularet cōplexio vel forma mixti
vt patet in cōmixto ex aqua feruēti ⁊ niue qḋ quidē
ſtatim poſt cōmixtionem eſt temperatum ad ſenſum
non tamen realiter, non enim credendum eſt tam ci
to medietatem latitudinis peruenile a calido et a
frigido ſed diſgregate ſunt partes calide et partes
frigide et ſe p̄pediunt in actione qua agunt in tac
tu quare ſenſus tactus non ſentiens tale cōmixtum
iudicat eſſe temperatum obidqʒ a tactu non ſentiri:
quia a ſimili non fit paſſio:

¶ Quintus caſus eſt. modus mixtio Caſus.5.
nis cōtingit eū̄ modum mixtiōis complexionis ma
xime variari, vt patet: quia ſtat in venire duos ho-
mines ſanguineos eiuſdē gradꝰ ſanguineitatis, ⁊ tn̄
vnum inclinari ad q̄dam ad que alius non inclinatur
vt vnum aborrere caſeum reliquū venerea: qḋ eue-
nit ex diuerſo modo mixtionis lucrifacienti aliā pro
prietatem indiuidualem vel complexionem in ſeqē-
tem mām: ex quo mirabile corolarium domini An-
ges. 2. de cauſis ꝓprietate 16. infertur ꝙ non ſolū cō
plexio innata actuata per influentē eſt ꝓductiua opa
tionū: ſed ēt cōplexio in ſequens materiā qḋ ꝓbatur
qr ſi duo ſanguinei per deceptionē comederēt cibū
ꝯfectū ex caſeo ipſis neſciētibꝰ ꝙ ibidē eēt caſeꝰ vnꝰ
vomit et nauſeat ſuper illo qḋ non facit alius quod ē
quia non digerit et illud eſt ꝓpter defectum illiꝰ cō
plexionis in ſequentis materiam que non eſt in tali
ſanguineo.

¶ Jam vero Auer. arguit aliquibus

rabuntur ignis et aqua:aeris enim coꝛrupta calidi
ditate:et terra ſiccitate,generabitur aqua. Nã hu
ius relictum eſt humidum, illius vero frigidum et
coꝛrupta aeris humiditate,et terre frigiditate, ge
neratur ignis,remanentibus ex aere calido, et ex
terra ſicco,ignis qualitatibus.Et id fit ignis gene-
ratione ſenſui perſpecta,maxime in ignis flãma.Eſt
enĩ hec fumus aꝛdens : fumus autẽ ex aere et terra.
Ex duobus igitur ad inuicẽ ſymbolũ non habentibꝰ
reliqua generantur elemẽta:et ſupꝛa hec,alterutriꝰ
vtraqꝫ ſuperata qualitate,fit reliquum. ¶ Quinta.
In elementis ſymbolum conſequentiã que habenti-
bus alterum ex altero gignitur:et nõ reliqua.¶ Ut
ex igne et aere,aere et aqua,aqua et terra,itidẽ ig-
ne et terra que ſe oꝛdine non conſequuntur.Nam al
tera qualitate ſuperata fit reliquũ,vt ab humidita-
te aerea ignis ſuperata ſiccitate fit aer remanent.n.
calidum et humidum:et a ſiccitate ignis aerea ſupe
rata hũiditate fit ignis.Nã remanet calidũ et ſiccũ:
⁊ ita in ceteris eſt igĩ manifeſtum in talibꝰ alterũ ab
altero gigni.Sed quod non generentur reliqua ex
igne et aere,aqua et terra,hoc ideo eſt,quia aut ma
neret caliditas in qua conueniunt et coꝛrumperen-
tur ignis ſiccitas:et aeris humiditas et tunc ſolũ ca
lidum maneret,ex quo nlluum generatur elementũ
aut coꝛrumpitur caliditas ,et manent ignis ſiccum
et aeris humidum contraria,que nullius elemento-
rum generationi apta veniunt:et ita de aere ⁊ aqua
aqua,et terra,igne et terra oſtende. Manifeſtum
igitur ẽ ex duobus elementis ſymbolum conſequẽti
amqꝫ habentibus non generari altera. ¶ Coꝛolariũ
Unde pariter fit notum ꝙ cum conuenientia elemẽ
ta in ſe inuicem tranſeunt, alterum in alterum vno
coꝛrupto gignuntur,et cum ex duobus non ſymbo-
lis fit vnum alterum,duo coꝛrumpuntur.Hoc ex de
monſtratis cognoſcitur dictumqꝫ eſt ſufficiẽter quo-
modo ex quolibet contingat omnia gigni,et quomo
do adinuicem generentur.

## ¶ Quintum caput.

Quintum caput cõtinet du
as concluſiones,tres rationes:et duo
coꝛolaria ad pꝛimã.¶ Pꝛima conclu
ſio:Elementa non ſunt rerũ nãliũ ma-
teria,neqꝫ elementũ elemẽto,¶ Pꝛi-
mo.Nõ vnũ:qꝛ oia vnum faceres,aut
ignem:aut aerem,aut aquam,aut terrã,hoc autem
impoſſibile:ſꝫ tranſmutatio de cõtrario in contrariũ
neqꝫ duo aut tria:quia omnia illa eſſent. ¶ Secũdo
Qꝛ cũ ex aere fieret aqua,illic non generatio,ſꝫ ſo-
la alteratio eẽt.nam aer maneret vt pꝛiꝰ.ponitur enĩ
totius materia et aqua eſſet aer.Neqꝫ valet dixeris
tũc aquam aer ẽ eſſe frigidũ ⁊ cum ex aere fiat ignis
ignem eſſe aerem calidum:quia tunc ſolã confitebe
ris alterationem et non generationem; ¶ Tertio
Si eſt aer ex igne calido cum generatio ſit in con-
trarium:aliquis aer erit frigidus et idem ſimul ca-
lidum et frigidum:immo ⁊ cum ex igne fieret aqua
ignis eſſet frigidus:maneret enim ignis que ſunt
impoſſibilia: ¶ Pꝛimum coꝛolarium.Unde fit,vt
cum ex duobus fiat alterũ materiã altera ſit vtriuſqꝫ
cõis.¶ Nã vnũ ex quo fiãt oĩa:et ex quo fiat reliquũ
mã eſſe non poteſt.¶ Secundũ.Fit ẽt vt hoꝝ mediũ
quoddã,vt mediũ aeris,et aque,ignis et aeris, his
denſius:illis rariꝰ,vt inquiũt,infinitũ:alioꝛum mate
ria eſſe nõ poſſit·quia ipſum et igni et aeri,et reliqs
contrarietatem habere opoꝛteret:cum ex eo gene-
rarenĩ oĩa:⁊ ſic contraria ſiĩ eẽnt in eodẽ:et cũ pꝛiua
tio ſit alterum contrarioꝛum iterum nõ maneret ma
teria:et illõ ens cõſimilĩr vnũquodqꝫ eẽt.aut nihil eẽt
Sꝫ dictũ ẽ elemẽta adinuicẽ trãſmutari,et qñ facili
us et qñ difficilius :et duas eſſe cõtrarietates,ex q-
bus colligimꝰ plura eſſe opoꝛtere elementa:nõ tan-
tũ duo, non tñ tria ſꝫ ex quattuoꝛ illarũ cõtrarieta
tum coniugationibꝰ quat.uoꝛ eẽ opoꝛtere repimꝰ du
as vero,ꝙ contrarie eẽnt,generationi ineptas qua-
litatum cõbinationes reiecimꝰ,neqꝫ qõ ſit in extre-
mo,vt ignis aut terra,neqꝫ quod in medio , vt aer,
aut aqua,oĩbꝰ poſſe eẽ tranſmutationis pꝛincipiũ,iã
oſtendimꝰ.Sꝫ plane cõfitebuntur quidã media ad-
inuicẽ tranſmutari poſſe,ſed id non poſſe extrema.
¶ Secũda conclo:Elementa non ꝓcedere in infini-
tũ ſm rectitudinẽ,ſꝫ finita eſſe neceſſe ẽ.Nam opoꝛte
ret idẽ infinitas hẽre cõtrarietates.qõ ſic oſtẽdo, ſit
a ignis.b.aer.c.aqua.d:terra.qꝛ b tranſmutaĩ in.a.
contrarietas : aliqua eſt ipſius .b. et.a.que ſit albe-
do et nigredo:ſit itaqꝫ:b.album et a nigrum et qꝛ.b
iterum trãſmutaĩ in.c.quia nõ idem,a et c .,ipſius.b,
et.c.eſt vna altera contrarietas,que ſit ſiccitas ⁊ hu
miditas,ita vt.b.ſit ſiccum et c humidum,tranſmu-
teĩqꝫ b in c ſi manet albedo.c.aqua erit alba ⁊ humi
da:quare igni nigro a cõtraria,ſi non maneat erit,c
aqua nigra.nam generatio in contrarium. Deinde
intellige ex b generari a ſi manet ſiccitas a ignis ſic
cus aque humide c,cõtrariatur,ſi non manet,erit.a.
ignis humidꝰ et niger:quare ſi dicebas c non ſerua
re albedinem:ſꝫ eẽ nigrũ idẽ erit a ignis et c aqua;
Nam vtrũqꝫ,humidum et nigrum.Preterea tranſ-
muretur a in e:quia non reuoluitur ſed ſemper ſecũ
dum noua pꝛoceditur elementa,conſimilia argumẽ
to pꝛobo b itidem et c,ſi voluero eſſe contraria e,qꝛ
tranſmutatur in e eſt alia ipſius a et e a pꝛedictis cõ
trarietas,que ſit f g:ita vt a ſit f et e ſit g.Cum igiĩ a
ignis tranſmutetur in b:aut manet f ita vt b ſit f ⁊ al
bum:et tunc manifeſte contrariatur e g vel non ma-
net:et tunc b aer genitus erit albus ſiccus.⁊ g gene
retur igitur ex a e vel manet nigredo,ſi ſic manifeſ-
te contrariatur ,b,aeri albo et ſicco:ſi nõ maneat:cũ
generatio ſit ex contrario et coꝛruptio in contrariũ
e erit album et g ꝙ ſi b aer etiam g eſſet non eſſet.a.
ad b et a ad e diuerſa contrarietas ,cuius ſuppoſui
mus oppoſitum.Et ita ſemper procede d,b,aut quo
cunqꝫ altero volueris.oſtendendo ſemper altero ſu-
perioꝛe accepto ad ſequens nouam habere contra-
rietatem: et infinitis idem, vt b aut aliud quodcun
que retinere contrarietatem.At infinitis idem reti
nere contrarietatem impoſſibile eſt:quia non contin
geret generatio.Opoꝛteret enim omnes has tranſi
re contrarietates:⁊ aliquoꝛum nunquam futura eẽt
generatio Nam ſi nulla dari queant extrema media
ipſa infinita erunt:immo et neque ignis ex aere vn-
quam futura eſſet generatio Nam vtrunque infini-
tas contrarietates.haberet et que certe ſuperioꝛũ
ſunt in inferioꝛibus exiſterent:et que inferioꝛum in
ſuperioꝛibus quare et omnia vnum eſſent. Hec au-
tem impoſſibilia.Non igitur elementa in infinitum
ſecundum rectitudinem pꝛocedunt, ſed finita ſint
opoꝛtet.

## ¶ Caput ſextum.

Sextũ caput continet quinque concluſiones: et quattuor ratiões ad quartam. ¶ Prima concluſio. Errauit Empedocles ponendo elementa adinuicem manere i tranſmutabilia ſed adinuicem cōparabilia vt omnia omnibus ſint equalia. Q: aut intelligit ea commenſuratiōe vt quanto eſſe comparabilia, vt ex vno pugillo aque ſint decem aeris: aut ſecundum potentias, vt quantum aqua frigidare, tantum aer poſſit calefacere: aut ſecundum paſſiones: vt quantum aer albus tm̃ aqua ſit nigra: ſecundũ quas nō pprie attenditur equalitas. ſed potius ſimilitudo. Nã in quanto eſt equale: et in quali ſimile. Sic aũt faciēs, videtur materiam elementis cōem facere alioqui ſecundum que compararet equiuoca eſſent. ¶ Secunda. Empedocles non ſaluat augmentationem. Quia ponit additione ignem igne augeri, aerem, aere, aquam aq̃, et vnũquodq; ſui generis appoſitione, ſic autem dictum eſt augmentationem fieri non ſolere. ¶ Tertia. Que de generatione ſecundum naturam tradidit, dura atq; inepta ſunt. Quia q̃ natura fiunt, aut ſemper aut plurimum eueniunt, vt homo ex homine triticum ex tritico oliua ex oliua, oſſium neruorũ et mẽbrorum compages. hec autem tradit caſu et quadã fortune temeritate euenire: et q̃ caſu et temere eueniunt, extra ſemper et plurimum contingunt. Et certe horum omnium cauſa eſt non ignis, aut aer, aut aq̃ aut terra, neq; lis, que ſolum diſiungit et ſegregat: neq; amicitia, que ſolum counit et congregat, neq; fortuna, que: vt inquit, ad rerum eqnalitatem, et non ratio aduocatur: ſed horum omnium cauſa eſt vniuſcuiuſq; nã bonum quoddã et optimum, de qua nihil meminit, laudans ſua elementa, litem et amicitiam, que deo facit priora. ¶ Quarta Empedocles de motu exilis atq; infirma determinatio eſt. ¶ Prio. Q: dicit litem, et amicitiam mouere: ſed quis motus litis q̃s amicitie debeat, et quomodo non determinauit Debuit eñ hoc d̃terminare, cur hic motus ſit litis, hic amicitie: aut ſupponere: aut demonſtrare, aut firme aut ōbil'r aut aliquo alio pacto. ¶ Scd̃o. Q: cũ etiã moueant nunc vi, vt ignis dorſum: nũc natura, vt ignis ſurſum: lis natura potius moueret, et amicitia vniuerſaliter vi quadã: et preter naturam: et lite et amicitia non mouentibus, non fieret motus. hoc aũt incōueniens. ¶ Tertio. Quia Empedocles ãbiguas verſat ſententias nunc dicens non lite ignē ſurſum latũ ſed vilatũ, fortũa ſurſum deueniſſe crebro vero itidē dicens, ignē natũ ſurſum agi: vt cũ in profundas detruſus ſit terre radices. Quarto dicit Empedocles aliquo tempore litem regnare vt nunc mundo, vt eſt exiſtente aliquãdo amicitiam. oportet igitur eē cauſam priorem lite et amicitia que huiuſmodi alternationes cauſa exiſtat illius aũt non meminit Empedocles. ¶ Quinta concluſio Incōuenienter. Empedocles aĩam ex elementis cōſtitui voluit. Nã aĩe paſſiones, quales ſunt ſcientie, vt muſica memoria, obliuio et conſimiles nequit ſaluare. Nã ſi aĩa ſit ignis paſſiones habebit quecũq; ſunt ignis: et ſi ex elemētis cōgeſta. habebit que plurium et corporales: nulla autē predictarũ corporalis eſt Sz hec exactius exquirere, alterius contēplationis exiſtit.

## ¶ Caput ſeptimum.

Caput ſeptimum continet vnam queſtionem: et eius ſolutionem. ¶ Queſtio. Cum ex igne fit aqua: et ex aqua iterum fit ignis: quia eadem ſubiecta natura vtriſq; cōmunis eſt, quomodo ex igne, aq̃ et reliquis elementis fit mixtum aliquod: vt caro os: neruus. Non enim dicere poſſumus vt Empedocles, qui dixiſſet ſic fieri ſicut paries ex lapidibus et laterculis: neq; ex tota carne fieret ignis: ſed ex vna parte ignis. et ex altera aqua: quēadmodũ ex hac parte cere ſphera fieri poteſt ex illa pyramis. Et ex oppoſito ſcrupus naſcitur et difficultas: cum faciamus omnium vnam ſubiectã mãz, cũ ex calido et ſicco, vt igne frigido et hũido vt aq̃ gñat caro, ſi caro non ſit vnũ nec alterũ, neq; ipoꝝ ſaluatorum mixtura atq; compoſitio: quid ipſorum ergo niſi ſola materia relinquitur. ¶ Dicimus elementa in mixti generatione ſe contemperare: vt calidum, frigidum, humidum et ſiccum remitti, eorũ intenſiones atq; acumina obtundi ita vt mixti nature apta ſint, gignaturq; mixtum. Et tunc nec elemēta ipſius materia ſunt. neque horum extrema contraria: ſed eorum medium ad mixti naturam cōtemperatum, quod mixti natura et ſpecie moderatur dirigiturque. Hinc varie mixtorum oriuntur ſpecies ex varia temperamenti proportione: vt hoc proportione dupla calidum ad frigidum: illud tripla: et ita de ſicco et humido. Itaq; mixta ſunt ex contrariis elementis: et elementa rurſum ex illis: non vt ex materia: et que actu ſint ſed potentia et quorum ĩ medium redacte et contemperate fuerint paſſiones.

## Caput octauum.

Octauũ caput continet vnã concluſionem et duas rationes ad eã ¶ Concluſio. Quodlibet mixtum circa mundi mediũ exiſtens: ex omnium concurrentia elementorum naſcitur ¶ Primo ex terra, quia in loco terre et vnunquodque naturam illius in cuius loco ortum ē, participare videtur. Ex aqua vero: quia terminatione eget. aqua autem omnium optime terminabilis eſt, prohibens terram decidere: et eam ligans et figens. Et ſi terra et aq̃ affuerint et ignis et aer. Nã mixtum per fectum ex contrariorum temperamento naſcitur. Ignis autem et aer, aque et terre (vt cōtingit ſubſtantiam ſubſtantie) ſunt contraria. Omnia igitur ſimplicia in tali compoſito, erunt concurrentia. ¶ Secundo ex eiſdem ſunt et nutriũtur mixta: atqui omnia pluribus nutriuntur. Nam que vno ſolo nutriri videntur vt plante, aqua pluribus nutriuntur. terra ſcilicet et aqua. Hinc ruſtici hortos irrigare volentes aquam terre admiſcent: quo vberius vegetibus alimentum miniſtrent. Et quod nutritur coniunctum materie, eſt ſpeciei et forme, que calore, qui ab igne eſt, plurimum eget. eſt enim ignis maxime forme atque actionis, vt qui ſit natus ferri ad terminum et forma maxime terminus ſit. Ignis igitur non abeſt: quare neque aer: vt qui tranſmutabili vicinior atq; paratior ſit. Omnia igitur mixta ex omnibus ſimplicibus cōcurrentibus elementis cōtemperata ſunt atq; ordinata.

## ¶ Caput nonum.

NOnū caput continet quin-
que concluſiones. duas rationes ad
tertiā tres ad quartā ⁊ duas ad qui
tam. ¶ Prima concluſio Expedit de
cauſis generabiliū et corruptibiliū
determinatio. Nā vl'i cognitione aſſe
cuta quot de gn̄atione ⁊ q̄ ſint pncipia ſingula facili⁹
pſpi cere poterim⁹. ¶ Scđa. Lot ⁊ equalia numero
et genere eadem ſunt, que in ſempiternis et primis
Eſt enim illic hoc vt materia, hoc vt forma et hoc, vt
efficiens: ita generabiliū eſt materia, que eſt ad eſſe
et non eſſe quedam potentia eſt forma. eſt et efficiēs
Nam duo ad generandum ſunt in ſufficientia. Que
dam enim entium de neceſſitate ſemper ſunt, quedā
nunquam et quedam quandoqꝫ ſunt. ⁊ quandoqꝫ nō
ſunt, vt generabilia et corruptibilia, quare non im-
merito materiam habent que principium eſt ad eſſe
et non eſſe quod generatione et corruptiōe comple
tur. Quod ſi materiam et cauſam gratia cuius ha-
bebunt, que eſt forma, ſpecies et ratio vniuſcuiuſqꝫ
ſubſtantie: et tertium ſpeciei effectiuum. Nam nihil
efficit ſeipſum neqꝫ materia efficit quicquam: vimqꝫ
producendi habet nullam. ¶ Tertia. Socrates in
Phedone efficientem cauſam non tetigit. Alios eñ
increpat vt nulla loquentes, ſupponens eſſe ſpecies
quas ideas dicunt: ⁊ entia ſpecierum participantia
fieriqꝫ generationem ſuſcepta ſpecie: ⁊ corruptionē
ſpeciei retractione. Sed quod id non verum ſit pa-
tet. ¶ Primo. Quia quereretur a ſocrate, cur non
ſemper generant: cum ſint ipſe ſpecies ſemper: et
que ipſas participare poſſint. ¶ Secundo. Quia
videmus alia efficientia: vt medicus ſanitatem effi-
cit. Doctor doctrinam: et vnumquodque ſecundum
operantis naturam. quid igitur introducunt ſpeciē
ſeparatam que ideam. ¶ Quarta. Neque rationa-
biliter dicunt materiam generare. ¶ Primo. Quia
alterans et transformans. generationis efficiēs cau-
ſa exiſtit. hoc autem in omnibus et natura et arte fa
ctis efficientem cauſam dicere conſueuimus. Ma-
terie autem eſt pati et moueri: mouere autem ⁊ face
re, alterius, non igitur rationabiliter dicunt mate-
riam generare. Et id profecto dicebat Democritus
atomos ſeipſas mouentes rerum materias ponens.
¶ Secundo. Aqua non efficit animal a ſeipſa: aut
aliud elementum quodcunque: neque lignum a ſe-
ipſo lectum: ſed requiritur et producens et ars, in-
conuenienter igitur ponuntur materiam generare.
¶ Tertio. Quia organa attribuuntur corpori, per
que generet. hoc itaqꝫ materie adſcribentes. prin-
cipale, actum, ſpeciem, quod quid erat eſſe, relin-
quunt, cuius proprietas eſt agere. ¶ Quinta con
cluſio. Neque id verum eſt elementorum paſſiones,
cālidum, frigidum humidum, et ſiccum, ⁊ reliquas
quod ſecundum has adinuicem agant et patiantur
eſſe efficiens precipuum: et per hec omnia gigni et
corrumpi, ¶ Primo. Quia quod habꝫ nobiliſſimas
et maxime actiuas paſſiones, deberet potius ſem-
per agere: et alia corrumpere: Videtur tamē ignis
et motus. ¶ Secundo. Quia ſic dicentes, ſimile di-
cūt, atque ſi dicant ſerram principaliter effectiuam
et vnicuiqꝫ inſtrumentorum agēdi principalitatem
attribuant, et vtens organo exiſtiment deterius. At
qui hoc eſſe nequit. incidente enim atque ſerram di-
rigēte aliquo diuidi neceſſe eſt: ſed quomodo orga-
nis vtentia moueant, non vident.

## ¶ Caput decimum.

DEcimum caput: continet
quattuor concluſiones: ⁊ vnum coro-
larium ad tertiam. ¶ Prima perpe-
tua eſt generationum et corruptionū
ſeries. Nam lationes ſuperiores per
petuas eſſe monſtratum eſt hec autē
ſempiterno gyratu adducunt aut adducunt gene-
rans: erit itaqꝫ perpetua huiuſmodi generationum
et corruptionum ſeries. Et certe rationabiliter. naꝫ
latio illa, prima eſt, generationem precedens, et ſem
per exiſtens· et per rationale eſt, primum poſterio-
ribus eſſe cauſam, et ſemper ens aliquando enti, et
aliquando non enti. ¶ Secūda. vt ſi huiuſmodi per
petua generationum ⁊ corruptionum ſubſecutio, nō
ſatis ē primi circuli afferrelationem, ſed et alias va
rio modo incedentes ponere neceſſe eſt. ¶ Nam ge-
neratio et corruptio contraria ſunt, et idem in quan
tum idem, et conſimiliter ſe habens: ſemper eſt natū
facere idem. quare exiſtente vnico circulo ſolum fie
ret aut generatio: aut corruptio. ponēdi ſunt igitur
plures, qui vt contrarij contrarios inducant effect⁹.
Hinc fit vt ſupremi circuli latio non videatur gene-
rationis et corruptionis cauſa: ſed latio ea que ſub
oblico demeat circulo. Nam continue duos varios
motus continet: et inclinatiōem habet, que nunc ſue
preſentie cauſa eſt, nunc abſentie, nunc vt prope ſit,
nunc vt longe. ¶ Tertia. Tempus generationis eſt
equale tempori corruptionis. Nam equali exiſtente
diſtantia, equalis eſt motus, diſtantia autem acceſ-
ſus ad nos equalis eſt abceſſui: et accedente ſphera
vt ſolis, omnia oriri, germinare, et pubeſcere vide-
mus: abſcedente vero tabeſcere, atqꝫ marceſcere.
Eſt igitur tempus generationis equale tempori cor
ruptionis. ¶ Corolarium. Fit etiam vt vnuſcuiuſ-
que vita numerum habeat quo determinatur. Nam
omnium eſt ordo: et omnium tempus et vita claudit
periodo: ſed non omnium eadem eſt periodus ſꝫ his
quidem minor, vt annua, his vero maior. Accidit ta
men ſepe ſue periodi metam non attingere, ſed citi
us occumbere propter cauſarum confuſionem ⁊ ma
terie qualitatem, que non ſibiqꝫ eadem, eaſdemque
virtutes habens. ¶ Quarta. Non iterum preter ra
tionem euenit continuas eſſe generatiōes et corrup
tiones, vt ne vnquam quidem ōfecture ſint. Nam in
omnibus compertum eſt, melius ſemper deſiderare
naturam: melius autem eſſe quam non eſſe. eſſe autē
omnibus continue exiſtere. propterea ꝙ longe a pri
cipio rerum que origine diſtent impoſſibile eſt: Re
liquo igitur modo vt fieri potuit compleuit deus eē
continuam faciens generationem ſeriem. Et ratio-
nabiliter res hoc pacto vt ſecundum circulum ſem-
piterna duratione trahuntur: vt in ſimplicibus licet
intueri ex igne generari aerem: ex aere aquam, ex
aqua terrā, ex terra aquā, ex aqua aerē. ex quo iterꝫ
gignit ignis, Hoc. n. pacto imitant ſempiternū celi
gyrꝫ et circulationē, q̄ ipſarꝫ cauſa exiſtit. Dictū. n. ē
prius quō eſt vnum primū continue mouens ingene
rabile, incorruptibile, inalterabile, et vnus prim⁹
motus, cuius numerus eſt tp̄s et quōhoc: et q̄re.

## ¶ Undecimi capitis.

VNdecimum caput cōtinet quin-
que queſtiones: et earum ſolutiones. ¶ Pri-
ma queſtio. Cum continue generationes ge-

ne rationibus ſuccedant:et tranſmutatio tranſmutationi et hoc ens generatum poſt hoc vt non aliquādo deficiat:an aliquid ex neceſſitate erit:an nihil:ſꝫ omnia non fieri contingat. ¶ Reſponſio. Aliqua de neceſſitate erunt,et aliqua non,quemadmodū enim inceſſurꝰ pōt ābulare et nō ambulare:ita qō gñabit pōt nō gñari. Et gñari et nō gñari:vt erit et nō erit ſe habebunt. ¶ Secunda queſtio cum ſicut aliquid neceſſe eſt eſſe:et aliquid contingit ita aliquid fieri neceſſe ſit,vt celi conuerſiōes:an ſi ſit prius:eius poſterius eſſe neceſſe ſit an e diuerſo. Reſpōſio. In eēntia oꝛdinatis poſterioꝛe exiſtente et prius eſſe neceſſe eſt:vt domo exiſtente:vt fundamentum ſit neceſſe eſt et ſi fundamentum eſt,lapides ⁊ intritum ſunt:nō tamen retro agitur,niſi poſterius de neceſſitate ſit futurum. ¶ Tertia. An generationes ſecundum rectum,an ne potius ſecundum circulum perpetuenť. ¶ Reſponſio. Non perpetuanť generationes ſecundum rectum. Nam infinita non erunt hoc modo ſpecie varia.nam ſi poſterius eſt in talibus:et prius eſſe neceſſe eſt:et ſi prius de neceſſitate erit:et poſterius vt licet in rerum ſpeciebꝰ intueri: Necꝫ finita erunt. ¶ Nam aliquando pertranſita tota eſſent vt caderent atque deficerent generationes, Sed perpetuantur generationes ſecundum circulum .ſic enim videmus oꝛta ſecundum notas ſpecies reparari, ac redire. Et cauſa huius eſt motus celi, qui in circulū voluitur:et motꝰ ſolis,ſimilia ſucceſſionibus ſuis reparans tempoꝛa,menſes,et hoꝛas et genita genitis ſimilia eius gyrum,circunque lationem imitantia. ¶ Quarta queſtio. Quare ſi nubes eſt,opoꝛtet pluere.et ſi pluit,opoꝛtet iterum nubem eſſe:et non,opꝫ homines aut animalia in ſeipſa reiterari. ¶ Reſpōſio hoc eſt quia hec tranſmutatio, vt pluuie et nubis aquoſe:et contra,magis imitatur circulum:animalium vero minus:immo quodāmodo videtur eſſe ſecundum rectum. ¶ Quinta queſtio. An omnia ſimiliter iterentur.an non, ¶ Reſponſio. Quoꝛum ſubſtantia mota,ingenita eſt:et incoꝛruptibilis eadē numero redeunt:vt ſol,vt aſtra. Quoꝛū vero coꝛruptibilis,non numero,ſed ſpecie eadem reparantur:vt cum ex aqua fit aer:ex quo iterum fit aqua.non eadem aqua numero,ſed ſpecie reparatur.coꝛruptibilis enim aqua:et talis vt eam contigiſſet non eſſe.

## ¶ Queſtiones perutiles ſuper ſecūdo de generatione a magiſtro Petro ſpinoſa artiū magiſtro tradite.

Dubitatur pꝛimo circa ſecundum de generatione vtrū ſint.4. qualitates pꝛime et arguitur ꝙ nō qꝛ qō p ſuper abūdantiā dr̄ vni ſoli conuenit pꝛio thopicoꝛū ſꝫ ly pꝛimū ē ſuperlatiuū.ergo nō pōt cōpetere niſi vni qualitati. ¶ Secundo alie ſunt qualitates pꝛioꝛes iſtis ſcilicet lux,influentia motus celi figura celi.ergo ille non ſunt pꝛīe. ¶ Tertio caldiitas eſt pꝛioꝛ ſiccitate,quia deſiccat. ¶ Quarto ad caliditatem pꝛecedit lumen:quia lumen eſt calefactiuum immo pꝛecedit raritas: quia vt ait Albertus motꝰ per raritatem calefacit: ergo non eſt poſſibile ꝙ caliditas ſit qualitas pꝛima in oppoſitum eſt phs in ſecundo huius tex,cō,i.in iſta mā aliqua ſunt vidēda pꝛīo aliq̄ diſtinctiones. Pꝛīa diſtinctio qualitates quedam ſunt ſenſibiles vt caliditas:coloꝛ: quedam non ſenſibiles et he aut ſunt ſpirituales aut coꝛpales;coꝛpales vero.aut ſunt influētie:aut qualitates virtuales:vt virtꝰ magnetis atractiua ferri.pꝛeterea quedam ſunt ingenerabiles. vt q̄litates inherētes celis q̄dā vero generabiles vt q̄litates iſtorū inferioꝛum.pꝛeterea generabiliū quedam generanť ex ſolo motu vt ſonus ⁊ figura quedā generanť contrarietate qualitatum de per ſe cōcurrente vt coloꝛ.odoꝛ:ſapoꝛ:.pꝛeterea qualitatum generabilium et ſenſibiliū quedam agunt actione coꝛruptiua.vt caliditas:frigiditas:humiditas,ſiccitas Alie vero agunt actione ſolum perfectiua intentiōaliter vt coloꝛ.odoꝛ,ſapoꝛ.iterum qualitatum ſenſibilium quedā ſequūtur omnes quattuoꝛ pꝛimas qualitates cōtrarias cōmixtas.vt coloꝛ.odoꝛ ſapoꝛ.alie ſequūtur duas illarum non contrarias vt raritas caliditatem cum ſiccitate.vel humiditate:et he repeꝛiuntur tam in mixtis quam in elementis: ille vero ſolum mixtis.

## ¶ Noto ſecundo circa iſtam materiam ꝙ qualitates celeſtes ſunt pꝛioꝛes tp̄e qualitatibus iſtoꝛum īferioꝛum quia ille ſunt perpetue iſte vero nō ſunt perpetue immo qualitates celeſtes ſunt pꝛioꝛes natura quam qualitates iſtoꝛum inferioꝛum quia ſunt cauſe iſtarū qualitatum. ¶ De luce tamen iſtoꝛum inferioꝛum.dico eſſe q̄litatē ſecūdā ꝯſeq̄ntē mixtionē qualitatū pꝛimarū adinuicē:obidꝫ differre ſpecie lucem celi et lucem iſtoꝛum inferioꝛū:quia lux celi eſt qualitas pꝛīa reſpectu iſtarū qualitatum inferioꝛum:et lux iſtoꝛum inferioꝛū eſt qualitas ſecūda. Nota tñ ꝙ inter omnes qualitates celi motꝰ circularis eſt pꝛioꝛ:qꝛ per motū imediate,pꝛīa cā agit deinde per reliqua ſcilicet lucem ⁊ influentiam. Ponam tñ ꝓ maioꝛi complemento duas ꝯcluſiones. Pꝛima concluſio pꝛeter motum lucem et lumen ponede ſunt qualitates quedā inſenſibiles multiplicate ad iſta inferioꝛa que vocanť influentie, pꝛobať pꝛimo: quia alias celum non eſſet cauſa generationis et intenſionis frigiditatis in iſtis inferioꝛibꝰ:ꝯñs eſt falſum:qꝛ tota virtꝰ mūdi inferioꝛis tā caliditatis ꝙ frigiditatis gubernať a celo.pꝛīo methe. ⁊ ꝓbať ꝯña: qꝛ vel celū eſt cā talium per motum lucē vel lumē et hoc non.quia illa magis ſunt nata calefacere et frigiditatē remittere quam eam gubernare et intēdere,put pꝫ pꝛīo metheo.et.2.celi:vel eſt cā talium per vnā talē qualitatem occultam influxā in iſta inferioꝛa et habetur pꝛopoſitum.

## ¶ Secundo celum conſeruat terraꝫ in loco naturali et non conſeruat eam ibi niſi per virtutem in ſenſibilem diſtinctam a motu luce et lumine: ergo conſequentia bona: antecedens pꝛo ſecunda parte, patet ex quarto phiſi. quia quodlꝫ ens naturaliter conſeruať in ſuo loco naturali:et hoc nō poteſt ſaluari niſi per virtutē influxam illi loco a celo minoꝛ patet.quia virtus celi conſeruans terram eſt influxa ſemper terre ex motu celi:et motus celi terre non influitur cum ſemper maneat in celo ¶ Item illa virtus nō eſt lux vel lumen cum terra videtur naturalius diſpoſita de nocte cum eſt minus illuminata quia tunc eſt magis frigida quam in die cum eſt magis illuminata.

## ¶ Tertio celum mouet ſecum orbi-

cularíter ſpheram ignis et aeris et hoc non facit ni
ſi per talem virtuæm influxam ipſis: ergo maioꝛ pa
tet pꝛimo metheoꝛoꝛum: minoꝛ patet: quia ſic nō mo
uet motus celi ignem cum non inter ſpheram ignis:
ſed manet immobilis: nec per allegationem ſphe-
re ignis cum celo: quia ibi nulla talis eſt: vt ſuppo-
no: neque per lumen: quia lumen non eſt ſic natum
mouere: ergo facit hoc per virtutem īſenſibilē ſphe-
re ignis influxam diſtinctam ab his et habet͂ pꝛopo
ſitum.

¶ Secunda concluſio: ꝙ lux ⁊ lumē
ſunt pꝛioꝛa naturaliter in cauſando q̄ talis influētia
pꝛobatur: quia talis influentia foꝛti⁹ multiplicatur
cuꝫ lumine q̄ ſine lumine ideo foꝛtificatur coactiōe
luminis ideo lumē agit foꝛtificādo actionem influē
tie: ergo cōcluſio vera conſequētia vltīa tenet: quia
cauſa in cauſando eſt naturaliter pꝛioꝛ cauſato: et
pꝛima conſequētia tenet: quia non videtur pꝛopter
quid illa influentia foꝛtius multiplicetur cuꝫ lumine
niſi: quia lumen eius actionem foꝛtificat aliquo mō
et ſecūda conſequentia nota eſt de ſe: patet aāſs: qꝛ
expertum eſt vt dicunt medici: ꝙ ſi radij lunares de
nocte attingunt notabil͛r longo tempoꝛe aliqō men-
bꝛum hominis. diſcoopertum: illud membꝛum fit pa
liticum: quod nō eſt niſi: quia influentia lune in frigi
dans et humectans foꝛtiter multiplicatur cum lumi
ne: et ſi feneſtre eſſent clauſe: itaq̄ꝫ radij luminis non
attingerēt membꝛum. Nō ita foꝛtiter agerent influ
entie in membꝛoum et ideo membꝛo nō nocerēt: qō
non videtur verum niſi: quia influentiaruꝫ virtus foꝛ
tificatur mediante iuuamine lumines. ¶ Item cum
inter has qualitates celi debet eſſe oꝛdo eo ꝙ omniū
eſt oꝛdo. ıꝛ. methaphiſice vel celum per pꝛius agit
cum influentia q̄ luce et hoc non videtur: cum multo
magis experientia ſit actio luminis q̄ influentie: et
ideo non videtur ꝙ influētia dirigat lucida: celeſtia
ad illuminandum: vel celum per pꝛimus agit cum
luce q̄ cum influentia: et h͛r pꝛopoſitum. ¶ Aliquis
diceret contra: cum lux et lumen lune ſit calefactiua
a ſia videtur ꝙ nō foꝛtificet influentiā ipſius frigefa
ctiuam. ¶ Reſpondetur: ꝙ licet lux et lumen de
per ſe et immediate ſint calefactiua ī materia ſuſcep
tibili, tn̄ indirecte foꝛtificant actionem influentia-
rum lune ſcilicet: quia cum lumine foꝛtius nata eſt
influentia multiplicari q̄ ſi ſine lumine ſcilicet: quia
medium illuminatum magis natum eſt influentiam
recipere q̄ nō illuminatū in libꝛo tn̄ de celo dixi opi
nionem pici mirandulani tertio contra aſtrologos
capite quarto et nono ꝙ influentie non ſunt dabiles
quia omnia ſaluat ſolo motu et lumine nec experien
tia que adducitur de metallis conuincit. Nam licet
ad viſcera terre non penetret lumen, penetrat ta-
men effectus eius ſcilicet caloꝛ qui metalloꝛum ma-
terias diſponit vt fiant metalla.

¶ Magis tamen eſt natum reflecti
lumen quam influentia: quia influentie penetrant in
viſcera terre: verum eſt tamen: ꝙ influentia ſepe re-
flectitur, per obſtaculum durum et non diaphanum:
vt videre ē de doꝛmiente ad radios lunares cui nō
fit tantum nocumentum ſi eſt coopertus.

¶ Noto tertio ꝙ elementis compe
tunt qualitates pꝛime tangibiles: ⁊ ſecunde que nō
ſequuntur commixtionem omnium quattuoꝛ quali-
tatum contrariarum hoc eſt habent raritatem aſpe
ritatem; ſed non habent caloꝛem. ¶ Sed cōtra hoc
replicatur terra videretur in naturali diſpoſitione:
ergo eſſet coloꝛata. Reſpondet͂ videretur luminis
reflexione ſicut ſpeculum et ideo apparet coloꝛata
et ſi replicatur, dixit phs in deſcenſu omnia coꝛpoꝛa
coloꝛe participant et in libꝛo de coloꝛibus aqua eſt
alba dic omnia coꝛpoꝛa coloꝛe participant vel luce:
⁊ ad illud aqua eſt alba. i. apparet alba per luminis
incoꝛpoꝛationem: et cū Ariſt. dixit in deſcenſu aqua
eſt dulcis intelligatur ideſt inſipida. ¶ Sequit͂ ex
hoc coꝛolariū ꝙ quando ſit mixtum ex elementis: et
fit coloꝛ albus in mixto ille non generatur ex nigro
pꝛecedente in elementis, ſed ſufficit ꝙ generetur
ex pꝛiuatiuo oppoſito vt album eſt in albo.

¶ Noto quarto ꝙ ſolum ſunt quat
tuoꝛ qualitates actiue: actione reali: coꝛruptiua in
ſuū contrarium. Nam lux dum calefacit non agit in
ſuū contrarium: quia frigiditas non eſt contraria lu
ci: quia cum frigiditate ſe compatitur: et codeꝫ mō
qualitates iſte virtuales et influentie non ſunt cōtra
rie his que coꝛumpunt: quare ponitur iſta concluſio
inter qualitates ſenſibiles generabilib⁹ et coꝛrup-
tibilib⁹ cōuenientes: caliditas: frigiditas humidi-
tas: ſiccitas: ſunt pꝛioꝛes ī cauſalitate alijs. Dixi no-
tanter conuenientes generabilib⁹ pp illas celeſtes
que ſunt pꝛioꝛes eis et ſic argumenta ante oppoſitū
ſunt ſoluta.

Q Ueritur ſecundo vtrū ſint quat
tuoꝛ pꝛime qualitates quarum due ſunt acti Qō. 2.
ue et due ſunt paſſiue in hac queſtione ſine ar
gumētꝫ dico: ꝙ ille due: caliditas: et frigiditas vocā
tur actiue: quia diffiniuntur per agere diffinitur enī
caliditas eſt qualitas congregatiua homogeneoꝝ ⁊
diſgregatiua etherogeneoꝝ frigiditas vero ē eſt q̄li-
tas congregatiua tā homogeneoꝝ q̄ etherogeneoꝝ
humiditas vero eſt qualitas male terminabilis ter-
mino pꝛopꝛio: bene tn̄ alieno termino ſiccitas vero ē
qualitas male terminabilis termino alieno: bene tn̄
termino pꝛopꝛio ecce quomodo caliditas: et frigidi
tas diffiniuntur ꝑ congregare et diſgregare q̄ ſunt
agere: ⁊ iō ſunt actiua hūiditas ⁊ ſiccitas diffiniunt͂
per terminari, quod eſt pati et ſunt paſſiue. ¶ Uel
dic al͛r ꝙ caliditas et frigiditas notabilius agunt,
q̄ humiditas et ſiccitas ideo ſunt actiue: ſed humidi
tas: et ſiccitas nō ita notabiliter agūt et iō ſunt paſ
ſiue quod aūt humiditas: et ſiccitas ſint actiue pꝫ: qꝛ
cum ex igne fit aer vincit humiditas ſiccitatem: et
cum ariſt. ⁊. huni⁹ tex. cō. 25. dicit ex duobus elemē
tis non habentib⁹ ſymbolum poſſe fieri. 3. hoc non
poſſet ſaluari niſi frigiditas aque vinceret caloꝛem
ignis et ſiccitas ignis vinceret humidum aque et ſic
generabitur terra que eſt frigida et ſicca: vnum tn̄
egregie declarat marſilius, ꝙ caliditas non agit in
humiditatem nec in ſiccitatem de per ſe: quia cū eis
nullā habet contrarietatem bn̄ tn̄ agit de per accn̄s
quia calefaciendo euapoꝛat ſubſtantia humida: et
diminuitur humiditas quidam tn̄ dicere volunt, ꝙ
quilibet gradus humiditatis vel etiam ſiccitatis foꝛ
tius reſiſtit q̄ agit qō pꝛobant per experientiam. nā
fuſa aq̄ ſup mappā ſiccā expꝛentia docet ꝙ aq̄ humida
non iam deſcendet in mappam pꝛopter foꝛtē reſiſten
tiam ſiccitatis: et ſic pars ſiccitatis, que eſt in pano il
lo ſuppoſita aque gutte eam per reſiſtentiam pꝛhibet
a duobus motib⁹ ſibi naturalibus pꝛio in deſcenſu lo
cali: quia nata eſt aqua deſcendere non pꝛhibita. Se
cundo ab humectatiōe partis ſicce: quia humiditas

nata eſt humectare, niſi ſit impediens: et tamen non
ſtatim humectat partem ſiccam. Sed contrariū ma
gis credo. Primo quia ſi illud eſſet verum ſequere-
tur ꝙ nunquam humiditas ageret in ſiccitatem nec
econuerſo; conſequens eſt falſum, et conſequentia te
net: quia quilibet gradus humiditatis vel ſiccitatis
eſſet maioris virtutis in reſiſtendo quam gradus op
poſitus in agendo, cum ergo a proportione minoris
inequalitatis non fit actio approximatis gradibus
humiditatis et ſiccitatis: etiā ſūmis non fieret actio
Secundo quia ſi ſiccitas mappe in principio ſit ſub
ſtinens guttas ne deſcendant eſſet maioris virtutis
in reſiſtendo quam illa humiditas eſt in agendo: ſe-
quitur ꝙ guttula aque nunquam deſcenderet: ꝓbatˀ
ꝯña: quia ſiccitas illa in nullo debilitaretˀ ab hac hu
miditate: eo ꝙ magis et fortius reſiſtit quam humi-
ditas agit: et per conſequens ſicut iam ſuſtinet aquā
ita ſemper: niſi aliquod extrinſecum concurrat: cuiꝰ
oppoſitum patet ad ſenſum: et per has rationes cre-
do ꝙ quilibet gradus in iſtis qualitatibꝰ adhuc paſ
ſiuis fortius agit quam reſiſtit, quia niſi ſic: non eſſet
ratio quare poſt gutta deſcenderet in mappam: et
non ante. Et ad rationem aliorum dico ꝙ illa experi
entia non plus concludit niſi ꝙ ſiccitas fortiter reſiſ-
Qō. 3. tit: ſed ꝙ non eque fortiter agit non concludit.

Q Ueritur tertio vtrum ſint quat
tuor elemēta et arguitur ꝙ nō: quia de igne
elementari nihil conſtat ꝙ ſit nec dato ꝙ eēt
ad aliquid conferret ſimiliter aqua non eſt elemen-
tum: quia maxime eſſet aqua maris: ſed illa non quia
eſt ſalſa in oppoſitum eſt phs tex. cō. 16. in hac qōne
ponā aliqua notabilia. Primū notabile: elementum
capitˀ tripl'r. ſ. ſtrictiſſime ꝓ materia pria et dicitur
elementū quaſi hylementum et ſic intellexit philoſo
phus primo phiſi. quando dixit elementum eſt quod
eſt primum in compoſitione vltimū autē ī reſolutio
ne: et tale eſt materia prima. Secundo modo capitˀ
elementum magis large et ſic elementum capitur:
vt idem eſt ꝙ principium intrinſecum et ſic idem eſt
elementū qō materia pria ⁊ ſic intelligitˀ elementū ē
ex quo fit aliquid inexiſtente indiuiſibili ſpecie in
aliā ſpeciē: qō non poteſt eſſe verum de aqua terra. ꝭ.
aere nancꝫ aqua diuiditur in partes diuerſarū for-
marū ideſt diuerſe ſpeciei vt pote materiā et formā
que differunt ſpecie. Tertio modo capitur elemētuꝫ
ab hypocrate. ⁊. li. de elementis elementū ē ſimplex
et minima corpoꝝ particula ideſt determinat mini-
mum numerum qualitatum ſcilicet binarium: quia
vnitas non eſt numerus: ſed principium numeri: et
ſic debet intelligi diffinicio auicenne doctrina: de
elementis elementa ſunt corpora ſimplicia que in
partes diuerſarum formarum minime diuidi pñt et
intellige de partibus integralibꝰ non eſſentialibꝰ.

¶ Noto ſecundo ꝙ numerus elemē
toruꝫ debet capi penes quattuor qualitates primas
et penes quattuor combinationes poſibiles earum:
vt ſcripſi ſuper ſphera: et ſimil'r penes quadruplicē
motū a medio ſimpliciter: a medio ſm quid: ad me-
dium ſimpliciter: ad mediū ſm quid ſimiliter ꝑ hoc
ꝙ non ſufficit vnum elementum vt bene dicit hypo-
crates in li. de elementis ⁊ ꝓbatur rōne ſic: Ad qō
preſuppono ꝙ cōtrarietas q̄ ē inter mixta capitˀ a cō
trarietate elemētoꝝ qꝛ ſeq̄retˀ ꝙ nulla eēt ꝯtrarietas
īter elemēta ꝯñs eſt cōtra experientiam ⁊ premiſſaꝫ
ſuppoſitionē ⁊ ꝯña ꝓbatur: qꝛ ſi ſolū eſt vnum elemē
tū: nulla eſt cōtrarietas inter elementa: qꝛ vnū in ſe
non hꝫ cōtrarietatē g̊ nec inter mixta ꝑ ſuppoſitionē
Et ſic nulla eſſet contrarietas: nec ſufficiunt ſolum
duo elementa vel ſolū tria ꝓbatur: qꝛ numerus ele-
mentoꝝ ſumitˀ penes cōbinationē primarū qualita-
tum poſſibiliū: et tales ſunt plures ꝙ due: vel tres er
go. ⁊c. conſequentia tenet maior patet per predicta
minor patebit in ſequentibus. Itē ſi ſolum eſſent duo
vnum eorum quandocꝫ eſſet fortius alio: et tunc cor-
rumpet aliud in ſui nām: et ſic poſtea non maneret
niſi vnum: quod eſt ſimpliciter inconueniens: ¶ Si-
mil'r ſi ſolum eſſent tria duo eorum haberent ſymbo
lum in qualitate actiua: Puta in caliditate: vel fri-
giditate: et per conſequens illa corrumpent tertiū
et ſic non manerent niſi duo quod eſt contra predi-
cta. ¶ Item ponendum eſt elementum ignis: et pre
ter illud tria alia: ergo ſunt plura tribus conſequen
tia tꝫ maior rationis pꝫ: et minor pꝫ: qꝛ preter ignē
apparētaer ⁊ aq̄: et terra q̄ ſunt elemēta vt notū ē: qꝛ
non videntur eſſe magis mixta: cum ſunt in ſua natu
rali diſpoſitione quaꝫ ignis. ¶ Igitˀ neceſſario ſunt
ponenda quattuor elementa: Sequitur ex dictis ꝙ
ſunt ponenda plura duobus: et plura tribus: ergo
oportet quod ad minus ſint quattuor conſequentia
tenet: et antecedens pꝫ ꝑ ea que dicta ſunt. ¶ Hoc
autem quod dicitur concordat cum experientijs: ex
perimur enim in combuſtione ligni: quaſi quattuor
elementa reſſolui flamma loco ignis: fumum loco ae
ris aquam exiſtentem loco aque: et cineres loco ter
re remanentes. ¶ Item tot ſunt combinationes qua
litatum poſſibiles. ¶ Item tot ſunt humores in cor-
pore. ¶ Item tot ſunt complexiones animaliuꝫ: hu-
mores autem et complexiones ſequi videntur nume
rum elementorum. ¶ Atamen nō ſunt ponenda plu
ra elementa quam quattuor ad intellectum predi-
ctum et hoc capiendo elementuꝫ large probatur nō
ſunt plures combinationes: qualitatum primarum
ſub eſſe intenſo poſſibiles quam quattuor: ergo non
ſunt plura elementa ꝯña tꝫ per dicta et añs apparet
qꝛ nō ſunt niſi cōbinationes caliditatis et ſiccitatis:
que eſt ignis caliditatis: et humiditatis que ē aeris
et frigiditatis et hūiditatis: q̄ ē aq̄ et frigiditatis et
ſiccitatis: q̄ eſt terre. alie. n. due. ſ. caliditatis et frigi
ditatis ſiccitatis: ⁊ humiditatis ſub eē intenſo non
ſunt poſſibiles lꝫ ſint poſſibile ſub eē remiſſo tñ penes
illas ſic nō dꝫ capi aliqō elementū: eo ꝙ elementa de
bēt ſibi determinare ſuas q̄litates intenſas. ⁊. nō ſūt
plures q̄litates p̄me ꝙ q̄ttuor g̊ ꝯña tꝫ: qꝛ quodlꝫ ele
mentum dꝫ ſibi determinare vnā q̄litatē primā: et. i.
ſi eēnt plura elemēta: ⁊ plures eēnt q̄litates p̄me añs
patet in prima qōne ſecundi.

Q Ueritˀ q̄rto vtꝝ caliditas ignis Qō. 4.
⁊ caliditas aeris ſint eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime
⁊ argˀ ꝙ non qꝛ hūiditas aerꝭ ē pabulatiua
ignis et humiditas aq̄ extinctiua g̊ differunt ſpecie
ſimiliter caliditatis viui ⁊ caliditas mortui differūt
ſpē g̊ eadē rōne caliditas ignis et caliditas aerꝭ. In
oppoſitū arguitˀ ſeq̄tˀ: ꝙ eēnt octo q̄litates p̄me puta:
due caliditates due frigiditates. ⁊c. ſil'r ſequeretur
aeris caliditatē eſſe ſumam ſequella ꝓbatur qꝛ non
pōt amplius intendi ſi. n. intenderetˀ maxime eſſet
a calore ignis: ſed hoc non: qꝛ intenderetˀ ꝑ aliquid
quod nō ē eiuſdē ſpēi qō eſt falſum ergo manifeſtū ē
ꝙ caliditas ignis: ⁊ caliditas aeris ſunt eiuſdē ſpēi.

¶ In iſta queſtione ſunt due opinio

nes. Una tenet ꝙ caliditas ignis et caliditas aeris ſunt eiuſdem ſpeciei que eſt opinio vera. nã oppoſito dato ſequeretur: ꝙ plura vni eſſent oppoſita quod eſt falſum et cõtra ariſto. primo celi et. 10. metaphiſi. ſequella clare patet: quia caliditas ignis contrariatur frigiditati et ſiſr caliditas aeris: ſcdõ ſeqretur: ꝙ ĩ habentibus ſimbolũ nõ eſſet facilior tranſitꝰ: ſequella patet: qr ĩ tranſitu aeris ad ignẽ corrumpunt due qualitates ſicut in tranſitu aque ad ignẽ: ergo in ſimbolizantibꝰ non eſt facilior tranſitus.

¶ Alia eſt opinio q̃ tenet illas qualitates differre ſpecie: et eſt opinio probabilis que reſponderet ad alias rationes. Ad primam poſt oppoſitum dico: quod bene ſunt octo in ſpecie ſpecialiſſima ſecus in ſubalterna. Ad ſecundam: concedit ſequellã. Ad tertiam que fit in cõfirmatione opinionis prime dico: ꝙ phs intellexit ꝙ tantum vnum vni opponitur in ſpecie ſubalterna. Ad q̃rtam reſpondeo, ꝙ eſt facilior tranſitꝰ q̃uis duo corrumpantur: qr fit cuz minori cõtrarietate. ¶ Ad rationes cõtra ſecundã opinionẽ facile eſt reſpõdere notãdo: ꝙ idẽ agẽs cũ diuerſis ĩſtrumẽtis põt efficere contrarias operõnes: et ſic humiditas aq̃ ſuffocat cuz denſitate calorẽ et humiditas aeris incẽdit cũ alio modo ſubſtãtie: et ad illud de caliditate ignis ⁊ aeris nego ꝙ caliditas ignis non ſe compatiatur cum humiditate aeris et. Ad tertiam rationem de calore viui et mortui extraneo: et naturali ꝙ differunt ſpecie ſatis magnum dubium accipitur. Nam ſm gentilem caliditas extranea differt ſpecie a naturali q̃uis ſꝫ cõmunes ſit opinio cõis apud medicos ꝙ caliditas extranea ſeu febris eſt ideꝫ ꝙ calor naturalis extraneatꝰ vel impeditꝰ in ſuis operationibꝰ: ſed in illã opinionem gentilis ſunt due inſtãtie famoſe apud medicos prima eſt ſeq̃ret nullũ hominẽ poſſe febrire feb. ephimera qḋ ſic probo preſupponendo: prĩo calorẽ hoĩs naturalẽ eſſe ſupra ſcdõm gradum et latitudinẽ ſoluꝫ eſſe quattuor gradus. Ja ex hoc ſic argumentor: ſequitur, ꝙ vnaq̃qꝫ febris erit pauciorum graduum quam ſit calor noſter quod patet: quia nõ poteſt trãſgredi vltra gradum. 4. et ita ſic argumentor nullum remiſſum intendit intenſiꝰ te ſic erit minor q̃ duorum graduũ qm̃ alr̃as tranſcender et latitudineꝫ ſumam: q̃ ſolum eſt vt. 4. ſequitur: ergo ꝙ nulla erit cauſa que ꝑ ſolam intenſionẽ in calorẽ nobis febrem poſſet generare ephi.

¶ Sed tñ huic argũto lꝫ gẽtilis non reſpondeat ego reſpõdeo dicẽs ꝙ nõ ẽ inconueniẽs remiſſiꝰ agere in intenſiꝰ ſe quando ſunt diuerſe ſpeciei: vel dico alr̃ ſecundo quod cauſa que produxit, illum calorem remiſſũ poſſet etiam producere aliuꝫ intenſum ſiue ſit ſol ſiue ira ſiue nimium vinũ non tñ produxit: quia inuenit paſſum aſſimilatum.

¶ Secunda d̃monſtratio eſt pono ꝙ ab ira vel ab ſole addatur petro vnus gra. caloris extranei ita quod ſit febriens et poſtea remoueatur de gradibꝰ ſuis quos hꝫ gradꝰ vnus remedijs frigidis certũ ẽ qḋ ſemoto illo gradu ille remanebit ſanꝰ qm̃ remãebit cũ ſua latitudine caloris quã habebat ſeq̃t ergo, ꝙ calor additus a ſole et calor p̃exiſtens ſunt factus vnus calor et per conſequens ſeq̃t ꝙ feb. non eſt calor additus.

¶ Ad hanc reſpondeo et ſi gent. nõ reſpondeat; ꝙ in caſu poſito ſi contingat: gradũ illũ qui remoueatur eſſe naturalem et non additum ille non manebit ſanus immo eger. ſi tamen contingat: gradũ illum caloris qui remoueatur eſſeadnituꝫ extraneum dico quod ille manebit ſanus: quoniam illo remoto nã ſtatim inducet: gradum caloris naturalis deperditum: ille enim: extraneus cauſa erit impediens alterius in ductionem erat enim impedimentum nature ne: ipſa poſſet inducere ſanitatem vel aliter dicam quod ille ſanatur quoniam remedia que applico cadunt ſup. illum gradũ additũ quoniam medicus applicat remedia: et natura operatur Nam ea dirigit: et ſic ea tanquam ſapiens, et in tenta d̃ ſalute potiꝰ ea dirigit ad gradũ qui feb. cauſat quaꝫ ad alios gradus que ſunt ſanitas: et ſic patet ſolutio ad argumentum.

¶ Queritur quarto vtruꝫ in elementis reperiantur qualitates virtuales diſtinte ab actualibus. In hac queſtione noto opinioneꝫ gentilis ĩ queſtione ſua, extrauagante de actuatione medicinarum: quod omnis qualitas virtualis eſt actualis refert enim maxime dicere qualitatem formalem: vel actualem eſt enim qualitas formalis que eſt ſenſibilis ſenſu: exteriori actualis vero eſt illa: que remoto impedimento exit in actum quomodo oportet dicere, ꝙ caliditas piperis eſt actualis: quia ſi ſeparentur partes ſubtiles a groſſis in pipere illa caliditatas exit ad actum. ¶ Noto ſecundo ꝙ ridiculum ẽ dicere vt bene declarat Marſilius in queſtione. 5. huius ſecundi, quod qualitates virtuales contrarie ſint in eodem vt in vino ſe reducenti ad priſtinaꝫ frigiditatem dum eſt feruens dico ꝙ indiget vna qualitate que eſt frigiditas virtualis: et ĩ illo calefacienti ſtomachum eſt alia qualitas virtualis que eſt caliditas: quia calefacit ſtomachum: ergo in eodem ſunt due qualitates virtuales contrarie hec ẽ probatio Pauli veneti: qui aberrat in hoc: qr hoc circa diuerſa paſſa: experitur in quibuſidem agens: poteſt facere contrarias operationes: et ſimiliter non eſt ĩconueniens vnam qualitatem que eſt media. Inter extrema agere cõtrarias operationes quia ĩ ordine ad vnum extremum eſt caliditas: et in ordine ad aliud eſt frigiditas. ¶ His premiſſis dico, ꝙ quamuis in mixtis talis qualitas virtualis ſit neceſſaria vt ꝓbaui ĩ phiſicis non tamen eſt neceſſaria in elementis quia ſufficit in eis forma ſubſtantialis.

¶ Queritur quinto vtrum ignis ſit primo calidus, et aer ſit primo humidus, ⁊c. in hac q̃õe tho. d̃ garbo in tractatu primo ſue ſumme tenet aerem eſſe ĩ differentis qualitatis õn magis calidũ q̃ frigidũ humidum q̃ ſiccum quod ꝓbat qr ĩ media regione aeris inuenit frigidus: et ſuprema rabida caliditate calidꝰ: et in infima ſatis humidꝰ propter mare: ergo nullã ſibi qualitatem determinat cuius contrariũ dixit Ariſt. et tenet plures qualitates in ſummo cõpetere eideꝫ elemento cuius contrarium, tenet opinio comunis cũ Ariſt. tenet enim ꝙ impoſſibile eſt duas qualitates eque prĩo vni. 5. conuenire ideſt in ſummo his premiſſis. ¶ Sit prima concluſio aer exiſtens in nãli diſpoſitione nõ ẽ ſumme calidꝰ ꝓbatur: qr ſi ſic ſeq̃t ꝙ in eo nõ poſſꝫ eẽ mãſio aĩaliũ pñs ẽ falſuꝫ: qr cũ. nã nihil faciat fruſtra: et ipa elemẽta ĩgeniauit nã pp mixta: ⁊ mixta minꝰ pfecta pp aĩalia ⁊ cõſtat ꝙ aerẽ p̃ncipalr̃ ꝓduxit pp mãſionẽ aĩaliũ ideo non debet: dici inhabitabilis. ⁊c. conſequens eſt contra experientiam; et probatur conſequentia; qr

ignis, eſt inhabitabilis propter nimiam arſionem caloris: et aer tantum calefaceret ſicut ignis igitur tenet conſequentia: ⁊ maior patet de ſe minor patet quia ſi aer haberet in naturali diſpoſitione tantam: calefactionem ſicut ignis: quia ſumã et haberet illã ĩ materiaꝫ eſſet indecuplo denſior. Per ſuppoſitionẽ tertiam: ergo fortius ceteris paribꝰ ageret igitur, tantum vel magis calefaceret ꝙ̃ ignis.

¶ Noto primo: ꝙ licet appareat aquam plus humetare aere tamen aer eſt humidior qualitatiue: quia ipſe aer eſt humidus in ſumo ſitñ, non tantum humetat eſt. quia eſt rarior: vel: quia impeditur ab influentiis celeſtibus que ſemper faciũt ipſum deſiccare vt auicenna ſecunda primi: dicit aer in omni diſpoſitione reſoluit propter id quod eſt in eo de virtute ſolis et ſtellarum idem dicas de flãma: et ferro ꝙ flama eſt calidior: et tamen magis caefacit ferrum: et de plumbo et terra ꝙ terra eſt grauior et tamen plus ponderat plumbum. ¶ De terra tamẽ tenet albertꝰ magnus ꝙ eſt frigidior aqua: qr plus diſtat a fonte caloris qui eſt ſol: et ſi dicatur dixit ariſto. ꝙ aqua eſt ſume frigida dicit. ꝙ verum eſt de frigiditate elemẽtari: ſecus autem de frigiditate oppoſita calori celeſti. ¶ Et ſi dicatur quemodo, terra, eſt cõtinua ſi eſt ſumme ſicca cum dicat phs ſecundo de generatione, ꝙ humiditas eſt cõtinuatiua partiuꝫ mixti dicendum, ꝙ continuatio prouenit ex humiditate vel ex appetitu cõmuni partium appetentium poſſidere vnum cõmune centruꝫ ſicut eſt in terra. ¶ Et ſi dicatur minus ab aqua ſeparatur humidita: ergo eſt magis humida: quã frigida ad hoc habes reſponſionem in noſtris calculationibus, in q̊ de reactione vbi dicitur humiditatem eẽ dataꝫ ad reſiſtendum obidqꝫ minus eſſe ſeparabilem: non ꝙ ſit magis intenſa.

¶ Noto ſecundo ꝙ hec dubitatio ẽ multum difficilis; et cauſa difficultatis eſt: quia nũꝙ̃ quicꝙ̃ de ea invenire potui bene determinatum: et ideo quicquid de ea dicam probabiliter ponam: vt aliis detur cauſa imaginationis: et diligentius inq̇rendi de cauſa congelationis: et ſicut in omnibus dictis meis me melius dicentibus ſubieci: ita ſpecialr̃ facio in, iſto: hoc premiſſo pro dubitatione ſit prima ſuppoſitio hec: intenſio frigiditatis in ſubiecto ẽ cauſa maioris grauitatis: vel ad minus non remittentis eam probatur ſic: quia vel frigiditas ſtat cum ſiccitate: et ſi ſic tunc cum intenditur non eſt cauſa q̃re remittitur grauitas corporis in quo ſtat; vel cum humiditate et ſi ſic tunc per philoſophum in probelumatibus in reddendo cauſam quare aqua calida, cadens deorſum minus ſonat quam frigida: eſt cauſa maioris grauitatis: quia propter hoc magis ſonat aqua frigida ꝙ̃ calida. ¶ Secunda intenſio caliditatis nunquam remitteret leuitatem: igitur intẽſio frigiditatis nũquam remitteret grauitatem conſequentia tenet a ſimili: quia ſicut ſe habꝫ caliditas ad leuitatem. Ita ſe habet frigiditas ad grauitatẽ antecedens patet auctoritate Ariſt. allegata. ¶ Secunda ſuppoſitio eſt, ꝙ in ordine nature grauiora debent eſſe ſubleuioribus: et leuiora ſuper grauiora illa patet ad experientiam de ordine elementorum etiam patet de ligno ſub aqua poſito ſurſum violenter ſubſtentata quod licet ſit ſub illa aqua propiquꝰ ſuo loco naturali; quia in ſpheris aque: et terre: tamen; quia appetit eſſe immediate ſupra grauius aſcendit in ea quouſqꝫ ſit ad ſuperficieꝫ aque. ¶ Tertia ſuppoſitio glacies naturalr̃ aſcendit in aqua nõ prohibita patet per experientiam. ¶ Hic quidam ſubtiliter reſpondent quod verum eſt ꝙ ſupponitur ſed hoc debẽt eſſe: quia glacies generat̃ ď aqua leuiputa in ſuperficie aque: vbi aqua eſt leuificata a radiis ſolaribꝰ et ideo leuior eſt glacies: et aſcendit in aqua graui: ſed videtur mihi, ꝙ ratio nihil valet: qr ſuppoſito ꝙ ita eſſet ſicut iſti dicunt, ꝙ aqua in ſuperficie eſt leuior quam in profundo: tamen ſi vt iſti pretendũt adequate fieret congelatio per frigiditatis intenſionem vtiqꝫ fieret grauior iſta aqua ꝙ̃ aqua inferior ante quam congelaretur: cũ iſta propter intenſionem frigiditatis congeleuturet inferior non: et ſic per iſtam rationem iſti in id quod credunt euitare: credunt eñ ſaluare non obſtante premiſſa ſuppoſitione ꝙ congelatio pricipaliter fiat propter intẽſionem frigiditatis in reſpondendo ipſi concedunt: q̊ glacies congelata in ſuperficie aque habet minorem frigiditatem quam aqua nõ congelata exiſtens in profundo mõ iſta videntur repugnare. ¶ Iteꝫ in magnis fluuiis glacies generat̃ per magnas petras infundo vnde ſm̃ illos aqua eſt grauiſſima: et frigidiſſima tamen aſcendit ad ſuperficiem aque: vt debent naute ⁊ habeo ſociũ qui ſe hoc dicit vidiſſe: et vulgares in partibus noſtris iſta de cauſa vocant iſtam glaciem infundo genitam: ergo ratio illorum non valet. ¶ Item glacies aſcendit in aqua tepida igitur non eſt reſponſio illoruꝫ bona tenet cõſequentia; et antecedens eſt manifeſtum. ¶ Quarta ſuppoſitio ſequitur ex dictis, ꝙ glacies eſt leuior aq̃ patet ex precedente; quia non aſcenderet in aqua: cum grauiora volunt eſſe ſubter: et leuiora ſupra. ¶ Quinta ſuppoſitio iterum ſequeretur, ꝙ glacies non habet, tantã frigiditatem intenſam, ſicut aqua habet in naturali diſpoſitiõe probatur: quia ſi haberet tantam frigiditatem igitur tantam grauitatem ſed non habet tantam grauitatem igitur. ⁊c. maior patet per ſuppoſitionem primam: quia equalis frigiditas nõ remitteret grauitatem: minor patet per ſuppoſitionem recedentem. ¶ Sexta ſuppoſitio: nũquam glacies eſt aqua pura ſeu, aqua exiſtens in naturali diſpoſitione: patet: quia ſi eſſet aqua pura: haberet ſumam frigiditatem: que poteſt eſſe per ſecundum articulum: ſed illam non habet per ſuppoſitionem precedentem dupliciter. ¶ Item ſemper in glaciem ẽ groſſicies terreſtris et talis non eſt in aq̃ pura igitur. ⁊c. Maior patet: quia capta pecia glaciei in ſuperficie aque mundiſſime et repõta in illa, metallina bene obſtructa ⁊ ad ignem poſita degelata glacie apparebit aqua immunda: ⁊ terreſtris q̊ nõ eſſet niſi groſſities terreſtris fuiſſꝫ iclua glaciei minor nota eſt de ſe.

¶ His premiſſis ad dubitationem, ſit prima concluſio aqua in naturali diſpoſitione non debet eſſe congelata: probatur primo: quia glacies non eſt ita grauis ſicut aqua in naturali diſpoſitione igitur. ⁊c.. Conſequentia tenet et antecedens patet per quartã ſuppoſitionem. ¶ Secũdo glacies ſemper eſt mixta per probationem ſuppoſitionis ſexte: ergo et per ſecundam ſuppoſitionem modo aque in naturali diſpoſitione non eſt mixta igitur ⁊c. ¶ Tertio cum aqua calefacta redducat ſe ad maioreꝫ frigiditatem quam ſit frigiditas mediĩ: vt docet experientia in eſtate calida non eſt ratio quare, aqua in

tali eſtate poſita in celario frigido non reducit ſe ad
naturalem frigiditatem et ad congelationem eo ꝙ
ibi non eſt impediens. Cum igitur hoc nō faciat ma
nifeſtum eſt ꝙ non eſt de natura aque exiſtentis in na
turali diſpoſitione eſſe congelatam.

¶ Secunda concluſio intenſio frigi
ditatis non eſt principalis cauſa et adeq̄ta poſt cau
ſas vniuerſales congelationis probatur dupliciter
Primo quia ſi intenſio frigiditatis eſſet huiuſmodi
cauſa: ſequitur ꝙ glacies eēt grauior quam aqua cō
munis: ꝯñs eſt contra ſuppoſitionem quartam. Secū
do ſi intenſio frigiditatis eēt principalior cā conge
lationis: ſequit̄ ꝙ glacies q̄n̄qꝫ haberet tantā frigi
ditatē ſicut aqua in naturali diſpoſitione, ꝯñs eſt fal
ſum et cōtra quintā ſuppoſitionem: et ꝯña tenet: quia
ex quo cauſa congelationis eſt intenſio frigiditatis
non videtur propter quid glacies nō heret tantam
frigiditatē ſicut aqua in nāli diſpoſitiōe.

¶ Tertio probatur concl'o: ſepe vi
demus ꝙ tpe gelu eſt maior calor q̄ꝫ fuit ante q̄n non
fuit gelu. qd̄ non vr̄ debere eſſe ſi frigiditas intenſa
eſſet cauſa congelationis.

¶ Item communiter in congelatione
conſequente gelu ē fortiſſimum frigus, quod nō de
beret eē ſi intenſio frigiditatis eēt cauſa congelatio
nis: q2 tunc q̄ꝫdiu maneret frigꝰ forte deberet mane
re gelu. ſed tunc eſt fortior dubitatio q̄d tūc ſit prin
cipale congelans: ad qd̄ ſicut premiſſum ē ꝓbabilr̄
ꝓbat̄ vel videtur per predicta ꝙ ad congelationē
vr̄ concurrere conſtringens ſeu poros claudens in
groſſans et exalationem leuem terreſtre cōmiſcēs
primo oporteret concurrere leuē exallationē: vt prop
ter eā reddat̄ et ſaluat̄ cauſa propter q̄ꝫ glacies ē le
uior aqua. Secundo cōcurrere oportet ingroſſans
opꝫ illud reddat̄ cauſa quare aqua congelata ſem
ꝑ eſt groſſior q̄ꝫ aq̄ pura: et hēns terreſtreitates mix
tas opꝫ ibi cōcurrere claudēs et cōſtringens: vt ſcili
cet partes humidas aereas per conſtrictionem ex
pellat: vt ſic prohibeatur aque fluxus quem hꝫ aña ⁊
hoc videtur eē cauſa prop. ꝙ fit gelu cōiter cū mag
na frigiditate: quia frigiditatis eſt cōgregare exal
lationem ſiccā groſſicie terreſtrem et aqueā ſilr̄ hec
eſt cā q̄re oīa congelata degelant̄ a calido: q2 in con
gelatis includuntur aqua groſſicies terre et exala
tio leuis: mō caliditatis eſt ſegregare res etheroge
neas. vt dr̄ ſecūdo huiꝰ: et per ꝯñs ſegregando dege
lat aq̄m: tunc iuxta hoc pōt dici qd̄ principale cōge
lās aq̄m ē influentia celeſtis nata cōſtringere ingroſ
ſare et exallationē leuē aq̄ congelando comiſcere: vl̄
in ea exñtē ꝯcludere: ꝓpter qd̄ aq̄ calefacta citiꝰ cō
gelat̄ q̄ꝫ alia aq̄. ſ. veniente conſtringēte in ea. n. ſunt
ſtatim exaliatiōes leues incluſe. et iō ꝓp. conſtrictio
nē pororū et illorū incluſionē ſtatim congelatur: hec
ēt eſt cauſa: quare in magnis fluminibꝰ glacies non
generat̄ in ſupficie aque ſꝫ in ꝓfundo: et in cōtactu
terre: q2 ibi eſt groſſicies terreſtris: et ꝑ aſpectū in
fluentie leuificant̄ exallatiōes terreſtres que repe
riunt̄ et iō glacies citiꝰ gñrat̄ ibidē: his p̄miſſis reſ
ponſum ē ad ꝓbantia motiua aq̄m in nāli diſpōne eē
congelatā.

Qō: 6. **Q**Ueritur ſexto vtrum leuitas ig
nis et leuitas. Aeris ſint eiuſdē ſpēi ſpecia
liſſime: arguit̄ ꝙ ſic. ſi leuitas aeris exiſtētis
in naturali diſpoſitione eſt remiſſa, tunc eſt eiuſdem
ſpeciei cum leuitate ignis: ſꝫ leuitas aeris eſt remiſ
ſa igitur, maior patet: quia ſi differrent ſpecie: tunc q̄
libet earum in ſua ſpecie deberet eſſe ſumma, ſicut
patet per illos qui ſunt de illa opinione: minor patet
primo auctoritate phi. 3. celi dicentis ꝙ aer habꝫ gra
uitatem, dicit eñ ꝙ omnia elementa habet grauitatē
in loco naturali preter ignem: mō illud eſſe non poſ
ſet niſi leuitas aeris eſſet remiſſa.

¶ In oppoſitum arguit̄: quia ſi nō
differunt ſpē: ſequit̄ ꝙ ex parte grauitatis et leuita
tis non poſſet concludi numerus quaternarius ele
mentorū. Oppoſitū vult phs. 4. celi: et ꝯña tenet: q2
non eſſet niſi vna ſpecies ſpecialiſſima grauitatis: et
vna leuitatis mō ex duabꝰ ſpeciebꝰ non pōt conclu
di niſi numerus binarius entiū diuerſorum ſpecie, ⁊
per ꝯñs non quaternarius:

¶ In hac queſtione primo ſupponit̄,
ꝙ leuitas aeris in ſphera aeris non trahit ſurſum:
nec deorſum. ꝓbat̄ primo q2 eſt naturaliter colloca
ta igitur non trahit ſurſum nec deorſum. Secundo:
q2 ſi ponderaret nunc ſi due quarte aque ſunt grauio
res ꝙ due libre plumbi i phera aeris. ita ēt eent gra
uiores in ſphera aque qd̄ eſt ꝯtra expientiā: ſi eñ in
vaſis ſtanneis eq̄ ponderoſis: et eiuſdē figure pone
res in vno duas libras plūbi et in alio duas q̄rtas aq̄
⁊ vtrūqꝫ vas poneret̄ in altero brachiorū eque libre
in aere aqua deſcenderet: et in ſphera aq̄ plūbum: et
ꝯña tenet: quia ſi grauitas aq̄ in ſuo loco naturali pō
deraret deorſum: tunc ſicut ponderat in aere, ita pō
deraret in aqua: igit̄: ſequit̄ propoſitum ꝙ quicquid
grauius eſſet in aere eſſet etiam grauius in aqua.

¶ His premiſſis ſit prima cōcl'o ri
valis hec: leuitas ignis et leuitas aeris nō ſunt eiuſ
dem ſpeciei ſpecialiſſime: ꝓbat: q2 ſi ſic, ſequit̄ ꝙ ad
eundem locum naturaliter moueret: ꝯña tenet per
ſuppoſitionem, ſecundā falſitas ꝯñtis pꝫ: quia leui
tas aeris in ſphera aeris non mouet vltra per ſecun
dam ſuppoſitionem,

¶ Secundo grauitas terre. et gra
uitas aque differunt ſpecie ſpecialiſſima ergo leui
tas aeris et ignis: ꝯña tenet: q2 ſicut ſe hꝫ grauitas
ad grauitatem in elementis ita leuitas ad leuitatē:
añs patꝫ: q2 aliter ratio reddi non poſſet: quare mul
tum vinum in ſphera aeris eēt grauius modico plū
bo: et in ſphera aque eſt econuerſo non eñ videt̄ alia
cauſa niſi: q2 vtraqꝫ grauitas tam vini q̄ eſt in aqua
q̄ꝫ plūbi q̄ eſt terre in ſphera aeris trahit. et iō multi
tudo grauitatis vini ſuperat in aere, in aqua autem
plumbum: quia terra eſt vini vero grauitas: eo ꝙ ē al
terius nature et ſpeciei non trahit et iō ibi plumbū
eſt grauius: et hec ēt poſitio videtur magis eē de in
tentione phi. 4. celi prout ad oppoſitū fuit allegatū
Scd̄a concluſio. tā leuitas aeris q̄ꝫ ignis in ſua ſphe
ra eſt ſumma: patet de leuitate ignis: ſed de leuitate
aeris probat̄: q2 eſt leuitatis ſimplicis elementi exñ
tis in nāli diſpoſitione. et talis eꝫ eē ſumma. Secūdo
q2 niſi aeri ſumme conueniret nulli ſumme conueni
ret: q2 non conueniret igni: nec ēt mixto in ſummo.

¶ In hac qōne dubito aliquas dubi
tatiōes, ſit prīa dubitatio cōtradicta. ſi differunt ſpe
cie: ſequit̄ ꝙ nūq̄ꝫ imediate ex aqua poſſit fieri ignis
ꝯñs eſt falſum ꝯtra phm. 2. huiꝰ. ꝓbat̄ ꝯña q2 nō pōt

fieri ignis niſi cū leuitate ignis:ſ; ī alteratiōe:aque ab igne nō gñaꝛ leuitas ignea:igiꝛ:ɔña nota:maioꝛ pꝫ:qꝛ ſicut ignis ī ſubō reqrit qualitates pīas ad ſui generatiōem cōueniētes. Ita reqrit ſibi q̄litates ſecundas ſeu motiuas cōuenientes minoꝛ ꝓbaꝛ:qꝛ certū eſt ꝙ in calefactione aque multū:et notabl'r remittiꝛ frigiditas ⁊ magna introduciꝛ caliditas humiditas aūt parū diminuiꝛ:ergo cōtinue in aqua calida ſtant ſil' intenſa caliditas cū intenſa hūiditate:ad q̄s predictas:ſequiꝛ leuitas aeris:et non ignis:igiꝛ ī calefactiōe aque ab igne non generatur leuitas ignis qō fuit pꝛobādū.

Dubita. ⁊ ¶ Secunda dubitatio ſi differūt ſpē ſequereꝛ ꝙ exalatio humida in aere non deberet aſcendere:ɔñs eſt ɔtra pħm pꝛīo metheo. et ɔña ꝓbaꝛ qꝛ in exalatione humida dominanꝛ caliditas et hūiditas vt pꝫ ꝑ pħm ibidē ꝗ leuitas aeris ꝑ dicta ſ; illa nō dꝫ aſcēdere in ſphera aeris ſ; quieſcere cū ibi ſit ī loco ſuo ⁊ nō trahat ꝑ ſuppōnē pmi articuli:igiꝛ talis exalatio ī aere nūꝙ aſcēderet. Poſſet cōfirmari:qꝛ vl' talis exalatio, aſcēdit ī aere a ſua foꝛa ſubſtāntiali:et hoc nō qꝛ illa ē ad modū aque vel aeris: et taliū nō eſt aſcendere infra ſpherā aeris:vel a leuitate aeris et hoc nō ꝑ pꝛimā ſuppoſitionē:quia infra ſpherā aeris non trahit vl' a leuitate ignis:et ſi ſic tūc ad caliditatē:et hūiditatē q̄ dominanꝛ in exalatiōe hūida:ſeq̄reꝛ leuitas ignis cuius oppoſitum ē fundamētum alterius opinionis.

Ad tertiā dubitatio ¶ Tertia dubitatio eſt quā leuitatē illarum duarum introducit caliditas introducta a ſole:videtur ꝙ aereā:quam valde iuuat caloꝛ ſolis ad generationem aeris ex aqua:et vꝛ ꝙ igneā:quia Radij ſolares quandoꝗ intenduntꝛ per reflexionem a ſpeculo concauo:vel vitro quod non eſſet niſi igneam gñaret leuitatē.

Ad quartā dubita ¶ Quarta dubitatio iuxta vnam rōnem tactā añ oppoſitū vꝫ:an leuitates ignis ⁊ aeris ſunt contrarie et vꝛ ꝙ nō:quia leuitas nō vꝛ contraria niſi grauitati:vꝛ ꝙ ſic:qꝛ hēnt trāſmutatiōem ad inuicē ſicut leuitas et grauitas:igꝛ ſil'r ɔtrarianꝛ:cōſequētia tenet ⁊ añs pꝫ qꝛ ſicut in actione ignis ī terrā ꝓpoꝛtionabil'r ſicut remittiꝛ frigiditas:et introduciꝛ caliditas remittiꝛ ēt grauitas, et introduciꝛ leuitas Ita ī gñatiōe ignis ex aere ꝓpoꝛtiōabiliꝛ ſicꝛ ītroducitur ſiccitas remittitur leuitas aerea ⁊ introducitur ignea.

Ad pꝛimā dubi. ¶ Ad pꝛimā dubitationē dꝛ ꝙ quādo imediate ignis fit ex aq̄ opꝫ igne exuere hūiditatē aq̄:⁊ non ſolū eā coꝛrūpe ſua ſiccitate. ſ; acuere actionē ſiccitatis ſua caliditate adurēdo hūiditatē per hoc rñdeꝛ ad rōnē negando ɔñam:ꝙ nūꝙ ex aq̄ poſſit fieri ignis imediate:et ad ꝓbationē dꝛ ꝙ tūc ī generōne ignis ꝓpter vehementiſſimā actionē caliditatis eq̄ cito coꝛrūpi hūiditatē aq̄ ſicut eiꝰ frigiditatē et ſic gñabiꝛ leuitas ignis verū eſt tñ ꝙ in cōi calefactione aq̄ vbi nūc ſic foꝛtificaꝛ actio ſiccitatis a caliditate gñaꝛ in aqua magis leuitas aeris quam ignis et iō valde freq̄nter generat ignis aerem ex aqua ſicut et terra ſua frigiditate coꝛrūpendo caliditatē aeris in motibus gñat ex aere aquā ꝓut dicit pħm in fine pꝛimi metheoꝛoꝛū.

Ad ſecundā dubita ¶ Ad ſecundā dubitationē pōt dupliciter rñderi vno mō ꝙ nuſꝙ eſt exalatio humida quin cōmixta ſit illi exalatio ſicca terreſtris:et qꝛ illa añā mouet ſurſum in aere et leuitas aeris vel aerea exalationis humide nō reſiſtit ergo exalatio ſicca ꝑ ſuā leuitatē in ſphera aeris mouet ſurſum ſe:et ſil' exalationem hūidā ſibi cōmixtā:iō vapoꝛ aſcēdit infra ſpherā aeris al'r dꝛ et meliꝰ, pꝛīo:qꝛ calefaciēs aquā quodāmō deſiccat eā ſeu aliq̄m ſiccitatē in eā introducit:qꝛ fiꝛ cū calefacientibꝰ aquam veniūt quodāmō deſiccatiua. et deſiccātia eadē:ſecūdo:qꝛ illō ī aq̄m vel ī aq̄ hūida duplicē leuitatē ītroduciꝛ. ſ. leuitatē aeris q̄ ē magis ītēſa q̄ ɔſequiꝛ caliditatē et hūiditatē ⁊ aliquā leuitatē ignis l; remiſſā q̄ ɔſequiꝛ caliditatē ⁊ ſiccitatē. tertio qꝛ leuitas ignis mouet exalationē hūidā ſurſum qꝛ l; leuitas aeris ſit intēſioꝛ in vapoꝛe:tamen illa non trahit nec reſiſtit eo ꝙ eſt ī loco nāli et ſic medica leuitas ignea eo ꝙ non hꝫ reſiſtentiā a leuitate aerei vapꝭ vapoꝛē mouet ſurſum. ꝑ hoc patet quid dicendum ad rōnes dubitationis.

¶ Ad tertiā dubitationē. dꝛ ꝙ cum caliditas ſolis introduciꝛ māe ſicce:tūc vna cū ſiccitate introducit leuitatē ignis a dñio. Cū aūt introduciꝛ māe hūide tūc vna cū hūiditate inducit leuitatē aeris a dñio:verū eſt ꝙ vbi ſol in humiditatē agens aliquo mō deſiccat eā:et ſi rōne ſiccitatis aliqualē leuitatē, igneā. ſ. remiſſam introducit, ꝓut ſtatim dicebaꝛ:ꝑ hoc ſolute ſunt rōnes iſtiꝰ dubitationis.

¶ Ad q̄rtā dubitationē pōt dici ꝙ cōtrarietas q̄litatū motiuaꝝ local'r pōt attendi dupl'r:Uno mō penes diſtantiā localem ad quam nate ſunt mouere:et ſic grauitas et leuitas pꝛincipal'r:et ſolū dicunꝛ contraria eo ꝙ grauitas mouet deoꝛſum et leuitas ſurſum, Alio mō quātū ad diſtantiā gradualē:et trāſmutationē adinuicē ꝙ nata ſunt hēre:vl' ſecūdū ſe:vel ſm ſuas cāſ ſic cōtraria:dicunꝛ albedo ⁊ nigredo intenſe:eo ꝙ nequeunt ſil' ſtare in eodē ſubō et hñt inuicē tranſmutationē ſm ſuas cāſ ꝑ hoc rñdetur ad dubitationē ꝙ leuitas aeris ⁊ ignis nō ſunt cōtraria:pꝛīo pꝫ:qꝛ ſic leuitas pꝛīcipal'r ɔtrariaꝛ grauitati. ſecūdo qꝛ ambe mouent ſurſum:ſeu a medio. tertio:qꝛ l; nō mouēt ad eundē locū vltimatū:tñ loca ad q̄ mouent videnꝛ in genere locoꝝ eē eiuſdē ſpēi qꝛ ambo ſunt ſurſum:et nō diſtant in gñe locoꝝ: niſi ſm locum magis et minꝰ puta:qꝛ vnꝰ eſt magis ſurſum: et aliꝰ minꝰ mō magis et minꝰ nō variant ſpeciem q̄re vꝛ ꝙ leuitas aeris et ignis non ſunt cōtraria:attēdendo cōtrarietatē penes diſtātiā ſm ꝙ mouenꝛ nolo tñ dicere ꝙ loca aeris et ignis in eēntia vel in virtute ſint eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime:ſ; in gñe locoꝛū:qꝛ ambo ſunt ſurſum vt iā dictū ē. Secūdo dꝛ ꝙ leuitates ille ſunt cōtrarie q̄m ad diſtātiā gradualē ⁊ trāſmutationē:q̄s nata ſunt hēre adinuicē, ꝓut rō añ oppoſitū arguit:ſic ipſi nequeūt ſm eē intenſum ſil' ſtare in eodem ſubō:qꝛ ſequiꝛ ꝙ illō nā quieſceret in loco aeris et in loco ignis:qō nō eſt poſ'e. ¶ Itē leuitates ille hñt trāſmutationē ad īuicē:qꝛ ſi ignis gñareꝛ ex aere neceſſe ē ſm nām ꝙ ꝓpoꝛtiōabil'r ſicut in aere remittiꝛ hūiditas et ſiccitas introduciꝛ:ita ēt introducaꝛ leuitas ignis et aeris leuitas remittaꝛ ꝑ hoc pꝫ, quid ſit de rōnibꝰ dubitationis. qꝛ pꝛima ꝑ pꝛīo dicto. et ſecunda ꝑ ſecundo.

¶ Ad rōnes añ oppoſitū dꝛ ꝙ leuitas aeris qñ eſt in nāli diſpoſitiōe non eſt remiſſa ad pħm tertio celi pōt dici ꝙ non plus voluit niſi ꝙ q̄dl; elemētū ꝑter ignē ē graue reſpectu ignis. qꝛ nāl'r de

terminat ſibi locū minus altū vel ꝓpinquiorem cen-
tro ꝙ ignis non tñ ſimpliciter loquendo habet gra-
uitatem verum eſt, ꝙ phs in iſta autoritate videtur
velle ꝙ aer ponderat in loco naturali. qđ tñ priꝰ ē ne-
gatū dr ꝙ hoc poſuit ſm opinionē aliorū et nō ſuam
Cōmenta. em̄ ſup iſto paſſu dicit ꝙ viſus fuit expiri
per veſicā et nunꝙ potuit inuenire ꝙ veſica re pleta
aere plꝰ ponderaſſet ꝙ ſi in ea nullꝰ fuiſſet aer.

## Q Uerit ſeptimo vtrū det aliqđ

purū elemētū i hac.q. Gru.dico ꝙ elemētū
dr purū dupl'r aut ſubal'r aut q̄litatiue ſuba-
l'r purū voco ꝙ hꝫ ſi'lem formā ſubalē ꝑ totū ſꝫ q̄litatiue
purū voco ꝙ ꝑ oēs ꝑtes ſui ē vniformiter q̄lificatū .di
co ḡ ad q̄nē, ꝙ elementa in ſui primordio erāt i ſua
diſpōne nāli.nūc aūt ꝑ actiōem et reactionē illorū.⁊
per influētias celi tam ſubſtātial'r qualitatiue facta
ſunt etherogenea. Non dubito tñ ꝙ aliq ꝑ ignis pro
pe concauū lunare nō eſt i ſua eucraſia nāli.

## Q Uerit octauo circa textū com

mēti.24.huiꝰ ſecūdi.vtrū qđlꝫ elemētū poſ-
ſit immediate in quodlibet elementum per
mutari; ⁊ arguitur ꝙ non quia ſi aqua fieret ex igne
immediate vel eſſet quando in materia ſit media la
titudo frigiditatis et hoc nō:qꝛ fieret aq̄ nō frigida
vel eēt qn̄ eēt i mā aq̄ magis ꝙ medietas latitudinis
frigiditatis et ſic repiret ignis frigidꝰ qđ ē falſum.
in oppoſitū ē phs i tex.allegato. Pro huiꝰ q̄nis exa
mine noto fuiſſe vnā opinionē ꝙ in tranſitu vniꝰ ele
menti in aliud dꝫ fieri quoddā mixtū iꝑfectū diffe
rens ſpecie ab vtriſqꝫ elemētis: huius tñ cōtrariū tꝫ
Marſiliꝰ tenens vaporē eē eiuſdē ſpēi cū eo vñ ele-
uat qđ ꝓbat expientia qꝛ vapores adherētes reflec
tenti ſunt ſubſtātial'r aq̄ et vapor argenti viui ē eiuſ-
dē ſpēi cū argento viuo pꝫ:qꝛ in vaſe diſcooperto to
tū argētū viuū ꝑit:ſꝫ ipſo cooperto non ꝑit qꝛ vapor
reflexus eſt argentum viuum.

## Querit an complexio ſit ſubſtan-

tia vel accñs notandum ꝙ complexio a Galeno no-
minatur ſubſtantia non tanꝙ proprium predicatum
cū ſit qualitas:ſꝫ tanꝙ appropriatū: qꝛ e inſtrm̄ quo
mediante res naturalis exiſtit et operaṫ.vide conci
li. differen.17.et tho.li.primo ſue ſumme: queſtione
quarta tractatu ſecundo.et Jacobum qđ extraua-
gantibꝰ.qđ.5.

## Notandū.2.circa diffinitionem

Aui.cōplexio eſt qualitas q̄ ex actione et paſſione q̄
litatū primarū in elementis repertarū ꝓuenit quarū
partes ad tantā paruitatē redacte ſunt vt minimū
vniꝰ contingat minimū alteriꝰ. Tu intellige ꝙ cōple
xio eſt q̄litas vna.non numeraliter cū ſint due q̄lita-
tes medie:ſꝫ dr vna quaſi vniꝰ forme inſtrm̄: vl' dic ꝙ
ſi qualitas abſoluiṫ a nūero vt q̄buſdā placet vel dic
vt Thomas de garbo ꝙ eſt ſimplex q̄litas:aut ꝙ ille
due medialitates ſe hñt ſicut perficiens et ꝑfectibi-
le vt genti,et iō ſunt vnū dicit vltra tex.q̄ ex actione
et paſſione qualitatū primarū in elemētis reꝑtarū ꝓ
uenit qđ nō itelligas pricipal'r:ſꝫ inſtrumental'r,ſunt
em̄ qualitates elemētares inſtrm̄ celi ad faciendam
cōplexionē dicit vltra,quorū ꝑtes ad tātā ꝑuitatē re
dacte ſunt vt plurimū vniꝰ cōtingat plurimū alteriꝰ
intellige pl'imū māle qđ ē minimū forale. Dicit vltra
accidit in eaꝝ ſūma qualitas i toto ſi'lis q̄ ē cōplexio
in earū ſūma.i.per actionē:⁊ reactionē qualitas ſi'lis
i.proportionalis elemento predominanti.

## Q Uerit preterea an poſſit dari

cōplexio equalis ad pondꝰ pro hac q̄ſtione vi
de Tho.de gar:trac.2.ſue ſumme,q.5.et cō
ci.diff.18.⁊ Jacobū.q.6.⁊ noto prio q̄d ſit dari equa
le ad pondꝰ et dicit Aui,equale ad pondꝰ eſt cū quā
titates qualitatū ſunt equate non ſuꝑantes:nec ſuꝑa
te et eſt cōplexio in medio earū vere q̄ diffiō vult di
cere ꝙ ſi aliqs imagineṫ ꝓportiōes actiuitatū ad re
ſiſtētias eē equales;et ꝑ tales ꝓportiōes equales fin-
gat fieri aliquā complexionē ad nullū extremū de-
clinantē illa erit equalis ad pōdꝰ q̄ iō ē ipoſi s.qꝛ ta
lis modꝰ faciendi non pōt peruenire ad cōplexionē
ſꝫ vt fiat in illis tranſmutatio locorū eſt ēt hec cōple
xio impoſſibilis qꝛ mixtū hñs eā aut ſubitanee deſ-
trueretur a quo vis agente ipſum excedente;aut tale-
mixtū eēt incorruptibile;nam ſi tale mixtū illā equa
litatē ex poſtulat ꝓ ſui ꝯſeruatione cū illa equalitas
cōſiſtat in indiuiſibili qđlꝫ agens quod in illō ageret
diſſolueret ipſum ſubitanee. Qm̄ ab equalitate quā
tuncūqꝫ parū excedat:iā eſt inequalitas.qđ ſm incō
ueniēs ſequaṫ deduco:qꝛ tali mixto idifferēs et neu
tralis ē caliditas,frigiditas,hūiditas ⁊ ſiccitas:et fi
nal'r ꝯtrarietas:ḡ ſi nō hꝫ cōtrariū erit incorruptil'e

## Qđ aūt ſit equale ad pōdus pꝫ qꝛ

et.Aui.negat in equale qđ non eſt ꝑꝑ illiꝰ implicatio
nē cōtradictionis ſi eēt.nā calidū eēt aut frigidū ſed
potiꝰ ꝓpter ipoſſibilē modū factionis a ꝓportionibꝰ
equalibꝰ q̄ potiꝰ dirigūt ad ſimplicia ꝙ ad cōplexio
nem vel mixtū, Sup iſta finali mā digladianṫ phi
et medici phis dicētibꝰ dari eq̄le ad pōdꝰ i motiuis
tm̄ ⁊ i alteratiōis tm̄:nō tñ i vtriſqꝫ:quoꝝ rō ē i trāſitu
ſūme leuis ad ſūme graue in medio ē eq̄le ad pōdꝰ
in motiuis:et in tranſitu elemēti diſſymboli ad aliud
diſſymbolū in medio ē eq̄le ad pondꝰ in alteratiuis:
ſꝫ in vtriſqꝫ ſi'l nō ꝯcedūt cuiꝰ ſentētie ē Marſiliꝰ li.
2,de genera.9.de equale ad pōdꝰ et Alber.de ſaxo.
lib.1.de celo.q.pria quoꝝ rō eſt ſuppōnes ꝙ vt aliq̄d
ſit leue req̄ſitū ē eiꝰ calorē vel in ſummū vel ꝓpe ſum
mū eē ꝙ ſic ſuadeṫ,qꝛ ferrū candēs et aīa ſunt ſatis
calida et tñ nō leuia:qđ eſt qꝛ leuitas quantulacūqꝫ
a ſummo calore vel ꝓpe ſummū ꝓuenit qualis non ē
in mixtis. Hoc ſuppoſito arguiṫ ſic. Si q̄liſcūqꝫ ex
ceſſus leuitas ſuper grauitatē req̄rit ſummū calorē,
vel ꝓpe ſummū:ḡ adequandū leuitatē grauitati re-
q̄reṫ calorē excedere frigiditatē,ꝙ ſi ſic ḡ dato equa
le ad pondꝰ in motiuis nō dabiṫ in alteratiuis Ad
iſtā rōnem q̄ ꝓbat nō dari in vtriſqꝫ ſi'l equale ad pō
dꝰ. Rñdeo deſtruendo fundamētū illorū de cauſa le
uitatis. Pro cuiꝰ declaratione noto ꝙ cā leuitatis
nunꝙ eſt caliditas aīe q̄ dr caliditas ſpirituoſa.de qua
dr ꝙ hoc ē calidiſſimꝰ aīaliū:qꝛ reſpectu breuis quā
titat⁊ ſui corꝑis pl'es ſpiritꝰ req̄rit ꝙ aliqđ aliđ aīal ꝑꝑ
pl'es facere oꝑationes:ſꝫ potiꝰ caliditas q̄ facit leui
tatē eſt elementaris arſiua et hec eſt cā quare aīalia
quū ſint ſatis calida nō ſunt leuia:qꝛ coꝝ calor nō eſt
elemētaris Secūdo noto ꝙ leuitas attēdiṫ penes
itēſionē caloris ad ſummū vel ꝓpe ſummū:aut penes
mixtionē corꝑis leuificantiū aut penes actionē vtu-
tis informatiue de cōplexione aīte cū multa calidi-
tate.primū dixi ꝑꝑ elemēta.ſm aūt ꝑꝑ lignū,et gelu
tertiū dixi ꝓpter oleū in cuiꝰ informatiōe concurrit
virtꝰ informatiua cū multo calore aereo.Vñ nō icō
uenit aliq̄d de cōplexiōe aīti eē magis calidū et de
ſubſeq̄nti eē minꝰ calido imo qđ fortiꝰ eſt de aīti cō-
plexiōe eē calidum et de ſubſequente eē frigidum

¶ De equali ad pondus in motiuis eſt diſcordia inter philoſophos in quonam loco ſit: ⁊ reprobant ꝙ ſit locus eius eſſe pro medietate in aq̄: et pro medietate in aere: quia cum aqua ſit ſpherica erit plus quam medietas in aere: et minor quã medietas in aqua. Sed ego dicerem ꝙ quemadmodum tota terra eſt naturaliter ſituata: quia eius centrum medium eſt in centro vniuerſi: ita tale equale ad pondus eſt naturaliter ſituatum ſi eius punctum mediũ attingat ambas ſpheras ſcilicet aeris: et aq̄.

¶ Utrum tamen tale equale ad pondus ibidem quieſcat necne ꝓbleuma eſt. Hugo ſenẽſis dicit ꝙ quieſcit. Jacobus de for. dicit ꝙ mouetur circulariter: quia pars inferior appetit aſcendere ⁊ ſuperior deſcendere, que duo faciunt motum circularem. Nec obſtat eſt in loco naturali: ergo non mouetur: quia illud eſt verum de motu recto: et non de motu circulari: vt patet de celo quod ẽ in loco naturali: et mouetur. ¶ Hugo ſenenſis dicit dari equale ad pondus (ad iſtum ſenſum) ꝙ omnes qualitates ſint equate, non dubitat eſſe poſſibile: immo credit verificari poſſe in corpore de ſecundo modo equalitatis: ſed dari equale ad pondus ad iſtum ſenſum, ꝙ ſit vna qualitas ſecunda equaliter declinans ad calidum et ad frigidum credit eſſe impoſſibile: quod poteſt videre in ſua queſtione de equali ad pondus: ꝙ autem hoc ſit impoſſibile ſuadet Gregorius. i7. diſtin. primi ſententiarum dicens ꝙ datis tribus rebus diuerſarũ ſpecieꝝ impoſſibile eſt tantum conuenire. a. cum. c. ſicut. b. cum. c. Nam ſic ſequeretur. a. et. b. eſſe equaliter perfecta quũ equaliter diſtẽt ab vno extremo finito finite perfecionis.

¶ Conciliator tenet differẽtia. xviij ꝙ datur equale ad pondus ſed hoc eſt tantum durãs per inſtans eius tamen opinio eſt falſa quia ſequeretur ſi poſt illud inſtãs deberet declinare ꝑ calidũ ꝙ contrapoſita cã frigida ꝑmanerꝫ ĩ illo eq̄li ad pōd⁹ ꝑ tp̄s

¶ Jacobus tenet non poſſẽ dari eq̄le ad pondus quod ſit naturaliter diſpoſitum: bene tamen poſſe dari non naturaliter diſpoſitum ſed hec opinio eſt falſa: quia quum tale equale ad pond' ſit complexio diſponit in formam aliquam et illi naturaliter diſconuenit: ergo aliquid diſponit in aliquaꝫ formam cui diſconuenit: quod eſt falſuꝫ: ergo opinio falſa. Nos tamen diximus non dari propter impoſſilem modum factionis qui eſt ꝙ proportionibus exiſtentibus equalibus fiat complexio equalis aut inequalis: quod eſt impoſſibile: quia tantum fieret trãſmutatio in ſubiectis: ita vt forma ignis introduceretur in materiam aque et forma aque in materiam ignis et ita tantum fieret locorũ transmutatio.

¶ Nunc ſoluamus ratiões Thome.
Ad primam minus poteſt agere ĩ maius: ergo equale in equale: conſequentia eſt nota q: ſi ex elementis ſit mixtum neceſſe eſt concurrere celum: ſed ita pōt concurrere cum elementis equalibus ſicut: cum inequalibus ad faciendum complexionem.

¶ Dicendum ad hoc ꝙ celum agit ĩuentã meliori occaſiõe ad producendum complexionem et quia melior eſt cum predominio alicuius elemẽti ideo nõ ꝑducit cõplexionẽ ip̄ſis eq̄ris. ¶ Erat alia rõ de reductione flegmatici ad ſanguineũ q: videbat in medio tranſit⁹ de frigido ad calidũ eẽ eq̄le ad pōd⁹: ſꝫ hec rõ nulli⁹ ẽ momenti q: ĩ illo caſu non trãſit ð frigido ad calidũ: ſꝫ de remiſſe calido ad intenſe calidum.

¶ Super iſta parte queritur quenã cõplexio ſit vite lõgioris: q: dicit ph̄s oẽs corruptibile hꝫ determinatũ periodũ ſue durationis dico, ꝙ tꝫ hali ⁊ opinio cõmunis medicoꝝ ꝙ cõplexio ſanguinea ſit vite lõgioris: et mouet: q: pl⁹ hꝫ de ꝑncipijs vite pura ð calore ⁊ hũididitate et quotidiana expiẽtia reſtat illos in ſenectute viuere multo ſplendidiores facie magis leta et meliori habitudine corporis ¶ Secunda opinio ẽ cõcilia. diffe. ꝓpria dicentis cõplexionẽ tẽꝑatã eẽ longioris vite cui⁹ motiua ſũt corpora ſanguinea ſunt magis parata febrib⁹ putridis hñt et ſudorẽ fetidũ ꝗ nõ ſunt tante durationis ¶ Secunda rõ innitit auto. gale. tertio thegni. dicentis eq̄tur in his orexiſ: digeſtioni ita vt ꝑceptore nõ indigeat quãtitatẽ ipoꝝ metiẽti optima. n. nã tm̄ appetit quãtũ bñ digerere pōt his ꝗ moderata dieta vtẽtib⁹ nihil relinq̄t circa ẽtrẽ: et alias corporis ꝑticulas intellige nihil ſuꝑfluũ qð eos contriſtet: q: ſemꝑ veſica dꝫ hẽre vrinam et inteſtina feces ex hac auto. ĩfert ꝙ corp⁹ tẽꝑatũ meli⁹ digerat et ꝙ paucio res hẽat ſuꝑfluitates. ¶ Tertia rõ ẽ: q: ſemꝑ reſtaurat meli⁹ humidũ ⁊ magis vite ꝓportionatũ. ¶ Sed iſte rões concilia. nõ ꝓbant niſi ꝙ corp⁹ tẽꝑatũ meli⁹ ſe regat et ſanius viuat: nõ tñ ex bonitate oꝑationis arguit maior diuturnitas: q: diuturnitas magis ꝓuenit ex maiori quãtitate humidi cõſumptibilis q̄lis maior quãtitas in ſanguineo eſt reſpectu tẽꝑati. ¶ In hac tamẽ mã volo notare cauſas lõgitudinis ⁊ breuitatis vite prius notando ꝙ mors eſt: duplex q̄dã naturalis q̄ ꝓuenit ex humidi cõſumptione reliq̄ accidentalis que prouenit ex putrefactione a prima ars medicine non facit nos ſecuros a ſecunda tñ ars medicine pōt ꝑcauere vt bene dixit auicena fen. tertia primi. capl'o primo cum dixit. ars medicine non eſt ars que nos a morte ſecuros faciat: ſꝫ que putrefactionem penitus ꝓhibeat aut vite periodũ prolongere poſſit: nota tamen ꝙ iſta putrefactio non poteſt prohiberi quandocunq̄ꝫ prouenit ex indiſpoſitione obiecti qualis eſt ea que fecis et vrine.

¶ Noto ſecundo de mẽte Marſilij ſecundo de generatione queſtione. i7. et Ugonis ſecundo thegni. tracta. ð teſticulis. co. 20. ꝙ. 6. ſunt cauſe maxime durationis. Prima ẽ homo geneitas in partibus propter quod habentes ſtomacum frigidum et epar calidum ſunt obnoxij magno periculo vt eſt videre: quia talis egritudo dicitur non ſanatiua fen. ſecũda primi. Nam frigida adhibẽdo noces ſtomacho calida adhibẽdo noces epati. Secũda cã eſt ſimilitudo medij continentis: et ſi contra hoc aliquis inſtaret nunquaꝫ aer poteſt eſſet ſimilis nobis cum ſemper nos alteret: ergo dicendum ꝙ aer non ẽ ſimilis nobis formaliter nec virtualiter: ſed ĩ effectu ad iſtum ſenſum ꝙ approximatus nobis non trahit nos: extra latitudinem temperamenti immo in illa nos conſeruat ex quo ſequitur eundem cibum: vt eſt perdix et galina et pul⁹ eſſe ſimilem flegmatico: et omnibus alijs complexionibus eo ꝙ illis datus omnes conſeruat in ſuo temꝑamenta. Tertia cauſa ẽ latitudo magna complexionis propter quod canis parum viuit et muſo: q: ſue latitudines ſunt curte: hõ tñ diuti⁹ ꝑꝑ magnam latitudinem ꝯplexiõis. Quarta cauſa eſt difficultas diuiſionis propter quod fere

rū durat diutius ipſo plumbo. Quinta cauſa eſt debita proportio calidi ad humidum in qua nec calidū ita ſuper humidum qꝺ illud exurat, nec humidū ita ſuperet calidū quod illud ſuffocet: Sexta cā eſt illbec et alcocodē qui ſunt datores formarum.

¶ Sunt et alie cauſe que vitam habent prolongare impediendo putrefactionē et talia ſunt. 3: vt Ariſt. 4. metheoro℞. ſ. ſiccū frigidū: motꝰ: multum: et feruor. ¶ Circa primū experiētia monſtrat ꝙ ſiccitas corpora ſeruat ſine putredine, vt patet de carnibꝰ ſalitis ⁊ de balſamatis frigidū ēt ſi ſit īmoderatū facit putrefactionem, vt pꝫ de membris eſtiomenatis ſꝫ moderatū frigidū vigorat calidum quadā antipariſtaſi ¶ Motꝰ ēt ē qui habet preſeruare ab omni putrefactione ſi ſit īmoderatus. Nam hic cauſat putredinem vt Aui. fen. prima. 4. cap. de cauſis putredinis. ¶ Feruor etiam corrigit putredinem vt patet in fortibus putrefactiōibus quas nō prohibemus niſi per fortiſſima cauteria iuxta illud aduſtio corrigit putrefactionem. nā putrefactio debilitat innatū calidum et aduſtio eleuat illud.

¶ Multitudo etiam nā clare videtur ꝙ paucum vinum in vaſe citius acetoſatur quam multum vinum in doliū et illud eſt: quia multum plꝰ habet de multitudine forme quam paucum q̄re magis reſiſtit: et ſi aliquis contra hoc inſtaret: quia ſanguineus habet plus de humido tñ minus reſiſtit putrefactioni. Dicendum ad hec ꝙ intelligitur multū difficilius patitur pauco poſita paritate in regulatione ab anima et quia in ſanguineo non ita bene regulatur illud humidum multum ſicut ſi eſſet paucum: ideo magis paratus eſt putredini.

¶ Sꝫ contra hanc cauſam arguitur auto. ar. prima problem. dicētis propter quid egrotant plures eſtate moriuntur autem plures hyeme: g̃ frigiditas magis ē mortifera quam caliditas, ergo non prohibet putrefactionem. Dicendum ad hoc illud probleuma intelligendum eſſe proportionabiliter geometrice: ſed nō arithmetrice ita ꝙ ſi egrotēt in eſtate. 60. et in hyeme 30. moriuntur in eſtate viginti hyeme vero: 15. plures aūt ſunt viginti q̄ · 15. ſꝫ maior pars aliquota ē. 15. reſpectu. 30. q̄ viginti reſpectu. 60. ¶ Sed quereret aliquis cur in hyeme egritudines ſunt difficiliores rō: q2 virtutes robuſtiores non cadūt niſi a maiori cauſa: ſed contra hoc replicatur qualis eſt proportio fortis morbi ad forte ſubiectum talis eſt proportio debilis morbi ad debile ſubiectum: ergo ita fortiter egrotant debiles ſicut fortes, Dicendū ad hoc egregie cum conciliatore diffe. propria ꝙ debilia ex continua pugna acq̄ſiuerunt armaturam qua inuadant morbum grā cuiꝰ euadāt melius quā robuſti. ſi contra hoc arguas nālia nō aſſueſcunt ſecundo ethicorū: g̃ non reſiſtūt magis corpora debilia propter conſuetudinem. Dicendū ꝙ conſuetudo capitur duobꝰ modis. vno mō pro habitu acquiſito ex pluribus actibus et ſic naturalia non aſſueſcunt. ſecundo mō pro acquiſitione cuiuſdā qualitatis qua plus reſiſtat vel agat et hoc modo in naturalibus per exercitium acquiritur conſuetudo quomodo ruſtici reſiſtūt magis eſtati et hyemi propter conſumptionem humidi roralis et duriciem mēbrorum quomodo etiam coquentes fornaces vitreos tolerant cauma ſui fornacis. quia habent humidū rorale conſumptum quomodo etiam arcus baliſte facilius plicatur poſt multas plicationes: quia humidum viſcoſum quo antea reſiſtebat plicationi iā obedit plicationi, applicando ad propoſitum corpora debilia ex hoc ꝙ multotiens cadunt vel in neutralitates: vel in morbos acquirunt qualitates quibus mediantibus reſiſtant magis omnibus morbis quando adueniunt quas qualitates non acquiſiuerunt robuſta obidqꝫ non tantum reſiſtunt.

QUeritur vtrum vita hūana poſſit perpetuari naturaliter per artē medicine et arguitur ꝙ ſic quia flegmaticus poteſt reduci ad temperatum: ergo poteſt melius humidū reſtaurare et ſic erit vita eius longior: et et eadem ratione poterit ille temperatus in ſuo humido perfici et adhuc periodus prolongari. ¶ Pro ſolutione huius queſtionis pono aliquas propoſitiōes.

¶ Prima ꝓpoſitio humidum radicale poteſt reſtaurari perfectius ꝓ operationibꝰ ſenſitiuis iſta patet de iuuene qui meliores hꝫ operationes ſenſitiuas quam puer.

¶ Secunda ꝓpoſitio humidum radicale poteſt reſtaurari perfectiꝰ qualitatiue patet de ethico puero ſi ſanetur et poſtea creſcat.

¶ Tertia propoſitio humidum radicale ad ſenſum bonum poteſt reſtaurari perfectiꝰ ſubſtantifice iſta patet de flegmatico dum reducitur ad temperatum et de carne ſpōgioſa fiſtule que per curam redit ad benignum dixi ad bonum ſenſum in quo volo dicere ꝙ humidum radicale temperati facti ex flegmatico in iuuentute melius humidum habꝫ in iuuentute quam ſi i eadem iuuentute permanſiſſet flegmaticus.

¶ Quarta propoſitio humidum radicale poteſt reſtaurari perfectius pro vita ad iſtū ſenſum ꝙ plus viuit cum humido reducto, quam cum priſtino hec de ſe pꝫ: quia melancolicus cum humido ſuo vixiſſet triginta annis ⁊ reductus ad temperatum viuet. 50. ānis.

¶ Quinta propoſitio humidum radicale impoſſibile eſt reſtaurari ita perfectum ī tr̄o ad quē ſic̄ ſi fuiſſet reſtauratum in termino a quo iſta probatur: quia ſiccitas etatiua eſt in prohibibilis: g̃ ſi fiat reſtauratio per vnam horam a principio eius vſqꝫ ad finem illiꝰ reſtaurationis ſemper ſiccatur mēbrum et aſſimilatur ipſi in termino ad quem: ergo ſemper reſtauratiua deterius ſe habet et ex hoc: ſequitur aliquem temperatū in etate poſteriori deterius habere humidum quam flegmaticum in etate priori. ſequit̄ ſecundo intellectꝰ dicti. Auicenne doctrina tertia de complexio. capitulo tertio et ſi virtus infinita foret et reſtauraret tale quale nihilominus moreretur intellige de virtute in recto que eſt idem ꝙ anima quam dicit infinitam induratione a pte poſt: et reſtaurare tale quale intellige in termino ad quē q2 ſic ſemper deterius ſe habet.

¶ Sꝫ hic dubitatur cur cum ethicus ſecunde ſpeciei puer exiſtens in quarto anno ī ſexto anno ſanatꝰ reſtaurat hūidū radicale cū quo augmētat qꝺ eſt ꝑfectiꝰ q̄re igr̄ ſenex non ita ſiccꝰ ſicut ille ethicus non reſtaurat humidum radicale humidius ſubſtantifice ⁊ perfectus dicit egregie Thomas de garbo. in tractatu de humido radicali ꝙ ethicus

ille puer habet humidum radicale ſimilimum aeris calefacti ſine mixtione rei extranee et ſenex ille cōparatur aeri per mixtionem terreſtritatum: et ſicut ille aer in ſubſtantia eſt bonus qualitatiue malus ſic ethicus puer qualitatiue eſt male diſpoſitus ſubſtantifice bene: quia puer ideo valet reſtauratiue: humidum pro augmento. ſed ſenex ille habet mixtionem partium plurium terreſtrium gr̄a cuius non poteſt niſi nutrimentum aſſimilare ſibi niſi more terreſtri· obidq̧ eſt diſparitas dicit enim thomas: ꝙ ſi puer ī quarto anno habiturus erat humiditatem vt tria: ⁊ in .6. humiditatem: vt vnū cum dimidio hec autem ſiccitas eſt ineuitabilis et ideo nunꝗ̄ eſt reſtaurabile perfectius pro vita in ſecundo ſenſu.

Queritur an adam in ſtatu ignocentie eſſet imortalis circa quod noto ꝙ dupliciter poteſt capi iſte terminus immortalis vno modo vt tm̄ valeat ſicut non potens mori. alio modo vt tm̄ valeat ſicut potens non mori, et ad hoc pōt diſtingui. Uno mō de morte proueniente: ab intrinſeco alio mō de morte ꝓueniente ab extrinſeco.

¶ Circa quod eſt opinio ſcoti diſtinctione .19. 2. ſententiarum queſtione vltima ꝙ adam ī ſtatu innocentie poterat ſe preſeruare a morte ꝓueniente ab extrinſeco: quia mors illa poterat eſſe aut ab altero homine interficiente vel per exhibitionem alicuius veneni, vel poterat eſſe per inuaſionem alicuius beſtie. Primo modo non poterat interfici: quia cū oēs eſſent in ſtatu innocentie nemo lederet aliū. Secundo mō non poterat interfici: quia habebat multā ſapientiā ꝑ quam ſciebat ſe preſeruare ⁊ cognoſcebat omnes herbas: et proprietates illarū. Tertio mō etiam non poterat interfici: quia omnia erant ſubiecta homini: ergo nō poterat mori de morte proueniente ab extrinſeco. Dicit tm̄ ſcotꝰ ꝙ mors proueniens ab intrinſeco erat illi ineuitabilis cuius ratio eſt ꝙ ſemper calor naturalis agebat in humidum radicale non poterat hec actio impediri: et indigebat alimento ꝓ reſtauratiōe humidi radicalis deperditi in cuius conſeruatione calor naturalis repatiebatur et ita in multis vicibꝰ debilitabitur calor nālis: et tandē veniet eius debilitas ad non gradum et ſic euitari non poterat mors: ſed cōtra hanc opinionē arguitur ſic. primo nō dat modū quo ipſa mors non proueniat ab extrinſeco: quia lȝ innocens non poſſet adam interficere cū eſſet innocens: tm̄ aliquis nocens poſſet adā interficere: vel detur modꝰ propter quem non poſſet interficere adam.

¶ Preterea contra illud: de morte proueniente ab intrinſeco poſſet argui: ꝙ ille modꝰ arguendi Scoti eſt inualidus: quia non obſtante, ꝙ caliditas naturalis ſemper patiatur ab alimento, in illo minus poteſt fortificari ille calor naturalis in ꝓceſſu etatiuo vt patet de tranſitu a pueritia ad iuuentutē vbi calor naturalis efficitur fortior: et tm̄ calor repatitur ab alimēto: hec tm̄ cauilatio quā adducūt ſcoto pauci momenti eſt et poteſt ſolui dicendo, ꝙ ſi verum eſſet ꝙ dicit de fortificatione caloris in iuuentute ſequeretur ꝙ qua ratione in tranſitu ō pueritia in iuuentutem eſt calor fortificatus: ita eadem rōne poteſt vlterius ille calor fortificari: aut ſaltem conſeruari in fortitudine ſua ex quo ſe queretur naturaliter vitam humanā poſſe perpetuari quod ē falſum.

¶ Secunda opinio eſt diui thome: et nominalium aſſerentium adam in ſtatu inocentie potuiſſe preſeruari a morte prouenienti ab extrinſeco: et a morte proueniente ab intrinſeco de: primo dicit diuꝰ thomas ꝙ poterat eſſe propter diuinam ꝓuidentiam quomodo autem hoc explicetur relictis: aliis modis dicendi ſic: explicatur pro prouidentia diuina intelligendo ſtatutum, vel legem qua deus ſtatuit ꝙ ſtante ignocentia adam nō moreretur ſicut ſtante lege catho. beatus nō anihilabitur nec poteſt anihilari ſtante lege in ſenſu compoſito ſic etiam non poterat adam interfici ſtante innocentia in ſenſu cōpoſito de morte autem proueniente ab intrinſeco dicit ꝙ poterat euitari ꝑ eſum pomi ligni vetiti nanq̧ illud reſtaurabat defectum caloris naturalis: ita vt non ſentiretur defectus: et ita applicatur illud geneſis. Ne forte accedens ad lignum vite viuat in eternum ſcotus tm̄ gloſat ideſt per tempus imemorabile.

¶ Ad queſtionē igitur reſpondeo, ꝙ vnumquodq̧ elementum poteſt immediate tranſire in aliud non ſm ſe totum ſed ſm partē. Iſta concluſio habet duas ptes. Prima ē ꝙ vnum elementū poteſt tranſire in aliud ſm partem: quod probat: q2 vnum habet ſufficientem contrarietatem ad aliud: ergo pōt aliud in ſui nām conuertere. Non tm̄ poteſt fieri iſta conuerſio ſm ſe totum: quia non pōt vnum totale elementum perire. ¶ Ad argumentum ante oppoſitū dicitur ignis deſinit eſſe quando eſt media latitudo caliditatis. nā ſi ſit ſumma latitudo caloris vt .8. medietas caloris que eſt vt quarto eſt maximꝰ gradus ſub: quo non poteſt forma ignis conſeruari vnde conceditur aquam fieri non frigidam.

Queritur nono vtrum in elementis ſymbolizātibus ſit facilior tranſitꝰ ⁊ pars affirmatiua approbatur ab ariſt. in iſto ſcdō tex. cōmēti. 25. pars negatiua arguit pōt eē ꝙ caliditas et ſiccitas equalem proportionem habeant cōtra reſiſtētiā frigiditatis: et humiditatis ſicut habet ſola caliditas aeris contra frigiditatē aque: quo poſito tancito iſta caliditas aeris vincet frigiditatē aq̄ ſicut ambe alie qualitates ignis vincēt ambas qualitates aque in hac queſtione breuiter ego non dubito ꝙ in elemētis ſymbolizantibus trāſitus poſſit eē tantardus ſicut ī diſſimbolizantibus: ſed appellat in ſimbolizantibus facilior tranſitus ideſt frequentior propter vicinitatem ipſorum elementorū ſimbolizantiū et ideo inteligatur facilior. i. frequentior: vel alr̄ improprie pōt intelligi: ꝙ in elemētis ſimbolizātibꝰ ſit facilior tranſitus improprie: q2 fit ꝑ pautiora corrupta

Queritur .x. vtrū ex actione duorum elemētorum diſſimbolorum poſſit quodlibet tertium generari: reſpondetur ꝙ ſic, vt pȝ ex actiōe ignis ī aquā ſi vincat caliditas ignis frigiditatē aq̄ ⁊ viceuerſa humiditas aq̄ ſiccitatē ignis erit in mā diſpoſitio ꝑuia caliditatis ⁊ humiditatis ⁊ fiet aer ſi vō vincat frigiditas aq̄ caliditatē ignis: ⁊ ſiccitas ignis humiditatē aq̄ fiet terra ⁊ hicē modus quo fontes gn̄ant in concauitatibꝰ montiū ꝑ actionē terre in aerē gn̄rat qōdā mediū vlȝ aq̄ fontalis. Ex quo ſeqt̄ corolariū ꝙ aer agendo ī terrā ꝙ̄ cōuertit in ignē gn̄rat maiorē raritatē ꝙ̄ ipſe met hēt ꝑꝑ paſſi aptitudinē. ſ: māȝ ſiccā. ſ. forte dicas: ꝙ gn̄rat raritatē ſibi ꝓportionatā: ⁊ illic ꝓducit forma ignis ꝑꝑ ſiccitatē q̄ ītroducta ſeqt̄ ipā formā ignis ſe reducere ad optimum ſtatū: ⁊ ad raritatē ſibi ꝓportionatam.

Qō.10. **Q**Ueritur. 11. Utrum ſi infinita eſſent elementa infinite eēnt contrarietates vt dicit phs in lr̄a tex. cō. 35. hic ānotat marſilius: ꝙ ſi velitis videre cōbinationes per binarios rerum aliquarum dicatis: ꝙ tot ſunt quanta fuerit ſumma illoꝝ ſeriatim poſitorum incluſiue, vſqꝫ ad penultimū. v. g. ſi ſint quattuor qualitates prime ſumabis ſic ꝑ ordinem vnum: duo: tria: quattuor erit additio ſic: vnū et duo ſunt tria et tria ſunt ſex et ſic eēnt cōbinatiōes ſex per binarios his habitis dicit phs ꝙ īpoſſibile ē vnū elementū ꝯtrariari duobus elementis diuerſis in ſpē eque primo: iſta pꝫ: quia ſi ſic illa eſſent eiuſdē ſpeciei dicit tn̄: ꝙ omnia elementa inter ſe habent cōtrarietatē: q2 inter ſe ſunt trāſmutabilia: ergo ſunt contraria. Tunc ad qōnē dico ꝙ ſi infinita eſſent elementa infinite eēnt contrarietates: et quodlꝫ elementum haberet infinitas qualitates primas: q2 quodlꝫ cuilꝫ eſt contrarium et nō per vnam qualitatem: quia contrariaret pluribus differentibus ſpecie eque primo quod ē probatuꝫ falſum ergo dꝫ habere infinitas qualitates et ſic eſſet aliqd̄ elementum in corruptibile: q2 haberet infinitam reſiſtentiam. ❡Ex hoc infertur ꝙ non oportet numerū elementorum eē duplū ad numerū cōtrarietatū imo ſi fierēt tres cōtrarietates fierēt duodeci elemēta.

Qō.12. **Q**Ueritur. 12. vtrum omne corruptibile habeat determinatuꝫ periodum ſue durationis: ad hoc reſpondeo: ꝙ ꝑyodus eſt duplex. ſ. debitus ſpeciei: et debitus indiuiduo: primus non poteſt augeri: ſecund⁹ pōt augeri per artē reductiuam vt habet tertio thegni: primū pꝫ: quia magis durat cornix: vel ceruus et min⁹ durat canis vel muſca: ſcōm patet: q2 flegmatic⁹ qui ē breuioris vite reductus in ſanguineū magis durat.

Qō.13. **Q**Ueritur. 13. vtruꝫ tempus generationis rei ē equale tempori corruptionis eiuſdem et arguit primo ꝙ non: quia planta q̄ mille annis gn̄at: vt q̄rc⁹ in momēto: vel ī vno die corrūpitur ī oppoſitū ē phs. caplo. penultimo. 2. hui⁹

❡ Pro ſolutione eſt notandum: ꝙ hic ꝑ tp̄s durationis generationis dꝫ intelligi totum tēpus ꝑ qd̄ res naturales ī ſuo robore vigeāt. ſ. vſqꝫ ad trm̄ ſtatus rei: ꝑ tp⁹ aūt corruptionis totum tp⁹ ꝑ qd̄ res naturalis in ſuo robore debilitatur: vt tp̄us ſenectutis vocatur tp⁹ corruptionis et temp⁹ iuuentutis cū ſuis antecedētib⁹ vocat tp̄s generationis.

❡ Ad qōnē cōcluſio reſpōſalis: q̄ fuit de mente phi vt videtur eſt ꝙ in generatione ſucceſſiua ſubſtantie: et non ꝑpetua ſicut eſt hominis: vel aſini totū tp̄s gn̄ationis ē equale tp̄i corruptionis in ordine ad periodū debitū toti ſpēi ad iſtū intellectum ꝙ quanto tp̄e homo: vel equus vel aliud huiuſmodi tēperatū ad inſtātiā in ſua ſpē roborat in v̄tute optime rectū tanto tp̄e poſtea optime rectū d̄bilitat in v̄tute et regione tēperata maxime ſibi ꝯueniēti: vel breuit̄ quanto tp̄e in ordine ad totā ſpēm indiuiduū optime cōplexionatū in illa ſpē ⁊ optime rectuꝫ natū eſt in ſua virtute augeri tāto tp̄e talr̄ rectū poſtea natū ē ī ſua virtute diminui iſta concl'o pꝫ q2 ſicut herbe ſolis aduentu in ſua ſpē vigorant ita ſolis receſſu in eadē dibilitant: mō tēp⁹ acceſſus ſolis ⁊ receſſus ſunt eq̄lia. Iteꝝ ſi ſunt aīalia vel entia q̄ longo tp̄e ꝑ multos acceſſus ſolis nata ſunt generari; et in v̄tuti vigorari. Ita talia poſtea ꝑ multos receſſus ſolis nata ſunt in ſua virtute corrūpi: nec videret aliq̄ rō: quare nō indiuiduo optime recto tanto tp̄e virt⁹ ei⁹ in regione cōuenientiſſima debilitaret ⁊ nata eēt debilitari. quanto tp̄e augmētabat ⁊ nata fuit augmentari ſpecialr̄ in ordine ad periodū ſpēi hec ē concluſio quam phs intendebat:

Qō. vltima. **Q**Uerit vltimo circa librum ſcōm de gn̄atione vtrū corruptū poſſit redire nāliter idē numero ad qōnē ſiue argumentis breuiter reſpondeo ꝑ aliq̄s ꝓpoſitiōes. Prima ꝓpoſitio corruptuꝫ ſubiectiue bn̄ pōt redire idem numero pꝫ de mā pria q̄ deſinebat eē ſubiectū vni⁹ forme ⁊ incipit eē ſubiectū alteri⁹. Scd̄a ꝓpoſitio corruptū ſcꝫ quid bn̄ pōt redire idē numero pꝫ de ſole multotiēs oriente ⁊ occidente ⁊ iterū orienti. Tertia ꝓpoſitio corruptū nālr̄ nō poteſt redire idē numero ſiē corruptū cōplectiue. l. terminatiue loq̄ndo de corruptione ſimplr̄ hoc pꝫ: q2 maxime eēt ſi redirent eedē cauſe numero: ſꝫ nō p̄nt eedē numero cauſe redire q2 ſaltem tp̄s ē aliud et influentie ſunt alie: ḡ intentum. ❡ Scot⁹ tn̄ cōcedere videt in relatiōib⁹ extrinſec⁹ aduenientib⁹ ꝙ p̄nt redire eedē naturalr̄: vt ſcripſi in p̄dicabilibus: ſꝫ magis aſſentirē cōtrarie ſentētie ❡ De fide tamen quid ſit tenendum ponam per aliquas concl'oes prima eſt quemadmoduꝫ Chriſt⁹ primitie dormientium reſurrexit ita quilibet alius reſurget prima pars eſt apl'i p̄ma ad corinthi 15. capitulo vbi dicitur: nunc autem reſurexit Chriſtus primitie dormientium: ſecunda pars patet per ſimbolū apl'oꝝ in quo dicitur carnis reſurrectionem. ❡ Secunda cōcluſio licet oīo quilibet homo in tota quantitate ꝙ habebit reſurget: quilibet tamen in etate perfecta reſurget prima pars probatur: q2 ī homine magno cū multe partes ſuccedant: et multe deperdeant ſi cū omnibus reſurgeret eſſet immenſe magnitudinis: ſecunda pars patet per apl'm ad ephēos. 4. dicentē donec occurramus omnes in vnitatem fidei: et agnitionis filij dei in virum perfectum in menſuram etatis plenitudinis chriſti vt iam nō ſimus paruuli fluctuantes. dicit gloſa vnuſquiſqꝫ reſurgat in etate q̄ chriſtus reſurexit tūc enī putatur ſtatus hominis vt auguſ. 22. de ciui. dei. capitulo. 26. et licet aliqui moriantur paruuli reſurgent nihilominus in illa etate ſine vitio nature dixi propter nanos et orbos membris quem admodum Adam erat creatus in etate adulta hoc ē q̄titate debita ⁊ etati adulti nec oportet omnes reſurgere in equali quantitate: ſed ſm̄ bonum ſtatum ſue complexionis: et forte ethiopes, reſurgent albi. ❡ Tertia concluſio. Licet mortui primo ſint reſurecturi: et poſtea viui omnes tamen in ictu oculi reſurgēt: p̄ma pars pꝫ, p̄ma ad theſalo. quarto vbi dicit apl's mortui qui ſunt ī chriſto reſurgent primi deinde nos qui viuimus qui relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam chriſto in aera: ſecunda pars oſtenditur ex eadem lr̄a. Naꝫ viui celeriter morient ⁊ poſtea reſuſcitabunt rōnabile ē aūt ꝙ moriant ſane beata virgo mortua ē. Itē multi decedēt cū pctīs venialib⁹ q̄ purgabūt ꝑ mortꝫ tollerātiā: vel ꝑ modicū tp̄s imperceptibile poſt mortē hoc tꝫ ābro⁹: ⁊ aug⁹. vt pꝫ in glo. capitis allegati nā ſtatutū ē hoibus ſemel mori ad hebreos. 9. tertia ps pꝫ ex eodē loco ex q̇b⁹ ſeq̄t ꝙ lꝫ qlꝫ viu⁹ reſurget ī inſtāti. ſilr̄ et qlꝫ mortu⁹: non tn̄ oēs reſurgēt in eodē inſtanti: q2 mortui pri⁹ reſurgēt.

La⁹ deo.

## ¶ Incipit liber: primus meteoroꝝ Ariſto. ſtagirite.

Libri meteororū quattuor. Primus continet quatuordecim capita. Primuꝫ caput vnā concluſionem, qua omnia ea de quibꝰ iam egit: et poſtea acturus eſt. Ariſto. complectit. ¶ Cōcluſio. De pmis cauſis nature, de omni motu naturali, de celis aſtrorum multitudine perornatis, ꝺ elementis quot ⁊ que ſint de horuꝫ adinuicem permutatione, ⁊ vniuerſaliter de generatione et corruptione dictuꝫ eſt: nunc partem illam quam meteorologiā vocant, ſupereſt ab ſoluere. ¶ Nam hec ſunt que accidunt, ſecundum naturam quidem, inordinatiorem tamen magiſqꝫ tranſmutationi peruiam, et minus ſibi conſtantem. Et primo determinabimus de impreſſionibus ignitis, phantaſmatibus, cometis et aſtrorum lacte de impreſſionibus aque que circularem habēt inuicem traſmutationem, deinde aeris: vt ſpiritibus terre tremoribus, fulminibus, ecnephijs, typhonibꝰ incenſionibus: et ijs que radiorum apparitione fiūt: et terre, vt que congelatione procreentur. deinde ꝺ animalibus: et plantis. His enim determinatis, fere q̄ a pricipio ꝓpoſuimꝰ, finē ſuū nacta erūtet aſſecuta.

## ¶ Caput ſecundum.

Secundum caput continet duas concluſionea, et quattuor de cōtinentie intercelum et teram diuerſitate opiniones. ¶ Prima concluſio. Celum cauſa eſt efficiens impreſſionū et appareutiuꝫ de quibus intendimꝰ aqua autem ⁊ terra, materia: materiamqꝫ vnde fitā preſtant. ¶ Naꝫ idcirco mundus inferior quattuor elementis complexus, igne, aere, aqua, ⁊ terra (quorum hec ad medium illa a medio feruntur et quorū supereminens et ſummus celum tangens eſt ignis: terra, ſubſidens et infima: aqua et aer media aqua: terre vicinior, aer vero igni) celo attiguꝰ eſt, vt ab coreccipiat virtutem. Eſt auteꝫ ex neceſſitate ſuperioribus lationibus attiguus: vt omnis ipſius virtus inde gubernetur celum enim primam cauſam putare oportet: vt cuius motus perpetuus ſit: finem non habens ſed ſrmper infine: Et aquam et terraꝫ apparentium materiam preſtare poſtea fiet manifeſtius: hinc enim elementi ab elemento vt ignis et terre diſtantia finita. et omnia eiuſdeꝫ materie ſimilitudine conuenire oportet quo poſſint ſubiecta elementa pati, materiamqꝫ eorum que in ipſis fiant, miniſtrare. ¶ Secunda. Terra comparatione corporuꝫ circunſtantium parua exiſtimanda eſt. ¶ Nam theorematibus aſtrologicis cognitum eſt terraꝫ multis aſtris eſſe minoremque punctorum inſtar ad circumambiētia corpora nobis apparent: eſt igitur terra ad ambientio corpora paruula mele exiſtimanda. Et quid inter celum et terram medium eſſet futi opinionum diuierſitas. ¶ Quattuor de hac diuerſitate opiniones. ¶ Prima eſt antiquaopinio, quod mundus circa lationes ſuperiores ſit celeſti corpore plenus: dictus ether (vt recto voluit antiquitas) quia ſempiterne currat, et aliquid diuinitatis eius natura participet. Quod et nos ipſi hoc noſtro euo dicimus. Non eniꝫ putare oportet, raro, neqꝫ ſemel, neqꝫ bis ab hominibus que prefuerunt iterari opiniones: ſed infinites. Anaxagoras antem ethera vocauit, quia ſempiternum ignem ipſum putauit. ¶ Secunda opinio eſt dicencium totum a terra ad ſydera aere plenum eſſe quia ſic appareat. Sed hec puerilis eſt opinio, et mathematicam non tenentium rationem: excederet enim nimis equalitatem cōmunis analogie ad: coelementaria corpora. ¶ Tertia eſt dicencium illam totam diſtantiam, eſſe igne plenam. Sed ſi ſic, olim deſtructum eſſet vnumquodqꝫ elementorum. ¶ Quarta eſt dicentium intercapedinem celi ⁊ terre totam aere et igne plenam. Sed id eſſe nō poteſt nā cū ex terra fit aqua: et ex aq̄ fit aer: et ex aere fit ignis videmus exceſſum molium: et qualis proportio tantille terre ad factam aquam tanta: et totius terre ad totam aquam: et qualis aque ad factum aerem talis: et totius aque ad totum aerem. Quare: maior moles aque q̄ terre: et quam oportet intercipi, et maior aeris q̄ aque: et quanuis ex ſe inuicem ſecundum ſe tota non fiant: neqꝫ equalibus molibus ſe circūſtent eorum tamen equalis virtus, vt vnum, alterum ſuperare, ſuperuincereqꝫ non poſſit. Manifeſtum eſt igitur neqꝫ ſolum vnū, neqꝫ duo ſed tria aquā, aerē, et ignē inter celi et terre ꝯtineri ābitu.

## ¶ Caput tertium.

Tertiū caput continet tres queſtiones, et carū ſolutiones. ¶ Prima queſtio. Quomodo ignis et aer, ad celum ordinentur. ¶ Secunda. Quare a ſuperioribus aſtris in vicinia terre fit calor et valentior quideꝫ q̄ in viciniore et aeris media regiōe. ¶ Tertia. Cū ex aere fiat aliq̄ propter q̄d in ſumma aeris regione non fiant nubes: cum remotior a terra exiſtat vbi vis illa reuerberata radioruꝫ ſolis attingere neq̄at et vim caloris imprimere: quare videatur eſſe frigidior, et nubes generari videantur, vbi deſinit reflecti atqꝫ reberuerari ſolis radius: videt igitur a fortiori ibi debere generari: aut non ex oī aere poteſt fieri aqua. ¶ Prime ſolutio. Quia ignis purior eſt ſuperior exiſtit, ſynceriorem locū celū lune attingēs et aer minus ſyncerus inferior, ignē puriorem attingit. ¶ Secunde ſolutio. Quod celeſtia corpora medio circunferantur, illo motu ſua eſtra mundo inferiori applicata caliditatem imprimunt: et cauſant. nā tota materia que illis ſubeſt corporibꝰ, potentia calida eſt, frigida humida, et ſicca. Et aer trifidus, ē treſqꝫ, poſſidens regiones, hanc ſupremam hanc infimam, et tertiam his duabus ſupreme: et infime mediam. ¶ Suprema eſt illa que quia continetur ab igne, et ei contermina exiſtit, vim caloris ad ignis vicinia concipit. ¶ Infima vero reuerberatos a terra et ſolidis corporibus ſolis radios ſentit. ¶ Media vero exiſtit vbi a parte ſuperiori vis illa ignea calorem ſuum imprimere deſinet: et ex parte inferiori vbi radiorum reuerberata virtus deficit. Suprema ſemper calet ſubtilis et pura, ignis naturaꝫ imitans: non tamen eſt ignis et ardor: et cum igne: motu celi circunferetur agitaturqꝫ circulo. Infima iti

dem calet,tum pꝛopter vapoꝛes et exalatiões quas
in ſe receptat omnes:eſt eñ vapoꝛ calidus et humi-
dus,vt potentia aqua:vt halitus aque ⁊ exalatio:ca
lida et ſicca,vt potentia ignis quemadmodũ ea que
a terreis et ſiccis vt ſulphure expirant: et leuitatis
naturam participantia,locum in aere querunt. Tũ
quia ſolidioꝛibus reueberantur coꝛpoꝛibus, in ſe
radios recepit duplicatos: et quibus vis calefaci-
endi maioꝛ ineſt:quia replicati. reflectuntur enim a
ſolidis coꝛpoꝛibus:vt eoꝛum ꝙ vim longius in rectũ
ſe diffundendi ſuperent.pꝛepedimentoqꝫ ſint.colli-
giturqꝫ in vnum virtus quare foꝛtioꝛ,et ſe reflecten
do multiplicat.Et media eſt ſemper frigida ⁊ denſa
magis,que pꝛedictis vt in caleſcat caret occaſioni-
bus.¶Tertie.Nubes non ſolum ex aere generant̃:
ſed ex vapoꝛe eleuato:ꝙ in cõtactu frigidiuſcule me
die regionis denſatus in nubem aptatur:vt plerũqꝫ
ſtillet pluuia.Nam frigidi eſt condenſare condenſa
tũqꝫ ad grauioꝛem naturam pꝛeparare. Secundo:
quia ſupꝛeme aeree regionis aer calidus et ſiccus:
et rarus eſt.ignis naturam imitãs:in quo nõ poſſunt
conſiſtere nubes.diſgregat enim calidum.⁊ diſſipat
Tertio:quia criculari motu agitatur.vnde fit vt cõ
gregari non poſſent:atqꝫ in aquã conuerti,pꝛohibẽ
te motu.Quarto:quia venti non vidẽtur altiſſimos
montes tranſcendere:ſed circa loca terre ſtagnare
igitur et minus nubes.Nam nubes fit ex vapoꝛe hu
mido et calido:exalatione ex qua pꝛocreatur ventꝰ
grauioꝛe.Et quamuis ſolem ⁊ aſtra calefacere dixe
rimus,non tamen debemus exiſtimare ea eſſe calefa
cta.Nam calefaciunt hec:que dum feruntur,mediũ
foꝛtiter diuidunt et ſecundum rectum:ita vt aliquã
do lata,ignita atqꝫ liquefacta ſoluantur.non autem
ita de ſole exiſtit:et ceteris aſtris.Et ſol maxime ca
lefactiuus eſt:et velocius inferioꝛibus vt luna iu ſuo
oꝛbe fertur:et ꝙ ſol adhuc non ſit calidus indicium
eſt:ꝙ appareat albus et non igneus.

## ¶ Caput quartum.

Quartum caput ↄtinet cau
ſas flammarum in ſummo aere appa
rentium earum generationes et quã
do et vbi generentur. ¶Flammarũ
cauſe.Cauſa efficiens eſt celum:⁊ ma
teria eſt exalatio calida ⁊ ſicca.¶Ea
rum gñatio.Terra a ſole calefacta. duplicẽ emittit
ſpirationẽ vnã calidam et ſiccam:et hec exalatio di-
cit̃ alterã calidam et humidã:et hec dicitur vapoꝛ ⁊
exalatio quidẽ nata ẽ ſupereminere:quia leuioꝛ:va
poꝛ autẽ humidus ſubſidere:quia grauioꝛ.Et quia:
vt diximus:ignis celo conuius eſt et conterminus:⁊
pars aeris ſupꝛema conuia igni:et igne locata:quã-
do illuc exalatio pertingit,inflãmat̃ facile paramqꝫ
incendia:quemadmodũ fumum apud nos inflamma
ri videmꝰ facile:eſt eñ flãma,ſicci ſpiritꝰ ardoꝛ. Et
differunt hec flãme et hec incendia multitudine,pa
ucitate,poſitione,⁊ figura.Nã cũ inflãmatio lata eſt
⁊ diſcontinua:et longa dr̃ ſtipule ardentes,et figurã
illã imitatur:et quando per globos accenditur: et
ſcintillat,eges:et capꝛe:quando non ſcintillat,ẽ da-
lus.Et que accenditur ſecnndum longum et latum:
et tranſcurrere videtur ſuo tractu aera poſt ſignãs
ſydus repentinum et volans nuncupatur.Et hec ali-
quando in ſupꝛema aeris parte fiũt:vt cum materia
calidioꝛ:ſiccioꝛ et rarioꝛ,et magis ardoꝛi ſn aturã
imitata fuerit:et aliquando in infima vt quando den
ſioꝛ fuerit et humidioꝛ.Hinc fit vt ſyderum volantiũ
motus pꝛoiectioni ſimilis eſſe videatur,nam aliquã-
do obuiant frigido a ſumma pte a quo repellunt̃ ꝙ ſi
debil̃r latera ſequnt̃:ſi valide vt detrudi in imũ vale
ant deoꝛſum eiaculata ferunt̃,aliqñ in terrã decidẽ
tia.denſum enim deoꝛſum reuerberare natum eſt,⁊
hac de cauſa deijciuntur fulmina:Si frigidũ ex ima
parte relinquunt,ſurſum emicant:et natura quidem
vi autem atqꝫ iniuria deoꝛſum.Ad latus autem ple-
runqꝫ:quia ſit hoꝛum medium:quo motu ſurſum: vt
euolẽt exitũ qrunt. Sꝫ qres.Quõ aliqñ magna ps
aeris mira celeritate videatur incendia concipere.
¶Dicimus ſicut ſuppoſito facile inflamabili lucer-
ne:vt puluere ſulphureo:cum lucernam incendis,to
tum tibi ſubito accendi videtur:ita et multa incen-
dio parata in aere exalatione:leui occaſione accen-
ſa:videtur aer ſubito repenteqꝫ exardeſcere.Et vni
uerſaliter hec flãme et hec incendia,que epicauma
ta vocant,a ſimilitudine figure quam imitantur,no-
mina ſumunt:vt cãdele,trabes,quas docidas dicũt:
colũne,lancee teretes,clypei,globifaces,ignite py
ramides.pꝛeterea xiphie,hippei,ceratie,bolides:
quas dicere poſſumꝰ gladios.eqnas tubas, coꝛnua
et iacula ignita,et con ſimilibus appellentur nomini
bus.¶Quando et vbi fiunt:Et apparent tempoꝛe
ſereno de nocte:et aliquando interdiu.Et omnes fi-
unt ſub globo lune:cuius hoc indicium eſt.Nam cita
velocitate moueri pꝛecipiuntur quemadmodum ea
que pꝛoijcimus ⁊ pꝛeter gredi ſolem:lunam,⁊ aſtra
hoc autem eſt:qꝛ pꝛope ſint.

## ¶ Caput quintum.

Caput quintum cõtinet cau
ſas phãtaſmatum,vt hiatuum: voꝛa-
ginũ:et coloꝛum: et quomodo fiunt.
¶Phantaſmatum:vt hiatuum,voꝛa
ginum et coloꝛum:cauſe ſunt eedem
que flãmarũ.Quomodo fiant: ſicut
in noctis ſerenitate exalatio calida et ſicca vt nuper
dictum eſt,aliquando ardet:⁊ fiunt ſtipule:eges. da
li:et cetere flamme:ita aliquando ſolum lumine co-
loꝛatur:et tunc fiunt phantaſmata.Aeree exhallatio
nes luminis refractione omnimodos coloꝛes oſten-
dunt et maxime puniceum et purpureum:quia hi co
loꝛes ex igneo et albo apparent permixtis:ſicut oꝛi
entia ſydera monſtrant:pꝛeſertim cum et talia ſpe-
cula ſint:que non imaginem:ſed coloꝛem ſuſcipiant
Hinc coloꝛes in aere plerunque repꝛeſentantur di-
uerſi:nunc punicei:nunc purpurei.nunc clarioꝛes:
vt qui rarioꝛe caligine ſuſcipiantur nunc ſubobſcu-
ri:vt qui:craſſioꝛe.Album enim in nigro multas fa-
cit varietates:et flamma in fumo:ita lumen in caligi
nis nunc denſitate:nunc raritate,coloꝛum omnimo-
das diuerſitates.Et hi coloꝛes non ita in ſumma die
apparent:quia illos luminis abundantia ĩpedit:nec
in ſumma nocte:quia hos videri impedit noctis ni-
gredo.Et non multo tempoꝛe perdurant:quia coꝛũ
materia euanida eſt.et cito ſegregata diſparet.Sꝫ
hiatus apparet quando lumen interueniente nigro
diſrumpitur:vt lumine ambiente quedam media ap
pareat pꝛofunditas:quod bathea dicunt.que cũ fue
rit magna et concreſcens,voꝛaginem et chaſma di-
cimus et ſepe ex talibus dali excidere videntur.



BIBLIOTECA UNIVERS. GRAZ

## ¶ Sextum caput.

SExtum caput ꝯtinet tres de cometa opiniones: earum repꝛobationes. pꝛime tribus rationibus ſecunde duabus: et tertie quinque.

¶ Tres de cometa opiniones.

¶ Pꝛima eſt. Anaxagoꝛe ⁊ Democriti credentium cometam eſſe congregationem ſtellarum errantium, que quia pꝛope ſunt, lumen ſuum alternatim refundant: et ad ſe dirigant. ſeqꝫ tangere videantur. Cuius ſignū eſt, inquit Democritus: q꞉ diſſoluto cometa apparuerunt ſtelle: quedam. Sed id non eſſe verum oſtendimus. ¶ Pꝛimo. Quia non modo ſemel apparere debuiſſent ſtelle plures diſſoluto cometa. ſed ſemper quod non videtur. ¶ Secūdo. Quia Aegyptij dicunt errantes ſtellas adinuicem coniunctum iri et alijs: et non facere cometā quod nuper nobis videntibus factum eſt. Ioue ſtellam in Geminis ſubeunte: et non facto cometa ſe ſeparante. ¶ Tertio. Stelle per ſeipſas parue ⁊ pene indiuiſibiles videnť. ſi igiť ꝯiūganť ⁊ tāgāt nihilominus maioꝛes non videbūtur: vt neqꝫ ſi indiuiſibile tāgat indiuiſibile. Non igitur ex ſtellarum cōuentu tā vaſte molis generatur cometes. ¶ Secunda opinio eſt vocatoꝛum Pythagoꝛicoꝛum. dicentium cometam vnam eſſe ſtellarum errantium. que diu latuerit ſub radijs ſolaribꝰ. que modico exceſſu a ſole digreditur, quod Mercurio accidit: et ideo cometam viſibus humanis ſe pꝛebere cōſpiciendum. Sed neqꝫ id verum quidem eſt. ¶ Pꝛimo. Quia nō modo circa errantes ſtellas apparent come: ſed ⁊ circa alias quod ⁊ noſipſi vidimus circa vnam ſtellarū que ſunt in femoꝛe canis. Nec ſolum aegyptijs qui idem aſſerunt: credimus: et coma illa debilis fuit et magis in partibus aſtro adiacentibus. ¶ Secundo: Quia ſi eſſet vna ſtellarum errantium: ſemper appareret cometa ſub ſignifero circulo. Nam illic ſemper meant errantia ſydera: ſed omnes qui tempoꝛibus noſtris viſi ſunt, ſine occaſu ſuper hoꝛizontem diſparuerunt conſumpti: extra ſigniferum ambitum exiſtentes. Et imperāte Ariſteo apparuit vaſtus hoꝛrēduſqꝫ cometes rigente hyeme. et gelu: et ſerenitate. veſperi ante ſolem occumbens: et ideo pꝛima die parum apparuit: poſtea magis qui lumē ſuum ad tertiā celi partem extēdit ideo nominatus eſt via. et aſcendit vſqꝫ ad zonam. Oꝛionis: et illic conſumptus diſparuit. ⁊ hec itidem rationes faciunt contra. Democritum.

¶ Tertia opinio eſt Hippocratis. Chij: et Aeſchyli eius diſcipuli: coꝛumque ſequatiū dicenciū cpꝛpꝰ cometē ſtellā eē errantē: et comam accipere pꝛopter locum humoꝛe a ſole ad ipſum eleuato: et lumine refracto ⁊ a medio tropicoꝛū loco non attrahere aquā quia conſumpta eſt a ſolis latione. ideoque illic comam non gerere: et quando eſt in declinatiōe ad auſtrum: q꞉ breuis eſt deciſio circuli ſuper terram relicta. et magna ſub terra. Et ꝙuis copiā aque habeat, viſus tamen non bene pertingit: ideo illic non appareret. Cum vero ad Boꝛeam relictus fuerit: quia illic magna circuli deciſio ſuper terram relicta eſt: accipit comam: et apparet cometa. ¶ Sed quod non recte ſentiāt patet pꝛīo: q꞉ oīs cometa ſub ſignifero circulo inciperet et deficeret. ¶ Multi autem extra circulum viſi ſunt: et plures vno ſimul facti ſunt. Secundo. Si per refractionem humoꝛe eleuato, appareret coma deberet interdum comam relinquere; et interdum eam reſumere. ¶ Tertio. Quia pꝛeter quinque ſtellas nullus appareret vnquam cometa. Id aūt falſum eſt: ſed viſus eſt. ⁊ quinqꝫ pꝛeter ipſum ſuper hoꝛizontē eleuate ſtelle. ¶ Quarto. Falſum eſt: in medio tropicoꝛum loco et auſtro non apparere cometam. Nam circa magnum terremotum in Achia cum fluctus Burim ⁊ Elicen Achaie vrbes operuerunt. oꝛtus ē in occidue partis eq̄noctio magnus cometes tempoꝛe eſtiuo: et iam multi facti ſunt ad auſtrum. Etenim ſub Eucle Molōis filio imperāte Athenis facta ē comata ſtella circa tropicos hyemales: et ſole illic exiſtente menſe Gameleōe: quem Januarium dicimus alij Decembꝛem. ¶ Quinto. Tantā refractiōem aſtri eſſe quātam comā viſi ſunt habere comete impoſſibile eſt Conſtat igitur omni ex parte Hyppocratis et Aeſchyli determinationē non eſſe recipiendam.

## ¶ Septimum caput.

CAput ſeptimum continet cauſas comete. eius generationē eiꝰ diuerſitatem, ſigna ꝙ ſit calide et ſicce nature. cur nō multi paſſim: cur raro, et cur frequentius extra tropicos appareant: et pꝛeter literam Ariſtotelis, ſignificationes comete. ¶ Comete cauſe efficiens: ſol planete aſtra materia exhalatio calida et ſicca. ¶ Comete generatio. Cum eleuatur exhalatiōis calide et ſicce multitudo vſqꝫ ad illam ſupꝛemam aeris regionem in ignis confinio exiſtentem circulari motu agitatam, que quidem compacta ſit et denſa, bene inflāmabilis: ſic vt non multum exuratur, neqꝫ cito extinguatur. habeatqꝫ ſubiectam diſpoſitam exhalationem aſcendentem vt aptum et conueniēs pabulum, tūc fit ſtella comata. Facile enim pꝛopter ignis viciniam: ⁊ loci ſui diſpoſitionem inflammatur: ⁊ ad illius ſummi aeris motum ſyderis curſum imitať. Ea hic flāmam in modū crinis circūquaqꝫ diſpergit qui crinitus dicitur hic deoꝛſum demittit et tunc pogonia eſt quē barbatū dicimꝰ. hic vero in latus poꝛrigit: et hunc dicunt caudatum. ¶ Cometarum diuerſitas. Hoꝛum eſt duplex. quidam per ſe apparet non in loco aſtri: et totus ē hypercauma. Alius ſub aſtro nunc ſub erratico: nūc ſub altero: et fit in modum halonis circa ſolem: aut lunam. nunc crinē: nūc pogoniam: nunc flammam in latus poꝛrigēs. ſidus aūt comam nō habet. Hoc tamen iter eſt: quia halon fit refractione, vt poſtea fiet manifeſtum. cometa vero flāma et incēdio. Hinc fit vt Hyppocratis ad ſolem refractio parum ſit pꝛobanda: quia frequentius per ſe fit neqꝫ circa ſolem neqꝫ aſtrum aliquod quam circa aſtrum. ¶ Signa quod cometa calide ſit et ſicce nature: Cometam ignee eſſe conſiſtentie et nature: hec ſunt iudicia. Quando apparent comete validi perflant venti: et ſiccitates ſunt multe hoc enim ideo eſt quia eleuatur exhalationis multitudo. humidū euapoꝛans et ſoluens vt in aquā concreſcere denſari ſoluiqꝫ non poſſit. Et cum comete paucioꝛes. minoꝛes ⁊ rarioꝛes paucioꝛes erunt venti ac ſiccitates. Cū vero maioꝛes, validioꝛes erunt venti: et anni ſiccioꝛes: Et memoꝛia pꝛoditum ē aliquando ſic inualuiſſe ſpiritum, vt magnus lapis ſublatus fuerit in aera, qui in Aegos flumen claro die decidit. et circa noctem apparuit cometes hoꝛrendus: ac tunc hyems ſicca fuit, et boꝛealis ⁊ eſtus ille maris qui Achaiam inuaſit, ꝓpter cōtrarietatē vētoꝛum factꝰ ē, nā boꝛeas in

ſinu obtinuit faciens fluctus et inundationem. ⁊ au ſter extra impetu valido perflauat. ⁊ arida ipetebat loca Et ſub principe: Nicomacho circa circulum eq̄ noctialem exortus ē cometes diebus paucis perdurans, a veſpera ortum faciens. quo tempore inſolitꝰ ventus vexauit: Corinthum: Hec ſufficientia prebēt argumenta cometent nature eſſe ignee, calide et ſicce. Et ſi queras cur non multi ſimul paſſim cur raro, cur frequentius extra tropicos fiant. Hoc ideo eſt: quia raro materia tāta eleuata ē, vt ſufficiat facere cometam vnum aut multos. Et propter diſgregationem et ſolutionem materie que fit nūc a ſole, nūc ab aſtris: ⁊ feruore ſolis, ſemper illac diſcurrentis, ſub tropicis fortius diſpergit atque diſſoluitur materia quam extra illum celi ambitum. ¶ Preter litere Ariſtotelis ſententiam comete ſignificationes. Preſignat bonorum ſterilitatem, ventorum impetū bella principum lethū: et ſeditionis.

Tu ſteriles agros et inania vota coloni.
  Siccus et efferuens ſeue cometa facis.
Cū crinem oſtentas, tunc ventorum impetus vrget
  Oppida tu bella ſanguinolenta moues.
Principibus lethum, tu ſeditioſa minaris.
  Sic varijs mundus ducitur auſpitijs.

## ¶ Caput octauum.

OCtauum caput ꝯtinet tres de lacte opiniones earum improbationes. et propriam determinationē. ¶ Tres de lacte opiniōes. ¶ Prima eſt pythagoricorū dicētiū Phaetōtē ſemel hac currus traxiſſe paternos, ⁊ hanc celi partem exuſtant incanduiſſe, hincq̧ nobis adhuc lac apparere. ¶ Sed inconueniens eſt non intelligere hac de cauſa zodiacum circulū iā exuſtum eſſe debere et magis ꝙ ſit lacteꝰ circulus. Nā ſub eo ſemper ſol decurrit et omnia errantia ſydera. At nihil tale paſſus conſpicitur. nobis enim totus manifeſtus eſt circulus: et qualibet nocte videtur dimidius: niſi ea ex parte qua coniungitur lacteo circulo. ¶ Secunda eſt Democriti et Anaxagore dicentiū lac eſſe ꝓpriū lumen aliquorū aſtrorum adinuicem ꝯgregatorū Dicebant enī ſolis aſpectu ꝓpriū lumē aſtrorꝫ ipediri videri: ſꝫ terra iterpoſita nō ipeditū vr: ⁊ lac ipm nuncupat. ¶ Sꝫ nō ita eſt. Prio q2 lactis circulꝰ ſemper apparet ſub eiſdem aſtris. At cōtinue eſſent alia et alia que a ſole non inſpicerentur. tranſlato igit ſole oporteret et lac traneſfrri. ¶ Secundo. Quia aſtronomicis theorematibus cognitū eſt ſolem eſſe multo terra maiorem: et aſtra multo magis terra ꝙ ſol et luna diſtare, conus igitur terreſtris vmbre deficit citra aſtra, ad ea ipſa ſolarem aſpectum non impediens. ¶ Tertia eſt dicentiū lac eſſe radiorum ſolis refractionem. vt de cometa. Sꝫ neque hoc verum eſt. Primo. quia non ſemper deberet apparere in eodem loco: vt impoſſibile eſt eādē emphaſim cōtinue in eadem ſpeculi parte fieri ſi ſpeculum aut res moueat. Mouentur autem continue ſol et aſtra. ¶ Secūdo. Quia apparet nobis lactis circulus in aqua de nocte. vbi non poteſt eſſe talis refractio. Nō igitur fieri oportet hanc emphaſim atq̧ candoris manifeſtationem ob radiorum refractionē ¶ Ariſtotelis determinatio, Virtute aſtrorum que ſunt i celeſti lacteo circulo, eleuātur exalatiōes multe vt fit in generatione comete in qua quidem recipitur atq̧ refringitur lumen aſtrorū illic exiſtentiū: et illius partis celi fitq̧ hunc in modum circulꝰ magnus albus, vt ſub aſtri rotunditate fit circulus halon qui lactis circulus dicitur. Et id quidem rationabile ē. Nam ſi vnum aſtrorum ſufficit materiam eleuare vnde poſſit prodire cometa multo quidem fortiꝰ magna aſtrorum multitudo, que in via celi lactea late effulgent, quas ſporadas dicunt, materiam ſuſtollere poterit in qua hec pars celi formetur, repreſentetur q̧. Adde hunc lacteum circulum non fieri iter tropicos vt neq̧ cometes. ſed extra vbi exhalationū vis maiore perdurare poſſit indiſſoluta tempore et vbi eſſe poſſit maioris materie repreſentationis cōmoditas de flāmis igitur apparentibus de phantaſmatibus, de cometis, et lacte hec dicta ſufficiant.

## ¶ Caput nonum.

NOnum caput continet cauſas pluuie eius generationem et vnā caliginis et nubis differentiam ⁊ preter litere Ariſtotelis ſententiam vnū et viginti ſigna pluuie. ¶ Cauſe pluuie ſunt efficiens, celi circulus maxime ſolis, qui prope nos decurrens vapores eleuat. ⁊ diſgregat quos ſua abſentia congregat. materia autem eſt vapor calidus et humidus ſurſum latꝰ. Pluuie generatio. a ſole et alijs aſtris eleuātur vapores ab aqueis locis, eſt enī vapor, aque halitus, qui diu i aere ſuſpenſus et ob medie rigionis frigide contactum denſatus infrigidatur: atque iterum per ſtillas deorſum erumpit fitque pluuia. ¶ Que ſi minoribus ſtillis crebra deſcendit: imber ſi maioribus pluuia: ſi impetuoſe ſubito ⁊ groſſioribus totis ſimul labrotera dicatur. ¶ Differentia. Inter nubem ⁊ caliginem hoc intereſt: quia nubes eſt craſſior ille vapor viſus in aere ſuſpenſus: qui tandem ſoluatur in aquam. Caligo autam itidem ſuſpenſa nebula eſt, ſꝫ que non ſaluatur in aquam. que diſpergitur: et diſpꝫ ſa vaneſcit. ē enī caligo velut nebula ſterilis Fit hinc vt caligo magis ſit ſerenitatis ſignum. Et generatio nubis ex vapore: et pluuiarū ex nube imitatur ſolis circulum. Nam ſole exiſtente prope, eleuantur vapores fiūtq̧ nubes quo elongato iterū deſcēdūt calidū enim eleuat: et frigidum deprimit et hoc ſemper: vt fluuius effluens et relabens ſecundum ordinem: Et forte hunc ſemper nature ſerie ſeruata indeficientē fluuium, vt diuine prouidentie flumem priores ſub enigmate et velata allegoria Oceanum terre ſemper circumfluum vocauere: ¶ Preter litere Ariſtotelis ſententiam: anum et viginti pluuie ſigna. Mergorum e flumine celer volatus atq̧ clamor. Fulice in ſicco ludentes. Ardea ſuper nubē euolans, Sidera cadere viſa. Albeſcentes flammarum ſub obſcura nocte tractus. Palee: et frondes eleuate volitantes. Plume in ſumma aqua colludentes. Ex parte Boree, Euri zephyriq̧, tonitrus. Grues in aere fugam agitātes. Vacca in celum ſuſpiciens, et captās naribus auras. Hirundo lacus circunuolitans: Rane in limo querule. Formica oua extollens. Celeſtis arcus apparitio. Agmen coruorum epaſtu rediens et alis ſtrepens. Fluuiales aues vndis relictis prata querere, ſe fruſtra lauare geſtiētes. Garrula cornix Cornix ſola diſpatiata arena caput vndis obiectās et immergēs. Ignis in oleo ſcintillans. Et fungi creſcentes, pluuias et tempeſtates, vt cecinit Maro: ꝓſagiunt.

Jam ſibi tum curuis male temperat vnda carinis.

Cum medio celeres reuolant ex equore mergi.
Clamoremqȝ ferunt ad littora. Cumqȝ marine.
In ſicco ludunt fulice. Notaſqȝ paludes.
Deſerit: atqȝ altam ſupra volat ardea nubem.
Sepe etiam ſtellas vento impendente videbis.
Precipites celo labi, noctiſqȝ per vmbras.
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus
Sepe leuem paleam ⁊ frōdes volitare caducas.
Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas.
Et boree de parte trucis cum fulminat. et cum.
Euriqȝ, zephyriqȝ tonat domus. omnia plenis.
Rura natant foſſis atqȝ omnis nauita ponto.
Humida vela legit nunqȝ imprudentibus imber.
Obfuit: aut illum ſurgentem vallibus imis.
Aerie fugere grues: aut bucula celum.
Suſpicies, patulis captauit naribus auras.
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo.
Et veterem in limo rane cecinere querelam:
Sepius ex tectis penetralibus extulit oua.
Anguſtum formica terens iter. Et bibit ingens
Arcus et e paſtu diſcendens agmine magno
Coruorum increpuit denſis exercitus alis
Iam varias pelagi volucres: et que Aſia circum.
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.
Certatim largos humeris īfundere rores
Nunc caput obiectare fretis: nūc currere in vndas
Et ſtudio in caſſum videas geſtire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena;
Aut caput obiectat querelum venientibus vndis.
Nec nocturna quidem carpentes penſa puelle
Neſciuere hyemem. teſta cum ardente viderent
Scintillare oleum et putres concreſcere fungos

## Caput decimum.

Caput decimum cōtinet cauſas roris et pruine, eorum generationes. tres eorum differentias et duas conuenientias: et preter litere ſententiam: roris et pruine accidentia.

¶ Roris et pruine cauſe: efficiēs. ſol et aſtra: materia denſus vapor: paruūqȝ caloris hñs

¶ Roris generatio vapor qui paululum de die eleuatus fuerit, ob calidi ſurſum ducentis paucitatem temperate noctis frigore deorſum ducit: atqȝ ī aquā ſoluitur qui in aquam verſus ros dicitur. Fit eñ cū non fuerit eſtus ſurſum ducens et exiccans, neqȝ frigus conſtringens: et gelans. Et quod gignatur prope ſignum eſt. quia tum non longe ſuſpeditur vapor

¶ Pruine generatio. Fit vt ros: ſed prius quam vapor in aquam verſus cernatur, gelatur, et fit hyeme magiſqȝ hyemalibus locis. Tres roris. et pruine differentie. ¶ Differunt primo. Quia cum fit ros, vapor non gelatur quod facta pruina contingit. ¶ Secundo. Ros temperiem requirit pruina autem non: ſed frigoris lapſum. ¶ Tertio. Quia ros fit flante Auſtro et non Borea, niſi in Ponto, vbi oppoſito fit modo. Nam auſtrini flatus temperiem parant Boreas hyemem. Eſt enim frigidus et ſuo frigore exhalationis caliditatem extinguēs preter quam in Pōto vbi auſter diſtans temperiem facere nequit. Boreas autem illic propter frigiditatem antipariſtaſim faciens que contrariorum circunſtantia eſt, calidum congregat ⁊ magis euaporat. Hinc fit vt in exteris locis id etiam percipiatur: et putei, flante Borea plus effument halecentque quam flactibus auſtris: Sed Borealia extinguunt ante quam conſtent Auſtri autem congregare ſinunt. Et pruina e contrario ſit magis flante Borea. ¶ Due conuenientie. Cōueniunt primo: quia ambo fiunt tempore ſereno: et tranquillo. Non exiſtente enim ſerenitate; vapores apti eleuari nequeunt et flante vento conſiſtere non poſſunt. ¶ Secundo. Quia ros ⁊ pruina in altis mōtibus non fiunt. ¶ Primo. Quia vapor ex quo gignuntur. denſus eſt: ⁊ parum caloris habens vnde poſſit in preruptorum verticem montium ſuſtolli: ſed prope terram dimittitur. ¶ Secundo. Quia montium vertices vento agitantur non conſiſteret igitur vapor vnde illic ros atque pruina fieret. ¶ Preter literam, roris ⁊ pruine accidentia. Ros frumēta collecta putreſcere facit, ſereno ſit tēpore ex rore oues letalem fluxum cōcipiunt. Pruina plerunque fotet, deſcendēs, ſerenitatē aſcēdens, futurū indicat ibre.

Rore ſeges collecta perit. Sunt rorida tempe.
Rore et oues paſte ventre fluente cadunt
Cana pruina olida eſt deſcendens ipſa ſerenat.
Sed ſi conſcendat, tempora pulla notet.

## ¶ Caput vndecimum:

Vndecimum caput cōtinet cauſas niuis eius generationem: et vnam conuenientiam: et preter litere ſententiam accidentia niuis. Cauſe niuis cum predictis eedem ſunt. Niuis generatio. Nix gñat cū nubes prius quam in humorem ſtillet, congelatur: et hoc ē frigiditatis regionis in qua fit ſignum et temporis Non enim cōſtringeretur ac gelaretur multa exiſtēte caliditate et non ſuperuincente frigore. debet tamen aliquid caloris eſſe, nubem eleuare ſufficiens.

¶ Conuenientia. Conueniunt pluuia, ros, pruina: et nix. nā fiūt ob īfrigidationē oīa et pluuia et ros ſunt idē et pruina et nix idē ſola paucitate ⁊ multitudine diſtātia. Nā pluuia ex multo vapore, multis locis: et multo tpe collecto: gñat, ros ex pauco, vt ephemero vapore. Et pruina ex gelato vapore: nix vero ex gelata nube. ¶ Preter litere ſententiam quattuor niuis accidentia. Nix nimium albet: fortiter viſum diſpergens. per flocculos cadit: meſſem auget: ſemper in altis ſaluatur montibus.

Candida nix nimium tu fundis acumina viſus.
Tu cadis vt floccus. Meſſibus apta venis
Iſmarō ⁊ Rhodopē ⁊ Caucaſon Othrin ⁊ Alpes
Preruptos montes tu ſine fine tegis.

## ¶ Caput duodecimum.

Duodecimum caput continet duas queſtiones, antiquorum reſponſiones: earum improbationes: ſecunde tribus rationibus et proprias ſolutiones. ¶ Prima queſtio. Ubi generetur grando. ¶ Dixerunt ſurſum generari et aquam ob ſtillarum paruitatem ſuſpenſam manere in aere, quemadmodum contingit aurū ⁊ pleraqȝ terrea corpora ob molis paruitatem aque ſupernatare, et illic congelari: et poſtea congregata multa ſimul, cadere grandines, Sed hoc eſſe nō poteſt: quia congelata capulari nequeunt: quemadmodum humida. ¶ Secunda quo tempore magis generetur grando et videt hyeme. Nam grando eſt vt cryſtallus: fit autem congelatio hyeme: maxime tamen vere aparet et autumno tempore fructuum.

et tranquillioribꝰ locis. Dixerunt magis eſtate fieri et cũ nubes ad tãte altitudinis aerem peruenerit, q̇ maxime ſit frigus: qꝛ ſolarium rarefactionem radiorum non ampliꝰ ſentiat, illic aquam gelari: fierique grandinẽ: et hoc maxime eſtate euenire cõtingere, quandoquidẽ copioſus ſit calor, nubes eleuare ⁊ ſurſum pellere ſufficiens. ¶ Sed neqꝫ hi recte ſentiunt ¶ Primo. Nã in valde altis locis non fit grando: viderimꝰ enim eã (quemadmodũ et niuem) aliquãdo in ipſis genitam. ¶ Secũdo, Qꝛ ſepe viſe ſunt grãdinoſe nubes cũ ſono non longe a terra delate, qui horrorem et metũ audientibꝰ et videntibꝰ ingerebat terribilẽ tanq̃ aliquo alio maiore futuro. ¶ Tertio. Quia aliquãdo mire magnitudinis cadit grando, omnimodam gerens figurã, et non rotundam: ſignum igit̃ eſt ex non valde alto loco ruere, neqꝫ in valde alto genitã eſſe. ¶ Prime queſtionis ſolutio. Antipariſtaſis (que eſt cõtrariorum circunſtantia) ipſorum auget vehementiam: et hinc fit vt eſtate inferiora loca frigida ſint, et hyme calida quare eſtu valido exiſtente, media aeris regio frigidior ẽ, ſuis circundata contrarijs. Et ex nube citius aquã eliq̃t et groſſiores gutte (quas labroteras dicimus) fiunt que impetuoſe et cote ſimul decidũt ob congelationis celeritatẽ. Ita circunſtante cõtrario fiũt gutte labrotere, que priusq̃ decidant, gelantur: que congelate, grandine dicunt̃. Et quando propinquiꝰ fiũt maiores apparent, qꝛ paruo ferantur interuallo: quãdo vero remotius, minores atque rotunde. ¶ Secũde: Minus eſtate et hyme quam vere et autũno, et fructum maturatione: quia: verꝰ et autũnus, et maturaſcentium fructum tempus calidum ſatis eſt et humidum vt vapores eleuẽt, et antipariſtaſis fiat. Adde quod quando vapor eleuari ſufficit tempore calido, medius aer ex contrariorum circunſtantia valido concepto frigore vaporem citius gelat. Multi enim cito aquam infrigidare volentes, primum eã ad ſolem ponũt: Et in Ponto circa calamos aquam calidam fundunt: vt illic citius geletur: vtuntur enĩ in piſcium captura glatie vt plumbo: vt calami quieſcãt. Et hac ipſa de cauſa circa arabiã ⁊ aethiopia eſtate ingraueſcunt imbres, ⁊ in die frequenter: et non in hyeme. ¶ Preter litere Ariſtotelis ſententiã grandinis quinqꝫ accidentia. Deorſum per globos ruit vt cryſtallus Meſſem enecat. Interdum cum ſono et ſtrepitu auditur. Cũ pluuia cadit. Multimode exiſtit figure, aliquando hominum, aliquando ferarũ effigiẽ retinens.

Grando globum vitrei cryſtalli, deorſum.
Decidit, et vitem ſtrataqꝫ farra necat.
Horrendoqꝫ ſono mortalia pectora terret.
Nubis: et euentu deteriora rata.
Mixta ruens imbri, varijs formata figuris.
Et faciem viſa eſt ſepe habuiſſe fere.

## ¶ Caput decimum tertium

Decimũ tertiũ cap. cõtinet vnam concluſionẽ vnã d generatione foncium et fluuiorum opinionem, et eius impugnationẽ, fontium et fluuiorũ generationẽ, et duo ſigna. ¶ Concluſio. Expedit de fluuijs et ſpiritibꝰ aliqua determinare. ¶ Nã de his ab antiquis nihil, dignum relictum eſt. Dixerunt enim aliqui ventum aerem eſſe agitatum et fluentem: et idem eſſe nunc aerem, nunc nubem, nunc ventum: qꝛ cum q̇eſcens fuerit, vocant aerem cũ denſus: et multe craſſitudinis, nubem: et cum motus ventum et omnes ventos eundem eſſe ventum, ſapienter credunt affirmare. Sed accidit multos: vel ſine inquiſitione ſatius ſic inquirentibus dicere. De ventis aũt poſtea exquiſitam facturi ſumus determinationẽ quid ſit quomodo fiat, quid moueat, vtrum fluat quemadmodum ex vaſe, quouſqꝫ totum fuſum ſit, aut ſicut ex vtribꝰ emiſſum, pictores effingunt. Et de aquis conſimiles pene habuerunt determinationes. Una de fontium et fluuiorum generatione opinio. Dixerũt fluuios fieri multa aqua a ſole eleuata, et iterum in terre magno aliquo ventre cõgregata: a quo effluũt oẽs, aut aliꝰ ex alio: colligit̃qꝫ in terre ſubceptaculis hyberno tẽpore hec aqua. Et hĩc fit vt fluuij et fontes eſtate q̃ hyeme maiores exuberẽt. Et horũ fluuiorũ hos perpetuos aſſerunt, quorum ſuſceptacula multã copiam colligunt ⁊ q̃ nõ prius deficere poſſint, q̃ ex hyeme nouos imbres et nymbos recolligant: hos vo non perpetuos quorum aluei et receptacula paruã continent aquam: et q̃ deficere poſſit prius q̃ ex hyeme nouos recuperent imbres. Sꝫ quomodo ex ſuſceptaculis terre naſcerent̃ aque, que p annũ decurrere vident̃ cũ magnitudine et mole ipſius terre ſuperẽt magnitudinẽ. ¶ Fluuiorum et fontium generatio. Sicut ſuper terram ex aere ſuperante frigiditate fit aqua ita ⁊ i terra eandẽ ob cauſã ex aere fit aqua ⁊ continue quidẽ que facta erupit. Et ſicut ſuper terra ex multis paruulis ſtillis alijs tãde coeũtibꝰ crebrior collig̃t aq̃ fitqꝫ aque multitudo: ſic in terra ex paruis colligit̃: et primo fiunt ſcaturigines in principiũ fontis aut fluminis cõuenietes ¶ Duo ſigna. Primũ: aq̃ ductus parantes nõ longe defoſſa homo aquã reperiũt terre itidẽ a ſummo veluti ſudãte repta. ¶ Scdũ. Qꝛ ex magnis mõtibꝰ maximi fluuij et ſtagna oriunt̃ q̃ libere oi forme ex parte aerea attigãt loca: q̃ vt ſpongioſa fiſtuloſaqꝫ ſuſpenſa, multis ex locis cõcipiũt atqꝫ producũt aquã. In planitie aũt campeſtri rari fluũt admodũ. In alia enim ex parnoſa ad hyemalẽ orientẽ mõte maximo effluũt et alij fluuij, et Bactrꝰ: Coaſpes Indꝰ et araxes: cuiꝰ pars tanais i meotidẽ effluit paludẽ. Et ex caucaſo maximo monte ad eſtiualẽ orientẽ (q ob ſui ꝑruptã magnitudinẽ a nauigãtibꝰ in imis ſtagni vi̇t̃ et cuius ſummitates ad tertiã noctꝭ ptẽ a ſole illuſtrãt̃) effluunt plurimi et maximi et phaſis. Ex pyrẽno ad occidetẽ eq̃noctialẽ in celtica effluunt iſtrꝰ et tarteſſus iſtrꝰ quidẽ p totam europam in mare euxinũ at tarteſſus extra colũnas. Ex aetiopicis mõtibꝰ aegon ⁊ niſes et chremetes. Ex pindo achelo ꝰ et inachꝰ. Ex ſcombro ſtrymõ. Neſtꝰ et hebrꝰ. Ex argẽteo monte nilus Ex rhodope plurimi. Sꝫ q adducti ſunt teſtimonij gratia ſufficiãt. abſonũ ig̃r ẽẽt exiſtimare vnũ terre ventrẽ ex quo oẽs educant̃ fluuij: et neqꝫ recipe q̇dẽ ſufficeret: neqꝫ ipſe nubes. Et fiunt hũc in modũ fontes et ſunt ſub terra vt q̇dã ſtagna ex ſcaturiginibꝰ in vno loco collecta nõ tãta vt aliq̇d accidat incõmodi. Et ẽẽ hũoi ſubterraneos meatꝰ et aq̃rũ voragiẽs, hinc ſumit̃ indiciũ: q̃ ſepe loca abſorbent̃ coopiente aq̃: vt circa pelopõeſũ ⁊ arcadiã ſepiꝰ accidit circa Helladẽ vo raro: Et ſub caucaſo ſtagnũ eſt (qd illic vocãt mare) qd plurimi et magni ingrediunt̃ fluuij, apertũ egreſſũ nõ hñtes: qd dehiſcẽs deriuat ſub terra circa ꝓfunda ponti: vbi nullꝰ q̇ vnquam deſcenderit, potuit ſatis profunditatis terminum rimari: et hinc diſtantia trecentorũ ſtadiorum aquam potabi-

ſem reddūt terre. Et circa liguſticā fluui⁹ nō minor Rhodano (qui fluui⁹ ē pernauigabilis) abſorbetur Indiciū igiť ſufficiens, eſt terram lacunas et aquaꝝ voragines continere.

## ¶ Caput quartūdecimuȝ.

Quartumdecimum caput: continet vnam queſtionem, reſponſionem, quo modo cōtingat cataclyſmi, cur aliqui fluuij videnť perennes, alij non, et vnum corolarium. ¶ Queſtio Cur loca demutenť, varienturq̄ nūc terre nūc flumīa vt q̄ pri⁹ arētia ex titere nūc obruta ſint aquis: et que prius aq̄ operuit, nunc ſint arida: vt vbi nunc mare, prius terra: et vbi nunc terra pri⁹ mare fuerit. ¶ Huius rationē aſſignamus, q̄ꝛ omnia hec nature ſeriem ſeruant, ſuaq̄ finiūtur periodo. Utenim ex ſole et celo plante et animalia ſtatum habent et ſue durationis rationem, vt adoleſcant, vt iuuenta conſtent, vt ſenecta tabeſcant: ita eadeȝ ex cā virtutem partes terre accipiūt differentē et incipiunt humida fieri: et ad tempus aquoſa manent: deinde exſiccantur atq̄ ſeneſcūt iterum: Et conſimili modo fit maris permutatio: vt vbi nunc excreſcit: terram relinquet arentem: et vbi nunc fluctibus vndat aliquando ſtagnatum et exſiccatum iri neceſſe eſt. Et huius rei plurima ſunt argumenta. Aegyptus enim exundante. Nilo cooperta, hinc ſtagnat hincq̄ reparatur vt ſepe noua fieri videať. Et ora nili omnia manufacta videtur: excepto vno cāobico Et olim aegyptus (vt homerus refert). Thebe fuerunt necdū. Mēphis erat. Et hec rerꝝ viciſſitudo, permutationumq̄ alternatio. Helladi Argiuorum regioni et Mycenee Mycenorum tpe. Troie accidit Nā argiui ſtagnantē habebant belladē et que paucos alere poſſet. Micenea vero ferax et tēperata. Et ī oppoſitas verſe naturas mycenea ſtagnat: illa vero ſicca et vtilis nunc facta eſt. ¶ Et ſi queras. Si ita ſint rerū vices terrarū et aquarum permutationes, quomodo nos lateant ¶ Dicimus. Cū incipiant longis tpibus fieri, vita aūt noſtra cita fugiat et labatur, quando quidē nunc fame, nunc bello, nunc infirmitate cito abſumiť: et hi regiones permutant, et emigrant in alienas: hi autem permanent, ſȝ tempus facte permutationis nō attingūt: ille aūt cū eos regio nō amplius alere ſufficiat, in alienas ſeſe trāſferunt oras: hinc oīs interit memoria, et poſteritatē latet: et ſi quando memoria facta eſt, longinq̄ deleuit antiquitas. Et qui has cōſiderauerunt permutationes dixerunt nō nulli mundū de nouo generari, ⁊ mundi generationem harū cauſam eſſe. Sed hoc ridiculiū eſt, ob paruas ſcilicet et momentaneas permutationes totum permutari exiſtimare oportere. Terre aūt moles et magnitudo circa cuius partem aliquam fit permutatio, ad totū vniuerſuȝ nihil omnino eſſe vř. Sed cauſa dicta eſt ꝙ. Reruȝ a natura determinatus ſit exitus, determinataq̄ periodus. ¶ Quomodo cōtingāt cataclyſmi Sicut anni quattuor ſunt determinata tempora, ver, eſtas, autumn⁹ et hyems, finem periodūq̄ ſeruato ordine retinētia ſic circa partes terre et loca cōſimilis nature lex obſeruať. Et cū ad hyemē vſq̄ ſuam deducta ſunt, ingraueſcūt vnde, fitq̄ illorum cataclyſmus quēadmodū ſub deucalione cataclyſmus factus ē circa antiqȝ belladē, q̄ eſt circa Dodonē ⁊ Acheloū, quā habitāt greci, q̄ nūc hellētes dicunť. Et he agrū magne eleuiones nō ſemper circa eadē loca contingunt, ſed euariant, et cataclyſmorū loca permutātur. ¶ Cur aliqui fluuij videanť perpetui, et alij non. ¶ Dixerūt id eē ob terre ampla vel ſtricta receptacula: vt quorum magna ſint voraginum inſtar, hi ſint perpetui. quorū vero paua, et q̄ ſuas paruo tpe eiaculētur aq̄s non perenneas, ſȝ decidui ſint. ¶ Hanc non dicimus cauſam: ſȝ locorum gignendis cōſeruādiſq̄ aq̄s aptitudinem: vt loca alta, ſpiſſa, frigida, hec ſane multam ꝯtinēt aquā, multā ſuſcipiūt, et multa ſua frigiditate gignunt. Quibus vero ſupēſe ſunt parue mōtium moles, ſpongioſe ſaxee, argilloſe, hec inepta ſunt vt in ipſis diu ꝑ luret aquaꝝ flux⁹ loca. Et ita ſi pl⁹ apta atq̄ diſpoſita fuerit ꝑſeuerāt mag⁹: ſin min⁹ itidē minus. Non tamen dixerim fluuios eſſe perpetuos, ſed ſuas ſeruare periodos, ad quas vſq̄ perdurant: et non poſſe ſemper eadē preterlabi atque perfluere loca, ſȝ permutare. Non. n. mari et flumine eadem ſemper hument loca, et eadem manent arida. Hoc manifeſtat aegyptus, quandoq̄ tota inundans hoc eaq̄ circa Rubrū mare ſunt loca: q̄ Seſoſtris primus excogitauis fodere, vt totus fluui⁹ pernauigabilis foret, Hinc enim magne pendebāt vtilitates Deinde darius, id attentauit: q̄ reperientes mare flumine altius, a foſſiōe ceſſauere, ne flumē mari mixtū corrūperetur: qđ et circa Libyam Ammoniā regionem cōperitur ſummiſſius. Hoc Boſphorus non ſemper fluens. Uiſus eſt. n. ab alia limoſitate fluxum dimittere, deinde ſiccari, deinde iterum ſtagnare, ſolitoſq̄ curſus reparare. ¶ Corolariū. Uñ ſit (cū tempus non defecerit, ſed totū ſit eternum) vt neq̄ Tanais neq̄ n lus ſemper fluxerint: ſed vñ effluunt albei aliquando ſicca loca fuerint: et ita de ceteris fluminibus dicere conueniet. Habent. n. et vt ſint, et vt certis effluant locis, determinatas periodos. et tpe permutantur omnia.

## ¶ Hic liber intitulatur metheoroꝝ

quaſi rerum elatarum leuium et ſuſpenſarum: et dř a metha: quod eſt trans, et aero verbo qđ ſignificat tollo. leuo: ſuſpēdo ſignificat igitur methcora. idem quod trans: vel vltra hec inferiora corpora eleuata: ſuſpenſa.

Queritur circa primum metheoroꝝ vtrū iſte mund⁹ ſenſibilis ſit ſubiect⁹ ſuperiorib⁹ ⁊ lationib⁹ ꝯtigu⁹ vt ide tota ei⁹ virt⁹ gubernetur, et arguiť, ꝙ non: q̄ꝛ ſequereť ꝙ celū et mot⁹ e li cognoſceret cōſequens ē falſum. q̄ꝛ celum eſt inanimatū ſecundo ſequeretur ꝙ celum ageret in iſta inferiora ſed conſequens eſt falſum: quia agens et paciens debent eſſe cōmunicantia in materia primo de gñatione, tertio ſic ſequereť ꝙ oīa iſta inferiora fierent ordinata aut in ordinata conſequens eſt falſum et contra Ariſtotelem in litera q̄ dicit ꝙ fiūt hec inferiora ſecundum naturam in ordinaciorem quaȝ ſit natura primi elementi corporum primo celi, quarto actus hominum non reguntur a celo: quia fiūt per libertatem arbitrij: et voluntaris et ſi regerentur a celo: nos nō eſſem⁹ domini noſtroꝝ actuum in oppoſitū ē ariſ. ꝓ declaratiōe hui⁹ q̄ōnis noto q̄d ē gubernare eſt enim per prudentiam vel ſapientiam aliqueȝ in

ſuum bonum finem dirigere, et ſi capitur proprie vt vult Ariſto. in ſecundo politice vbi dicit. Scientis et mente prouidentis eſt regere et dominari et gubernare: ſed ignorantis naturaliter eſt ſeruire quomodo celū agat triplici inſtrumento ſcilicet, motu lumine, et influentia, viſum eſt in queſtionibus de celo ſi ſint dabiles influentie: vel non ibidem eſt diſputatum, quomodo autem agit celum in hec inferiora per experientiam ſatis eſt deductum: ſecundo de celo et .2. phiſicorū poſui omnes experientias quas: ponant omnes doctores, ſed probatur ratione: quia bene ſequitur celum agit aliquam actionem in iſtis inferioribus: ergo omnem: tenet conſequentia, quia non eſt potior ratio de vna quam de alia. ¶ Omnia que hic dici ſolent ego tractaui in: ſecundo de celo: et ſecundo phiſicorum: ſolum reſtat dicere de actibꝰ voluntatis quomodo non ſubijciuntur celo quoniā vt Ptolomeus. Uir ſapiens dominabitur aſtris: ſed tamen celi aliquo modo iclinant corpora humana ad multas operationes. ¶ Nunc ad rationes principalis. Ad primam cum dicit, ꝙ gubernare conuenit ſapientibus et celum non eſt ſapiens quia eſt inanimatum. Dico ꝙ celum licet non ſit ſapiens ſufficit ꝙ inteligentia affixa celo ſapiat. Ad ſecundum dico ꝙ agens et paciens debent eſſe communicantia in materia: inteligitur ſi agens ſit vniuocum debet cōmunicare in materia cum paſſo: ſecus ſi eſt equiuocum: Ad tertiā reſpondetur ꝙ ex parte celi cuncta ſunt bene ordinata: quāuis ex parte varietatis iſtorum inferiorum in ordinentur. Ad quartū iam idictum ē in queſtione.

Dubiū. 2. Dubitatur ſecundo hic vtrum: motus ſit cauſa caloris et videtur ꝙ ſic quia homines exercitio carentes generant frigidos humores: ergo exercitiū minuet eos. Secūdo arguo motus plumbi: exiſtens ī extremitate ſagitte mote habet tantum caleſcere vt liqueſcat vt Ariſto: ſecundo de celo: ergo motus eſt cauſa caloris. In oppoſitum arguitur aque curentes ſunt frigidiores q̄ʒ ſtantes: ergo motus non eſt cauſa caloris: in hac mā dixit paulus venetus: primo capitulo ſuorum methe. dicens videtur ꝙ motus ſit cauſa caloris inducēdo raritatem: ſed probat ꝙ non quia potius caliditas eſt cauſa raritatis quam ecōuerſo: dicit ad hoc ꝙ licet caliditas ſit prior raritate: tñ aliqua caliditate raritas eſt prior: ſicut ponitur ſecundo de anima: et .9. methaphi. ꝙ actus eſt prior potentia tñ aliquo actu aliqua potentia eſt prior: prius eſt ēt lumē q̄ caliditas: et tamen caliditas ignis eſt prior q̄ lumen ſuū: ſicut: ergo lumē eſt cauſa caliditas ignis: et caliditas ignis eſt cauſa luminis: ita caliditas eſt cauſa raritatis et raritas cauſa caliditatis: ſecunda ē opinio que dicit hoc fieri extractione partium ſubtilium ad circunferentiam: ſed hoc nil valet: quia ſeq̄t: partes ipſas centrales nō calefieri in ferro molendi quod eſt fm̄ ideo mihi videor dicendū, ꝙ quemadmodum caliditas virtualiter ē ſiccitas et habet deſiccare. Sic eodem modo motus localis in actu emitentie vel virtuali habet calefacere: et hoc dicebat doctor ſanctus quando dixit ꝙ motus localis eſt productiuꝰ caloris quia motui primo correſpodet qualitas prima eſt enī motus localis primus inter oēs. 8. phiſi. et caliditas eſt prima inter oēs pmas q̄litates: et ad illud de aquis fluentibꝰ reſpondeo ꝙ illud eſt propter duo primum: quia propter ipſas moueri radius ſolis non figitur cum bona mora in eis: et ſi non figitur non agit: q: vt dixi ſuper ſphera. Plus facit maior quam directio. Secunda cauſa eſt: quia motꝰ ē debilis actiuitatis ad calefaciendū et maioris reſiſtentie eſt frigiditas aq̄ ne calefiat ipſā aq̄.

Dubitatur tertio vtrum moles totius terre ſit minor quibuſdā aſtris. De hac queſtione nihil volo dicere: quia ſcripſi multa ſupra libris de celo tractando de ſphera. Dubiū. 3.

Queritur quarto in qua proportione ſe habeant elementa quo ad magnitudinem et materiam ſine argumentis reſpōdeo per aliquas cōcluſiones. Prima concluſio lʒ oīa elementa ſint equalia ſm multitudinem tñ ſunt ineq̄lia ſm magnitudinem: prima pars patet eo ꝙ tantū eſt de materia in vno elemento ſicut in alio. ſi. n. totū elementū aeris conuerteret ī elemētū ignis eēt tñ: ſicut nunc ē ignis ⁊ eadē materia: ſimilr totū elemētū ignis conuerteretur in elementū aeris fieret tñ preciſe: ſicut eſt nunc elementū aeris ſine diminutione. ſ. addītione materie ſecunda pars cōcluſionis ſeq̄tur ex pria: quia ſi habent equalr de materia et non de raritate et dēſitate opʒ ꝙ ſint eq̄lia in magnitudine. Dubiū. 4

¶ Secūda concluſio ꝙ ſi ſphera terre: et aque ſimul ſumantur: ad huc vix facient vnam ſpheram tam magnam ſicut eſſet ſphera terre ſm modum predictum ad inuenta: pbat̄ q: extrema ſuperficies aque ſeu conuexa q̄ eſt verſus aerē vix tantū diſtat vel minus diſtat ſi non violētet quātū ſuꝑficies terre conuexa diſtat a centro mundi: et loquor de terra hic apud nos habitabili: igit cum ſm extremum terre inueniatur apud nos magnitudo ſphere: ſeq̄t ꝙ ſphera terre et aq̄ cum ſil' ſummunt: vix facient tā tam ſpherā tam magnā ſicut eēt ſphera terre: ꝯña ſatis patet: q: ſi extremum terre ſimul equaliter diſtaret: et ſimilr extremū aq̄ cōuexe equaliter diſtaet: lʒ ſemper minus a centro mūdi q̄ cōuexū terre: opʒ ſpheram incluſam in iſta tota ſuper ficie eē minorem q̄ eſſet ſphera terre modo predicto inuenta: igit vix tantum facit: ſed probatur añs: quia ex ſcd̄o celi hēt ꝙ aqua eſt ſpherice figure quantum ad cōuexitatē vel ſaltem eſt portio ſphere ꝑꝑ impedimentū terre q̄ non per mittit ad impleri ſphreā: ⁊ ex hoc tūc ſic: q: illa ſuꝑficies portionis aq̄ extrema ē ꝓpinq̄or cētro q̄ cōuexa ſuꝑficies terre apud nos: q: ex dictis aris ꝑ experientiā videmꝰ: ꝙ capta ſuꝑficie riui: ſicut ſeq̄ne ingredientis mare ſuperficies terre huiꝰ ē altior ſeu remotior a centro mundi ſuꝑficie illa aq̄ vel riui hic apud nos: ſʒ cōtinue magis appropinq̄ndo v̄ſus mare ſuperficies extrema riui ē ꝓpiq̄or cētro q̄ ſit hic al'as nō deſcenderet magis aq̄ v̄ſus mare q̄ v̄ſus aliā ꝑteʒ, igr cū ingrediat mare: ⁊ nō pōt plꝰ recedere a centro mundi nāl'r ſeq̄tur ꝙ appximat iſta ſuꝑficies maris plꝰ: et ſic ꝯuexitas maris ē ꝓpinq̄or cētro mundi. Quā ſuperficies terre hic: et ſic minꝰ diſtat a cētro mūdi q̄ extremū terre hic apud nos. Ex iſtis pʒ ꝙ ſphera aggregata ex iſtis duobꝰ corporibꝰ ē minor q̄ eēt ſphera terre talr inventa vt dictū eſt:

¶ Tertia cōcluſio ꝙ terra ē maior aq̄: ita ꝙ plꝰ in mundo ē de terra q̄ de aqua: ſuppoſito ꝙ nubes et vapores non dicant aq̄ ꝓbatur: q: terra nō īpedit ꝑ aquā quin d̄ſcenderet ad centrū: dato quod aqua eſſet iuxta centrum per cōmentatorē ſecundo celi: et ēt patet in ꝑtibꝰ terre deſcendētibꝰ.

in aquam ſi proijciant: ergo ſi terra ſm cẽtrum grauitatis ſue eſt in centro mũdi vel valde prope oportet aliquid de terra eſſe ; vltra centrum mundi vel magnam partem: et quia ſuper ficies conuexa terre verſus nos tantum vel plus diſtat a centro mũdi: ꝙ conuexitas aque: vt patuit ſupra ex probatione p̄cedentis concluſionis: oportet aquam eſſe minorez et per conſequens ſequit̃ concluſio. Unde imaginor ꝙ aqua ſit ex alia parte adherens inter concauitates terre que concauitates terre habent partes eleuatas lapidoſas grauiores ꝙ ſit iſta terra hic: ergo ſm extremum iſtarum partium terra minus diſtat: a centro mundi per longam diſtantiaz ꝙ ille partes que ſunt hic: et forte ꝙ grauitas aque ad iuuat iſtas partes terre et ex alia partem centri que ſil' cũ grauitate aque plus ponderant quã partes terre habitabilis: dato ꝙ ſint multo maiores, et propter hoc illa pars terre poteſt eſſe remotior a centro mundi ſꝫ conuexum: ꝙ couexum aque ex alia parte: et ex hoc apparet quomodo cum predictis ſtat ꝙ maior pars terre ſit cooperta aq̄s ꝙ ſicca.

Quarta. concluſio. ¶ Quarta concluſio ḋ mẽte brauardini in ſuis proportionibus. c. quarto proportio totius ſphere gñabiliuz ad elm̃ terre eſt tripla ad proportionem dyametri totius ſphere generabiliuz ad dyametrum elemeti terre; iſta concluſio patet per vnam propoſitionem. 12. elementorum: quia qualis ē proportio dyametrorum inuicez: talis eſt proportio ſpherarũ triplicata ita ꝙ ſi proportio diametri vnius ſphere fuerit dupla ad dyametrũ alterius: tũc ſphere ad ſpheraz erit proportio. 8. quia proportio octupla eſt tripla duple: ex iſta concluſione ſequit̃ ꝙ ſphera generabilium eſt maior ſphera terre in proportione. 35937 probatur Nam diameter ſphere generabilium continet trigeſieſter dyametrum terre de ductis minutis: per alphagranũ thebit. et alios mathe. ſignetur igitur ſphera terre per vnum quod ſit a. ⁊ 33. b. numerus triginctuplus tripl9 ad b. ſit. c. vlz. 1089. et numerus trigintuplus triplus ad c ſit d vlz 35937. tunc patet ꝙ a b c d ſunt termini inuicem proportionabilis proportione continua igitur proportio d ad a ē tripla ad proportionẽ b ad a. oĩs. n. pportio compoſita ex tribus proportionibus equalibus ē tripla ad quanlibet illarum: et per conſequens d eſt maius a in proportione. 35937. cuz: ergo a denotat̃ per elementum terre et d per totam ſpheram generabilium habetur intentum vlz: ꝙ proportio totius ſphere, generabilium ad elementum terre eſt ſicut proportio. 35937. ad vnum.

Corolariũ ¶ Ex quo ſequitur cuiuſlibet elemẽti maioris ad elementum immediatum minus ē maior proportio: ꝙ triginta duorum ad vnum: et minor ꝙ triginta trium ad vnum probatur: et ſuppono cuz Ariſto. primo de generatione primo metheororum, ꝙ elementa ſunt inuicem proportionabilia proportionabilitate cõtinua: quo ſuppoſito capio quattuor terminos inuicem proportionabiles proportionabilitate continua: per que intelligantur: elementa quattuor quorum primus ſit vt vnum ſecundus: vt 32. tertius: et quartus eadem proportionabilitate aſcendant: tunc arguitur ſic: terminus compoſitus ex omnibus his minorem proportionem ad vnum: ꝙ ſphera generabilium ad ſpheram terre: igitur proportio aque ad terram eſt maior ꝙ triginta duo ad vnum patet conſequẽtia: ex quo omnia elementa proportionãtur proportionabilitate cõtinua. Item ſint alij quattuor termini deſignantes quattuor elementa: quorum primus ſit vt vnum: ſecundus vt. 33. terti9 et quartus aſcendat: vt ſuperius dictum eſt de. a. b. c. d. et arguitur ſic. terminus compoſitus ex omnib9 his habet maiorem proportionem ad: vnum quam ſphera generabiliũ igr̃ aq̄ ad elementũ terre habet minorem proportionem ꝙ triginta tria ad vnum pꝫ conſequentia vt ſupra.

¶ Quinta propoſitio de mente Joãniũ dularth in ſuo primo metheororuz ꝙ terra ē maior aqua quanuis aqua in decupla: proportione ſit rarior terra. Prima pars: patet quia dato oppoſito aqua eſſe maior terra ſequitur terram ſubmergi debere intra aquam. quod eſt falſum: et. Secũda pars patet quia ex vno pugillo terre fiunt decem aque: ⁊ ex vno aque decem aeris. Quinta. concluſio.

Queritur quinto vtrum omniũz impreſſionuz metheoro. logicarum materia eſt vapor: et exhalatio: pro declaratione huius notandum eſt ꝙ ſm veriſſimiliorem ſententiam thimonis quidq̄d teneat in contrarium Marſilius vapor differt ſpecie ab aqua; et exhalatio a terra: quia tanta ſubtilitas et raritas non compatitur formam terre: vel aque hoc habito dico ꝙ exhalatio eſt corpuſculum calidum et ſiccum actione ſolari a terra eleuatum leuius quam aer et leue leuitate ignea: et vapor eſt calidus et humidus actiõe ſolari ab aq̄ eleuatus exhalatio eſt materia omniuz impreſſionũ ignitarum frigidarum autem vapor. Qō. 5.

¶ Declaro modum quo exhalatio eſt materia impreſſionum ignitarum. Primo ſi illa exhalatio intra terram contineatur appetens exitum tanquã leue quod appetit eſſe ſuper graue facit terre motum hinc in de terram concutiens, ſi vero egrediatur: et in egreſſu in infima regione aeris antipariſthaſi incendatur fiunt candele ardentes et maxime circa cimenteria mortuorum: et malos nauium et carnificia vbi ſunt humiditates vntuoſe ⁊ ſunt materia flamme ⁊ antipariſthaſi incendunt̃, ſi vero aſcẽdat vſq; ad concauitatem medie regionis et ſit: exhalatio debilis caloris repercuſſa lateraliter qua ſi fugiendo contrarium facit ventos ventus autem eſt exhalatio calida ⁊ ſicca ſubtilis impetuoſe lateral̃r: mota ad multam diſtantiam, ſi vero penetrauerit: mediam regionem ibidem circundata vaporibus ⁊ alijs frigidis hinc inde mota generat tonitruũ per motum. ¶ Et ſi dicas exhalatio et vapor ſunt corpa mollia: ergo non poſſunt cauſa reſonum cõſequentia tenet quia ſonus ſit ex contactu durorum. ¶ Dicẽdũ ad hoc ꝙ corpora mollia bene poſſunt cauſare ſonuz alteratione interueniente: et non aliter et; quia ibi ſit alteratio inter exhalationez: et vaporem ideo cãtur ibi ſonus: et per motum includitur exhalatio: et in cenſa cauſat fulmem et quandoq; fulgur vel coruſcationem et ſi aſcendat hec exhalatio ſupra totã mediam regionem aeris: et includatur in ſuprema regione ſit cometa qui habet multas ſpecies vna eſt ſtelle cadentis et ſit quando fumus eſt tam ſubtilis: cito euaneſcens; et combuſtus tendat ad aliuz infra et ad alium priori extincto. Secunda: ſpecies eſt ſi fuerit materia ob longa habens conũ ſuperius diceretur lancea ardens retinendo per tempus flãmã in ſingulis partibus non retinendo autem dicitur lã

cea cadens et ſi nõ hũerit conum retinendo flãmam
dicetur columna ardens non retinendo autem dicet
ſtella cadens.vbi aũt iſta exhalatio habet nodos:ita
ꝙ alique partes eẽnt multũ denſe:et inter medie mul
tum rare ⁊ ſtatim vna parte inflammata alia deſinat
inflãmari:tunc dicentur ſtelle cadentes ſi non appa-
ret aliqua inflãmatio in partibus raris apparet aũt
inflammatio in denſis partibus: ſed remiſſa voca-
rentur capre ſaltantes,quia vbi eſſent ille remiſſe in
flãmationes apparent pedes et omnium impreſſio-
num humidarũ vapor eſt materia ꝓbat. Nã vapor
aliquando eleuat ad mediã regionẽ aeris:⁊ tũc aut
multum condenſatur et ⁊ fit pluuia:aut multum in-
frigidatur cum multa congelatione: et fit grando:
aut multũ infrigidatur cum parua congelatione: et
fit nix.aliqñ autem ſolum eleuatur ad infimam regio
ne macris prope terram:et tunc aut frigiditas eſt
multum intenſa et generatur pruina:aut remiſſa cũ
modica materia et generatur ros: aut remiſſa cum
multa materia et generatur caligo vel nebula, et ſi
non fuerit multum condenſata generatur nubes:
in qua aliquando apparet iris: et interdum halo.
Aliquãdo autem vapor non eleuatur a terra ⁊ tunc
generantur fontes et riui:cum: ergo non pluribus
modis fiant iꝑeſſiões ſtricte loqñdo: ſequit intentũ.

Qõ.6. Queritur ſexto de modo quo fi-
ant hyat⁹ et voragines,circa qd dr̃ ꝙ fiũt:qr
eſt vapor groſſus ſpiſſus in medio et circun-
datur a vapore ſubtiliori et rariori gratia cuius ille
vapor illuminatur in extremis:et non in medio ⁊ ſic
habet medium apparere obſcurius et profundi⁹ ꝙ̃
extrema et ſic apparet foramen:quia color niger qñ
ponitur circa alium colorem clarum apparet ꝓfun-
dior et ita pictores quando volunt pingere valuas
apras in aliqua vari egatiſſima pingunt illas colo-
re nigro. Sȝ peteret aliquis quare apparet illa ap-
tura in celo. ❡ Ad quod dicitur:quia nõ agnoſcitur
diſtare talis vapor a celo:qr diſtãtia inter aliq̃ cog
noſcitur per corpa interiaceutia qualis non videtur
inter illos vapores et celum et iſta aeparent de noc
te exiſtente ſerenitate et non aliter:quia ce die lumẽ
eſt maximũ et equaliter illuminat omnes illas par
tes aut ſaltem ſine tali apparentia inequali:ſimiliter
ſi non exiſtat ſerenitas totum obſcuratur,et non ap-
paret illa in equalitas luciditatis ab obſcuritate:ex
hoc apparet cauſa qnare aliquando apparent in ce
lo ſanguinei colores quod quidem eſt ꝓpter mixtio
nem exalationis nigre aduſte cum vapore. Nalbum
viſum per nigrum apparet rubeum.

Qõ.7. Queritur ſeptio quid ſit come-
ta. Ad quod reſpondeo per aliqas opiniões
Prima eſt vera Ariſtote. ꝙ cometa non ẽ ali
qua ſtella quoniam non ſemper apparer ⁊ ſi eſſet ſtel
la ſemper apperet vel ſaltem omni anno quod ẽ fal-
ſum:illud int probatur per rationem Ariſto.in lr̃a:
quia:cometa conſpectus ab orientali homine appa-
ret verſus occidens:et conſpectus ab occidẽtali ap
paret verſus orẽs ergo nõ eſt natura celeſti ſed po
tius elementari:quia nihil quod eſt in celo habet tã
tam diuerſitatem aſpectus:eſt igitur cometa exala-
tio ignita:ſed tñ iſti comete differunt magnitudine:
et multitudine et figura quoniam aliqui habent co-
mam diſperſam verſus vnam partem puta verſus in
ferius et illi dicuntur barbati.alij vero habent cau-
dam retro et dicuntur caudati:et maxime ſolent fie
ri ſub via lactea:quia eſt ibi multitudo ſtellarum ⁊
aliqui durant per.7.dies et aliqui per.80.licet ſene
ca dicat per.6.menſes ⁊ ſignificant iſti comete mor
tem principum vt ptholo.in.2.parte quadripartiti-
ca.5.et.15.qm̃ iſti comete ſunt de materia venenoſa ⁊
aduſta que deſcendens per aerem inficit illum ⁊ deſ
truit vſq; adeo vt ſic ifectus aer inficiat corpora ma
xime delicata et delitioſe viuentia ſicut ſunt princi
pes et ſi dicatur ꝙ tempore vnius ceſaris apparuit
cometa: et nullum mallum ſequebatur dicas illud
eſſe,quia eius malitia corrigebatur per bonitatem
aſtrorum.

❡ Circa iſtam materiam eſt notãdũ
quia philoſophi naturales conſiderant cometam in
ſui ſignificatione generailter, et cõmuniter: vt ꝙ
ſignificat ventos ſiccitates et bella. ❡ Aſtrologi au
tem conſiderant ſpecialius,vnde hali.cõmento vlti
me ꝓpoſitiõis centiloquij ptholomei di. ꝙ cometa vn
diq; radiatus ſignificat inundationem aquarum:ſȝ
radiatus vnico radio ſignificant ventos et magnas
ſiccitates:et hoc in regno apparitionis comete: q ſi
apparuerit domino illius regni exiſtente in oriente
ſignificat mortem regis vel principis. Si aũt domi-
nus illius regni fuerit in occidente ſignificat aliquẽ
de regno inter fecturum regem. Item ſecũdũ aſtro
logos nouẽ ſunt comete quorum primus dicitur ve-
ru qui eſt horribilis aſpectu vadens prope ſolem. ſe
cundo dicitur tenaculum et eſt quaſi ex colore mar-
tis:habens iuxta ſe radium in modum fumi ſubcine
ricij:tertius dr̃ ꝑtica non multum lucidus habẽs ra
dium groſſum ac ſi poſt ſe ꝑticam traheret:quartus
dicitur miles:et eſt de natura veneris magn⁹ ad mo
dum lune habens radium longum: et crines ſimili-
ter quos fundit poſt ſe:quintus dicitur domin⁹ aſco
ne qui eſt de complexione Mercurij:cuius color eſt
ceruleus et apparet paruus reſpectu aliorum come
tarum habens caudã longam et tendere radios ſu-
os in altum:ſextus dicitur aurora et eſt rubeus hñs
caudam longam minus tamen quam dominus aſco
ne:et eſt de natura martis:ſeptimus dicitur argen-
tum qui habet radium ad ſimilitudinem argenti pu
riſſimi:cui⁹ claritas omnium ſtellarum nocturnaliũ
claritatem excedit,octauus dicitur roſa:et eſt mag
nus et rotundus in quo conſpicitur facies hominis,
cuius color mediat inter aurum ⁊ argentum:nonus
dicitur cometa ſniger:quia eſt de natura ſaturni, et
ad ſimilitudinem eius ſecundum:ergo has diuerſi-
tates et alias plures:iuxta diuerſos aſpectus ſigno-
rum iudicat aſtrologus futura mala.

❡ Fuerunt tamen opiniones anti-
quorum. Nã Anaxagoras et democritus volebant
ꝙ non eſſet nature elementaris: ſed nature celeſtis:
quia eſſet ↄiunctio planetarum celeſtium: alia fuit
opinio pythagore ꝙ eſſet vna ſtellarum errantiũ ra-
ro apparens extra radios ſolis. Tertia opinio erat
Hyppocratis et ſequentium cũ ꝙ ſtella cometa eẽt
de natura celeſti ſed coma ſua de natura elementa-
ri ſed iſte opiniones improbantur in litera:vt patet
ibidem alia fuit opinio ſenece ꝙ cometa eſt vna ſtel-
la non de ſtellis fixis neq; de quinq; planetis nec ſol
nec luna: ſed preter iſtas vna diuerſum et varium
habens motum et ad argumenta que poſſent fieri.
❡ Reſpondet ſeneca ꝙ quamuis alie ſtelle habeant
formam ſphericam et non appareat coma aliarum
tamen cometa venit cum cauda que eſt ex parte ra-

diorum, licet ipſi ſit ſpherice forme: ſicut et alie ſtelle: ſed iſta opinio non valet: quia tunc deberet vnaqueqꝫ eſſe ſic apparens et diffundere radios: et non ſolum hec habere comam immo etiam alie ſtelle celi que ſunt magis lucide deberent habere maiorem caudam, eſt ergo reſpondendum aliter ꝙ forte habet iſtam caudam in aere ꝑp. exhalationes: ſed hoc non valet: quia vt arguit Ariſto. contra Hyppocratem in litera, oporteret ꝙ aliqñ appereret ſine tali coma quod experimur falſum.

Queritur vtrum rubedo matutina ſignificet pluuiam: et veſpertina ſerenitatem, notandum ꝙ multa ſunt ſigña pluuie primo celeſtia vt ſol oriens citius ſolito: qnia denotat vapores interpoſitos per quos radꝭ egredientes franguntur et veniunt ad locum ad quem nō deueniſſent ſine tali fractione vt patet ð denario in ſcutella qui non videbatur ad certam diſtantiam et iniecta aqua in eadem diſtantia videtur: ſecundum ſignum eſt de luna pallida appenti iuxta illud pallida ſepe pluit rubicūda flat alba ſerenat ſilr virgi. ſi vo ſolē ad rapidū lūaſqꝫ ſeqntes iſpexeris nunꝙ tecraſtina fallet hora nec inſidꝭs noctis capiens ſerene: ſimiliter idem virgilius dūqꝫ humidus auſter ſol tibi ſigna dabit: ſolem quis dicere falſum audet. ſimiliter rubedo matutina ſignificat pluuiā futuram: ratio eſt: quia album viſum per nigrum apparet rubeum et illi vapores iā ſunt eleuati et non dum conuerſi in aquam: ſed tamen conuertentur in illam quādo magis eleuabuntur ⁊ ſic illa die forſam cadet pluuia ſed rubedo ſerotina apparens in celo ſigat ſerenitatem: quia eſt ſignum ꝙ illi vapores qui ſunt eleuati per frigus noctis deprimentur ⁊ cadent deorſum et ita manebit aer ſine vaporibus et deficiet materia pluuie et erit ſerenitas et aliud ſignum ouantes gutture corni propter humidum roridum quod irrorat guttur eorum etiam auidus appetitus comedendi peccudū: quia diriguntur ex iſtinctu naturali ad prouidendum ſibi ꝑp. nocumentum qđ apparet futurum internaſcentibus.

Queritur de modo quo fiat grando. Pro cuius declaratione noto ꝙ materia eius eſt vapor groſſus et fit conſimili modo ſicut pluuia ſꝫ forā eiꝰ ē aq̄ ꝯgelata vel vapor ꝯgelatꝰ: et priꝰ vapor ꝯnertit in aq̄m et poſtea ꝯgelat. et ꝑp hoc differt a niue quia prius congelatur ante ꝙ ꝯuertat in aq̄m: ſed citius reſoluit grando in aquā quam nix propter virtutem calidi intrinſecam a vapore. et ſecundum Ariſt. in noua tranſlatione huius libri fit in infima regione aeris ſatis baſſe non multum diſtans a terra. et hoc declarat quia in montibꝰ altis nō fit grādo ſꝫ bñ fit nix: ideo opꝫ ꝙ iferiꝰ gñeret: et ex alio ðclarat hoc idē: qꝛ ſepe fit a nube aq̄a prope terram in eſtate quando fiunt magne gutte: et ibidem generatur grando ſimiliter a nube aqua prouenit grando: ſepe contingit ꝙ auditur ſonus qđ non eſt niſi eſſet ſatis prope nos quia modicus ſonus non percipitur remote. ¶ Item ſepe cadit ſub figura angulari; quod non eſſet: ſi veniret de longe immo rotundaretur ex confricatione cum aere in lōga diſtantia. quia angularis pars eſſet acutior: et citius confringeretur quam alie partes non angulares.

¶ Sed aliam opinionem ponit Albertus: que videtur trahi ex antiqua tranſlatiōe. ſcilicet ꝙ locus grandinis ſit magis altus quam vbi fit pluuia: quia iſte vapor eleuatur a forti calido ⁊ ideo poteſt eleuari valde ſurſum: quia ad mediū medie regionis: vt dicit, et tunc propter calorem iſte vapor fit rarus: ⁊ vndiqꝫ apertus ſtatim congelatur in iſto magno frigore: ⁊ quandoqꝫ iſte vapor deprimit a frigore medie regionis, et ſecundum hoc eſſent duo loca gñationis grādinis ſed tamē magis videt ꝙ in pluribus grando generetur inferiꝰ propter ſigna Ariſt. predicta: et ſemper fit ſuperius. quam ros et pruina ſed tamen ad experientias Ariſto.. poteſt dici ꝙ grando non cadit in montibus: quia nullus vapor eleuatur. ita calidus ꝙ poſſit conuerti in grandinem: nec per ventum adducitur quia non eſt ibi ventus in ſummitatibus: nec tandiu durat ꝙ poſſet multum remote duci per vētum. Ad aliud ſignum de ſono dicitur: ꝙ grandines in materia regione generatur: et deſcendunt cadentes ſuper nubem aliquā diſperſam hic prope nos: ⁊ faciunt talem ſonum: ſicut faciunt quando deſcendunt ſuper tecta domus.

¶ Ad aliud de angulari parte diceretur: ꝙ locus ſuperior eſt: ita frigidus et totus aer ꝙ modica confricatio modicum noceret, ſed tamen in calidis temporibus ſepius videmus cōfricationem eſſe factam et pluuia deſcendere cum grandinibꝰ vel precedere.

¶ De modo ergo generationis ⁊ efficiente cauſa dicendum eſt: ꝙ aliquādo talis vapor ex quo fit grando cōgelatur per antipariſtaſim a calido circunſtante qui habet quandam frigiditatem nālem: et ideo cū circūdat calido comprimitur, et tunc fortificatur talis frigiditas propter calorem: et ſic congelatur: ſicut exhalatio calida in ſe inflammatur quando circundatur a frigido: vt patet in generatione fulminis. ¶ Sed diceres quare vapor nō congelatur Immediate prope terram. cum tamē ibi ſit maior calor. dicendum ꝙ ideo: quia in vapore eſt calidum eleuans et moueus ſurſum: ideo ita cito nō poteſt condenſari: niſi quodammodo calidum ſit corruptum et ideo diu aſcendit ante quam cōuertatur in grandinem: ſed quando generatur grādo in media regione: tunc ſit magis ſurſum: et ſic tunc nō fieret per antipariſtaſim, quia ille locus eſt valde frigidus et ideo ſtatim infrigidat iſtum vaporem, et ad hoc iuuat ꝙ iſte vapor erat ante calidus: ſicut aqua calefacta citius congelatur: et ſic non fieret ibi per antipariſtaſim immediate: ſed mediate: ſed qꝛ Ariſtote. in noua tranlatiōe videtur dicere ꝙ per antipariſtaſim ſolum fiat grando hoc poteſt exponi, vel mediate: vel immediate. vnde in noua trāſlatione videtur hoc innuere. quia ponit de piſcatoribꝰ circa puteum: qui cum aqua calefacta ꝑfunderent calamos et ſtatim ſubmergentes in aquis frigidis fiebāt glacies: et ſic etiam eſt de grandine in media regione, ſed: quia non congelatur ante quam conuertatur in aquam dicendum ē ꝙ hoc ē propter abundantiā humiditatis: et ꝑpter groſſitiem materie vel vaporis quia iſte vapor non eſt ita rarus, ſicut ille ex quo fit nix.

¶ Sed dubitatur quia prius dicebatur ꝙ ex vapore in media regione fiunt tres impreſſiones, ſcilicet: nix grando: et pluuia ſed inferius nō niſi due ſcilicet iſte que correſpondent pluuie ⁊ niui

quare ergo hic non habem⁹ tertiam que correſpon
det grandini. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ non oportet ꝙ hic
inferius adueniente frigido noctis fiat alia tertia
impreſſio: quia non habemus materiam aptam: niſi
quis vellet dicere ꝙ glacies aquarum correſpondet
grandinibus: ſed tamen non immediate glacies fi-
unt ex vapore nec etiam grandines: quia fiunt ex aq̄
et mediante iſta ex vapore: ſed Ariſtote. dicit ꝙ non
habemus tertiam. quia glaciem non vocat impreſſio
nem. ¶ Sed de tempore grandinis. Dicendum eſt
ꝙ grando fit tempore calido: quod patet alias non
eſſet antipariſtaſis: nec nimis calido: quia tunc cōſu
meretur vapor. ¶ Sed de figura patet: quia aliquā
do eſt angularis figure: et hoc eſt ſignum quod fit ꝓ
pe terram et quādoqꝫ rotunde: et hoc eſt ſignum ꝙ
alte et aliquando circa granum grandinis eſt aliq̄d
ad modum pruine vel niuis et hoc eſt: quia aliq̄d de
vapore congelatur circa grandinem deſcendētem
¶ Item aliquando omnes grandines ſunt conſimi-
lis figure: et quandoqꝫ apparent imagines hominū
vel aliorum animalium: et hoc referendum eſt ad
influentiam ſpecialem celeſtem: et differunt quam
doqꝫ magnitudine: quia quandoqꝫ multum de mate
ria elementi: eſt ſimul, et eſt vehemens ꝯgelatio eiuſ
dem et tunc fiunt grandines groſſe et quandoqꝫ eſt
modice quantitatis propter defectum materie et
frigoris,

Queritur octauo quid ſit locus generatiōis pluuie ad quod breuiter ſine ar
gumētis dicitur ꝙ media regio aeris vt plu
rimum quia ibi ſunt omnes cauſe pluuie ergo ibi fi-
et pluuia: conſequentia eſt nota et probatur antece-
dens quia ibi eſt frigiditas ſufficiens congelare et
materia puta vapor in piſſandus: ergo ibi fiet pluuia
poteſt tamen fieri in infima regione aeris per refle-
xionem ſicut fit in olla bullienti quando in cooperto
rio vapores detinentur hinc ſolues aliqua probleu-
mata cur in eſtate media regio aeris eſt frigidior
dic quia tunc antipariſthaſi circūſtantium infra ⁊ ſu
pra calidarum efficitur frigidior. Secundum pro-
bleuma cur in eſtate fiunt gutte groſſiores dicendū
quia cum ſit maior frigiditas magis congelat. Ter
tium probleuma cur guttule cadunt in forma rotun-
da dic vt magis reſiſtant corrumpenti.

Queritur vtrum pluuia ros prui na ⁊ nix: differāt ſpecie ſpecialiſſima. ¶ Ad-
hanc queſtionem reſpondeo ſine argumētis
per vnam concluſionem: nix et pluuia differunt ſpe-
cie: ſimiliter pluuia ⁊ pruina: ꝓbatur: quia pruina fit
in temporibus frigidis et prope terram ⁊ pluuia fit
omni tempore et ſuperius: ſimiliter ros fit locis et tē
poribus temperatis ⁊ calidis: preterea iſta differūt
in complexionibus: quia nix eſt frigidior pluuia: et
ros habet aliquam dulcedinem et eſt calidus et hu
mid⁹: ſimiliter quia ex rore īfra teſtas conche acep
to fit margarita: ſed ex niue et pluuia fit lutum.

¶ In hac queſtione eſt notandū ꝙ nix generatur: quia vapor groſſiuus per calorem ſo-
lis in magna multitudine eleuatus vſqꝫ ad mediam
regionem aeris congelatur ante quam fiat aqua et
eſt vapor rarus: et non fit compreſſio totius materie
ab exterioribus ad centrum ſicut in grandine: ſꝫ fit
compreſſio vndiqꝫ et ſepe contingit ningere in cuſ-
pide montis: et in pede mōtis pluere: quia materia
vaporoſa in deſcenſu ad inferiora liqueſit et fit plu-
uia: ſed pruina generatur in infima regione aeris
ex vapore raro ad modum niuis: et generatur a fri-
gido et ideo maxime generatur in hyeme: et nota
quod ros fit ex materia ſubtili aquea eleuata a ter-
ra conuerſa in aquam propter frigiditatem infime
regionis hinc eſt ꝙ non generatur niſi temporibus:
et locis temperatis: quia materiam ſubtilem diſſol-
uit magnum calidum: et frigidum magnum non ſi-
nit illam eleuari: Ubi diligenter nota ꝙ nunꝙ talis
vapor eleuatur in iſtis impreſſionibus aqueis quin
cum illo vapore ſit mixta exhalatio, ratione cuius in
uenimus illas impreſſiones: aqueas reſolui ī aquam
ſordidam: et aquam pluuialem ventrem ſiſtere ra-
tione illarum exhalationum terreſtrium Tandē con
cludo in iſta queſtione ꝙ ros et pluuia non differunt
ſpecie cum ambe ſint aque. Paulus tamen venetus:
ca. 9. ſuorum metheororum habet ꝙ pluuia ſpecifi-
ce differt a predictis impreſſionibus aqueis: cum il-
la ſint mixta imperfecta: pluuia autem eſt elementū
cum ſit aqua guttatim cadens: extra tamē naturalē
diſpoſitionem ⁊ diuerſitas ſpecifica poteſt ſummi ex
parte materie: cum generatio pluuie nō exigat mix
tionem terreſtris ſicci quam dicte impreſſiones exi
gunt nec vaporem eleuatum a terra, vel ab aqua po
teſt enī pluuia generari: ex ſola condenſatione aeris
ex qua non pñt alie impreſſiones generari et ex par-
te cauſe effectiue; cum pluuia non habeat ſpecialem
influentiam celi: ex quo omni tempore anni genera-
tur: quam habent ſupradicte impreſſiones: licet ſe-
cundum magis et minus ita ꝙ eadem influentia ſpe
cie neceſſario concurrit ad omnium dictarum quat
tuor impreſſionum generationem maxime tñ ad ge
nerationem grandinis: et minime ad generatiōem
roris. Medio autem modo ad generationem niuis
et pruine licet intenſius et fortius cum niue concur-
rat quam cū pruina.

Queritur decimo de modo gn̄a- tionis fontium. In hac qōe duo dicam. Pri-
mum quomodo aqua fontis aſcendit ad ori
ficia. Secundum de modo gn̄ationis fontiū. Circa
primum pono aliq̄s queſtiōes. Prima eſt ꝙ aqua nō
aſcendit ad orificia fontium. Primo modo. ſ. violen-
ter, probatur, quia talis violentia non diu durat nec
tandiu ſicut fluxus fontis: et ex alio: quia nihil eſſet
a quo ſic continue violentaretur: nec propellitur: nec
ꝓĳcitur: nec ēt per aliquod calidum ſuppoſitū eleua
tur, ſicut contingit in olla bulliente: nec aliquo tali
modo: ergo patet concluſio. ¶ Ex iſto pꝫ opinio Pla
tonis qui dicit fontes venire ex tartaro qui mouetur
hinc inde circa centrum mundi: qn̄qꝫ verſus vnam
partem: qn̄qꝫ verſus aliam: eſt falſa: qꝛ ſi ſic eēt opor
teret hoc eſſe per motum violentum ip ius tartari et
non poteſt ibi eſſe aliquod violentans: etiam vni⁹ cor
poris naturalis eſt vnus motus naturalis ſecundum
vnam virtutem: ideo ex quo tartarus mouetur plu-
rib⁹ motib⁹ opꝫ hoc eſſe violenter qḋ nō pōt fieri: vt
pꝫ per concluſionem: ēt cum terra ſit grauior aqua
oporteret ꝙ ſubmergeretur ſub tartaro ⁊ non ſuper
nataret etiam foramina per que deberet exire eēnt
dudum deſtructa: ſicut arguitur in littera.

¶ Secunda concluſio ꝙ aqua fonti- um non aſcendit ad ora fontium per compreſſionem
terre ſaltem non ſemper: quia ſi terra eſſet aliquod
fluxibile; vel totaliter ſubmerſa; tunc poſſet ſic com-

primere aquam ſurſum: et tunc tota terra deſcenderet et ſubmergeretur: cuius oppoſitū videmus: ⁊ ex alio: quia ſi ſic eſſet tunc terra deberet diminui: ⁊ fontes et fluuij continuo augumentari: ſ; hoc eſt falſum vt experimur: et ex iſto patet falſitas opinionis ſenece qui opinabatur: ꝙ aliquando tota terra ſubmergeretur et tunc eſſet diluuium vniuerſale.

Cōclo.3. ¶ **Tertia concluſio, ꝙ aqua poteſt** aſcendere vſq; ad orificia fontium tertio modo: ſed nunꝗ̄ ſuperius ꝗ̄ ſit locus ſue originis vnde venit: et hoc virtute qua minus graue nititur eſſe ſuperius cedendo magis graui: et iſta patet per experientias in canalibus et aqueductibus nūquā enim poteſt duci fons ad aliquem locum altiorem quam ſit locus ſue originis: vel vbi generatur: et hoc dicunt omnes auctores: et per hoc ſeu per hunc modum aſcendit ad orificia: et videtur ſaltare. ¶ Sed contra iſtam opinionem arguitur per experientias, quibus vtunt alchimiſte: quia videmus ꝙ per vnum pannum laneū ſuſpenſum per medietatem in vaſe ſemipleno, ⁊ pro alia medietate extra vas videmus ꝙ aqua aſcendit ad ſumitatem huius panni et poſt ſumitatem ad aliam partem deſcendit et cum ibi non ſit aliquod violentans videtur ꝙ aqua naturaliter aſcendit. Iterū alia experientia ſi quis ponat fiſtulam curua; cuius vna medietas ſit in aqua: et alia extra ſic ꝙ curuitas ſit altior vtraq; extremitate apponēdo os extremitati ſicce inſpirando aerem continue: ſequitur aqua q̄ aſcendit multum altius ꝗ̄ ſit aqua in vaſe: ⁊ ſic mouetur ſupra originem. ¶ Item ſi quis ponat vnum panem altiorem multum quam ſit vinum vnius ſciphi ad ſciphum, totus panis humectatur ſuperius, quod non eſſet niſi aqua grauis nāliter aſcenderet ¶ Ad iſta dicitur: ꝙ aqua naturaliter poteſt aſcendere vltra principium ſue originis non ratione grauitatis ſed propter quandam aliam virtutem, vel naturam vnde mediante aliquo multum paſſibili vel receptiuo aque, quia aqua eſt apta nata ſibi appoſitum paſſum aſſimilare: et ad hoc eſt magis inclinata quam ꝙ maneat in loco ſuo naturali per grauitatem, ideo multum poteſt aſcendere: ⁊ nullis talibus paſſis non preſentibus non fieret. Unde videmus ꝙ ignis ī materia graui agit verſus inferius, ſicut apparet ī combuſtione candelarum. et ſic ſimiliter eſt de aqua: ꝙ aqua naturaliter preſente panno lineo, vel etiam in pane quando proijcitur in vinum, iſta aſcendunt. Ad aliam experientiā de fiſtula dicitur cōiter ꝙ ibi aſcendit aqua naturaliter non quidem per grauitatem: ſed per vnam aliam virtutem quam vel conſimilem omnia corpora naturaliter habent: vt puta ne fiat vacuū, graue naturaliter aſcendit: ⁊ ſimiliter leue deſcenderet: vel quia nititur naturaliter eē immediatuū; corpori ergo aere extracto per anhelitū de fiſtula aqua naturaliter per tale; ſuam virtutem conſequit exitum aeris implendo fiſtulam ne maneat vacua: et etiam continuet alteri corpori cum quo ſit contigua: et ſic continue flueret quonſq; aqua de qua ſit fluxus ī ſuperficie ſit ita baſſa vel decliuis, ſicut alia extremitas cāne vbi exit aqua et tunc ceſſat.

¶ **Quantum ad ſecundum ſit prima** concluſio ꝙ aqua fontiū et fluuiorum non gñatur ex aq̄ pluuiali, probatur per experientiam ſenece in libro de naturalibus q̄onibus: q2 videmus, ꝙ aq̄ pluuialis non deſcendit niſi per decem pedes ad magis in terra ſine corruptione: et multo profundius inueniunt fontes in terra: vt patet de fodientibus puteos et profunda cellaria. ¶ Scdō pbat eadem concluſio: quia quando pluit ſatis parum de pluuia ſubintrat terrā claudendo poros terre: ⁊ amplius ſuperius pluit ad fluuios deſcendendo: et non ſubintrat terram et illō manifeſte patet quādo pluit ſuper altos montes: q2 ſtatim aqua deſcendit que non ſubintrat terram.

¶ **Secunda ꝯcluſio reſponſalis ad** Cōclo.2. queſitum ꝙ aque fontium generātur ſub terra in cōcauitatibus montium et terre probatur: quia nō generatur nec veniūt ex mari: nec ex tartaro ſub terra incluſo nec veniunt ex aqua aggregata in cauernis: nec ex aqua pluuiali: ideo patet ꝙ generatur ſub terra in concauitatibus montiū, conſequentia tenet q2 nullus alius modus videtur eſſe poſſibilis quo poſſint fieri fontes nāliter: niſi aliquo iſtorum modorū ⁊ aſis p; ex premiſſis cōcluſionibus.

¶ **S; notandum eſt de modo gñationis.** Nam terra eſt permixta: et non pura prope extremitates: ſicut patet fodiendo ad terram: q2 habet partes diuerſarum rōnum: quia ſunt lapides: et radices herbarum, et multa talia ibi. et ideo terra eſt poroſa; ſic ꝙ propter multos poros in aliquibus partibus accidit concauitas ſub ipſa quod poteſt probari per experientias ſenece: et quandoq; expertū eſt ꝙ magne ciuitates ceciderunt ſuper terram qđ non accidiſſet: niſi fuiſſent concauitates: et videmus ꝙ in pluribus locis terre ſunt magne voragines: ad quas intrat aqua pluuialis que deperditur, alias nō poſſemus habere locum a quo venirent fontes ⁊ iſte concauitates ſunt que cū non poſſint eſſe vacue ſunt replete aere: vel vapore: et quia terra circunſtans illum vaporem: et aerem eſt frigida: ideo deſtruit caliditatem vaporis: et condenſat: et quia vapor de ſe eſt humidus cum fuerit factus frigidus habet proprietates aque: et fit aqua: et hoc fit ſucceſſiue per guttulas adherentes lateribus concauitatum: et ſic guttatim congregantur aque: et tādem deſcendūt ad locum inferiorem: ſicut grauia fluxibilia naturaliter deſcendunt: et poſtea exeunt ad vnum fontē: et ſic fit fons: et ita ſimiliter videmus in artificibus: ſicut in elambico ideſt tali inſtrumēto faciendi aq̄m vel in fornace vbi fit aqua roſacea: nā vapor aſcēdit ad ſummitatem et propter frigus vaſis et aeris circunſtantis vas: vapor condenſat et ſtatim deſcēdit.

¶ **Et confirmatur: quia ſicut eſt in** mundo minori, puta in homine ſic eſt in maiori: ſed in minori eſt vna concauitas: puta in capite: ad quā concauitatem vapores eleuantur ⁊ conuertuntur in aquam et ſtillant per nares: et per oculos, ¶ Sed diceres: quia fontes maiores fiunt in hyeme quam in eſtate: cum tamen ſit calor maior in hyeme ſub terra, quam in eſtate: ergo minus debet conuerti de vapore in hyeme quam in eſtate: ¶ Reſpondetur: ꝙ ex quo eſt maior calor ſub terra, ideo plus de vapore eleuatur, et plus proportionaliter conuertitur quam in eſtate, et vapores in eſtate per alias partes terre exeunt et ſic non tranſeunt ad generationem fontium, etiam aer in eſtate eſt multum calidus ⁊ rarus, ſic ꝙ non poteſt ita cito conuerti in aquam ſub iſta concauitate ſicut in hyeme.

¶ Q̄ōnem de antipariſthaſi celebrē et copioſam: vide in tractatu nuſtrarū proportionū ad calcem.

¶ Explicit primus liber metheororum.

¶ Incipit liber ſecundꝰ meteororū Ariſto. ſtagirite cū cōmentariis Ma. P. aſpinoſa.

Secundus liber meteororū continet capita nouem, Primū caput cōtinet tres de maris generatione opiniones, prime duabꝰ rationibus reprobationem. ¶ Tres de maris generatione opiniones. ¶ Prima eſt antiquorum circa theologiam verſatorum, dicentium i terra eſſe fontes qui ſint pricincipia ac origines maris: exiſtimant enim forte terram eē maiorem vniuerſi partē, et reliqua omnia ipſius gratia eē, et circa eam tanꝙ circa honorabiliſſimum principiū conſiſtere. Sꝫ fontes originē mari preſtare non poſſe oſtendiť. ¶ Primo. Quia aquarū he ſunt fluentes et fontane vt fluuiales aque, he vero ſtatarie. Statariarū aūt he ſponte ſtant, vt ſtanales: alie induſtria et arte, vt fontāe manufacte, et puteales: quarum fontes exiſtunt origo. Mare aūt neqꝫ effluxibile eſt, neqꝫ arte ⁊ induſtria manufactū ſtans, neqꝫ ſponte apparet fontiū eē multitudo. Fontes igitur non preſtant mari originem ⁊ principiū. ¶ Scdo. Quia ſunt plura maria adiuicē non commixta, vt Rubrū mare, Hircanicū, et caſpiū: que adinuicem ſeparata ſunt et cicū habitata, circa que non apparent fontes: a quibꝰ deriuata trahere poſſint originem. Non igitur fontes mari preſtant originem et principia. Mare tñ fluere videtur ob aliquas cauſas. Primo: qꝛ cum in anguſtum locū recipiatur, refluctat, reflectitur, regurgitatqꝫ ad amplū, ibiqꝫ in maiꝰ ſe expandere atqꝫ diffūdere vr. Scdo qꝛ increbreſcentibus fluuiorū vndis, ad profundius decurrat, vt Meotis in pontū, Pontus in aegeum, Aegeū in ſiculū, Siculū aūt mare in ſardonicū et tyrrhenicū, Eſt eñi pontus meotide profundior, Ponto aegeū, aegeū ſiculū, Sardonicum aūt ⁊ tyrrhenicū oim ꝓfundiſſima. Qd aūt iter herculeas colūnas, totū in profunditatē fluit. Et ſicut ex verticibus altis fluuiȷ̄ apparent fluentes. ſic ex arcto: mare plurimū fluere conſpicitur, qꝛ illic locus altus adeo eñi, vt aliqui ſibi perſuadeant illic axe ſub heſperio ſint paſcua ſolis equorū et neqꝫ ſub terras ſubterlabatur et erret: altitudine ad arctum terre eleuate videri prohibitꝰ. ¶ Scda eſt antiquorꝝ qui de humanis plura ſenſerunt, dicentiū a principio terrā fuiſſe totā aquis adopertā: ſꝫ ex vna parte ſpiritibꝰ īpetentibus ſolis verſionibꝰ et lune euaporatā atqꝫ exſiccatā eē: quod vero ſupereſt, eſſe mare: futurūqꝫ aliquando vt tota terra arida fiat. ¶ Tertia eſt dicētium terram olim ſole incaluiſſe calefactamqꝫ ſudorem emiſiſſe, qd mare vocamus, et hinc mare ſalſum eſſe, ſudor eñi ſalſus eſt. Aliȷ̄ vero ſalſedinis cauſam, terrā eſſe aiunt, ⁊ mare hunc in modū eſſe ſalſuꝫ terre admixtū, quemadmodū aqua per cineres colata.

## Caput ſecundum.

Secundum caput continet tres de loco maris opiniones, earum reprobationes, ſcde quinqꝫ rationibꝰ et tertie quinqꝫ, quis ſit locus maris: ⁊ quomodo flumina in mare habētia non videantur mare reddere maius

¶ Tres d loco maris opiniones. ¶ Pria ē nōnullorꝝ qui dixerūt mare eē principiū aquarꝝ et ex eo fluere omnes, et ad ipſum refluere, et eius locū eſſe locum aque: hac ratione vſi. Sicut de aliȷ̄s elementis cōperimus, ita quoque ⁊ de aque comperiri rationabile eſt, at ignis magna moles magnaqꝫ multitudo ſurſum in ſuo loco congregata eſt, et aeris in ſuo loco, ⁊ terre in ſuo: vt infinito: igiť et aque in ſuo loco. Hec autem, mare eſſe videtur, qd preſtet, aliȷ̄s aquis omnibus originem et principiū ⁊ a quo fluuiȷ̄ et fontes effluant oēs, et ad qd iterū recurrāt. Et cū queritur quomodo igitur fluuiȷ̄ a ſalſo mari egreſſum habentes, dulces ſint: dicūt eos dulceſcere: quia per terrā ſint colati. Sꝫ quomodo hec aqua ſalſa ⁊ groſſa aliȷ̄s ſubtilioribus, et ſimplicioribus (vt que potabiles exiſtant) erit prīcipium. Secunda eſt dicentium mare circa terram eſſe diffuſum eius ambitum circundans, et circa mare ſpheram aeris, circa aerē ſpheram ignis vltimum et ſupremum ſenſibilium locum poſſidentem. Et ſolem circunferri atqꝫ circumuagari ſemper, ꝙ nutriatur humido, et ꝙ in oriente ſtans aut vno loco, non inueniat ſufficiens pabulum eleuetqꝫ ſubtile humidum et dulce, quo ſe paſcat, nutriat, alat: alioqui corrumperetur: ſed quamdiu habeat alimentum, viuere, humidumqꝫ ſoli eſſe alimentuꝫ, vt flamme, et ſolem flamme ſimilem eſſe putarūt. Sed ſic dicentes ridendos eſſe patet. ¶ Primo. Quia illud ſubtiliſſimum et dulciſſimū qd per ſingulos dies ſurſum expirat, ſurſumqꝫ ducitur, illic conſtat, et frigido cogente iterum ad terrā relabiť: idqꝫ ita ſemꝑ agit natura circuluꝫ imitans, vt ſuperiꝰ dictū ē. Nō igitur illo ſubtili et rorido vapore nutriť ſol. ¶ Secundo. Quia flāme ſimilitudo ſoli apta non cōgruit Nam propter continuum humidum et ſiccum nō alitur flamma: neqꝫ manet eadeꝫ, ſed continue ſit noua quare ſi de ſole ita futurum eſſet, non modo in die (vt dicere conſueuit Heraclitus) non eſſet idem ſol: ſed continue fieret et nouus. ¶ Tertio. Quia ſicut ignis, aquā calefaciens euaporat, ita ſol vapores extollit: et eleuat. At ignis cum aquam calefacit vapores eleuans, non alitur ignis, igitur neqꝫ ſol. ¶ Quarto. Qꝛ inconueniens eſt ſolum ſolē nutriri, et non illaꝫ magnitudine et numero excellentem ſiderum multitudinem, īmo et ipſos celeſtes circulos alimento i digere, pariter et paſtu, et eiuſce rei gratia non facere gyros, quemadmodum ſolem facere aiunt. Illa autem non aluntur, igitur neqꝫ ſol: vnde enim tantum ſufficere poſſit alimentum. Quinto. Quia que ex humidis corporibus ſurſum efflantur, iterum deſcendere ipſis in aquam coactis conuerſiſqꝫ videmꝰ, et per ſingulas ſe reddere regiones tanꝙ non alitis ſuperioribus nō igitur aluntur ſuperiora. ¶ Tertia eſt ſcripta in Phedone, terram eſſe perfoſſam, et i illa eximia terre voragine ac apertura eſſe tartaruꝫ originem et principium aquarum omnium, et ipſius maris. Qui quideꝫ vaſte voraginis tartarus ſe nūc extra defundit et euomit aq̄s nunc reſorbet emiſſas et ad ipſum (vt ad principium) oēs recurrunt aque, nunc ſurſum, nunc deorſuꝫ, nūc ad latus nūc ſub has nunc ſub illas elabens terras Et aiūt aquas colores et ſapores accipere ſm terrarꝝ per q̄s trāſeunt naturas. Sed id non eſſe verū ſtatim manifeſtū ē. ¶ Primo. Quia videnť non ſemper ad eūdem locum fluere: quod tamen oporteret ſecundum eorum ſententiā. Secundo. Qꝛ nō minꝰ effluerent ſupra terrā, ꝙ ſub terra, ⁊ quocūqꝫ tēderet fluctuās tartarꝰ. ¶ Ter

tio. Qꝛ non eſt cur aqua q̃ mota fuerit deorſum in
tartaro iterū ſurſum exurgat ac eiaculet. Quarto.
Qꝛ ſemꝑ eſſet aquarū equalitas: ⁊ ſemꝑ extra aquā
eq̃lē (ne ſe occuparet) ēē oporteret. ¶ Quīto. Quia
nō videt flumina alicubi in terra terminari: ſꝫ oīa flu
unt in mare ad q̄d terminant viderent tñ vbiq̄ ī ter
ra terminari debere: qꝛ illic euagaret tartarus. Et
ſi aliqui fluuioꝝ terraneos meat⁹ ſubintrent aliūde
prodire videt: vt Nil⁹ et Iſtr⁹ longo tramite ſub ter
ras labentes, multos alios in via colligunt fluuios,
⁊ fontes ⁊ multoꝝ fluuiorū ac fōtiū rheumata: hicq̄ī
fluuios euadūt āpliſſimos. Quis maris loc⁹. Reſ-
pōſio. Sicut ignis ꝓprius eſt locus celi concauū, ae-
ris ꝓprius concauū ignis: ita proprius eſt aq̄ locus,
vt aeris concauū. Hinc fit vt quē locum nunc mare,
terram ābiens occupat, natura ſit aque, et nō maris
nam qd̄ dulce, qd̄ ſutibile eſt aquaꝝ ſurſum a calore
eleuatū dicitur: groſſum vero terreum et ſalſuꝫ ſuo
pōdere ſubſidet in imo: quod quidem in loco aque
remanens, mare dicitur manet eñ deorſum, quēad-
modū cibo ab animali ſumpto, qd̄ dulce ⁊ quod ſubti
le eſt a calido ſpargit ad vnūquodq̄ membroꝝ, qd̄
vero groſſuꝫ eſt, terreſtre et amarum, vt hypoſtaſis (
quam ſubſiſtentiam dicimus) in aluum podere ſuo d
mittitur: et venetr totius locus eratq̄ ꝙ ſubtilia ſta-
tim diſſoluta ſunt: ita de aqua et mari exiſtit. Hac de
cauſa oēs aque fluunt ad mare: quia in loco ſit aque,
et ſolū maxime concauū poſſideat. ¶ Cur tot et tan-
ta in mare labentia flumina, ipſum non videantur re
dere maius. ¶ Reſponſio. Qꝛ in mare recepta, ex
arcto atq̄ anguſto diffundunt in latū: et ideo in latū
diffuſa cito reſoluūtur, vt pene vno die perdurent:
quemadmodū ſi ſupra latam menſam aq̄ fuderis cy-
athum: nobis preſentib⁹ et reſpicientib⁹ extermina
bitur totū: ita quoq̄ de fluminibus accidit.

## ¶ Caput tertium.

TErtiuꝫ caput continet vnā
queſtionem antiquorum, et propriaꝫ
reſponſionē, tres de ſalcedine maris
opiniones quomō generet maris ſal-
ſedo, ſeptē ſigna ſalſedinis maris, vn-
de fontes ⁊ flumina diuerſos ſapores
colores, et effectus habeant: et preter littere ariſto
telis ſententiā, duodecim aquarū effectus et miracu
la. ¶ Queſtio. An ſemper erit mare: an aliquando,
deficiet. ¶ Dixerunt aliq̄ mare ſimul cum mundo in
cepiſſe, et ſemper cum eo perduratuꝫ ire: quare ꝑ-
palam eſt, ſi mundus perpetuus eſt, itidem et mare:
perpetuum eſſe voluiſſe. Sed Democritus dixit ali
quando mare totam operuiſſe terram, et paulatim
deſiccari, et tandem omnino deſiccatum iri, vt ne vl-
lum quidem ſit mare. Sed id perſimile eſt. Aeſopi
fabule, qui confinxit Charybdim bis reſorpſiſſe: que
primo ſorbens fecit apparere montes, ſecundo fecit
apparere inſulas, que ſi iterum ſorbeat, reſiduū epo
tura eſt terramq̄ ſiccam relinquet. Sed hic ſermo
poetis aptus, et non veritatis inquiſitoribus. ¶ Di-
cimus igitur, ſi ſemper ſol ſuum torqueat gyruꝫ, dul
ce, ſubtile, et potabile eleuans, quod iterum deorſuꝫ
recidat, ſemper futurum eſſe mare aliquod: non ta-
men eadem ſemper occupabit loca: ſed que nūc ari-
da, ſunt, aliquando illuet, rurſumq̄ eadem aliquan
do ſiccabuntur: neq̄ propter hoc permutari exiſti-
mare oportet vniuerſum. ¶ Tres d̄ ſalſedine maris
opiniones, Pria ē dicentiū terrā in principio fuiſſe-
aq̄s adopertā, et ſolē dulce, ſubtile, et potabile ele-
uaſſe, reſiduū vō mare relictū amarū et ſalſū. Sꝫ id
verū nō ēē vr̄. nam ad ipm tanta elabitur multitudo
q̄nta ſurſum ſuſtollitur: q̄re ſi reſtituta equali dulcis
aque multitudine, ipſum non eſt dulce, ſꝫ amaricat:
neq̄ prius ac de cauſa factū eſt ſalſum. ¶ Secunda
eſt dicentiū fluuios ad mare labentes, terre trahere
ſalſedinem, et mare ſalſum reddere. Sꝫ neq̄ id ve-
ruꝫ. ¶ Prio, Quia fluuios oportet ēē ſalſos: imo et
magis ſalſos, qd̄ nō apparet. ¶ Secūdo. Quia irra
tionabile eēt modicā terreſtreitatē cū fluuijs dclarā
aque multitudinē, quantū ipſum mare ēē videm⁹, ſal
ſaꝫ efficere. ¶ Tertio. Qꝛ nihil aliud mare reputāt
niſi plurimorū fluuioꝝ colectionē, quare et fluuios
ipſos ſalſos ēē ꝯcedāt oportet. ¶ Tertia ē empedo-
clis terrā ſudaſſe dicentis, eiuſq̄ ſudorē eſſe mare,
Sed hec metaphora et fictio poetis quam philoſo-
phis aptior eſt vt recipiatur. nam que falſa eſſe vidē
tur, vt aqua per cineres colata, aqua colata per cal
cem, vrina, ſudor, alimenti hypoſtaſis, cū prius dul-
cis fuiſſet aqua, dulce poculum, dulcis cibus, aliquo
accepto ſalſa fiunt, aut amaricant, vt cinerum aut,
calcis aduſta terreſtreitate: et in vrine vaſis fundo
remanet quedā ſalſedo, et cū ſudore: corporis ablu-
untur terreſtria, ſicut qui carnes abluendo abſter-
git: et terreſtreietas, indigeſtaq̄ ſubſtantia facit
hypoſtaſin amaram videri. Ita et aliquo aduſto: et
terreſtri admixto mare ſalſuꝫ ēē exiſtimare oportet
et non eo quo ipſi arbitratur modo. ¶ Quomodo
maris generetur ſalſedo. Maris ſalſedo ex quodaꝫ
vſto terreſtri admixto generatur. Dicimus enim du
plicem eſſe ſpirationis ſpeciem, hanc calidā, et hu
midam, que vapor dicitur hanc vero calidam et ſic-
cam que dicit exhalatio: ⁊ mare ſemper idem ſpecie
permanet, vt idem aer, ideꝫ ignis, eadem flāma. Et
eleuatur ab eius ſummo vapor dulcis: a fundo vero,
ſolis et aſtroꝝ ſufficiente colore, eleuat exhalatio (ē
eñ hec a terra eleuari nata) aduritur que fundum: ⁊
per mare tranſiens et cum vapore in mare relabēs
vt cineres per aquaꝫ ſepius tranſitum facientes) ſal
ſuginē iducit. Et hui⁹ rei multa ſūt ſigna aq̄ ꝑ cineres
colata vrina, ſudor, ⁊ alimenti (vt iā dictū eſt) hypoſ-
taſis vbi aliquid cōbuſtū relinq̄tur, aut terreſtre indi
geſtum. Quapropter dixerunt nō nulli terrā ſemel
fuiſſe cōbuſtam, et hinc mare ſuā traxiſſe amaritudi
nem, non percipientes generationum exhalationuꝫ
poſſibilitatem, et quomodo hac de cauſa maris are-
ne reliquuntur vt tenuia grana diſſociate. ¶ Septē
ſigna, ꝙ mare ob ambuſtarum terreſtreitatum per
mixtionem ſalſum ſit. ¶ Primum. Quia auſtrales a
que et prime autumnales ſalſiores ſunt, quod auſter
ventus ſit calidus. et a calido efflet loco, plures ſe-
cuꝫ eleuans exhalationes: autumnales vero, propter
preterite eſtatis aduſtionem, ⁊ exhalitiones eo tem
pore eleuatas, que nunc ob temporis varietatem de
orſum reducuntur, nunc admixte permanent, nunc
noue ſuſtolluntur. de Borea autem oppoſituꝫ euenit
Et hac de cauſa auſtrales et autumnales grauiores
ſunt, et citius ob permixtam terreſtreitatem deor-
ſuꝫ precipites dedunt, q̇buſcunq̄ eñ talis terre mul
titudo ineſt, citiſſime d̄orſuꝫ tēdūt. ¶ Scd̄ꝫ qꝛ aq̄ ma
ris ceteris calidior ē: vt q̄ exhalationis admixte na
turaꝫ retineat. Omnia eñ quecunq̄ ignita fuerint
in ſeipſis potentia caliditatem retinēt: monſtrāt hoc
calx, cinis, animaliū ſedimenta, vt quoꝝ calidiſſimi
ſint ventres, calidiſſimā habeant hypoſtaſin, ſedimē

tacꝫ et ſemper maris ſurſuꝫ eleuatꝰ potabile. ¶Quod
ſi aliquid terrene fecis ſecū ducitur vapor ſalſedinē
participabit, et ſi magis et magis. Et iterū relabitꝰ
ócidēsquod iteꝝ reſumet mare: fluūt eñi ad ipſuꝫ: ⁊
omnes aque. ¶Hinc fit vt nō omnino deficere (quēad
modum aliꝗ deficiunt fluuꝗ) ſed ſolum ſecundū hanc
vel illam partē contingat. ¶Tertiuꝫ. ¶Quia dimiſſo
cereo vaſe bene clauſo et circunligato in mare, qđ
per latera ſubitratacꝫ: dulce eſt: et potabile: ꝙ cere
tenuiſſimi pori non admittant cū ſubtili reſudante
aqua corpulentas terre feces ſubire. ¶Quartum.
¶Quia aqua maris hanc ob cauſam ceteris groſſior
et pōderoſior eē videtꝰ vt i ea magne natēt triremes
que in fluminibus ſuo pondere ſubmergerentꝰ: quod
paſſi ſunt aliquando nonnulli in flumine onuſtas na-
ues ducentes in mari ſalutē facientes: ob huius rei
ignorantiā incauti. ¶Hinc fit vt ſi quis aquā apprime
multumcꝫ ſalſam fecerit, ſupernatent oua, qđ et cir-
ca ſalituras (quas murias vocant) contingit, fitque
ſpiſſa, ⁊ groſſa, ⁊ limo ꝙ ſimillima. ¶Quintū. Dicūt
circa paleſtinā eſſe ſtagnum, in qđ ſi immiſceris ho-
minē ligatū, aut equū, ſupernatabit aque, et ſubmer
gi non poterit, hoc aūt facit copioſa admixta terreſ
treitas. ¶Sextum. ¶Q2 veſtimenta in mari loto, ſor
dida fiunt, hoc. n. ob terreſtreitatē accidit. ¶Sep-
timū, In chaonia eſt fons aque ſalſe, in dulcē fluuiuꝫ
prope ſe precipitans, nullos piſces nutriens: obtinu
eruntcꝫ loci illius incole ab Hercule boues ab Eri-
thea adducente: vt (q2 piſces non haberent) in ſuuꝫ
vſum ex fonte ſales fecerunt, decoquunt enim aque
partem, quam euaporare ſinūt quo facto, ſales non
groſſos, cōpactos, vt nix candidos, in fundo reperi-
unt, qui ſunt aliꝗs debiliores, ſapore et colore delec-
tabiles. Idem faciunt in vmbria ō ꝗbuſdā calamis
et ſcripis, quorū facta cōbuſtione, cineres in aꝗ co-
quūt, qua partim euaporata exſiccatacꝫ, relinquitꝰ
ſalis multitudo. Et vniuerſaliter oīa fluuiorum ſalſa
rheumata calida eſſe putare oportet. Et eñi ſal: vt
aduſte terre ſpecies que frigido et humido ſoluitur
calido aūt, et ſicco cogitꝰ, concreſcit et duratꝰ. Hinc
loca ꝗ arenoſa influunt, cinerē aut calcem imitantia
cōſpiciuntur. ¶Vñ fontes et flumina varios partici
pant ſapores, colores, et naturas. ¶Hoc euenit pro
pter terrarū ꝑ quas ſubter fluūt admixtiōes. Sūt
eñi aliqui calidi, vt qui per terre calide meatus: vt
ſulfureos tranſeunt. Et in ſicilia fons eſt aceteoſus,
quo aceti loco in obſonioꝝ cibariorūcꝫ vſu vtuntur i
digene, ⁊ ſimilis circa lyncū exiſtit. Et circa ſcythiā
vnus eſt amarus, ꝗ in fluuiū decurrens, totū redit a-
maricatum. ¶Preter litere ariſtotelis ſententiam,
duodeciꝫ aqꝝ miracula. Anigrꝰ (ꝗ ⁊ anagrꝰ dꝛ) theſ
ſalie fluuius, poſt centaurorū ob Hercule vulnerato
rum in eo lotionē, aꝗs impotabiles ſeruat. Hypanis
Scytharū maximus fluuius in calliopū finibus ama
ra ſcaturigine infamꝰ redditꝰ. Iouis ammonis fons
inter diu friget, et noctibus calet. In Dodone io-
uis fons algidus admotas faces extinctas accendit
et accenſas extinguit, et Athamātis aque admota
ligna accendunt. Flumen Liconum in Thracia res
tactas rigeſcere facit i ſaxa Crathꝰ ⁊ Sibaris Cala
brie fluuꝗ aureos crines inducunt. Salmatis Carie
fons in ipſum deſcendentes, effeminatos remittit,
Aethiopes lacus mentis inſaniam et in tolerabileꝫ
ſoporē parturiunt. Colophone Apollinis lacus ani-
mos ad diuinationē et oracula immutat. Clitorius,
Arcadie fons ſemel hauſtus vini inducit odiū, abſte
mioſcꝫ, hoc eſt a temeto abſtinentes, bibentes redi-
dit. Linceſtis amnis, vt vinum, bibentes temulētos
et debacchantes relinquit. Phenos Arcadie lacus
interdiu innoxius, noctu potus mortifer perhibetur
vt hec elegāti carmine ex pythagora cecinit. ouidiꝰ

Ante bibebatur, nunc aquas contingere nolis.
Fundit Anigrus aquas, poſt ꝙ (niſi vatibus omnis,
Eripienda fides) illic lauere bimembres,
Vulnera clauigeri que fecerat Herculis arcus.
Quid non et Scythicis Hypanis de montibꝰ ortꝰ,
Quid fuerat dulcis, ſalibus viciatur amaris.
Pauca ſuper referā, quid: nō et lympha figuras,
Datcꝫ, capitcꝫ nouas: medio tua corniger ammon.
Unda die gelida eſt, ortucꝫ obitucꝫ caleſcit.
Admotis Athamantis aquis accēdere lignum.
Narratur minimos cum luna receſſit in orbes.
Flumen habent Licones quod potum ſaxea reddit.
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebꝰ.
Crathis et hinc Sybaris noſtris conterminꝰ oris.
Helectro ſimiles faciunt, aurocꝫ capillos.
Quócꝫ magis mirum, ſunt qui non corpora tm̄.
Uerum animos etiam valeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcene Salmacis vnda.
Aethiopeſcꝫ lacus: quos ſi quis faucibus hauſit.
Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporē.
Clitorio quicuncꝫ ſitim de fonte leuarit.
Uina fugit: gaudetcꝫ meris abſtemius vndis.
Seu vis eſt in aqua calido contraria vino.
Siue (qđ indigene memorant) Amythaone natus.
Pretidas attonitas poſtꝙ per carnem ⁊ herbas.
Eripuit furꝗs, purgamina mentis in illas.
Miſit aꝗs, odium ꝗ meri permanſit in vndis.
Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis.
Quē ꝗcuncꝫ parum moderato gutture traxit.
Haud aliter titubat ꝙ ſi mera vina bibiſſet.
Eſt lacus Arcadie (phenū dixere priores)
Ambiguis ſuſpectꝰ aquis, quē nocte timeto.
Nocte nocent pote, ſine noxa luce bibuntꝰ.

## ¶Caput quartum.

QUartū caput continet vē-
torū cauſas, ipſorū gñrationem, tria,
ꝙ ex exhalatione ginantꝰ, ſigna vbi vē
toꝝ incipit motus. ¶Uentoꝝ cauſe,
Efficiens, ſol et aſtra. Materia, exha
latio calida et ſicca. ¶Uentoruꝫ gña
tio: Halituū (quēadmodum dictū eſt) due ſunt ſpeci
es, hac calida et humida, ꝗ vapor dꝛ, hec vero cali-
da et ſicca, ꝗ nūcupatur exhalatio. Et ſicut celo circū
lato eleuatur vapor ꝗ frigido denſante ac conſtrin-
gente iterum recidit in aquam que hanc ob cauſam
crebrior hyeme atcꝫ nocte fit, diſtribuiturcꝫ in om-
nem terram, ita a ſole et celo eleuata exhalatione gi
gnitur ſpiritus. Et neceſſe eſt non modo humida; et
calida eleuari, ſed et calida et ſicca: naturecꝫ ignee
quorum copia in terra plurima eſt. Et apparet ad
latꝰ, et tranſuerſe nūc hac, nūc illac (ꝗmadmodum
dꝛ) agitari atcꝫ flare: Necꝫ verum eſt aerē, ſpiritum
et nubē, idē ſubſtantia eē: vt aerem in ꝗete, vētū ipſo
agitato, et ad latus fluente, nubem vero cum denſe
tur, craſſiorque fiat, in pendulo viſibilis apparens.
Nam vapor calidus et humidus eſt vt potētia aqua
huiccꝫ ſymbolum habens eleuatus facile ſtillat in
aquam. Exhalatio autem calida et ſicca ex qua ſumi
tur ſpiritus. ¶Neque poteſt eſſe, aer fluens. Nam
vt: de fluuꝗs eſſe oportet principium aliquod vn-

de fluere incipiant,ita de ventris quod minime qui
diffiniunt eum aerem motum et fluentem,aſſignare
poſſũt. ¶Tria ꝙ ex exhalatione gignantur,ſigna.
Primũ: quia ſicut multo eleuato vapore maior gi-
gnitur pluuia,ꝛ minore minor:ita multa eleuata ex
halatione fit ſpiritus maior ꝛ minore minor. Et ſuis
temporibus(vt fieri nati ſunt)fiũt,hinc anni pluuio
ſi hinc flatuoſi vento ſi q̃ fiũt nũc hec ps anni nũc hec
regio. Scd̃m: qꝛ ſpirit⁹ ceſſare facit pluuiã,itidẽ: et
pluuia ventum:quia ſunt contrarij: et contingit alte
ruꝫ in alterum permutari. Et eleuato vapore, exſic-
cata manet terra:ex qua exhalatio expirat,et ſurſuꝫ
ducitur,venti materia: qua ſepe vapor ſuperior: et
infrigidatus reprimit. Tertiuꝫ, quia plurimi venti
fiunt ab vrſa et meridie;quia ſol inter vtrũqꝫ meat:
et multos eleuat vapores,et exhalationes multas,
vnde nubes et venti fiant:quas non diſgregat: quia
remotus ſit et virtutis ab hoc inualide: neceſſario
tamen vapores multos et exhalationes vt ex viridi-
bus lignis eleuat. Et ab ortu et occaſu et tropicorũ
loco naſcuntur pauciores:quod ſua illic fortitudine
materiam diſpergat et conſumat. Necqꝫ valde frigi
do tẽpore,ꝙ frigus exhalationẽ extinguat. ¶Ubi
incipit ventorum motus. Uentorum obliquaꝫ eſſe la
tionem manifeſtum eſt,et ſurſum illius motus ẽ prin
cipium,nam exhalatio a terra ſecundum rectum ele
uatur q̃ ſurſuꝫ ne altius feratur offendens obſtaculũ
ad latus conuertitur,et in obliquũ meat. Fit autem
id manifeſtum:cũ nubes aut caligo pendula fuerit,
cuius motũ ſtatim ſpiritu vt flabello agitante pcipi-
mus valentiorqꝫ fit circa terrã,et materiam illi:ex
qua giguatur,habet copioſorẽ,habet itaqꝫ deorſum
et a terra materiam:ſurſum vero ſue oblique latio-
nis initum: et ſicut flumina vbi ortus principia ha-
bent,parua ſunt lõgius vero procedencia, ſemper
noua rheumata et materias colligentia,increſcunt,
maiora que euadũt: ita et venti vbi ortum habent,
modici:longe vero progredientes,in ſignes fiũt.

## ¶ Caput quintum.

Quintum caput cõtinet ceſ
ſationis ventorum et cõmotionis cau
ſas, vnde,et quo tẽpore flent Eteſie,
ornithie et auſtri, et quinqꝫ zonaruꝫ
terre declarationem. ¶Ceſſationis
ventoruꝫ cauſe. Primo ſol calore ſuo
nimio ſpirituũ materiaꝫ diſſipans ac diſſoluens,cito
terram exſiccans,prius quam multam habet exha-
litioneꝫ,ventos ceſſare facit,quemadmodũ ſiparuũ
combuſtibile in magnũ ignem proieceris,ſepe prius
quã fumũ emittat aduritur, quapropter circa.orio
nis ortum et vſqꝫ ad Eteſias et prodromos maxime
fit tranquillitas. Secundo,id enim facit validum fri-
gus poros terre conſtringens,ꝛ nihil expirare ſinẽs
cauſe vero his oppoſite,ventorum faciunt cõmotio-
nem. ¶Uñ,et quo tpe flent eteſie. Ornithie,et auſ-
tri. Eteſie flant ab arcto poſt ſolis eſtiuales verſiões
et canis ortũ,boree liquatis niuib⁹, et gelu flantqꝫ
de die,et nocte deſinũt. Diei enĩ calor exhalationem
eleuare ſufficit,et illoruꝫ inducere flat⁹:nox aũt fri-
gidam niues in die liquatas regelat,flatuſqꝫ repri
mit,q̇ niſi orto iam ſole,et nouos reparãte halit⁹,no
uãqꝫ prebente mãm,flare non incipiunt. Et ornithie
poſt hyemales verſiones ab oppoſito naſcuntur loco,
Eteſijs debiliores minuſqꝫ cõtinui: ſꝫ interpoles ac
interciſiꝙ ad nos vẽiẽtes a ſole ſub cui⁹ latiõe ipſos
ferri oportet diſſoluantur. Auſtri vero poſt equino-
ctialẽ verſionẽ a meridie oriunt et ſpirãt. ¶Quinqꝫ
zonarum terre declaratio. Quinqꝫ ſunt in terra zo-
ne: Una vbi ſol ſemper diſcurrit feruentiſſima: et in
habitabilis eſtu. Scd̃a iter cicrulũ noſtri poli:et pri
mã intercepta que frigore et eſtu tẽperata habitata
ẽ. tertia ẽ arctica q̃ ſp a ſole plurimũ diſtãs frigore
riget ꝛ frigore ĩhabitata q̃rta ẽ ex oppoſito ſcd̃e iter
illã torridã et ſole ſupermeãte vſtã ꝛ occulti poli cir
culũ media:ſic temperie ſe habẽs vt que ẽ apud nos
habitata. Quinta vero ẽ antarctica: ꝛ verticis ſem
per latentis. Unde fit vt terra ſcd̃m circulum habi-
tari nequeat, Nam ſcd̃ũ longitudinem que de polo
ad polũ attẽdit,phibet nũc frigus nũc calor,et ſcd̃ꝫ
latitudinẽ,que de oriente ĩ occidentẽ,ꝛoccidente in
orientem exiſtit defendit aquarũ multitudo. Et mul
tum differt habitationis longitudo a latitudine,vt
diſtantia maris Indici ad Herculeas colũnas,eaq̃
eſt ab Aethiopia ad Meotidem,et extrema. Scyt
hie loca,maior eſt quam quinqꝫ ad tria. Nouerunt:
hec qui nauigationes,et vias peregerunt,et itinera
ipſa et ſpatia menſi ſunt:et extrema horũ locoruꝫ in
habitata manent,hec frigore,hec eſtu,hec aquaruꝫ
immenſitate. Et ſicut ventos in noſtra habitabili col
locabimus, conſimiles ex parte alterius poli intelli
gere debemus, vt ſicut a noſtro polo ſpirat boreas,
et non pertingit ad alterum polum ita quoque: ex
alterius poli parte ali⁹ flat boreas, qui ad nos vſqꝫ
noſtrum que polum non pertingit. Necqꝫ auſter ab al
tero flat polo,ſed ad eſtiuali flat verſione, et exuſto
loco. Ille enĩ locus pp ſolis viciniã non habet aquas
necqꝫ paſca,necqꝫ gelu,necqꝫ niuem,pp quorum lique-
factionem fieri poſſint Eteſie, Quia tñ ille loc⁹ ma-
ior,amplior,et expanſior eſt:maior ẽ auſter et eſtuo
ſior borea,et magis huc pertingẽs ꝙ Boreas illuc.
Sed de his hactenus. Nunc de ventorum poſitione
dicendum eſt.

## ¶ Caput ſextum.

Sextum caput continet vẽ
torum ſituationem et qui adinuicem
ſunt contrarij eorum naturas et com
plexiones. ¶Quomodo venti ſituen
tur,et qui adinuicem ſunt contrarij.
Id hoc modo deprehendimus. Inte
ligatur circulus horizon(eſt enĩ is circulus,qui pteꝫ
celi viſam dirimit a non viſa ſitqꝫ a orientis equino-
ctialis punctus b occidentis punctus ei oppoſitus ꝛ
intelligatur recta ab. Sit iterum c punct⁹ meridiei
ad vrſam punctus oppoſitus,et ducatur linea.c.d.
que diametraliter ſecabit a b. Intelligo preterea e
punctum orientis eſtiualis,et.f.punctuꝫ occidentis
hyemalis,oppoſitum eorum vero lineam e f g pũctũ
orientis hyemalis,h,punctum occidentis eſtiualis,
oppoſitum,eorum lineam g h Intelligo deniqꝫ i pũ
ctum medium inter g orientem hyemalem,et c pun
ctum meridiei,et k eius oppoſitum et eorum lineam
i k, Et l punctum inter f occidentem hyemalem, et
punctum meridiei,m,vero punctum oppoſitum, et
eorum lineam l m. His itaqꝫ duodeciꝫ punctis ſigna
tis,et eorum ductis lineis,duodecim in ipſis ventos
ſituamus in noſtro horizonte,et hemiſpherio, et toti
dem et conſimilir et ſub altero hemiſpherio locare,
decebit. Uentus vero quem ſituamus in a oriẽte eq-
noctiali,et ab ipſo flatum ducens, ſubſolanus vocat
Flans vo a pũcto b occidẽtis oppoſito, Fauonius eſt

contrarius ſumuntur enim ſecundum diametrum ſecundum quam plurimum diſtant hos autem ſupponimus eſſe contrarios. ¶Quem locamus in .c: Auſter et qui eſt in .d. eius oppoſito Boreas: ei contrarius ¶Qui in e oriente eſtiuali inſurgit. Cecias ei contrarius in f. Africus ¶Qui in g oriente hyemali. Eurus ei contrarius in h Cor⁹. ¶Qui in i. Euro auſter, ei cōtrari⁹ in k Thraſcias qui in l Libanotus, ei vero cōtrarius in m Aquilo et hi precipui ſunt venti modo quo poſiti ſunt adinuicem contrarij. vnde a et c ſubſolanus et auſter: et ij vniuerſaliter qui ſecundū eandem diametrum non ſumuntur: contrarij non ſunt: et hi quattuor: Subſolanus Fauonius Auſter: et Boreas omnium principaliſſimi ſunt. et Auſtrales ſunt calidi Boreales frigidi: oriētales minus auſtris calidi occidentales vero minus Borealibus frigidi: et plures venti ex parte Boree gigni videntur quia illic plurima nix et aqua: que vbiqꝫ liquata ſpiraminum materiam preſtet. ¶Eorum nature complexionis. venti contrarij ſecundum diametrum ſe ſimul flare non permittunt. ſed valentior debiliori obluctatē violentiam que infert: et ipſum ceſſare cogit. Uenti oppoſiti maxime flant circa tempora oppoſita: vt Cecias circa equinoctium veris Africus circa autūnale: circa eſtatem Corus: circa hyemem Eurus ¶Oppoſiti venti idem aut oppoſitum faciunt vt Eurus et Corus in principio ſiccant Auſter calet Boreas algidus eſt et ſeriem ſequendo. Subſolanus Cecias et Eurus tepidi ſunt Eurus in principio ſiccus conſummans aquoſus. Subſolanus minus ſiccus. Cecias non ſerenus. Trahit enim ad ſe vapores et nubes: hinc exijt prouerbium. Trahit ad ſe malum ſicut Cecias nubem: et eſt humidus Fauonius: Africus: et Corus ſuffrigidi: Corus ſiccus in principio aquoſus in fine: Auſter Euro auſter Libanotus calidi ſunt Auſter noxius Libanotus magis humidus vicini Africi et Noti naturam participans hinc ſereni ſunt Boreas: Thraſcias: Aquilo: alios ceſſare faciunt prope flantes et vehementes. aera purgant. ſerenitatem adducunt. niſi ſint vehementia frigidi tunc enim pl⁹ coagulant et cogunt quam propellāt Boreas grandinoſus. Aquilo niuoſus frigidiſſimi maxime coruſcationem facientes: et corus cum his in natura conuenit Boreas ſaluberrimus: et de ventis tantilla ſufficiant.

## ¶ Septimum caput.

Caput ſeptimum continet tres de terremotu opiniones: prime reprobationem et tertie tribus rōnibus. ¶Tres de teremotu opiniones. ¶Prima eſt Anaxagore. Inquit enī anaxagoras Clazomeni⁹ prē ſphere que ſupra nos eſt: ſurſum eſſe: et que ſub pedibus: eē deorſum: et aerem natum ſurſum ferri: qui in eius inferiora concaua incidens: imo vero ab inferiori parte totum quatiens facit terremotum: Sed hec cauſa vſque adeo exilis et parua eſt ſuūqꝫ prodens ſtectum: vt vix reprobatione egeat. Stultum eſt ei putare ignem in altero horizonte nō ſimiliter ad celum ferri: ſicut in noſtro habitato apparet: et illic celum non eſſe ſurſum: terrā vero in medio globoſam: vt hic deorſum: et ꝙ ab inferiori aere concuſſa tremat et moueatur hoc terremotus non conuenit accidentibus. Nam vbiqꝫ tremeret. tremit aūt certis in locis regionibus: atqꝫ temporib⁹. ¶Secunda ē democriti. Dixit enim Democritus Abderites terrā plenam aqua, et aquam multā ex pluuia recipere ꝙ cum ſuſceptacula plena ſint exuberans facit terre motum et terram in concaua decidere. ¶Tertia eſt Anaximenis Mileſij. Inquit enī terram depluitam hinc ſiccari, et fortiter ſiccatā rūpi: ab his fruſtris ruinā precipiciūqꝫ facientibus concuti fieriqꝫ terre motus. Hic quoqꝫ fit in magnis ſiccitatibus fieri videri: et etiam in pluuioſis ꝙ ſuper humectata ruine iam preparata cadat. Sed non ita eſſe videtur. ¶Prio: q: oporteret terrā iā multipliciter ſubuerſam ruinam que feciſſe apparere. ¶Secundo. Qr hec cā eſſe non poteſt circa aliqua loca freqnter tremencia, vbi talis exceſſus ad alia non eſt. ¶Tertio ¶Qr oporteret ſemper minores et pauciores terremotus futuros expectare: et tandem ceſſare. ꝙ terra tñ deciderit: vt non ampli⁹ ſit terre tremor futurus. hoc autē eſſe non poteſt quare neqꝫ hec cauſam eſſe exiſtimandum eſt.

## ¶ Octauum caput

Octauum caput ꝯtinet cauſas terremotus: ei⁹ generationem decem ꝙ ab exhalatione proueniat ſigna et ſeptem eius accidentia. ¶Terremotus cauſe: Efficiens ſol et aſtra et ſpiritus terra incluſus. Materia exhalatio. ¶Eius generatio. Terra naturaliter ſicca eſt, aque multitudinem in ſe continens: que a ſole calefacta et multis que in ſe tenet igneis corporib⁹ multum ſpiritum intra ſe concipit: qui quia ſubtiliſſim⁹: ocyſſimus: et vehementiſſim⁹ eſt huc illuc euagatus et diſcurrens: terra vehementer concuſſa plerūqꝫ eius motū et tremorem parit querit enim exitum: et in ſuum locum euolare. At aliquando totus exit flāma plerūqꝫ ex colliſione concepta aliquando vero ſine flamma. aliquando pars exit pars autē altera cōſtricta atque clauſa manet. Unde fit vt neqꝫ aer neqꝫ aqua faciāt terremotum. ¶Decem ſigna ꝙ ab exhalatiōe et ſpiritu ꝓueniat terremot⁹. ¶Primum. Quia plurimum fit tranquillo tempore: ꝙ exhalationes plurime in terra ſint recluſe. Et quanto plures maior ſit quanto vero pauciores. minor ē cum ſpiritus continuus, quem oportet aut intra aut extra fluctuare ¶Secundo: quia maxime fiunt de nocte: et circa diluculum: quod ſoleant tunc incipere flatus: et in meridie ſi contingant in die: quia tūc ſol maxime obtineat: et exhalationem declinet in terrā ¶Tertiū. Qr circa ſubter antroſa ſubterrā inania in q̄ loca defluat mare: ſepe intremiſcit tell⁹. Hac de cauſa ſepe fit circa Helleſpontū, Achaiam. Siciliam Euboeam: et therme circa Aedepſum facte ſunt. Fit enim illic anguſtia: et maris multitudo in terrā ſpiritum iterum repellit efflare tentem anguſtat atque premit. ¶Quartum Quia maxime fiunt terremotus vere et autumno tēporibus pluuioſis: et in ſiccitatib⁹: quoniam hec tēpa ventoſa ſunt et pluuioſa: prebent multam in terra exhalationis generande occaſionem: ſic autem illam recluſam monſtrant, et ad ſpiritum generationem aptitudinem. ¶Quintum: q̄ ſpiritum impetum, vimqꝫ agitandi preualidam percipimus non modo in aere vbi ſolidiora robora velluntur, edificia funditus euertuntur ſed et in corporibus animaliū: vbi ſepe ſpiritus clauſus facit tremorem: quod: et ſepe accidit poſt vrine emiſſionem: et ſepe membrorum contractionem et ſpaſmum induc

eſt:et tetanum et aliquando vſq3 adeo membꝛa vali de agitat mouet et concutit:vt intremula et quieta teneri haud quaq̄ poſſint. Obticere itaq3 i terra nō nunq̄ ſpiritū,veriſimile exiſtimare opȝ. ¶ Sextum Qꝛ tpibꝰ noſtris accidit terremotus:qui pꝛius non deſtitit quam ventus egreſſus fuiſſet vt ecnephias. ¶ Septimum. Quia circa hereclea q̄ ē in Pōto. idem accidit. Factus em̄ extitit terre tumoꝛ vt col lis:quo tādē diſtinctione rupto:ingens et multꝰ eru pit ventus,ignem et cineres eleuans ⁊ Liparéoꝛum vrbem non longe hinc exiſtentē ambuſſit:vertitq3 in fauillas,et flatum dirigēs in Italiam,vrbibꝰ Ita licis multa attulit incōmoda. Quod et pꝰ accidit circa ſacram inſulam que eſt vna Aeoliarū inſularū ¶ Octauum. Qꝛ ſepe ſoni ex exhalatione conſtric ta cauſantur quemadmodū a longe ſonꝰ maris rep cuſſi exauditur. ¶ Nonū:qꝛ paulo ante terremotum ſol obſcurus ſine nube videtur,hoc enim facit appa rere egrediens ſpiritus:et ad auroꝛam tranquilli tas et frigus:ob ſpiritum calidum reclusum. Et poſt occaſum ſerenitate exiſtente,nebecula ſtricta et lō ga poꝛrecta videtur:vt terremotus pꝛenuncia:quē admodum in maris fluctibus accidit pꝛecurrere te nuem vndam:quam gens mari finitima aque filū nū cupat: ¶ Decimum. Qꝛ ſepe circa lune eclipſes con tingūt terremotus q̄ tunc marceſcat calidū:et eo tē poꝛe flactus agitari ſoleant. ¶ Terremotꝰ ſeptē ac cidentia. ¶ Pꝛimū Terremotū ad quadraginta di es ſe extendere contingit:et viſus eſt aliquando per duos annos circa eadem loca perduraſſe. Hoc enim facit ſpiritus multitudo:et laterum terre concuſſo rum ſoliditas:et pꝛeſtita reluctantia:vt ſpiritus ani mantium coꝛpoꝛibꝰ clauſus non repente ceſſat:ſed lōga moꝛa fit marcidꝰ. ¶ Secūdū Fiunt ſoni in ter re tremoꝛibus. Nam percuſſus aer:et ſpiritus om nimodos emittit ſonos:itidem et percutiens. Nihil enim differt.repercutitur em̄ repercutiens omne:⁊ pꝛeuenit ſonus terremotū:Nā magis ſpiritu per oē penetrat ſonus. Et ſi exhalatio non ſufficeret agita tionem inducere,ſonus ſine terremotu audiret̄,qđ ſepe iam accidiſſe viſum eſt. Offendens em̄ ſpiritus ad ſolidas moles,omnimodarumq3 figurarū omni modos edit ſonos pꝛo varietate cauernarum. cuni culoꝛum,atq3 antrorū diuerſus:vt aliqui aliqñ pꝛodi gia enarrantes dixerint viſam nonūquā mugiſſe ter ram. ¶ Tertiū. Cū terremotu aliqñ magna aq̄ multi tudo erumpit q̄ exhalatio eā extra pepulerit,vt aq̄ fluctus nonunq̄ extra terminos. Et circa Achaiā cō trariis ſpiritibꝰ iteriore Boꝛee motū imitāte:extra vero Auſtro,factus eſt terremotꝰ et apertio:et tan ta maris eruptio pellēte auſtro:vt cataclyſmus fac tus ſit:et aq̄ terremotū non faciunt.patiunt̄ em̄ ſolū. ſpiritus autem:illiꝰ:vt dictum eſt,cauſa eſt:et pꝛin cipiū et ſedimētū fluctꝰ fecit cataclyſmū. ¶ Quartū Terremotꝰ ſm modicā terre partē fiunt,ſpiritꝰ aūt ſm ipſiꝰ amplitudinē. ¶ Quintū Interdū fit multe exhalatonis in latū:vt tremoꝛ quidā:agitatio:inter dū vero in altū:vt quidam pulſus.et qui fit in altum pluꝰ agitat multāq3 a pꝛofundo enaſcentē manifeſtat exhalationem cum tamen qui alternatim in altum vibꝛat:et alternatim reſidet tripudio aſſimilis:⁊ cū concurrentia recta contrario ictu arietant,q̄ aliter motꝰ alteri reniti videatur,minus periculoſum per hibent. ¶ Sextum vbi talis ſeiſmus:et ſpiritꝰ erup tio,multi lapilli ebullire ſolent. Sic em̄ circa Si pylum euenit cum ſeiſmo,euerſa loca fuere:⁊ campꝰ quem greci phlegreū dicūt. Idē et circa liguſticā regionem eueniſſe memoꝛia pꝛoditum eſt. ¶ Septi mum. In ponticis inſulis minus contingit terremo tus quam in ceteris.nā frigiditas et maris pondus exhalatiōes in ipſis repꝛimit. De terremotu actenꝰ.

## ¶ Caput nonum.

NOnum caput cōtinet tres de tonitruo et fulguratione antiquo rum opiniones:earum repꝛobatiōes pꝛime duabus rationibꝰ:et ſecunde tribus. ¶ Tres de tonitruo et coꝛruſ catione opiniones:pꝛima eſt Anaxa goꝛe dicentis ignem a ſua ſphera in nubē decidere:⁊ eius emicationem:fulgurationem eſſe:eius vero ex tinctiōem,imo extinctionis ſtridoꝛem:eſſe tonitruū. Sed id non eſſe verum,cognitu depꝛehendere diffi cile non eſt. ¶ Pꝛimo. Qꝛ ignis natura eſt ſurſum cōſ cendere:non autem deſcendere. Cauſam igitur dic turus erat quo pacto a ſummo ethere vt ait in nubē ſe pꝛecipitem dedat:et illabatur. ¶ Secundo. Di cat Anaxagoꝛas cur potiꝰ ignis illeſe tempoꝛe nu bilo demergit,quam ſereno:videt̄ aūt nunq̄ in tēpo ris ſerenitate ſe in pꝛecipitū demittere,neq3 igitur nubilo tempoꝛe. ¶ Secunda eſt:Empedoclis dicē tis ignem in nube ex radiis in ſe inuicem concurren tibus:et ſe ſepe replicantibus ſegregari.eius emi cationē,fulgurationem eſſe:et eius extinctionis ſtri doꝛem et crepitū eſſe tonitruū. Sȝ neq3 id quidem verum apparet. ¶ Pꝛimo:Qꝛ eque fieri deberet in qualibȝ nube:cū radii in qualibet inter ſe conſimili ter incurrant,hoc aūt falſum. ¶ Secūdo. Qꝛ eadē ratione dicere liceret,niueret,niuem grandinem, imbꝛem:et conſimilia quod a nube ſegregarent̄ fie ri. ¶ Tertio. Qꝛ cum a ſole aut igne icalet aqua:nū quam talis ſegregatio apparet:conſimili tamen rōne id fieri opoꝛteret:igitur neq3 fit in nube. ¶ Ter tia eſt dicenciū fulgur non apparere pꝛopter ignē ſed quemadmodum percuſſa aqua de nocte fulgere videtur:ita quoq3 ſe collidentibus nubibꝰ fulgoꝛem emittere. Sed hi conſuetudinem non traxerant ea cognoſcendi:que refractione fiunt. Fit enim fulgu ratio de die.non autem aque percuſſe fulgoꝛ:eaem̄ fulgere videtur percuſſa refracto ab ea viſu ad ali quod fulgidoꝛum:et de nocte:et non de die videtur qđ diei maius lumen,minꝰ exterminet obtūdatq3.

## ¶ Decimum caput.

DEcimum caput cauſas to nitrui:fulgurationis et fulminis et il loꝛum generationem continet. Toni trui coꝛruſcationis et fulminis cau ſe.efficiens ſol aſtra materia exhala tio. Tonitrui fulgurationis:et fulmi nis generationes. Duplici exiſtente ſpiratione. Hac humida:hac vero ſicca:et vtraq3 ſimul eleuata:et cō ſiſtente in nube illa cum ſurſum magis fuerit eleua ta ob loci frigiditatem denſatur ⁊ magis quidem a ſumma parte:exhalatio autem clauſa e denſo exitū querens:valido motu fertur in nube:et denſe nubis latera valide concutiens:ſonum edit qui dicitur to nitruum:et ſecundum naturam caue nubis:et denſi: et rari varietatem:varii eduntur ſoni:et ſi licet mag na componere paruis ſimilis eſt illi ſono qui in flam ma fit,cū hi Vulcanum hi Veſtam ridere aiunt. et in lignis ſiccis cum ſpiritus coitpm querit lignūrū

pens crepitum edit.ita et nubis exhalatio:Et cum ſuperiori denſo obuiat:valido impetu vibrata ſubtiliter incēditur:et illius inflammationis apparitio:fulguratio eſt,et plerunqꝫ detruditur in imū:que ſi cōcepta flamma detruſa eiaculataque fuerit flumē ſi vo ſine flamma ecnephie et typhones:de quibus ſtatim agemus.fiunt et fulgnratio fit poſt plagam: et colliſionē:eſtqꝫ tonitruo poſterior,prius tamen viſu percepta:q2 viſus anticipat auditum.id enī intueri licet inferientib⁹ a longe.Cum enim ad referiendū reducunt inſtrumentum ,primū ſon⁹ ad nos pertingit vt in triremiū ductu remos eleuari videmus: vt ſecundo feriant priuſ ꝙ prime plague ſonus ad nos ptingat.Et secūdū ſubſtantiā idem eē vt multa paucis cōplectamur.dicim⁹ ſuper terram faciens ventū in terra terremotum et in nube tonitruū:exhalationem ſcilicet ſiccam fluentem mobilem et agitatam Sed de his actenus.

## ¶ Queſtiones ſuper ſecundo metheororum.

Queritur vtrum mare ſit generabile et corruptibile et arguitur ſic:q2 eſt compoſitum ex materia et forma.in oppoſitum eſt Ariſt.in līa dicens Mare eſſe ꝑpetuū.In iſta qſtione de mō generationis maris ſunt opiniones.dicebāt enī quidā antiq.ꝙ mare veniebat de fontib⁹ exiſtentib⁹ ſub mari quoꝝ opinio eſt falſa:quia cum illa aqua nō naturaliter aſcēdat ipſum mare iam defluiſſet. Alij dixerunt ꝙ venit ex tartaro ſub terra Alij dixerunt ꝙ fuit creatū cū mundo quorum opinionem reꝓbat phs dicens ꝙ non videtur quomodo fuiſſꝫ ſalſum :ſꝫ poſſemus dicere ꝙ non fuit ſalſum cū incipit: ſꝫ poſtea aliquo tpe ꝑꝑ eleuatas exhalationes aduſtas q̄ dicebant in ipſo mari:nunc ergo ad qōnē rn̄deo:ꝙ mare eſt generabile et corruptibile:et non eſt nunc illō qō fuit ante a prio mō idētitatis:ſꝫ bn̄ tertio mō hoc tn̄ mare generaꝑ ex fontibus:et alijs fluuijs concurrētib⁹ ad illū locū:poſt vero fit ſalſum pp.exhalationes aduſtas cadentes.

## ¶ Notandū tn̄ eſt in preſentiarum.

ꝙ mare eſt loc⁹ naturalis:aque:et mouetur naturaliter ab aquilone ad auſtrum:q2 pars aquilonaris ē pars altior:et locus generationis aquarū:et notandū ꝙ mare pp.motū ſuū quē hꝫ ꝯtinuū hꝫ regredi a locis vbi confluebat:vel in eiſdem locis coniūgi ꝑꝑ quod dicit phs vbi nunc eſt arida olim fuit mare:et hoc credere eſſe.propterea ꝙ terra in vna parte ſit inferior quam in alia.

Queritur ſecundo de fluxu et refluxu maris:circa quod noto ꝙ ipſum mare fluit dū luna ꝑgredi⁹ per quartā ab oriente ad meridiem et refluit per quartā a meridie ad occidens et iterū fluit per q̄rtā ab occidente in angulum medie noctis,et iterū refluit per quartā ad ab gulo medie noctis vſqꝫ ad oriens cui⁹ rei cām multi diuerſo modo conati ſunt dicere:Nā roger⁹ bacho credidit hoc eē ꝑpterea ꝙ dum luna eſt in oriente reſpicit mare ſuis radijs obliq̄s valentib⁹ facere tumeſcere mare:et non conſumere vapores et quorū cōſumptione detumeſcet:ſꝫ in ſecunda q̄rta iā detumeſcit mare et conſumunꝑ vapores ex quorū conſumptione detumeſcit mare pp.radios eē perpēdiculares et in tertia quarta radij lunares obliqꝫ reſpiciunt mare,et eleuat vapores rōne quoꝝ mare tumeſcat:et in quarta radij vadunt ad ſecundam et reflectunꝑ ab eadē ꝑpēdiculariter in mari:et detumeſcit mare.ſꝫ iſti⁹ opinio eſt falſa propter multa prio, q2 radij illi reflexi ſunt valde debiles:et nō valēt cōſumere vapores intra mare: tn̄ etiā q2 non vr̄ aliqō celum reflectēs illo mō quo dicitis:hoc aūt tp̄s ī quo fit duplex flux⁹:et duplex reflux⁹ eſt tp̄s longi⁹ quā dies naturalis in tm̄ in quantū eſt dies ort⁹ arc⁹ deſcripti ꝑ lunā contra firmamentū motu ꝓprio:et hoc pluſq̄ ſol:et iō imēſe ſunt in duplo pl'es flux⁹ et reflux⁹ maris ꝙ dies nāles exceptis duob⁹ dieb⁹ cū dimidio:et hoc ꝑpter motū ꝓpriū ipſius lune cōtra firmamentū:alias eſſent preciſſe tot quot dictū eſt:et illud pōt haberi per experientiam.¶ Iō ponitꝑ opinio ꝙ habet pic⁹ mirandulan⁹,tertio cōtra aſtrologos.c.ſꝫ.ꝙ iſte flux⁹ et reflux⁹ cāſtur a q̄dā ꝓprietate occulta:quarū vna reſpicit mare occidentale:et atrahit illud ad ſe in qua atractione mare fluit,ſꝫ cū appropiquat ad angulū meridiei luna deſcendit et fert mare poſt ſe ad occidēs:et ſic detumeſcit:et qn̄ apropinq̄t ad angulū occidentis atrahit mare qō eſt inferi⁹ verius ſuperi⁹ et aq̄ ſuperiores fluūt cedendo:et qn̄ eſt in āgulo noctis:iterum atrahit aquas.ad ſe:et ſuperiores ſequnꝑ inferiores et ſic detumeſcit mare:et hoc dicebat pic⁹ miranduian⁹ qn̄ dixit aſcendit mare cum aſcendenti luna:et deſcendit:cum deſcendenti.nota tn̄ ꝙ iſti flux⁹ et reflux⁹ maiores fiūt ī hyeme et auptuno ꝙ in eſtate:et maiores in oppoſitione: et quadraturis medijs ꝙ in cōiūctione:mare tn̄ orientale nō fluit et refluit ꝑꝑ magnitudinē ſuā in qno ſnō ſentiꝑ tā parua ebulitio: vel forte non pōt ꝓprietas occulta operare cōtra tantā reſiſtentiam.

Queritur tertio vtrū mare debeat eſſe ſſm:in iſta qōe noto ꝙ ſalſedo gn̄aꝑ ex mixtione ſicci terreſtris aduſti cū hūido qō dclaratur de ſudore qui eſt ſalſus ex mixtione puris colerici mixti cū aqua et de vrina que eſt ſl'a ex mixtione colere cū aqua:et iō ſapor ſalſus fundaꝑ ī ſubā groſſa graui:et iō dicit phs in līa:ꝙ ſi ſumaꝑ vas cereum:et ponaꝑ intra mare tranſpirat per illud aqua dulcis:q2 tranſit ſubtile remanente groſſo in parietib⁹ vaſis:ex hoc pōt dari cauſa q̄re mare eſt ſalſum eſt enī ſalſum pp.mixtionē quarūdā exhalationū terreſtriū aduſtarum que miſcenꝑ in aqua:et ille exhalationes eleuantur a ſole:quare ipm mare ſtatim: ꝙ fuit creatū non erat ſalſum.nec naues poterant per illud nauigare:ſꝫ poſtea tpe ꝓcedenti effectū eſt ſalſum:hinc ē ꝙ poſtea Noe fecit arcā:hinc ēt ſequiꝑ cā pp:quā naues venientes de aqua ſalſa ad dulcē ſubmergunꝑ cū deueniūt ad dulcē q̄ non valet illas ſubſtinere pp.ſubtilitatē et leuitatem.

Queritur quarto de ventis quomō fiant:ad qō dicitur qō ventus eſt exhalatio multa ſubtilis calida:et ſicca impetuoſe lateraliter mota ad multam diſtantiā:dr̄ ſubtilis ad drīam exhalationis cāntis terremotū dicitur impetuoſe lateraliter mota ad drīam exhalationis faciētis cometam:dicitur calida et ſicca.Pro cuius dclaratione eſt notandum:ꝙ ſi venti cōplexio cōſidereꝑ ex pte loci vn̄ eleuaꝑ,eſt frigida et ſicca:quia ex terra eleuatur et,ſi conſideretur ex parte eleuantis ſic

ventus eſt calidus et ſiccus: quia a ſole eleuatꝛ quieſt calidus: et ſiccus: ſi vero ↄſideretꝛ ex parte locorum per que trāſit ſic aliqñ ventꝰ eſt calidꝰ et ſiccꝰ vt oriētalis ſubſolanus: aliqñ eſt frigidꝰ: et hūidꝰ vt occidētalis chorꝰ: aliqñ eſt calidꝰ et hūidꝰ vt auſter: aliqñ vo eſt frigidꝰ et ſiccꝰ vt boreas qui eſt frigidꝰ et ſiccus. ¶ Notabis preterea ꝙ ventoꝝ nūerꝰ eſt duodenariꝰ. ſunt eñ. 4. venti cardinales iā noīati: ⁊ quilꝫ hꝫ duos colaterales q̄ faciūt duodecim. Notabis vltra ꝙ iſte modales ſunt vere: boreas pōt fieri auſter et econuerſo auſter pōt fieri boreas. Nā exhalatio q̄ venit fugiendo a ſeptētrione verſus auſtrum ſi contingat inuenire verſus auſtrū nimiā frigiditatē repcutitur verſus ſeptētrionē ⁊ fit auſter ⁊ oppoſito mō fieꝛ ecōuerſo imo cōcediꝛ ꝙ ex plibꝰ ventis quorū q̄lꝫ eſt non boreas fit boreas ſicut ſi exhalationes ſubſolani ⁊ chori in medio. ſ. in equinoctiali ſe ꝑpedirēt et ambe retrocederent verſus auſtrū hinc pꝫ cā iſtiꝰ probleumatis: quare boreas eſt ſerenꝰ ⁊ auſter ē pluuioſus ⁊ rō ē: qꝛ boreas flat ab auguſto ſphere ad amplū: et iō diſgregat nubes: et non cōgregat ſed auſter flat ab amplo ſphere ad auguſtū. quare ↄgregat nubes verſus polū articū: et eſt cauſa pluuie: ex quo patet cauſa q̄re ſol faciat ceſſare ventos: et eoſdē cōmoueat. Dico eñ ꝙ cā eſt: qꝛ qñ ſol irradiat ſup terrā radijs obliq̄s tunc eleuat ab ea exhalationes q̄s non cōſumit et fiunt venti. ſi vero ſol ſuper terrā producat radios rectos eleuat exhalationes quas conſumit: et ſic ceſſant venti.

¶ De terremotu breuiter dico, ꝙ cauſaꝛ ex motu vehemēti exhalationū terreſtriū hic inde ſe concutiētiū vt petāt exitū et ſic cauſaꝛ terre motus et marie fit in tranquilitate eo ꝙ ille exhalationes incluſe ſunt: et non exeuntes non turbidant aerem, et manet aer ſerenus quamuis poſſet eē alia cā quia iſte terremotꝰ fit tpe quo intra terrā exhalationes fuerūt generate et ſuperuenit frigꝰ forte terrā conſtringens et non permitens exhalationes exire q̄ poſtea agitātur: et cauſant terremotū de tonitruo dicit Ariſt. ꝙ cauſaꝛ ex motu exhalationis hinc inde mote circa nubē: et qꝛ per ꝑtē ſupiorē nubes ſunt dēſiores ex antipariſthaſi fortis calidi de ſuper reflectiꝛ exhalatio a parte ſuperiori nubiū deorſum et dilacerat nubē in quo cauſatur tonitruū et ſepe illa exhalatio incendiꝛ et fit fulgur: ſꝫ q̄reres que eſt cauſa ꝙ cū priꝰ fiat tonitruū: et poſtea fulgur incēdaꝛ: q̄re priꝰ vr̄ fulgur: ꝙ̄ audiaꝛ tonitruū ad quod reſpōdeo cām eē. qꝛ ſpēs viſibiles multiplicanꝛ in inſtanti: ſed tñ audibilus multiplicanꝛ ſucceſſiue: et hec ē cā quare priꝰ videaꝛ fulgur: ꝙ̄ audiaꝛ tonitruū quāuis fiat ecōuerſo quo ad productionē.

¶ Nunc aūt declarādū ē d̄ tiphone et ecnephia qūo fiat: ad ꝙ dicēdū ꝙ thiphō ē ventꝰ q̄ directe deſcendit de nube: et obuiāte ſibi aliquo vēto miſceꝛ illi: et ambo ſimul circulariter moueꝛ: et ſic mouet ſtramina et pulueres de terra: et qñq3 homines ꝑut ſunt fortiores. et iſte ventꝰ generaꝛ ſic ꝙ ī nube aquoſa ⁊ frigida īcludiꝛ exhalatio ſubtilis: ⁊ multa qua fortificata interiꝰ per circunſtantiā contrarij petit exitū de nube: qꝛ eſt maxie leuis: ergo cū ipetu aſcēdit ad partē ſuperiorē nubis aq̄ ꝑꝑ denſitatē iterū repelliꝛ deorſum: et diuidit nubē in inferiori ꝑte vbi eſt debilior: et ſic ibi flectiꝛ: ⁊ circulariter mouetur vſq3 ad terrā, ſed meliꝰ ē dicere ꝙ fiat ex obuiatione ventorū: ſꝫ de ecnephia dico ꝙ eſt ventꝰ magnꝰ deſcē dens cū magno ipetu a nube: et deuaſtat. ⁊ corrumpit multa ſuper terram ſic ꝙ in nube parua includitur exhalatio parua et fortificata petit exitū ducens poſt ſe magnā partem nubis: et ſic deſcendit impetuoſe ad terram: et contingit multotiens ante magnas pluuias in eſtate: et differt a tiphone: qꝛ tiphon eſt ex mā ſubtiliori: et moueꝛ circulariter: ſed iſte recte mouetur: et cauſa dicta eſt priꝰ.

Q Ueriꝛ quinto de mō generandi fulmen ad qō dr̄ ꝙ fulmē gñaꝛ per hoc ꝙ exhalatio incluſa in nube fortificata petit exitum: et in exitum inflammatur: et ſi exeat in latꝰ cauſat fulgurationē: et ſi exeat ꝑ viā rectam fortiꝛ tunc cauſat fulmē qō eſt ignis ſubtiliſſimꝰ quiquidem ignis ꝑꝑ. ſuam ſubtilitatē penetrat corꝑa denſa. et illa deſtruit non deſtruendo corꝑa rara per q̄ inſenſibiliter tranſit ſine mora vnde deſtruit alīs oſſa: ſꝫ nō carnem et enſem: et non vaginā. iſta aūt fulmina hñt ex proprietate a venenoſitate liberare qō venenoſum ē et inficere qō non eſt venenoſum: et reges ſicut dicit ſeneca in cāpis tegebāt tētoria pellibꝰ vitulorū marinorū: vt per hoc prepulſarētur fulmina que a proprietate pulſantnr talibus pellibus.

## ¶ Incipit tertius liber metheoroꝝ

T Ertius liber metheoroꝝ ↄtinet ſex capitat. ¶ Primum caput continet ecnephie et typhonis cauſas: eorum generationē: eorū drias: et ſpēs fulminum. Ecnephie et typhonis cauſe: eedē q̄ mō dicte ſunt exiſtūt. Eorū generatio cū multus ſpiritus et ſpiſſus in nube eleuatus ſit (ſubtilior eñ magis edit tonitrua: et incēdio concepto fulmen elidit) luctatus ſurſum aſcendere deorſum repelliꝛ et fit ecnephias: ventꝰ quidem violētꝰ: tumultuoſus: et precelloſus: poſt cuius caſum ingraueſcere ſolent pluuie. nā ex relicta nube humida fit imber: ex ſpiritu vero demiſſo. ecnephias. Et cū facta nube elidiꝛ atq3 ſegregaꝛ ſpiritꝰ conuoluitur: et detruditur rotatꝰ in imū. in arctis decidens locis vt angiportis in vījs circulos ducens et vortices: vt pars alterā pellere videatur: hic ſpiritus typhon dicitur. Ecnephie et typhonis drie: Differūt quia typhon diſcontinus eſt: ecnephias aūt magnus et continuus. Typhon rotatus deorſum excutitur: idcirco circulo vertitur ecnephias recte: et enephias magis typhone colorari vr̄. Thyphon non fit flantibus aquilonibꝰ et ecnephias tempore niuali: iacentibuſq3 niuibus. Typhō aliquid nubis ſecū conuoluit ſimul deducens a quo nō pōt ſe explicare, cuicūq3 inciderit. vim inferens: arbores et nauigia retorta confringens. a quo plerunque cum detractus et ſubtilior factus igniatur. incēſio nomiatur. Alij preſterem nuncupant. ¶ Fulminū ſpēs. Fulmē dicimus cum ſubtilior ſpiritua flāme vi concepta de nube eliſus eiaculator deorſum, Cuius vna ſpēs eſt quam agregata dicūt: nos vero fulmen clarum dicere poſſumus: quod non vrit: ſed vis eius ſtupenda atq3 admirabilis. Ubi reluctamen reſiſtētiamq3 offenderit: vt in ſolidis corporibꝰ. vim iam inducit, et clypei eramen liquat illeſo ligno: et per veſtimenta corpus afflat: et oſſa conſumit inattritis veſtibus. Eſt enim rariſſimum: quod tenuis ꝑuenit ſpiritus penetrans et tranſiens. alia eſt quam dicunt ce-

rainon pſoloenta, non fulmen fumens et ardens: et
hoc aduenit, non adeo vt alterum rarum. Et nos ipſi
videmus circa templum in Epheſo combuſtum con
tinuam flammam ad multas partes ſerpere atq ferri
et ſepe talia ſe pbēr vidēda ſpectacula. Et ſtā na dixi
m⁹ ſpiritum ſiccum ardentem hinc fulmen ſemper p
cedit ſpiritus, ſemperque aſſequitur, ſed non vidē
tur ſpiritus precedere ꝛ ſequi, quia ſine colore ſunt.
Quo fit vt oē pcuſſa fulmine pus moueaṫ ꝙ pcutiaṫ,
taq̄ pcedente ſpiritu et fulmina non nubē frangūt et
diſſipant ſono, ſꝫ plaga et ſonū faciente ſpiritu: et qd
ſpiritus pcuſſerit: diuidit non vrit. De ecnephia igiṫ
typhone, incenſione, et fulminis ſpecieb⁹ tanta ſaffi
ciāt. ❡ Preter litere ariſt. ſententiā tredecim re ful
mine portenta. Dura ꝯſumit nō ledit mollia, ferrū in
tacto forulo liq̄facit, incolumi carne oſſa mollit et cō
ſumit. Dolio cōſumpto vinū imobile gelatū relinqt:
qd reliq̄rum bibentē aut furere facit aut necat: edi
uerſo vinū afflat, illeſo dolio. Martia romanoꝝ prin
ceps pgnās ptu in vtero fulmie afflato, illeſa reman
ſit. Venenata tacta purgat vigilans pcuſſuꝫ clauſos
oculos moriēs hꝫ dormiēs vo pcuſſuꝫ aptos ex oppo
ſito iacēs cōuertiṫ. Oē aīal ictū fulmine (hoīe exce
pto) interit. Nō feriūṫ fulmine laur⁹: vitul⁹ marin⁹
et aqla: q̄rcus ait vel arborū maxime feritur.
Accipe miranda flamme portenta triſulce.
Dura domat damnum mollia nulla ferunt.
Intacto forulo ferrum conſumitur intus.
Carne quidem ſana oſſa incinerata cadūt
Vtreq cōſumpto vinū ſine vale gelatur.
Fulmine vaſa deperdit vtre merum.
Forte die ſexta mox liqtur, hoc q̄ caucto.
Aut furit epotans, aut ſua fata bibit.
Martia romane princeps clariſſima gentis.
Afflato partu in viſcere viua manet.
Et q̄cunq tument (inflacto ventre) veneno.
Purgat: et innocui corporis icta iacent.
Percuſſi vigilās moriēs ſua lumina claudit
Apperit e ſonno: verſum et in oppoſitū ē.
Cetera cūferiat viuentia morte reſoluit.
Solus de tanto vulnere reſtat homo.
Laure manes ſecura: tibi eſt cōtraria q̄ re⁹.
Bos maris intactus et iouis ales eunt.

## ❡ Caput ſecundum.

SEcundum capit continet
halo accidentia eius cām, et ei⁹ gn̄a
tionem. ❡ Halo tria accidentia. Pri
mum, Halos ſemp apparet integer
circulus. ❡ Scōꝫ. Fit circa ſolem cir
ca lunam et ſplendentia ſidera. ❡ Ter
tiuꝫ. Fit diluculo, fit in meridie: fit veſperi, fit in no
cte diluculo, et circa ſolis occaſuꝫ min⁹. ❡ Halo cā
radiorum refractio, et eadē eſt iridis, et virgarū, et
parelioꝛum cā. que ſecundum diuerſa a quibus naſ
cuntuṙ et fiunt fulgida, differunt. ❡ Halo generatio
Fit halos vniformi ꝛ equali nube ſub aſtro (vt luna)
conſiſtente. Incidens enim in eam luminoſus radi⁹
refringitur: apparetq ſub aſtro magnus circulus,
quem halo et coronam dicimus. Viſualis enim ra
dius (vt ex perſpectiua cognitum eſt) ab omnibus
planam ſuperficiem habentibus, vt aere, vt aqua, re
fringiṫ. et in denſioris mediū occurſu ſpeculoꝝ q̄dā
figuraꝫ repreſentant. vt continua ꝛ denſa q̄dā ſolos
colores: vt q̄ ex plurimis ſpeculis pene inſenſibilib⁹



diuiſionem habentibus conſtant, in talibus enim ali
quid appere opꝫ imaginē ā appere ipoſſe ē, coloꝛib⁹
itaq demoſtrādis apta relinquūṫ. Et claloꝝ color cla
rus videtur, aliquando vero propter alteri⁹ admix
tionem, vt viſualis radii ſpeculi, aut propter debili
tatem, diffuſus radius, alterius coloris facit appari
tionem.

## ❡ Caput tertium.

Tertiuꝫ capit oſtēdit cur
halos ſit circulus: duas rationes natu
ralem ꝛ mathematicam adhibens. ꝛ
interſerit quid halos nūciet. ❡ Cur
halos circa ſolem, lunam, et aſtruꝫ ap
pareat circulus. Diximus refractio
nem fieri aere coacto vt vapore in nubem conſiſten
te. Dum regularis, et minutarum partium extiterit
Hinc ſi conſiſtat et denſetur, pluuiam nūciat. fit enim
pluuia vapore denſato, ſi marceſcit et euanidus diſ
paret, ſerenitatem. Id enim facit calidum, ipſuꝫ cō
creſcere et denſari non ſinens. Si diſtrahitur, et diſ
cerptus ex vna parte recedit: ſpirituꝫ prenūciat. Fa
cit enim hanc diſtractionem exhalitio, ventuſque ea
ex pte qua diripitur orietur. Et fit refractio nube cir
ca ſolem, lunam, aut aſtrum conſiſtente, et non ex op
poſito: quemadmodum fieri conſpicitur iris. ❡ Hic
ratio deducitur cur halos circulus appareat, quia
ab eodem ſigno ad idem ſignum vndiq et conſimili
ter refractio radio, circulum eſſe neceſſe eſt. Vnifor
mis autem et equalis conſtentie nubis, vndiq et cō
ſimiliter ab eodem ad idem equales radii refringū
tur, eſt itaq halos circulus. Et idē perſpectiui mō
ſtrant, vt ſi ſit a b viſualis radius, a quo ceteri refrin
gantur ad nubis extrema, vltro citroq directus,
intellectiſq in circunferētia trib⁹ ſignis c d f rectas
a c a d ꝛ a f oſtēdūt eē eq̄les, et ſimiṙ rectas c. b. d b ꝛ
f. b. equales. Quare tres magni trianguli. a. c. b. a
d. b. et. a. f. b. eadem baſi. a. b. communicantes, ſunt
eq̄les. triāgulos em̄ eq̄liū lateꝝ et eandē aut eq̄lem
baſi, habentes, equales eē neceſſe eſt. Ducantur pter
ea catheti ab angulis triangulorum c. d. f. ad. e. pun
ctum recte. a. b in plano conſtitute nubis qui ſint. c e
d. e. f. e. quos probant equales. Nam in equalib⁹ tri
angulis in vno plano ad rectum. a. b. omnes in ſigno
e. copulantur. Eſt igitur circulus cuius centrum eſt
e. vtpote. a. quo omnes recte ad circundantem line
am educte ſint equales de quibuſlibet enim aliis li
neis eodem patere poteſt iudicio: ꝛ in a. poniṫ ocul⁹
in. b. ſol. Et (vt dictum eſt) intelligenda ſunt cōtinua
ſpecula parua (quia conſequentia) videntur vnum
facere, et in vnoquoq videtur ſol vt albus, et circa
extrema magis nigredo, quia album ſit iuxta poſi
tum. Et ſepius circa lunam quam ſolem fit halos, nā
ſol feruore ſuo materiaꝫ diſgregat et diſpergit. quā
neque diu conſiſtere permittit: et circa aſtra eadem
de cauſa: ſed nube exiſtente debili et infecunda: vn
de fit vt ea non ſignificent que ſolis: et lune corone,
ſꝫ ſerenitatē potius indicant. De halo hec dicta ſint.

## ❡ Caput quartum

QUartum capit cōtinet q̄t
tuor iridis accidentia, iridis genera
tionem, quattuor iridis, et halo diffe
rētias, iridis colores. quo pacto due
ſimul apparentes irides ſuos colores
repreſentent. Et quod xanthus colos

non ſit a puniceo alius. ¶ Quattuoꝛ iridis acciden
tia. Pꝛimum nunquam iris conpletus, et integer ē
circulus, neq̄ deciſio ſemicirculo maioꝛ. Secundū
Sole oꝛiente aut occidente videtur arcus maioꝛ,
et quanto ſol magis eleuatus fuerit, minoꝛ. Tertiū
Poſt autumnale equinoctium bꝛeuioꝛibus exiſten-
tibus diebus qualibet diei hoꝛa apparere poteſt ar
cus. In longioꝛibus aūt diebus circa meridiem non
apparet. Quartum. Non contingit plures duabus
in coloꝛum poſitione differentes iridis fieri, et earū
vtraq̄ tricoloꝛ erit: eoſdem ſecundum numerū co-
loꝛes habens: pūniceū, viridē, et purpureū e diuerſo
tamen poſitione reſpondentes, et alterius exiſtunt
ſubobſcurioꝛes. ¶ Iridis generatio. In rorida nu-
be e regione ſoli oppoſita radij ſolis refringuntur: ꝛ
imaginem ſolis male expꝛimunt, redditurq̄ viſibꝰ
noſtris tricoloꝛ conſpiciendus arcus: qui iris nuncu
patur. Sunt enim (vt dictum eſt) illa ſtillandi pꝛoxi
ma rorida, vt parua ſpecula, que rei coloꝛem, et non
plane figuram repreſentant. Et quod ab ipſis radij
viſiui refringantur: multa ſunt indicia, qꝛ viſus ab
omnibus coꝛpoꝛibus planis (qualia ſunt aer et aq̄)
refingi videtur. Ab aere quidē, quia hanc ob cau-
ſam antiphonti ſemper videbatur precedere idolū
ad ſe conuerſum: id enim faciebat refractio, et vi-
ſus debilitas, vt ei aer ſpeculū fieret. Et hanc iteꝝ
ob cauſam nauium trabes, curuioꝛes, groſſioꝛeſq̄,
in mari ſe monſtrant, et flantibus euris, rerum maio
res moles, et ſol et aſtra oꝛientia et occidua maioꝛa
videtur q̄ caligines et vapoꝛes medij viſiuos fortiꝰ
frāgāt ꝛc. Qō ſi aer radios ꝛ diſpgāt aerea illa coꝛ-
poꝛa cfringāt multo fortiꝰ aq̄ retrigere ꝑmāifeſtū ē
¶ Quattuoꝛ iridis et halo differentie. Dfiert pꝛio
iris ab halo, q̄ iris ſemper fit ex ſolis aut aſtri oppo
ſito halos aūt ſub aſtro. Scdō, iris nigrioꝛ halos, at
fulgidioꝛ atq̄ albioꝛ apparet. Fulgidum enim per
nigrum aut in nigro conſpectum, puniceum apparꝫ
viridia enim ligna multum fumum candide flamme
miſcentia, ignem oſtendunt rubeum et ſol per fumū
et caligñē viſus: ſe puniceum oſtendere videtur qua
lis et pꝛima iridis refractio conſpicitur, cum a par-
uis roridis guttis fit refractio. ¶ Tertio. Quia cir
ca ſolē halos non tanta cōſiſtit moꝛa, quanta arcus,
ex ſolis oppoſito poteſt. nā ſtatim ſoluitur aut pluit:
¶ Quarto. Quia iridis ſimilitudo circa lucernas
flantibus auſtris apparet: circa remos rorantes, aſ-
pergentes aquas, et ſi quis māue regione ſolis vm-
bꝛoſo loco ſubtiliter aquas aſpergat et irroꝛet: Et
potiſſimum purpureum coloꝛem habet, et non puni
ceū, et hoc rarioꝝ refractione euēit, et paruule gut-
te fiunt ſpecula, non autem hoc pacto halō effingi cō
tingit. ¶ Iridis coloꝛes. Tricoloꝛ his appꝫt punice
um habens coloꝛem, q̄ fulgidum in nigro aut per ni
grum conſpectum, tale appareat. Uiridem vero,
quia radius pꝛotenſus magiſq̄ fit vmbꝛe particeps
et nigrum vt negatio quedam eſt, cuius multa ſunt
indicia. In deficiendo enim viſu nigrū apparet, et
hinc euenit vt omnia a lōge viſa, nigrioꝛa appareāt
minoꝛa et plānioꝛa, et in ſpeculis imagines, et nubes
in aqua, ſe pꝛebent intuentibꝰ nigroꝛes, nec iniura,
Nam pꝛopter refractionem pauco debiliq̄ aſpiciū-
tur radio. Et plerūq̄ accidit nubē q̄ ꝓpe ſolē exiſtit
reſpicienti, nullū apparere coloꝛem ſꝫ in conloꝛatā
nubē videri, eandē aūt in aq̄ ꝓſpicienti: aliquē colo-
rem iridis ſe putare videre. Eſt itaq̄ notū: radium
fractum ꝑꝑ debilitatē nigrioꝛē videri, et albū minꝰ
tādēq̄ ꝑductū iri ad nigrū. Hinc qui radiꝰ foꝛtioꝛ
pūniceū hēbat coloꝛē debilioꝛ factꝰ ꝑmutat̄ i viride q
et iteꝝ debilioꝛ aditi purpureū, que alurgē dicat. ali
orū. n. coloꝛē inſenſibilis ē ꝑmutatio. Hic iris trico-
loꝛ ꝯſpicitur. ¶ Quo pacto due ſiil appꝫentes irides
ſuos repſentent coloꝛes. ¶ Cum due ſiil fiunt irides,
debilioꝛ foꝛtioꝛis eſt imago. Quo fit: qꝛ debilioꝛ ex
pꝛie refractione, debilioꝛiq̄ radio exiſtat, et oppoſi
tos: et ſcdā poſitionē e diuerſo locatos coloꝛes hēs,
vt pꝛie ſint puniceus, viridis purpureus, et ſcde, pur
pureus viridis, puniceus. Et quādo tres apparent,
tertia vſq̄ adeo debilis eſt, vt vix dideri qāt. nam ex
ſcdā debilitato admodum radio ea naſcit̄ refractio,
poſitos coloꝛes pꝛime cōmuniter hēs, puniceū viri-
dem, purpureū. ¶ Et pter aſſienatos coloꝛes aliū ap
parere credunt quē xanthum dicunt: nos aūt flauū
dicere poſſumus, q̄ coloꝛ ē punicei viridiſq̄ medius
Uerū alius ab aſſignatis nō eſt, quo minus iris trico
loꝛ dicatur: ꝑꝑ. n. pubicei et viridis iuxta poſitionē
apparet. nam puniceū iuxta viride ſitum, alboꝛis fla
uiticiq̄ eſt emulum. Et ex iuxta poſitione tales fie-
ri repꝛeſentationes multa ꝓdunt̄ indicia. Pꝛio, qꝛ
nigerrima nube exiſtente facte iridis xāthus coloꝛ
potius q̄ puniceꝰ apparet, ex foꝛti nubis obſcuratio
ne, et coloꝛis viridis iuxta poſitiōe. Facit. n. circuit-
tans nigrū, qō puniceū ē albeſcere: apparereq̄ flauū
Scdō. qꝛ cū ſoluit̄ iridis pūniceū, nubes alba iuxta
viride ꝑmutat̄ in xanthū. Tertio: qꝛ hāc ob cāꝫ i iri
de lune xanthꝰ coloꝛ vel maxime apparet. Huiꝰ cū
cā eſt obſcura nubes, et noctis opacitas, apparetq̄
valde alba. Quarto qꝛ hanc varietatē lꝫ plane ꝯſpi
cere in texturis: cū varij coloꝛes iuxta ſe inuicē ite-
xūt̄, plerūq̄ ex ſitu, et iuxta poſitiōe alteriꝰ coloꝛis
apparentiā faciūt: ita quoq̄ ꝛ in floꝛibꝰ. Hinc fit vt
ad lucernā operātes, in varioꝝ coloꝝ lāis lepiꝰ pec
cent, coloꝝ ꝓ coloꝛe accipientes: ꝛ in nocte legētibꝰ
floꝛes idē accidit, vt floꝛes ꝓ floꝛibꝰ legāt dici parꝫ
Eſt itaq̄ tricoloꝛ iris, nec hoc ipedit xāthi coloꝛꝭ ap
parentia.

## ¶ Caput quintum.

Quintū caput cōtiet q̄nq̄
iridis ꝓprietates. ¶ Pꝛia iris e cir-
culi ꝑtio nūq̄ ſemicirculo maioꝛ. Et
qō ſemicirculꝰ appꝫeat, hic liq̄re pōt.
Poſito. n. hoꝛizōtis noſtri heiſpherio
c, ꝛ hoꝛizonte circulo a b cētro ſoliſi
occidente b cētrū iridis erit in oꝛientis pūcto oppo
ſito vt a q̄re ſola medietas ſupꝑ hoꝛizōtē a b i heiſphe-
rio c relicta ē, et vbicūq̄ fuerit alibi ſol ſupꝑ hoꝛizon
tē erit iridis centrū ſub hoꝛizonte, q̄re vbicūq̄ alibi
ſole exiſtēte, iris ſemicirculo minoꝛ appꝫebit. Scdā.
ſole exiſtēte in oꝛtu et in occaſu, maxima q̄ fieri pōt
ꝑcreat̄ iris. Tertia, Quāto ſol ſupꝑ hoꝛizōtē altioꝛ aſ
cenderit, tanto minoꝛ apparebit arcus. vnde fit: vt
ſole meridianum tenente, quam fieri poteſt euadat
minimus. ¶ Quarta. Poſt autumnale equinocti-
um iridem omnia hoꝛa ſe, demōſtrare contingit.
¶ Quinta, Circa eſtiuas verſiones non cōtingit iri
dem in meridie apparere. ¶ Et omnia hec mathe-
maticis rationibus Ariſt. oſtendit q̄, qꝛ dificultatem
et laboꝛem quam plurimum habent, neq̄ capi vale
ant niſi a plus quam mediocriter eruditis, et in ele-
mentis geometricis, ꝛ perſpectiua diſciplina, appo
nere ſolēt alterā, quam qꝛ nihil eoꝛum q̄ Ariſt. ni
tendit ſonet, neq̄ vitio careat, conſulto relinquimus.

## ¶ Caput ſextum.

Sextum caput cõtinet cauſas virgarum, et pareliorum, eorum generationem, pareliorum accidentia, et breuez eorũ q̃ duplici halitu in terra gignũtur, expeditionẽ. ¶ Virgarum et pareliorũ cauſe, vt halo: et iridis. ¶ Virgarum et pareliorum generatio. cũ nubes fuerit irregularis, hac denſior, illac rarior, hac magis aquoſa, illac minus, refringitur radius ſolis, et p multas nubis partes radĳ porecti videntur ſpeculis colorem et non figuram repreſentantibus, hicq; cadentibus, ſtilis radĳ, virge dicũtur, qui iridis colores nunc puniceum nunc xanthum, viridem purpureuz (remiſſiores tñ quam in arcu) imitantur atq; repreſentãt. ¶ At parelius apparet nube dẽſa continua ad latus ſolis exiſtẽte ꝓpinq̃ vt in aquã cõuertatur, non dũ conuerſa, in qua ſol fracto radio obdebitant denſitatẽ, regularitatẽ et continuitatem, ſuam efformat ſimilitudinez, quemadmodũ in aere poſito: hec aũt ſolis ad eius latus imago: parelius nũcupatur. ¶ Pareliorũ accidentia. Pareli⁹ apparet alb⁹ et hoc quidem ideo eſt, quia ſol albus eſt. Parelius magis q̃ virge, aq̃ ſignum eſt. Nam pareliorũ nubem magis ad aquam parari oportet, et maxime quidem auſtralis aquoſus eſt. Circa ſolis ortum et occaſum fiunt parelĳ, neq; e regiõe ſolis vt iris neq; ſub ſole, vt halos, ſed ad lactus, iridẽ et virge. Neq; admoduz prope ſolem fiunt. Naz nubis conſiſtentiã diſſolueret, neq; penitus diſtantes, hoc enim refractionis eſſet impedimento longius enĩ protenſus radius a paruo ſpeculo, fit debilis hinc neq; halos fit ex aſtri oppoſito. Ad latus igitur ſic diſtãt vt ſol nubis conſiſtentiam di ſoluere nequeat: multuſq; ad ipſos ſimul veniat radius. Neq; fiunt in medio celi, q2 radius ſurſum diſpergitur, neq; ex latere medĳ celi, nã radius ad terram fertur⁹ et paucus ad ſpeculum ptingit, fitq; reflexio debilis. ¶ De ĳs itaq; que ſupra terre eminẽtia ſpectacula p̃bent que, ſint et quot ſint determinaſſe videmur. Determinare reliquũ eſt de ĳs que intra terram ex duplici ſecretione, id eſt exhalatione, et vapore pariuntur. Sicut enĩ illa duplex eſt ita ſub terra duas corporum differentias efficit: foſſilia ſcilicet, et metallica, Foſſillia autez ſunt vt lapides illiquabiles, cadmia, chryſo colla, vernix, ſulphur: pluueres colorati, et ex his congeſtum vemini um quod cinnabarin nonnulli vocant, et conſimilia quib⁹ exhalatio terreſtris atq; ſicca ortũ preſtat, vt vaporoſus halitus metalicis corporibus, vt ſunt aurum argentum es, ſtannum et ferrum cogẽte atque denſante frigore. vt fit in rore, gelu grandine, et niue. Hinc euenit vt queeunque in metella conſtringãtur atque durẽſcant, ductilia aut liquabilia ſint vtes aurum atq; ferrum ductilis ſunt nature. Fit item: vt nonnulla ſint vt potentia aqua nec iniuria profecto, quando quidem eorum materia aqueus halitus fuerit. Sz tunc neq; aurũ neq; es erant, ſz in cõcretione atq; gelatiõe ſicca admixta exhalatione, vnũquodq; ſue nãe moderatricẽ accidit ſpẽz. Qua pp oĩa metalla (vno auro excepto) igniũtur. nã oĩa (dẽpto auro) igni ſiccũ ſpiritũ exhalabilẽ p̃ſtãt. Sz cõmuniter hec dicta itelligãtur ſingillati aũt de vnoquoq; exq̃ſitã determinationem facere alius exigitur locus.

## ¶ Queſtiones magiſtri petri ſpinoſa ſuper tertio libro metheororum.

Queritur primo vtruz omnis radi⁹ viſualis frãgatur in occurſu medĳ denſioris: vel rarioris de hac queſtiõe nihil volo dicere: quia illam tractaui proſequendo de luminoſis.

Queritur ſecundo vtrum radius in occurſu medĳ denſioris frangatur a perpendiculari: et ĩ occurſu rarioris frangatur a ꝑpendiculari. De hac ẽt tractaui loco citato.

Queritur tertio quomodo cauſantur colores ĩ iride: ad q̃d dr̃. q cauſantur hoc modo: q quãdo aliqs radi⁹ eſt fortior tãto minus ſe reflectit et facit rem apparere obſcurã: et quanto ille radius eſt debilior tanto magis ſe reflectit: et appet res ſplẽdidior: q̃d apparet p ea q̃ diximus in libris de celo de macula lune et, q2 in nube rorida eſt fingendus vn⁹ radi⁹ q trãſeat p centrũ nubis ille q̇dem ſic tranſiens non cauſat colorẽ: q2 non fit reflexio, et ali⁹ radius: eleuat⁹ et magis obliqu⁹ facit ꝓpter appropinquationẽ ad ꝑpendicularẽ paucam reflexionẽ: et apparet color alurgus: poſt alius radius magis obliqu⁹ min⁹ penetrat: et magis ſe reflectit et facit colorẽ viridẽ: ſupra vo ſunt radĳ debiliores et magis ſe reflectũt: et faciũt colorẽ puniceũ.

¶ Hic tamen eſt dubium cur cum apparent due irides colores iridis inferioris ſunt trãſpoſiti ad colores yridis ſupioris Dico ad hoc cãz eſſe: q2 oĩa que videntur intra cõfluentiam radiorũ videntur alio mõ q̃ ſint ſuperiora in inferiori pte et ecõuerſo: ſed que videntur intra cõfluentiã radiorũ videntur eo mõ quo ſunt et eodez ordine coloris iridis inferioris cum videntur intra cõfluentiã rariorum videntur eo modo quo ſunt colores vero ſuprioris yridis cum videantur extra cõfluentiam radiorũ videntur alio modo q̃ ſint.

¶ Queritur hic quomodo probatur q yris ſit circularis figura. Ad q̃d reſpondeo: q ſi non ſit impedimentum. vel impedimenta: tunc yris dz apparere ſm circuli ꝑipheriam probatur: quia ſi non: tunc propinqui⁹ vel remotius pſit radĳ incidere: et reflecti ad oculũ q̃ ſit punctus. m. et hec ꝯña patet: quia ſi õn propinqui⁹: nec remoti⁹: tunc erit figure circularis: et hẽtur ꝓpoſitum: et ſic erit alia figura aliqua pars magis elongatur et aliq̃ min⁹ ab eodem puncto vt pz inductiue in ſingulis figuris aliĩs a circularibus: ſed ꝯñs probatur eſſe falſum: ſ. q propinquius,: vel remoti⁹: q2 iam hoc eẽt contra tertiã ſuppoſitionem: q2 ab eiſdem punctis puta. h. k. alie linee in eadem ꝓportione ſe habentes cõcurrerent q̃d impoſſibile eſt et aſr probatur falſitas: quia ſtatiz ſi propinqui⁹ anguli incidentie et reflexionis nõ eẽnt vndiq; equales q̃d eſt cõtra quintã et vltimam ſuppoſitionẽ: ergo cũ non poſſint ꝓpinqui⁹ nec remoti⁹ incidere: ſeqtur q vndiq; p equalẽ diſtantiam: ducta linea recta a puncto. m. ꝑpendicularitate ſuper. h. k linea in continuũ: et directũ protracta vſq; ad. p. q̃ ſit. m. a. ſm quantitatẽ linee. m. o. deſcribatur circulus: cui⁹ circũferentia per oĩa loca fractionũ: vel refractionũ trãſibit: g ſeqtur q talis reflexio. l. refractio que ẽ iris fiat ſz circulũ. l. ſz ꝑipheriã circuli ſi nõ ſit impedimentum: et illud eſt quod volumus.

¶ Nunc ergo cõtra modũ Ariſto.
demonſtrãdi arguit, q2 poſito φ guttule remotiores
eſſent a latere φ ſuperiꝰ a qbꝰ radij incidẽtes ſm eq̃
les angulos reflecterent ſicut incidũt: et ſic ſilr eq̃lr
ſicut in guttulis ſuperiorib9 plꝰ ꝓpinquis: tũc lõgio
res linee ꝓcederent a ſole, ⁊ ſm eũdẽ oculũ reflecte
rent, vel redirent, q2 ineq̃litas lineaꝝ hoc nõ ĩpedit,
nec ineq̃litas anguloꝝ incidentie, nec reflexionis in
diuerſis ſpeculis, qδ pꝫ ꝑſpectiue: q2 in ſpeculis ꝓpinqs ⁊
remotis poſſumꝰ eũdẽ ſolẽ videre ꝑ diuerſos radios,
ergo ẽt in guttulis ſiccũ ſint tanφ ſpecula. Jtẽ portio
lineaꝝ. ſcꝫ. linee. h. m. ad. k. m. vel aliaꝝ lineaꝝ, nihil
facit ad eq̃litatẽ anguloꝝ incidentie: vel reflexionis
in diuerſis ſpeculis, ſi ſuperficies ſpeculorum ꝯcaue
vel ꝯuexe non ſint eq̃les. Jtẽ non ꝓbatũ ẽ φ hoc fiat ꝑ
lineas rectas a ſole ꝓductas ſup guttulas, nec qδ fi-
at ꝑ fractas, q2 ſi ꝑ fractas vt vr̃ patere ex priorib9
ꝙonib9: tunc nulla eſt demõſtratio Ariſt. et ſi ꝑ lineas
rectas, hoc non põt poni, q2 refrangerent ꝓpter ae
rem qui eſt denſior igne: nec ſunt in eadem circunfe
rentia ſol et ſummitas iridis: ideo circuli magni cir
cunferentia nihil facit ad ꝓpoſitum item eodem mõ
argueretur φ nihil deberet rubedo: vel albedo: ſm
figuram circularem apparere: ſicut argumentuꝫ eſt
de iride. ¶ Jtem non probatum eſt: φ h m linea q̃ſi
circa axem h k circunducitur veniat ad oẽs termi-
nos refrationum: et φ ibi ſolũ debeat apparere yris
et non ꝓpinquius: nec remotius per dictas cauſas
Jtem conſimiles ꝓportiones: vel equales poſſunt eẽ
linearum longiorũ ſicut breuiorum: ⁊ ideo iſta ꝓpor
tio linearum nihil facit ad ꝓpoſitum: Jteꝫ nos vide-
mus in multis alijs experientijs colores yridis appꝫe:
et non ſm figuram circularem: ſicut appꝫt in fumis
ſudantium et in anhelitu in hyeme diffuſio contra fe
neſtram quadratam iuxta potentiam vmbre. et ſimi
liter dimittendo anhelitũ in radio ſolari tranſeunte
per foramẽ: et in multis talibus vbi tales apparent
ſiue arcu et circunferentia. ¶ Ad iſta oĩa poteſt dici
probabiliter: φ hunc ꝓceſſum de yride ꝑ modum de
monſtrationis non fecit: ſed quidam araves poſue-
runt: quia iſta noua tranſlatio ab arabico fuit traſla
ta in latinum: et arabici expoſitores: ſicut alexãder
in commento ſuo loquitur ſolum de hac demoſtratio
ne et non alijs: ⁊ in antiqua traſlatione boetij nihil de
hoc proceſſu iuenitur que fuit de greco in latinũ: ſꝫ
ſolum habetur δ circulo vario: quidem apparere di
uerſi coloris: et hoc idem vult vitulo in decima perſ-
pectiue ſue: φ ſine talibꝰ lineis debet apparere: ſicut
Ariſto. in litera noue tranſlationis tꝫ: omnia melius
probari poſſunt: et forte iſta non pñt ſufficienter de
mõſtrari vbi falſigraphus ſemper locũ inueniat co-
pioſum fugiendi: niſi experientie ſenſuales ꝑmittãt
tanφ principia: et illa non ſunt δmõſtranda nec poſ-
ſunt demoſtrari: et q2 vt per experientiam videmus
yridem fieri ſm portionem circuli: vel circunferen-
tie: ſicut videmus grauia non impedita deſcendere
hoc non eſt demoſtrandum: nec demoſtrabile: ſaltẽ
per ea que in litera cõtinentur.

¶ Circa materiam de yride nota φ
ſemper tpe apparitionis yridis neceſſe eſt centrum
ſolis et centrum orizontis et centrũ yridis de polos
eiuſdem eſſe in eadem linea recta: ita φ in genera-
tione yridis eadeꝫ linea tranſit per centrum ſolis: ⁊
per centrum oculi quod eſt centrum orizontis ꝑ cen
trum yridis et ꝑ ſolos eius quod declaratur ꝑ expe
rienciam. Nam quanto ſol deprimitur verſus orizõ
tem tanto eleuatur polus: et centrum yridis ſupra
orizontem: et quanto ſol eleuatur ſupra orizontem
tanto deprimitur centrum yridis et polus eius ſub
orizõte. ¶ Ex his harũ: intendit duas regulas. Pri-
ma regula eſt vbicũqꝫ ſol non poteſt eleuari ſup ori-
zontem per. 42. gradus ibi omni hora diei artificia
lis poteſt apparere yridis portio: q2 tunc poteſt eſſe
aliqua portio yridis ſupra orizontem ex quo ſemi-
diameter yridis eſt: q2 graduum vt eſt inuentum ꝑ
aſtrolabium et quadrantem. Secunda regula vbi-
cũqꝫ ſol poteſt eleuari ſupra orizontem pluſφ ꝑ. 44
gradus in die artificiali ibi non omni hora diei po-
teſt apparere yris vel aliqua portio eius: eo, φ poſt
tantũ eleuationem erit centrum yridis et polus eiꝰ
per. 44. gradus: et amplius ſub orizonte: ergo cuꝫ
tantum et non amplius contineat ſemi diameter yri
dis ſequitur φ punctꝰ altiſſimus eius ſit omnino ſub
orizonte et conſequenter nihil eius videtur.

¶ Ex predictis ſequitur primo, φ
ſub equinoctiali non põt apparere yris per tres ho-
ras prope meridiem patet: q2 in qualibet hora ele-
uatur per. 15. gradus: ergo in tribus primis horis
oritur per. 45. gradus et per conſequẽs poſt tertiã
horam eſt ita altus quod non poteſt apparere ali-
qua portio yridis conſimiliter eſt añ occaſum ꝑ tres
horas: et ita habetur φ ſub equinoctiali ꝑ. 6. horas
diei artificialis non põt aliquid videri de yride: ſed
bene per tres horas prope ortum: et per tres prope
occaſum. ¶ Secundo ſequit φ exiſtentibus ſub tro
pico eſtiuali non põt omni hora diei appare yris: q2
ſol eis eleuatur pluſqꝫ per. 42. gradus prope meri
diem conſimiliter dicat ſole exiſtente in zenith capi
tis alicuius ciuitatis: φ non poteſt aparere tunc iris
habitantibus in illa ciuitate: q2 tunc eſt directe po-
lus yridis et centrum in angulo noctis. ¶ Tertia ſe
quitur φ ſub polo mundi omni die et hora poteſt ap-
parere yris: q2 non eleuatur ſol vltra. 24. gradus et
ſimiliter eſt de habitantibus prope ſoleꝫ ad. 18. gra
dus: quia nũφ eleuatur illis ad. 42. gradus: habitã
tibus aũt inter tropicun et predictum locum qui eſt
18. gradus prope polum poteſt in aliquibus diebus
hyemalibus: et in aliquibus diebus eſtatis non põt
apparere ad meridiem et plus aut minus ſm φ ha-
bitatio eſt propinquior tropico aut polo. ¶ Quarto
ſequitur φ ab equinoctio autũnali vſqꝫ ad equinocti
um vernac poteſt in quacunqꝫ die hora nobis habi-
tantibus in. 5. climate yris apparere: quia tunc ſol
non poteſt accedere ad zenith capitis noſtri per. 42
gradus.

¶ Queritur an irides apparẽtes cir
ca cãdelas ſint apud lucernas anni oculis credit fir
miſſime illas yrides apparentes prope lucernas fie
ri tantuꝫ apud foraminẽ vue quod experientijs demõ-
ſtrat: q2 non apprerent iſte yridis niſi hubentibus o
culos debiles: ergo apparent in vaporibus egredi
entibus ab oculo: quia vt dicit phs. 3. metheo: quem
dam antifontem ſepe vidiſſe faciem in aere eo φ ab
oculis tranſmigrarent vapores in aerem qui poſſũt
reflectere radios ad oculum et confirmatur: quia ſi
prope candelam eẽt locus vbi fieret illa yris ſequit
φ talis yris non deberet apparere tota integra ſiui-
deretur flãma candele per foramẽ paruũ: aut ſi me-
dietas flãme cooperiretur.

¶ Notabis preterea pro cõplemen

co huius materie de yride illam propoſitionez can•
tuarienſis ad calcez ſue perſpectiue yris cathacliſ•
mum excludit ideſt magnum diluuiũ aquarum. Nã
yris cauſat in nube rorida dilatata ad modũ roris
qui non ſolz apparere cum magna pluuia.

¶ Circa materiam de halo nota, ꝙ
vapor in quo apparet halo ſicut dicit magiſter thi•
mõ non debet eſſe quadratus: qꝛ radij ingredientes
illum vaporem frangantur a perpendiculare et e•
gredientes vapore verſus celum a perpendiculare
ex quo magis et magis diſtabãt: ergo nũꝙ cõcurrẽt
ad oculum: ſed quando apparet halo debent eſſe
plures ſpherule roride in quibus vt dicit Cantuariẽ
ſis tertia parte perſpectiue radij qui primo frangũt
ad perpendiculare ex alia parte debent rurſum frã
gi a perpendiculari vniunt et ſic dicit magiſter thi•
mõ tertio metheoro: ſup iſta materia ꝙ ſumpto vri
nali pleno aqua radij ſemel fracti ad perpendicula
re egreſſi ex illa parte fracti a perpendiculari vni•
ti comburũt et hic halo apparet in pluribus ſpecu•
lis roridis radijs ex alia parte ſe vnientib⁹ ad oculũ
poteris de hoc videre figuras in thimone.

## ¶ Liber quartus meteororum.

Quartus liber meteo•
rorum Ariſtotelis duodecim
capita complectit. Primũ no•
uem concluſiones, duas ratio•
nes ad primã, et quattuor co•
rollaria ad tertiam. ¶ Prima
concluſio. Quattuor qualita•
tũ que principia ſunt et differẽ
tie elementorum (vt alio loco
determinatum eſt) et ſecundum quaruz coniugatio•
nes quaternarius elementorum ſumitur numerus,
due calidum ſcilicet, et frigiduz, actiue ſunt due vo
humidum et ſiccum, paſſiue. ¶ Quod caliduz et fri
gidum actiua ſint, et humidum et ſiccum paſſiua, ex
his primo poteſt eſſe manifeſtum, quod calidum, et
frigidũ terminant, copulant, permutant, et tam hõ
genea ꝙ heterogenea nunc humectãt, nunc ſiccant,
nũc mollificant, nunc vero cogunt et indurãt, hec ãt
ſunt agere. Et humidum et ſiccum terminantur, co•
pulant, permutant, humeſcunt, ſiccãtur, mollificant
coguntur ꝙ atꝙ durant hec aũt ſuſtinere, eſt pati.
Sunt igr calidum et frigiduz agentia, humidũ vo
et ſiccum patientia. ſcḋo hoc idem ex eorũ diffinitio
nibus ẽ manifeſtum, Nã calidũ eſt qḋ diſgregat he•
terogenea, et congregat homogenea. Diſgregare
aũt heterogenea, et que diuerſi ſunt gẽeris et ſimili
ter congregare ea que ſunt eiuſdem tribus et gene
ris, eſt agere, Et frigidum eſt qḋ congregat ethero
genea et homogenea: ſunt igr agentia calidũ, et fri
gidum Et humidum eſt qḋ facile alieno terminabi•
le eſt termino, ſiccum vero contra, qḋ alieno difficile
terminat claudit ur ve tr̃o. Terminare aũt pati eſt.
Sunt igr humidum et ſiccum paſſiua. Eſt itaꝙ ma•
nifeſtum, harꝫ quattuor qualitatũ quas et quarꝫ cõbi
nationes ſumit oĩa numeruſꝙ elementorꝫ, duas cali
dum et frigidũ actiuas eſſe, et duas humidum et ſic
cum eſſe paſſiuas. ¶ Scḋa. Simplex et nãlis gño,
cur nãlis corruptio oppoſita eſt, harꝫ qlitatuz eſt op⁹
¶ Nã ita et animalia, et plãte, et ipſorꝫ pres generãt
Cũ.n. he qlitates rõne contẽpamentiꝙ vniuſcuiuſꝙ
nature aptã in ſubiecta mã habeant, ab hiſce virtuti
bus ſimplex et naturalis proficiſcitur generatio, ab
his quidẽ agẽdo ab illis aũt patiẽdo. Permutãt eñ
et generant calidum et frigidũ cũ materiam obtine
ant: cũ vero parti nõ obtineant, incoctio indigeſtiꝙ
fit quedam. Et igr ſimplex et naturalis generatio,
harꝫ qualitatum opus. ¶ Tertia ſimplici et naturali
vniuſcuiuſꝙ rei generationi, maxime et cõmune cõ
trarium putrefactio exiſtit. nã oĩs ſcḋz naturam cor
ruptio hac via procedit, quod ſenectus et vetuſtas o
ſtendunt. Unũ quodꝙ.n. natura conſtãs putredine
finem ſuũ conſequitur niſi violentia corrumpatur, vt
nihil prohibet et carnem, et os et vnũquodꝙ putri•
bilium cũburi, et hoc pacto ſine putrefactione corrũ
pi, que ſuapte natura putrefactione ſuum finẽ nanciſ
ci nata ſunt. ¶ Primũ correlarium: hic fit vt que pu
treſcunt, prio humida appareant, et deinde ſicca.
¶ Nã cõpoſitum his terminatum erat terminantib⁹
quidez calido et frigido, cũ aũt corruptio fit que ter
minantur, ſuis terminantibus preualere incipiunt,
et humidum ſuo quoquo pacto continente ſuperato,
ſe diſſociat, qḋ diſſociatũ facile reſolubile tandẽ ſic•
cum relinquit. Et cũ ſcḋz partem compoſitum putreſ
cit, hec putrefactio particularis, et ſecũdum partẽ
dicitur cũ autem ſimpliciter et totum putreſci, ꝛ ea
putrefactio ſimlr et tota dicatur. ¶ Scḋm. Ex his
item notum eſſe põt, omnia preter ignem quodãmo
do putreſcere poſſe. ¶ Etenim et aer: et aqua, et ter
ra putreſcunt, de perfectis aũt mixtis nulla ſurgit,
ambiguitas. Ignis aũt ſolus non putreſcit, cũ maxi
me actiu⁹ ſit, ꝛ vt aliorꝫ forma, aer.n. ꝛ terra ad ipz ſe
ſe habent vt materia, at putrefactio a qualitatibus
paſſiuis naſcitur. Et eñ putrefactio, in vniuſcuiuſꝙ,
humido proprie et ſecundum naturaz caliditatis cõ
ſumptio ab extranea caliditate vt ambientis et cir•
cundantis facta. ¶ Tertium. Fit iterum vt propria
frigiditas cum calore extraneo, putrefactionis cõ•
munis cauſa habeatur. Nam quod putrefacit, prope
caliditatis indigentiam ſuſtinet et defectum. Om•
ne autem tale, frigidum, et interna eo valentior fri•
giditas habetur, ꝛ ſi quod natiui caloris reſidui fue
rit, exterminat aut exterre circũdantis caliditati
coadiuuat. Cum extero igitur calore propria frigi•
ditas, putrefactionis cõmunis cã habetur. ¶ Quar
tum. Quapropter demum aduenit, vt ſicciora tãdẽ
euadant putrefacta omnia fiantꝙ deniꝙ fimus, pul
uis atꝙ terra. ¶ Naz proprio exhalato calido, pro•
prium et ſecundum naturam euaporat, humidum.
Non enim natiu⁹ calor adeſt ipſum retinens, imo vo
ipſa ſecundum naturam caliditas expirare coacta,
ipſum ſecum rapit trahitꝙ. Nil mirũ igitur ſi putre
factum proprio conſumpto calido: et humido ſiccuz
maneat: et fimus: puluis, et terra tandem euadat.
¶ Quarta. Res minus in frigore quam eſtu putreſ
cere ſolent. ¶ Nam in frigore, vt tempore brume,
pauc⁹ in ambiente aut aere aut aqua calor inexiſtit,
quare propriam caliditatem eorum que tabeſcere
poſſunt, conſumere nõ valet, ſine quo putrefactio nul
la parari poteſt. In eſtu autem, vt eſtiuo tempore:
multus in continente calor habetur, huiuſmodi diſ•
ſolutionis faciende potens res igitur in frigore quã
eſtu (et non ab re quidem) minus putreſcere ſolent.
¶ Quinta. Que frigido cõcreta coagulataꝙ ſunt
minus putria et rabida fiunt. ¶ Nam hec nimia fri•
giditate circundantis vt aeris, debiliorem calorem
obtinere non ſinunt ſi autem nõ obtinet, corpora pu•
tredinem non admittunt. Minus itaꝙ talia putreſ

tinue. ¶ Sexta. Quod natura feruide calentiſqꝫ ſit nature, minus item putreſcit. Nam internus ille: et natiuus calor qui humidum terminat, valentior, eſt quam quem circundantis exterior, et ad exteriora trahens, diſſipare ſufficiat, minus igitur quod tale fuerit: putreſcit. ¶ Septima, que fluūt, et que mota agitataqꝫ ſunt, minus putredinis contagionem ſentiunt. ¶ Hoc enim ideo eſt qđ circundantie caloris minor fiat impreſſio, quam poſſit calor qui internꝰ propriuſqꝫ habetur, motus eniꝫ, exteriorum impreſſiones impotentiores efficit. Que igitur fluunt, et q̄ mota agitata ve ſunt, minus huiuſmodi labem ſentiunt. ¶ Octaua. Eadem quoque de cā maiora minoribus minus putreſiunt. Nam maioruꝫ maior proprius calor, ⁊ propriū frigus habetur q̄ q̄de idcirco circūſtantis corporis virtutes minus obtinere q̄unt At in minoribus proprius calor minor ē, et propriuꝫ frigus minus, ⁊ ideo illa, externa facilꝰ obtinet caliditas. Merito igitur maiora minoribus minus putreſcunt. Et hac de cauſa mare ſecundum partē diuiſuꝫ, cito putreſcit, totū aūt putreſcit nūquā. ¶ Nona Ex his que putreſcunt, vt plurimum animalia ſcaturiunt: ginunturqꝫ. Nam diſſociata caliditas, gignendi animalis nature apta, naturalis, et propria, conſtare facit ſegregata, gigniturqꝫ animal.

## ¶ Caput ſecundum.

SEcundum caput continet vnam concluſionem duas dīfinitiones earum declarationes: et vnum corolarium poſt prime declarationē. ¶ Cōcluſio. Digeſtionis ⁊ indigeſtionis ſpecies determinande ſunt. ¶ Nā ea determinare expedit, que dicte virtutes calidum ſcilicet et frigidum in natura conſtantibus humidis: et ſiccis operanť: at digeſtionē opanť et indigeſtionē. ē eniꝫ digeſtio calidi: indigeſtio aūt frigidi. Digeſtionis igitur et indigeſtionis determinande ſunt ſpecies. Digeſtionis ſpecies ſunt tres, maturatio, elixatio, aſſatio: et indigeſtionis tres oppoſite, cruditas, inelixatio, et inaſſatio. Ceteruꝫ apta non habemꝰ nomina quibus ipſas nominare poſſimus: ſed quadam ſimilitudine trahenda ſunt hec ad omnes digeſtionum et indigeſtionum ſpecies, tuꝫ in ijs que arte, tū que natura fiunt. ¶ Prima definitio. Digeſtio eſt a naturali calido in oppoſitis paſſiuis obtinendo facta perfectio. Hec enim paſſiua, humidum ſcilicet et ſiccum, vniuſcuiuſqꝫ mixtorum propria inueniūtur, ipſorum que natura ſunt materia, cuꝫ enim quicquā digeſtum fuerit, perfectum iam factum eſt. Et talis perfectionis principium: naturalis ⁊ propria exiſtit caliditas: tamen ſi enim ab externis: vt alimento, vt balneo: auxilium plerunqꝫ ſumat et vendicet, precipuum tamen eſt que interna poſſidetur caliditas. Et huius digeſtionis, natura, ſpecies, et ſubſtātia: finis eſt, vt vnumquodqꝫ tale ſit, quale optime natura, ſic natum aut maturum, coctum, aut toſtum, tunc enim vtile eſt: et digeſtum dicimus: quēadmodum muſtum digeſtum dicimus cum feces reſederint, et propria optineat caliditas: ⁊ pāos, apoſtemaqꝫ matura cum ſanies ſimul conſiſtat proprio congregante calido, quales ſunt et lachryme cum ex oculorum lippitudine inſpiſſantur, denſanturqꝫ vt limus. Et eſt: qꝛ proprium humidum obtinetur naturali calido: que quandiu nature rationem, et contemperamentum ſeruant, hoc euenit. ¶ Corolarium. Hinc euenit: vt vrine alui ſedimēta egeſtiōeſqꝫ, ⁊ omnino corpore ſuperfluitates que digeſte apparent ſanitatis ſint ſigna, Apparent enim digeſte cum proprium calorē iaꝫ in terminato humido atqꝫ ſicco obtinere inſinuēt tunc eniꝫ conſtant: et craſſiora et calidiora ſunt. Tale enim efficit laudabilius calidum ſiccius craſſius, melioriſqꝫ molis: ſuperfluum enim et innaturale reſoluit humidum. Sed quid digeſtio ſit ſatis apprimeqꝫ dictum eſt. ¶ Secunda diffinitio. Indigeſtio eſt imperfectio ob indigentiam proprie caliditatis in oppoſitis paſſiuis proueniēs. Et certe vbi proprie caliditatis indigentia fuerit frigidita eſt. Erit itaqꝫ indigeſtio a frigiditate in humido et ſicco: que vniuſcuiuſqꝫ mixtoruꝫ natura ſunt. Sed quid digſtio, ⁊ quid indigeſtio, ſatis dictum eſt: nunc autem earum ſpecies quid vnaqueqꝫ earum ſit exequamur.

## ¶ Caput tertium.

TErtiuꝫ caput continet ſex definitiones, earum declarationes, vnum corolarium ad primam, quatuor ad ſecundam, vnam ad quartaꝫ et duas ad quintam. ¶ Prima diffinitio. Maturatio eſt digeſtio circa fructuum alimenta, et ipſos fructus facta: que tunc perfecta habetur cum ſemina que aut folliculis aut pulpa circunclusa tenentur, talia ſit: vt ex ipſis aliquid, ſimile vegeſtibus ipſis gigni poſſit. Eſt eniꝫ digeſtio perfectio quedaꝫ: et alia perfecta dicimus, que q̄lia ipſa ſunt, alia quedam efficire poſſunt: et illa circa fructus maturatio, a naturali completur calido. Dicuntur et alia multa matura, quadam tranſlatione ad hanc maturationis ſpeciem, quod apta nomina nobis non ſuccurrant, quibus ipſa vocemus: vt apoſtemata matura dicuntur cum conſiſtit ſanies et a naturali obtinente calido naturalis humidi facta eſt: digeſtio. Cuꝫ enim calidum obtinet ipſum conſiſtere facit et terminat: non obtinens autem: terminare impoſſibile eſt. Et cum hoc pacto maturātur ex ſpirituoſis et aeris fit aquea, et ex aqueis terrea mox que conſiſtunt. Calor enim aerea et ſubtiliora reſoluit, et humiditatem ſuperfluant: propriam autem ⁊ terreſtria retinēs, terminat: ⁊ conſiſtere facit, ducitqꝫ in naturam. ¶ Corolarium. Hinc omnia maturationem ſabſtinentia, ex ſubtilioribus groſſiora facta ſunt. ¶ Secunda. Cruditas maturationi cōtraria eſt, et eſt circa fructuum alimenta et fructus ipſos quedam indigeſtio. ¶ Primum corollariū. Hic fit vt immaturi fructus ſpirituoſi, aquoſi, aut vtrunque ſimul exiſtant. ¶ Nam ipſorum intermina eſt humiditas. ¶ Secundum. Fit etiam vt cruditas imperfectio ſit quedam. ¶ Nam maturatio quedam perfectio eſt: erit igitur: cruditas ei oppoſita, quedaꝫ imperfectio. Et reuera cruditatis imperfectio prouenit ex natiui caloris indigentia et incommenſuratione: indebitaque ad humidum proportione, quorum neutro laborat maturum. ¶ Tertium. Fit iteruꝫ, vt que ſicco admixta non ſunt: non matureſcant. ¶ Nā que maturantur, ingroſſantur. Humida autem ſine ſicco ingroſſantur minime. Hinc aqua humidorum ſola ingroſſationeꝫ non ſuſtinet. Et accidit cruditas aut quia calidum paucum ſit, et frigidum multum: aut quia humidum terminabile ſit multuꝫ. ¶ Quartum. Quo fit etiam vt crudorum expreſſi humores ſubtiles ſint, et magis frigidi quam calidi: eſui: et potui perparum apti ⁊ conuenientes. ¶ Et ſicut ma

ſuratio multis modis dicitur, et ad multa transfert
ita ipſa quoque cruditas. Urine enim animaliū, ex
purgamenta, et pituite, crude dicuntur, quod cali-
ditas non obtineat, et quod vna pariter que non conſ
tent. Et remotius minuſque prope later et lac cruda
dicūtur quod poſſibile ſit illa a calore paſſa, permu-
tari et conſiſtere, vt induſtria fit et arte. Et ſicut aq̄
maturationem non admittit, ita neque cruditatem
¶ Nam non ingroſſatur: quamuis, forte quoquo
pacto elixationem (de qua nunc agemus) admittat.
¶ Tertia diſinitio. Elixatio eſt ſecundum totum ab
humida circunſtante caliditate interminati inexiſ-
tentis humidi digeſtio. Quod enim elixorum ſpiri-
tuoſum aqueū ve fuerit, ab eo calore qui in humido
exiſtit, coquitur, mollitur, digeriturque. Que qui-
dem elixa a frixis in hoc differunt, quod frixa ab ex
trinſeco calido patiuntur, ad ſe humiduꝫ (in quo fri
xa iacent) rapiente, et ipſum ſicciꝰ aridiuſq; redden
te: idcirco hic exterior humiditas trahitur. In eli-
xis autem non ita eſt: ſed oppoſitum euenit. Nam. a.
caliditate exterioris humidi ipſorum interius tra-
hitur humidum. ¶ Primum corolarium. Quapro-
ter elixa quam aſſa ſicciora ſunt. ¶ Naꝫ elixa humi-
dum in ſeipſa non trahunt. Preualet enim exterior
caliditas, et que foris eſt, ei que interior habet. Si
tamen aliquando preualuerit interior, ad ſeipſam,
vtique trahet. ¶ Secundum. Euenit etiam vt non
omne corpus ſit elixabile. ¶ Nam illa in quibus pe-
ne nulla eſt humiditas, vt lapides: et illa in quibus
quidem eſt, ſed ob groſſitieꝫ obtineri nequit, vt ſunt
ligna: elixationem non ſuſtinent. Eam autem ſuſtinēt
que humiditate participant, ab igneo circunſtante
feruore in humido exiſtente: bene paſſibili. Et elixa
tionis nomē ad multa transferimus quia nobis apta
deficiant nomina, vt ad aurum, lignum, lac, muſtum
et alia humida. Aurum quidem, ꝙ in humido deco-
ctum agente circunſtante calido, vim quandam in
ipſum regerat atq; transfundat humidum. Et lignū
ꝙ circunſtans calidum humorem eius ad exteriora
euocet. Et muſtum et lac, ꝙ ab exteriore calido ſa-
porem in humido exiſtentem permutent, pariantur
que aliquid quodammodo vere elixatis ſimile. Et
horum non idem finis eſt. Nam elixorum hec (vt au-
licocia, et proprie elixa) ſunt ad eſcam: et eorum q̄
translaticie dicuntur: hec (vt quedam humida) ad
ſorbitiōes ſunt: hec (vt pharmaca, quas medecinas
dicimus, et que etiam elixari dicuntur) ad ſalutem
exiſtunt: et alia permulta ad multas et varias com
moditates et vſus. ¶ Tertium. Quapropter iteruꝫ
quecunque humorem habentia, groſſiora, aut ma-
iora, aut grauiora, aut partim talia, et partim diuer
ſa circunſtante calido fiunt, aliquo pacto ſunt eli-
xabilia. ¶ Sunt enim quedam quorum pars altera
ſegregante calido ingroſſatur: et pars altera fit ſub
tilior, quomodo lac in caſeuꝫ et ſerum diſtribuitur:
et ita de pleriſque alijs. ¶ Quartum. Hinc oleum
ſecundum ſeipſum elixabile non eſt. ¶ Nam ſi purū
fuerit non ingroſſatur, minoratur, ingraueſcit, aut
aliorum quodcunque patitur. Et de elixatione et p-
pria et tranſlatitia hec dicta ſint. Et nihil refert an
artificio quodam paretur, an nature peragatur inſ-
trumentis et opificio. ¶ Quarta diffinitio. In elixa
tio eſt indigeſtio elixationi contraria in intermina-
to corporis humido, ob caloris circūſtantis humidi
defectum proueniens. Et iam diximus vbi caloris
indigentia ſit et defectus, illic frigiditatem ad eſſe
oportere: et defectus ille digeſtionis prouenit aut,
propter circundantis humidi frigiditatem: aut pro
pter elixabilis multitudinem. Tunc eniꝫ accidit cir
cunſtantis humidi caliditatem maiorem eſſe quam
vt non moueat: minorem vero quam vt regulet et cō
digerat. ¶ Corolarium. Hinc que in elixationeꝫ ſuſ
tinent, elixis duriora cernuntur. ¶ Nam elixorum
humida magis terminata ſunt magiſque remollita.
Et transferut huiuſmodi indigeſtio ad multa, ſicut
et elixatio, vt ad metalla fluida et animalia. Anima
libus enim propter immoderatum exercitium pro-
uenit vt calor ille reſoluatur exhaletque digerens.
Sed de elixatione et eius oppoſita indigeſtione, q̄d
ſint, et ob quid eueniant hactenus. ¶ Quinta diffi-
nitio. Aſſatio, digeſtio eſt a caliditate ſicca et aliena
facta vt ſi quis quod elixabile eſt nō calido humido
permutet ⁊ digerat, ſꝫ calido ſicco vt igni perficiat
digeſtio: hoc profecto non elixum, ſed aſſum eſſe di-
citur. Quod ſi amplius quam oporteat calidi ſicci,
ſubſtineat exceſſum: tunc dicitur aduſtum, et citius
aſſatio elixatione conſummatur, quod aſſatio a cali-
ditate ſicca que acutior eſt, fiat. ¶ Primum corolla
rium. Unde fit vt oſſorum exteriora ſicciora ſint in-
terioribus: elixorum autem contra: exteriora humi
diora ſint interiora vero ſicciora. ¶ Nam aſſatorum
partes propinquiores citiꝰ attingit ⁊ deſiccat ignis
et ita exteriores poros conſtringit, corrugat, coar-
ctatque, hinc humidum intus exiſtens euaporare ne
quit: ſed interius reconditur, donec pori ipſi recluſi
apertique fuerint. ¶ Secundum. Hac de cauſa ma
iore induſtria ac manus artificis ope quicquam aſſa
ri ꝙ elixari eget. Nā difficile ē quicꝙ aſſādo, ⁊ exte-
riora ⁊ interior regulariter incaleſcere, ſemper eñ
igni viciniora deſiccantur citius. Et licet elixatio et
aſſatio arte liquido facte conſpiciantur nihilo minꝰ
conſimiles natura ſpecies habentur: ſed in nomina-
te quidem ſunt: ars enim naturam imitatur. Et ali-
menti in corpore digeſtio, elixationi ſimilis ē: fit eñ
a corporis caliditate in humido. Et indigeſtio alimē
taris ſimilis eſt eius oppoſite indigeſtioni, et exteri-
oris calidi defectu paritur: nec animalia, vt tinee ro
tunde, generātur in ipſius digeſtiōis loco (vt aliqui
putauerunt) ſed ex ſecretione facta et putrefacta in
inferiore aluo: illic enim ſegregatum putreſcit: ſed
quam ob cauſam alio dicendum eſt loco: deinde ge-
nite aſcendunt ad ſuperiorem ventrem: qui locus ē
digeſtionis. Et oſſium digeſtio, ſimilis eſt aſſationi,
eorum vero indigeſtio, eius oppoſite indigeſtioni.
¶ Sexta diffinitio. In aſſatio, indigeſtio eſt aſſatio-
ni cōtraria, ex defectu calidi ſicci extrinſeci in aſſabi
li proueniens. ¶ Sic enim ſe habet inaſſatio, ad aſ-
ſationem, ſicut in elixatio ad elixationem, et huic
non eſt nomen impoſitum. Et accidit hic aſſationis
defectus aut propter exterioris ignis defectum,
aut eius quod igni vicariū ſit, aut propter ipſis aſſa
bilis humoris exceſſum. Tunc eniꝫ calor maior erit,
quā vt non moueat: minor autem quam vt digerere
ſufficit. ¶ Sed q̄d maturatio, q̄d cruditas, q̄d elixa
tio q̄d inelixatio q̄d aſſatio, q̄d inaſſatio ſatis dictū ē.

## ¶ Caput quartum.

Quartum caput continet quin-
que concluſiones, et vnum corolarum ad ter
tiam. ¶ Prima concluſio. Paſſionum hu-
midorum, et ſiccorum determinande ſunt ſpeci-
es. ¶ Nam humidum, et ſiccum, corporum prim-

e ipſa ſunt paſſiua: ex quibus mixta omnia conſtant. Et queccunque magis humido natura participant, ea magis humidi natura paſſiones participabunt, que autem ſicco magis et ſicci. Et humidorum quedam ſunt actu humida, vt liquores, quedaꝫ vero potentia, vt liquabilia. Itidem ſiccorum quedam ſunt actu ſicca: vt liquabilia prius quam ſint fuſa: quedaꝫ vero potentia: vt eadem liquata. ❡ Secunda concluſio. Corpora mixtorum ex humido et ſicco ſunt terminata. ❡ Nam humidum facile terminabile eſt ſiccum vero difficile, adinuicem tamen bene. Inſpiſſantur enim, partiunturque aliquid ſimile pulmentis: et ſalſamentis: et humidum ſicco vt terminetur cauſa eſt: ſiccum vero humido vt conſtet: et ne concidat et defluat, cauſa exiſtit. Et vt paucis abſoluamꝰ vtrunque alteri vt gluten habetur ſitque naturale mixtum ex humido et ſicco: quemadmodum (vt vult in phiſicis Empedocles) aque conglutinatur farina. Mixtorum igitur corpora ex humido et ſicco ſunt terminata. ❡ Tertia concluſio. Terminata corpora minime ſine aqua et terra conſiſtunt. ❡ Nam elemētorum propriiſſime ſiccum dicitur terra humidum, vero aqua terminantur autem omnia humido et ſicco. Non igitur ſine aqua et terra conſiſtunt corpora terminata. Et quod plus terre ſecundum potentiaꝫ habuerit, magis terreuꝫ eſſe videbitur: et quod minus, videbitur et minus et: quod plus aque: magis videbitur aqueum, et quod minus, minus. ❡ Corolarium. Hinc euenit vt in aqua et terra ſolum animalia reperiantur, et non in aere et igne. ❡ Nam hec precipue ſuorum corporum ſunt materie. ❡ Quarta concluſio. Mollities et duricies terminatorū corporum ſunt prime paſſiones. ❡ Nam quicquid ex humido et ſicco terminatum eſt durum aut molle eē neceſſe eſt: durum quidem, ſi magis ſicco terminatū eſt molle autem ſi magis terminatum eſt humido. Eſt enim durum quod non cedit in ſeipſum ſecundū ſuperficiem, molle vero, quod cedit ſecunduꝫ ſuperficieꝫ in profunduꝫ, et non circunſtat pellens. Hinc aqua ipſa non dicitur mollis. Nam ſecundum ſuperficiem non cedit in profundum, ſed protinus diuiſa ipſum ambit, et circunſtat impellentem. Sunt igitur molle et durum, prime terminatorum corporum paſſiones, vt que immediate humidi et ſicci colliminentum terminationemque ſequantur. Et quoddam eſt ſimpliciter durum, quod ſimpliciter tale eſt, quoddam vero durum ad alterum, quod ad aliud tale dicitur: ita et molle diducitur. Et ſunt magis vel minus talia, ſecunduꝫ quod magis aut minus humido et ſicco ſunt terminata. ❡ Quinta concluſio. Durum, et molle ſimpliciter, determinamus tactu. ❡ Nam oīa ſenſibilia et determinamus ſenſu, at tactus in quadā mediocritate: mediaqꝫ mollis et duri ꝓportiōe cōſiſtit. Excedēs igr̄ duricie mediocritatē illā dicimꝰ dūcies vo molle, nā id mollitie medietatē excellit. Tactu igr̄ durū ꝛ molle ſimpl'r diſcernimꝰ.

## ❡ Caput quintum.

Quintum caput continet: quinque concluſiones, vnum corolarium ad primam, et vnam diuiſionem ad quartā. ❡ Prima concluſio. Omne corpus proprio termino contentū durum aut molle eſſe neceſſe eſt. Naꝫ omne tale aut tactum ſuſtinet non cedens, et durum eſt, aut tactum non firme ſuſtinens cedit, fugitque: ꝛ id eſt molle. ❡ Corolarium. Quo fit vt de coagulatione poſt apta incumbat determinatio ❡ Nam omne corpus terminatum et conſtans, duruꝫ aut molle eſt: et ſine coagulatione non terminatur et conſtat. Poſt igitur apta erit de coagulatione determinatio ❡ Secunda concluſio. Coagulatorum, liquatorum, exiccatorum, et humectatorum, varie ſunt cauſe. ❡ Nam materiam habent: preter quam et efficientem, vt cauſam vnde motus: et paſſioneꝫ vt vnde ſpecies naſcitur et forma, ruſuꝫ habent. Et efficientes cauſe (vt diximus) due ſunt, calidum, et frigidum: ꝛ paſſiones itidem due, humidum, et ſiccum. Patiunt enim corpora coagulationem: liquationem, exiccationem, humectationem, aut preſente calido id quidem faciente, abſente vero frigido: aut frigido preſente faciente: ꝛ abſente calido. Sunt igitur coagulatorum: liquatorum, exiccatorum, humectatorum que varie cauſe. ❡ Tertia concluſio. Prius de exiccatione determinandum eſſe videtur: ❡ Nam coagulari, quodammodo deſiccari eſt. ❡ Quarta concluſio. Frigidum magis quam calidum paſſiuorum eſt. ❡ Nam paſſiuum, aut humidum aut ſiccum eſt, aut ex his coalitum atque compoſitum: humidum enim corpus aqua prebet, ſiccum auteꝫ terra, et hec humidorum et ſiccoruꝫ maxime ſunt paſſiua. Atqui frigidum et aque et terre eſt, hec enim natura frigida ſunt, et calidum aeris et ignis eſt. ſunt enim contra naturā calida et actiua. Frigidum igitur quam calidum magis paſſiuorum eſt. Agit tamen frigidū Nam corrumpit et multas et per ſe et per accidens operationes perficit. Circunſtans.n. frigidum, calidi virtutem conijciens et adunans: nonnuquam calefacere et vrere dicitur: non quidem vt frigidum eſt ſed per accidens. ❡ Diuiſio. Deſiccabilum hec ſunt aqua, hec aque ſpecies, vt vinum, vrina, ſerum. Et aque ſpecies dicimus, que non propter viſcoſitatem, paucum aut nullum ſedimentum, hypoſtaſinque habent: eſt enim quibuſdam viſcoſitas cauſa vt hypoſtaſi nulla aut pauca fiat: quemadmodum in oleo: et pice exiſtit. Et hec humiditatem habent ſuperinductam: vt lana aqua perfuſa, hec vero naturalem, vt lacticinia. Et hec omnia deſiccari dicuntur, quoties naturalis reſoluitur humiditas remanēte ſicco, aut quoties ipſa alijs ſuperfuſa reſoluantur. ❡ Quinta concluſio. Quecunque deſiccātur (ſiue calefacta ſint, ſiue frigefacta) a calido aut exteriore aut interiore deſiccantur. ❡ Nam quecunque deſiccātur, aut calefacta aut frigefacta deſiccantur. Calefacta quidem exteriore calore humiditatem educente atque ſoluente, quemadmodum in elixatis cernitur, frigefacta vero, cum humidum paucum fuerit, et circunſtāte frigido interior calor expiret ſecunque humiduꝫ educat et rapiat. eſt enim calidi educere atque reſoluere. Quecunque igitur deſiccantur, ſiue calefacta, ſiue frigefacta a calido aut interiore aut exteriore deſiccantur. Et tribus modis aliqua humectari dicuntur. Primo, cum circunſtans aer frigore denſatus, tandem cogitur, concreſcitque in aquam. Secundo per coagulati liquationem: et tertio per humidi infuſionem. Sed nunc de coagulatione ꝛ liquatione agamus.

## ❡ Caput ſextum.

Sextum caput continet, vnam diuiſionem: nouem concluſiones vnum corolarium ad tertiam, et vnum ad nonam. Diui

ſio. Coagulabiliuꝫ hec ſunt aqua, aqua, aut aque ſpecies, hec autem aque et terre. Prima concluſio. Quecunque calido ſicco coagulantur, frido humido ſoluuntur. Nam quecunque coagulantur, aut calido aut frigido coagulantur, et a ſuis contrariis ſoluuntur, calidi autem ſicci contrarium eſt frigidū humiduꝫ, vt aqua, igitur quecunque calido ſicco coagulatur, frigido humido ſoluuntu, hinc que ignis coagulat, aqua ſoluit, que frigida eſt ⁊ humida. Sꝫ petes forſitan, cum mel elixum in aqua poſitum concreſcat: denſeturque, an hec concretio atque coagulacio ab humiditate ſiat aque? Non, ſed potius a frigido humori commixto: eſt enim frigidi cogere et coadunare. Secunda concluſio. Aqua et aque ſpecies non coagulantur ab igne. Nam congelate: coagulateque ab igne ſoluuntur: at idem circa ideꝫ contrariorum coagulationis et ſolutionis cauſa per ſe non erit. Per ſe dico. Nam per accidens nihil prohibet: que enim adueniens calor per ſe ſoluit: eadeꝫ abſcedens et abſens per accidens coagulat. Tertia concluſio. Aqua et aque ſpecies a frigido coagulantur. Nam que a calido ſoluuntur, a ſuo contrario coagulantur. Contrarium autem calido frigidum eſt: talia igitur a frigido coguntur, atque coagulantur. ¶ Corolarium. Unde fit vt talia coagulata non ingroſſentur. ¶ Nam ingroſſatio proprie fit abeunte humido, et conſtante ſicco, at frigido congelante atque coagulante, non abit humiduꝫ, remanente ſicco. Et adde aquam humidorum ſolaꝫ ingroſſari nō poſſe. ¶ Quarta concluſio. Que communia ſunt aq̄ et terre calido et frigido coagulaſcunt. ¶ A calido quidem humidum educente, humido ſiquidem euaporante, ſiccum ingroſſatur, doniſtat coagulaſcitque. A frigido autem, quod calidum expellat, quo cum ſimul euaporat humidum, aut totum comprimit, et velut humida coarctat et ſtringit. ¶ Quinta concluſio. Que mollia ſunt parum coagulando ingroſſantur mixta, multum autem humida, vt, lac ingroſſatur, et multum. ¶ Nam mollia parum humida: pauco exeunte humido coagulantur, vt coctꝰ later, commixta autem multum humido multo coagulaſcunt exeunte aut ſeparato humido. ¶ Sexta concluſio. Multa coagulandorum prius humeſcūt vt groſſa, vt prius infrigidata, vt incoctus later. ¶ Nam primum extrahitur ad exteriora humor, ipſorum molleſcere faciens, humidiuſque reddens ita vt in fornace cum coquantur lateres, ſepe peruertantur, vt concidant, aut incuruentur. ¶ Septima concluſio. Quecunque a frigido coagnlantur aque et terre communia plus aque habentia, plus item ⁊ terre quoties a frigido coagulantur, calido quideꝫ abeunte, et non euaporante humido, iterum aduenıente calido ſoluntur. ¶ Id enim frigido induratuꝫ lutum oſtendit. ¶ Octaua concluſio. Quecunque propter infrigidationem toto pariter calido educto coagulata non niſi forti excellentique igne ſunt ſolubilia, hec debiliori calore ſunt, mollificabilia. ¶ Hoc oſtendunt ferrū et cornu, que debiliori igne molleſcunt, non autē ſoluntur niſi facta fuerit ignis vehementia. At cum fit ignis vehementia, ferrum liquatur quod quidem faciunt hi qui ferrum elaborant et humidum apparet, et iterum coagulatur, quod ſi ſepe fiat, rareſcit, fitque chalybs. Nam eius fex atque ſcoria ſubſidet, atque ita purificatur. Hoc autem artifices facere non ſepius attentant, quod ferrum illa purgatione plurimum et quantitate, et pondere minuatur. Et id ferrum melius eſt: quod liquefactum paucioreꝫ relinquit ſcoriam id enim eſt ſue puritatis indicium. Item valente igne lapis pyrimachus tandem ſtillat et flueſcit, et conſimiliter mole, et lutea, et terrea: que iterum coagulata concreſcunt. ¶ Nona concluſio. Eoruꝫ que a calido coagulantur, quedam indiſſolubilia ſunt, quedaꝫ vero diſſolubilia. ¶ Nam quorum ab igne terra combuſta fuerit, vt laterum, et lapidum quorundam, vt molarium, hec indiſſolubilia ſunt, non enim humido peruia ſunt, vt eo ſolui poſſunt, ſoluerentur autem frigido humido: que autem frigido humido peruia ſunt hec diſſolubia ſunt, vt nitrum, et alie ſalium ſpecies. ¶ Corlarium. Quo fit vt talia aqueo humido, et eorum que aque ſunt ſpecies: liqueſcant non autem liqueſcant in oleo. ¶ Nam calido ſicco contrariuꝫ eſt frigidum humidum quale eſt aque, et ſpecierum aque. Et ſi vnum contrariorum coagulauerit, ſoluit eius contrarium, ſic enim contrariorum contrarie erunt cauſe.

## ¶ Caput ſeptimū.

Septimum caput continet ſex concluſiones. ¶ Prima concluſio Sales, vt nitrum, later, lapis et ſimilia, plus terrea quam aquea exiſtunt. ¶ Nam que plus aque habent ingroſſantur ſolum ab igne, que autem plꝰ terre, coagulantur talia autem ab igne coagulatur et non ingroſſantur, plus igitur terre quam aque retinente. At oleum ancipitis ſe prebet nature ſi enim plus aque haberet a frigido vt glacies gelari, ſi plꝰ terre: deberet vt later coagulari a calido. Hoc autem non fit, Nam a neutro coagulatur: inſpiſſatur, tamē ab vtroque. Si cauſaꝫ requiris, hec eſſe videtur quod oleum maxime ſit aereum, hac enim de cauſa, ſupernatat aque, fertur ſurſum aer, frigus itaque, ipſum circunſtans aerem in eo exiſtenteꝫ ingroſſat qui ſpiſſior factus conuertitur in aquaꝫ, ingroſſatq; oleum. Semper enim quod ex oleo et aqua commixtum fuerit vtroque denſius ſpiſſiuſque habetur, calidum vero reſoluit aqueum, hinc albeſcit oleum, qđ tamen temporis tractu inſpiſſatur: marceſcente calido aereoque rurſum in aquam coacto. Liquet itaque oleum vtroque et calido et frigido inſpiſſari, ſꝫ non eodem modo, a frigido ſiquidem per ſe inſpiſſari videtur, a calido vero per accidens. Et neque deſiccatur coagulatur ve a calido, neque a frigido, nō ſolum quia viſcoſum (viſcoſitas enim impedit eius humiditatem extrahi educique aut a calido humido elixando, aut calido ſicco aſſando) ſed et quia ſit aereum, aer enim neque aqua neque igne deſiccabilis eſt. Et ea que plus aque quam terre habent, iure aquea dici poſſunt, que vero contra plus terre, dici poſſunt terrea. Quod ſi equaꝫ aque et terre ret nēt portionem communi appellatione aquea et terrea dici merentur et hec omnia (vt dicimus) coagulari poſſūt ſoluique coagulata Et que plus aque obtinēt elixationē atque ingroſſationem vt vinum et muſtū et ſimilia cum enim coquuntur elixanturque: aquea reſoluitur humiditas cuius indiciuꝫ hoc eſſe poteſt quod ſuper poſita manu: aut aliquo huiuſmodi concreſcente vapore aquā colligere poſſis: quare quod relinquitur, plus terreum exiſtit et denſius, atque ſpiſſius. ¶ Secunda concluſio. Que non ingroſſantur a frigido; ſed coagulantur; euaporantia quideꝫ

ab igne,magis ſunt aque:vt vinum,acetum: ſerum: lixiuium vrina. Nam hec a calido ingroſſantur : et ipſa coagulat frigiditas.Et non ſolum coagulat :vt aquea:ſed etiam ingroſſat vt aerea:aerem enim cōuertit in vaporem :quemadmodum de oleo dictum eſt.¶Tertia concluſio.Que a frigido ingroſſantur non euaporantia,aut terre aut aeris, aut aeris ⁊ aq̄ ſunt communia. Hac enim de cauſa mel quod terre et aeris eſt:et oleum quod aeris et aque frigido denſantur:aerem eniꝫ denſat frigus in aquā.Quarta conclſio.Lac et ſanguis:aque et terre ſunt communia:et nitrum et ſales, et ex quibuſcunque conſtant lapides:magis terrea. De lacte enim hec ſunt indicia,ſi non ſeparetur ſerum,totum euaporat decoquēdo,velut aqua. Et ſi ipſi tepefacto imponatur coagulum vt medici facere ſolent)conſtat terreſtre ſeparatum ab humido,paraturque hoc pacto caſe⁹ et ſerum:quod quidem ſeparatum non amplius ingroſſatur : ſed vt aqua euaneſcit ī vaporē. Et ſi lac aliquod caſeum non habeat:,aut admodum paucuꝫ ipſum magis aque eſt,minuſque vſui redditur aptū hec itaque moſtrant lac aquee et terreſtris eſſe natnre.De ſanguine autem hoc idem manifeſtum eſt. Inſpiſſatur euim euaporationem faciente calido,et coagulatur frigido,ſiccaturque.Qui autem prompte non coagulatur :vt ceruinus magis aqueus eſt, poros viaſque frigori(velut aqua non prebens:quapropter et fibras non habet,fibre enim,et quod ſolidumeſt terreſtre eſt vnde fit vt ipſis extractis non coaguletur,neque deſiccetur humidum vt neque ſegregato caſeo deſiccatur ſeruꝫ.Et huius rei ad huc ſignum eſt:quod morbidus ſanguis (vt neque aqua pituita,et ſanies)coagulari non vult,hec enim indigeſta ſunt,et a natura inſuperata.De nitro, et ſalibus et ex quibus conſtent lapides,conſtat, Nam illa potius humido ſoluntur, ⁊ non calido.¶Quinta cōcluſio.Eoꝝ q̄ terra ſunt,q̄dā ſunt ſolubilia, q̄dā indiſſolucilia et indiſſolubilium , qnedam mollificabilia, qnedam vero minime. ¶Nā nitrū et ſales,ſolubilia ſunt,later coctus et ferrū,indiſſolubilia ferrū et cornu⁹ mollificabilia,coctile vero ⁊ lapides,īmolliſicabilia.Et horum omniuꝫ cauſa exiſtere videtur quod contrariorum contrarie ſunt cauſe.Hac enim de cauſa quecunque duobus frigido et ſicco coagulantur,hec calido et humido ſoluntur vt igne et aq̄ ſimul et quecunque ignis ſolus coagulat,aqua diſſoluit,et quecunque frigidum ſolum , diſſoluit ignis. Quecunque vero a duobus contrarijs,vt calido,et frigido,coagulata fuerint, maxime indiſſolubilia: ſunt quod accidit quocies calidum,multum humidum expreſſerit,vt in coctilis de coctione,;cum rurſum toto expirante calido ipſum amplius frigidum coagulat,comprimit et coarctat,ita vt humido amplius non preſtetur aditus,tale tunc certe maxime indiſſolubile eſt. Non enim ſoluetur a calido vt igne Nam ſola ſoluit,que a ſolo frigido coagulata ſunt. Neque vero a frigido vt aqua ſoluetur. Naꝫ ea ſola ſoluit,que calido ſicco ſunt concreta. Et licet later poros habeat,per quos ſubtiliſſimus ſpiritus exit, humido tamen groſſori non prebent aditum ꝑ quod ſolum ipſum coagulatum eſſet diſſoluendum. Mollificabilia quidem ſunt aquea et terrea:que calidum ſoluit,et frigus coagulat,vt ferrum,et humoris indigentia oppoſitum preſtat , vt in coctiliet lapide. ¶Sexta cōcluſio. Ligna(excepta habeno,et alijs eius generis)aeris et terre ſunt communia. ¶Naꝫ hanc ab cauſam ligna ſunt vſtilia,non mollificabilia non liquabilia ⁊ aq̄ ſupernatātia. At hebenus aque non ſupernatat ipſa enim magis terre exiſtit ,et ex ipſa habeno nigra exſpirauit reſolutus aer. Sed d̄ coagulatione et liquatione hactenus.

## ¶Caput octauum

Octauum caput continet vnam concluſionem:tres rationes ad eam enumerationem paſſionem mixtorum perfectoum,et recollectioneꝫ determinationis coagulabilis et incoagulabilis, liquabilis , illiquabibilis. ¶Concluſio. Calidum,frigidum,humidum et ſiccum : omnibus mixtis perfectis communia ſunt. ¶Primo. Quia vt dictum eſt calido et frigido cōſtant corpora,calidum enim et frigidū ingroſſantia et coagulantia,ipſorum operationes faciunt,⁊ quāto magis ipſis deficit caliditas,tanto magis abundat frigiditas,et patiuntur per humidum et ſiccuꝫ Sunt igitur calidum,frigidum humidum et ſiccuꝫ talibus omnibus communia. ¶Secundo. Perfectoruꝫ homeomera(quas ſimilares partes dicimus) ex aqua et terra conſtare conſpiciuntur,vt in animalibus oſſa,caro,neruus,in plantis cortex et lignum, et in ipſis foſſilibus aurum argentum , et cetera id genus , talia autem ſine calido perfici non poſſunt. Erunt igitur hec ipſis communia. ¶Tertio. Differunt hec omnia adinuicem penes ſenſibilia propria, et poſſe agere,vt penes colores album et nigrum,⁊ ſimiles penes ſonos vt penes acute aut grauiter ſonare,aut ſimilia penes odores ,et ſapores : dulce et amarum et ſimiles penes tangibilia calidum frigidum,humidum et ſiccum,et penes poſſe aliquid agere in ſenſum. Conueniunt igitur ipſis calidum et, frigidum prima actiua,ſine quibus non videntur in eſſe poſteriora:et multo magis paſſiuis differūt , vt que magis paſſiuis cōſtent,et quibus paſſionum plurime conueniant vt paſſiones ſecundum quas coagulabile,liquabile,mollificabile:et ſimiles dicuntur q̄ et oſſi et carni et neruo cortici,ligno,metallo , lapidi,et vnicuique homeomerorum conueniunt ,que ſi ipſis conueniunt et prima paſſiua humidum,et ſiccū eiſdem conuenire neceſſe eſt , omnibus igitur talibus calidum frigidum humidum et ſiccum cōmercio veniunt,habenturque communia. Et vt paſſionū numerus ſecundum quas differunt , aliquo modo haberi poſſit nominibus tumque potentiam important que important importentiā inferius deſcribim⁹

| | |
|---|---|
| Coagulabili | Incoagulablle. |
| Liquabile | Illiquabile. |
| Mollificabile | Immollificabile. |
| Intingibile | Non intingibile. |
| Flexibile | Inflexibile. |
| Frangibile | Infrangibile. |
| Comminuibile | Incomminuibile |
| Impreſſibile | Non impreſſibile. |
| Formabile | Informabile. |
| Capibile | Non capibile. |
| Trahibile | Intrahibile. |
| Ductibile | Non ductibile. |
| Fiſſibile | Infiſſibile. |
| Detruncabile | Indetruncabile |
| Viſcoſum | Fragile. |

Commaſſabile Incōmaſſabile.
Exhalabile Inexhalabile.
Uſtibile Inuſtibile

Et de coagulabili, incoagulabili, liquabili et illiquabili prius determinatū eſt de quibus quaſi paucis ꝑſtringentes eorum que diximus adhuc hoc repetam⁹. Coagulabilium quedam a calido coagulantur, quedam vero a frigido. A calido quidem humidū deſiccante a frigido vero calidum exprimente. Quapropter hec indurationem et coagulationem humidi abſentia patiuntur, vt quecunque ſunt terre hec vero abſentia calidi, vt quecunque ſunt aque. Et quecunque humidi abſentia coagulata ſunt, humido ſoluntur, niſi ita compreſſa ſiut, et anguſti conſtrictique pori relicti vt aquee molis introitum non admittant: quemadmodum de coctili diximus que, vero eius ingreſſum admittunt, vt nitrum, ſales, exſiccatumque lutum, humido ſoluuntur omnia et quecunqꝫ calidi priuatione vt glaties, es, plumbum, a calido ſoluuntur. Incoagulabilia autem ſunt, quecunqꝫ humiditate aquea carent, aut non ſunt aque (vt que plus calidi habent) et terre, vt mel et muſtuꝫ ſunt enim calida, et velut efferuentia, et queaque q̄dem ſunt, ſed plus aeris habent, vt oleum. et argentum viuum: et quicquid pingue et viſcoſum eſt, vt glutem. Sed nunc ad cetera determinanda nos cōuertamus.

## ¶ Caput nonum.

NOnum caput coutinet ſexdecim diffinitiōes et earū aliquo pacto declarationes. ¶ Prima diffinitio Mollificabilia ſunt coagulata ab igne humiditate ad exteriora ducta tādem tactui ceſſibilia ſunt, et non debent eſſe aque ſolum vt glacies neqꝫ terre aquibus ignis totum humiduꝫ euaporare faciat vt nitrum ⁊ ſal neqꝫ talem, vt later, irregularitatem habentia: ſꝫ terrea magis aut trahibilia aut ductibilia non intingibilia non aquea ſed que molliantur igni vt ferruꝫ atqꝫ cornu. ¶ Immolificabilia ex opoſito cognoſcuntur. ¶ Secunda, Intingibilia ſunt terrea q̄ latiores poros habentia mollem aque admittunt molliora qꝫ fiunt madefacta ſolidiora tamen aqua, nam talia pertotum aqua facta ſolum dicerentur liquabilia: et intingibilium quedaꝫ liquabilia ſunt, vt es, et coagulatum lutum quedam vero non ſunt liquabilia vt lana. Similiter non intingibilium quedam ſunt liquabilia vt nitrum et ſales: et quedam non liquabilia vt later. ¶ Sed queres cur lutum intingitur et liqueſcit humido nitrum ⁊ ſales liqueſqunt: et nō intinguntur. Hec cauſa eſſe poteſt quod in nitro et ſalibus pertotum ſunt pori aque perui ideo ſtatim ſoluuntur ab aqua atqꝫ liqueſcunt indurato autem luto non ſic ſed permutatim hi magni habentur hi vero ſtricti et qui aquam non admitant ideo prius intingitur, mox deniqꝫ ſoluitur et liquatur. ¶ Et non intingibilia ex oppoſito cognoſcuntur. ¶ Tertia. Flexibilia ſunt quecūque a rectitudine in circūferentiam: aut a circūferentia in rectitudinem duci queunt, vt calamus et vimen. ¶ Que ſi a rectitudine ad conuexum ducantur: reflexa dicantur ſi vero ad concauum deflexa atqꝫ circunflexa et ſi a conuexo aut concauo ſint ad rectitudinē ducta directa dicantur. Non enim idem eſt reflecti deflecti et dirigi ſed aliud et aliud impoſſibile enim eſt rectum reflexum aut reflexum eſſe: et ſi omne tale reflexibile eēt aut deflexibile. ¶ Inflexibilia vero ſunt, quorum moles a rectitudine in circunferentiam aut a circunferentia in rectitudinem duci nequeunt vt later et lapis. ¶ Quarta Frangibilia ſunt que flexibilitatem non omnino perferentia in duas partes abeunt diuiſa: vt lignum. Infringibilia vero, que hanc diuiſionem non admittunt: vt glacies. ¶ Quinta. Comminuibilia ſunt que in quaſcūqꝫ minutas partes abeunt diuiſa non facile duarum ſolum diuiſionem admittentia. ¶ Incommnuibilia vero horum oppoſita Et q̄dā ſunt frangibilia ⁊ nō cōminuibilia vt lignū q̄dam comminuibilia et infringibilia vt glacies et lapis quedaꝫ vero frangibilia et comminuibilia ſimul vt later. Et differunt fractio et comminutio, quod fractio magnarum et duarum partium ſit: comminutio vero quaruncunque et duabus plurimuꝫ: Et q̄ multos et magnos non viciſſim non alternatim ſeſe habentes poros habent hec frangibilia ſunt que vo paſſim et viciſſim poros habent quam plurimos minutiſſimos hec ſunt comminuibilia et que vtraque hec pororum genera tenent hec et frangilia et comminuibilia. ¶ Sexta. Impreſſibilia ſunt quorū exterior ſuperficies aut pulſione aut forti ictu percuſſione ve: aut tactu in profundum cedit: vt es, et cera. Non impreſſibilia autem ſunt, que hoc pacto non cedunt. Et impreſſibilium quedam ſunt mollia vt cera alia vero dura vt es. Similiter non impreſſibilium hec ſunt mollia, vt aqua que cedit in profundum nō manente ſuperficie eque, dura vt later cuius ſuperficies in profundum non cedit ¶ Septima. Formabilia ſunt bene manu impreſſibilia et non reſilientia vt cera q̄ impreſſionē manu pertractata ſeruat. Que vero hoc pacto impreſſionem non ſeruant nonformabilia dicimus. Et horum non formabilium quedam facile ſunt impreſſibilia: vt lana et ſpongia quedam difficile vt es et lignum quedam non impreſſibilia, vt later ⁊ aqua. ¶ Octaua capibilia ſunt quecunqꝫ ſecundum ſuperficiem non diuiſam aut trāſmutatā in ſeipſa ſecundum profundum facile ſunt cedentia vt ſpongia cera caro que pulſa et indiuiſa in ſuos ſecundum profundum facile cedunt poros. Et capibilia omnia connaturales habent poros in quos poſſunt cedere preſſa ſiue ipſi inanes ſint quales dicunt cum ſint inſenſibiliori corpore vt aere pleni ſiue quidem pleni ſed corpore molliori quam quod in ſeipſū indiuiſum cedat vt ſpongia humetacta ſemper eniꝫ in ſuos cedūt poros ipſo intercluſo aut cedente aut expreſſo corpore. ¶ Incapibilia auteꝫ ſunt que hoc pacto in ſeipſa non dedunt vt aqua lac fluidum oē et durum: ꝙ tales poros non habeant in quos cedere poſſint vt aqua aut habent quidem, ſed duriuſcula durioribus corporibus plena. ¶ Nona. Trahibilia ſunt quorum ad latus traſferri poteſt ſuperficies: ipſa quidem ſuperficie continua manente: vt pilus: coriuꝫ neruus paſta et gluten. Trahi vero eſt ad mouens transferri ipſo ſemper plano manente continuo. ¶ Non trahibilia autem ſunt que ad latus hoc pacto tranſferri non poſſunt vt aqua et lapis: Et trahibilium: hec capibilia ſunt vt lana hec vero non vt phlegma. It idem capibilium hec trahibilia ſunt, vt lana et cera hec non trahibilia vt ſpōgia. ¶ Decima. Ductibilia ſunt quecunque eadem percuſſione ſimul et in latus et in profundum ſecundum ſuperficiem et ſecundū ptē tranſferri poſſunt vt es ⁊ ferrū,

Non ductibilia vero que hunc in modum traſferri nō poſſunt vt lapis atq; lignum: ⁊ omnia ductibilia impreſſibilia ſunt non autem omnia impreſſibilia ſunt ductibilia. Nam lignum impreſſibile eſt. non autem ductibile fere tamen ductibile et impreſſibile quo ad omnia conuertuntur ⁊ ductibilium quedam capibilia ſunt vt cera et lutum: quedam non: vt lana, et ſunt neque capibilia neque ductibilia vt aqua. ¶ Undecima. Fiſſibilia ſunt quorum diuiſio precedit diuidēs pluſquam diuiditur quam diuidens aſſequitur vt lignū. Infiſſibilia autē: que talia non ſunt. Et nullum ſimpliciter molle. fiſſibile eſt. Dico enim ſimpliciter. Nam ad alterum. ferrum molle eſt: vt ad chalybem: neq; omne durum fiſſibile eſt vt ferrum. ſed talia eſſe debent: que neque ſint liquida neq; ductibilia. neque cōminuibilia, talia autē ſunt que ſecundū longitudinem poros hñt. ſecūdū quos adinuicē adnaſcunt et adherent non aūt ita ſecundum latitudinem habent: ¶ Duodecima: Detruncabilia ſunt quorum diuiſio non precedit diuidens: ſed ſolum diuiditur et non cōminuitur quod aſſequitur diuidens. ¶ Et indetruncabilia ſunt que hoc pacto diuidi nequeunt: et detruncabilium q̄dam ſunt mollia vt cera: quedā dura et non fiſſibilia: vt ductibilia quedā vero detruncabilia et fiſſibilia ſimul: vt lignū quodquidem vt plurimum ſecundum longitudinem fiſſibile ſecundum autem latitudinem detruncabile quod cū diuiſibile ſit et in longū: et in latum qua diuiſibile ſecundum longū. fiſſibile eſt: qua vero ſecundum latum dicit detruncabile. ¶ Decimatertia. viſcoſa ſunt que ad multum extendi poſſunt et bene cōuenire. Et hec trahibilia aut humida et mollia ſunt quorum partes partibus adherent parteſq; ſequuntur velut concatenate colligateque ¶ Que autem mollia talia non fuerint non viſcoſa et fragilia dicuntur. ¶ Decimaquarta. Cōmaſſabilia ſunt capibilia que manſiuā habent capturā vt cera et paſta que impreſſionem ſeruant: et non reſiliunt. ¶ In cōmaſſabilia vero que omnino capibilia non ſunt: aut que capibilia quidē manentē non ſeruant capturam: vt aq̄ vt lana. ¶ Decimaquinta: Exhalabilia ſunt que humiditatem habent quidem ſed quam non ſine ſicco igneo ſeorſum euaporent. Eſt enī vapor: calido ſeparante igneo quedā ab humido madefactiuo ſegregatio: que nunc in aerem cedit: nunc in ventum: nūc vero in imbriferam nubem concreſcit. Exhalatio vero hinc nuncupatur: que fit a calido igneo cōis ſicci et aerei humidi ſegregatio: et ideo vapor madefacit: exhalatio autem non: ſed poriꝰ colorat. Ex exhalabilium hec in aere tempore diſſoluuntur diſparentia et ſicca: hec vero ipſorum remanentia fiunt terrea differt tamen id quod ipſorum tpis tractu in aerem ſegregat et halat: a vapore ꝙ id exhalationis: neq; cedit in ventum aut nubeꝫ neq; madefacit. qđ facit ipſe vapor: Lignoꝝ q̄ oq; corporis exhalatio ꝓprie fumus dicit. Nomine aūt lignoꝝ corporis oſſa: pilos et cetera id genus intelligi volumus. non enī habemus nomen aliud cōmune quo ipſa nuncupemꝰ quāuis ſecundū analogiam ea omnia ſub eodē ſint: quod ſatis innuit Empedocles: cum pilos: et auium denſas plumas: et piſciū ſquamas: et arborum folia: ex eiſdem et conſimilibus oriri aſſerit. at pinguis corporis exhalatio. fuligo dicit: vnctuoſi vero. nidor ꝙ Greci cuiſſaꝫ vocāt. Et hinc iterū cognoſcere prōprū ē cur oleum ⁊ aqua elixari: calidoq; ingroſſari nō poſſint nam oleū totum exhalabile eſt; et non vaporabile aq̄ vero contra tota vaporabilis. non aūt exhalabilis. Iridē dulce vinū, quod dulce ē halat. eſt enī pingue et multa cū oleo cōmunia tenens: vt frigore non coagulat: vt neq; oleum: ſed adurit iflammatur q; vt oleum vt nomine vinum dicatur opera autē vini non faciat humore que parū vinoſum habeat hac de cauſa ipſum: vt alia faciunt non inebriat: ſed parum exhalationis habet: ideo flammam emittit. ¶ Inexhabilia autem dicunt que cū ſicco humidum nō reſoluūt ¶ Decimaſexta. Uſtibilia ſunt quecunq; poros habent ignis ſuſceptiuos: et in poris ſecundum directum humiditatem igne quidem debiliorem: vt lignum os lana quein commaſſabilia ſunt. Inuſtibilia ſunt que huiuſmodi poros non habēt: aut que fortiorem ipſo igne retinent humiditatem vt lapis glacies et viride lignum. que eſſe prius poſita ſunt in cōmaſſabilia. Item et alio modo latius dicuntur vſtibilia corpora quecūque in cinerem redigibilia ſunt Et hec ſunt quecūq; coagulata ſunt calido ſolo: aut ambobus ſimul, calido ſcilicet et frigido. his enī omnibus videtur ignis preualere. Carbunculum tamē precioſam gemmā excipio: cui ignis non preualet: ⁊ vſtibilium hec inflammabilia ſunt: vt quecunq; hūida exhalabilia ſunt: vt pix: oleum: cera: et cū aliis ꝙ per ſeipſa magis ſunt inflammabilia et quecūq; fumum emittūt. hec autem carbonalia ſunt: vt quecunque plus terre ꝙ fumi habeant: et inflammabilium queddam eſt illiquabile: velut lignum. quod per totum continuum ſit humidū habens aptum vt pura: quoddam vero liquabile. vt thus. At vero oēs et ſi liq̄bile ſit inflammabile tamen non eſt quod ſi partes ꝑtibus propinquas habeat humidū tamen ſicco non ſatis continuum et counitum habet: quod etiam minus eſt quam vt flammam efficiat. Et thus duobus aſſimilatur duorumque tenere naturam videtur ligni ſcilicet. et aeris ligni quidem ꝙ fumum quo inflāmetur preſter aeris vero ꝙ humorem quo mollificetur et liqueſcat et inflammantur exhalabilia. non liquabilia. ꝙ magis ſint terre que ſiccum igni commune habet ſi itaq; id ſiccum calidum fiat fiet ignis atque flamma. hinc enim flamma exiſtit ſicci ſpiritus aut fumi ardor. Et iam diximꝰ lignorum exhalationem fumum eſſe. et cere et thuris et picis et piciferorum omnium et ſimilium exhalationibus nomē fuliginis coaptari olei tamen et quorumcunq; vnctuoſorum eſſe nidorem: et quedam ſola paucum inflammari: quia paucum ſiccum habeant: adiuncta autē aliis: vt que pinguia ſicca aut vnctuoſa fuerint citiſſime inflammari. nam humida per ſe vt oleum. cera: pix magis exhalant ſicca autem magis ardent: ⁊ de his hactenus.

## ¶ Decimum caput.

DEcimum caput quindecim propoſitiones que ex precedentibus dictis aliquo pacto cognite eſſe poſſunt: recolligit. ¶ Prima. Similarium partium corpora. que homoemera dicunt. vt in animalibus caro. os. nerui vngues pili fibre vene ex quibus conſtant ea que diſſimilium ſunt partium que dicuntur a nomoemera diſſimilariumq; partium tota vt pes manus: facies: et in plantis lignum: cortex: folium radix: et in foſſilibus; aurum; argentum; ferrum;

ſtannū lapis et ſimilia/aſſignatis differentiis ab inui-
cem differunt. que potiſſimū tactu dignoſcunt. diffe
runt et ſaporibꝰ odoribus coloribus et varietate ſo
norū.. Secunda. Alia ſunt ex quibus hec cōſiſtāt et
a quibus conſiſtāt. Nam ex quibꝰ conſiſtūt, ſunt mā.
humidū ſcilicet et ſiccū q̄re aqua et terra que mani-
feſtiſſimas has gerunt potentias. Ea vero a quibus
conſiſtunt efficientia ſunt duo: ſcilicet calidum et fri
gidū: hec em̄ conſtare faciunt. cogunt et coagulāt.
¶ Tertia Eorum que homoemera ſunt, ſimiliariūq̄
partiū: quedā ſunt aque aut aque ſpecies: quedam
terre: terre ve ſpecies. quedā vero cōia. ¶ Quarta
Compoſitorū quedā ſunt liquida: quedā molia: q̄dā
dura De mollibus autem et duris iam dictū eſt: nūc
de liquidis reſtat agendū. ¶ Quinta. Quecunq̄ li
quidorū euaporant, ea ſunt aque. ¶ Sexta. Quecū
que non euaporant: hec ſunt terre aut cōmunia ter-
re et aque: terre et aeris: aut aque et aeris: vt lac:
mel. oleum. ¶ Septima. Que calido ingroſſantur.
cōia ſunt. Sꝫ dubium aſſurgit: cuius ſit vinū videtur
enim nunc aque eſſe, quia euaporat: nūc vero cōmu
ne: quia nouum vt muſtum calido ingroſſatur. Dici-
mus duplex eſſe vinum recens ſcilicet: et antiquum
et recens plus habere terre q̄ antiquū hinc calido
ingroſſatur. magiſq̄ calidum eē: iō minus conſtrin-
gitur et coagulatur frigido: et eſt vinū in archadia
ſic terreſtre et calidum: vt in vtribus ita a fumo ex
ſiccetur: vt eductū appareat coagulatum. Et ſi omne
vinum fecem habet: omne eſt aque et terre: et cuius
magis habꝫ: eius magis eſt. ¶ Octaua. Que a frigi
do ingroſſantur: terre ſunt. ¶ Nona. Que ab vtro-
que calido: ſcilicet: ꝛ frigido: cōia: vt oleum: mel dul
ce vinū. ¶ Decima. Quecūq̄ ſolo frigido conſtāt et
coagulantur: aque ſunt vt glacies nix. pruina. gran
do. ¶ Undecima. Quecūq̄ ſolo calido, terre: vt la-
ter caſeus: nitrum: et ſales ¶ Duodecima. Quecū-
que ab ambobus calido et frigido coagulantur: aq̄
et terre communia ſunt: et ſunt hec que calidi et hu
midi priuatione coagulaſcunt: vt ſanguis et genitu
ra. Nam ſal et que ſyncera cōſtant terra: ſolius hū-
di priuacione concreſcunt: glacies autem ſolius ca
lidi: ſanguis vero genitura vtriuſq̄. ¶ Decimater-
tia. Quorū totus exudauit humor: vt later lachrima
rum genera: vt electrum thus. mirrha: et ſimilia gū
mi: frigido coagulantur: que et palam: et nobis cer
nentibꝰ coagulant: quod intercepta plerunque ani-
malia: vt formice et conſimilia animalia oſtendūt diſ
tillat aūt electrum in fluuiū. et velut mel coctum: in
aquam demiſſum cū calido humidum euaporatione
amittit. Et eorum hec ſunt terre ꝛ magis q̄ immolli
ficabilia et illiquabilia ſunt: vt electrum et quidā la
pides: vt ſpelearum tophi: quos greci poros vocant
Que vero mollificātur aut liqueſcunt ab igni vt fer
rum et cornu: non tota ſunt terre: ſed aquoſiora: thꝰ
quoque: et mirrha et his ſimilia conſimiliter: vt lig-
na euaporant: et quedam ſunt cōia: vt cera. ¶ Deci-
maquarta. Quecūque liq̄ſcūt ab aqua: hec ſunt ter-
re: ¶ Decimaquinta. Que neque igne neque aqua
liq̄ſcūt: aut terre ſunt: aut vtriſq̄ cōia ex quibus per
manifeſtum eſſe pōt. ſi cōpoſita omnia: aut fluida aut
coagulata eſſe oporteat neq̄ harum paſſionū ſit me
diū. que ipoꝝ erunt terre: que aque et que pluribus
cōia: et an calido: vt igne: an frigido an vtroque cōſ
tare debeant. Notum item eſt argentum: ſtānum es
plumbū: vitrum et lapides multos innominatos que
facile liqueſcunt calido; eſſe aque: et vinū quoddam
acetum vrinam lixiuium ſerum et ſaniem: que frigi
do coagulantur: itidem eſſe aque. Et quod ferrum.
cornu, vngis: os: neruus pilus lignum: cortex folium
electrum: mirrha: thus lachryme: thophus: omnes
fruges: vt legumina et triticum: ſunt terre et ipſorū
quedā ſunt magis terre: quedam minus: quedā em̄
ſunt mollificabilia: et quedā exhalabilia: et frigido
coagulata ſimili modo terre ſunt nitrum: ſales: et la
pidum genera: que neq̄ infrigidatione fiunt: neque
frigido coagulantur et ſanguis: et genitale ſemen:
aeris: aque et terre ſunt cōia. Attamen ſanguis ille
qui plures fibras habet: magis terre eſt: ideo frigo
re coagulatur: et humore liqueſcit: et qui fibras non
habet: magis eſt aque: quare et frigido non coagu-
latur Genitale aūt ſemen frigido coagulatur expi-
rante calido ſecum humidum rapiente educēteq̄,

## ¶ Caput vndecimum.

CApit vndecimum cōtinet
quattuor concluſiones, vnum corolla
rium ad tertiam, et duo ad quartam
¶ Prima concluſio. Quecūq̄ aq̄ ſunt
vt plurimū frigida ſunt niſi alienā ha
beant caliditatem quemadmodū ha
bent lixiuiū. vrina: et vinū. Nam maxime frigidū do
minans habent elementum. ¶ Secunda. Quecūq̄
terre ſunt: vt plurimum calida: hec ob calidi opera
tionem ſunt calida. Hoc oſtendunt calx et cinis. Nā
omnibus ignitis ineſt caliditas aut amplior, aut mi
nor alioqui frigida ſunt. nā terra frigida eſt. ¶ Ter
tia. Hec ſecūdum materiam accipienda ſunt eē fri
gida. Nam materia humidum et ſiccum eſt. Sunt
enim hec paſſiua et humidum et ſiccum maxime aq̄
et terre ſunt: que terminantur frigido, et magis aq̄
Sunt igitur ſecundum materiam accipienda eē fri
gida. Corollarium hinc perpalam euadit quecūque
ſunt ſimpliciter aque aut ſimpliciter terre. frigida
eſſe: modo alienam non habeant caliditatem. Nā aq̄
maxime frigido determinata eſt deinde terra alie-
nam autem habent calidi operationē: vt efferuēs aq̄
ab igni, lixiuium a cineribus quibus ipſum concoc
tum fuerit. In omnibus enim ignitis caliditas. aut
maior, aut minor adeſt, et ita de aliis. ¶ Quarta. et
ſi ſecundum materiam frigida eſſe debeant: accidit
tamen plerūque alienam caliditatem propriam eſſe
et ipſa terminare. Nam que putreſcunt manifeſtum
eſt alienam caliditatem habere: ꝛ tamen ipſa ꝓpria
ſit digerens et terminans, vt inde prodeant anima-
lia, que illa caliditate conſtent et terminentur ſicut
licet intueri in iis quo facile ex putrefactione vermi
bus defluunt et ſcatent. Similiter vinum/ſanguis/
medulla genitale ſemen lac, et ſimilia plurima q̄ cō
munia ſunt propria et naturali caliditati conſtant ꝛ
que digeſſit. ¶ Primum corollarium. Hinc ſit vt ſan
guis, medulla, genitale ſemen lac et ſimilia que pro
pria naturali et digerente caliditate conſtant. cor-
rupta et a natura egredientia, non amplius videan
tur eſſe calida. Nam eorum materia: vt terra aut aq̄
que frigida eſt, relinquitur. ¶ Secūdum hinc iteꝝ
euenit vt quidam hec iudicent eſſe calida quidā ve
ro eſſe frigida. Nam qui ea reſpiciunt in propria
permanentia natura calida eſſe cenſent. qui autem
a propria ſeparata natura iudicant eſſe frigida
eſt tamen vt de ipſis determinatum eſt. Et vt pau-
cis et quaſi ſub epilogo dicta perſtringamus qui-
buſcunque eſt materia aque plurimum, hec frigida

ſunt opponitur enim maxime igni calidiſſimo, quibuſcūqꝫ vero terre aut aeris hec minꝰ ſunt frigida: frigidiſſima tñ ⁊ calidiſſima aliena caliditate ⁊ frigiditate fieri ↄtigit: ⁊ potiſſimū que maxīe coagl'ata ſolidaqꝫ ſunt fortiter eñ caliditatis et frigiditatis īpreſſionē admittūt: et ipreſſam retinēt. hinc ſolidiora caliditate priuata frigidiora apparent: itidem ⁊ calefacta apparent calidiora fortiuſqꝫ exurunt: vt aqua calidior apparet fumo: et lapis ignitꝰ calidior aqua fortiuſqꝫ exurit.

## ¶ Caput duodecimum.

Duodecimū caput cõtinet duas concluſiones, tres rationes: ad ſecundā et vnū corollariū. ¶ Prima ↄcluſio. Homoemera: vt caro: os: neruus: et vnūquodqꝫ reliquorū ex elemētis cõſtāt. Nam ex his vt materia oīa nature opera fiunt: et eorum quedā ſunt ex quibꝰ naturalia conſtāt vt ex mā: vt paſſiua et quedā ex q̇bꝰ conſtat ſecundum eēntiam: ſpeciem atqꝫ formam vt actiua. Conſtāt igitur homoemera ex elementis.

¶ Secunda. Poſteriora et quorū gratia homoemera ſunt: et ipſorum organa ipſis notiora ſunt. Primo q2 magis exploratū hēmꝰ ꝙ hō mortuꝰ nō ſit hō niſi equoce q̄madmodū fiſtule lapidee ⁊ organa videnẗ fiſtule ⁊ organa eē q̄ neqꝫ fiſtule neqꝫ organa ſunt niſi equoce. Id aūt ī homœomeris vt carne ⁊ oſſe minꝰ ꝑſpectū ē: et adhuc minꝰ in aq̄ et igne. Secūdo. Q2 vbi plurimū materie ibi minꝰ forme ē: vbi aūt minꝰ forme hoc minꝰ cognoſcibile: vt ſi extrema cõſtituamus, materiam ſcilicet: eſſentiam et formā: materia quidē nihil eſt preter ipſam formam omnibꝰ eadē: ⁊ qua nulla differre dignoſcuntur eēntia aūt et forma omnibꝰ ratio eſt ⁊ qua ſingula a ſingl'is differre ſunt cognita. inter media igiẗ ꝓportionabiliter ſeſe habebunt ſecundū quod prope aut longe reſpectu: aut materie: aut forme conſtituta fuerint. Homoemera igitur que materie ꝓpinquiora ſunt. magiſqꝫ ipſius emitantia naturā minus diſtīgui diſcerniqꝫ poſſunt ꝙ ea ipſa quorum ſunt: et gratia quorū exiſtunt et q̄ magis forme conditionem ſequunẗ. ¶ Tertio quoꝝ opera magis determinata ſunt: et ipſa manifeſtiora erunt. Quecūqꝫ eñ ſuū ꝓpriū opꝰ efficere pñt vere ſunt vt verus eſt oculꝰ qui videre poteſt: et vera ſerra: que ſecat. At oculus qui videre nequit, non vere eſt oculꝰ ſed homonyme oculus vt oculus mortuꝰ. et ligna ſerra que ſecare non valet: non vere eſt ſerra: ſed imago ſerre et ſerra equiuoce. At poſteriorum opera magis determinata ſunt: vt manus faciei: oculi: et lingue: quam oſſis. carnis et nerui et carnis adhuc magis ſecundum naturam quā ignis aut aque: et ita in plantis et metallis: vt ere: et argento: que ⁊ rurſum minus quā aīalia cognoſcibilia ſunt. quod ꝓpinquius materie: potentieqꝫ ſint accidentia omnia tamen homoemera: vt caro: os, neruus ⁊ cetera eiuſmodi: in quadam aut faciendi aut patiendi potētia conſiſtunt: forme rñ: et eorū rationes ſunt minꝰ manifeſte: ¶ Corollariū. hinc fit vt non ſit cognoſcere ꝓmptū qñ exiſtant: et qñ non: niſi longo tpis interſtitio multū eorū natura euariata ſit vt ſola quaſi eorū remanente figura q̄madmodū circa vetuſta mortuorū corpora in ſepulcris accidere cõſpiciẗ ipſa ſi quidē plerūqꝫ ſua manente figura, aut tacta aut mota citiſſime defluunt in cinerē: ita et fructus quandoqꝫ ſola ſuperſtite figura: et ſi viſui non multū videantur euetera, etati eñ ſtati diſſiliūt diſſoluunẗqꝫ: ita ⁊ circa lacticinia euenit. ¶ Talia itaqꝫ hõemera: calido frigido et eorum motibus coagulatione fieri cõtingit homoemeras partes itelligo cuiuſmodi ſunt caro. os. pilus. et neruus. nam ſupra memoratis differunt a ſe inuicem differentijs. vt mollicie: duritie: tēſione: tractione: cõmunitione: et ceteris ſimilibus q̄s calido et frigido et motibus mixtis diximus contingere. At ex his cõſtitutorum, que a nomocomera dicimus, vt faciei manus: et pedis et ſimiliū natura nō calidum et frigidū cauſa eſt vt fiant: quemadmodū neqꝫ caliditas et frigiditas cauſa ſunt: vt ſiat arca. phiala aut ſerra ſed ars. nā q̄ȯ in artificialibꝰ eſt ars artiſqꝫ ſpēs hoc eſt in ħs que conſtant a natura: natura aut queuis alia cauſa: cū igiẗ cognouerimꝰ cuius generis vnūquodqꝫ homoemerū fuerit: accipiēdum erit de eorum vnoquoqꝫ quid ſit, vt q̇d ſanguis q̇d caro quid ſemen et ita de ceteris, Sic eñ d̄ vnoquoque ſciemus q̇d et ꝓp. quid cum materiā: vt ex hac diſciplina perſpectū eſt: aut formam ex alia deprehēderimus et maxime cum ambo. et generationis et corruptionis: et vnde ipſis motus ſit principia cognouerimus. Quequidem cum cognita perſpectaqꝫ fuerint mox conſiderationem noſtram ad ea que ex ipſis ſunt conſtituta: cognoſcenda vt animalia ⁊ plātas et alia talia conuertemus.

## ¶ Queſtiones ſuper quarto.

Queriẗ vtrū diffinitio putrefactiōis ſit bñ ab Ariſt. aſſignatā et ꝓ pte affirmatiua ſufficit aucto. Ariſt. et ꝓ parte negatiua ſic arguiẗ īpoſſibile eſt ꝙ fiat corruptio caliditatꝭ proprie a caliditate aliena, ergo diffinitio minus eſt bona et antecedens ꝓbaẗ: quia caliditas aliena potiꝰ intendit caliditatē naturalem: ergo nō corrumpit: ꝙ aūt intendat ꝓbaẗ ſupponendo ꝙ caliditas naturalis et extranea ſunt eiuſdem ſpēi. pro declaratione iſtiꝰ materie primo noto ꝙ putrefactio alr' diffiniẗ a medicis. et aliter ab Ariſtote. a medicis eſt euocatio humidi adueniens corporibus liquidis que diffinitio ſic explicaẗ ſunt eñ due paſſiones aduerſe vna eſt digeſtio que eſt debita cõmixtio: et cõuocatio humiditatis cū ſiccitate et caloris naturalis vigoratio et hec eſt per quā oīa mixta fiunt et ſit ex calore naturali alia paſſio eſt putrefactio ī qua ſit ſeparatio humidi a ſicco et caloris naturalis euaporatio ad exteriora et hec eſt putrefactio: ⁊ ſit a calore extraneo per que patet differentie declaratio euocatio ideſt ad extra deductio humidi radicalis quo deducto viam illam, ſequitur calor naturalis et ī illa extraductione ſequitur putrefactio debilitatem inati calidi dicitur in corporibus liquidis per quod intellige corpora humida habentia humiditatem male cõmixtam ſicco qualis eſt hūmiditas fructuum qui facile putrēt. Noto ſecundū quaſdā eſſe differentias iter calorem naturalē et extraneū, ¶ Prima ꝙ calor naturalis eſt inſtrumentum marie ꝓportionatū anime, ad operationes complendas extraneus vero eſt in proportionatum ad operationes complendas. ¶ Secunda differentia ꝙ calor nālis ē mitis ⁊ ſuauis: ſed extraneꝰ ē mordicatiuꝰ et in ſua is. ¶ Tertia dfia eſt ꝙ extraneꝰ calor ſemper ducit in pyramidē nālis vero ī oēs figuras, ¶ Quarta dfia

ꝙ caloꝛ naturalis magis dealbat extraneꝰ denigrat.
¶ Quīta dr̄ia: ꝙ caloꝛ naturalis mouet ſemꝑ ad om
nem dr̄iam poſſitiōis: ſꝫ caloꝛ extraneꝰ ſemꝑ ad vnā
dr̄iam poſſitionis .ſ. ſurſum. ¶ Sexta dr̄ia ꝙ caloꝛ
naturalis digerit et maturat extraneus putrefacit,
et indurat. Noto tertio ꝓ declaratione diffinitionis
philo. de putrefactiōe qḋ dicit phs pꝛīo poſte. capi.
de vniuerſale ꝙ qñ aliq̄ ſpēs eſt inominata nō hñs no
mē ꝓpꝛiū quo vocitetur nominatur noīe generis qñ
eñ neſcimꝰ qūo vociteť aliqḋ aīal in ſpē dicimꝰ ē quo
dā aīal applicando ad ꝓpoſitū. Duplex eſt foꝛma coꝛ
rūpendi mixtū vna eſt per cōſumptionē hūidi et per
magnā intenſionē calidi inati et vocať aduſtio reliq̄
eſt et extraneationē hūidi et calidi inati debilitatē
et genus cōe ad iſtas duas ſpēs et putrefactio et ſe-
cunda vocat nomīe peculiari vocať noīe generis pu
trefactio. nomē ergo putrefactionis cōe ad has du-
as ſpēs diffiniť ab ariſtotele hoc mō putrefactio eſt
coꝛruptio caliditatis ꝓpꝛie in humiditate pꝛopꝛia
a caliditate aliena cuiꝰ diffinitionis dͤclaratio ē hec
dr̄ pꝛīo coꝛruptio caliditatis pꝛopꝛie: qꝛ opꝫ in pu-
trefactione eē tātam debilitatē moti calidi qḋ ab in
trinſeco: et ſi nihil aliud concurreret mixtū diſſolue
ret et hūidū a ſicco ſepareť ꝑterea ꝙ a calido innato
non manu teneť et hec eſt ſubtilis declaratio hugo-
nis ſenenſis ſen. pꝛi. 4. tracta ſcḋo ca. ḋ cauſis putre
factionis q̄o aūt hec dibilitas moti calidi acquira
tur ꝑꝑ putrefactionem declarat phs ꝙ calidū extra
neū extrahit hūidū a centro vſq₃ ad circunferentiā
in cuiꝰ extra ductione in ſequiť caloꝛ nālis et caloꝛ
qñ manet intus manet debilis non valens regulare
et tenere humiditatem ſiccitati vnitam et dicit phs
a caliditate aliena ideſt aeris ambientis. nā aer am
biēs oia putrefacit. gr̄a cuiꝰ q̄uis aer eēt frigidꝰ ad
huc hēt calaꝛem virtualē vel caloꝛem celeſtē quibus
putrefacere valeat licet pꝛeter aerem putrefacere
valeat multitudo vapoꝛū non habentiū liberū tranſi
tum rōne quoꝝ retentoꝛū fit putrefactio.

¶ Notabis pꝛeterea ꝙ inter putre-
factionem et aduſtionem multe ſunt differentie pꝛi-
ma ꝙ putrefactio eſt moꝛoſa et fit ſucceſſiue et aduſ
tio fit celeriter et quaſi ſubito. Secūda ꝙ putrefac-
tio fit per dͤbilitatem calidi innati que fit per extra
ductionē humidi ſed aduſtio fit per tantā intenſionē
calidi inati qḋ hūiditas conſumatur ꝑꝑ qḋ aduſtio
coꝛrigit putrefactionem: qꝛ putrefactio coꝛrumpit
inatū calidum debilitando et remittēdo cū aduſtio
vero eleuat inatū calidū: et qꝛ iſta duo ſunt cōtraria
vna coꝛrumpit aliam. ¶ Tertia dr̄ia ꝙ putrefactiōi
ſemper eſt anexa vna ꝓpꝛietas venenoſa: ſꝫ aduſtiōi
non qḋ bñ monſtrať in eis qui patiunť febꝛes peſtilē
tiales qui habentes paruū caloꝛem extraneū putreſ
cunt ꝑꝑ malā pꝛopꝛietatē venenoſam a qua venenoſi
tate inatū calidum debilitatur. ¶ Quarta dr̄ia: ꝙ
putrefactio relinquit aliquā hūiditatē ex qua pñt ꝓ
creari alīa et aductio non relinquit hūiditatem ex
qua pñt pꝛocreari animalia.

¶ Notandū eſt vlterius ꝙ Ariſtote
teles. 4. metheoꝛorū poſuit quinq₃ īpedimenta pu-
trefactionis .ſ. frigidū: ſiccū: multū feruoꝛ motꝰ cir-
ca pꝛimū note ꝙ frigiditas eſt multum congelatiua
remittit calidū inatū: et debilitas: et ſic eſt cā putre
dinis debilitando inatū calidū: ſi vero frigiditas eſt
pauca moderata quadā antiꝑiſtaſi vigoꝛat īatū
calidū et pꝛeſeruat a putrefactione et hec eſt cauſa
quare hyems eſt ſana et eſtas moꝛbifera. Secūdā
ē ſiccitas et intellige ſiccitatē ſine mala ꝓpꝛietate ſi an
nexa: qꝛ caliditas eſt pr̄ putredinis et hūiditas eius
mater videmꝰ carnes ſalſas non putreſcere: et aloē
et mirrā reddere coꝛpa imputreſcibilia dixi niſi ſit
adiuncta aliqua mala pꝛopꝛietas venenoſa. Tertiū
impedimētū eſt multū qḋ Ariſto. dicit videri in vino
qḋ in dolio ꝑꝑ quantitatē obſeruať imputrefactū ī va
ſi vero acetoſať: qꝛ multū difficiliꝰ patiť pauco: vt
dicit phs: hec tñ conditio moderanda eſt in hōgene
is ⁊ q̄ntitate continua q̄ non indiget euentatione et
refrigeriū per aerē. nā vidimus pl̄a poma ſil̄ aggre
gata faciliꝰ putreſcere eo ꝙ ipſoꝝ caloꝛ īdiget euē
tatiōe quā nō habet ꝑꝑ eē ſil̄ iuncta. Itē qñ ī coꝛpe ē
iunctꝰ ſanguis ſuper abūdanter putreſcet illa cito ꝑ
conculcationē et opilationē: et indebitā euentationē
¶ Quartū impedimentū eſt feruoꝛ qui iā explanatus
eſt in tertia differētia cū dixi ꝙ aduſtio coꝛrigit pu-
trefactionē eo ꝙ eleuať inatū calidū quē putrefactio
debilitat. ¶ Quintū impedimentū eſt motꝰ: qꝛ exerci-
tiū extra pellit ſuperfluitates digeſtiōis q̄ ret̄ere pu
tredinē augeant pꝫ de relinq̄nti exercitiū qḋ cōſue-
uerat qꝛ mittit exeſtiones ſanioſas et per auctoꝛita-
tē Auicēne q̄rta pꝛimi ca. de exercitio vbi dicit ꝙ ſo
lius nature euacuatio eſt incōpleta: qḋ ſignificat ad
expellendas ſuperfluitates. tertio digeſtionis req̄-
ri exercitiū, nā exercitiū auget calidū inatū et eēs
virtutes depellendo ſuperfluitates: qḋ ſi quis cōtra
hoc impedimētū arguat qḋ videmꝰ motū īmodera-
tum poſt comeſtionē eſſe cauſam putredinis dicit ꝙ
cū Ariſt. vocabat motū īpedimētū putrefactionis in
telligiť de motu moderato.

¶ Notabis ꝑterea, multas foꝛmas
putredinis quarū pꝛīa eſt cibꝰ malus: et ē iſte ille q̄
repugnat nature ex pꝛopꝛietate idiuiduali vt caſeꝰ
apud abhoꝛrentem illū qui pōt eē ſi comedat cū pu
tredinis vel per cibū malū intellige cibū collectum
tp̄e peſtilentie vt pote fructꝰ: et galine que comedūt de
bufonibus et lacertis. ſecūdū ē facilitas coꝛruptiōis
ſicut lac ꝑꝑ triplicem ſubſtantiā et etherogeneāq₃ hꝫ
ſcilicet butirū inflāmabiles ſerū aqueū et caſeū ter-
reſtre ſtomacho inmundo facile coꝛrumpiť. tertium
qñ cibꝰ hꝫ aquoſitatem frigidā quequidē nō deſcen
dit ad inteſtina: ſꝫ vſq₃ ad venas labiť que ſugiēs ac
tionē calidi inati putreſcit talia ſunt pꝛuna ceraſa ꝑ
ſicca et deniq₃ fructꝰ vocati oꝛarū qui colliguntť men
ſe ſeptembꝛis ſil̄r malitia arti ſicch. tā piſces elixi co
operti ſunt venenū et comextio cū lacte vt inq̄t Aui
cen. 6: q̄rti et ſil̄r carnes ſuffocate vt paſtoꝛis pꝛete-
rea malus oꝛdo vt ſi procedat cibus groſſus ad ſub
tilē. nā tunc cū ſubtili non pateat exitꝰ putreſit ſupe
riꝰ ſimiliter tp̄s vt pote ſi cadat crudū ſuꝑ indigeſtū,
aut ſi multū fames toleret. nā tolerare famē replꝫ ſto
machum putridis humoꝛibꝰ vt inquit Auicē. tertia
pꝛimi capl̄o. de regimīe cibi et potꝰ ibi poteris hec
videre: et fē pꝛima quarti trac. ſcḋo ca. de cauſis pu
tredinis.

¶ Dubitaret aliquis circa hanc ma-
teriam vtrū digeſtio: et putrefactio poſſint ſimul ꝓ-
cedere in eadē materia circa qḋ varie ſunt opinio-
nes. Pꝛima eſt opinio cōciliatoꝛis dicentis ꝙ digeſ
tio et putrefactio poſſunt ſimul ire in eadem mate-
ria circa diuerſas partes vt digeſtio circa ptes foꝛ
males: et putrefactio circa materiales et econuerſo
nō tñ circa partes eaſdē ſꝫ opinio gentilis eſt in qḋe

ſua de maiori: ꝙ digeſtio et putrefactio pñt ſiľ ire cir
ca ptes eadem.ſ.mãles et formales voco materia-
les partes valde minimas formales vero magnas ꝓ
bat hoc experientia: qꝛ videmus aliquam mãm pu-
tridiorem effici et digeſtioñe qḋ manifeſte pꝫ in fe-
bribus vbi mã in ſtatu eſt putridior et eſt magis di-
geſta ſi febris eſt ſalubris: ğ digeſtio et putrefactio
pñt ſiľ ire in eadẽ materia: ſꝫ hec opinio ẽ falſa. quã
vnica ratione impugno. nã bñ ſequitur in hoc ſubő ẽ
putrefactio volo ꝙ hẽat tres tertias a b c ğ eſt ſepa
tio ptis a pte b ſꝫ a ſeparet a b: ğ intẽtũ ꝑterea dico
ꝙ digeſtio et putrefactio pñt ſiľ ire in eadẽ materia
non tanꝙ duo mot⁹: ſꝫ tanꝙ vn⁹ mot⁹ idẽ eñi penitus
mot⁹ qui vni mixto ẽ putrefactio alteri eſt digeſtio
nã generatio min⁹ eſt corruptio alteri⁹: et hoc ꝓbať
qꝛ eadẽ penit⁹ preuia diſpoſito que eſt ad vnã formã
generandã eadẽ eſt ad alterã corrũpendã: et diſpo
ſitio ad gñationẽ mixti eſt digeſtio: et ad corruptio
nẽ eſt putrefactio ergo idẽ mot⁹ eſt putrefactio ⁊ di
geſtio: nec mirũ eſt hoc. Nã eadẽ diſpoſitio que ẽ ma
la per hominẽ eſt bona per vermẽ concedamus eñi
eandẽ materiã magis putridã reſpectu minus forẽ
et magis digeſtam reſpectu alterius forme.

## ¶ Ex quo patet duplex corolarium

in hac mã de putrefactione primũ ꝙ fetor eſt effect⁹
eſſentialis putredinis vnde hec ꝯña eſt bona fetet ğ
putridũ eſt. ſꝫ iſta nihil valet putridũ eſt ğ fetet ſunt
enim quedã que cũ magis putrent ſunt magis arõ
matica qḋ euenit: qꝛ diſponitur per diſpoſitiones p-
uias ad mixta perfectiora. ¶ Infertur ſecũdo ꝙ iſta
conſequentia eſt bona hoc putret: ergo eſt mixtũ: ſꝫ
ꝯ conuerſo non valet: eſt mixtum et corrumpitur: er
go putret. Pria pars nota ẽ: et ſecũda patet de mix
to corrupto ꝑ aduſtionẽ. ¶ Inferť tertio ꝙ ille tex-
tus phi. 4. metheo. oĩa putreſcũt preter ignem non
intelligiť oĩa que corrumpunť: corrumpuntur ꝑ pu-
trefactionẽ preter ignem: ſꝫ intelligiť oĩa mixta cor
rumpuntur putrefactione proprie dicta et in ſpecia
li preter ignẽ: ideſt preter aduſta. ¶ Inferť. 4. iter
oẽs humores corruptibiliores fore flugma ſanguinẽ
⁊ colleram: qꝛ illi ſunt humidi: aut calidi que ſunt fo
meta putredinis ex quo habes pleraſqꝫ febres a me
dicis curabiles eſſe colericam et flegmaticam. Nã
ſanguinea in breui fit colerica.

## ¶ Diffinit digeſtionem Ariſt. libro

4. methe ꝙ eſt quedã perfectio cauſata a calido ex
oppoſitis paſſiuis: cuius diffinitionis intellectus nõ
eſt vt credit Alber. mag. ex cõtra iacentib⁹ paſſiuis
ideſt per remotionẽ qualitatũ ipedientiũ: et extra-
neantiũ: qꝛ ſequereť ꝙ qlꝫ mixti calefactio: aut infri
gidatio: aut ſubtiliatio: aut ingroſſatio quando ex-
pediret eſſet digeſtio ꝙ non eſt verum ſed ſola debi
ta comixtio humiditatis cum ſiccitate eſt digeſtio ⁊
hoc dixit phs in illis verbis ex cõtra iacentib⁹ paſſi
uis quod bene gloſat vgo ſenenſis pˀio aphoriſmorũ
cõ. illius digeſta medicari quod fit ex contra iacen
tibus paſſiuis ideſt per gñationẽ cuiuſdã medie q̃li
tatis inter qualitates paſſiuas pro cuius medie qua
litatis generatione fit digeſtio et ſic intelligitur illa
diffinitio.

Dubitatur circa hanc mãm vtrũ oĩs digeſtio procedat i groſſando: ⁊ vř ꝙ ſic auctori. phi dicentis ꝙ digeſtio facit omnia conſtare, in oppoſitũ eſt experientia de pomis ğ poſt maturitatem efficiunť leniora: et moliora: ergo di-
geſtio ſubtiliat et non ingroſſat. Pro hac qõne: noto
ꝙ circa mãm d̃ digeſtiõe triplex opinio famoſa ver
ſatur prima eſt conciliatoris dicentis ꝙ digeſtio in
ſubtili eſt in groſſatio: et in groſſo ſubtiliatio et non
conſiſtit in alio digeſtio: ſꝫ quamuis hec opinio de di
geſtione in nociuo verũ affirmet: qꝛ ad expellendũ
ſubtile qḋ eſt imbibitũ indigemus ingroſſatione: et
ad expellendũ groſſum ſubtiliatione nihilomin⁹ d̃ di
geſtione: non d̃clarat modũ quõ fiat: iõ poniť. Secũ
da opinio vgonis ſenenſis loco allegato que dicit ꝙ
digeſtio eſt acquiſitio cuiuſdam ꝓprietatis occulte,
et moueť hac ratione: qꝛ videm⁹ ſanguinẽ digeſtiſſi
mũ a nã in pˀio die cuiuſdam febris ſanguinis: ſꝫ ex-
pectari diẽ quartã qḋ non euenit niſi: qꝛ die quarta
acquirať ꝓprietas occulta ꝑ aſpectu celeſte die q̃r-
ta venituol⁹ eſt. Tertia eſt opinio gentilis dicentis ꝙ
duplex eſt digeſtio quedã in nociuo: vꝫ in humore
malo vt expellať et hec in ſubtili eſt ingroſſatio et in
groſſo ſubtiliatio quedam vero eſt in iuuatiuo: vel in
humore qui natus ẽ conuerti in naturã mẽbri et iſta
q̃ eſt aut de pˀia intẽtione: aut de ſecunda ſi primũ ni
hil aliud eſt digeſtio ꝙ acquiſitio quarũdã q̃litatum
ad actũ nutritionis et ſic oĩs digeſtio ꝓcedit in groſ
ſando: qꝛ mẽbra ſunt groſſiora ꝙ hũores. De ſcða tñ
itẽtione q̃ ẽ hũorẽ expellere qñqꝫ ꝓcedit in groſſan-
do qñqꝫ ſubtiliando. Notãdũ ẽ vlteri⁹ ꝙ digeſtio cir
ca partes aqueas ꝓcedit ingroſſando circa terreſ-
tres tñ ſemꝑ ꝓcedit ſubtiliando: et vbi dominantur
magis partes aq̃e ꝓcedit ingroſſando vt videre eſt
in amidalis que procedũt in groſſando ꝑ. dominũ
aquearũ atqꝫ earũ partiũ ſꝫ in caſtaneis gladib⁹: et
piris procedit ipa digeſtio ſubtiliando: qꝛ in eis ter
reſtre dominať qḋ ẽ min⁹ groſſum ⁊ indiget ſubtilia
tione: ſꝫ cõtra illã cõcluſionẽ gentilis in qua dicit ꝙ
digeſtio de pˀia intentiõe procedit in groſſando ar
guitur: qꝛ videm⁹ in tranſmutatione ſpirit⁹ vitalis
in animalem fieri ſubtiliationẽ eo ꝙ ſpirit⁹ animalis
eſt ſubtilior vitali et in tranſmutatione chili in ſan-
guinem ꝓcedit illa digeſtio ſubtiliãdo: qꝛ ſanguis
ſubtilior eſt chilo. dicẽdũ ad hoc ꝙ ſi in digeſtionib⁹
fiat cõparatio toti⁹ ad totum ꝓcedit hec digeſtio ſub-
tiliando in his caſibus nãqꝫ tot⁹ ſpirit⁹ vitalis groſ-
ſior eſt animali: ſꝫ ſi fiat cõparatio ad ſolas illas par
tes ex quib⁹ hẽat fieri ſpirit⁹ animalis: aut ad illas
ex quibus hẽt effici ſanguis procedit in groſſando.
¶ Notandũ eſt vlteri⁹ ꝙ digeſtio ſm Ariſto. 4. me.
eſt triplex. ſ. pepãſis: epteſis: opteſis. Pepanſis eſt di
geſtio ſeminis in pericarpis. i. in locis contentiuis ſe-
minis ⁊ capta ſtricte erit digeſtio ſeminis vt fiat aĩa
tũ aliquod large ẽt vocať pepanſis digeſtio q̃ eſt fun
damentũ ad alias vt digeſtio ſthomaci. Epteſis voẽ
elixatio vel digeſtio facta a calido cũ humido, opte-
ſis vero eſt aſſatio vel digeſtio facta a calido et ſicco
et notabis ꝙ aſſata ſunt hũidiora elixatis eo ꝙ in ex-
terioribus fit cruſtra et obſtructio pororũ: ⁊ intra pel
litur humiditas: et iõ hec aſſata magis nutriũt: ⁊ ſũt
difficilis digeſtiõis et ſiſtunt ventrem ꝓpterea ꝙ ge
nerant humiditates ſolidas groſſas ſed elixata ſunt
hũidiora humiditate madefactiua ſꝫ non ſubſtanti-
fica iõqꝫ magis nutriunt ⁊ in digeſtio oppoſita pepã
ſi eſt omotes eptreſi moliniſis optreſi ſtatenſis.

## ¶ Utrum purum elementum nutri-

at tractaui in problematibus noſtris.

## Explicĩt q̃ttuor libri metheororũ.

## ¶ Incipit Liber primus de Anima.

### ¶ Caput primum.

Libri tres de anima. ¶ Primus continet quinqꝫ capita. Primū caput duas concluſiones: quattuor rationes ad ſecūdam, vnum corollarium ad eiꝰ tertiam rationem ⁊ duo ad quartam. ¶ Prima cōcluſio. Qui bonorū ⁊ honorabilium ſcienciam eſſe opinantur: alteram altera honorabiliorem exiſtimant: aut propter demonſtrandi certitudinē: aut ob ſubiecte materie preſtantiam atqꝫ nobilitatem. Hac vtraque de cauſa ſcientia de anima: ſcientiarum naturalium eſt honorabiliſſima. ¶ Propter quidem demonſtrandi certitudinem. nam anima ea eſt que in nobis vite principium eſt: ⁊ cuius opera in nobis experimur non autem aliorum. Habet igitur demonſtrandi certitudinem: imo vero anime cognitio ad omnem proficit veritatem: et maxime rerū naturalium. Ob nobilitatem autem. nā ceteris rebus quibus ſenſibilis formatur mundus, anima preeſſe videtur: et id euadet clarius: cum anime naturam deprehenderimus: et eius paſſiones tum ꝓprias, tum cōmunes, eius enim ratione he animalibꝰ ꝓprie, he vero communes ineſſe videntur. Secunda Et ſi anime ſcientiam, demonſtrandi certitudinem. habere dixerimus, illam tamen de anima tradere certitudinem difficilimū eſt. ¶ Primo. quia quid ſit anima: et eius diffinitionem afferre: non eſt facile et apud Philoſophos adhuc dubium eſt an omnium inueſtigandis diffinitionibus ſit modus idem eademqꝫ via an diuerſe et quemadmodum diuerſa ſunt de quibus agitur negotia: ita diffiniendi diuerſos moliri oporteat modos: ⁊ diuerſas diffiniendi vias. Si omnium diffiniendorum idem eſt modus: et eadem eſt via: querere illam oportet: quam vtique repertā exploratamque habere facile non eſt. Nam ſiue hanc poſueris demonſtrationem. ſiue diuiſionem: ſiue compoſitionem atqꝫ collectionem: multe adhuc dubitationes et multi relinquuntur errores: et vniuſcuiuſqꝫ propria inueſtigare oportebit principia. Alia enim numerorum principia: et alia linearum: et planorum. Si dixeris, ſecundum tractandorum negociorum diuerſitatem: diuerſos eſſe diffiniendi perquirendos modos diuerſaſqꝫ vias: et id, quidem ampliꝰ et magis cognitu difficile. nā circa vnūquodqꝫ cognoſcere oportebit: quis erit propriꝰ diffiniendi modus. Scientiam igitur de anima tradere difficilimorum eſt. ¶ Secūdo. Quia difficile eſt aſſignare genus aīe. an ſit ſubſtantia: quantum quale: aut aliquid aliorū et ſi ſit ſubſtātia dubium eſt. an ſit actus. an potentia: et an partibilis, an īpartibilis: an omnis anima omni anime ſimilis ſit ſpeciei: quemadmodum ii putarunt qui de anima rationali mentionem facientes crediderunt de omni anima ſufficienter determinaſſe. an anime ſpecie differant: et genere conueniant. Quod ſi ita fuerit: ſupereſt dubium. an ipſius ſit vna communis ratio: quemadmodum animalis: an ſecūdum vnāquanqꝫ ſpeciem eius altera et altera quemadmodum altera propria eſt hominis: canis et equi Uniuerſale enim vt animal et vnūquodqꝫ quod ſimiliter predicetur: aut nihil eſt: aut poſterius eſt. Tertio. Quia non eſt facile determinare: an in vno, vt in animali multe ſunt anime: an potius vna: que multas pres ac potentias retineat: vtpote vegetatiuam ſenſitiuam appetitiuam motiuam et intellectiuam: et ſi potentias habeat: an potius de toto: an de potētiis: an de potentiarum obiectis aut operationibus, prima determinatio ſit de ſenſitiuo: ſenſibili: et ſentire: intellectiuo: intelligibili: et intelligere. Non enī ſolum que eſſentiam indicant: perquirenda ſunt: vt mathematicis quid linea: quid planum: quid rectū: quid curuū: ex quibꝰ que per ſe inſunt demonſtrant imo nobis in hac diſcēda diſciplina: accidentia cōſiderare erit opportunum. Accidentia enim ad cognoſcendū quod quid eſt. magnum nobis preſtabunt adiumentū: iō poſt aliquantulam accidentiū deprehenſionem nobis conducet non parum quid eſt accipere: eſt enī quid eſt: omnis demonſtrationis principium, ¶ Corollarium. Unde fit vt diffinitiones que accidentia non complectuntur: neque facilem de ipſis prebent coniecturam. dialectice et vane ſint oēs huic noſtro operi minime accomodande. ¶ Quarto, Quia dubitationem preſtant non modicā anime paſſiones: et accidentia: an ipſi et compoſito omnia ſint communia: aut quedam ſint ei propria. plurima profecto ſine corporis vſu omnino fieri non poſſe videntur: vt ſentire, iraſci: miteſcere miſereri: timere confidere conſiderare gaudere amare: odiſſe: Uidemus enī pleroſque magnis et duris incidentibus caſibus nihil iraſci: neqꝫ timere: quia corpus non moueatur: qui leui occaſione corpore moto: vt iraſcentibus protinus ſuccenſent et iraſcuntur: et nullo terribili imminente: aliquando timere: et intelligere anime maxime proprium videtur: ſi tamen eſſet phātaſia quedam: aut non ſine phantaſia: ſine corpore eē non poſſet: et ſi anime proprium eſſet intelligere: ſicut recto, vt rectum eſt propriū eſt ſpheram vt eneam in puncto tangere et multa: vt huiuſmodi ſunt ei propria. non tamen tanget retum ſeparatum quandoquidem a corpore ſeiungi ſepararique non poſſit Et ſi intelligere anime ꝓprium ſit vt nulla egeat corporis functione ipſam quidem animam ſeparari cōtingere. nihil apparet in cōmodi. Sin autem nulla ſit anime operatio propria ē: ſeparari non pōt nihil enim a natura otioſum nihil ſine vſu aliquo fit vnquā ſed de anima: et eius ꝓpriis: vt de recto dictum eſt: et de iis que recto: vt rectum eſt: propria ſunt: ſentiēdum eſſet. ¶ Primum corollarium. Unde fit vt cum anima pleraſque operationes: quemadmodū nunc dictum eſt corpori ⁊ materie coniunctas habeat ipſius phyſica ſit determinatio: et hoc aut de omni: aut de tali. ¶ Secundum corollarium. Fit etiam: vt in diffiniendis anime paſſionibus phiſicus materiam adiungere debeat: vt in diffinienda ira: Diffinit enī iram hoc pacto phyſicus. Ira efferuentia ē ſanguis circa cor vlciſcendi doloris deſiderio concepta. Dialecticus autem hoc pacto. Ita eſt vlciſcendi doloris appetitus. Differenter enī eadem diffiniunt phyſicus et dialecticus. Nam phiſicus materiam ſuis diffinitionibus adhibet. dialecticus autem ſolā formā rationem enī formam et ſpeciem dicimus. diffinitionum autem hec materiam ſolā adhibet: vt domꝰ eſt ligna lapides et intritum hec formam: vt domus eſt a ventis imbribus caloribus et frigore defenſio: hec vero vtrūqꝫ connectit, vt domus munimentum eſt a

ventis imbꝛibus: caloribus ⁊ frigoꝛe: ex lignis lapidibus: intritoque conſtans. ¶Queritur ergo que harum trium diffinitionum ad phyſicum attineat. dicimus phiſicum eā curare: que materiam contineat: formā et opera que vt huiuſmodi, ſe iungi ſeparari que non poſſint vt foꝛme phiſice: et opera phiſica: q̄quidem opera et dialecticus conſiderat ſed materiam negligit ſunt enim naturalia opera hec intrinſeca. vt caloꝛ frigiditas humiditas ſiccitas hec aduētitia vt artificialia que materiam exornant: vt ſculpture et intercelature et que vicium emendant: vt medicina: Sunt et alia que et ſi a materia non ſeparentur non inſunt tamen coꝛpoꝛi phiſico vt phiſicum eſt vt rectum curuum triangulare quadratum. Ex his licet intueri qui foꝛmas contemplentur. nā naturales foꝛmas que a materia ſeiugari nō poſſunt phiſici conſiderant materie haud immemoꝛes. et eaſdē relicta materia dialectici abſtractas autem non re ipſa ſed cogitatu et intelligentia mathematicus. At veras rerum foꝛmas cino a materie conſoꝛtio ſeiugatas abſolutas ⁊ imunes pꝛimus vltra mundanꝰ et diuinus contēplatur philoſophꝰ. Sed his determinatis quid de anima ſenſerint antiqui nunc aperiamus.

## Caput ſecundum

CAput ſecundum continet vnam concluſionem: et duodecim antiquoꝛum opiniones. ¶Concluſio. Vt determinationis pꝛincipium ab antiquoꝛum opinionibꝰ faciamꝰ: cōſentaneum eſſe videtur. namqꝫ ab ipſis bene dicta ſunt recipiemus nobiſque erunt adiumēto que vero male: reijciemus. Et id pnoſſe opere precium eſt: omnes antiquos per motum et ſenſum animā a ceteris maxime ſecreuiſſe: et per illa inquirere q̄d eſſet cōatos fuiſſe. Duodecim antiquoꝛum de anima opiniones. ¶Pꝛima eſt Democriti et leucippi: exiſtimantium animam ignem eſſe et caloꝛem quendam ex ſphericis atomis conſlatum: ꝙ maxime mouere ⁊ penetrare ſeipſas et alia poſſint: et animam animalibus motū pꝛeſtare et vitā: et eam reſpirationem eſſe diffiniebant. nam quandiu reſpirat animal. atomi ingredientes, internas q̄ animū cōſtituunt diſſipari pꝛohibent: et viuit animal: cum vero non reſpirat. hoc pꝛeſidio deſtituta diſſipat atque diſſoluitꝛ anima: ipſuꝫqꝫ perit animal. neque miruꝫ eſſe ſi anima non videatꝛ: tametſi coꝛporea ſit: quandoquidem ramenta illa q̄ in aere volitant: non niſi in radio perſpicere et depꝛehendere liceat. ¶Secunda eſt quoꝛundam pythagoricoꝛum pene idem ſentientium. Hoc tamen intereſt, quod non animā atomis: ſed virtutem atomoꝝ motricem eſſe dixerunt, quod quantacūque ſit trāquillitas, atomi ꝯtinue agitari pellique videātꝛ. ¶Tertia eſt Anaxagoꝛe animam fontem ⁊ pꝛincipium motus ponentis: et animam et intellectum idem eē: nō tamen animam: mentem et ſenſum confundebāt in idem quemadmodū Democritus: qui pꝛoinde que ſenſu apparebant vera eſſe omnia dicebat aut hoꝛe vſus Homero: qui inquit Hectoꝛ iacet: aliud ſapiēs At intellectum omnibus animalibus et magnis et paruis: et honoꝛabilibus: et inhonoꝛabilibus conſimilē ineſſe: non videtur ſecundum pꝛudentiam dictum et he opinandi rationes ex parte motus ſumpte ſunt. ¶Quarta ē Empedoclis: animam ex quattuoꝛ elementis: lite et amicitia conflatā eſſe volentis: ex quibus omnia conſtent: ideo animam omnia cognoſcere: et ſimile in ea ſua cognoſcere ſimilia hoc teſtātis carmine.

Terrea vis terras vis hūida percipit vndas.
Aether ab etherea ſentitur ab ignibus ignis.
Par pacē monſtrat litē lis aſpera noſcit.

¶Quinta eſt: Thimei volentis animā ex elementis eſſe conflatā vt ſimile ſimili cognoſcatꝛ authoꝛe Platone in Timeo Et in ijs que de philoſophia diſſeruit ex vnius idea longitudinem pꝛodire: et latitudineꝫ et pꝛofunditatē ſuo modo et vnius ideam intellectū pꝛebere, ꝙ ſit ſciendi pꝛincipium pꝛimā duitatē pꝛebere ſcientiam, ꝙ ab vno ad vnum et ſemper verum pꝛocedat opinionem vero a pꝛima naſci trinitate, ꝙ ab vno pꝛobabili ad duo nunc ad verum nunc ad falſum pꝛocedat et ſenſum a pꝛimo quaternario: ꝙ ſit ſolum coꝛpoꝛeum et ſolidoꝛum numeros eī vocat rerum ſpecies pꝛincipia et elementa. Et cū intellectu ſcientia. opinione et ſenſu cognoſcamus. ex hoꝛuꝫ numeris conflat animam. ¶Sexta ē Xenocratis: vtrūque et motum et ſenſuꝫ connectentis. Inquit em̄ eā eſſe numeruꝫ ſepſum mouentem numerum quidem: quo facit eam ex omniuꝫ pꝛincipijs conſtare ⁊ vt omnia cognoſcat mouentem addit. quia eam pꝛincipiū et oꝛiginem motus credit: creditque numerus rerū pꝛincipia eſſe. et vt ſummarie dicatur qui cognoſcere et contemplari anime pꝛopꝛium crediderunt: eā ex rerū pꝛincipijs conficiunt: et vt de reruꝫ pꝛincipijs multitudine: paucitate coꝛpoꝛeo aut icoꝛpoꝛeo euariant: ita inter ſe de anime natura. ¶Septima eſt Thaletis. Mileſij dicentis animam eſſe aliquid motiuum. Hinc magneticum lapidem credidit. ꝙ ferrum moueret animam habere. ¶Octaua eſt diogenis eam eſſe aereꝫ volentis opinantis euꝫ omniū eſſe ſubtiliſſimum et rerum oꝛigineꝫ et pꝛincipium ¶Nona eſt Heracliti: qui oīa ex vapoꝛe calido caliꝺoque halatu gignebat quem nihil aliud eſſe quam ignem volebat omnium ſubtiliſſimū: ⁊ pene incoꝛpoꝛeum: et ſemper fluentem. Hinc animam dixit eē vapoꝛem. ¶Decima eſt Aclmeonis: animam eſſe imoꝛtalem et ſemper moueri et quam ſimillimā eſſe ſoli lune et celo (que ſempiterno agitatu feruntur) volētis. ¶Undecima eſt Hipponis: inquit em̄ hippō animam eſſe aquaꝫ qꝺ omniuꝫ ſemen hūiduꝫ ſit. ¶Duodecima eſt Crite: animaꝫ ſagnuinem eē ſentientis. Hoc ideo: quia ſentire pꝛopꝛium eſſe anime iudicabat. et nos ſanguis beneficio ſentire: et que exāguia ſint ſanguineque pꝛiuentur vt oſſa vt dentes vt vngues non ſentiant. Et oēs ex tribus aīe diffinitioneꝫ querunt motu ſenſu: et in coꝛpoꝛeo: aut ſubtiliſſimo: vt id in coꝛpoꝛei nomen ſibi iure quodaꝫ vendicare poſſe videatur. et ſimile ſimili cognoſci conſentiunt omnes: vno Anaxagoꝛa excepto: qui intellectꝰ ⁊ aliarum reruꝫ nullum poſuit eſſe ſimilitudinis cōmercium. hinc omnes animam ex omnibꝰ conflant pꝛincipijs vt omnia cognoſcat et qui tantū vnū ponūt pꝛincipium ex vno eā conſtituunt et qui plura ex pluribꝰ et qui contraria ex contrarijs. vt Empedocles. Unde ⁊ nomina ducta ſunt nā qui ponūt calidū eē pꝛincipiū inde aſſerunt et id eſt ipſum viuere eſt nominatum ꝙ vita ipſa in feruoꝛe et caloꝛe cōſiſtat, Qui vero frigidum id eſt animā vocatā eſſe ꝙ euentatione et reſpiratiōe egeat. Sed q̄d de anima ſenſerint antiqui hactenus ſatis per curſum eſt.

## ¶Caput tertium.

Caput tertium continet du
as concluſiones ſeptem rationes ad
primam ⁊ octo ad ſecundam. ¶ Pri
ma concluſio Animam ignem eſſe et
ſeipſam mouere: vt vult democritus:
impoſſibile eſt. ¶ Primo. Quia priꝰ
demonſtratum eſt: quicquid mouetur ab alio moue-
ri nihilqꝫ a ſeipſo moueri. ¶ Secundo Bifariã dici
tur aliquid moueri: aut per ſe vt quod in ſe motum
habet: aut per alterum vt quod cũ nõ moueatur ĩ eo
eſt quod mouetur: vt nauta ſedens in naui: hec ſiqui
dem per ſe mouẽtur ille autem per accidens: Que
ritur ergo an anima per ſe moueatur: an per alterũ
Si per ſe oportet eam augmentatione: diminutiõe,
alteratione: vno aut pluribus horum motuum moue
ri. Quicquid autẽ aliquo horum motuum per ſe mo
uetur in loco eſt, cinctũqꝫ corpore. Anima igitur et
corporea: et in loco eſt: quod eſt impoſſibile. Si de-
derint per alterum vt albedo et nigredo: nullus diſ
fitebitur: vtpote que in eo quod mouetur exiſtat mo
uetur eñi corpus ſed eam tunc accidit et conſequit
non moueri: quare nec ſeipſam mouere. ¶ Tertio.
Quia quecũqꝫ ſenſibilium mouentur: motũ ſecundũ
naturã et motũ violentum eiſdem accidere videmꝰ.
Itaqꝫ et anime motus ſecundum naturam et violen
tus acciderent quare et quieſceret nunc natura: nũc
vi. In quod eñi aliquid natura mouetur et in eo na-
tura quieſcit in quod autem vi: violenter, Sed qs
anime violentus motus: ſi ſeipſam moueat: que natu
ra quies: que violenta hec ipſi vel effingere volen-
tes, nequeant. ¶ Quarto. Si anima ſit ignis: vt po
nit. Democritus: ignis autem ſolũ ſurſum moueatur
et anima ſolum ſurſum mouebitur. Et cũ anima cor-
pus moueat et ipſum quoqꝫ: et animal vnunquodqꝫ:
natura ſurſum mouebitur. Sed quid abſurdius: Et
ita agimus contra eos qui eam ex aliquo aliorũ ele-
mentorum conflarunt, nam ſi terra eſſet: ſolum agi-
taretur deorſum ſi aqua in locum aque et ſi aer in ae
ris locum. ¶ Quinto Si anima ſeipſam moueat: ra
tionabile eſt conſimilibus motibus moueri corpus:
nam ipſa corpus mouere videtur. Et retro agitur: ſi
anima ſeipſam moueat: et moueat corpus: rationabi
le eſt animam ſe talibus agitare motibus quibus et
ipſa corpora agitari videmꝰ. Atqui corpora delatio
ne ferri videmus delatione igitur et loci mutatione
fertur anima: quare et exire continget animam ⁊ re
gredi et animalia mortua iacentia reſurgere. Uni-
cum itaqꝫ ipſis confugium eſſe videt: animã per al-
terũ et per accidens moueri dicere et cũ anima ali-
quo violentia impellit. et animã quoqꝫ id per acci-
dens pati. Non igit per ſe mouebit. Cui eñi aliqd ꝑ
ſe conuenit illud per accidens eidẽ non cõuenit, ne
que e diuerſo: vt quod eſt per ſe bonũ: non eſt per ac
cidẽs et per alterũ bonũ et neqꝫ qd per accidens bo
nũ ẽ id ꝑ ſe bonũ ẽ. neqꝫ dicere poſſint motꝰ ſenſibiliũ
peculiares et ꝓprios eẽ aĩe qbꝰ ſeipſaꝫ moueat: nã ſi
ne exterioribꝰ ſenſum exercitare nõ põt: et ita de ap
petitu et ceteris dicendum. ¶ Sexto. Quia id ipſi
fatentur: animam vt animam moueri eſſentiaqꝫ eſſe
motũ: qd aũt mouet videmꝰ ſeorſum a motu ſtare: q-
re et ſi de anima ita futurum ſit: ſtabit ſeorſum a ſua
eſſentia. Sed quo pacto id fiat: ſatius eſt igitur cõfi
teri ipſam ſecũdũ accidens moueri: et nõ per ſe: mo
tũ ve eius eẽ ſubſtantie. ¶ Septimo democritꝰ aſſe-
rens ſphęrales atomos ſemper agitare corpꝰ ꝙ nuſ
quã nate ſint manere ꝑſimile dicit philippo comoe-
diarum ſcriptori: Dedalum olim ligneolam venerẽ
feciſſe: que fuſili argento infuſo ſe motaret: Sꝫ que-
rit a Democrito quid cauſa quietis animalis ſit nũ
quid afferre poterit ſemper mobiles atomos: et q̃
ſeſe quietare non poſſint. Et certe non ſic moueri vi-
detur animal: ſed voluntate et intellectu: et Timeꝰ
propinqua Democrito aſſerebat animã ſcilicet ſeip
ſam agitando ſimul mouere corpus: ꝙ corpori ſit ad
iecta alligataque. Inquit eñi Timeus: cum anime
opifex deus eam condidiſſet rectam circunflexit in
orbem: quem in geminos ſecuit: quorũ vnus circun
daret et alter interior haberetur. Interiorẽ rurſum
cõminuit et ſecuit ĩ ſeptẽ quem ſectũ ſeptẽ rurſum
glomerauit in orbes q̃ ꝑꝑ inq̃t celũ torquet ĩ girũ ꝙ
aĩa ſit circulus: q̃ in harmonicos diuiſa circulos ⁊ ex
his vt elemẽtis ꝯflata ſuo motu corpꝰ torq̃t ⁊ euoluit
Ex harmonicis ſiquidẽ conflata circulis canoriſqꝫ
numeris quo per dulcem illam ſemꝑ poſſideat har-
moniam ⁊ quo emodulatos ſempiterno motu afferat
ciatque gyros: Sed primum Timeꝰ occurrit arguẽ
dus ꝙ animam fecerit magnitudinem ⁊ maxime cã
quam vult eſſe rationalem et intellectũ: hec ẽ anima
mundi intelligit: ꝙ vt puram mentẽ eſſe intendit: et
non qualis ſenſitiua: qualiſue appetitiua que ſe ꝑ di-
rectũ foras ꝓfundunt: ſuoſque exercent actus. Se-
cunda intellectus magnitudo. ſiue circulus ſiue glo
bus, vt vult Timeus: eſſe non poteſt. ¶ Primo. quia
omnis magnitudo continua eſt ꝙ eius particule in
terminum cõmunẽ finiunt in ipſo que copulantur. in
tellectus autem hoc pacto continuuus eſſe non põt:
ſed: vt intelligibilia: vnꝰ eſt aut omnino ĩpartibilis:
aut non vt magnitudo continuꝰ. ¶ Secundo, Quõ
intelliget: cum velit Timeus ipſi opus eſſe tactu et
a propinquatione rebus quas ſit percepturꝰ. ſi qua-
libet parte intelligat: et partes eius ſint puncta: cũ
ipſa ſint infinita, infinita tranſibit. Si partes ponis
magnitudines, continget ipſum infinities idem in-
telligere quod ſemel intelligere ſufficeret. Si non
qualibet parte ſed toto curuamine: totiuſque conta
ctu ad quid erunt partium contactus: et quomodo
totum tangendo intelliget cuius nulla parte tangẽ
do intelligat: quomodo intelliget indiuiſibile: ſi in-
diuiſibili non toto curuamine circulo que et totius
contactu intelligit. neque quidaꝫ diuiſibili: nam di
uiſibile indiuiſibili attactũ non habet. ¶ Tertio. qꝛ
intellectus operatio: intellectio ẽ: circuli: circulatio.
Qui fit igit vt intellectus circulꝰ ſit cuius intellec-
tio circulatio ſit ¶ Quarto. Circulatio perpetua eſt
At intellectus motiones finẽ habent actiue quidem
quia ſunt alicuius gratia. Proruere aũt in infinitũ
nõ valẽt ⁊ ꝯtẽplatrices. Nã he aut definitiõe demõſ
tratione contemplantur. finita autem omnis defini-
tio omniſque demonſtratio. heque ad principiũ non
reflectuntur: ſed potius ſecũdũ rectũ procedere vi
dentur. Circulatio autem ſemper ad principium re
flectitur. Non eſt igitur intelllectus circulus: et ciꝰ
intellectio circulatio. ¶ Quinto. Intellectio et mẽ
tis operatio quieti quã motioni ſimilior eſt. non igit
circulatio exiſtit. ¶ Sexto. Motus videt eẽ ab ani
me natura ꝙ ſtatus magis alienus monſtrant hoc te
mulenti: egrotantes infantes et ſenes. Si igit conti
nue et irrequiete moueretur: motus eſſet ei violentꝰ
preter naturã: minuſque ſue nature conueniens ſem
per. quod eſſe nequit. Et ſi dixeris motũ eſſe eius eẽn
tiam relabimur in predicta incomoda vrgebitque

difficultas,quo intelliget ĩmota.videretur enim mo
tum et ſola mota deprehendere debere:cuius tñ op
poſitũ conſtat. ¶Septimo.Conſentiunt plurimi me
lius eſſe intellectui,liberari corpore,quo tanq̃ vin-
culis et carcere clauſus detinetur:tanq̃ corpore diſ
ſoluto beatior felicior qꝫ futura ſit vita. Laborioſiſſi-
mum igitur(vt ſentit Timeus)animã mundi et per
fectiſſimum intellectũ nunq̃ a corporis vinculis poſ
ſe abſolui.neqꝫ cauſaꝫ aſſignauit cur celeſtes orbes
torqueanť in gyrũ.Et ſi querat cauſaꝫ,ſi intellectus
molis et magnitudinis oĩs ſit expers: cur voluat in
circulũ:Dicimus qꝛ melius eſt ⁊ taliter eſſe.Fit enĩ
vnunquodqꝫ q̃ fieri poteſt optime,ſed hec cõſidera
tio aliena eſt. ¶Octauo.Quia dicit Timeus aĩam
ſeiungere corpori,ipaꝫ mouere corpus,et corpꝰ mo
ueri.Neqꝫ definit vllo pacto quale corpus, qualiter
ue diſpoſitũ,ipaꝫ ſuſcepturũ ſit:perinde atqꝫ ſine diſ-
crimine in quodlibet migret:per ſimile pythagori-
coꝝ fabulis:qui quãlibet animã quodlibet corpꝰ in
gredi fingunt, hiſqꝫ dicunt ſimilia.

Morte carent anime:ſemperqꝫ priore relicta
Sede,nouis domibus viuunt,habitantqꝫ recepte
Omnia mutantur:nihil interit.errat,et illinc
Huc venit,hinc illuc,et quoſlibet occupat artus
Spiritus eque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter:nec tempore deperit vllo.

¶Quod ita ſentire nihil aliud eſt quã ſi quis artẽ fa-
brilem tranſire putet in fiſtulas.Ut enim ars ꝓpriis
vtitur inſtrumentis,ita quoqꝫ aĩa proprio vtitur cor
pore inſtrumento.videturqꝫ vniuſcuiuſqꝫ animantis
corpus propriã ſibi vendicare ſpeciem et formaꝫ.

## ¶ Quartum caput.

Quartũ caput cõtinet tres
concluſiones quattuor ratiões ad pri
mam duas ad ſecundã:et octo ad ter
tiam concõnes. ¶Prima concluſio.
Anima non eſt,vt ſenſerunt antiqui:
harmonia. ¶Fuit enim antiquorum
compluribus vulgata ⁊ apprime credibilis opinio
nulla dictarum inferior:animam eſſe harmoniam et
corporis ex contrariis cõpoſiti cõpoſitionem:cõmix
tioneꝫ contẽperamentumque contraria et aduerſa:
ne diſſoluanť:concilians hanc enĩ cõpoſitionẽ cõpoſi
torũque ꝓportioneꝫ vocant harmoniã:et hec in com
pluribus congreſſionibus cõmuniter reꝓbata ẽ opi
nio ;que quod iterum vera non ſit oſtẽdimus. ¶Pri
mo.Quia harmonia ꝓportio quedam eſt eorũ que
ſunt mixta aut mixtoruꝫ cõpoſitio hoc ipſi concedũt
At anima neque proportio.neque cõpoſitio eſt. non
eſt igitur harmonia. ¶Secundo.Harmonie nõ eſt
mouere.Id aũt anime eſſe precipuuꝫ conſentiũt om
nes,non eſt igitur harmonia. ¶Tertio Harmonia
potius afferri debet de corporeis virtutibus.vt ſa-
nitate pulchritudine robore.quã de ipſa anima,imo
ipſi difficile aptari poſſe videtur non eſt igiť ſtatuen
da harmonia. Quarto harmonie duabus potiſſi-
mũ ſignificationibus vtimur.Prima magnitudini-
bus accomodata eſt que ita connexe ſint.vt nihil in
ter eas conſimilis nature percipiatur ad ſe inuicem
mouendũ ad ceteras nature functiones exercẽdas
optima proportione nexe.Secunda dicta eſt cõpoſi
torũ adinuicẽ ratio et proportio:ſed animã:vt ſenſi
tiuũ appetiuũ intellectiuuꝫ nullus vocabit aptaꝫ ad
inuicem magnitudinũ.eo qui dictus eſt modo collo-
cationeꝫ neque compoſitorum proportioneꝫ:naꝫ va
ria eſt in eodem elementorum compoſitorũque pro
portio vt alia eſt carnis:alia oſſis:alia nerui.,Erunt
igitur in quolibꝫ animato corpore plures anime:nõ
eſt igitur anima harmonia:⁊ ab Empedocle liceret
inquirere:qui ſingulas corporis partes:carnem:os
neruuꝫ ꝓpriam mixtionem:⁊ ꝓportioneꝫ habere cẽ
ſet:an putet huiuſmodi proportionem eſſe animaꝫ:ſi
ſic plane fatetur eiuſdeꝫ eſſe plures animas:et alio ⁊
alio tempore alias:ſi non an ſit omnium concordia ⁊
vtrum hec etiam ſit ratio:an a ratione et proportio
ne aliud,et ſi non eſt proportio ſingulorũ cur anima
diſſoluta:talis diſſoluiť proportio et contra cur pro
portiõe diſſoluta diſſoluatur anima:his dubitationi
bus vrgendus eſſet:Empedocles:ſed ſatis dictum
eſt animam non a ſe moueri:non in circulũ:non eſſe
harmoniam:ſed eam eo in quo contineť moto corpo
re:ſecundũ alterũ et per accidens ſimul agitari.
¶Secunda concõ.non.quia animã gaudere.triſta
ri.confidere timere:miteſcere.iraſci:ſentire.et itel
ligere dicere conſuetudinẽ traximus animã idcir-
co oportet moueri. ¶Primo.Et ſi gaudere triſtari
confidere:timere:iraſci:et ſentire:quodãmodo mo-
tus concedantur non tamen ſunt in anima ſed ab aĩa
in corporeis organis ſuſcepta.in hoc q̃ aliqua paſſa
ſint aut mota:aut alterata. ¶Secũdo.Dicere ani-
mã iraſci:vel timere:perinde eſt atque ſi quis dicat
eam texere vel edificare:Et ſane melius eſt hominẽ
per animã triſtari:gaudere confidere timere iraſci
miſereri aut ſentire:qꝛ hi motus non mea ſint,De in
tellectu auteꝫ ſecus videtur:cum ita vt ſubſtantia q̃
dam intus ineſſe videatur:et non aboleri.aut corrũ
pi cuius intelligentia et contemplatio:non vaneſcit
ĩpeditur ve aliquo exteriore obleſo:ſed interiore .ſi
enĩ corrumperetur aboleretur impedireturue:hoc
maxime fieret ab inualeſcentia ſenecte in qua om-
nia ſenſoria organa labefactari percipimus rapiqꝫ
temporis edacitate.Id autẽ viciũ in anima non fit.
Si enim ſenex oculum haberet vt iuuenis.vtiqꝫ vi-
deret vt iuuenis videndi tamẽ operatio impeditur
corporeo et exteriore obleſo inſtrumento.et corpo-
re paſſo quẽadmodũ temulentis et egrotantibꝰ ac-
cidit quare intellectus incorruptibilis impartibilis
et aliquid diuinius eſſe videtur:cuius intelligentia
et contemplatio non niſi aliquo interiore leſo aut in
diſpoſito impediť et de hoc alius futurus eſt ſermo.
¶Tertia:neque animam numerum eſſe ſeipſum mo
uẽtem recte a Xenocrate aſſertũ ſentiendũ ẽ. ¶Pri
mo.Quia ita dicentem ſequuntur oĩa incõmoda : q̃
animã ſe moueri ſequuntur aſſerentes et alia quedã
peculiaria et propria q̃ ipſam numerum eſſe aſſerat
¶Secundo.Quia cum quicquid mouetur ſectile
ſit:vnitates aũt impartibiles:quo pacto mouebũt ſe
ipſas. ¶Tertio.Dicunt punctũ motu ſuo lineã con-
flare.et lineam motu ſuo planũ.quõ ergo vnitas mo
tu ſuo non efficiat lineam.Quod ſi ita ſit.poſitionem
habebit,eritque punctus.eſt enim punctus vt vnitas
poſitionem habens. ¶Quarto.Subſtracta numeri
vnitate alius relinquiť numerus:ſubſtracta autẽ ꝑ-
te anima eadem conſimiliſqꝫ manet deciſa enĩ plera
que animalia deciſeque,plante viuunt nõ igiť anima
nũerꝰ eſt. ¶Quinto.nihil refert vnitates anime cõſ
tituere eſſentiam.⁊ vt Democritus volebat atomos
Si enim Democriti corpuſcula vt pũcta intelligas
que tamen molem relinquant et vnitates molem q̃d
prohibet atomorum Democriti partem eſſe mouen
tem et partem motam; et vnitatum collectione ali-

quid quod moueat et aliquid quod moueatur, vt in
noſtra ipſa magnitudine et id quod mouebit non q̄-
dem ſe ſed aliud anima potius dicendum erit quod
enim in animali mouet anima eſt non id quod moue
tur. quare neque id quod mouet ⁊ mouetur: ¶ Sex
to. Unitates animam conſtituentes differentiam ha
bent et quam habere poſſunt conſtituendo animam
niſi poſitionem habeant vt puncta et cum non conſti-
tuant poſitione careant: et ſi duo puncta ſunt ſimul q̄
re non infinita ſimul erunt et indiuiſibile ſubiectum
obtinebunt. ¶ Quorum enim locus indiuiſibilis et ip
ſa indiuiſibilia ſunt. ¶ Septimo ſi anima ſit puncta
cū omne corpus puncta in ſe contineat infinita: cur
non omne corpꝰ habeat animam. ¶ Octauo. dicant
quo pacto intelligant puncta ſeparari poſſe niſi line
am intelligant ex punctis abire compoſitam atque
coalitam: et in puncta diuidi. Nō erit itaque anima
numerus neque pūcta.

## ¶ Quintum caput.

Quintum caput cōtinet q̄t-
tuor concluſiones duas rationes ad
primam. octo ad ſecundam: vnā queſ
tionem poſt quartam. Timei reſpon-
ſionē: ⁊ eius improbationem. Prima
concluſio: anima non eſt incorporea
eo quo exiſtimant modo ꝙ ſi ex corporeo et quidem
ſubtiliſſimo quod incorporeum appellent. ¶ Primo
quia pleraque talia huic poſitioni accidunt incom-
moda et quedam alia ſpecialiora. nam cum animai
toto ſentire corpore ſit ſi anima ſit corpus duo corpo
ra ſimul erunt atque ſe occupabunt. Sed eſto dicas
eam eſſe ex numeris et punctis ſimul cū vno nume-
ro multi erunt numeri: et cum vno puncto ſimul mul
ta puncta vt totum corpꝰ animā habeat niſi dixeris
aliquē aliū iterū ſuperuenire numerū. ¶ Secundo.
Quia neque hi: neque qui animā ponunt eſſe nume
rū non modo animā non ita poſſe diffinire videntur:
ſed nec eius accidentia aſſignare: Quomodo enim
ex his cogitationes ſenſus voluptates dolores: et ce
tera fieri aſſignabunt. Non facile eſt modos cōmen-
tari: et fingere. ¶ Secūda non opus eſt animam ex
elementis conſtare quo ſingulis ſingula cognoſcat.
¶ Arbitrantur enī hi res non niſi a ſimilibus rebus
cognoſci. q̄re anima ex ipſis rebus conſtituta ſit opʒ
Id ita non eſſe oſtenditur. ¶ Primo: Quia non ſo-
lum ſunt elementa: ſed alia quam plurima ⁊ pene nu
mero infinita. Si igitur ex ſolis ſit elemētis: quo nā
pacto deuʒ cognoſcere quo hominē carnem: oſſa. nō
enī hec ſunt elementa: ſed ex quadā elementorū ad-
inuicem proportione: vt cecinit: Empedocles: naſcū
tur vt ita de oſſe.

Sumpſit aque partes duplices: tot et aeris ignis.
Quattuor ex octo tellꝰ hinc oſſa dat alba.

¶ Nihil igitur proderit elementa eſſe in anima: niſi
et ipſi compoſitiones: rerumque proportiones aſſint
quare ſi cognoſcit os: hominem lapidem bonum non
bonū et os et homo et lapis et bonū ⁊ nō bonū erunt
in anima. que quā ſint impoſſibilia dicto non eſt opꝰ.
¶ Secundo: Cū ea que ſunt: hec ſecundum ſubſtan
tiam dicantur: hec ſecundum quantitatem: et ita de
ceteris predicamentis an elementa ſolarū ſint ſubſ-
tantiarū ꝙ ſi ſic. quomodo cognoſcet accidentia quā
titatem qualitatem: et ſimilia: an ſolorūʒ accidentiū
ſed dicant tunc quomodo cognoſcet ſubſtantiā ſubſ



tantiamque compleat atque conſtituat. An erūt ele
menta ſubſtantiis et accidentibus cōmunia ⁊ id qui
dem per ſeipſum ſtatim impoſſibile videtur anima
enim ſubſtantia eſt et ex principiis quantitatis naſ-
cetur quantitas: et non ſubſtantia et ex principiis q̄-
litatis qualitas. ¶ Tertio. Quia abſurdum eſt ſimi
le cognoſcere ſuum ſimile et ſentire ſuum ſimile ⁊ ta
mē ſimile non pati a ſimili vt volunt eſt enim ſentire
pati ⁊ cognoſcere ſimilit. ¶ Quarto. Empedoclis
ſentētia eſt corporeis elementis animā elementorūʒ
ſimilia deprehendere: Atqui animalium partes que
ſimpliciter terre ſunt vt oſſa pili: nerui nihil omnino
ſentiunt: ſi tamen vera eſſet Empedoclis ſentētia ſen
tire deberent. ¶ Quinto. Unicuique principio ma-
ior erit ignoratio quā cognitio. nam vnum ſolum: vt
ſimile: cognoſcet cetera omnia ignorabit. ¶ Sexto
Empedocles deum omnium ignorantiſſimū facit. nā
ſolus diſcordiam non cognoſcet quam cetera etiam
cognoſcent cum ex omnibus conſiſtent Inquit enim
deum. quem ſpherā vocat: ex quattuor elementorūʒ
commixtione ſola conueniente concordia prodiiſſe.
¶ Septimo. Dicat Empedocles quomō omnia ani
mata non ſint: cū omnia aut omnibus: aut vno vt vult
conſtent elemēto. quod cūque igitur: aut omnia: aut
plura: aut vnū cognoſcere neceſſe eſſet. ¶ Octauo p̄
clarius ideſt quod cōtinet ꝙ id qđ continetur ac ſg
gitur elementa auteʒ potiꝰ cōtineri videntur: et con
ditioneʒ ſequi materie: Quicquā igiť clarius exiſti
mare oportet animā que vt omnia vt rectrix vt tēpe
ratrix dominetur et potiſſimū ipſam mentē lōge di
gniorem: et natura dominatricē eſſe: et elementis
priorem non autem ipſa elementa vt contendunt eē
omnium prima. ¶ Tertia. nullꝰ antiquorum adhuc
de tota anima attigit. nā qui per motum eā definie-
runt non plane attigerunt. Sunt enī pleraque ani
malia que ſic ſunt ſue ſedi affixa: atque coherentia:
vt ſe nunquam alio transferant: hec autem vim moti
uam non habent cuius quidem vſum nunquam exer
cent. itidem et plante neque qui per ſenſum Nā plā
te vt ſtirps viuere conceduntur ſenſuum: tamen ex
pertes ſunt neque qui per ſenſum et intellectum. nā
non modo ſtirps et plātas: ſed et animalium multa
intellectus rationiſque cognoſcimus exptia: neque
propter eadem qui per ſenſum et motū. falſum. ⁊ id
eſt qđ de carminibus depromunt Orphei animā ſpi
ritualem vento ferri anhelituque attrahi. Nam id
plantis: id animalium multis conuenire non poteſt.
non enim plante et animalia reſpirant omnia: Et
qui eam conſtitutam ex elementis eſſe volunt non ex
omnibꝰ eſſe compoſitaʒ tenere neceſſe eſt: naʒ ſuffice
ret altera contrarietas et ad ſe et ad ſuum pnoſcen
dum cōtrariū. etenim rectum et ſui ⁊ obliqui iudex
et regula obliquum vero: neque recti: neque ſuimet
iudex eſt. ¶ Quarta ſententia eorum minime pro-
banda videtur: qui animā toto perfuſam permixtā
que vniuerſo cenſuerunt. Hac de cauſa. Thales mo-
ueri potuit vt oīa plena diis aſſereret. Sed id non
videtur. nā qua ratione igni perfuſa et aeri animal
non efficiat cum ſimpliciorum corporū penfectiores
putent animas: perfuſa autem confuſis ⁊ mixtis cor
poribus animal efficiat. Utrum voluerint concedāt
ignem et aerem animata eſſe: id ſane ſine ratione dic
tum apparebit: aut ignem et aerem non eſſe anima
ta: et tunc quoque que animam habebunt: non erunt
animata: et falſe innitebantur rationi: ꝙ quia queli-
bet animalis pars eadeʒ ſpecie exiſtit: pars igitur

aeris pars aque. animal conſtituens animata hac ra
tione ſit: quare ⁊ aerem et aquam eadem anima per
fuſam et animatam eſſe neceſſe eſt. Ita certe dicen-
tes pluris faciunt noſtris elementorum animas: vt
immortales indiſſolubileſque: noſtras autem diſſo-
lubiles. ¶ Queſtio cum animal vegetet nutriatur:
indoleſcat minuatur cū ſentiat audit videat olfaci-
at guſtet et tangat cum appetat gaudeat triſtetur:
miteſcat: iraſcatur: confidat: metuat: amet: odiat:
ſecundum locum ſe agitet: ſerpat: natet: obambulet:
ſe in aera volatu ſuſtollat cū contemplet: intelligat,
cōponat: diuidat: ratiocinetur: an omnia hec a tota
proficiſcātur anima: an a diuerſis: an hec ab vna parte
hec ab altera illa vero iterum ab alia. Reſpōderūt
aliqui plane alio vegetare, alio ſentire alio appete-
re alio mouere: alio denique contemplari ac intelli-
gere: ſed quomodo: ſi plures ſint anime ſi ſint diſſec-
te eas ſuſtineri continerique ne ſe diſſocient: ne ve ef
fluant oportet. Id enim corpus efficere non pōt: q̄m
potius anime officium eſt: ne concidat ne ēfluat con
tinere egebunt igitur altero cōtinente: quicquid id
fuerit: Verius animam dicere licebit. et de illo cōti
nēte iterum licet inquirere an ſectum an diuiſum ſit
Quod ſi ſic egebit iterū altero cōtinente et hoc abi
bit in infinitum: aut tandem dabitur vnū quod veriꝰ
naturam imitabit anime. ¶ Secundo. Si tota ani
ma totum corpus cōtinet: ſi partes habeat diſcretaſ
diuiſaſque. et pars partem continebit. Sed quam
obſecro potius continebit intellectus eis non liceat
fingere. ¶ Tertio. Diſecte plante oſtendunt per to-
tum eandem animā ineſſe et conſimili vita partes vi
uere: ſimilēque virtutem habere ſi ſurculum ſi ramū
iterū terra obrueris. alimentum ſumit radicē inſtru
mentum attrahēdi aptius ſibi format ac aggenerat
Ita potentie animalis in animali non ſeparantur: vt
ſenſitiuum a vegetatiuo: vegetatrix vero et plantis:
et animalibus ſola cōmunis inuenitur: in plantis a
ſenſitiua ſeiuncta; ſed animali: vt dictum eſt nun-
quam.

## ¶ Incipit ſecūdus Liber de Anima

## ¶ Caput primum.

Secūdus Liber de
Anima continet quattuor
decim capita. Primum ca
put continet ſex diuiſiōes
tres concluſiones anime d
finitionem: eius d̄claratio-
nem et duo corellaria poſt
tertiam concluſionem.
¶ Prima diuiſio: Eorūq̄
ſunt hoc ſubſtantia eſt illō
accidens. ¶ Secūda ſubſ
tantiarum hoc materia et hoc ſpecies et forma. illō
vero tertiū ex vtriſque compoſitū: et materia eſt po
tentia. forma autē actus et perfectio per quam eſt
hoc aliquid cōpoſitum vero ex his cōflatū hoc aliq̄d
eſt. ¶ Tertia. Duplex eſt actus. hic primus ille vero
ſecundus quēmadmodū ſcientia et conſiderare.
¶ Quarta: Subſtantiarum he ſunt corpora: que ⁊
precipue naturalia vt ſunt ignis aer aqua terra: et
ex his compoſita. ſubſtantias nuncupamus de talibꝰ



enim noſtra determinatio eſt he autem corpora non
ſunt. ¶ Quinta. Corporū hec ſunt naturalia. ⁊ hec
artificialia quibus naturalia principiū preſtant.
Sexta. Corporum naturaliū hec vita participant.
illa vero vite ſunt expertia. Dicimꝰ enī ea vitā habe
re que per ſeipſa alimentū ſuſcipiunt, nutriuntur
augeſcunt: minuuntur Unde fit vt omne corpus na-
turale vite particeps ſubſtantia ſit et quidē cōpoſi-
ta, Prima concluſio. Anima ſubſtantialis actus ē
corporis in potentia vitā participātis. nā aīa corpꝰ
hmōi vita participans non eſt tale enī corpꝰ in ſubō
nō eſt: aīa aūt in ſubō ē: neque ſubiectū ipſū. id enī
materia eſt: et anima ſubſtantia eſt et nullorū niſi vi
ta participantiū corporū eſt igitur anima ſubſtan
tialis actus corporis in potentia vitā participātis
nihil enī aliud quod ipſa eē poſſit. relictū eſt. Se
cunda anima eſt actus primus. nā cū duplex ſit ac
tus. hic vt ſcientia. hic vt conſideratio anima actus:
vt ſcientia eſt quia ſicut ſcientia ſe habet ad conſide
rare ita anima ad corporis viuentis operationes vt
enim ſcientiā habens nunc conſiderat nūc vero nō
habitū tamen habet ita animā habēs nunc vigilat
ceteras opationes exercens. nunc vero opprimen-
te ſomno ceſſans a ſenſu et motu animā habet vt ha-
bitū. Atqui ſcientia prior eſt et preuenit conſidera
re: igitur et anima prior reliqua viuentis corporis
operatione. Tertia. corpus anime moderamē ſuſ
cipere idoneum organicum eſt. ¶ Nam anima actꝰ
primus eſt et ſubſtantialis corporis in potentia vitā
habentis. Omne autem tale organicum eſt q̄d pla-
ne in animalibus licet intueri vt os ad accipiendū
cibū venas ad deferendū oſſa ad ſuſtinendū ⁊ ful
ciendū corpus. Idē fruticibus et plantis euenit:
radix enī in ipſis. vt os habetur: attrahit enī vtrun
que alimentum fibre per totum porrecte: vt anima-
lium vene lignū vt oſſa folia ſunt inteſtularū follicu-
lorumque fructuum coopertimentum folliculi vero:
in ipſius operimentum: fructus eſt. igitur corpꝰ ani-
ma moderandum organicum. Anime diffinicio. Ex
his licebit hanc cōmunem anime diffinitionem elice
re. Anima eſt primus ſubſtantialis actus naturalis
organici corporis in potentia vitam habentis. neq̄
querendum eſt cur anima et corpus ſimul vnum ſint
ſint, vt neque cur figura ⁊ cera vnū ſint: et vniuerſa
liter cur materia ⁊ que materie adueniunt: et cum
vnum et ens dicatur multipliciter: vnū et ens actu:
principaliſſimum eſt. Et dictum eſt actus ſubſtātia-
lis. nam ſi dolabra animal eſſet: ſpecies ⁊ ratio a qua
dolabra nominat eſſeq̄ accipit actus eiꝰ eſſet et ſub
ſtantia: qua non exiſtente non amplius eſſet dolabra
niſi nomine tm̄ et equiuoce: eſt enī animal talis actꝰ
nālis corporis eā in ſeipſo habentis: ſui motꝰ ⁊ ſtatꝰ
principiū. Iridē ſi oculꝰ animal eſſet aīa vtiq̄ viſus
eſſet. et viſus eius actus et ſubſtantia quo quidē ab
ſente actu: non ampliꝰ eſſet oculus: niſi equoce vt la-
pideꝰ aut pictꝰ: vt igit de parte vt oculo conciperes
ita quoque de toto animali concipito: vt enī pars ſen
ſus ad partem et totus ſenſus ad totū ſentiens ꝓpor
tionē habet: et ſicut viſus et pupilla illic ſunt oculus:
ita hic aīa et corpꝰ animal et oībus ad ſuas functio-
nes organis vtitur anima. ¶ Primum corollariū
ex his manifeſtum eſſe poteſt animam actum per-
fectionemque non eſſe ſeminis neque cadaueris.
¶ Nam hoc viuere deſiit: illud vero nondum viuit:
nōdumque formatum organis et ſi ſemē organicū ſit
potentia vitamque potens accipere nondum tamen

organicum eſt in potentia vitam vt nutritionem in adoleſcentiam, diminutionem habens, quale oportet omne viuens habere. Sicut enim formate ferre inciſio eſt actus et non inexciſi, et nondum formati ferri, et viſio formati oculi, ita vita non huius eſt quod nondum viuit, ſed in potentia vitam iam actu habentis. ¶ Secundum. Ex his item non eſt obſcurum percipere totam animam non eſſe a corpore ſeiunctam neqꝫ partes ſi eam diuiduam concedamus et cuius partes corporis partibus aſciſcamus, quemadmodum viſum oculo earum actus perfecioneſque quandoquidem tota corporis forma ita ſeſe habere corpori videatur vt figura ferre et vt viſus pupille. Nō tamen ita de omni parte ſentire neceſſe erit nihil .n. prohibere videbitur quādam eſſe abſolutaꝫ ſeparatanque et que neque toti corpori neque parti addita ſit vt actus et perfectio qualis mens et intellectꝰ eſſe videtur. Nondum tamen id a nobis diſcuſſum ē an eius vis ita ſit humani corporis perfectio, vt ſit tamen a corpore ſeiunctus et ſeparatus quemadmodum gubernator a naui, cuius tamen perfectio eſt non adherens. Sed hec de anima in generali, et nōdum omnino exacte diſcuſſa hic ſatis ſint, et ſufficiant.

## ¶ Caput ſecundum.

Secundum caput continet quinque concluſiones tres queſtiōes earum ſoluciones, et vnum corolariū ad tertiam, concluſionem, vnum ad quintam cum ſecunda anima diffinitione et tria ad tertiam queſtionem.

¶ Prima concluſio. Ex operibus anime ipſam perquirere et notam facere: par atque rationabile eſt. ¶ Nam incertiora natura notiora tamen nobis: ducunt nos in certiora et notiora nature et rationi, ab illiſque ordiendum eſt opationes aūt aie nobis certiores ſunt. Par eſt igitur ex talibus animam inquirere. Et debemus non modo diffinitione anime eſſe contenti querem declarat eſſe ſed et eam habere exploratam que et cauſam adhibeat: vt quid eſt tetragoniſmꝰ diffinitio, quod figura ſit equilatera rectāgula figure altera parte longiori rectangule equalis quod ſit tetragoniſmus oſtendit cauſam nō adhibens et demoſtrationis concluſionem ſubiens et diffinitio, qꝫ ſit medie linee inuentio cauſam adhibet et qua concluſionem efficias et demonſtres. ¶ Secūda concluſio. Anima principium eſt, quo viuimus. ¶ Nam animarum ab inanimato vita differt et quaꝫuis anima multis viribus polleat ſenſu, appetitu motu, et intellectu, vna tamen eſt que ſolum viuere miniſtrare dicitur et hec vegetabilis nuncupatur cuiꝰ opera ſunt, alere, augere minuere gignere, et qua viuentia quodammodo in contraria porrigantur loca. Unde fit vt plante manifeſte viuere dignoſcātur arbores enim radices deorſum in terram porrigūt ramos autem in aperto aere in altum extendunt, et hoc eſt proprium omnibus viuentibus. naꝫ nō modo ſurſum alimentum mittunt: augmentumque ſuſcipiunt; ſed et deorſum omnique ex parte et viuunt quā diu alimentum ſuſcipiant et nutriantur, Et eo pacto animam principium eſſe quo ſentimꝰ, quo mouemur et quo intelligimꝰ oſtenderetur. ¶ Tertia. Uis anime vegetandi a ceteris anime viribus ſeiugari poteſt alie vero ab ipſa minime. ¶ Nam plantis vis vegetandi ⁊ vita, ineſt quibus neqꝫ ſenſus vllus neque appetitus neque motus neqꝫ intellectus adeſt. At animalis ſenſum aut ceterarum virium vllā in rebus mortalibus nunquam ſine altrice reperias. ¶ Corolarium. Unde fit vt viuentia omnia viuentia omnia viuere et principiuꝫ habere vite a vi vegetatrice nō ab re dicantur. ¶ Quinta. Quicqꝫ eſſe animal, ob ſenſum primum nūcupamus. ¶ Nam ea que ſe e ſede et loco transferre nequeūt fruticū more, modo ſenſum habeant vllū animalia nuncupamus tolle aūt ſuenſum nō amplius dicimus, aīalia eſt igitur, ſentiēdi vis, animalis principium. ¶ Quinta primus ſenſuū omnium tactus eſt. ¶ Nā ſicut vis vegetatrix a ceteris ſeparari pōt vt ī ſtirpibꝰ a ſenſu appetitu, et reliquis ita tactus a ceteris ſenſibus ſeiunctus cernitur cuius cauſam aliquando dicturi ſumus eſt igitur tactus omnium ſenſuum primus. ¶ Corolarium. Unde fit vt ſicut vis vegetandi viuentium ſit principiū ita tactus ſentientiū nullūque animal ſine tactu reperiri poſſit vnqꝫ. ¶ Secūda anime diffinitio. Ex his iterum hanc anime diffinitionem elicere poterimus. Anima eſt primum principium viuendi ſentiēdi mouendi et intelligendi. ¶ Prima queſtio. An horum ſingula vegetandi virtus, ſenſus motus et intellectus ſint anime an potius anime partes. ¶ Secunda. Si ſint anime partes an locis et ſubiecto diſtincte ſint an ratione ſola. ¶ Reſponſio. In aliquibꝰ nihil difficile eſt videre eandem animā toto corpore perfuſam vt in ſtirpibus et plantis que diuiſe in quaslibet ſeparata parte eandem, et conſimilem vim viuendi retinent cum tamen diuiſe non ſunt vnam totius actu habent animam potentia vero plures diuiſe autem fiunt tactu plures. Ita et de inſectoruꝫ animaliū (q̄ mutilata viuunt) aīabus euenire videtur, quorꝫ partes ſimileꝫ vitā ſenſuꝫ et motum retinent ⁊ ſi ſenſum et motum concedimus etiam appetituꝫ cōcedimus etiam appetitum concedere oportet, vbi enim ſenſus ad eſt et voluptatem et triſtitiam adeſſe neceſſe ē vbi autem hec et appetitum. Et nihil hic de intellectu, et contemplandi virtute intendimus: videtur enim genus alterū quod ſeparabile ſit ſicut incorruptibile a corrptibili cetere autem loco ab inuicem ſeiungi non poſſunt quemadmodum nōnulli putare. Ratione tamen ſeparari ſeiungiqꝫ non eſt immanifeſtum ſi enim aliud eſt ſentire et aliud appetere ſenſum et appetituꝫ ratione duo eſſe neceſſe eſt Et differentie animalium ſecunduꝫ has ſumunt hec enim habent omnes hec plures hec vnā et idem circa ſenſum accidit, nā hec oēs ſenſus hn̄t hec plures hec vero vnū ſolū. ¶ Tertia queſtio. Cuꝫ vt duo ſunt quibus ſcimus vt anima vt ſcientia et duo quibus ſanamur vt ſanitas vt corpus: ita duorum quibus viuimus quibus ſentimus quibus appetimus vtrū duorꝫ illorū eſt anima. ¶ Dicimus animā eſſe primuꝫ actū et principium viuendi ſentiendi, et appetendi ⁊ ita aliorum non quidem vt ſubiectum et materia ſed vt ſpecies et ratio quedam quemadmodū ſcientia: et ſanitas ſpecies ſunt eorū q̄ diſcipline capatia ſunt et ſanitatis. Actus enī agentiū in paſſo apto idoneo paratoque recipiunt. ¶ Primū corrolarium. Unde fit vt anima naturalis corporis ⁊ orgāici ſpecies ratio forma et actus bene poſita ſit. Triplici enim exiſtēte ſubſtantia hac materia hac ſpecie et forma hac vero toto et compoſito neqꝫ materia et ſubiectū eſſe cognita eſt neqꝫ corpus ⁊ totū: ſed actus ipſuꝫ diſpoſitū moderās. ¶ Secūdū. Fit etiā vt recte ſenſerint nōnulli animā neqꝫ eē corpꝰ neqꝫ ſine corpe. ¶ Corpꝰ

enim eſſe, iam ſatis manifeſtum eſt. ¶ Sed ideo, non ſine corpore quia ſit in corpore eius prim⁹ et pre cipuus actus. ¶ Tertium. Fit iterum, vt qui animã omne corpus ingredi poſſe putauerunt, indigne de anima locuti ſint. Nam vt dictuꝫ eſt, vniuſque actum in potentia exiſtenteꝫ in propria accõmodataque, materia fieri et vt fieri natus neceſſe eſt. Sed quo modo anima ſit actus et quis et in quo, ſatis abũdã ter dictum eſt.

## ¶ Caput tertium:

Tertium caput continet duas concluſiones. Prima cõcluſio. Potentiarum anime (que ſunt quinqꝫ vegetandi virtus ſenciendi, appetendi mouẽdi et intelligẽdi) qbuſdã inſunt oẽs quibuſdã multe quibuſdã vo vna ſola adeſt. ¶ Nã ſtirpib⁹ vis vegetãdi ſola adeſt aĩa lib⁹ oĩbus vis ſentiẽdi cui ſemꝑ appetitiua cõiuncta eſt. Primo, quia appetitus ſunt cupiditas, ira, et voluntas, cuilibet autem animali vel imperfectiſſimo ineſt cupedia etſi ira ꝛ voluntas deſint vt enim tact⁹ ſenſuuꝫ obiectiſſimus ꝛ infimus eſt, ita cupiditas appetitionũ abiectiſſima et infima, ſine qua (vt ſine tactu) nulla ſubſiſtunt aĩalia. Secundo cuicunqꝫ ineſt ſenſus illi eidem delectatio et triſtitia ineſt, cuilibet auteꝫ animali ineſt ſenſus, habent eniꝫ tactuꝫ omnia igitur cuilibet animali ineſt delectatio et triſtitia, cur auteꝫ hec in ſunt ineſt appetitus eſt eniꝫ delectatio conuenientis et delectabilis cupiditas, dolor cõtrarĳ tediuꝫ. Tertio, quia omne animal ſenſuꝫ habꝫ alimenti, is auteꝫ tactus eſt qui caliduꝫ, frigidum: humiduꝫ et ſiccum percipit, quibus aluntur animalia, animalia eniꝫ calidis frigidis humidis et ſiccis aluntur omnia. Et quicquid alimenti ſenſuꝫ habet interdũ eſurit ꝛ ſitit quicquid aũt eſurit aut ſitit appetit, eſt enim eſuries calidi et ſicci appetitus, ſitis vero, frigidi et hũidi. Et qcunqꝫ gula preter hec expetit ex ſuperfluo ꝛ accidenti expetit. Quid ſon⁹ quid color, quid odor, alimento ꝑducit: oẽ igiť aĩal appetit. Quibuſdã ꝑter has potẽtias virt⁹ mouẽdi adeſt vt bipedibus ꝛ quedrupediqus omnibus quibuſdã intellectus vt homini et ſi quicquam homine peeſtabilus eſt homini enim intellectus ꝛ cetere anime potentie in ſunt. Et igitur notum potentias anime quibuſdam in eſſe omnes quibuſdam plures et quibuſdam tantum vnam. ¶ Secunda cõcluſio. Anime ratio figure rationi ſimilitudinem gerit et anima figure. ¶ Nam ſicut datur figure communis ratio cunctis accõmodata figuris que nulli figure ſpeciei ꝓpria eſt: itidem et anime cõmunis data eſt ratio omnibus conueniens: animis ſi que nulli propria eſt. Et ſicut preter circulum triangulum et que deinde ſequũtur particulares figuras nulla figura eſt ita preter eas que dicte ſunt nulla ꝓrſus eſt aĩa. Et queadmodũ priores figure in poſterioribus clauduntur vt trigonus in tetragono ita vegetatiuuꝫ inſenſitiuo et priores potẽtie in poſteriorib⁹ et vt figuraꝝ priores a poſteriorib⁹ abſoluunť, poſteriores vo a priorib⁹ nequaqꝫ ita licet intueri i aĩab⁹. Eſt. n. vegetatiuũ ſine ſenſitiuo vt in ſtirpibus ſenſitiuuꝫ vero ſine vegetatiuo nunquam. Tactus qui ſenſuuꝫ primus eſt ſine alĳs ſenſibus eſſe poteſt auditu viſu, odoris ſenſu, illi vero ſine tactu nunquam ſunt enim pleraque animalia

neqꝫ auditum neqꝫ viſum, neque odorandi ſenſum habentia. Et quecunque ſe ſecundum locuꝫ mouent ſenſum habent non autem contra, eſt eniꝫ ſenſus prior et ideo multa ſunt animalia ſenſum et non motuꝫ habentia. Et cui intellectus ineſt (vt homini) omnes inſunt et intellectus vltimus minimus atque ſimpliciſſimus eſt quibuſcunque mortalibus adeſt et ceteras adeſſe potentias neceſſe eſt, non autem contra ſit vt cuicunque aliarum virtutum aliqua aſſit huic, et ratiocinandi virtus aſſit. Quare manifeſtum eſt anime rationem figure ratione ſimilitudinem gerere et animam figure. Et de ſingularum potentiaruꝫ marimeque anime propria atque accommodata ratione hactenus dictum eſt.

## ¶ Caput quartum.

Quartum caput cõtinet ſeptem concluſiones, vnum corolariuꝫ ad quartam tres rationes ad ipſum, tres alimenti proprietates: vnam dubitationem, et vnum corolarium, et tres alentis et augentis differentias ad quintam. ¶ Prima concluſio. De actibus potentiarum quam de potentĳs prior apta incumbit determinatio. ¶ Nam conſideranduꝫ eſt quid vnaqueque potentiarum ſit que ve paſſiones conſequantur, et inſint. At actus operationeſque potentiaruꝫ ipſis potentĳs nobis priores notioreſque exiſtunt ipſoruꝫ igitur quam de potentĳs prior incumbit determinatio. ¶ Secunda. Eadem quoque ratione de actuum obiectis quam de actibus ipſis prius determinandũ eſt. ¶ Nam potentiarum obiecta nobis ſunt actibus priora et notiora, vt alimentum, ſenſibile: appetibile locus intelligibile. ¶ Tertia. Int er determinanda alimentum et generatio primum obtinent determinandi locum. ¶ Nam vis anime vegetandi omnium prima eſt que in omnibus ineſt ſine qua nulle aliarũ inſunt, cuius officia ſunt alimento vti, augere, minuere et generare. Et horum naturaliſſimum et precipuum eſt ſibi ſimile generare omnibus viuentibus (modo ſint perfecta non capta membris non deprauata neque ſpontaneam generationeꝫ habentia) cõueniens vt animal ſimile generare et plante ſimilem plantam, Sic enim ſemper ſecundum ſuũ ſimile (cũ ea ipſa eadem in numero manere non poſſint) perſeuerant et aſſimilationem condicionemque aſſequũtur diuinam, quantum eis conceditur: quam appetunt omnia cuiuſque gratia agunt omnia que ſunt ĩ natura. De alimẽto igiť nutritiue poñe obiecto ꝛ generatione potiſſimo eius opere et vt aĩorum fine nõ ab re primum auſpicamur determinationis locum. Attamen duplex eſt id cuius gratia res fiant, vnum quo: vt diuina illa ſempiternaque ratio quam appetunt omnia, vt diximus, vt quantum vnunquodque poteſt ſit eternitatis ſortiſque diuine particeps, illud magis illud vero minus et id ſummum eſt. Alterum eſt cui vt ea ipſa quib⁹ hec diuinitatis imitatio acquiritur, ad que attinet et pertinere videtur, et hoc infra alterum atque illi inferius eſt. ¶ Quarta. Anima in viuentibus trium cauſarũ forme efficiẽtis atqꝫ finis vicẽ obtinet. ¶ Speciei qdẽ et forme: qꝛ viuere viuẽtibus ẽ eſſe igiť ꝛ anima (q̃ eſt viuẽdi cauſa) ipſis animatis dat eẽ ꝛ eorũ forma exiſtit. Itẽ omnis act⁹ potentie, ſpecies ẽ et forma anima aũt act⁹,

eſt potentia eſt igitur forma. Quod efficientis ſtatiꝫ notum eſt. nam augmentationis motum atq; decrementum preſtat. Nihil enim natura incrementum decrementumque ſuſtinet, quod non alatur, nihil autē alitur quod non ſit anime particeps. Et multis (et ſi non omnibus) ſenſum et motum prebet anima eſt. n. ſenſus alteratio quedam: que nullis anime expertib⁹ accidere poſſet vnquaꝫ ita et neq; progreſſio et quecunque animali mutatio a ſe conueniat. Et quod finis et cauſe gratia cuius etiam vicem obtineat cognitu facile eſt. Nam vt que mente et ratione fiunt alicuius gratia fiunt: ita et que a natura fiunt alicui⁹ gratia fieri videntur id enim in viuentibus eſt anima, ipſius enim gratia et animalium: et plantarum corporum organa ſunt omnia, ſed vt cui. Dictum eſt enim duplex eſſe quod gratia cuius: vt quo, et cui. Trium igitur cauſarum, forme: vnde motus, et cui⁹ gratia vices obtinet anima. ¶ Corolariuꝫ. Unde fit vt empedocles horum motuuꝫ ī animalibus cauſam non rite aſſignauerit. ¶ Dicebat enim viuētia ⁊ plātas deorſum augeri, ꝙ terra ſuapte natura feratur: deorſum et ramos et palmites ſurſuꝫ extendi et augeri hoc faciente igne ſurſum illos rapiente in crementum que preſtante. Sed hec nō bene dicta eſſe patet. ¶ Primo. Quia in ſtirpibus et plantis male ſurſum et deorſum aſſignat: Nam quod eſt os: et caput in animali radix eſt in arbore os autem ſurſuꝫ eſt animalis igitur et radix arboris: conſimilia eniꝫ ipſis correſpendent opera quare rami et palmites e regione radicis que ſurſum eſt ſunt plante deorſuꝫ Neq; putare oportet omnium ſurſum et deorſum, ſecundum vniuerſi loca (que nos ſurſum et deorſuꝫ nūcupamus) eſſe deputanda. ¶ Secundo. Dicat empedocles quid terram et ignem taꝫ diuerſoruꝫ et diſſonantium conatuuꝫ retinet quo minus in ſua loca euolent et diſſipentur viuentia. Nihil preter animaꝫ cōuenienter aſſignare poſſe videbitur quod ſi ita fecerit animaꝫ precipuum eſſe augmenti et decrementi efficiēs aſſignabit. ¶ Tertio. Quia inualida eſt ratio qua ſuſpicati ſunt cōplures ignē in viuentibus eē augmenti cauſam quod elementorum ignis vel maxime ſolus ali nutririque videatur hinc opinionem traxere viuētia ab ip̄o igne cremēti ſueq; nutritionis cauſam ducere. Sed hoc verum nō eſt quanuis calor augmentationi et nutritioni coadiuuet, eoque vtatur anima vt inſtrumento. Naꝫ ignis augmentū in infinitum fit, quouſque fuerit combuſtile, non autem animalis augmentatio: ſed omniuꝫ natura conſtantium magnitudinis et augmenti terminus eſt et ratio, huiuſce autem rei officiuꝫ eſt anime et ſpeciei, potius quam ignis atq; materie. Sed vt propoſitū exequamur, de virtutis nutritiue ⁊ generatiue, que omniū prima eſt, alimento, nunc agendū ē. ¶ Tres alimenti conditiones. Prima. Nutricio contrarium eſt alimentum. Secunda. Alimentuꝫ tale debet eſſe contrarium ex quo non modo ſuum contrarium generatur, ſed et incrementuꝫ ſuſcipere natuꝫ ſit. Pleraque enim ſunt contraria que ex ſe inuicem fiunt, ſed alterum altero non accreſcit: vt ex ſano fit egrū et ex egro fit ſanum ſed neutrum ex neutro ſuſcipit, incremētū imo nec nutrimentū. Tertia. Contrariuꝫ corumpere et tranſmutare ōbet alimentū nō aūt cōtra alimentum ſuum contrarium, quemadmodū humidum alere videtur ignem non auteꝫ contra ignē humido alimentum eſſe qđ ignis in ſuaꝫ ſpeciē trāſfert hūidū et non e diuerſo. Sꝫ hui⁹ rei extitit dubitatio opinionumq; diuerſitas: Dixerūt em̄ hi ſimilia ſimilibus ali. nam nutritio perinde eſt atq; augmentatio augentur aūt ſimilia ſimilibus, igitur et ſimilia ſimilibus aluntur. Illi vero dixerunt contraria cōtrarijs ali. Primo qnia oportet alimentū trāſmutari et ꝯcoqui trāſmutatio aūt oīs de ꝯtrario ī ꝯtrarium aut in mediū. Secundo ſimile non patitur a ſimili, alimentum aūt patitur ab aliro et non contra: vt faber ferrum excudens nihil patitur a materia, hec aūt patitur ab illo alitur igiť contrariū contrario. Sic, ita dicentes conciliare poſſum⁹ ſi prius ꝙ coctum ſit alimentū vocent, quod et idē coctum vocent alimentuꝫ vtroſq; quodāmodo recte ſentire dicimus et ſimilia ſimilibus ali, et contraria cōtrarijs Nam in principio alimento incocto indigeſtoq; contraria contrarijs aluntur tandē ꝟo in exitu ipſo alimento cōcocto ſiľia ſimilibus ali cōcedere debem⁹. ¶ Quinta cōcluſio. Animatū vt animatū ē nutritur ¶ Nam nihil nutritur qđ nō ſit vite particeps vt alimento in viuentis naturā cōuerſo nutriť igr̄ animatum vt animatū eſt. ¶ Corolariū. Quo fit vt alimentum ad animā per ſe et non per accidens referatur ¶ Nullo em̄ accidente ſuſcepto quicꝙ aliť ſed verſa alimenti natura, viuentis ſpecie accepta. ¶ Tres alentis et augētis differentie. Hinc deꝑhēdi p̄nt alētis augentisq; differentie. Differūt em̄ prio. naꝫ etſi ſubiecto vnum ſint ratione tamē et cogitatione ſunt duo. Idem enim alimentum vt ſubſtantiam miniſtrat alens dicitur, vt vero molis amplitudinem attollit dicitur augens. Secundo viuens euſque nutriēte eget quouſque perſeuerat: ſaluat enim ipſuꝫ alimentum non autem ſemper eget augente, ſed ſui incrementi ſtatū habet citra ſuum finem conſtitutuꝫ. Tertia nutriens: generationem et ortum facit non illius quod alitur, iam enim eſt, et nihil ſeipſuꝫ generat, ſed ſaluat: ſed talis quale ē id quod ſuſcipit alimentum. Unde fit vt animatum alimento priuatum perſiſtere nequeat, anime enim talis vis taliſque facultas adeſt, vt ipſam habentē ſaluet, fluxumque reparet. Id autem efficere non valet, niſi alimentum patando, aptando coquendoque fluxe corpore machine reparamento. ¶ Sexta. Aequum eſt vim vegetandi a generandi facultate vim generatiuam dici, nomēq; hinc ducere. ¶ Nā ei⁹ tria precipua ſunt opera gn̄are alere augere altere quidē vt propiam conſeruet ſubſtantiam a quo vis altrix et nutriendi dicitur, augere ad magnitudinem natura inſtiturā conſequendam a quo, augmentatiua virtus nomen ſortireť, gignere, ad prolē edēdā imitandūq; illam diuinitatis immortalitatem quod opus vt diuinus, aliorum finis eſt modo autem equum eſt vnunquodq; a fine denominari. Aequum igitur eſt vim vegentandi ab ea gignēdi facultate vim generatiuaꝫ dici nomenque ſortiri. ¶ Septima. Omne animatum, in ſitum calorem habere neceſſe eſt. ¶ Nam duobus alimentum ad nutriendum paratur vno vt mouente et quideꝫ immoto: altero vero vt mouente, et moto quemadmoduꝫ nauis duobus intemperatur, gubernatore vt primo, principali, et immoto: et clauo vt mouente et moto. Paratur itidem alimentum et decoquitur ab anima vt primo mouente, et immoto, et a calido, decoctionem enim operatur calidum, vt mouens et motum: viſque principalis inſtrumentum ¶ Habet igitur omne animatum, inſitum calorem. Sed de alimento, alendi virtute et operibus eius, tanta ſatis dicta ſint.

## ¶ Caput quintum.

Quintum caput continet, duas concluſiones, duas queſtiones, earum ſolucioneʒ, tria corolaria poſt ſecundam concluſionem et duos modos potẽtie poſt ſecundum corolariũ Prima concluſio. De ſenſu incumbit determinatio. Nam ſentiendi virtus vim vegetandi ſequitur poſt quam etiam cõmunior habetur. Et prius de ſenſu in cõmuni, deinde de vno quocꝫ ſenſu agendum eſt. Secunda. Fit ſenſus, cuʒ mouetur ſenciẽs cumcꝫ aliquid patitur. Naʒ ſenſus, alteratio quedaʒ eſſe videtur. Et an paſio a ſimili an a diſſimili fiat, a nobis prius determinatuʒ eſt quodãmodo fieri ab vtrocꝫ. Naʒ id quod patitur, potentia tale eſt, quale id quod facit, actu in principio ſiquideʒ diſſimile, finito completocꝫ actu, ſimile. Due queſtiones. Prima. Cur ſenſus ſua organa et ſentiendi inſtrumenta non ſentiat, cũ ſint ex quatuor elemẽtis (vt cetera que ſentit) contemperata. Secunda. Cur ſine exterioribus ſenſibilibus non fiat ſenſatio. Reſponſio. Senſus non eſt in actu per ſeipſum: ſed in potentia: ſicut combuſtibile non per ſeipſum actu eſt ſeipſum eniʒ combureret, necꝫ extero cõbuſtiuo, vt igne cõburẽte egeret. Ideo ſenſus necꝫ ſe neque ſua ſenſoria percipit necꝫ ſine exteriore ſenſibili quicquam a ſenſu percipitur. Primũ corolariuʒ. Hic fit vt ſentire dicatur, hoc vt potentia quemadmoduʒ dormiens, illud vt actu cuʒ iam preſto adeſt rei ſenſatio. Ita audire, videre, odorare et cetera alia conſimiliter dupliciter dicuntur: vt potentie, et actu. Et cuʒ diximus ſenſuʒ fieri cuʒ mouetur ſentiens, et cũ quid patitur: id nos ipſi inteligi volumus de ſenſu qui eſt actu et non, vt potentia. Et nos moueri, pati, et operari hic vt eiuſdeʒ vtimur eſt, eniʒ motus proprie operatio quedaʒ et actus ſed imperfectus vt prius aliquando diximus. Secunduʒ corolariuʒ. Unde eſt ſentiens vt a diſſimili pati, et vt a ſimili. Naʒ cũ in principio patitur diſſimile eſt cuʒ vero iaʒ paſſum eſt ſimile. Duo modi potẽtie. Adhuc potentia (vt exactius determinemus) dupliciter dicitur. Primo eniʒ dicitur aliquid in potentia vt ſciens: quia ſit tale ſuapte natura vt ſit ſcientie capax. Secũdo quia iaʒ ſcientiã ipſam habeat ſciendique habituʒ: vt geometriaʒ. Et hi modi longe inter ſe differunt. Nam primi exiliter atque tenuiter ſcientes dicuntur: vt quia apti nati vt tales euadant et vt materia: qui nõ cuʒ velint operentur. ſed qui alteratione diſcipline nonũquaʒ etiaʒ ex contrario habitu indigeant. Secundi magis vt qui cuʒ velint operentur niſi ſpeciale ſuperuenerit impedimentuʒ neque tali alteratione egeant ſcientie ſed ſola operatione. Et in primis non ſoluʒ eſt paſſio ſed plerunque contrariĩ corruptio atque abiectio. In ſecundis auteʒ ſimplex paſſio et perfectio quedam ſaluatur eniʒ ſciens habitu et hoc modo potentia cuʒ contẽpletur actu: et non modo ſaluatur ſed perficitur et nihil corrumpitur abñ citur que neque proprie eſt alterari: aut eſt alterũ alterandi genus a primo. Abſurduʒ enim videbitur, ſapientem cuʒ contempletur et prudentem cum: vt recte virum inſtituat conſideret alterari dicere: et non artificem cuʒ aliquid artis moliatur vt domificator cum edificet. Et qui ſapientie aut prudentie habitum poſſidet ſi ipſis vtatur non aliam quaʒ ſapientis prudentis ve denominationem ſortitur. Sed quia docente et actu ſciente ſcientiaʒ capit denominationem cepit quare non alteratur habitu conſiderãs aut duo alterationis erunt modi vt dictum eſt. Eſt et aliquid in actu, vt ſciens actu qui maxime ſciens eſt cum ſciens actu conſiderat. Conſimili pene modo de ſenſibus accidit vt aliquid dicatur bifariam potentia ſentiens. Primo vt ſemen, quod natum eſt et a natura inſtitutum: vt ex eo fiat ſentiens vt aĩal. Secundo vt iam factum animal potentiam ſentiendi habens, perſimilem ſciendi habitui. Et cum ſenſibile actu apprehendit, maxime dicitur actu ſentiens et actu ſentire, aſſimilatur contemplari. Hoc tamen intereſt quod que actum ſentiendi preſtant, extera ſunt et ſentienti extrinſeca, vt audibile viſibile odorabile. Que autem contemplandi actum, interna contemplanti nec iniuria quidem quia que actũ ſentiendi preſtant, ſingularia ſunt, et extra quã autẽ ſcientiam vniuerſalia, que quodammodo ſunt in anima. ¶ Tertium corolarium. Unde fit vt inteligere et conſiderare cum volumus, in noſtra ſit ſituʒ poteſtate, non autem ſentire, ſed ipſum ſenſibile adeſſe neceſſe eſt, ſed de his amplius determinandis alius futurus eſt locus. Et ſatis dictum ſit quomodo potentia nõ dicitur vno modo, ſed ſicut puer potentia militans quia poſſit militare, natuſcꝫ ſit ad militiam: et ſicut maturam etateʒ nactus, potentia militans, ſed quia illis potentie varietatibus nõ ſunt impoſita nomina promiſcue vtimur in vtriſque ĩſdem nominibꝰ vt alterari. vt pati quamuis nõ proprie potentia ſentiens (vt adulta etate militans (ſentiendi actum exercendo dicatur alterari et pati. Et ſentiens tale eſt potentia quale qđ ſentitur actu quẽadmodum dictũ eſt. Patitur autẽ non ſimile, paſſum aũt ſimile euadit.

## ¶ Caput ſextum.

Sextum caput continet duas diuiſiones, et duas ſenſibilium per ſe et per accidẽs differentias. ¶ Prima diuiſio ¶ Senſibilium quedam per ſe et quedam per accidens. ¶ Secũda. Senſibilium per ſe, ſunt propria: hec vero pluribus ſenſibus communia. Senſibile proprium eſt quod ab vno et nullo alio ſenſu ſentiri poteſt, et circa quod rite ſenſui obiectum non contingit ſenſum errare vt circa ſonum audituʒ circa colorem viſum circa odorem, odorandi ſenſum, circa ſaporem guſtum circa caliditatem, frigiditatem, humiditatem et, ſiccitatem, tactuʒ habet enim has plures ſentiendi differẽtias tactus, circa quas iudicat vt ceteri circa ſuas, et non errat. Non enim errat viſus iudicando eſſe colorem, et auditus eſſe ſonum ſʒ errare poteſt quid coloratum ſit, vbi ſit: quid ſonum edit et vbi. Communia ſunt que nullus ſenſuũ ſibi vt propria vendicat et ſunt hec numerus, magnitudo, figura tempus. motꝰ, et quies que pluribus ſunt cõmunia ſenſibus motus enim et tactu percipitur, et aſpectu. ¶ Differentie ſenſibilis per ſe, et per accidens. Differunt ſenſibile per ſe, et per accidens. Nam ſenſibile per ſe ſenciendo, patitur ſenſus, vt colorem videndo patitur viſus non autem ſenſibile per accidens, vt huiuſmodi. vt Diaris filius cum ſit albꝰ ſenſibile eſt per accidens, quod ei albedo inſit non, autem vt Diaris filius, quia ve talem ſubeat rationem Et ſenſibilia per ſe propria, proprie ſentiuntur et ad ea per ſentienda, vniuſcuiuſque ſenſus ſubſtantia cõmoda, aptacꝫ maxime natura inſtituitur.

## ¶ Caput ſeptimum.

SEptimum caput continet nouem concluſiones, vnum corolariũ diffinitionem perſpicui ⁊ luminis ad tertiam duas rationes et vnum corolarium ad quintam, et duas ad octauam. ¶ Prima concluſio. Color eſt viſibile. ¶ Nam cuius ſenſibilis viſus eſt, illud eſt viſibile: viſus autem eſt coloris eſt igitur viſibile. Et non modo color viſibile eſt: ſed et pleraqꝫ alia que nomine carent: vt ex determinatione dilucebit. ¶ Secunda concluſio. Color per ſe viſibile eſt, non ratione. ¶ Per ſe quidem quia ex ſe ſpeciem prebet qua videatur. Non ratione, qua abſoluta res eſt que ad viſum non refertur: vt viſibile, que licet nunquam cõſpecta, plãe tamen conſiſtet eritque color. ¶ Tertia Color ſine lumine videri non poteſt. ¶ Nam coloreʒ ita diffiniunt. Eſt qui ſuapte natura mouet actu perſpicuum. Actu autem perſpicuum (quod diaphanes vocant ſine lumine non eſt. Non itaque cõtingit colorem ſine lumine videri. ¶ Corolarium. Unde fit vt ð lumine et perſpicuo prius determinandũ ſit. ¶ Perſpicuum enim eſt quod ſuapte natura viſibile non ē ſed alieno viſibili, vt celum, aer, aqua, et pleraque ſolida corpora. Aer enim vt aer et aqua vt aqua viſibilis non eſt ſed illius ratione quod in ipſis recipitur viſibile. Et lumen eſt actus perſpicui vt perſpicuum eſt: eſt enim lumẽ quaſi perſpicuorũ color. ¶ Quarta. Que potentia perſpicua ſunt tenebre aliquãdo ſunt que autem ſemper actu perlucent, nunquam. ¶ Nam que potentia perſpicua ſunt, aliquãdo actu perlucent lumine colluſtrata et perſpicua ſunt actu aliquando auteʒ nõ perlucent lumine carentia: ſunt igitur aliquando tenebre: tenebras enim dicimus: luminis in perſpicuo carentiã. Que autem ſemper actu perſpicua ſunt ſemꝑ lumen poſſidẽt colluſtrãs non igitur tenebre ſunt vnquam. ¶ Quinta. Et ſi corpora lucida vt ignis, ſol, et aſtra lumen preſtãt in perſpicuo, ſue lucis ſpeciẽ, non tñ lumen, aut ignis aut ſol aut aſtꝝ aut ab illis corporibꝰ ꝺfluxꝰ eẽ poteſt. ¶ Primo. Quia ſi quod illorum eſſet aut quidam (vt aiunt defluxus ab illis corpus eſſet et quod cum: ſit toti perſpicuo preſens, duo corpora ſimul erunt atque ſe ſimul ocupabunt, quod fieri nõ poteſt ¶ Secundo. Quia tenebre ſunt luminis priuatio, non autem ignis ſolis, aſtri: aut corporum defluxus. ¶ Corolarium. Unde fit vt. Empedocles ab ſurde ſatis cenſuerit lumen inter terram et continentis celi ambitum ferri, noſque interdum latere. ¶ Nam dignaretur venia, ſi paruo latum ſpatio latere diceret: ſed in tanto quantum ortu clauditur: et occaſu ſpatio idem ſibi concedi, magnum poſtulat et non a rationis cõpote profecto admittendum. ¶ Sexta. Perſpicuum coloribus vacat: et vt de ſe inuiſibile ē ¶ Nam quod ſonus capit, de ſe ſonis eſt vaccum: et quod odores, inodorum, tale autem perſpicuum ad colores cum potentia ſit quale aer ad potentia ſonũ perſpicuum igitur coloribus vacabit, eritque vt de ſe inuiſibile. ¶ Septima. Et ſi propriꝰ vniuſcuiuſqꝫ rei color videatur in lumine, non tamen omnia viſibilia ſpectãtur in lumine. ¶ Nam nonnulla ſunt que non in lumine ſed in tenebris cient efficiuntque ſenſum, vt ignita, fungi quorundam animalium cornua piſcium capita: ſquame oculi, putres arborum truncicatie ſituque marcidi quorum non eſt vnum nomen quo ſimul ea complecti poſſimus. Et quam ob cauſam in tenebris et non interdiu fulgeant poſtea dicturi ſumus. Octaua. Non recte. Democritus putauit: ſi totum quo cernimus ſpaciuʒ vacuum eſſet expedientius acutiuſque ſingula videri: adeo vt medio interſtite vacuo formica in celo a nobis exactiſſime ac expediſſime videretur. Primo. Quia id cognitum eſt quod in lumine ſpectatur colorem eſſe natura enim eius eſt mouere actu perſpicuʒ vt aerẽ qui cum ſit oculo attiguus mouet oculum, hoc indicio cognitum quod ſi colorem habens ſupra oculuʒ poſueris non videbit oculus: ſed cum fuerit mediuʒ actu perſpicuum. Actus autem perſpicui lumen eſt exiſtente igitur vacuo medio ſpatio nullus percipietur color. Perperam itaque opinatus eſt Democritus res ſingulas tunc expedientius acutiuſque videri. Secundo. Fit viſio cuʒ ſenſus afficitur ipſe autem colore qui videtur affici nequit afficitur igitur a medio. Ipſo igitur exiſtente inani non fieret viſio: quare non modo exiſtente medio vacuo non exactiꝰ videret̃ ſʒ ne oĩno quidẽ videretur. Et idẽ ſubit iudiciũ de ſono et odore ſapore, et tãgibili. Ea ſiquidẽ ſupra auditꝰ, odoratꝰ, guſtꝰ, et tactꝰ ſedes locata, ſenſum non efficiunt, ſed medio (vt ſentiantur) hec omnia egent. In ſono enim medium eſt aer in colore pſpicum in odore innominatum eſt, et eſt aer et aqua, aliqua communi paſſione affecta. Aquatiles eniʒ animantes ſenſum odoris obtinent, et cetera que in terra degunt reſpirantia: que ſine reſpiratione olfacere nequeunt. Quid in ſaporibus quid ĩ tangibilibꝰ ſit medium, et eorum que modo tetigimus cauſas poſterius adiiciemus. ¶ Nona. Sunt nonnulla quorum color et in lumine et in tenebris ſe prodit. Nã flamme mouent actu perſpicuum, aliorum colorum naturam imitando, quare interdiu ſe produnt ⁊ medium ipſum afficiunt redduntque actu perſpicuum quare noctu iteruʒ ſe manifeſtant. Ex his itaque notum eſt quod intenditur, et viſibilium has eſſe differentias, hoc ſolo lumine, hec ſolis tenebris, hec vero vt rorumque naturaʒ imitata, et lumine et tenebris deprehendi.

## ¶ Caput octauum.

OCtauuʒ caput cõtinet vnã diuiſionem, vndeciʒ concluſiones, vnũ corolarium ad primam, duas ad ſeptimam, vnam queſtionem, reſponſionem, et ſonorum differentias poſt nonam, vocis diffinitionem poſt vndecimam. Diuiſio. Duplex eſt ſonus, vnꝰ actu, alter ꝟo potentia. Nam ſunt que plaga illata actu ſonum edunt vt es, et quecunque plana et leuia corpora, et hic ſonus actu dr̃. Sunt ꝟo q̃ actu pulſa nõ ſunt pulſa tamen ſonare poſſunt vt nominatã et eorũ ſonus potentia nominatur ſunt deincepsꝭ que neque actu neque potentia ſonum habent, vt ſpongia, lana ⁊ pili. Prima concluſio. Sonus actu ſi percipi debeat, fit inter corpus ſonãs et auditũ. Nã fit actu ſonꝰ alicuiꝰ ad aliqd attactu (percuſſio enĩ edit ſonum) et in aliquo ſemper, exauditurqꝫ cum de re q̃ ſonat ad aurẽ delatus medium opplet ſpatiũ. Corolariuʒ. Quo fit vt vno ſolo exiſtẽte corpore nõ eliciat̃ ſonꝰ Nã aliud eſt verberans et aliud verberatũ atque percuſſuʒ, et Cenũ ſonus alicuiꝰ ad aliqd attactu et in aliquo

¶Secunda. Sonus non fit ſine motu. ¶Nam percuſſio non fit ſine motu ſonus autem non fit ſine ictu et percuſſione non fit igitur ſonus ſine motu. ¶Tertia. Non ex quorunque corporum percuſſione elidit ſonus. Nam vt diximus, lana et pili coliſa non perſtrepunt, efficiunt ve ſonum: ſed corpora dura, leuia et cōcaua. Leuia quidem, ꝙ integre magis feriant incolumiorque aer: minuſqꝫ fractus perducitur ad auditum, concaua vero, ꝙ refractione complures poſt primum congeminant ictus, cum aer motus ac agitatꝰ libere exilire non poſſit. ¶Quarta. Sonꝰ ⁊ in aere et in aqua editur: ſed in aqua ſubobſcurius. ¶Et in aere et in aqua edi notum eſt. ſunt enim hec media inter ſonans et auditum. Et ꝙ ſubobſcurior in aqua, ideo ē, quia ſopitur hebeſcitqꝫ in ea. ¶Quinta. Et ſi aer ſonorior ſit aqua non ſufficit tamen ad ſoni editionem: neqꝫ ſola aqua. ¶Nam (vt dictum eſt requirunt ſolida corpora, et vt ad aerem ictus fiat priuſquam diffundatur. Quapropter aer aliquo, vt virga, cito et vehementer percuſſus, ſonat: tunc duorum et percuſſi et medij fungens officio, tunc enim plana motioqꝫ percucientis velocitate diffuſionem anticipat aeris: quēadmodum ſiquis arene cumulū cadentem velociter cedat, eiuſdemque caſum velocitate perueniat. ¶Sexta. Cum fit ſonus, ſemper redditur echo, et ſi nō ſemper audiatur. ¶Echo eſt ſoni reflexioꝰ aere ob vas aut locum ipſum circundātem, vt pila repulſa, reſiliente. Et ꝙ ſemper reddat, patet, nam ita fit in ſono, ſicut in lumine. Atqui lumē ſemper repercutitur, alioqui nō vbiqꝫ vt in vmbra fieret et lumen: ſed extra locum illum in quo ſolis radij pertingunt, ſumme eſſent tenebre, hoc autem falſum. Fit igitur ſemper ⁊ ſoni repercuſſio: quare redditur echo, et quod non ſemper audiatur, idem vtō lumīe proditur indicium. Nam non ab omnibus ſic refringitur lumen, vt ſemper appareat, ſed interdū iacitur vmbra vbi minime lumen percipitur: ſed ad eam terminantur ſenſibile lumen. Sic echo non ſemper redditur ſenſibilis, ſed cum a ſolidis, concauis et planis exceptus refringitur ſonus. ¶Septima. Non longe diſtat a vero, ꝙ antiqui audiendi facultatem vacuo atribuerunt. Nam ab audiendum aer maxime proprius aptuſque videtur, facitque audire ꝑcuſſo leui, cū vnꝰ ⁊ continuus fuerit ad auditū vſqꝫ agitatu ꝑ latus. Aer aūt coꝝ opiniōe inānē erat et vacuum non igitur longe diſtabant a vero. ¶Primum corolarium. Nimirum igitur auditui connaturalis congenituſque aer. ineſt. ¶Sic enim exteriore aere moto, internus aer excitus meliorez preſtat audiendi facultatem. ¶Secundum. Fit etiam iure vt non oī ex parte animal audire debeat. ¶Nam non vbiqꝫ tranſit aer, neqꝫ talem natiuum habet aerem, ad quem agitatus exterior perferatur: ſicut, neque vbiqꝫ aīal humidum habet pupille. ¶Octaua. Aer per ſe inſonus eſt. ¶Quia facile diſſipatur dijcitur, ⁊ omnia corpori vltro cedit, Si tamen arctior fiat illiſio, diffundique prohibeatur, elicitur vt dicum eſt, ſonus. ¶Nona. Internus aer auribus inſitus, immobilis eſt. ¶Hoc enim ideo eſt, ꝙ omnes motuum differentias exacte percipiat. Non tamen omnino immobilis eſt: ſed placide tanquilleque agitatus citra turbā, auriſque obſtrepitum. Hinc membrana contectus et conuolutus eſt, et auris iter inflexuoſum atqꝫ anfratuoſum factum eſt, ne ledatur ne, turbetur a ſua ve tranquillitate dimoueatur. Et in aqua audimus cum viarum an fractus difficultare deſenditur, ne aurem ſubiat cum vero ſubit organum indiſponit, et non amplius audimus. Et cum mēbrana qua contegitur congenitus aer, leditur audicio impeditur, perinde atque leſa cuticula pupillam, obuoluente prepeditur viſio. Et argumentum incolumis auditus eſt ſi auri aliquo (vt manu) cōtra admoto, inſonitus et tinnitus quidam aeris vt cornu ſonantis obaudiatur. Ille tamen ſonus non eſt inſito aeri proprius, ſed alienus. Hinc antiqui nos inani, et vacuo audire (ꝙ illo aere interno ōterminatoque egeamus) iterum trahere potuerunt opinionem. ¶Queſtio. An verberans, an verberatum ſonet, an vtrunque, ſed alio modo. ¶Reſponſio. Sonus eius eſt quod illo motu agitatur, et reſilit, cum corpora leuia feriuntur. Debet eniꝫ quod verberatur, planū eſſe, et equale: vt inde vniuerſis aer totus concuſſus reſiliat. Nam non omne verberans et verberatuꝫ (vt dictum eſt) reddunt ſonum: vt ſi acum acu coliſſeris ſonum non elicies. ¶Differentie ſonorum actu, he ſunt acutum, et graue. Sicut enim colores non ſine lumine percipiuntur ita neque he ſonorum differentie ſine ſono actu que a tangibilibus ad ſonos trāſferuntur. Nam ſicut tangibile acutum cito tactum pūgit et penetrat: ita ſonus acutus celeriter audituꝫ, mouet, quaſi pungens. Et vt obtuſum tangibile tarde tactum vt trudens obtundit, ita grauis ſonus audituꝫ. Non tamen graue et acutum idem ſunt quod tardum et velox: ſed tarditate et celeritate pariuntur et obtuſum, lentum efficere videtur motū acutū vero et gracile, concitatiorem. Sed de ſono hactenus, nunc de voce aggrediendum eſt. ¶Decima cōcluſio. Vox, ſolius eſt animantis, et ſi non omnium. ¶Nam nulla inanima vocem fundunt. Et ſi vocis nomen non nullis attribuatur inſtrumentis, vt tibie lyreque, hoc proprie non eſt, ſed ſimilitudine quadaꝫ ad id quod proprie vox eſt: quod imitentur eiuſmodi ſoni vocis humane ſonoritatem et allocutionem. Et ſunt pleraqꝫ animalia (vt exanguia, et ſāguine ꝑdita, vt piſcis) que vocem non eliciunt, et id ſane nō ſine ratione euenit. Nam ſonus, motus aeris eſt exāguibus autem nulla eſt pellendi aeris facultas, et piſces aerem non attrahunt vt pote qui in aquis degunt. Et piſces quos amnis Achelous nutrit, ſonitū attritu branchiarum edunt. ¶Undecima. Vox ſonus eſt animalis, ſed neque omnis neqꝫ ab omni corporis parte. ¶Nam manus colliſe ſtrepitum edunt qui non eſt vox ſed ad gignendam vocem hec requiruntur, percuciens percuſſum et in quo. Hoc enim, aer eſt, non omnis: ſed is ſpiritus quem vicario ordine anhelitu accipimus et reddimus. Et quemadmodum lingue duplex eſt officium. Primum eſt guſtandi ad vite neceſſitatem quapropter in omnibus hoc obtinet officium. Secunduꝫ eſt vt loquele ſit vſui: ita ſpiritus quem anhelitu ducimus, et alternatiꝫ emittimus: duplex eſt vſus. Primus eſt ad internum tēperandum calorem neceſſarius quidem: cuius cauſa; ex alio requiritur loco. Secundus eſt ad effingēdam vocem boni quidem gratia, et nō ad vite neceſſitatem: Mentis enim interpretatio, nimiume boni gratia adhibita eſt: et ei commoda aptaque tradita ſunt inſtrumenta faucesꝰ ⁊ pulmones. Non ſine ratione igitur ea ſola animalia vocem eliciunt que reſpirant, et aerem attrahunt. Et hec ea ex parte ceteris ſunt calidiora: vt que aere egeant atracto ad precordiorum calorem: temperandum et quoquo pacto refrigerādū. ¶Diffinitio. Ex his vocis diffini

tioneꝫ elicere facile eſt. Uox eſt ſonus aeris ab ani-
ma reſpirati: percuſſi ad vocalem arteriam cū alicu
ius ſignificationis imaginatione, non enim ſatis eēt
reſpirari aeris percuſſi emiſſio vt tuſſis ſed ad gur-
gulionem percuſſio fiat oportet: et cū quadā intētio
ne affectioneue ſignificandi quodꝫ neceſſaria ſit ad
gurgulionem et ſonantem arteriam aeris percuſſio
hinc ſumitur indiciū quod nō contingit expiranteꝫ
et reſpirantem vocem vnquā emittere ſed aereꝫ cō
tinere oportet: et ita internum concutere. Hinc iteꝫ
fit cognitum cur piſces ſint ſine voce. nam gurgulio
nem non habent. quia non reſpirant: et qui eos reſpi
rare arbitrantur. peccant. Sed cur non reſpirent:
alio differendum eſt loco.

## ¶ Caput nonum.

NOnum caput ꝯtīnet quat-
tuor ꝯcl'oes. 4. rōes ad pͥmā duas ad
ſecundam cum corolario prime: tres
modos inodorabilis poſt tertiaꝫ: vnā
queſtionem eius reſponſionē tres ra-
tiones quod non reſpirantia odorāt:
et vnum corollariuꝫ poſt quartā. ¶ Prima cōcluſio
De odore ꝛ odorabili non vſque adeo vt de dictis fa
cilis et prompta determinatio eſt. ¶ Primo. Qcia
non eſt ita facile deprehēdere quid ſit odor ſicut q̇d
color: quid lumen: quid perſpicuū: quid ſonus. Hoc
enim ideo euenit: ꝙ olfactum per debileꝫ habemus
odoratur enim praue homo et multis aīalibus: vt ca
nibus vulturibꝰ hoc ſenſu inferior eſt. ¶ Secundo.
Quia nos non ſine delectatione aut faſtidio odoruꝫ
differentias percipimus. hoc autem in viſu ꝛ auditu
non accidit: et ideo hic ſenſus homini datus eſſe vi-
detur ad menſurā non vt odores quales in ſe ſint ꝑ-
cipiamus: ſed quales ad nos perueniunt. Itaqꝫ dif-
ficilior ipſorum deprehēſio eſt. ¶ Tertio. Quia odo
ruꝫ ſenſorium minus cognituꝫ exploratūqꝫ habemꝰ
¶ Quarto: ita homines odores ipſos cōprehende-
re vident: quibꝰ odorandi ſenſorium obtectuꝫ eſt vt
animalia duros oculos habentia apprehendūt colo-
res. Atqui conſentaneuꝫ videtur. huiuſmodi duroꝝ
oculoruꝫ animalia non omnes ſentire colores: ſed
eos qui ipſis terroreꝫ triſtitiaꝫque ingerant. qui ve
voluptate afficiant. quare neque homines quoſcūqꝫ
diiudicabunt odores. ¶ Secunda: et ſi odoris diffi-
cilis ſit nature deprehenſio: ex saporuꝫ tamen ſimili-
tudine nobis ad hoc patebit aditus. ¶ Prio. Quia
certuꝫ guſtum habemꝰ ꝙ guſtus quidā ſit tactꝰ: Ho
mo autem certiſſimum habeat tactuꝫ: et cuꝫ hō a ce
teris in reliquis ſuperetur ſenſibus in hoc vno euin-
cit ſuperatqꝫ omnia. ¶ Corollarium. Hinc fit. vt ho-
mo animaliuꝫ prudentiſſimū cognoſcatur. ¶ Attrac-
tu eñ mentis aptitudo aut ineptitudo deprehendi-
tur: duros eñ carne. mentis hebetes et ineptos: mol
les vero: bene aptos eſſe dicimꝰ. ¶ Secundo. Quia
ex saporuꝫ nominibus odoribus nomina indimꝰ. Ut
eñ saporū hunc dulcem nominamus hunc amarum:
pinguem acrem acutū: ita quoque odoruꝫ: tracta ſi-
militudine hunc dulcē dicimus: atque hunc amaruꝫ
pinguem acrem acutum: et quandoque in odore et
guſtu ſimiles conueniunt denominationes: vt in mel
le et croco. Mellis eñ odor dulcis. et dulcis mellis
ſapor: aliquando vero diſcrepant. ¶ Tertia. Olfac
tus odorabilis eſt et inodorabilis. nam vt de viſu: au
ditu: et reliquis ſenſibus, ita et odoratu viſus autē ē
viſibilis et inuiſibilis, auditus audibilis: ꝛ inaudibi
lis: Eiuſdē enim ſenſus eſt cognoſcere ſui ſenſibilis ꝑ
ſentiaꝫ et eius abſentiam. preſentiā quidē per ſe: ab
ſentiā vero per accidens: eſt igitur olfactus odora-
bilis et īodorabilis. ¶ Tres modi inodorabilis: In
odorabile multis modis dicit. ¶ Primo, quod oīno
odoreꝫ non habet odorarique natum non eſt vt color
¶ Secundo. Quod debilem et vix ſenſibilem habꝫ
odorem. ¶ Tertio. Quod prauuꝫ tetrumque habꝫ
odoreꝫ. ¶ Quarta. Aer et aqua: ol faciendi ſunt me
dia: in aere de nobis conſtat. in aqua vero et ſangui-
ne predita: ꝛ non predita illud monſtrant, quia emi
nus alimenti odorem percipientia: properant ad il-
lud ſumendū ad notare, Queſtio. an omnia que ſunt
odorū capacia conſimili modo odorentur. Reſpon
ſio. non omnium conſimilis eſt odorandi modus. naꝫ
animalia reſpirantia ſpiritum trahendo odorantur
cuius hec ſunt indicia. Si ſpiritum detinet homo:
aut expirat: neque eminus: neque cōminus: etiam ſi
rem olentem in ipſius nares fundas: ſentit. Si enim
in odorandi ſede atque ſenſorio: id per palā eſt. nam
omniū ſenſuuꝫ cōe ē: ſenſibili ſenſorio ſuprapoſito nō
ſentire. Inſecta auteꝫ animalia: et que ſanguine ca-
rēt vt apes: hoc pacto: cum non reſpirēt: odorare nō
poſſunt. Odorant tamen. ¶ Primo. Quia conueni
unt longe ad odoriferoruꝫ paſtuꝫ habent igit alium
preter quinque qui aſignati ſunt: ſenſum: aut olfactu
odores diſcernunt. non autem habent alium. habent
igitur olfactum. Senſus enim tam bene quā male
olentis in nimirum olfactus exiſtit. Secūdo. Gra
nium odorum ſuffitu. vt vituminis et ſulfuris fumo
corrumpuntur: ſicut et homo. Odorantur igitur nō
reſpirantis et alio quam ſpiritus attractione modo
¶ Tertio. Quia vt animalium oculi diuerſi ſunt: ho
rum enim ſunt moles: et hec palpebras pro oculi mu
nimento habent, quibus non apertis deuelatiſqꝫ: nō
contingit animal videre, horum vero duri ſunt oculi
que hoc genere folliculorum coperculorumque ca-
rent: et ſemper colores apertos et occurrentes hēnt
ita huuc in modum diuerſi ſunt odoratus. nā in reſpi
rantibus adopertus et reconditus eſt quem: cū ſpi
ritum ducimus: aperimus: ampliatis viarum meati
bus. Non reſpirantium vero apertus: et per ſimilis
duris animalium oculis: ita que ſemper habēt ocur
rentes et in aperto odores: non autem reſpirantia.
niſi ſpiritum ducendo ſenſorium reuelēt ac aperiāt,
¶ Corollarium. Hinc fit vt reſpirantia in aqua non
odorentur, Nam in aqua reſpirare nequeunt. Et eſt
odor ſicci, ſicut ſapor humidi hinc res cum adolent,
incenduntur, caleſcunt, ſuauius fragrant. Et cū res
non percipitur olfactu talis eſt odorandi ſenſus po
tentia, qualis ipſa ſit actu, cum autem olfactu perci
piuntur actu, et talis ſenſus eſt actu, Et de odore et
odorabili hactenus.

## ¶ Decimum caput.

CApit dcīmum ꝯtīnet quat
tuor concluſiones. duas rationes. et
duo corollaria ad primam, vnum co-
rollarium ad ſecundā et ſpecies ſapo
rum ad quartaꝫ, ¶ Prima concluſio,
Guſtabile, quidam tangibile eſt.
¶ Primo. Quia qđ non extrinſeco medio: ſed ſolū
ſentitur intraneo, tangibile eſt guſtabile autem nō
extraneo, ſed ſolo ſentitur intraneo, eſt igitur quidā
tangibile. Secundo. Quia illud in quo vt in ma-

teria conſiſtit ſapor et ſine quo ſentiri non poteſt, eſt
humor, humor autem ſolius tactus eſt, eſt igitur guſ
tabile, quidam tangibile. Primū corollariū. quo
fit vt exiſtentes in aqua: ſaporem vt dulcē deprehen
damus: non quia aqua guſtandi ſit medium, ſed ꝙ ſa
por humori permixtus ſit quemadmodum in liquo-
re quē bibimus. Neque ſimile eſt vt de colore, ſono
et odore non eñ ideo per aerem aut aquam percipi
piuntur quia immiſceantur ſed quia hec ſunt media
ipſis vt ad organa deferantur apta. Sine eñ aliquo
a ſenſu abiuncto viſus auditus odoratus ſenſationē
explere nequeunt. quod facit guſtus. Secundꝫ
fit etiaꝫ vt quicquid guſtandi ſenſum afficit humi-
duꝫ ſit. aut actu, aut potentia: nam abſqꝫ humore vt
dictuꝫ eſt. nihil afficit ſaporis ſenſuꝫ. Et ſunt quedā
humida potentia que ſtatim ad actuꝫ ſunt reducta: vt
ſal cum primū admotus fuerit lingue ſtatim liqueſ-
cit. linguāqꝫ humectat. Secunda, Guſtus guſta
bilis eſt et inguſtabilis: nam id ita fit in ceteris ſen
ſibus: vt viſus viſibilis eſt vt coloris. et inuiſibilis. vt
tenebraruꝫ. quas reputat inuiſibiles et auditus au
dibilis vt ſoni et inaudibilis vt ſilentij et odoratus.
odorabilis: vt odoris ⁊ inodorabilis vt odore priua
ti. et ſicut inuiſibile tribus modis dicitur quod non
eſt aptuꝫ videri vt ſonus quod debiliter videtur qḋ
praue vt quod excellentia viſum offendat. aut corrū
pat ⁊ inaudibile, tribus quod audiri nequit vt color
quod debiliter. praue et inodorabile tribus qui dic
ti ſunt: ita inguſtabile tribus dicitur. quod guſtari
nequit. quod debileꝫ obtinet ſaporem ⁊ quod terrū
prauique. Ut enim moderatum. nature amicum eſt
et guſtuꝫ ſaluat: ita prauuꝫ et excellēs ipſuꝫ corrū
pit. Tertia. Omne potulentū et tactui: ⁊ guſtui cō
mune eſt. Tactui quidē. quia ſit actu humiduꝫ guſ
tui vero quod ſapore predituꝫ. Quarta. Guſtādi
natura inſtitutuꝫ ſenſorium neque actu debet ee hū
dum neque tale vt humido dilui diffundiqꝫ nequeat.
nam debet eſſe potentia tale quale guſtabile actu ē.
ſine humore auteꝫ non ſentitur guſtabile. Corollariū
hinc fit vt cuꝫ lingua nimiuꝫ areſcat. nimium ve hūe
at. quod in egrotātibus perſepe accidit guſtare ne
queāt. Aegrotātibus enim ſepe omnia accidit ama
ra videri ꝙ lingua amaro ſit humore infecta. Spe
cies ſaporum ſunt dulce. amarum contrarie conſe-
quens dulce pinguis conſequens amaruꝫ ſalſus me
die ſunt acre auſteruꝫ ſuaue acutum acerbuꝫ acidū
vt ſpecies colorum digeſte. et guſtandi ſenſoriuꝫ: vt
iaꝫ dictum eſt tale eſt potentia. quale guſtabile actu
faciens autē ipſum tale guſtabile, et de guſtu et guſ
tabili hactenus.

## ¶ Caput vndecimum.

VNdecimum caput cōtinet
duaꝫ queſtiones. poſt quas tres con-
cluſiones: duo corollaria ad ſecūdaꝫ:
vnaꝫ queſtionem. eius reſponſionē ta
ctus ad alios ſenſus cōparationeꝫ et
vnū corollariuꝫ poſt tertiā. Prima
queſtio, An vnus. an plures ſint ſenſus tactus. Se
cunda Quid ſenſoriuꝫ tactus an caro in carneꝫ ha
bentibus et in ceteris quod carni rñdet emulūque
eſt. an aliud ꝗcquam intermediū interiꝰ latēs Pri
ma concluſio. Plures ſunt ſenſus tactꝰ. nā ōis ſenſus
vnꝰ vnius eſt contrarietatis. vt viſus. albi ⁊ nigri au
ditꝰ acuti et grauis odoratus et guſtꝰ dulcis ⁊ ama
ri. Tactus vero pluriū vt calidi frigidi humidi et
ſicci grauis leuis mollis et duri. ſunt igit̃ plures tā
gendi ſenſus neque ſufficere videt̃ ſolutio quā adhi
bent viſus et auditus conſimiliter plures eſſe contra
rietates vt in voce non ſolū acutū ⁊ graue contraria
ſunt ſed magnitudo paruitas lenitudo et aſperitas
vocis et ita in colore. Sed vt de tactu ſimile non eſt
Naꝫ magnitudo paruitas lenitas aſperitas tranſla
titie in voce ſunt vox grauis et acuta et hec tranſlati
tie omnibus ſenſibus applicari poſſunt continentur
que in viſu et auditu ſub eodē ſenſus obiecto: vt ſub
ſono ſub colore. ita auteꝫ de calido frigido hūido: et
ſicco dicere nō poſſumꝰ. Secūda ꝯcluſio. Caro nō eſt ſen
ſoriū tactus ſed ſentiendi mediū. naꝫ ſenſibile ſenſui
ſuprapoſituꝫ nunꝗ̄ ſentit̃ carni aūt ſuprapoſitū tangi
bile ſentit̃. nō eſt igit̃ caro tangendi ſenſoriū Porro
ſenſibile dē medio quodā ſentit̃ carni aūt ſuprapoſi-
tū tangibile ſentitur et non eſt caro ſenſoriū eſt igit̃
ſentiendi mediū. et nihil eſt id quo moliuntur efficē
re carneꝫ eſſe ſenſorium tactus quod carne contac
ta illico perſentiatur. ita enim fieret ipſa tenui linteo
lo aut mēbrana conuoluta: nullus autem idcirco du-
bitauerit mēbranā eſſe tangendi ſenſoriuꝫ. ita neque
de carne addubitandū eſt; ſed in toto corpore vt tec
mem ſenſorium tactꝰ potiꝰ exiſtimanda eſt ꝗquideꝫ
ſenſoria plura ſunt: vt plures tactꝰ: quāuis latentia
ſenſum: queadmodū ſi congenitus aer vt auris intel
ligatur nā totus noſtrū corpꝰ cingens et circundās
eadē facilitate putare poſſemꝰ nos eodeꝫ organo ſo
nos colores et odores deprehendere qḋ coꝝ delitēſ
cerent organa eſſetqꝫ idē congenitꝰ aer audiendi vi
dendi odorandi mediū: vt eñ illic plures ſenſus: vi-
ſus auditus olfactus guſtus et plura eorum ſenſoria
ita et hic ſub eodeꝫ velamine plures tactꝰ et tangē-
di ſedes et machinamenta: ¶ Primū corollariū. vn
de fit vt mediū tangendi aer: aut aqua eſſe non ōbue
rit. nam corpꝰ animatū ſolidū et firmū eſſe debet: et
cum tactus intra corpus latitet debet igitur eē mix
tū ex ipſis que firma conſtans et defluxibile minꝰ ef-
ficiunt vt terra ceteris cōmixta qualis eſt caro: aut
quod carnis vice obtinet. ¶ Secūdū corollariū quo
fit iterū vt ſi quis ignea aut aerea ſtatuerit aīalia diſ
ficile ſit quinque ſenſus et eoruꝫ ſenſoria in ipſis col-
locare, Tertia. Argumento lingue plures produnt̃
eſſe tactus. nam eadē in parte ⁊ intraneo medio om
nia tangibilia et guſtabilia ſentit, eſt tamen alius ſen
ſus tangibilis ⁊ alius ſaporis. Si igitur toto corpo
re ſic promiſcue tangibilia et guſtabilia percipere-
mus poſſent guſtus et tactus vnus ſenſus videri: vt
calidi frigidi humidi et ſicci vnus tactus modo aūt
quia non ita guſtus et tactus toto corpore coniūcti
ſunt manifeſtum eos eſſe plures ſenſus ita et tactus
plures et ſi toto corpore cōiuncti ſint intelligere opꝫ
¶ Queſtio An tactio ſimiliter vt viſio auditio et olfa
ctio ſit medio ſcilicet interueniente extraneo, Reſ-
ponſio. mollium corporum vt aeris; vt aque que nul-
lo interhiante medio carnem ſuis extremis attigūt
fit bene tactio nullo interueniente extraneo medio.
Duorum vero corporū aliquid cū tanguntur interia
cet medium. nam ea aut tangimus in aere: aut in aq̄
atqui videmus nos in aqua ſic ea tangere non poſſe:
quin ſemper medius humor percipiatur: ipſumque
tangendo excludere non poſſumus quin medius in-
terſiteſqꝫ extremis non manentibus ſiccis habeatur
Quod ſi in aqua ita fuerit. tanto minꝰ ſubtiliorē ae
rem nobis licebit excludere medium et illa in aere
ſine medio tangere; tametſi in aere ob ipſius inſenſi-

biliſtate magis ſenſum lateat,et quãuis ita ſit vt nos
firma et dura interueniente medio tangamꝰ tactus
tamen hoc a viſu auditu et odoratu differt,ꝙ hi emi-
nus ſua ſenſibilia ſuo medio apprehendunt ille vero
cõmunis et pene nihil diſtante ſic vt mediũ quemad
modum de membranula diximus lateat: Et in viſu
auditu et odoratu ſpatium afficitur et ſpecies õfert
tangendo autẽ non id neceſſariũ eſt ſed intraneum
medium ſimul cũ extraneo afficit,quod quidẽ quia
afficiatur,et non quia huiuſmodi externum medium
tangitur,ſed vtrunque ſimul affici contingit.quem-
admoduʒ percuſſus clypeus geruluʒ non percutit:
ſed vtrunque ſimul percuti accidit.¶Corollarium.
Unde fit vt quemadmodũ aer et aqua ſeſe habẽt ad
viſum auditum et olfactum:ita caro et lingua ad tã
gendi ſenſorium:et in ceteris videtur tactus alios
imitari ſenſus:vt quemadmodũ is aliis ſenſibus ſen
ſibile ſuprapoſitum nullum parit ſenſum:vt albuʒ ſu
prapoſituʒ oculo nullam viſionem.ita eſt et in tactu.
Hinc ſub carne tactus ſedem delitere oportet:quã
doquideʒ res tangibiles carni ſuperpoſite ſeſe preſ
tant perceptibiles:et res tangibiles ſunt:calidũ fri
gidũʒ humidum et ſiccuʒ:que prius ſimplicium cor
poruʒ differentias locauimus et ſenſorium tactus,
tale potentia eſſe debet quale ſit actu ipſum tangibi
le.Hinc tactus eque algida:eque leuia et aſpera nõ
ſentit:ſed extrema ſuperabundantias atque defec-
tus.Eſt enim mediocritas:quedam et mediuʒ extre
morum iudex eſt.Et qui omne calidum et omne fri-
giduʒ percepturus ſit calidi et frigidi actu ſit expers
oportet potentia futurus et calidum et frigiduʒ q̃m
admodum viſus album aut nigrũ percepturus neqꝫ
actu albuʒ neque nigruʒ exiſtit:et ſicut viſus eſt viſi-
bilis et inuiſibilis,et ceteri ſuoruʒ oppoſitoruʒ: ita
tactus tangibilis eſt et intangibilis:et ſicut inuiſibi
lis et aliorũ inſenſibilium tres ſunt modi itidem in
tangibile tripartitum eſt:quod tangi non poteſt:vt
vox:quod debiliter tangitur.vt aer:quod praue:vt
ignis tactum corrumpens:ſed de tactu et quolibʒ
in particulari ſenſu: hoc pacto paucis diffinituʒ ſit.

## ¶ Caput duodecimum.

Caput duodecimum conti
net duas concluſiones vnum corolla-
rium:vnã queſtionem.eius reſponſio-
nem ad ſecundã.¶Prima concluſio
Id ſenſuũ cõe eſt:rerum formas ſine
materia ſuſcipere.Nã ſicut ſigillũ:ſi
gillive effigiẽ formabilis cera ſine ferro ere:aut au-
ro recipit:eo pacto patitur ſenſus ab eo quod colo-
rem habet.quod ſonuʒ:quod odorem:quod ſaporẽ:
et non vt vnũquodqꝫ eſt,ſed vt tale:taleque habens
ſpeciem:et quamuis hec idẽ ſint:ipſorũ tamen eſſe di
uerſa ſunt:quãuis etiam ſenſoriũ magnitudo quedã
ſit.eſſe tamen magnitudini non ideʒ.non enim ſentit
vt magnitudo:magnitudineue habens:ſed vt ratio
nem:potentiamqꝫ ſentiendi.¶Secunda concluſio.
Senſibilium exuperationes,et excellentie ſenſum
corrumpũt.nã huiuſmodi ſenſibiliũ fortes motiões
ſenſorium rationem atque temperamentũ diſſoluũt
eſt enim ſenſus vt concentus quidã.Fidibus eñ ve-
hementius pulſis canora contundit diſperitque har
monia:tẽperatũque omne ab intemperato diſſoluit
¶Corolarium.Unde nimirũ cognoſci põt cur plan
te,et ſi quãdaʒ anime parte obtineant:et tangibili-
bus afficiantur caleſcant,frigeſcant:humectentur,
areſcant non ſentiant.nam huiuſmodi que ad ſentiẽ
dum requiritur mediocritatem non habent.neqꝫ re
rum ſenſibiliũ formas ſine materia apprehendũt.ſʒ
eas cũ materia obtinent.¶Queſtio.An aliud a ſen
ſu pati poſſit a ſenſibili:vt aliud a viſu patiat a colo-
re aliud ab auditu:a ſono:aliud ab olfactu:ab odo-
re:et ita in ceteris.¶Reſponſio.A ſenſibili vt ſenſi
bile eſt quemadmodũ a viſibili vt viſibile ab audibi
li vt audibile odorabili:vt odorabile.nihil aliũ a ſen
ſu patitur.Non enim a colore vt viſibile eſt:quicquã
niſi viſus patitur:eſt enim color vt viſibile prout eſt
a viſu perceptibile:itidem a ſono vt audibile eſt,ſo-
lus auditus patitur.Quod autẽ tonitruo diſcindun
tur ligna et lapides:hoc non facit ſonus:ſed ſpiritꝰ
cum ſono eliſus:et ita de odore et ſapore Patiũtur
tamen plane ab ipſis non vt ſenſibilia ſunt.ſʒ vt ſunt
affectiones:paſſioneſue quedam:vt aer aliquid paſ
ſus ſpirat et olet:odoratuqꝫ capitur.Hinc ſit vt vide
re audire olfacere guſtare tangere:non ſit his paſ-
ſionibꝰ affici atqꝫ pati:ſʒ ipſis aliquid affectũ ſentire.

# ¶ Incipit Tertius liber de Anima.

## ¶ Caput primum.

Liber tertius
de anima continet
tredecim capita.
Primuʒ duas con
cluſiões.vnũ corol
larium ad primaʒ
vnam queſtionem:
et eius reſponſionẽ
ad ſecundã.Pria
concluſio nullus pᷓ
ter quinqꝫ viſuʒ:au
ditũ olfactũ guſtuʒ
et tactuʒ:alius ſup
eſſe exiſtimandus eſt ſenſus.¶Prio.Qꝛ oẽs ſenſus
habemꝰ:et nos ſolos quinque nominatos hẽmꝰ.Ta-
met ſi eñ plures tactus poſuerimꝰ:qꝛ tñ oĩa tangibi
lia vt tangibilia ſunt:tactu percipimus.illos vnius
ſenſus nomine cenſemꝰ:non eſt igitur alius apoſitis
quinqꝫ ſupereſſe exiſtimandus ſenſus.Secũdo.Si
aliqs ſenſus nobis abeſſet:et aliquod nobis ſentien
di organũ abeſſe oporteret.At vero nobis nullũ de
ficere apparet:naʒ organi corpus vno aut pluribus
elementis conſtat:ex humore autẽ conſtat pupilla et
viſus:ex aere auditus olfactus vero promiſcuus:nũc
ex hoc:nunc ex altero eſt.nã aquatiliuʒ odoratus ex
aqua ceteroruʒ ex aere:ignis nullius eſt ſed oĩuʒ cõ-
munis:oĩbuſque contẽperatus habetur:ꝙ nihil pdi-
tũ ſenſu:calore vacet.Ex terra etiaʒ nulluʒ eſt orga
nuʒ ꝙ ineptiſſima ſit ad ſentienduʒ maxime tamẽ ta
ctui eſt imixta.nulluʒ igitur videt nobis deficere ſen
tiendi organũ.¶Corollariuʒ.Hinc ſit vt extra aerẽ
et aquam nulluʒ ſit ſentiendi organuʒ:Aquatilibus
enim ad percipiendos colores ſonos et odores.ſuffi
cit aqua et terreſtribꝰ aer:et vtrunque vtriſque cõe
eſt.et idoneum:et non modo homines oĩbꝰ ſenſibꝰ et
oĩuʒ ſenſuuʒ ſedibus pollent.ſed et animalia perfe
ta omnia:et non aliquo membro capta:imo et talpa
oculos habere videtur ſub cute latentes:ſi igitur pᷓ
ter quattuor elementa:et que ex his concreta ſunt:
nihil ſenſibiliuʒ exiſtat nullus profecto ſenſus:nulla
que ſentiendi ſedes õficere videtur.¶Quarta.Nõ

eriſtimare oportet vllū deficere ſenſuꝫ cōibus ſenſi
bilibus deprehendendis aptuꝫ:eaque quolꝫibet po
ſitorum ſenſuuꝫ per accidens deprehendi.Cōia ſenſi
bilia ſunt vnus.numerus magnitudo.figura:motus
et quies:que falſuꝫ eſt a quolibet poſitorum ſenſuuꝫ
per accidens deprehendi.naꝫ magnitudo viſui ſpe
cieꝫ ſuam imprimit:oculum que mouet.quare et fi
gura.eſt eñi figura.magnitudo quedā:et vnuſqſque
ſenſuū vnum et numeruꝫ propriū ſenſibilis:continui
priuatione dignoſcit ⁊ motus vt magnitudo cognoſ
citur.⁊ quies motus priuatione.non itaqꝫ deeſt que
ſenſibilia cōia per ſe cognoſcantur.non neceſſarius
igit quicūque alius pro ipſis deprehendendis aſſig
naretur ſenſus.et haud ſecus atque ab eo deprehen
duntur.non igitur alius exiſtimandꝰ eſt deficere ſen
ſus.Unde que per accidens ſentimꝰ forma ſpecieqꝫ
ſenſuꝫ non afficiunt.fitque id duobus modis.¶ Pri
mo.quō dicimus nos ſentire Cleonis filiuꝫ non.quia
filius ſit Cleonis,ſed quia albꝰ ſit cui accidit eē cleo
nis filius.¶ Secundo quomodo ſinguli ſenſus ſenſi
bilia reliquorū ſenſuum ſentire dicerentur.non qui
dem ipſorū ratione.ſed quia omnes in vno cōi, de
quo futurus eſt ſermo.conueniūt.Exempli cauſa:ali
quis fel flauuꝫ vidit quod ſeorſuꝫ guſtauit.⁊ inuenit
amaruꝫ ideo viſo atque inſpecto flauo putat eē ama
ruꝫ.Et huiuſmodi iudiciū non tā viſus eſt quā cōmu
nis interioris ſenſus,non eñi eſt aut guſtus.aut viſus
talia vnū aut plura eſſe iudicare diſcrimenque inter
noſcere.Clare igitur dilucet plures ſenſus quā quin
qꝫ eē non poſſe.¶ Queſtio.Sed queret aliquis cur
natura plures ordinauerit ſenſus,non vno ſenſu con
tenta,quo omnia ſenſibilia vt cōmunia diſcerneret?
¶ Nos huic queſtioni hanc adhibemus reſponſionē
quo ſenſibiliū differentie nobis perſpectiores explo
ratioreſqꝫ habeantur,et quo ſenſibilia propria ma
gis a cōmunibus cognoſcantur differre,ſitqꝫ diſtin
ctionum rerum maior certitudo.Si enim ſolus eſſꝫ
viſus,et hic albi,magis nos lateret albedinis ⁊ ma
gnitudinis diuerſitas(quia ſe mutuo ſequūtur) quā
cum alio quoqꝫ ſenſu magnitudinem percipimus,
quo non percipimus albedinem.ita ſi omnium eſſet
vnus ſenſus,non vſqꝫ adeo exploratа eſſet eorum di
uerſitas,et hec vel ſola ratio ſufficere poteſt.

## ¶ Secundum caput.

SEcundum caput continet
ſex concluſiones.duo corollaria ad ſe
cundaꝫ vnū corollariū ad quartā vnā
inſtantiaꝫ,et eius ſolutioneꝫ ad ſextā
¶ Prima cōcluſio.Dubitatio exiſtit
nec īmerito,cū ſentimus nos videre
et audire:an id eodem ſenſu percipiamus. an alio.
Nam ſi alio dixeris eiuſdem obiecti duos ſenſus fa
cies:cū ſcilicet qui primo obiectū:vt colorem intue
tur:et cū qui primuꝫ ſenſum coloreꝫ intueri iudica
bit:qui vt prius coloreꝫ apprehendet. fieri eñi ne
quit vt ſenſus aliquis viſum colorem apprehendere
iudicet qui pariter non apprehendat et coloreꝫ, et
ita de auditu:et ceteris.Et ſi fuerit alius,vt poſuiſti
cur non erit iterum qui de ipſo ſecundo iudicet ⁊ ite
rum alius qui de tertio: et hoc abeat in infinitum:
aut tandem decūbat in aliquo qui ſeipſum cognoſ
cat:quod ſi ſic:cur primus eadem ratione ſeipſuꝫ nō
ſentiebat:ſed eſto dicas modo nos non alio ſenſu ſen
tire:vt videre:et percipere nos videre. Primo hoc
ingeret difficultatē qꝫ idē ſenſus ſentiet ſeipm. Se
cūdo quod a viſu percipitur:color eſt:aut colore af
fectum.eſt enim color,eius ꝓpriū obiectum ſi igitur
percipit ſe videre:et eius viſionem colorā aut colo
ratam eſſe oportet. Tertio .non eodē modo ſemper
diſcernit viſus.naꝫ diſcernit lumen ſpeciem ſuſcipiē
do.tenebras itidē diſcernit.ſed nihil ſuſcipiēdo. nō
ne igitur ſentit ſe ſentire tenebras.cū nihil ſentiat.
Hec nimirum dubitationeꝫ ingerunt:qd potiſſimū
hac in parte ſit ſentiendum,¶ Secūda.Quod ſen
tit,vt quod colorē perſpicit aliquo pacto ſenſibili:
vt colore:delibutum affectumqꝫ eſt.nam inſtrumētū
omne quo ſenſus adminiſtratur:ſenſibiliuꝫ formas:
vt iam dictum eſt:ſine materia recipit:vt colorē: vt
ſonū.vt odorem citra materiam:eſt igit quod ſentit
quodāmodo ſenſibili delibutum.atque affectuꝫ.Pri
mum corollarium.Hinc euenit vt ſenſibilibus remo
tis ſenſationes in ſenſibus aliquandiu perdurare vi
deantur.nam huiuſmodi ſpecies citra materiam ſuſ
cepte.aliquandiu abſentibus ſuis obiectis reſides
permanent.fitque his perdurantibus ſenſatio: nam
rei ſenſibilis actio:ſenſatioqꝫ vna eadēqꝫ eſt.eſſe aūt
non idem:vt idem actu ſonus et auditus actu.nō au
tem id dico de auditu potentia.fit enim qui taleꝫ au
ditū habeat:non audiat.et neque de ſono potētia qō
eñi talem ſonū habet.non idcirco ſonum elicit, cum
autem aliquid ſonum elicit.audituſqꝫ fit actu alterū
ſonationeꝫ et alterū auditionem dicimꝰ.¶ Secūdū
corollariū.fit iterū vt ſonꝰ actu et auditio in eo ſint
quod patitur et quod potentia tale eſt. Nam motus
actio et paſſio in eo eſt quod patitur ac mouetur: et
ſonus actu ſiue ſonatio ſonantis eſt actio:auditus ve
ro actu ſiue auditio eius quod audire poteſt paſſio:
ſunt igitur ſonus actu et auditio in eo quod patitur
et quod potentia tale eſt:agentis enim vt mouentis
operatio:in eo fit quod mouetur.quo fit:vt quod mo
uet non oporteat motu moueri. ¶ Tertia. Vete
res nature interpretes haud ſane aſſeruerunt colo
rem ſine viſu et ſonum ſine auditu.et ita in ceteris:
eſſe non poſſe. ¶ Nam cum ſenſus ſit duplex , actu
et potentia : ita ſenſibile duplex eſt : actu et poten
tia et quilibet in particulari ſenſus itidem duplex ⁊
particulare ſenſibile duplex vt viſus actu viſus potē
tia auditus , actu auditus potentia , olfactus actu ,
olfactus potentia ita de guſtu et tactu. Senſibilibꝰ
vero aliquibus noīa poſita ſunt vt in auditu ſonus ⁊
ſonatio in olfactu odor et odoratio in viſu non habe
mus quomodo a colore nomen actus deriuemꝰ. nec
in guſtu nomen guſtus a ſapore Modo quāuis actu
ſenſibile ſine ſenſu eſſe non poſſit.id tamen de ſenſibi
li potentia vt colore.odore ſapore perperā aſſerere
tur.non itaque ſimpliciter eorum ſententia.ſenſibile
ſine ſenſu eſſe non poſſe. probanda eſt. Quarta.q̄
ſenſus rationes quaſdā ꝓportiones harmoniaſqꝫ aſ
ſerunt.haud irrationabiliter loqui videntur.naꝫ cū
vocum ſint harmonia et concentus coloruꝫ picture.
odoruꝫ pigmenta atqꝫ fragrātie et ſenſus vt auditꝰ
nunc ſit ſonus.nunc vero non:aliquando fit concētus
et ratio.et ita de viſu odoratu et ceteris.Et cum ea
que moderamen ꝓportionēqꝫ excellunt.ſenſus cor
rumpant vt exuperans graue et acutum auditu.ni
miū ſplendidum et tenebroſum viſum vehementer:
et grauiter olens ſiue dulce.ſiue amarum olfactū nō
ab re dictum eſſe videt.ſenſus ratiōes quaſdā ꝓpor
tioneſqꝫ eſſe.Corollariuꝫ.Qua ꝓpter ſenſibilia.ſyn
cera atqꝫ ſimplicia:vt ſimplex acutuꝫ graue, dulce:
ſalſum.cū adinuiceꝫ miſcentur.bonaqꝫ ꝓportione tē

perãtur, ſenſui iucundiora atqꝫ delectabiliora ſunt. vt auditui delectabilior concentus. ꝙ̃ ſimplex graue aut acutum et tactui calido frigido humido et ſicco contemperatum rationemqꝫ habens. amicũ eſt ⁊ iucundũ ſimplex autem calidũ aut frigidum. non. Sẽſus enim in quadaꝫ ratione proportione ve conſiſtit. quaꝫ exuperãtia doloreꝫ afferens corrũpit. ¶ Quinta. Alterũ ſenſum: qui diuerſoruꝫ ſenſuũ ſenſibilium differentias diiudicet: eſſe oportet. naꝫ vnuſquiſque ſenſuum. de quibus hactenꝰ egimus, eſt vnius ſenſibilis obiecti: cuiꝰ differentias in ſua ſede diſcernit ac iudicat: vt viſus: albi et nigri. auditus acuti et grauis: olfactus et guſtus. dulcis et amari. Atqui ſenſibilia albũ et dulce vi quadã ſentimꝰ differre. non autem viſu nam dulce non apprehendit neqꝫ guſtu: qꝛ non apprehendit albuꝫ eſt igiꝑ alter ſenſus illorum diſcerniculuꝫ et differentiaꝫ apprehendens, vt ſenſibilia ſenſu: quẽadmoduꝫ rationabile eſt: internoſci diſcernique dicantur. eſtqꝫ is ſenſus interior occultiorque quã tangendi ſedes. Male itaque putaretur vltimaꝫ carneꝫ eſſe tangendi ſedẽ: que tangẽdo diſcerneret. ¶ Sexta. Sicut vnꝰ ſenſus ẽ qui iudicat albuꝫ differre a nigro: ita et vnũ ſenſum: qui huiuſmodi differentias diſcernit: eſſe oportet: naꝫ ſi diuerſe ſint vires: quarũ altera hoc apprehendat: altera vero illud, nulluꝫ diſcrimen inter ſenſibilia conſtituere poterunt: non ſecus ac ſi tu clãme aliquid perceperis ego vero clam te alterum perceperim. non fieri poteſt vt ab vtroque noſtruꝫ neque ſimul. neque ſeorſuꝫ que apprehenſa ſunt cognoſcantur diuerſa ac euariantia. ſed vnũ eundẽque qui vtrũnque cognoſcat eẽ oportet. neque igitur ſenſibilia a diuerſis ſenſibus apprehenſa ſed ea diſcernens et iudicans eſſe diuerſa vnuꝫ eſſe oportet. Sicut igitur vnus ſenſus iudicat album a nigro differre ita qui iudicat albuꝫ differre a dulci. vnus erit. Et non mõ ſenſus ille vnꝰ ẽ ſed et ſimul tempore diuerſoruꝫ affert iudiciũ. ⁊ duo vt pulcrũ et amarũ. malum et bonuꝫ iudicat nũc eſſe diuerſa. et non per accidens: quia nunc dicat eſſe diuerſa. ſed dicit eſſe nunc diuerſa, quo fit vt vnus inſeparabilis et tempore inſeparabili diuerſa diſcernat Sed inſtabis. impoſſibile eſt ideꝫ et indiuiſibile. et tempore indiuiſibili. motibus agitari cõtrariis. dulce autẽ et amarũ ſenſuꝫ mouentꝰ motibus contrariis pariter et album et nigrũ non igitur ſimul illa iudicat. ¶ Dicimꝰ ſenſuꝫ vnum eſſe. et nuũero ĩpartibilẽ et tẽpus in quo ſentit, ipſum tñ ratione eſſe diuerſuꝫ et ſic vno modo. vt nũero indiuiſibilis eſt altero vero modo: vt ratione diuiſibilis. Sed hoc non ſatis eſt. nã idem numero. et ſi ratione multa ſit varieqꝫ diuiſibilis, ſimul albũ pariter et nigrũ eſſe non poteſt.

¶ Proinde ipſuꝫ numero inſeparabilem, indiuiſibileꝫ et vnũ eſſe dicimus, ſimilẽque circuli cẽtro ad qđ vndiquaqꝫ ex circũferẽtia linee dirigũtur. Ita quoque is ſenſu quẽ cõem. et aliorũ principeꝫ nominare poſſumꝰ: aliorũ ſenſuuꝫ vt cẽtrũ ẽ: et vndequaqꝫ ex vnoquoqꝫ ſenſu ſenſibiles ad ipſum diriguntꝰ linee q̃ vnꝰ et idẽ manens apprehendit: diiudicat et diſcernit. Quo eñ diuiſibilis. diuerſas apprehẽdens lineas: vt varia et diuerſa apprehendit. quo vero vnꝰ. et numero indiuiſibilis: eadeꝫ plane vt vnꝰ apprehẽdit et apprehenſa diſtinguit.

## ¶ Tertium caput.

CAput tertium cõtinet vnã queſtionem antiquorũ riſioneꝫ, tres concluſiones: tres rationes ad priaꝫ partem prime: et duas ratiões ad ſecundã: quinque ad primã parteꝫ tertie, et duas rationes: vnũ corollariuꝫ phantaſie definitionẽ: declarationem duo corollaria differentiã ſenſus et phantaſie: et que animalia natura phantaſia regantꝰ: poſt quartã partẽ eiuſdẽ. Qđ Cũ anima motu ſecũdũ locũ ſenſu diſcretione et ĩtellectuꝫ maxime diſcernatꝰ: an intellectus a ſenſu diſcrimen patiatꝰ: ⁊ plane antiquorũ ſentẽtia ẽ: ipſa non diſtare et intelligere ſapere: et ſentire eidem eſſe. Canit eñ Empedocles.

Sic homini vt reliquis augeſcit aduſqꝫ voluntas.
Hinc homini ſemper mens et ſapientia creſcit.
Et Homerus.
Talem animum plane mortalibus eſſe neceſſe eſt
Qualẽ quotidie primo deus efficit ortu.

¶ Et hi intelligere et ſape perinde atqꝫ ſentire credunt eſſe corporis: et ſimile: vt ſuperius dictuꝫ eſt ſuum pernoſcere ſimile. ¶ Prima concluſio. Non idẽ eſt ſenſus et intellectus. neque cognitionis ſufficientem cauſaꝫ adhibuerunt. nam cũ animal plus ſit in errore quã ſcientia. dicere debuerunt vnde error: ⁊ deceptio cognoſcendarũ rerũ naſcatur. et ſiue negauerint eſſe deceptionẽ vllã. dixerintqꝫ que apparent omnia: vera eſſe: ſiue deceptionẽ fateantꝰ ex diſſimilium contactu abſonuꝫ vtrũque videbiꝑ. naꝫ qui vnuꝫ contrarioruꝫ cognoſcit: cognoſcet et alterũ, et q̇ circa vnũ errat: errabit et circa alteruꝫ. contrarioruꝫ enim ſcientia eadeꝫ. idẽqꝫ error habetur. et quod alterũ ſit ſenſus, et intellectꝰ. ſtatim cognitũ ẽ. ¶ Primo. Quia oĩbus animalibus adeſt ſenſus. intellectꝰ vero per quã paucis: ¶ Secundo: Intelligendo. recte percipimꝰ, et non recte. et huiuſmodi recta perceptio. prudentia: ſcientia et opinatio vera diciꝑ. nõ recta vero, cõtrariis nominibꝰ. At ppriuꝫ eſt ſenſus vt ſemper ſit verus. et omnibus aſſiſtens animalibꝰ. ratiocinatio autẽ plerũque falſa eſt. ¶ Tertio. Cuicũque intellectus adeſt: eideꝫ. adeſt et ratiocinandi virtus: et cui illa non adeſt: neqꝫ eidẽ intellectus aderit. Atqui cõplura ſunt animalia quibꝰ ratiocinãdi virtꝰ abeſt. aberit igitur et intellectꝰ. non itaqꝫ ideꝫ erit ſenſus et intellectus ſentire et intelligere. Secunda concluſio. Imaginatio: quã et phantaſiaꝫ nuncupamus: ab exiſtimatione altera eſt. ¶ Primo. Qꝛ imaginatio in noſtra poteſtate ſita eſt: vt cũ volumus que lubet effingamꝰ, quẽadmodũ facere ſolẽt q̇ pro ſaluanda memoria imagines ſimulacraqꝫ qualia volunt: ſibi p̄ſentia fingunt. Exiſtimare vero minime in noſtra ſituꝫ eſt poteſtate cũ volumus: ſed cũ id: aut veruꝫ aut falſuꝫ eẽ dep̄hendimꝰ. ¶ Secũdo. Cũ exiſtimamꝰ malũ aliquod, aut terribile nobis futurũ. conturbamur. et ſi e diuerſo bonũ aliquod aut preſidiuꝫ: cõtrario motu mouemur. atque confidimus. Sed cuꝫ talia imaginamur fingimuſqꝫ p̄ſentia. non hunc ĩmodũ turbamur: paſſionibuſue afficimur: perinde vt neque nobis talia repreſentante pictura moueremur. non eſt igiꝑ phantaſia, exiſtimatio. Cuiꝰ prudẽtia ſcientia opinio vera: et coruꝫ cõtraria: ſpecies ſunt. et differentie. de quibus exacte differendi alius reqritur locus. ¶ Tertia concluſio. Imaginatio. neqꝫ ſenſus. ſcientia. intellectus. neqꝫ opinio eſt. naꝫ imaginationeꝫ qua phantaſmata ſimulacraqꝫ rerũ ſola in no

bis efformamꝰ.et non aliqua quacūqꝫ nominis tranſ
latione ſumimus.que quod non ſit ſenſus oſtenditur
quia ſenſus aut potentia:aut operatio eſt vt viſus et
viſio At imaginatio:neutrū horū eſt:Senſus eīm po‑
tentia non ē.qꝛ is ſemꝑ adeſt.nō aūt imaginatio ne
que quidē ſenſus actu et operatio.¶Prīo. Qꝛ in
quiete et ſomno imaginatio adeſt:nō aūt ſenſus ope
ratio.¶Secūdo.oībus animalibꝰ operatio ſenſus
conuenit:non aūt imaginatio,vt api.formice vel ver
mi.¶Tertio.Operationes ſenſuum ſemꝑ vere ſunt
imaginationes vero plurimum falſe.¶Quarto,cū
exacte circa preſentia ſenſibilia intendimus. atque
ea perfectiſſime ſentimus.nō dicimꝰ nos imaginari
ſed ipſis aut abſentibus.aut eminꝰ et dubie apparē
tibus.non eſt igiť ſenſus.¶Quīto.Qꝛ clauſis ocu
lis iā viſa imaginamur,que tamē neque videmꝰ:ne
que alio quoquā ſenſu ſentimꝰ:non eſt igiť imagina‑
tio ſenſus:et ꝙ non ſit ſcientia aut intellectꝰ:ſic cog‑
noſcitur.Scientia;namque et intellectus ſoloꝝ ſunt
verorū atqui imaginatio et phantaſia vt plurimum
falſorum eſt:neque quidem erit opinio.¶Primo.
Quia opinionē ſequiť aſſenſus et fides:non autem
imaginationē.¶Secūdo. Opinio ꝑſuaſioni annec
titur:perſuaſio aūt rationi eſt eīm opinio:quedā cū
ratione aſſenſio.non aūt de imaginatione ita eſt. fe‑
ris eīm quibuſdā imaginatio ineſt.quibus nulla ꝓſto
adeſt ratio.¶Corollariū.vnde fit vt imaginatio nō
ſit ſemper ſenſui coniuncta.ſemperue cōiuncta opi‑
nioni:aut vtriuſqꝫ ſenſus et opinionis cōnexio.Nam
illa ſenſus et opinionis cōnexio eiuſdem eſſet obiec
ti.fieri enim neqret vt eſſet diuerſorum:vt opinio bo
ni et ſenſus albi.Sed ꝓfecto hec cōplexio accidit.
nam eiuſdem rei plerūqꝫ accidit opinionē ſenſui diſ
credere et verā eſſe:ſenſus iudicio exiſtente falſo:
vt videtur ſol pedaneꝰ.et opinať ſol maior terra ,et
vere quidē que igiť ex hac opinione vera et ſenſu:
falſa cōnexio erit.Si fieri debeat.aut re ſalua quiſ
quā verā ſui reiiciet opinionē:aut opinioni noue aſ
ſentiet ſenſus:que ſi prima manet eiuſdē non modo
erit vera et falſa opinio:ſed eadē vera et falſa,phan
taſie et imaginationis diffinitio.cū imaginatio nihil
eorum que dicta ſunt:eſſe poſſit.talis ei aptari pote
rit diffinitio.imaginatio.motus eſt a ſenſu actu in cō
muni ſentiendi poteſtate factus.Cū eīm ſenſus mo‑
uetur a ſenſibili:ſenſus motꝰ mouet interiorē poteſta
tē ſimili quo moueť motu:atqꝫ ſimile veſtigiū ex ap
ta interioris potentie diſpoſitionē impreſſū relinqt
et talē interioris potentie motū.phantaſiā nuncupa‑
mꝰ.¶Primū corolꝫ.Hinc perfectū eſt phātaſiā ſine
ſenſu fieri nō poſſe:ſed eam ſenſū habentibus et ſen
tientibus accidere.¶Secundū. fit etiā vt phan‑
taſiarū vera ſit aliqua et aliqua falſa.nā pēdet ex ſen
ſu:qui propriorū obiectorū ſemꝑ verꝰ eſt.aut vt pau
ciſſimū falſus et qui circa ꝓpria ſenſibilibꝰ accidē
tia:vt numerū magnitudinē et cōia ſenſibilia ple‑
runque fallitur.atqꝫ errat. Senſus eīm iudicando
eſſe albū.non mentitur,ſed iudicando hoc vel illud
eſſe albū vnū vel plura magnū vel paruū longe:vel
ꝓpe etiā crebro decipiť:q̄re et aliqua phātaſia vera
erit:et aliqua falſa:et accidit eā in tribꝰ eſſe falſam.
Prīo iudicando propria,vt albū in abſentia et lōge
a tempore ſenſus.Secūdo iudicando hoc vel illud
eſſe albū.Tertio iudicando de cōibꝰ ꝓpria ſenſibi
lia conſequentibꝰ.¶Et in his tribus differt a ſenſu.
nā ſenſus illorū ſolū preſentiū.et quaſi in proſpectu ē
Phantaſia vero et preſentiū et abſentiū; et magis
circa abſentia:errat,atque fallax eſt.Et quia viſus,
perſpicaciſſimꝰ ſenſus eſt:qui ſine lumine percipere
non poteſt.hec interior potentia, eiuſqꝫ operatio a
lumine nomen phantaſia ſortita eſt.eſt eīm vt latēs in
terior oculꝰ,et ſenſus ⁊ vt finē verbis faciamꝰ:quia
imagines diu ſeruat:eſtqꝫ ſicut perpetuꝰ ſenſus ple‑
raqꝫ animalia illa vi ducunť.ſuaſqꝫ exercent opera‑
tiones qꝛ ſuperiorē non habeant:vt belue:Alia vero
animalia.vt homines qui ſuperiorē habent virtutē
aliquando ēt ob īpedimentū:vt morbū:aut ſomniū.
phantaſia rapiunť imaginationēqꝫ ſequunť. Sꝫ q̄d
phantaſia quomado animalibus accidat.Satis di‑
ctum putetur.

## ¶Caput quartum.

Caput quartum cōtinet quī
que concluſiones,vnū corolariū ad
ſecundā.duo ad tertiam vnum corol‑
larium.duas queſtiones et earum ſo‑
lutiones ad quintam. ¶Prima con‑
cluſio. Conſiderandum ſe offert de
parte anime qua contemplamur:conſultamus atqꝫ
diſcernimꝰ an a ceteris loco et magnitudine diſclu
ſa ſit:quomodo fiat intelligere.que ve pacto ab ima
ginatione differat.nam tantillo determinato, pene
vis illius anime natura deprehenſa erit:quam pre‑
ceteris cognoſcere opereprecium eſt.¶Secunda.
Intellectus ab intelligibili patitur. Nam vt ſenſus
ad ſenſibile.et intellectus.ad intelligibile pari pro‑
portione reſpondet.Patitur autem:vt iā cognitū
eſt.ſenſus a ſenſibili.Patiť igiť et intellectus ab itel
ligibili.¶Corolariū.Quo fit vt eius id impaſſibile
exiſtat.illud vero paſſibile. ſpecierū ſuſceptiuum:
et potentia tale:qualia ſunt actu intelligibilia.nā vt
ſenſus ad ſenſibilia;ita intellectus ad intellibilia.
Senſus autem id impatibile eſt ſenſationis effecti‑
uum:id vero paſſibile.ſenſationis ſuſceptiuum,
¶Tertia.Neque male probandum eſt anaxagore
dictum.intellectum eſſe immixtum.nullamque natu
ra ſpeciem certam determinatam. precipuamque
habere.¶Sic enim fiet : vt facillime omnia cog‑
noſcat qui omnium ſpecies potentia retinet.nullam
intus propriam retinens:que extraneas et aduenti‑
tias excludat. Intus profecto apparens prohibe‑
ret extraneum.Aliiſque obſtrueret aditum.¶Pri‑
mum corolarium. Unde fit iterum:vt cum ante in‑
telligere nihil eorum actu habeat que intelligit: eſt
enim purus ; immixtuſque:duplicis ſe prodat eſſe
nature cuius hec agens.hec paſſibilis nuncupari po
teſt. ¶Et de eo loquor:quo anima intelligit atqꝫ
contemplatur:et non de imaginandi virtute.ad quā
nonunquam intellectus transfertur vocabulum.
¶Secundum corolarium. Quo rurſus recte eue‑
nit vt intellectus non admiſceatur corpori. Nam
eius inſtrumentum,organumque.quia corporeum,
nunc calidum,nunc frigidum vt ſenſuum organa,
fieret:eſſentque talia intellectionibus impedimen‑
to.perinde atque plerunque ſenſibile ſenſationibus
nihil autem tale eſt.ſed quemadmodum nonulli pro
bē. Dixerunt animam locum ſedemque eſſe ſpe‑
cierum. ¶Non totam ſed intellectiuam qua poſ‑
ſibile eſt et non quidem actu natura, ſed potentia,
vt dictum eſt,¶Quarta.Non eſt ſenſus,⁊ intellectꝰ

ſimilis paſſibilitas. ¶ Nã ſenſus maiore ſenſibili occupatus vt forti colore ſono aut odore alia non videt audit, aut odoratur. Intellectus autem ꝛ ſi excellenti⁹ quicquam contemplatus fuerit non minus intelligit infima. Et id certe organorum diuerſitas preſtare videtur quod ſenſus nõ ſine corpore ſentiat intellectus vero ſeparatus ſit ſuas in corporeo functiões atq; operationes abſoluens. Et intellectus cum factus fuerit in actu, vt ſciens (hoc enim tunc eſt cum per ſe contemplari et conſiderare poteſt) ſeipſum poteſt intelligere: qui tam etſi adhuc ſit in potentia complerior, tamen abſolutiorque eſt atque bona diſpoſitione iutus. At priuſq̃ quicq̃ inuenerit aut didicerit non ita fieri poteſt. ¶ Quinta: Senſus et intellectus iudicandi virtus altera et altera eſt. Nam ſenſus iudicat calidum frigidum et ea quorum ratio quedam eſt intellectus autem non modo illa ſed eorum eſſe atque eſſentias. Aliud enim magnitudo, et aliud magnitudinis eſſe, vt aliud aqua, et aliud aque eſſe et caro, et carnis eſſe et ſimus et eſſe, ſimi et ita in multis alijs at non in omnibus ſed in quibuſdam idem eſt. Et intellectus eſſe carnis, et carnem vt alio aut aliter ſe habente diſcernit, ſicut circumflexa linea ſeſe aliter habet ad ſeipſam rectam aut, vt alio eẽ carnis neque ipſa a carne ſeparo: ꝛ ita in alijs Etiã quib⁹ abſtractione vtimur vt in recto et curuo, duplici intellectiõe vtimur, vna vt in ſimo et vt ſimul cum continuo et materia apprehendimus altera vo ſine materia eſt enim alterum, quod quid, erat eſſe recti et rectum. Et cum intellectus totum concretũ et compoſitum intelligit intellectio vt compoſita et vt dualitas eſt cum vero formam, ſimplex, et vt vnitas et ad primam et compoſitiorem intellectionem adminiculo ſenſus vtitur: ſecundam vero propria, virtute nixus operatur. ¶ Corolarium. Unde fit vt quo modo res ſeparabiles ſint eo modo eas contempletur ſi enim omnino abiuncte ſint omnino materiã a ſua contemplatione reijcit ſi non re ipſa neque re ipſa ſeiunctas intelligit ſed ſola ratione atque cogitatione precidit. ¶ Prima queſtio. Si intellectus ſimplex eſt et impaſſibilis nullam ſpeciem et formã (vt dixit Anaxagoras) retinẽs: cũ intelligere ſit quoddam pati quomodo intelligit igitur. ¶ Reſponſio. Utriſque et agere et pati, ipſius intellectus aliquid commune eſt vt enim agens agit et vt paſſibilis patitur. ¶ Secunda queſtio. An intellectus ſit intelligibilis: ſi enim ſeipſum per ſe ꝛ ſine ſpecie intelligat: cur et de alijs non ita futurum ſit et alia per ſe intelligat. Si vero mixtus ſpeciemq; habẽs ſe intelligit igitur aliquid habebit quod ipſum (ſicut cetera) facit intelligibilem. ¶ Reſponſio. Diximus ipſũ pri⁹ ſecundum aliquid pati et eſſe potentia quodammodo intelligibilia, actu vero prius quam intelligat nihil quemadmodum tabula in qua nihil actu ſcriptum eſt hinc ipſum (vt cetera intelligibilia) intelligibilem eſſe dicim⁹. Et in ſeiunctis a materia idem eſt intellectus et quod intelligitur vt idem ſpectatiua ſcientia et actu ſcibile. Non tamen ſemper noſter intellectus intelligit, nam non ſemper factus eſt in actu vt ſciens et per ſe conſiderandi virtutẽ habẽs ¶ In ijs vero formis que materie addicte ſunt: et coniuges non idem eſſe poteſt intellectus: et quod intelligitur ẽ enim intellectus ſine materia. Talium tamen: vt intelligibilium potentia. intellectus eſt et earum vnaquaque, reuera, erit intelligibile.

## ¶ Caput quintum.

Quintũ caput cõtinet vnã concluſionem, ſeptem intellectus agẽtis proprietates et vnam vtrique, et agenti et patienti communem, vnam queſtionem et eius ſolutionem. ¶ Cõcluſio. Intellectus duas actus et potentie obtinet differentias. ¶ Nam quecunque natura fiunt eorum aliquid vt materia eſt, ad omnia q̃ illo genere fiunt potentia aliqd vero forma illorum, que fiunt, effectiuum principium. Ita igitur erit in anima atque has aptare conueniet differentias. Eſt enim intellectus hic in omnia fieri et omnium intelligibilium potentia vt in ſenſibilibus omnium ſenſibilium materia hic vero in omnia facere intelligibilia que omnium effectiuum principium vt omniũ rerũ naturalium forme et actus et hunc intellectum nuncupamus illum vero intellectum potentie. Et intellectus agens rerum notiones in intellectum potentie inducit: vt habitus et ſpecies et vt lumen. Quomodo enim lumen exiſtentes colores actu facit intellectus agẽs ſuſceptis materalibus et ſingularibus notionibus eas diſtinguit diſtinctaſq; apparere facit. Et notiones vniuerſales nunc has nũc illas efformat que nunquam ſine ipſo (vt neque ſine lumine colorũ varietas) apparerent. ¶ Septem intellectus agentis proprietates. Eſt abiunctus impaſſibilis immixtas eius ſubſtantia eſt act⁹ intellectu potentie honorabilior eſt, eſt enim agens honorabilius patiente, ꝛ ſpecies et forma honorabilior materia: idem intelligens et intelligibilis, vt ſcientia actu et quod ſcitur eſt intellectu potentie tempore poſterior: q̃ non quãprimum eſt intellectus potentie intelligat: et cũ tunc non intelligat poſtea intelligit non tamẽ omnino poſterior eſt neque quidem tempore, nã ſubſtantia ſemper adeſt actiõe vero non ſemper. Et intellectus ſolum id ſeparabile eſt, quod vere eſt atque id ſolũ immortale atque perpetuũ. ¶ Queſtio. Cur poſt mortem non reminiſcimur, ¶ Reſponſio. Intellectus q̃ ſeparatur: vere eſt impaſſibilis nullaque diſſolubilis morte is vero quo reminiſcimur ꝛ ſine quo anima non reminiſcitur (modo cum liceat vocare intellectum) paſſiuus eſt mort que diſſolubilis hinc merito poſt mortem non remiſcimur.

## ¶ Caput ſextum.

Sextum caput continet duas operationes intellectus tres modos indiuiſibilis et vnum corolariũ ¶ Due intellect⁹ operatiões. ¶ Prima. Primum intelligit ſimplicia que decem predicamentorum generibus ſunt digeſta cũ ea que non eſt verũ aut falſum. ¶ Secunda eſt ſimplicium compoſitio, vt ex quibus fiat vnum componit enim ſimplicia intellectus non ſicut aceruum, ſed taliter vt ex ipſis ſimplicibus nõ omnibus diſſociatis atque diſcollectis vnum efficiat ſimiliſq; eſt ei mẽbrorũ compoſitioni. q̃ ẽpedocles eẽe nit a cõcordia factã. Sicut .n. apud ẽpedoclẽ non oẽ mẽbrorum in vnum congeſtum cõponit animal, ita neq; omnis notionũ cõgeries facit cõpoſitionem. Et hec cõpoſitionũ vera eſt vt q̃ componit diameter a

ſymmetro hec vero falſa: vt qua componit diametrū ſymmetro. Et iterum compoſitionum hec preteritorum eſt qua intellectus res ipſas factas genitaſqꝫ intelligit: hec preſentium qua res ipſas intelligit: vt preſentes et quaſi preſenti coaſſiſtentes atomo: hec vero futuroꝝ qua res tanquam gignende et future concipiuntur vt intellectus apprehendit quod Cleon fuit albus Cleon eſt albus ꝙ ve futurus eſt albus. Et que hoc modo cōiuncta ſunt contingit negatiōe diuidere omnia atque ita intelligere. Cleon nō fuit albus non eſt albus non erit albus: Eſt enim negatio diuulſioni diuiſioniqꝫ ſimillima, et affirmatio compoſitioni. ¶ Tres indiuiſibilis modi. Primo indiuiſibile eſt, quod neque actu neque potentia diuidi poteſt. Secundo quod actu indiuiſibile eſt potentia vero diuiſibile: vt linea ſuperficies corp⁹ tempus et omne continuum. ¶ Tertio dicitur indiuiſibile, non ſecundum quantitatem: ſed ſecundum ſpeciem. vt homo. Et cum intellectus intelligit indiuiſibilia primo, vt immateriales formas vtrunque et intellectus et tempus indiuiſibilia ſunt. Et cum indiuiſibilia ſecundo vt longitudinem tunc actu indiuiſibilis eſt intellectus et tempus indiuiſibile. Non enim magnitudinis hanc partem prius, et illam poſteri⁹ intelligit ſed totam ſimul. nam tunc non vnam, ſed plures intelliger et magnitudines, ſi tamen eā diuellit pariter diuellet et tempus et in tempore intelliget Et in diuiſibilia tertio intelligit notione anime indiuiſibili et tempore indiuiſibili. Et non intelligimus quomodo voces et vocabula diuidue proferuntur. Per accidens tamen intellectionem di iduam eſſe et non ſuapte natura ſed vocabuli culpa (quod cum mora, vociſque protractione effertur) concedere: nihil apparet incommodi. Et cum in omni magnitudine et quod ſecari poteſt inſit aliquid impartibile, quod ſeparari non poteſt et quod vnum et continuū eſſe efficit, vt punctus longitudinem vnā: et nunc tēpus vnū: huiuſmodi impartibilia vt priuationes apprehendit intellectus, quemadmodum malum et nigrum ex ſuis quodammodo apprehendit cōtrariis ¶ Corolarium. Quo fit vt intellectus noſter potentia ſit cognoſcens. ¶ Nam ſiquis eſt potentie nō nix⁹ ſuoque iunctus contrario (potentia enim actui quodammodo contraria eſt) is ſemper ſe ipſum cognoſcit et eius ſubſtantia maxime actus eſt ⁊ proprie maximeque ſeparatus rerum priuationes contraria ⁊ informia haud intelligens perinde atque ſi oculum fingas ſemper videntem et auditum ſemper audētē nunquam hic ſilentium percipit ille vero tenebras ꝑſentiet. Eſt igitur intellectus qui priuationes apprehendit et contrarium ex contrario, potentie nixus, ſuoque quodammodo iunctus contrario. Et ſicut oculus circa proprium viſibile non errat: ita neque intellecus fallitur cum quid ſimplicium tractat vt formas ſine materia. At ſi enunciat vt ſi affirmat alterum de altero ſepe ipſum falli contingit falſumqꝫ dicere: quemadmodum oculum iudicando hoc vel illud eſſe album per ſepe falli contingit.

## ¶ Caput ſeptimum.

SEptimum caput continet decem ſenſus et intellectus conueniētias atque comparationes. ¶ Decem ſenſus et intellectus conuenientie atque comparationes. Et ſi intellectus lōge dignitate ſenſuꝫ antecedat multa tñ cuꝫ ſenſu cōmercia multaſqꝫ cōueniētias tenet ¶ Prima. Sicut ſenſus, potentia, actu, ſenſu tempore prior eſt et idē ſenſibile actu et actu ſenſus, ita intellectus potentia intellectū actu tpe ꝑuenit: ⁊ idē ſcibile actuqꝫ ſcientia. ¶ Secunda. Queadmoduꝫ ſenſus neqꝫ proprie paſſio, alteratio motuſue eſt (nā motus actus eſt imperfectus actio aūt ſenſus abſoluta ſemꝑ perfectaqꝫ habet) itaqꝫ neqꝫ intellectus, paſſio alteratio aut motus eſt ſed perfectio quedaꝫ ¶ Tertia. Sicut ſenſus aliquando ſimplex vt flauū apprehendit aliquando vero alterum cū altero nectit, vt cū flauū apprehendit pariter ⁊ dulce ita intellectus interdū ſimplicē rei eſſentiā intelligit interdū vero eam cū altero nectit et dicit eā pulchrā aut bonā eē. ¶ Quarta. Sicut ſenſus cū ſolā flauitiem apprehendit neqꝫ appetit neqꝫ fugit cū vero coappꝛehendit dulce aut amarū protinus appetit aut fugit: hunc in modum intellectus ſolam ſanitatis eſſentiaꝫ neqꝫ proſequit neque fugit, ſed ſimul atque ſanitatē cum bonitate iunxerit proſequitur. Quantum eniꝫ voluptas ī ſenſu tantū bonitas operat ī intellectu et quantum in ſenſu dolor tantum poteſt in intellectu malicia. Ut eniꝫ ſenſus voluptate trahitur refugitqꝫ dolorē: ita intellectus bonitate rapitur malitiamqꝫ repellit. ¶ Quinta Sicut in ſenſu appetitiuū aut fugitiuū a ſenſitiuo aut a ſe inuicē ſeiuncta nō ſunt ſed eſſe ſolaqꝫ ratio altera eſt itidē et in intellectiuo ꝓſecutiuuꝫ refugitiuumque. ¶ Sexta. Quemadmodū cum ſenſus ſenſibilia vt voluptaria appꝛhendit, proſequit cum vero triſtia atqꝫ dolorifica, fugit ita quoque cū intellectuali anime quedam ſimulacra (que phantaſmata dicuntur) aſſiſtunt, que cum bonitate aut maltia affirmādo aut negādo nectit toties, aut proſequitur aut fugit neque enim ſine phantaſmate intelligit aīa. ¶ Septima. Sicut aer mot⁹ mouet pupilā et pupilla interiorē et abditū ſenſum: et aer motus mouet auditū et auditus cōſimiliter eūdē introrſus ſenſum ꝙ ſubiecto vnus eſt et in medio cōſtitutus vt centrum ratione tamen multa (eſt eñi ille: qui prius poſitus eſt diſcrimen albi et dulcis appꝛhēdere et nō modo duoꝝ ſed et triū ⁊ quattuor ⁊ ꝗnqꝫ ſenſuum ſenſibiliū diſcrimina diiudicat) ita ad phātaſmata intellect⁹ ſeſe habet. Nihil enim refert indicare non ſimilia et iudicare contraria, vt ſi ita albuꝫ ad b nigrum ſicut c albū ad d dulce, et apprehēdēs a et b idem ſubiecto: ſit ita apprehendens c et d idē ſubiecto erit, et ita tranſmutatio apprehendi modo ¶ Octaua. Sicut ſenſus ſimulacris vtit ſeruatis, ⁊ mouetur animal abſentib⁹ ſenſibilibus ita intellectꝰ ſaluatis phantaſmatibus inuenitque in ipſis quod ꝓſequatur aut fugiat, et ſepe ex preteritis aut ꝑſentibus futura coniecta deliberat que proſequi aut fugere. Et hic intellectus ꝙ modo ꝓſecutionē mō fugā molitur practicus actiuus adminiſtratiu⁹ nominatur cotēplatiuus vero nihil mouet, ipſa rei apprehēſiōe cōſpectiōeqꝫ cōtēt⁹. ¶ Nōa. Sicut voluptas et dolor ad ſenſum bonum et malum ad intellectum actiuum: ita ſe habet veritas et falſitas ad ipꝫ cōtēplatuū. ¶ Decima. Sicut ſenſ⁹ nō ſeparate cognoſcit ita intellectus aliq̄ vt ſimum ſecundū ꝙ ſimū intelligit non ſeparate non enim ſimitatem a naſo preceſdere pōt quādoquidē naſuꝫ in ſuo eē ſuaqꝫ diffinitione claudat eſt enim ſimitas naſi cauitas. Mathematica tamen et in qb⁹ vtit abſtractione aliter intelligit tametſi re ipſa mathematica ſepata non ſint ea tamen vt cogitatiōe et intelligentia ſeparata, ſine ma

teria reſpicit. Et omnino intellectus qui purꝰ actꝰ ē abſolutiſſima atq3 abſtractiſſima intellegit. ¶ Utrū aūt intellectꝰ qui non oīno ſeparatꝰ eſt aliquid intelligat earum formarum que omnino a materie cōſortio īmunes ſunt et abſolute alius et alio loco futurꝰ eſt ſermo.

## ¶ Caput octauum.

Octauū caput cōtinet tres concluſiones et vnum corolarium ad ſecundam. ¶ Prima concluſio. Anima quodammodo omnia eſt. ¶ Nam omnia aut ſenſibilia aut intellegibilia ſunt que omnia ſunt ſcibilia intellectuq3 apprehēſibilia. Atqui actu ſcientia nihil aliud eſt quaz res ipſe actu ſcire, vt ſenſus actu nihil aliud eſt quaz ipſa actu ſenſibilia: eſt igitur anima quodammodo omnia vt ſenſus ſenſibilia. Quod adhuc vt clarius diluceat, ſenſus et ſcientia diducuntur in potentiam et actum. Potentiam quidem cū non in opera et functione ſunt in actum vero cuz ſuam exercent operationem. Et cum ſenſus eſt in potentia, res ſenſibiles (que ſenſibilia dicimus) eſt potentia: et ſenſus ſenſitiuum dicitur et cum eſt actu illa eſt actu. Ita cum anima eſt in potentia res intelligibiles potentia eſt et potens ſcire dicitur et res ipſe dicuntur ſcibilia: cum vero eſt actu eſt ipſa intelligibilia actu. ¶ Secunda concluſio. Anima, res ipſa cuz materia non exiſtit. Nam anima quodammodo eſt omnia neceſſe igitur eſt aut ipſa ſit cū materia aut ipſoruz citra materiā ſpecies et forme non antem eſt ea ipſa: cum materia vt neque ſenſus cū materia ſenſibilia: lapis enim non eſt in anima ſed lapidis ſpecies: eſt igitur citra materiam omnia. ¶ Corolariuz. Quo fit vt anima ſicut manus habeatur. ¶ Ut enim manus organū organoꝝ ē et q̄ oībus vtimur inſtrumentis: ita anima ſpecies ſpecierum eſt et qua omnibus vtimur ſpeciebus et formis itidem et ſenſus ſpecies ſenſibilium eſt. ¶ Tertia. Rerum ſenſibilium et que ſine magnitudine non percipiuntur ſenſibiles ſpecies a materia ſeparate intelligibilia ſunt. ¶ Nam huiuſmodi ſenſibilium ſiue habitus ſiue paſſiones et abſtractor atq3 mathematicorum, vt linee ſuperficiei, circuli trianguli: intellectui habentur vt ſenſibilia, ſenſibus. Hac de cauſa ſi defuerint ſenſibiliuz ſenſus vt linearum et magnitudinum neq3 diſcet neque intelliget, fieriue geometer poterit vnquam et ita ſi nō fuerit ſenſus aliorum ſenſibilium. Talia enim cum ſpeculetur intellectus neceſſe eſt pariter phantaſma aliquod ſpeculari. Phantaſmata eniz ſicut ſenſibilia ſunt: preter hoc ꝙ preter materiaz exiſtunt. Sed ab affirmatione et negatione differunt, ꝙ affirmatiōes et negationes vere aut falſe intellectus cōplexiōes ſunt, non autem phantaſmata. Hinc neq3 phantaſmata prime ſenſibiliuz intellectiones ſunt ex quibus cōſtant affirmationes et negationes, non tamen he prime intellectus notiones ſine phantaſmatis exiſtunt.

## ¶ Caput nonum.

Nonum caput continet ſex concluſiones quattuor rationes ad ſecundaz duas ad tertiā et tres ad ſecūdam partez ferte. ¶ Prima conclo. Nunc de mouendi potentia determinādi ſe aptꝰ offert locꝰ. Nā aīa duabꝰ potiſſimū differētīis diſcernit atq3 diffinitur cognitiōe vcz et motu. De ea vō q̄ cognitionē explicet q̄ ſenſum intellectū diſcretionēq3 continet iaz āple diffuſeque differuimus. De motu igitur et de loco in locū mouendi facultate nunc opportunus determinandi ſe pbere videtur locus. Et de ipſa queſtio eſt: an pars ſit anime a ceteris anime partibus magnitudine, ſubiecto locoque differens atque diſcluſa: an ratione ſola an tota ſit anima. Et ſi pars ſit iterum an ſit vulgatarum anime partium que nuncupari ſolent concupiſcibilis iraſcibilis et rationalis: an alia quelibz. ¶ Secunda. Anima non eſt tribus partibus concupiſcibili iraſcibili et rationali diſcreta diuiſaque: vt volunt aliqui. ¶ Primo. Quia quibus diſcriminibus cupiditas animoſitas atq3 ratio differant liceret ob conſimilia et conſimiles differēdi occaſiones animam in infinitas partes ſecare. ¶ Secundo: q2 videntur alie anime potentie amplius quā he tres diſtare. Nam vegetatiua virtus (que et plantis, et animantibus cōmunis eſt) plus videtur a tribus his differre quā ipſe inter ſe et ſenciendi virtus ſimiliter quā neq3 rōnalē neq3 irrōnalē facile putare poſſis. In has autem animam non paciuntur, et ſecant minus igitur et in tres predictas eam ipſam ſecari debere putandum eſt. ¶ Tertio. Non modo ſenſus ſed et imaginandi virtus ab his diſtare videtur et tamē ſi anima ī has tres partes eſſet diſſecta imaginariā virtutem aut concupiſcendi facultatem aut iraſcendi aut volendi eſſe oporteret. Sed dicant quam illarum efficiant. ¶ Quarto. Appetendi virtus altera potentia ratione eſſe ab omnibus concederetur. Atqui hanc ſequeſtrare diuellere et precidere incōueniens videtur quod tamen fieri neceſſe foret et eiꝰ vna partium in cōcupiſcibili vna in iraſcibili et vna rationali abiret ſunt enim concupiſcentia ira voluntas appetitus non eſt igitur hoc pacto ſecanda anima ſed has partes (quemadmoduz ceteras) ſola ratione diſtare ſeiunctaſque eſſe putare oportet. Sed nunc quid moueat animal, diſquirendum eſt: et alio quoque loco de ſpiratione et reſpiratione ſonmo et vigilia futurā determinationē relinquemus. ¶ Tertia cōcluſio. Uegetatiua virtus animal non mouet. ¶ Rati enim ſunt nonuli altricem potentiam mouere ob augmentum et diminumentum que ab ipſa proficiſcuntur. Sed id non ita eē oſtendimꝰ. ¶ Primo. Quia ſemper de loco ad locum motus alicuius fit gratia cum imaginatione proſecutione vel fuga modo ſponte et non coacta vi fiat. At nutritiua virtꝰ et imaginatione caret, et (qui ſenſum et imaginationem ſequitur) appetitu. non igitur vegetatiua virtꝰ animal mouet. ¶ Secūdo. Stirpibus ineſt vegetatiua virtus ſi igitur ipſa eſſet motiua ipſis natura aliquod tribuiſſet organū ad ſe de loco in locum transferendum nihil enim in natura ſine vſu et otioſuz. Id autem factitatum non comperitur nō mouet igitur vegetatiua virtus. ¶ Quarta. Senſualis virtus animal non mouet. Nam pleraque animalia ſenſum habent: quibus virtus motiua non adeſt. Feciſſet enim ipſis natura ad illum exequendum inſtrumenta ſi nihil fruſtra facit et in neceſſariis non deficit niſi forte orbata laceſſita et mutila excipias qualia non ſunt hec, vt que augmentum et decrementum ſumāt pariter et generēt. Non igitur ſenſitiua virtus motiua eſt. ¶ Quinta. Uirtus appetitiua motiua nō eſt. ¶ Eadem cum ſuperiori ratio duci poteſt. Et concupiſcentes et iraſcentes, vt continentes non ſequuntur appetitum et minus rationales, ſed intelle

ctum rationemque ſequuntur. Intellectus autē (vt modo probabitur) nō mouet. ¶ Sexta. Motus virtute intellectiua non proficiſcitur. ¶ Nam duplex ē intellectus contemplatiuus et actiuus ſed eorum neuter mouet. Contemplatiuus enim non mouet: quia de ſingularibus proſequendis fugiendiſue nihil conſiderat motus autem proſequentis aut fugientis eſt. Neque quidem actiuus et ſi proſequendis fugiendiſue vis illa conſultatrix preſit. ¶ Primo. Quia ſepe cum vis illa que non contemplatur aliquid horrendum et fuga dignum intelligat ita vt cor tremat, inhorreſcant pili: non tamen mouet. Et cum aliquid proſequendum videat vt pars altera voluptate proſequendi trahatur plerunque tamen non mouet. ¶ Secundo. Quia frequenti vſu euenit vt cum ratio precipiat aliqua fugere non moueamur aut aliqua proſequi, itidem non proſequamur: ſed ſpreto rationis imperio quocūque concupiſcentia trahit ſequamur vt incontinentes facere ſolent. ¶ Tertia. Medicus non ſemper ſanat et ſi medendi ſcientiā habeat et eques non ſemper equitat et ſi equeſtrē poſſideat diſciplinam. Itidem neque prudens conſultans ſemper mouebit. quaſi alterius ſit proprium mouere quam ſcientie et conſultationis et ſciendi conſultandiue facultatis. Non igitur vis intellectiua mouet.

## Caput decimum.

DEcimum caput, continet quattuor concluſiones, vnum corolarium; vnam queſtionem cum altero corolario ad tertiam et vnum corolarium ad quartam. ¶ Prima concluſio. Hec duo intellectus et appetitus animal mouent. ¶ Sub intellectu phantaſiam et imaginationem potius quam diſciplina et conſilio reguntur cetera animalia quia prudentia carent ſolius phantaſie vſum habent. Et nos de intellectu practico intelligimus quia contemplatio fine differt. nam contemplatiui finis ſola veritatis inſpectio eſt practici vero et adminiſtratiui appetitio atque proſecutio. Et quod hec duo moueant patet. Nam omnis appetitus propter aliquid eſt aut proſequendum aut fugiendum et cuius eſt appetitus: hoc principium eſt practici conſultatiuique intellectus vltimum enim et in quod reſoluitur actionis principium. Igitur cum actiua cognoſcēs virtus mouet appetite rei gratia mouet non igitur ſine appetitu mouere poteſt. Non immerito igitur hec duo intellectus et appetitus, animal mouent. ¶ Secunda. Intellectus et appetitus vt vnum mouens mouent. ¶ Nam vnum eſt quod vt obiectum mouet appetibile ſcilicet eſt enim principium et illius gratia intellectus non ſine appetitu mouet ſunt igitur vnum mouens. Si enim vt duo mouerent nō ſcđm cōmunē vtriſq; ſpeciē mot⁹ mouerēt ſed hoc vna ſpecie illud altera qđ nō fit cū.n. ratio mouet conſimiliter voluntas mouet eſt enim voluntas appetitus. Non tamen cum appetitus mouet rationem mouere oportet. nam cōcupiſcentia et ira appetitus ſunt qui ſine ratione (vt cum imaginatione) tamen mouere poſſunt. Hoc tamen inter rationem et voluntatem parte ex vna phantaſiam et appetitum parte ex altera intereſt. quod rationalis intellectus et voluntas ſemper recta ſunt phantaſia vero et appetitus recta et non recta. ¶ Tertia. Non omne bonum appetitum mouet ad animal mouendum. Nam appetibile ita mouet appetitum. Appetibile autem hic dicimus quod bonum eſt aut bonum apparet cōtingens et in noſtra poteſtate. Non autem omne bonum tale eſt non igitur omne bonum appetitum ciet ad animal mouendum. ¶ Corolarium. Hinc fit vt iterum non equa fuiſſe dignoſcatur tripartita anime diuiſio in concupiſcibilem iraſcibilē et rationalē. ¶ Nam appetitiuo vna eſt que cum practico intellectu aut cum imaginatione animal mouet. Non itaque hoc pacto fuit anima ſecanda ſed ſi ſecanda fuiſſet longe in plures particulas (vt dictum eſt) ſecanda fuiſſet vt vegetatiuam, ſenſitiuam, intellectiuam contemplatiuam, et actiuam que plus differre adinuicē videntur ꝙ concupiſcibilis et iraſcibilis: ¶ Queſtio. Si appetitiua virtus vna ſit in nobis quo pacto euenit nos appetitus ſentire contrarios. Reſponſio. Sicut potentia ſentiendi vna eſt quinq; diuerſis vſa ſenſuum functionibus ita appetendi virtus vna eſt in tres diffuſa actus concupiſcentiam iram atque rationem. Et quoties ratio aduerſatur contraque it cupiditatib⁹ et ire hos contrarios appetitus in nobis experimur. ¶ Corolarium. Quo fit vt hec appetituum diſſenſio ħs ſolis animantibus accidat que itellectū habent et temporum diſcretionem. ¶ Nam concupiſcentia cum preſens delectabile et quod titillet attēdit tanquam ſummum bonum fit ſceleri manus dat victas quia nihil de futuro preuidet: intellectus vero futurum proſpiciens exitum atq; finem ipſum retrahit ſuoq; renititur vitio: Et hinc illa appetituū in nobis dignoſcitur pugna. ¶ Quarta. Unum eſt ſpecie mouens quod non mouetur et vnum ſpecie quod mouet et mouetur. Nam primum eſt appetibile quod appetitum ciet pellitq; et non mouetur. Secundum eſt appetitus qui (vt dictum eſt) ab appetibili mediante intellectu aut imaginatione excitatur. qui et mouet animal. ¶ Corolarium. Hinc fit vt ad patiendum motum quattuor requirantur mouens quod et primum immobile vt bonum mouens quod et idem mouetur vt appetitiuum; quod mouetur: vt animal: et quo mouetur vt ſenſibile et corporum organum: de quo in eo loco qui de operibus corporis et anime cōmunibus diligentius conſiderandum eſt: huiſmodi enim corporeum organum tubera, vertebra concaua que ad commiſſuras et compages tent Eſt et iunctura cōmunis parti quieſcenti et mote ratione diſſidens reuoluitur que vna pars in alterius concauo et motus ille pulſu et tractu completur eſtque aliqđ circa quod reuoluitur (vt in circulo quieſcens. Et hactenus ſatis dictum eſt quomodo appetitiuū qđ non ſine imaginatione eſt vt tale animal mouet. Et imaginationem intelligimus aut rationalem que in hominibus reperitur, aut ſenſualem que et in hominibus et alijs conſpicitur animalibus.

## ¶ Caput vndecimum.

VNdecimum caput contiēt tres queſtiones et earum ſolutiones. ¶ Prima queſtio. A quo imperfecta animalia, vt muſce et vermes (quib⁹ diximus prius non adeſſe phantaſiā) moueantur. ¶ Reſponſio. Sicut illa indeterminatum habent et vagum: motum: ita indeterminatam imaginationē habent et appetitum

la indeterminatum habent et vagum: motum: ita indeterminatam imaginationē habent et appetituꝫ. Perfectam enīꝫ phantaſiam eis adeſſe negauimus. Videtur enim ipſis letitia et triſtitia ineſſe, quare ⁊ concupiſcentia et appetitus quibus etiam imaginationem phantaſiamque indeterminatā ineſſe concedimus. ¶ Secunda. Cum imaginatio ſenſualis: ceteris animantibus que ſe mouent inſit, hominibus vero et ſenſualis et rationalis, que harū an ſenſualis an rationalis mouet in homine. ¶ Reſpōſio. Cuꝫ doceri volumus et duabus quantitatibus vtra earum fuerit maior certa conſtitutaque vtimur menſura, vt palmo aut cubito vt huiuſce rei certitudinem experiamur. Ita duobus propoſitis cupiētes cognoſcere vtrum eligibilius ſit nos aliquid vnum vt delectabile aut vtile loco menſure (ad quam ea conferamus) conſtituere oportet. Et in nobis appetitus vnꝰ cum ratione, et ſyllogiſmo habetur eſt et vnus qui eſt preter opinionem et ſyllogiſmū et vehementior: et valentior debiliorem rapit et ſuperat: hinc ſepe euenit vt rationalis moueat irrationalem cū vehementior fuerit. Euenit iteꝫ et ſepe verſa vice irrationalem mouere rationalē atque ſecuꝫ rapere cū ipſe vehementior fuerit non quidem ꝙ debilior ſuū motum deſerat, ſed alterius fortiore et valibiore motu rapitur: quemadmodū in ſpheris celeſtibus ſphera que vltimum celi ambitū coercet orbes planetaruꝫ motus pernicitate et velocitate precellens ſecū rapit ſuos tamen in contrarium circuitus efficiunt ita eſt et in nobis. Hoc tamen intereſt: ꝙ in mundo ſemper is motus vincit qui natura eminentior et nobilior eſt et alios ſecum rapit vt is qui primo et ſupremo attribuitur circulo. In homine vero fit plerunqꝫ vt natura ſuperius preſtantiuſqꝫ ab inferiore ſuperetur vincatur atqꝫ rapiatur vt incontinentium cōſtat argumento: et tribus cognoſcantur agitari motibꝰ inferioris, ſuperioris et quodāmodo tertio raptus. ¶ Tertia queſtio. Cū duplex ſit extiſtimatio ſiue apprehenſio: hec vniuerſalis vt omne liberalitatis opꝰ honeſte fit, et fieri debet hec vero particularis vt huic philoſophie operam ſtudioſe nauanti, et quidem indigenti erogare, liberalitatis opus eſt que haruꝫ motum imperat. ¶ Reſponſio. Utraque ſed vniuerſalis minus vt que ſtando quieſcendoqꝫ, magis moueat et ab actione remotior. Particularis vero magis vt ꝗ actioni vicinior propinquiorque immineat

## ¶ Caput duodecimum.

DVodecimum caput continet ſex concluſiones, vnum corolariū ad quintam et quomodo animalia a longe ſentiant poſt ſextam. ¶ Prima concluſio. Quicquid viuit a generationis initio ad ſuū vſqꝫ obitū interitūqꝫ vegetatricē animā retinere neceſſe eſt. ¶ Nam omne tale a ſue generationis initio ad ſtatū (modo impedimentū tollatur) augeſcit, ſtatū habet, poſt quem ad obitum vſqꝫ minuitur. Id auteꝫ ſine alimēto fieri nequit ineſt igit̄ ipſis ſuo toto durationis tp̄e vegetatrix anima. Secunda. Non oībus viuentibus preſto adeſſe ſenſum neceſſe eſt. Naꝫ plantis non adeſt etſi vitam poſſideant earū enim corpꝰ nimis ſimplex terreum et ad ſentiendum ineptum. Non igitur habent tactuꝫ quo non habito, vt ceteri deficiāt neceſſe eſt ſine enim tactu ſenſum vllum impoſſibile eſt. ¶ Tertia. Omne animal ſenſum habet. ¶ Nam omnia que natura ſubſiſtunt, propter aliquid ſunt ⁊ natura nihil temere ⁊ fruſtra facit habebunt igitur ſenſum que progrediūtur et que ſe de loco in locum transferunt vt cibum a longe ſibi queritent et aquirant alioqui ſine carebūt aliqꝫ non potuerunt. Et pariter ſenſum habebunt que ſedi nixa alio ſe transferre nequeunt vt coniunctū diſcernat alimentū. Neqꝫ licet dicere corruptibile animal motu preditum intellectum habere ſufficere ad diſcernendū et ſenſuꝫ non habere neqꝫ quidem incorruptibile. nam aut id ſic melius eſſet corpori aut anime non autem anime, quia non melius ſine ipſo intelligit neqꝫ itidem corpori quod propter ſenſus animalibus datum eſſe videtur. ¶ Quarta. Animalis corpus ſimplex eſſe impoſſibile eſt. ¶ Nam ſi ſimplex eſſet tactum non haberet tactum autem ipſum habere neceſſe eſt nō igi corpus ſimplex ſed cōpoſitū mixtūqꝫ habet. ¶ Quinta. Tactus maxime animali neceſſarius eſt. ¶ Nam cum animal corpor eum ſit ipſum proxima ꝯtingere corpora neceſſe eſt oportuit igitur ipſum muniri tangendi facultate qua ſalubria ab officiētibus diſcernere queat ſalutēqꝫ ſuam efficiat alioqui vitā nō ſaluat fit enim tactus per quidam internum. Quo modo igitur dignoſceret animal ea que proſunt vt proſequatur et ea que officiunt nocentqꝫ, vt fugiat ſine tactu: quo preſidio deſtituta animalia vt ſtatim decp cant neceſſe eſt. De viſu autem auditu et odoratu nō ita fit ſed medio quodaꝫ hauriuntur extraneo. ¶ Corolarium. Hinc fit vt guſtus quodammodo animali ſit neceſſarius. ¶ Nam guſtus vt tactus quidam eſt, et alimentuꝫ tangere neceſſe eſt. eſt igitur (vt tactꝰ) quodamodo neceſſarius. Sexta concluſio. Viſus auditus et odorandi ſenſus non ſunt vt tactus neceſſarij. ¶ Tactum enim et guſtum diximus animali neceſſarios ꝙ tactus alimenti ſit ſenſus ſine quo non cōtingit animal eſſe poſſe, non autem de viſu auditu, aut odorandi ſenſu ita eſt. Color enim ſonus et odor alimentum non preſtant augmentum et decrementū natura pleraque animalium his ſenſibus non muniuit ſed boni gratia aliquibus ipſos addidit et potiſſimum progreſſiuis que a longe victiuꝫ queritāt. Nec mirum, nam hoc horum ſenſuum preſidio ipſa ſaluari neceſſe eſt neque ad ſuam ſalutem tactus munitio ſufficeret. ¶ Et ſi queras quomodo a longe ſentiant vt videant audiant odorentur. ¶ Dicimus ſenſibile medium mouere mediuꝫ vero motū ciere mouereqꝫ ſenſum perinde atque ſi mouens aliquid pellat quod pulſum alterum pellat ſicut primum mouens nullo pellitur, et vltimum pulſum ſolum pellitur, et non pellit media vero nunc plura nunc pauciora et pellunt et pelluntur, ſic in ſenſatione hoc excepto quod in huiuſmodi ſenſus alteratione vnum manens et in eodem loco alterat pellens autem locum mutat: quemadmodum cum cere ſigillum imprimis quantum pellendo cera cedit ſigilli veſtigium profunde tenet vbi vero non cedit vt lapis non retinet, ita et aqua et aer, et maxime aer vnus et idem manens patitur, et ſenſum mouet. Et ita dicere ſatius, videtur quam putare dum videmus oportere radios ab oculis egredi: qui a colore et figura paſſi: et denſitate repercuſſi, ad oculum redeant. At leuis: vt complanatus aer, vnus, infractuſque manens coloribus et figuris affectus melius dicitur viſum icere et ſenſum coloris et figure facere, haud ſecus quam ſi ſigillum ad finem vſque ingrederetur cere, illic ſigilli veſtigium relinquens.

## Caput decimum.

DEcimum caput, continet tres concluſiones et vnum corolariū ad ſecundam. ¶ Prima concluſio. Animalis corpus ſimplex eſſe impoſſibile eſt. Simplex intelligo, igneū aereum aqueum aut terreum. Nam ſine tactu animal eſſe non poteſt neque aliorū ſenſuum vllum habere. Atqui tactus ſimplicis corporis eſſe non poteſt etſi viſus auditus odoratus poſſint vt aquei et aerei, per que vt media ſentire faciunt tactus enim per intraneū et tangendo ipſa ignea aerea aqua et terrea ſentit hinc tactus nomen ei inditum eſt animalis igitur corpus ſimplex eſſe nō poteſt. At tibi forte videri poſſet terreū eſſe poſſe ſed ſane ita eſſe nequit, nam tactus ſuſceptiuus eſt omnium tangibilium vt medietas quedam et non ſolū differentiarum terre ſed calidi frigidi humidi et ſicci et omnium tangit poſſibilium hinc oſſa pili et plā te non ſentiunt quia terrea ſunt. ¶ Secunda. Animalia tactu priuata mori neceſſe eſt. ¶ Nam ſine eo (vt diximus) neque animal eſſe poteſt neque ſenſuū vllus immo cum ſit ille ſenſus animal eſſe neceſſe eſt, et cum ſit animal hunc ſolum ſenſuū haberi pariter oportet. ¶ Corolarium. Hinc fit vt excellentie ſenſibilium aliorum ſenſuum non animal corrumpant, ſed ſolum ſenſum niſi per accidens excellentie vero tangibilium et tactum et ipſum animal per ſe corrū punt. ¶ Excellens enim ſonus vt tonitrus animal nō corrumpit ſed auditum: niſi per accidens vt cū ſpiritus ſimul cum ſono eliſi percuſſio animal exanimet Neque excellens viſibile animal corrumpit, ſed viſum niſi per accidens vt cū viſu ſic terrore afficitur animal vt e vita emigret et ſecedat que et ita de odore et ſapore. At excellentie tangibilium calidum frigidum humidum ſiccum molle et durum tactū per ſe corrumpunt et animal non enim corrupto tactu animal ſuperuiuere contingit et omnis ſenſibilis ſuper excellentia ſenſum corrumpit. ¶ Tertia. Solus tactus aīali adeſſe neceſſarius ē aliȷ̄ vero ꝓpter bene, eſſe. Nā ſolus tactus animali vt viuat haberi eſt neceſſarius et aliȷ̄ corrupti non interimunt animal qui ꝙ ob bene eſſe animali ſint conceſſi ſtatim cognitum eſt Viſus enim additus eſt quo vitam in aere aut aqua aut aliquo perſpicuo ſibi vendicet auditus quo ei aliquid indicetur: odoratus, quo odore a longe ꝑcepto ad alimentū ſe conuertat guſtus quo iucundū ſit ei alimentū et triſte refugiat, poſtremo lingua adhibita eſt, vt ſapores diſcernat voceſque effingat Eſt itaque notum ad eſſe animali neceſſariū eſſe tributum, ceteros vero non ad eſſe ſed ob bene eſſe.

## ¶ Queſtiones lucidiſſime ſuper tribus libris dō anima a magiſtro Petro ſpinoſa edite

PRimo dicit philoſophus circa textū bonorū honorabilium notitiā opinātes magis autem alteram altera: aut ex eo ꝙ certiorū, aut ex eo, ꝙ honorabiliorū hiſtoriā de anima rationabiliter in primis ponemus, prodeſt autem ſcīa de anima ad omnes ſcias, preſertim ad eam que de natura eſt.

PRo declaratione huius notandū eſt quod aliquam ſcīam eſſe altera honorabiliorē contingit dupliciter, prīo q̇dē certitudīe demōſtrationis quo modo mathematica ē certiſſima quia vt dicit phs. 2. methaphiſice mathemetice ſunt in primo gradu certitudinis et ſequūtur eas ſcie naturales, alio modo vna ſcia dicitur perfectior alia quia tractat dō nobiliori ſubiecto quomodo methaphiſica eſt preſtantiſſima omniū ſciarum: et de hac ſcia dixit philopbus. 16. de animalibus magis concupiſcimus de rebus altiſſimis pauca et ī certo modo ſcire quā de rebus minimis multa et certo modo ſcire ⁊ propterea dicit philoſophꝰ propter vtraque hec tam propter certitudinem demoſtrationis quā propter nobilitatem ſubiecti ſcia de anima cunctis aliȷ̄s eſt perfectior et vocat ſcīam de anima hiſtoriam: q2 breuiter doctrinā de anima peragit ipſam complens in libro de animalibus et in paruis: quia hiſtoria ꝓcedit breuiter modo dicit preterea prodeſſe hanc ad omnem ſcīam et que eſt de natura preſertim namque ſi anima ſe ipſā non dignoſcit male dignoſcet ea que ſunt extra ſe.

## ¶ Dubitat Auguſtinus nimphus.

Vtrum liber de anima ſit computandus circa partes philoſophie naturalis vel non: circa quod eſt opinio temiſtiȷ̄ in parafraſi de anima dicentis ꝙ liber de anima eſt medius inter naturalē et methaphiſicam et ꝙ eſt mathematicus iohannes, philoponus credit ſuper prīo perihermenias hunc librum eſſe methaphiſicum Alexander aphrodiſeus credit eſſe naturalem. hanc qōē Ariſ. mouet ſuper primo libro de partibus aīaliū. 3, c. arguitur ꝙ iſta ſit ſcīa naturalis: q2 eſt aliqua anima que eſt principiū motus ꝙ autem non ſit naturalis arguitur: q2 in hoc libro de anima tractatur de intellectu: et ad eandē potentiam pertinet tractare de intellectu et intelligibili ergo ad ſcīam de anima pertinet pertractare de intelligibili, non ergo eſſet dabilis alia ſcientia preter librum de anima quod eſt falſū preterea dicit ariſ. ꝙ anima eſt triplex vegetaua: ſenſitiua et intellectiua, quia vegetatiua depēdet ex corpore et ſenſitiua tantundē et ideo de anima vegetatiua et ſenſitiua ꝑtinet tractare philoſopho naturali: ſed de anima intellectiua pertinet tractare methaphiſico eo ꝙ anima intellectiua ſub ea ratione qua intellectiua non depēdet materia operando: ergo iſta ſcia libri de anima partim naturalis et partim methaphiſica, eſt dicenda ⁊ ad themiſtiū qui dixit ꝙ eſt mathematicā dico ꝙ ariſto. 6. mathaphiſice ponit triplex genus philoſophie naturalis. ſ. methaphiſicā et mathemacam dicitur autem mathematicā eſſe medium inter eas negatione extremorū. quia nullū extremū eſt: ita dicamus librū de aīa mathephiſicam mathemace negatiōe extremorū: quia nec totus eſt naturalis nec totus eſt mathematicus: ſed medius. ſ. nec naturalis nec methaphiſicus. ¶ Duplex traditur diffinitio, aic prīa materialis, et ſecūda formalis, materialis eſt illa que datur per effectum aut per rem extraneā vt diffinitio quadranguli per medie rei inuētionem et diffinitio ſimitatis qua dicitur ꝙ eſt concauitas naſi eſt materialis. Diffinitio et formalis eſt illa que datur per cauſam vt ira eſt appetitus vindicte: quadrāngulus eſt figura plana quattuor rectis: lineis contenta longior quam latior et ſi aliqua diffinitio cōprehendat cauſam et effectū dicitur ōmōſe

ratio ſola poſitione differens exēplū. Ira eſt appetitus vindicte propter ebulitionē ſanguinis ad cor illa.n.in quantū cōprehendit cauſas equiualet premiſſis et in quantū cōprehendit effectuꝫ equiualet concluſioni et ſic eſt tota demoſtratio virtualiter niſi ꝙ non habet tres terminos cōpoſitos et ordinatos ſm debitā ſubiectionem et predicationē ariſt. duas tradit diffinitiones, ipſiꝰ anime vnā formalē reliq̄ ꝑo mālē diffinitio formalis ē aīa principiū vegetādi ſentiēdi ſꝫ locū mouēdi ꝛ ītelligēdi. Scđa ē mālis.ſ. anima eſt actus primus corporis phiſici organici in potentia vitā habentis: declarabo hanc diffinitionē materialē. Primo dī actus ad differentiam prime materie: qꝛ prima materia non eſt actus dī primus circa quod noto ꝙ duplex eſt actus ꝑmus et ſecūdꝰ primus eſt id quod habet facultatem operandi ſiue operetur in actu ſiue non taliter ē in actu primo ſcīe litteratus qui dormit: actus vero ſecundus eſt ipſa operatio vt aſſenſus ſcientiſicus in habēte habitum ſcīe proueniens ab illo ſic dici ſolet ꝙ duplex eſt vita q̄dam in actu primo. q̄dam in actu ſcđo. Vita in actu primo ſupponit ꝓ aīa cōnotādo ꝙ ſit pñs in corpore. Vita in actu. 2. ſupponit ꝓ operatione anime: et ſic dixit phs in hoc. 2. de anima ꝙ vita in actu primo cōparatur ſomno: et vita in actu. 2. cōparatur vigilie. Dixit actus primus ad differentiam operationū vitalium que non ſunt anima eo ꝙ nō ſunt actus primi dicitur ſubſtantialis ad differentiam caloris naturalis, quia quamuis ꝑ illū fiant oꝑationes naturales non eſt actus ſucſtantialis dicitur phiſici qꝛ ſicut anima eſt perfectiſſima formarum potentium exiſtere in materia: ita conuenit ei ſubiectū eſſe maxime perfectum. i. corpus naturale, et non artificiale poſſemꝰ etiam dare bonam rationem in hoc dicit phs. 2. phiſicorū in hoc diſtinguntur naturalia ab artificialibꝰ quia naturalia poſſunt ꝓducere ſibi ſimile artificiale vero nullatenus. nam ſi ſcannū viride intra terraꝫ ſepeliatur non germinabit ſimile ſcanū: ſꝫ arborem ſimilem illi vnde genitum eſt: quare cū cūcta animata vim habeāt ſibi ſimile faciendi bene merito dicit animam fore actū corporis phiſici. i. naturalis ſi eñi eēt actus corporis artificialis non eēt vis generādi in rebꝰ animatis. Dicit organici quod exponūt aliq̄: vt de aliaco in libris de anima. i, inſtrumentalis: naꝫ organū; grece inſtrumentū eſt latine et aīata mēbra inſtrumenta ſunt anime: dicitur alio modo a quibuſdam vt a truſiano primo thegni organici: qꝛ proprie membra organica ſunt que animātur vt cōplexionātur quod hac ratione ſuadet, qꝛ videmus mēbra cōſimilia taliter eē graduata in ſuis cōplexionibꝰ ſicut expediens eſt toti organico. namq̄ ſi caro que eſt in manu ꝑ ſe eſſet creata calidior eēt creata q̄ cū creata eſt prope neruum: ſed hoc eſt falſum: qꝛ membra conſimilia ſunt que primo animantur: et primo complexionantur et deinde organica: quia totum nihil aliud eſt q̄ ſue partes; ideo aliter exponitur organici. i. manifeſtatiue: qꝛ opera anime maxime manifeſtantur in organico.

¶ Poſſumus dicere aliter organici: quia tunc vocamus organicum totum organicū: aut partē organici et bene merito dixit phs organici: quia id quod ē viuere pluribus indiget organis. 7. politicorū quanto. n. aliquid habet vitam perfectiorē tāto pluribus organis indiget et inſtrumētis: dicitur potentia vitam habentis; quod exponit diuus thomas habentis vitam. ſ. in actu. 2. potentia. i. per potentias, alio modo exponitur habentis vitam. i. exercentis opera vite potentia. ſcꝫ. propinqua: q̄ potentiam propinquā voco que eſt ſine acquiſitione vel deperditione alicuius ſubſtantie: non. n. intelligas ꝙ li potentia negat actum: qꝛ impoſſe eſt preſertim in animalibꝰ perfectis viuere in actu quominus fiat aliquod opus vite actualiter qꝛ niſi reſpirauerit pulmo et cor non poteſt viuere ſic. n. apopleticum q̄ſi mortum iacētem indicant eſſe mortuum ſi non polu erit ſpeculū poſituꝫ ad os: vel ſi cotum carminatum non mouerit vel ſi vrceum plenū aqua poſitū ſuꝑ pectus non ſteterit.

¶ Itē philoſophus ſecundo de anima dicit ꝙ virtus nutritiua ſemper eſt in actu quod licet veritatem non habeat in plantis ꝛ animalibus imperfectis vniuerſaliter tñ verū eſt in eis qui abūdant in calore et ſanguine ideo potentia vitam habentis, de propinqua vt dixi dicitur ad differentiaꝫ forme embrionis tenēdo ꝙ vſq̄ ad inſtans perfecte organizationis non producitur aliqua anima, quia illa forma ſit actus corporis phiſici organici non tñ vitā habentis: idem dici poteſt de forma oui: et vt bñ dicit apolinarꝰ forma cadaueris ē actꝰ primꝰ ſubalis corporis phiſici organici, ſꝫ nō potētia vitam hñtis.

¶ Alia eſt diffinicio formalis in qua explicantur quattuor genera animatorū. nā dicitur vegetandi propter vegetatiuū qui cōprehēdit tres potentias. ſ. nutritiuā que conuertit alimentū quod eſt potentia animatuꝫ in corpus actu animatū in maiores partes minores aut equales q̄ ſint deperdite augmentatiuū cuius eſt extendere mēbra trina diametro non: n. eſt augmentatio ſi vna dyametro ſoluꝫ aliquid accreſcat: ex quo patet ꝙ augmentatiuū nō includit in ſua ratione formali conuertere alimētuꝫ in maiores partes: generatiuū vero eſt quod per extranſmiſſionem rem ſibi ſimilem extra ſe facit.

¶ Secundum genus animatorum ē ſenſitiuū: qui cōuenit tā perfectis q̄ imperfectis animalibus. 3. eſt ſꝫ locum motiuū quod alio nomine dicitur progreſſiuū qui conuenit animalibus abundātibus calore et ſanguine. 4. genus animatorū eſt intellectiuū qui dicitur deforis ab ariſtotele. 16. de animalibus: quia non educitur de potentia materie circa genus ſenſitiuorum ad quod doctor ſanctus in prohemio methaphiſice explicat de differentiis animaliū: dicit aliqua ſunt animalia que nec habent auditum nec memoriam illa. ſcꝫ. que habent ſibi nutrimentum coniunctum nec progredi: poſſunt illa eniꝫ qꝛ hñt ſibi nutrimentū coniunctū naturam prouidit illis omnia neceſſaria prope ſe non indigent auditu nec memoria. Animalia autē que non habent nutrimentū prope ſe indigent memoria: vel auditu: qꝛ ſi q̄runt nutrimentum de longinquo et carent memoria obliuiſceretur in media via et non continuarent ſuum vſq̄ ad finem hec: ergo animalia que non habent nutrimentum prope ſe quedam habent memoriam ſed non auditū et talia ſunt prudentia: ſed non diſciplinabilia vt ſunt apes et formice, ꝙ autem iſta habeant prudentiā paret: quia prudentia ſecundū tuliū i. 2. rethorice habet tres partis. ſ. memoriam de preteritis intelligentiam de preſentibus: et prouidentiā de futuris: ſed in iſtis animalibus habentur iſte tres partes; ergo ſunt prudētia; et ſi arguas apes exter

rentur per ſonum: ergo audiunt nego cōſequentiā: q: motus fortis factus in aere concutit allas illaruȝ apiū et ſic ex terrentur. Alia vero ſunt animalia que habent auditū et memoriam et iſta ſunt prudentia: et diſciplinabilia animalia: vero primi generis nec ſunt prudentia nec diſciplinabilia quartū vero genus ideſt quod habet auditū et non memoriā non eſt dabile. Nota de mente doctoris ſancti. 27. ꝙ tres ſunt anime quattuor gradus animatorum quinque potentie de potentiis patet: q: ponitur iſta potentia appetitiua ſuperaddita illis quattuor gradibꝰ animatorum et dat cauſam: quia numerus animatoruȝ ſumitur ab opere nullatenus reducibili in alterum: et quia tria ſunt talia opera vegetare: ſentire: et intelligere tres dicimus tm̄ eſſe animas et potentiaꝝ numerus ſumiter ab opere ſimpliciter quod eſt quītuplex ſcilice vegetare: ſentire, appetere: ſm locum mouere: et intelligere ſed numerus graduum animatorum ſumitur ab opere ſm quod diſtinguit eſſe et viuere et quia ſolum ſunt quattuor gradus viuentium notabiles ⁊ maxime diuerſi in perfectiōe ideo ſonum ponunt quattuor gradus in viuentibus.

Queritur an potentie anime diſtingant ab anima, in qua queſtiōe tres ſunt famoſe opiniones. Prima eſt diui thome. p. parte queſtione. 77. aſſerentis potentias anime fore diſtinctas ab anima, et eſſe accidentia coniuncta ipſi anime de ſecunda ſpecie qualitatis ſub nomine naturalis potentie vel impotentie rationes eius ⁊ impugnationes vide per gregorium ariminenſeȝ in ſecundo ſententiarū diſtin. 17. q. 3. que prolixe ſunt et inutiles. ¶ Secunda eſt opinio ſcoti in. 4. ſententiarum. d. 45. q. 3. qui diſtinguit de potentiis ſciliceȝ quedam ſunt organice quedam non organice nō organicas vocat intellectum voluntatem et memoriaȝ quia ad operandum operationes illarum non indiget anima organo corporeo et has dicit ſcotꝰ diſtingui ab anima formaliter ſȝ potentias organicas vocat viſum: auditum: olfatum et has dicit eſſe aggregatum ex anima et organo quare concedit ſenſationes omnes fore extenſiuas et concedit ſenſuȝ perfectiorē eſſe intellectu eo ꝙ totuȝ corpus perfectius ē ipſa anima et hec eſt opinio communis quam inſequuntur multi tertia ē opinio gregorii ariminenſis: tenentis ꝙ potētie anime omnes identificantur ipſi anime quare concedit ꝙ ſenſus eſt intellectꝰ ⁊ ꝙ ſenſatio eſt ſpiritualis et in extenſa ſicut intellectio non tamē ppterea concedit ꝙ ſenſatio eſt intellectio: q: dato ꝙ vtraqȝ eſt indiuiſibilis ad ſenſationem concurrit partialiter effectiue ipſum organum et ad intellectionem non cōcurrit ⁊ probatur hoc vna bona ratione memoria ſenſitiua eſt memoria intellectualis: ergo eadem ratione ſenſus eſt intellectus nota ē cōſequentia et antecedens probatur ſumo aliquem hominem qui ſit capite percuſſus in parte potentiori iq̄ habeat multas ſpecies intellectuales, et ſenſibiles per quas et recordari per intellectum et reminiſci per ſenſum valeat alicuius ſingularis iſte poſt paſſionem nec per intellectum nec per ſenſuȝ valet memorari et illud eſt: quia a memoria ſua ſenſuali abolite ſunt ſpecies et ſic amiſit illas ab intellectu, quia eadem eſt memoria intellectiua et ſenſitiua tho. tamen de garbo tracta. 5. ſue ſume que. 2 et. 3. dicit ꝙ ſi iſte potentie conſiderentur in reto, et eſſentialiter ſunt ideȝ ꝙ anima ſi vero conſiderentur in obliquo prout conotant talem aut talem operationem ſic diſtinguūt aut ſi conſiderentur diſpoſitiue et organice ſic potētie diſtinguntur ab anima et inter ſe illud tamē ſubtiliter eſt annotandum ꝙ iſte potentie naturales ſcilicet que agunt opera nutritiue quedaȝ ſunt miniſtrantes quedam miniſtrate miniſtrantes ſunt atractiua, retentiua digeſtiua expulſiua: miniſtrate vero ſunt tres nutriua augmentatiua generatiua et notabis ꝙ iſte virtutes miniſtrantes: quedaȝ ſunt vniuerſales: quedam vero particulares voco vniuerſales q̄ faciunt ſuas opationes in membris cōmunibus vt in ſtomacho epate et reliquis membris et tales diſtincte ſunt diſpoſitiue: vel inſtrumentaliter q: aliis inſtrumentis operatur ſtomachus quando digerit ſcilicet calore naturali ⁊ aliis quando attrahit ſcilicet vilis longitudinalibus: et aliis quando retinet ſcilicet vilis tranſverſalibus et aliis quando expellit ſcilicet vilis latitudinalibus ſed in membris particularibus que faciūt officia per ſe dumtaxat vt caloros. Cartilago. ⁊c. non agunt alio inſtrumento virtutes: miniſtrates: et miniſtrate. Nam mediante eodeȝ calore naturali attrahunt membra particularia retinet digerunt et expellunt nutriuntur: augmentant: et generantur. ¶ Alia eſt potentia que vocatur animalis et hec eſt duplex ſenſitiua et motiua: ſenſitiua eſt que producit ſenſationes ad quas adiuuat ſpiritus animalis cerebri ſenſitiuus qui producitur in parte anteriori cerebri: ⁊ eſt ſubtilis diaphanus partiȝ declinās ad frigiditatē animalis motiua exercetur in parte poſteriori cerebri per ſpiritꝰ animales motiuos qui ſunt groſſiores ⁊ calidiores quos cerebrū trāſmitit per nucham et per neruos motiuos vt per illos vniuerſa membra moueantur. ¶ Tertia eſt potētia ſeu virtus que vocatur vitalis et eſt qua mediante cor mouet arterias et nutrit ſpiritus ad extra: et trahit ad intra: et ſm Ariſt. eſt agens vniuerſale concurens ad omnes operationes dēptis his q̄ ſunt intellectus et volūtatis et in corpore hūano comparant ſoli in macrocoſmo. Nam ſicut ſol ſua caliditate et radiis omnia operatur que ſunt in macrocoſmo ita concurrit ad omnes operationes in microcuſmo cor ſua virtute vitali.

Queritur vtrum in homine ſint plures anime tenenda eſt hec concluſio cum diuo thoma in prima parte queſtione. 76. ar. tertio et de potentia dei queſtione. 3. et articulo nono. et capreolus ſingulariter in abreuiato ſecūdo ſententiarum diſtin. 15. qōne. 1. ꝙ ſolum eſt dabilis in homīe vna anima indiuiſibilis tota in toto, ⁊ tota in qualibet parte anima rationalis quam etiam concluſionem tenet gregorius ariminēſis in ſecūdo ſententiarum eadem diſtinctiōe: ⁊ auguſtinꝰ nimphus ſecundo de anima. cō. 32. quam probant hac ratione fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pautiua: ſȝ per ſolam animam intellectiuam poſſunt omnes operatiōes fieri, itaqȝ id ꝙ reliqui p tres animas faciūt ſola vna anima ſaluatur a diuo thoma et ab iſtis nāqȝ ſicut trigonū in tetragono, ita vegetatiuum in ſenſitiuo et ſenſitiuum in intellectiuo continentur igitur ſi intellectiuuȝ eminenter alia continet poterit operari quicquid ſenſitiuum et quicquid vegetatiuū ⁊ ſic ſola anima intellectiua ſufficiet.

¶ Sed contra hanc concluſionem inſtatur ab omnibus ſequitur primo ꝙ ſimul in eodem eſſent iudicia contraria conſequens eſt falſuȝ nemo

ambiget ſequella probatur quia: cum aliquis videt
baculum pro medietate immiſſum in aqua iudicat
eſſe fractum per ſenſum et non eſſe fractuʒ per intel
lectum: ergo ſimiliter in eodem ſunt duo iuditia con
traria. Ad hoc argumentum reſponderet Diuꝰ tho
mas ꝙ non ſunt ſimul in eodem iudicia contraria:
quia talia iudicia ponuntur in diuerſis potentijs, et
ita non ponuntur in codeʒ ſubiecto, ſed quid huic ar
gumento diceret Gregoriꝰ qui tenet ſenſum eſſe ip
ſam animam. Reſpondeo ꝙ talia iuditia ſunt in eo-
dem ſubiecto et de contradictorijs ppoſitionibꝰ nō
ſunt cōtraria iuditia, quia adiuerſis cauſis tenētibꝰ
ſe ex parte potentie proueniunt ſic non ſunt contra
ria triſtitia in anima chriſti que ſequitur portioneʒ
inferiorem et gaudium: quod ſequitur portionem
ſuperiorem.

¶ Secundo arguitur contra hanc
opinionem: ſequitur, ꝙ iſta propoſitio eſſet falſa ho-
mo generatur quod eſt contra philoſophum ſecūdo
phiſici: dicentem ſol et homo generant hominem: ſe
quella probatur: quia anima rationalis non genera
tur ſed creatur: vt fide credimus, dicendum ad hac
cū Diuo thoma loco citato ꝙ in anima rationali poſ-
ſemus duo conſiderare ſcilicet eſſe eius et informa-
tioneʒ eius primo modo ſcilicet quoad eſſe eius cre
atur ſecūdo modo quoad informationē ipſius gene
ratur hoc enim eſt generari facere ꝙ forma infor-
met materiam: ſi enim abeto vna forma fuiſſet pre-
ſens materie quā non informaret: ſed modo incipe-
ret informare hec eſt vera hoc ens nunc generatur
et tamen forma non incipit de nouo eſſe: ſed tameni
format materiam denouo igitur quamuis qualitati
ue diſpoſitiones non concurrant effectiue ad produ
ctionem anime concurrunt tamen effectiue, vt ani-
ma informet corpus et hoc eſt homimem generari:
ſtat enim eumdum effectum eſſe effectum formalem
vnius cauſe et effectum cauſe efficientis reſpectu al
terius cauſe. nam eſſe albuʒ eſt effectus cauſe forma
lis reſpectu albedinis et effectꝰ cauſe efficientis reſ
pectu dei ſic in propoſito animam informare materi
am eſt effectus formalis ipſius anime et effectus pre
viarum diſpoſitionū hominis tanquaʒ cauſe efficien
tis et ſic hominem generare non eſt animam gene-
rare: ſed facere ꝙ anima informet corpus: et ſimili
ter hominem corrumpere non eſt animam corrūpe-
ri: ſed facere ꝙ anima non informet ipſum corpus pre
terea arguitur cum ad introductionem anime in-
tellectiue requiratur animam ſenſitiuam precede
cedere in eadem materia videtur ꝙ illa anima ſen
ſitiua maneat ſimul cum anima rationali: quia nullā
habet repugnantiam cuʒ illa. Ad hoc reſpōdetur ꝙ
corrumpitur illa anima ſenſitiua ppterea ꝙ ſupfluā
eſſet in illam materie eo ꝙ aīa intellectiua ſufficit fa
cere opera ſenſitiue. ¶ Preterea arguitur ſequitur
contra thomam ꝙ anima intellectiua produceret ſe
ipſam patet quia virtualiter ē ſenſitiua ergo produ
cit ſenſitiuam: quia omne cōtinens aliud virtualiter
habet vim producendi illud, ſed anima intellectiua
virtualiter continet ſenſitiuam et ipſammet eſt ſen-
ſitiua: ergo producit ſe. ¶ Dicendum ad hoc ꝙ non
ſequitur producere ſe: quia triplex eſt continentia. ſ
formalis et virtualis et eminentie anima vero intel
lectiua non continet ſenſitiuam niſi formalr ideoqꝫ
non habet vim producendi ſe.

¶ Vlterius arguit aguſtinꝰ nimphꝰ
cō. 31. 2. de anima ſequitur ꝙ homo non poſſet nutri
ri quoniam trāſiret anima de ſubiecto in ſubiectum
naturaliter patet: quia tranſit a materia que exala-
uit ad materiaʒ alimenti. Dicendum vt ſupra dixi-
mus in primo phiſicorum ꝙ nutritio hominis eſt mi-
raculoſa: ſed rectius dicerem non eſſe inconueniens
ꝙ anima tranſeat de ſubiecto in ſubiectum quando
quod aduenit vere facit vnum cum preexiſtēte ſicut
enim angelus quādo eſt in loco minori maximo pōt
multiplicare ſe ad maiorem locum ita et anima pro
pter habere ſubiectum diſpoſitum poteſt multiplica
ri ſe ad maiorem locum: ita et anima propter habe
re ſubiectum diſpoſitum poteſt multiplicare ſe ad lo
cum maiorem illo quem habet: inter tenētes tantuʒ
vnicam eſſe in homine formam quidam dicunt ad il-
lam precedere tantū in materia plures animas ſcili
cet vegetatiuam et ſenſitiuam quas ponunt corrum
pi in aduentu rationalis, alij vero dicunt non corrū-
pi quidam autem tenent non precedere animas ad
productionem rationalis: ſed ſolam formam embri
onis cum organiʒatione: tenet preterea Diuus tho.
in corruptione ſubſtantiali deueniendum fore vſque
ad materiam primam tam in ſubſtantijs quam in ac
cidentibus cuius contrarium tenent nominales: et
Scotus. Quo modo auteʒ ſaluaret diuus Thomas
ꝙ leproſus generet leproſuʒ: atque quomodo gene-
ret fomes peccati originalis in nato diximꝰ modū
ſuper primo phiſicorum. Materie de potentijs anime
adde et quod auerrois in libro deſtructionis deſtru
ctionum diſputatione. 8. in ſolutione. 6. dubij et augꝰ
nimphus ſecundo de anima cōmen. 39. dicunt ꝙ ani
ma non concurrit ad ſuas potentias in genere cau-
ſe efficientis: ſed ſolum ſubiectiue et finaliter quod
hac ratione ſuadet quidquid eſt cauſa alicuius pro-
prij accidentis eſt etiaʒ cauſa eſſentie ſuper qua fun
datur illud accidens ponit exemplum deus eſt cau-
ſa mundi, quia eſt cauſa motus celeſtis quod eſt pro-
prium accidens eius et ſimiliter intelligentia ē cau-
ſa celi: quia eſt cauſa motus celeſtis: ſi igitur eēt aīa
cauſa effectiua ſuarum potentiaruʒ que ſunt accidē
tia propria et connaturalia ipſi eſſet anima cauſa ſui
met. Item inquit auerro. nihil poteſt ſimiliter eſſe in
actu et in potentia niſi ſit compoſitum ex materia et
forma. namqꝫ ſi aliquod mere in diuiſibile poſſʒ ſimi
liter eſſe in actu et in potentia ſequeretur ꝙ non poſ
ſet probari primum motorem eſſe in mobilem: quia
ſemper diceretur ipſum eſſe mobilem: quia partim
eſt in actu et in potentia: ſed diceretur animam eſſe
cauſam ſubiectiuam ſuarum potentiarum et cauſaʒ
finalem operationes enim ſunt propter animam: et
potentie propter eandem hec Auerro. et nimphus
locis preallegatis.

Dubitatio hec ſiunt ab Ariſtote
le mota primo quia Ariſtoteles dixerat ſecū
do de anima cepitulo d̄ tactu ꝙ ſenſus tactꝰ
eſt  lures hec tamen ratio non vſqꝫ quaqꝫ ſuadet nā
intelligitur ꝙ ſenſus tactꝰ ē plures pluritate diſpo-
ſitionum qualitatiuarum in organo repertarum pro per
cipiendis diuerſis contrarietatibus non reducibili-
bus in vnam contrarietatem: ſecunda ratio eſt quia
aliquis ſenſus percipit grauitatem et leuitatem: et
nou niſi ſextus igitur dicas ad hoc ꝙ immo ſenſus ta
ctus percipit grauitatem et leuitatem: tertia ratio
cadauer hominis mortui quando tertia die pellitur ſu
per aquas eſt leuius aqua, et tamen ſentitur grauiꝰ

ea a ſenſu tactus: ergo errat circa grauitatem. Dabilis eſt, ergo ſenſus proprius circa grauitateʒ minor probatur quia ante quam aqua impleretur erat grauius ea, ergo et modo conſequentia patet, quia propter hanc rationem dicit auerro. quarto decelo ꝙ veſica inflata peſundat amplius quam non inflata quarta ratio de gelu quod eſt leuius aqua: et tamen equalis quātitas eius cum aqua ponderat magis aqua. Dicas ad hoc illud eſſe ex diſparitate forme. 5 ratio titillatio ſentiť et nō niſi ſexto ſenſu: igitur qui a nō tactu qꝛ vbique fieret. Dicas a certo modo motus ſexta ratio ſemine ſolum tāgente virile mēbruʒ delectatur totuʒ corpus, ergo ſentit ſenſu aliquo et nō tactu. Dicatis ad hocꝙ ex tranſmiſſione ſpirituū a principalibus delectatur et hec delectatio a natura fuit inuenta ne natura abhorreret turpem actum

¶ Textus hic mihi repetēdus habetur ab ariſtotele ſi themiſtio ſimplicio atq; grecis omnibus expoſitoribus crediť, in principio libri. 3. de anima: quos imitatur Doctor ſanctus commentor tamen auerro. illum facit eſſe ſecundo de anima cō. 128. quem fere omnes moderni inſequūtur vbicunq; ergo ille ſit ariſtoteles mouet tres queſtiōes quas intēdo ī hac noſtra lectiōe examinare. ¶ Pria eſt an ſit dabilis ſenſus preter quinque ſenſus ſecunda queſtio an vltra quinque ſenſus ſit reperire ſenſum interiorem que mouetur ibi quoniam auteʒ ſentimꝰ qḋ videmꝰ et audimꝰ eodē ſecundo de aīa tex. commenti. 136. tertia queſtio eſt an intelligere et ſapere ſitidem quod ſentire que habetur ſecundo de anima textu commēti. 150. ad prime igitur queſtionis examem notabis tamen vt themiſtius hic ꝙ propter. 2. petitur queſtio auerrois commentationeʒ inſequendo qui melius, grecis fuit commentatus in hoc vt aguſtinus nimphus teſtatur ponitur iſta concluſio non eſt ponendus ſextus ſenſus preter quinq; quod ariſto. tribus de moſtrationibus deducit ſcilicet amediis ab organis et abiectis primas duas dicit auerro. quaſi demoſtrationes materiales tertiam vero preſtantiorem vtpote que cauſe finali innitatur que inter oīa genera demonſtrationis obtinet primum locum Ariſto. ſecundo poſte, prima igitur demoſtratio eſt talis omnis ſenſus ſentit per medium intrinſecum aut extrinſecum Sextus ſenſus non ſentit per medium intrinſecum aut extrinſecuʒ ergo conſequentia eſt nota in baroco maior patʒ oē medium eſt intrinſecum aut extrinſecum omne ſentiens ſentit per medium ergo omne ſentiens ſentit ꝑ medium intrinſecum aut extrinſecum conſequētia eſt nonta in barqara nec obſtat ꝙ complexū ex mō et termino tenenti ſe ex parte eius in minori ſupponit pro aliquo pro quo non ſupponebat medium in maiori. nam id verum eſt in negatiuis non autem in affirmatiuis in nega. non ſequitur nullum album eſt nigrum brunellus eſt albi equus: ergo brunellus nigri equus non eſt: maior eſt nota nam vel medium ē coniunctum organo vel non ſi primum ſic eſt intrinſecum ſi ſecundum extrinſecum: minor tamen perſuadetur ex ariſtotele libro ſecundo ō anima intus exiſtens prohibet extraneum recipiens denudatum eē debet a natura recepti. Secundo patet experientia que vt Auerrois ſermonū verū ē vt conueniat rebus ſenſatis auicē. 2 ca. de experimento experimētis, que non ſunt ſm rationē accidit ꝙ nec vnū valeant quia tactus non ſentit ſuas qualitates alias eēt in continuo actu ſimiliter aſſimili non fit paſſio: ergo nec ab eodem preterea cum odores fragrantes percepimus videtur ꝙ et ſi repleti eis non immutamur ab eis. Item ſi comedit quis alea, vt alter non olfacit illum ſed alius ita quia ſenſibile ſuper organum: ergo indiget medio ſimiliter inuiſibile ſi ſuper viſuʒ eſt cum non fiat actu color non videtur ergo intentū ergo omne ſentiens indiget medio ꝑ quod ſentiat: in oppoſitum ſunt ariſtotelis multe rationes: Pria ꝙ exiſtens in oculo videri queat. Itē punctus in neruo dolet et eſt ſenſibile ſuper ſenſuʒ igitur. Preterea ratione ſic ſi ſit in organo ſimilis qualitas ei que eſt in medio quid prohibet ꝙ ſentiatur illa qualitas q̄ ē in medio: naʒ poſſunt produci ſpecies intentionales productiue notitie qualitatis illius: vt vnus oculus videt alterum ſimilē omnino: ergo et qualitatem q̄ eſt in eo cuʒ ſit melius applicata. De hac re ſenſerūt multi diuerſiſſime, preſertim ſuper organo tactꝰ aſſerentibus quibuſdam carnem de mente ariſtotelis vt patet ſecundo de partibus anima tractu ſecundo capitulo primo quibuſdam neruum, vt patet ſecūdo de anima: vbi loquens de tactu dicit: nō ſentit caro ſed quod intus: vnde Conciliator differentia. 42. dicit ꝙ ſenſibile ſuper ſenſum naturaliter diſpoſitum non cauſat ſenſationem bene ſuper neruum diſpoſitū preter naturam. Themiſtius dicit cum dicit ariſto. carnem, intellige cordis: que ſe ipſa, vt Auicenna ō anima: 5: ſentiat. Sed aliter etiam dicunt quidam ꝙ neruus non eſt organum prope cerebruʒ bene diſtanter ab eo: ſaltem caro organū eſt: vt patet in neruo abſciſo qui non renaſcitur et ſentit caro ſola irradiatione Truſianꝰ. 3. thegni illo cano. et nerui et tenantos dicit ꝙ caro muſculoſa eſt organū tactus: et ſic dens quia ſecundū euʒ eſt mēbrum carni proportionatum ſentit ſe toto et ſic dicit non indigere medio vt patet per iam dicta: preſertim in guſtu odoratu et tactu: ſed in viſu, et auditu de per accidens indigemus medio: et quia viſus non videt niſi illuminatum et: quia ſonus ſit cum quodā aeris motu. Confirmant ꝙ non indigemus medio in ſenſu paniculoꝝ et ideo Ariſtoteles intelligatur vt dicit Thomas de garbo tracta. 5. queſtione. 24. de ſenſu ab extra: et eſt optima ſententia quare Buridanus queſtiōe. 24 ſecundi de anima qui nititur ſaluare Ariſtoteleʒ nō habet finem ſuū vniuerſaliter. Ad rationes in oppoſitum. Prima ratio de neruo puncto dico ſentire ſolutionem continuitatis carnis ad ſecundam de oculis que eſt fortior ratio. Dic ꝙ nō ē ſuꝑ organo.

¶ Deinde textu pro ſequitur probans numerum ſenſuum exteriorum ex organis dicēs ꝙ ſola tria elementa poſſunt dominari in ſenſibꝰ terra in tactu et guſtu aqua in oculo cuʒ maxime viridi in ſanitate delecteť ſicut in egrotante nigro: ⁊ eius infuſio in aqua frigida conſeruet eius ſanitatē et aer auditu et olfatu quoad odorantia cum reſpiratione aer quo ad odorantia ſine reſpiratione aliquomodo aqua ignis nullius eſt cuʒ ſit maxime edax et conſumptiuu et pro anime operibus minime congruat calor vt patet in capite frenetici propter calorem delirantis ſi eſſet ſextus ſenſus eēt quintū elementum: ibi dominans.

¶ Hic de dominio elementorum agatur quo ad molem et omnes qualitates primas ſecundas et tertias ⁊ ſimiliter grauitatē ⁊ leuitatē,

¶ Tertia demonſtratio eſt ab obiectis: ſi eſſet ſextus ſenſus eſſet aliqua ſexta qualitas ſenſibilis que non ſentiretur a.5.ſed talis non eſt ergo nō eſt ſextus ſenſus ſuper hoc applicabuntur bone tres difficultates.

¶ Sed diceres ille ſextꝰ ſenſus erit ſenſibilium cōmuniū contra omne quod ſentitur a.5 ſenſibus non habet ſenſum propriū:ſed ſenſibile cōune ſentitur.a.5.ſenſibus,ergo non habet ſenſuꝫ proprium vnde dicit ſenſibile comune non eſſe per accidens,quia ſentiretur ab aliquo ſenſu proprio:et eēt illius obietum adequatum ſuper hoc queratur an ſit aliquod ſenſibile cōmune.

¶ Secūda queſtio ē talis: an preter ſenſus exteriores ſit dabilis ſenſus interior.

¶ Tertia queſtio an ſupere et intelligere ſit ideꝫ ꝙ ſentire ariſtoteles recitat ꝙ ſic auctoritate empedoclis dicentis,voluntas hominum ſemper augetur vnde eis ſapere ſemper altera preſtat ideſt cum breui tempore alteratur vnde nouitas temporis ſemper altera ſapere preſtat: ergo breui tempore mutatur ⁊ eſt corporalis vnde homerus talis eſt intellectus in terrenis qualem deducit pater hominum deorumqꝫ ꝙ autem voluit Homerus fuit. ꝙ ſol producit noſtruꝫ intellectum:ſed nil vltra gradum ſue perfectionis igitur ſed Ariſtoteles probat ꝙ nullatenus ſit ſenſus:quia ſenſus conuenit omnibꝰ animalibus,ſed non intellectus igitur ¶ ſecundo: qꝛ ſenſus non errat circa ſenſibile proprium:ſed non intellectus tertio:quia ſemper intellectui cōiungitur ratio,ſed non ſenſui igitur.

¶ Super ſecunda demoſtratiōe dubito dominio quomodo illud intelligatur cuꝫ illud ſit verum,vt Ariſtoteles teſtatur primo de Celo, atque illud ſecundo de generatione negans equale ad pondus atque inde ſenſu et ſenſato pro cuius declaratione ſubiungam aliqua:primo,ꝙ non eſt hoc dominium quoad ſubſtantiā rei elementaris in mixto manentem non quidē ꝙ aliqua forma ignis ſit per totum:quia illud eſt impoſſibile bene intelligenti: Si enim in mixtione miſcibilia agunt et forma vnius non,eadem numero tranſfunditur alteri: ergo non poſſunt omnes ſimul ſpargi per totū: ſed imaginando quaſque formas ſuis materijs ſimul habere formaꝫ ſuperadditam et ſic quelibet pars mixti eſt mixta ideſt habens formā mixti:ſic Thomas dē garbo trac.primo ſue ſumme,ꝙ autem hec opinio nō ſit vera vnica ratione ſuadeo ſumēdo minimū naturale lapidis et ſuponendo minimuū rari eſſe maius minimo denſi et ſequitur ibi eſſe iguem et non eſſe ignem qd̄ eſt contradictio ꝙ ſi dicas ꝙ forma ignis in eē violento bene ſtat ſub minori minimo ſequitur ſaltē poſſe ſtare ignem ſub quantumcūqꝫ aduerſis qualitatibus et ſic nequire corrumpi quod eſt falſum:ſed qs pro parte Auicenne inſtaret ſequitur bene vbi manēt diſpoſitiones conſeruatiue forme manet forma: in lapide manēt diſpoſitiones conſeruatiue aque ergo manet aqua dic ad hoc verū eſſe niſi celum ſpeciliter corrumperet elementū predominans ita marſilius primo de generatione nō eſt: ergo dominium elementi ſꝫ ſubſtantiā elementi igitur dominia que elementorū eſſe poſſunt in mixtis ſunt quoad moleꝫ ideſt quoad ſubſtantiā proportiōalē elemento ⁊ ſic albertus magnus in libro de proprietatibus elemētorum tenet in omī mixto terram dominari quo ad molē plus:enim de mole terre a intrat in quouis mixto ꝙ de alijs ſecūdo modo elementum dicitur dominari quoad qualitates alteratiuas ſuper quo gen.i. primi.do.3.decom.c.i.tenuit ꝙ in omni mixto dominatur aer preſertim in animatis omne enim tale calidum eſt et humidum quod ratione fulcitur bella q̇dem omne mixtum fit digeſtione ſed digeſtio eſt paſſio facta a calido ex contra iacentibus paſſiuis igitur quod tamen haud dubie falſum eſſe patet regula galeni ſecundo de complexionibus.c.ſecundo in iudicando ō qualitatibus tangibilibus nullus certior iudex quam tactus:ergo falſa cuius contrariuꝫ tenuit Iheronimus anges ſecundo de cauſis pro rietate nona omne mixtum preſertim animatum frigidum: et ſiccuꝫ eſſe quod dicit patere rationibus de corde quod mortuū videtur quidem melancolicum: et de ſanguine qui frigeſcēs eſt deteſtabile nutrimentum et ſi dicas non ſit operatio niſi cum igne ſecundo de anima ī hoc dicit Ugo ſenenſis ſua qōne extrauagā Monſtratur mira nature ſagacitas quod licet mixtum ſit frigidum attamē vtitur calore anima ad operandum licet remiſſo,quia frigiditas per ſe nullas corporis humani operatiōes ingreditur quod etiā galenus ſecundo de complexionibus amplius declarauit relictis: ergo extremis opinionibus apparet verius quidem in mixtis quibuſdam dominari frigus in quibuſdam calor etiam animatis aliud dominium eſt in qualitatibꝰ motiuis quod apprime nota vtpote vtiliſſimuū quod nō ſufficit ad hoc ꝙ aliquod ſit leue: vt multo plus habeat latitudinis caloris q̄ frigiditatis:ſed ꝙ eo caliditas ſit multum accedēs ad ſummū:vt patet in animalibus quare iſta conſeq̄ntia ē bona hoc habet equaliter de leuitate ſicut grauitate: ergo eſt calidu ꝫ a dominio eſſet tamen alicui dubitatio quomodo,ſi ex dominio terre grauis eſt plūbum graue non eſt: tamen terra tam grauis vt plūbuꝫ dicas in hoc id eē ex maiori multitudine forme ideo ponderoſius eſt plūbum.ſed nō grauius dicas etiam in hoc ꝙ forſitaꝫ illa maior grauitas veniſſet vel a celo vel aliunde: ſed de dominio in ſecundis qualitatibꝰ vt denſitate raritate vnde prouenit maior denſitas in lapide quam in terra cum fiat a frigiditate et ſit maior in terra niſi recurras ad celuꝫ nil dicere poteris vere nec mirū ſi hec ad celum adduxeris vt meminit picus Mirandulanus tertio contra aſtrologos hic recitare poteſt que dicit ille: ō dyaphaneitate difficilius eſt prouenit: ne ex dominio elementorum dyaphanorum vt ex aqua vel aere nō certe nam in criſtallo terra dominatur cum ſit grauior a qua prouenit ex raritate non: nam criſtallus eſt denſa et tamen dyaphana quid ſi prouenit ex ſubalternatione pororum: Ariſtoteles in probleumatibus:ſed certe in ipſis elementis dyaphaneitas atque in multis celis penes rarum attenditur vnum: tamen non tacitus preteribo ꝙ ſtat dominari elemētum aliquod quoad molē et qualitates altera:et motiuas in vno mixto et tñ aliud dominari quoad tertias qualitates:quod demōſtrat gentilis de flegmate vitreo et deniuibus que primo vere eliquate ſunt frigidiores: ſed dubium eſſet non contēnenduꝫ vare quomodo in criſtallo ſit maior grauitas quam in aq̄ ſi eſt aqua gellata et gellu eſt leuiꝰ aqua propter exhalationes terreſtres:recurre ad virtutem lapidi ſicam vt virtus informatiua fortis facit bonaꝫ figurā

eꝝ malo ſemſe vtꝝ cōpoſitio iſequit̃ cōplexionē nicho

¶ Super tertia demōſtratione qua nititur ſuadere ꝙ ſenſus tactus ſentit omnia tangibilia arguitur ſic: In prima fame ſentit ſenſus tactus oris ſthomaci et tamen non aliquam qualitatem tangibilem: ergo intentum: antecedens probatur: ſeqꝫ bene hic appetit: ergo cognoſcit vel cibuʒ et hoc nō quia non eſt preſens vel quid cognoſcit: dico illam malaʒ qualitatem: ergo ſenſibile ſuper ſenſum mihi: videtur ꝙ illa prima fames non eſt ad cibum, ſed ad ad refutationeʒ male qualitatis ſolius diceres quomodo: ergo eſt appetitus de cibo dico dictante ſenſu interiori accingūtur potentie inferiores, vt querāt illum ex quo infero ꝙ nunquā ſthomacus appetit cibū quem non habet appetituʒ, ſed bene quem habet appetitu complacentie.

¶ Secundo arguo ſic temperatus tangens temperatū ſentit ſenſu tactus et non aliquā primā qualitateʒ quod patet, quia a ſimili nō fit paſſio preterea habens tactum calidiſſimū demus balnei calidioris iniecta aqua calida: ſed minus horripilatur et friget: et tamen non ſentit frigus in ea cū aqua non eſt frigus, vel ſaltem minus calore. Pro his dixit Jacobus, ꝙ temperatus ſentit ſimilem: vt temperatum et remiſſiorem vt remiſſum ſi ſit ſpiritualis alteratio ſecus ſi materialis cuius impugnationem vgo ſenentis longam efficit: ſed mihi ſuper hoc non bn̄ ſatiſfacio.

¶ Tertio arguo tactus ethici ſentit ſuam malā complxonē et tamen illud non poteſt eſſe: quia ſola mala complexio diuerſa ſentitur: ſed antecedens probatur ſic ſummo complxonem cum eſſet diuerſa tūc ſentitur ergo generat habitum: ſed habitꝰ notitie intuitiue preſente obiecto inclinat in intuitiuam: ergo intentum.

¶ Preterea hic dubitatur: an ſit dabile aliquod ſenſibile cōe reales ita darent naʒ quātitas eſt ſenſibile cōe et omnia hec ponunt̃ diſtincta realiter a ſenſibilibus ,pprijs: ſed ſm nominales hec propō magnitudo eſt ſenſibile cōe non verificatur: vt ly magnitudo ſuppōat perſonaliter: quia nec iſta magnitudo demonſtrando ſubſtantiam eſt ſenſibile cōe: qꝛ non ē per ſe nec eſt ꝟa demōſtrādo magnitudinem idemptificatā accidenti ſapor vel alter, ſed vt ſupponat ſimpliciter vt ſit ſenſus iſte terminꝰ magnitudo ſignificat plura ſenſibilia per ſe que ſunt ſenſibilia per ſe a pluribus ſenſibus: ita Tho. de garbo tractatu quinto ſu. queſtione. 25.

¶ Secūda queſtio Ariſtotelis erat an ſit dabilis aliquis ſenſus interior: id autem rationibus perſuadetur et experientijs primo: quia in cerebro ponuntur tres ventriculi: ergo etiam ponent̃ alique potentie interiores. Secundo experientijs perſuadetur: primo aliquis ſenſus cognoſcit omnia ſenſibilia exteriora: patet de cane qui moſtrato pāe et lapide inſequitur panē relicto lapide: ergo iudicat hoc album non eſſe dulce: ergo iudicat album et dulce: patet ex Ariſto. ſecundo de anima dicenti quicunqꝫ facit differētiā inter aliā cognoſcit illa inter que eſt differentia primo ethicorum. Dicit etiā Ariſtoteles vnuſquiſque bene iudicat ea que cognſcit: et eorum eſt bonus iudex. Secundo arguo ſic aliquis ſenſus cognoſcit ſe cognoſcere nō exterior: ergo interior quod eſt intentum antecedens patet de cane vocato qui vertit faciē: ergo indicat ſe poſſe videre. Tertia ratio de memoria equi qui relicto a domino vadit donec attingat locuʒ vnde venit: quarta ratio eſt experientia Auicenna prima. 6. naturalium capitulo finali et quarta ſexti naturalium capitulo primo vbi dicit conſidera diſpoſitiōe vnius gutte cadētis ⁊ circuli igniti et videbis eſſe dabilē interiorem ſenſum: nunc tamē breuiter videndū eſt de numero ſenſuum interiorum et primo narratur opinio Auicenne doctri. 6. de virtutibus capitulo quinto quem ad litteraʒ inſequitur Aliacenſis in ſuo libro de anima et pro eius declarationem noto. cerebrum diuiſum eē in partes duas ſm longitudinē idēqꝫ ſm latitudinem mediante pia matre conſidera tamen ꝙ prima diuiſio non facit ventrium ciuiſionem, ſed fit: vt vna parte leſa reliqua ſaluetur incolumis: ſecunda fit ꝑ latitudinē vbi fit ventriculorū: diuiſio in prima ergo parte eſt ſenſus communis et phantaſia quorū officia ſunt ſenſus communis: non vt quidam dicunt formare aſſenſus. Nam id officium eſt imaginatiue, ſed omnium ſenſibilium formare notias atque actuum ſenſuuʒ exteriorum: ſed phantaſia id in abſentia reſeruat atqꝫ cognoſcit deinde imaginatiua que cōponit ſpecies vt mōtem ſmaragdinum eſtimatiua inſequitur iudicia, et iudicat ſub ratione boni: aut mali: ex intentionibus ſenſatis elicit nō ſenſatas, id tamen falſum eſt. Nam cum inimititia ſit actus appetitus ea non eſt cognoſcibilis ab oue: nam ſi eſſet pellis ouina vtiqꝫ inueſtita paleis fugeret et vbi nō cognolcit inimititiam: quia non eſt: et id patet etiam de graculo qui vuas mire depictas venit deuoraturus et deceptus eſt ibi, non cognita eſt amititia: ſed quintus ſenſus eſt potentia memoratiua de qua: et ō potentia reminiſcitiua dicamus tantiſper ſupponendo quod memoratiua potētia et reminiſcitiua capitur bifariam. Uno modo pro potentia reſeruatiua. Alio modo pro potētia cognoſcitiua reminiſcitiua vno modo dici poteſt illa potentia que eſt inquiſitiua ſemiobliti et hec ſoluʒ in homine reperitur. Alio modo capitur pro potētia reſeruatiua ſpeciei quaſi delete: vel iam delete et acquiſite vnde Auerrois in libro de memoria dicit ꝙ memoratiua ē continua ſed reminiſcitiua eſt reſeruatio inter cepta: ſed nota apud Ariſtoteleʒ ſolas has tres potentias repertas ſenſu commune phantaſiam et memoriaʒ phantaſia apprehendit ſub ratione boni et mali: ſed ſenſus cōmunis quod iam dictum eſt et non ſunt diſtincte loco et ſubiecto quod ſic ſuadetur. Primo dictuʒ ariſ. in de memoria eſſet falſum ꝙ habentes bonum intellectū eēnt male memoratiui ⁊ bene memoratiui eēnt mali intellectus. Itē ſi ſenſus communis alicubi non eſſet maxime in parte poſteriori: ſed ibi ad eſt: ergo patet: quia nerui auditus a parte poſteriori veniunt ergo ibi recurrūt ſpecies. Id confirmatur: qꝛ ita tꝫ matheus de gradi capitulo de li. ita Truſianus capitulo de cerebro. Ita Ugo ſenenſis eodem capite: ſecundo thegni. Ita Jacobus forlinienſis ſecundo theg. queſtione. 16. ō memoria: tamen noto ꝙ nō conſiſtit in ſicco cū non ſit eius bonitas in multū retinendo: ſed reuocare cito ſpecies in ante: patet de corpore temperato melioris memorie quam melancolicū teneo preterea memoriam plus ledi frigido ob tarditatem motus quam humido ob labilitatem.

¶ Hic dubito An poſſit ſenſus exte-

rioꝛ percipere ſe percipere et pꝛo hac parte arguo
ꝙ non autoꝛita. Ariſt. tertio de anima vbi dicit nulla
potentia mãlis eſt reflexiua ſui ꝓpꝛij actus et eiuſdē
auto. arguo vbi dicit inde ſenſu et ſenſato: eſt quidē
vn⁹ comunis ſenſus qui videt que audit et ſentit vi-
ſus aut non ꝓpterea videt: et ratione ſic. ſic eſſet pꝛo
ceſſus in infinituꝫ et poſſet ſenſus percipere ſuaꝫ ſen
ſationem notitia reflexa et iterũ illa ſenſatio notitia
reflexa in oppoſitum eſt auto. auerrois ſecũdo ᵭ aïa
cõ. 138. vbi expꝛeſſe ſemper dicit oppoſituꝫ. ‖Dic no-
to ex ſententia ſimplicij et illi⁹ grauiſſimi expoſito-
ris Ariſto. iamblici ꝙ differeetia exiſtit inter ſenſuꝫ
et intellectuꝫ: nam intellectus ſuam nominã potenti
am et eſſentiam dignoſcere valet: ſed ſenſus ſoluꝫ ſu
am notitiã: non autem ſenſum et eſſentiã anime dig
noſcere valet et nota pꝛeterea ſuper hoc ꝙ licet con
cedamus in hominib⁹: non tamen in bꝛutis animali
bus pꝛopter enim oꝛganum eſſe coniunctum tam ex
cellenti aïe aïa valet cognoſcere notitiam exiſtentē
in oꝛgano: id etiam maxime perſuadetur autoꝛita-
te Ariſt. cum enĩ Ariſt. queſiuit in ſecũdo de aïa tex.
cõ. 136 an eodem ſenſu ſentiamus nos ſentire an di-
uerſo facite rationes ꝙ diuerſo: et ſoluit eas et ad il
lud quod codeꝫ ſenſu nil rñdet: ergo eſt hui⁹ opinio
nis. Tum ad rationes in oppoſitum cũ arguis nulla
potentia materialis. dico ꝙ ſenſus hominis bene eſt
materialis ex oꝛgano: ſed non ex potentia. Iteꝫ noti
tia receptiue eſt in oꝛgano ſed reflexa eſt in aïa: et
ad rationē qõ eſſet ꝓceſſus ĩ infinitum: qꝛ anima ite-
rũ põt cognoſcere ſuã notitiã: diſtinguo vt ſenſus: ne
go: ſecus vt intellectus.

¶ Ad tertiam queſtionem quero de
potẽtijs anime, an diſtinguãt ab anima. Pꝛo cui⁹ de
claratione nota ꝙ doctoꝛ ſubtilis in. 4. ſen. diſt. 45
tꝫ potentias aïe intellectiuã ꝛ volitiuã idemptifica-
tas anime realiter diſtinctas: tñ foꝛmaliter ſenſum
tñ agregatuꝫ ex aïa et oꝛgano et ſic ſenſuꝫ perfectio
rem intellectu cõtra quē eſt inſtãtia vbi nã ſit notitia
extenſa nũquid eſt tota in toto agregato ex anima ꝛ
oꝛgano: vel vbi eſt et ſi eſt ibi an ſit copulatim an co-
pulatiue: Secũda eſt opinio ochã ſecũdo ſen. q. 24.
et. 25. tenentis animã ſenſitiuaꝫ eē idē ꝙ potẽtia ani
me ſed intellectiuaꝫ ideꝫ ꝙ intellect⁹ ponit tñ potē
tias ſenſitiuas in diſtinctas eſſentialiter: ſed diſtinc
tas ex diſpoſitionibus: vnde infert ꝙ intellectus eſt
perfectioꝛ ſenſu in quo ſ licet parũ diuagaboꝛ ᵭcla-
rando ochan. Tertia eſt opinio gregoꝛij in diſtĩctio
ne decima ſexta, et. 17. ſecũdi ſententiarũ tenentis:
ꝙ omnis potentia eſt idem ꝙ anima ꝛ tenet ꝙ ſenſus
eſt idem ꝙ anima. an tamen ſit ſenſatio intellectio:
dico ꝙ non. nã hec non dependet ab oꝛgano in eſſe et
in conſeruari illa vero dependet ab eo quare in ſen-
ſue õpoſito hec eſt vera poſſibile eſt animam ſepara
tam ſentire vt ſi maneat ſenſatio in ea deo ſupplente
ſpecialiter vicem oꝛgani: vnde ſequitur ꝙ ſecũdum
gregoꝛium: ſapere et inteligere non ſit ſentire.

¶ Nunc de actibus iſtarum potẽtiaꝝ
quomõ inter ſe differant ſcilicet penes extenſuꝫ ĩ ex
tenſum cõe diſcretũ cõnotatiuuꝫ abſolutũ. intuitiuũ
abſtractiuuꝫ. quo ad pꝛimũ: dico ꝙ non differunt eēn
tialiter qꝛ omnis qualitas in extenſa poteſt eē exten
ſa et viceverſa ſed ſolũ accidentaliter quo ad ſecun
duꝫ. ſ. cõe et diſcretũ arguo ꝙ ſenſus poſſit foꝛmare
notitiam cõem pꝛimo habet ſingularem ergo cõmu
nē patet qꝛ illa eſt ſufficiens cauſa ei⁹ per doctoꝛem
ſubtilem ſecundo poteſt foꝛmare bꝛutum hanc no-
titiam ſoꝛtis platonis: et ſi vel ſecundum gregoꝛiũ
ergo poteſt foꝛmare communem, dic ꝙ non poteſt
foꝛmare ſecundum gregoꝛium ex in capacitate paſ
ſi nunc pꝛogredioꝛ declaraturus an pꝛimus concep
tus intellectus ſit ſingularis an communis pꝛo quo
doctoꝛ ſubtilis diſtinctione tertia pꝛimi ſententia-
rum et nominales omnes et Durandus ſecundo diſ-
tinctione tertia tenet: ꝙ pꝛimo ſingulare mouetur
ratione: quia conceptus vniuerſalis abſtrahitur: er
go a ſingulari diceres bene a ſingulari ſenſibili non
per intellectum contra Auerrois duodecimo me-
taphiſice textu commenti quarti. dicit vniuerſale
eſt quid collectum ex ſingularibus in intellectu. itē
pꝛimo phiſicoꝛum commento quinto dicit licet ſingu
lare non ſit pꝛincipiũ demõſtrationis eſt tamen pꝛin
cipiũ inquiſitionis vniuerſalis idem Euſtratius. pꝛi-
mo ethicoꝛum.

¶ Oppoſitum doctoꝛ ſanctus pꝛi-
ma parte: queſtione octuageſima quinta: articulo
tertio ꝙ pꝛimus conceptus ſit vniuerſalis eo ꝙ intel-
lectus tertio de anima intelligit ſingulare per li-
neam reflexam: hoc eſt ſpecies intelligibiles pꝛo-
ducunt in vniuerſale pꝛo conuerſionem ad phantaſ-
mata in ſingulare ſecundo pꝛologo phiſicoꝛum ab
vniuerſalibus ad particularia innata eſt via idem
pueri pꝛimo appellant, omnes homines patres, et
omnes feminas matres. idem Auicenna in ſua me-
taphiſica ens et res pꝛima impꝛeſſione impꝛimun-
tur in anima: Sed apud nominales: et Scotum
eſt dubietas de modo foꝛmandi poſt ſingularem con
ceptũ vniuerſalem. Nã ſcot⁹ diſtinctiõe. 3. pꝛimi ſen.
tꝫ ꝙ ſpecies ſpecialiſſima pꝛio poſt ſingulare foꝛmat
n. pꝛincipiũ oē actiuũ quod ē ſufficienter in actu reſ-
pectu alicuius effectus producit meliorem quē põt
ſed ſic eſt intellectus in formatus conceptu ſingu a-
ri ergo ſed Ochaꝫ tꝫ quotli. pꝛimo queſtione ꝓpꝛia
ꝙ ſi ſingulare ſit vagum nimis confuſum poſt illõ foꝛ
matur conceptus vniuerſaliſſimus ſi vo determinatũ
ſpecies ſpecialiſſima cui opinioni magis ceteris aſ-
ſentio. Scotus reſpondet ad autoꝛitatem thome ꝑ
illuꝫ duplicem oꝛdineꝫ diſtincte: aut confuſe concipi
endi: ſed quomodo foꝛmetur conceptus cõis dubito
ad quod tripartita via eſt nam quidã tenent ꝙ con-
ceptus cõis cauſatur ex vno cõceptu ſingulari vt do
ctoꝛ ſubtilis in diſtinc. tertia pꝛimi ſententiarum, ſi
ſit conceptus ſpecificus ſi vero ſit conceptus gene-
ricus ſaltē duo conceptus ſingulares duabus ſpecie
bus coꝛreſpondentes: ſed ſecundum ochã requirũ-
tur duo conceptus ſingulares ſed gregoꝛius opinat
requiri duos et vnam notitiam comparatiuam qua
cõparentur illa duo ꝓut eiuſdem ſpeciei: vt ſi ſit ho-
mo conceptus ſufficit conceptus ſingularis petri et
et etiam requiritur pauli conceptus ſimul cũ notitia
cõparatiua non q̃ cognoſcat, iſte eſt hõ et iſte eſt hõ.

¶ Secũda differentia eſt penes con
notatiuum: et abſolutuꝫ in quo monſtrat ꝙ ſecũdum
omnes ferme noĩa ſenſus exterioꝛis eſt abſoluta ſed
ſenſus interioꝛis põt eſſe concreta: et intellect⁹ quo
rũ rõ põt eſſe hec: qꝛ da oppoſituꝫ ſenſus exterioꝛis
nõa põt eſſe cõnotatiua ſit de albedine: ſequit ergo:
ꝙ illa p̃ſupponit duas abſolutas: ergo hēbit ꝑ ſenſuꝫ
exterioꝛē notitia abſoluta de albedine qõ erat inten
tũ ſed dic pꝛeſupponit abſolutaꝫ non adequataꝫ albe
dinis et certe mihi melius apparet cũ petro aliacen

ſi ꝙ oīs nōa exterioꝛ eſt concreta.cōnotatiua nā ſen
ſus exterioꝛ eſt imperfectioꝛ ergo ĩpſectius cognoſ
cit pꝛeterea non cognoſcit niſi accidentia:ergo intē
tū quod percipit cōnotatiue.

¶ Tertia differentia penes intuiti-
uaʒ et abſtractiuaʒ itaqꝫ ſenſus exterioꝛ percipit in
tuitiue tm̄:ſʒ interioꝛ intuitiue et abſtractiue:et ītel
lectus ad ideʒ:ſed que ſunt illa que percipit intelle
tus creatus ſenſus vterqꝫ ad mentē gregoꝛij in diſt.
tertia.q.4.bꝛeuiter dicaʒ.q.pꝛīa illiꝰ diſtin.agit de
mō cognoſcendi ſenſibilia non ſenſata et dicit illa nō
cognoſci īmediate in ſeipſis ſcđo:ꝙ nec ꝑ ſpēs rece
ptas:ita ꝙ generēt aliquē cōceptū ꝓpꝛiū diſtinctuʒ
et ſingulareʒ illius rei abſtractiuuʒ tm̄: nā tunc cecꝰ
a natiuitate poſſet diſtincte cognoſcere coloꝛes ſi ad
cognoſcēdū hoc ſenſibile ſufficit ex alijs obiectis ac
quirere alias ſpecies nec in cōceptu cōpoſito ꝓpꝛio
cognoſcit actualiter,aut habitualiter ꝙ ille cōceptꝰ
eſt conceptus illius rei:ſed non poteſt hoc cognoſci
ꝙ ille conceptus vt actus diaphani ſm ꝙ diaphanuʒ
ſit conceptus alicuius rei.naʒ vel per efectū vt calo
reʒ et hoc non:vel de ſono per motuʒ coꝛpoꝛuʒ ſonā-
tium et hoc non maioꝛ patet. nā ob id nil cognoſcit
aliquis per iſtū conceptuʒ circulus equalis quadra
to qꝛ nec actu:nec habitu ſcit ꝙ ſit cōceptus alicuiꝰ
rei.nec per hunc circulꝰ angularis licet ſciat ꝺ quo
partes verificētur poterit ergo hēre cognitionē de
ſenſibili nūquā ſenſato cognoſcuntur tamen in ſpē fi
cta et conceptu ficto qui eſt repꝛeſentans vnā rē ex
ſimilitudine ad alterā ſic ꝙ ex ſpeciebus veris elicit
ſpēs fictas nō quidē ſic ꝙ non ſint ſed ꝙ repꝛeſentant
vnā reʒ aliaʒ ex ſimilitudine ad alterā. ¶ Nunc dica
mꝰ de cognitione q̄ cognoſcit ītellectus nr̄ in ſenſibi-
lia poſt dicturi de mō quo cognoſcit deū.q. ſecunda
ꝺ inſenſibilib ꝓbat ꝙ cognoſcat intellectꝰ huānꝰ ſuaʒ
animaʒ ītuitiue et ſpēs et actus:pʒ qꝛ bn̄ ſequit ſcio
me credere.ergo cognoſco actum fidei nō in medio
qꝛ fruſtra ponetur tale mediuʒ:ergo in ſe ergo cog
noſcit illuʒ actuʒ intuitiue vltra ſcit ſe agnoſcere.er
go cognoſcit ſe quod eſt intentuʒ:ſed tn̄ nō ob id ha
bitus intuitiue:qꝛ non ſunt tēte īmutabilitatis,ſʒ ꝙ
cognoſcat abſtractiue hec in ſenſu pʒ qꝛ ſepe quis
recoꝛdatur de ſuis actibꝰ intellectus quos hūit aut
voluntatis:ergo intentū, ¶ Sed de deo agit.q.4.
pꝛio dicit ꝙ nō intuitiue ꝓ iſto ſtatu nec abſtractiue
in aliqua ſpē diſtincta et adequata eius poſtꝙ nō eſt
cognoſcibilis ſic intuitiue:nec in aliquo conceptu ni
ſi cōplexo ꝓpꝛio vt ſummū bonū aut in aliquo cōcep
tu cōnotatiuo ꝓpꝛio vt creatiuū.

Querit vtruʒ det aliquis ſenſus
agens:Ad qđ rn̄det per tripliceʒ opinioneʒ
Pꝛima eſt opinio Joānis de iādūno.q.16.ſe
cūdi de aīa vbi credit ꝙ ſicut dat duplex ītellectꝰ.ſ.
intellectus agens et poſſibilis.quoꝛū pꝛimꝰ eſt ī oīa
facere.Secūdꝰ vero eſt oīa pati:ita dat duplex ſen-
ſus.ſ.agēs et paſſiuꝰ et eius rō pꝛecipua eſt ſupponē
do duo pꝛimū eſt ꝙ nihil agit mediante ſua eſſentia
attingendo effectuʒ īmediate pꝛeter deū:ſʒ indiget
aliquo inſtrumento.Secūdū eſt ꝙ agens ⁊ paſſuʒ de
bent eſſe imediata iſta pʒ ex pħo.7.phiſi.cō.10.qbꝰ
habitis petit agens īmediatū ſenſationis. Si dicat
ꝙ eſt obiectuʒ hoc eſt falſuʒ:qꝛ ſenſibile appoſitū ſup
per ſenſuʒ non cauſat ſenſationeʒ.Si dicat ꝙ eſt ſpe-
cies hoc eſt falſum:qꝛ illa eſt īperfectioꝛ ſenſatione:
ſi vero dicat agens et ipſummet ſenſum qui et patitur
et recipit:ſequit idē ſecūdum eādē rationē ſimul eē
in actu et in potentia qđ eſt falſum iō credit p̄ſatus
doctoꝛ dabilem eē aliquem ſenſum agenteʒ qui me-
re actiue ſe habeat:⁊ aliquē patientē q̄ mere paſſiue
ſe habeat.ſed auguſtinꝰ nimphꝰ ſuper libꝛo deſtruc-
tiōis deſtructionū et auerro.cōtra algazelē.ad finē
tractat hanc difficultateʒ et credit aſſeueratiſſime ſi
cut Paulus venetus ſenſum habere ſe mere paſſiue:
ſʒ differt ab eo:qꝛ dicit ſpēm ſenſibilē foꝛe ipſammet
ſenſationeʒ et imaginatur:ꝙ in qualibet accione re
quirant tria ſcilicet foꝛma per quā effectus habʒ eē
materia per quam vnus effectus habet differentiaʒ
nūeralē ab alio atqꝫ agēs vl'e ſic ꝑi mō in ſenſatione
reqrit foꝛa q̄ ē obm ſʒ qꝛ materia q̄ ē obm eē viſibile
vel tangibile a quibus rationibus habent viſiones:⁊
auditiones et relique notitie ſenſus diſcriminari re
quiritur etiam tertio agens vniuerſale:nam cuʒ ſen
ſatio habeat aliquid ſpirituale:et aliquid materiale
neceſſe eſt ꝙ illud quod in ea eſt materiale. ſumatur
ab obiecto et quod fuerit ſpirituale ſumatur:ex agē
te vniuerſali.ſed in hanc ſuam imaginationeʒ ipe inſ
tat .Ex iſto ſequeretur ait ꝙ pꝛima cauſa eſſet ſenſus
agens.nota eſt falſitas conſequētis:et ſequella ꝓbat
quia quēadmodū dicitur intellectus agens qui fa-
cit ſpecies fieri ſpirituales ita q̇ totuʒ eſſe ſpirituale
ſenſationis tradiderit erit ſenſus agens ad quā q̄ſ-
tioneʒ reſpondet nimphus,dicens quaſdā eſſe actio
nes quarum paſſiones coꝛreſpondentes poſſunt con
uenire coꝛruptibilibus:et in coꝛruptibilibus vt mo-
uere cui coꝛreſpōdet ꝓ paſſione moueri paſſiua q̄ na
ta eſt conuenire coꝛruptibilibus inferioꝛibus : et in
coꝛruptibili celo:ſed generare:aut alterare ē que-
dam actio cuius paſſio conuenit ſolis coꝛruptibili-
bus loquendo de generatione creata : dico ergo ꝙ
paſſio que eſt ſenſatio non conuenit coꝛruptibilibus
et in coꝛruptibilibus et ideo non eſt nata denomina
re in coꝛruptibilem deum deus enim dicitur motoꝛ
ſed non dicitur alterator:nec generatoꝛ loquēdo de
generatione creata. Secūda dubitatio eſt parimō
loco intellectus agentis ſufficeret ponere pꝛimam
cauſam ad quod dicit cū ariſt.tertio de anima textu
tu cōmenti decimi ſexti ꝙ intellectus agēs facit trā
ſire de oꝛdine in oꝛdinem qui trāſitus eſt ſumme ne-
ceſſarius circa phantaſmata que ſunt inteligibilia
in potentia:ſed ad extrahendum ſenſum de potētia
ad actum obiectum ſenſibile ſufficienter eſt in actu,
Tertia dubitatio videtur ꝙ ꝙ ſaltim in ſenſibus inte
rioꝛibus.ſenſus reperiatur agens:quia apud Auer
roim imaginatiua eſt tanquam ratio particularis ⁊
intellectus particularis omnia ſilogiʒans in ſingula
ri que intellectus intelligit in vniuerſali et ideo po
nit in imaginatiua ſenſum agentē:ſicut Joannes de
ianduno quod ideʒ facit iſte paulus venetus de ima
ginatiua ⁊ extimatiua ad ſaluandum ꝙ ſaltē:alique
ſenſationes ſint operationes īmanentes.

¶ Tertia eſt opinio nominaliū cre-
dentium eandem potentiaʒ foꝛe ſenſuʒ agentē et ſen
ſum patientem niſi ꝙ connotant diuerſa.nam ſenſus
agens ſupponit pꝛo ipſa anima : et oꝛgano:et ſpecie
in quantum he ſunt actiue ſenſationis:ſed ſenſus pa
tiens ſupponit pꝛo ipſamet anima ſecundum grego
rium aut pꝛo aggregato ex anima ⁊ oꝛgano. apud
ſcotū cōnotando ꝙ ſint receptiua ſenſationis et per
hoc reſponderi poſſet ad rationē de ianduno.dicēdo
ꝙ non eſt inconueniens idem eſſe agens et paſſiuum

quando non eſt totale namq̧ ad ſenſationem actiuꝫ
eſt obiectum et ſpecies et ſenſus et deus, ad recipiē-
dum illam ſolus eſt ſenſus : inconueniens ergo eſt ꝙ
eſſet idem agens totale ꝛc.

¶ Utrum tota anima ſit in qualibet
parte coꝛpoꝛis animati: et arguitur pꝛimo ꝙ non qꝛ
ſi tota anima eſſet in qualibet parte coꝛpoꝛis anima-
ti tunc quelibet pars animalis eſſet animal; qꝛ habe
ret totaꝫ animā animalis : hoc autem videt̃ inconue
niens. manus enim hominis non eſt aliquod animal,
quia nec homo nec animal aliud aliquod. item coꝛ-
pus in quo debet eſſe anima debet eſſe oꝛganicum:
vt patet ex diffinitione anime ſed non quelibet pars
coꝛpoꝛis aīati ē coꝛp⁹ oꝛganicū vt manifeſtū eſt: quā
n. oꝛganizationē hꝫ caro aut os aut hui⁹ ꝑtes homo-
genee quare ꝛc. Item diuerſoꝛum perfectibiliūꝫ de
bent eſſe diuerſe perfectiones, vt pꝫ quarto metha:
ſed totum et pars ſunt diuerſa perfectibilia: et ſimili
ter diuerſe partes ſunt diuerſa perfectibilia: vt ma-
nus, pes. oculus et huiuſmodi: quare anima non po-
teſt eſſe in quolibet parte coꝛpoꝛis animati. Item ſi
ſic tunc omnes virtutes anime eſſent in qualibet par
te coꝛpoꝛis: ſed hoc videtur multuꝫ inconueniens. ꝙ
virtus viſiua: et auditiua ſint aut in manu aut in pe-
de. et ſic de ceteris: et ꝓbat̃, quia ī quocūq̧ ē pꝛimū
et per ſe ſubiectuꝫ alicuius accidentis in illo eſt ip-
ſum accidēs vt videt̃ manifeſtum modo ipſa anima
eſt per ſe et pꝛimuꝫ ſubiectū ſuarū virtutū naturaliū
ſicut declaratū fuit ī pꝛimo q̄one tertia quare. Itē ſi
tota aīa eſſet in qualibet parte coꝛpoꝛis tūc deſtruc
ta anima que eſt in aliqua vna parte deſtrueret̃ tota
aīa et totuꝫ animal quod eſt abſurdū remota .n. ma-
nu aut digito non opoꝛtet remoueri totam animam:
nec totum hominem coꝛrumpi vt manifeſtum eſt et
patet conſequentia: quia poſtquam tota anima eſſet
in qualibet parte coꝛpoꝛis tunc remota illa que eſt
in illa parte remoueretur tota anima quare.

¶ Oppoſitum autem arguit̃: quia
quelibet pars animati eſt animata hoc eſt manifeſtū
ſed hoc non eſſet niſi in qualibet parte coꝛpoꝛis ani
mati eſſet anima: ergo aut ergo ipſa tota eſt in quali
bet parte coꝛpoꝛis: aut ſecundum vnā ſui parteꝫ ſine
alia. ſi pꝛimū habet̃ ꝓpoſitū: ſi auteꝫ diceretur ꝙ vna
pars anime eſſet in aliqua parte coꝛpis ſine alia hoc
videtur inconueniens: quia cum ipſa anima ſit que-
daꝫ foꝛma ſimplex debet eſſe et ſi non habet partes
diuerſas: quarū vna ſit ſine alia quare ꝛc. ¶ Ad iſtaꝫ
queſtionē dicit̃ cōiter ꝙ aīa eſt tota triplici totalita
te ſcilicet totalitate eſſentiali totalitate quantitati
ua; et totalitate virtuali ſeu poteſtatiua. et ſecūdum
hoc rn̄dent ad queſtionem tria. pꝛimo ꝙ anima tota
totalitate eēntiali eſt in qualibet parte coꝛpoꝛis ani
mati. ſecūdo ꝙ non eſt ibi tota totalitate quantitati
ua. tertio ꝙ nec totalitate poteſtatiua ſiue virtuali.
Pꝛimuꝫ oſtenditur ſic illud cuius eſſentia eſt in qua
libet parte coꝛpoꝛis: et non eſt in aliquo ſecūdū ali-
quā ſui partem eſſentialē ſine alia eſt totum in quali
bet parte coꝛpoꝛis totalitate eſſentiali. hec recipit̃
pꝛo manifeſta modo eſſentia anime eſt ī qualibꝫ par
te coꝛpoꝛis animati. ſic eſſentia cuiuſlibet foꝛme ma
terialis eſt in qualibet parte coꝛpoꝛis materie: ꝛ nō
eſt ibi vna pars eſſentie anime ſine alia : qꝛ ipſa eſt
ſimplicis eſſentie non compoſita ex partibus eēntia-
libus: vt manifeſtum eſt: et ſi eſſet compoſita ex parti
bus eſſentialibus tunc eſſet vbicq̧ vel in quo eſſet vna
illarū et alia. ¶ Iteꝫ aut eſſentia anime tota eſt in q̄
libꝫ parte coꝛpoꝛis: aut ſm̄ vnā parteꝫ eius eſſentia
lem eſt in vna parte coꝛpoꝛis in qua non ē alia ꝑs eēn
tialis: aut nihil anime eſt in qualibꝫ parte coꝛpoꝛis
ſed vltia duo ſunt inconuenīētia ſcilicet ꝙ vna pars
eſſentialis anime ſit in vna parte coꝛpoꝛis ſine alia ꝑ
te eſſentiali: quia ſic concederet̃ habere partes eēn
tiales et ſeparabiles ab inuicem loco et ſubiecto q̄ḋ
eſt abſurduꝫ: et ſimiliter irrationabile eſſet : ꝙ nihil
ipſius anime eſſet in qualibet parte coꝛpoꝛis : qꝛ ſic
partes coꝛpoꝛis animati non eſſent animate: ergo re
linquitur pꝛimum ſcilicet ꝙ eſſentia anime tota tota
litate eſſentiali eſt in qualibet parte coꝛpoꝛis anima
ti. ¶ Sed antequam pꝛocedaꝫ vlterius michi vide
tur ſalua reuerentia: ſic dicendū ꝙ iſtud nō ē omnino
verum: et illud ꝙ non habet partes eſſentiales non ē
totuꝫ totalitate eſſentiali. hec eſt manifeſta cuilibet
intelligenti: nā ſicut de ratione toti⁹ eſt habere par
tes, vt patet in quinto methaphiſice. capitulo de to-
to et de rōne toti⁹ quantitatiui eſt habere partes q̄-
titatiuas vt omnes concedunt ſic de ratione totius
eſſentialis eſt habere partes eſſentiales : ſꝫ eſſentia
anime inherentis materie non habet partes eēntia
les: vt omnes concedunt ergo talis anima non eſt to
tum eſſentiale: quod autem non eſt totuꝫ eſſentiale,
nec totum totalitate eſſentiali non poteſt exiſtere in
aliquo: vel in aliquibus totum totalitate eēntiali: vt
eſt manifeſtum cuilibet intelligenti quare: nec valēt
rationes quas adducūt. cū enim dicit̃ illud cui⁹ eēn-
tia. Uerū eſt ſi habet in eſſentia ſua partes eſſentia-
les: ſi vero non opoꝛtet ꝙ ſit ibi totum imo eſt īpoſſi-
bile ꝙ ſit in eo totuꝫ totalitate eſſentiali et ſic eſt in
pꝛopoſito quamuis enī eſſentia anime ſit in qualibet
parte coꝛpoꝛis animati et non ſit ibi vna pars eſſen-
tialis ſine alia: qꝛ non habet partes eſſentiales: ideo
nō eſt ibi tota totalite eſſentiali : eſſe enim in aliquo
totalitate eſſentiali requirit vel pꝛeſupponit ipſum
eſſe totuꝫ totalitate eſſentiali: ſicut eſſe ens in aliquo
pꝛeſupponit eſſe in ſe ens. quod enim nihil eſt in ſe,
nihil eſt in alio. ¶ Ad aliam dicendū: ꝙ diuiſio eſt in
ſufficiens: quia eſt dare quartum mēbꝛuꝫ. ſcilicet q̄ḋ
eſſentia anime eſt in qualibet parte coꝛpoꝛis: nec ſe
cūdum totum: nec ſecundū partem, loquendo de to-
talitate eſſentiali: quia aīa non ē totū totalitate eſſen
tiali neq̧ habet parteꝫ eſſentialem: quare ꝛc. ¶ Si
quis autem vellet ſaluare illud cōe dictum q̄ḋ tota
anima totalitate eſſentiali. ꝛc. foꝛte poſſet dicere ꝙ
illud intelligit quaſi pꝛiuatiue et non poſitiue et eſt
ſenſus: ꝙ eſſentia anime non eſt in vna parte coꝛpo-
ris ſine alia parte eſſentie: hoc eſt veruꝫ pꝛopter hoc
q̄ḋ anima huiuſmodi partes nō habet : ſed īpꝛopꝛie
diceretur: et melius eſt loqui pꝛopꝛie quaꝫ īpꝛopꝛie
in rebus manifeſtis: et iō diceꝫ: ꝙ anima non eſt in re
qualibet parte coꝛpoꝛis tota totalitate eſſentiali. ne
que ſecūdum parteꝫ eſſentialeꝫ: quia tale genus ꝑti
um ipſa non habet neque totalitate taleꝫ. ¶ Secun
do. dico etiam ꝙ ipſa non eſt tota in qualibet parte
totalitate q̄ntititaua: et hoc eſt ſatis facile videre:
quia illa foꝛma cuius vna pars eſt in vna parte ſubie
cti et alia in alia parte non eſt tota totalitate quāti-
ua in qualibet parte coꝛpoꝛis. Hec eſt euidens: ſed
ſic eſt ō anima: nam hoc eſt cōe omni foꝛme materia
li perficienti ſubiectuꝫ: ꝙ vna quantitatiua eius ꝑs
ſit in vna parte quantitatiua ſubiecti et alia in alia:
eo ꝙ tales foꝛme ſunt vnite materie mediātib⁹ dimē
ſionib⁹ et extēſe extēſiōe mē: g̊ ꝛc. Itē ſi aīa tota ſm̄

quantitatem eſſet in qualibet pte coꝛpis: tūc ps aīe quātitatiua eſſet equalis ſuo toto contra dignitateꝫ omne enim totum maius eſt ſua parte. et patet conſequentia poſtquā enim ſua quātitas aīe eēt in pede tunc pars aīe quantitatiua exñs in pede non eēt minoꝛ ſm ꝗtitateꝫ ꝙ tota aīa exñs in toto coꝛpoꝛe illo nec eſſet maioꝛ ergo equalis imaginabimur ergo ꝙ ſicut albedo que eſt in ſuperficie non eſt tota, ſecundū quantitatem in qualibet parte ſuperficiei immo pars vna eius eſt in vna parte ſuperficiei et alia in alia: ſicut vna pars quantitatiua anime eſt in vna pte quantitatiua coꝛpoꝛis animati et alia in alia: et ſicut vna pars quantitatiua albedinis exiſtens in vna parte ſuperficiei poteſt coꝛrumpi remanēte alia: ſic pars vna anime quantitatiua poteſt coꝛrumpi alia remanēte: ⁊ loquoꝛ hic de anima q̄ dat foꝛmaliter eē coꝛpoꝛi. de anima aūt intellectiua nihil ad pñs cū videtur alterū genꝰ anime eſſe ⁊ ſeparari ab aliis ſicut perpetuuꝫ a coꝛruptibili. ¶ De tertia vero concluſione eſt bene dubitatio. Dicunt aūt multi: ꝙ aīa non eſt tota ī qualꝫ parte coꝛpoꝛis totalitate virtuali: qꝛ in quo non ſunt omnes virtutes anime in tali non eſt tota tali totalitate: hec eſt manifeſta. ſed in qualibet parte corporis non ſunt oēs virtutes anime: vt recipiunt ꝓ manifeſto: non eñ viſus eſt in pede aut in manu: nec auditus: nec odoratꝰ quare ⁊c: et cōfirmant: qꝛ ſi ibi eſſent virtutes ille tunc eſſent occioſe et fruſtra: qꝛ ille nucquā operant̄ in illis partibꝰ vt certuꝫ eſt q̄re ⁊c. Alii vero dixerunt ꝙ imo in qualibet parte coꝛpoꝛis animati ſunt oēs virtutes naturales aīe illius et cū dicit̄ quare non operant̄. dico ꝙ hoc ē pp̄ defectuꝫ diſpoſitionū naturaliuꝫ que requirunt̄ ad operationes. vt quia in pede non eſt dyaphancitas ad recipienduꝫ viſibiliū ſpecies quibꝰ fit viſio iō nō videt ſimiliter eſt de ceteris: ſi vo talis diſpoſitio eēt in qualibet parte coꝛpoꝛis quā requirit quelibꝫ anime operatio tunc in qualibet parte vel per quālibꝫ parteꝫ operaret̄ quacūque operatione et hoc videt̄ inuere phs in iſto ſecūdo caplo de ſono. Ubi dicit ꝙ non vbiqꝫ audit aīal non eñ vbiqꝫ habet aerē mouēda pars: et animatū: quaſi vellet dicere ꝙ hoc eſt pp̄ defectum aeris requiſiti ad audienduꝫ et recipiendū ſpēm ſoni. non aūt pp̄ defectuꝫ virtutis audiētis: nec ſequit̄ ex hoc ꝙ ille virtutes ſint ibi fruſtra: quia illud eſt fruſtra in aliquo qō in ipſo eſt natū attingere aliquē fineꝫ quē non attingit: vt hētur ſcdo phiſi. finis aūt anime eſt operatio eius et ideo ipſa nō ē fruſtra in aliquo in quo non nata eſt attingere ſuaꝫ operationeꝫ modo dicet̄ ꝙ in manu viſus non eſt natꝰ videre ꝓpter defectuꝫ diſpoſitionis neceſſario requiſite: nec ſimiliter auditꝰ et ideo non erunt ibi fruſtra alr̄ eſt dm̄. ꝓ quo eſt aduertenduꝫ. ꝙ ſecūdū Ariſto. ſcdo huiꝰ oīa que in natura ſubſiſtunt ſunt ꝓp. aliq̄d aut ꝯña eoꝛū que ſunt pꝛopter aliquid ſicut piloſitates in membꝛis quibuſdam foꝛte non ſunt ꝓpter aliquid directe et per ſe licet cōſequunt̄ cōplexionem coꝛpoꝛis que eſt ꝓpter aliq̄d. ſimiliter foꝛte et potentia anime eſt in pte coꝛpis qua mediante, et in q̄ non operat̄ non q̄dē directe: et per ſe ꝓp. aliq̄d: ſed cōſequit̄ animā ibi exñtē que eſt ibi pꝛopter aliq̄d: ‖ Huic aūt opinioni nō video aliquod incōueniens niſi ꝙ non eſt famoſa et cōſueta et ideo pꝛio aſpectu videt̄ falſa et abſurda que eñ conſueuimus dignamur dici ſecūdo metha. ⁊ pp̄ hoc ſi placet dicat̄ alio modo ꝙ non omnes virtutes anime ſunt in qualibꝫ pte coꝛpoꝛis animati ſed diuerſe virtutes alique ſunt in diuerſis partibus coꝛpoꝛis: vt viſus et auditus: et huiuſmodi et ſic non tota aīa totalitate potētiali vel potatiua erit in qualibet parte animalis, ſiue coꝛpoꝛis animati. ¶ Ad pꝛimā rationem dico negando conſequentiam et cum dicit̄ illud eſt animal in quo eſt anima ſenſitiua verū eſt ſi ē ibi ſeoꝛſuꝫ et diuiſim ab aliis tamen ſi non eſt non opoꝛtet ꝙ ſit animal ſimpliciter: ſed ps aīalis mō ꝗuis aīa ſenſitiua ſit in qualibet parte coꝛpoꝛis ſecundum ſuam ſubſtantiam: non tamen eſt in partibus ipſis ſeoꝛſum et diuiſim actu ab aliis. partes enim non ſunt in toto actu diuiſe: et diſtincte: ſed in potentia: vt patet in pꝛimo et ſeptimo phiſico. quare ⁊c ¶ Aliter poteſt dici negando conſequentiam vt pꝛius: et cum dicitur: illud eſt animal ⁊c. Uerum eſt in quo eſt tota totalitate virtuali: et ſic nō eſt in qualibet parte coꝛpoꝛis: ſaltem ſic ꝙ in qualibet parte agat omnes operationes virtutū ipſius anime quare ⁊c. ¶ Ad aliam cum dicitur diuerſoꝛum perfectibiliū. Uerum eſt ſi ſunt diuerſa per ſe et pꝛimo: ſi autem non ſunt diuerſa per ſe et pꝛimo non opoꝛtet et ſic eſt hic. nam totum non eſt diuerſum per ſe a ꝓpꝛia parte ſua ꝑ ſe et pꝛimo. ſꝫ rōne alteriꝰ partis: vt declaratur in pꝛimo phiſicoꝛum. Item aliter poteſt dici cum dicitur diuerſoꝛum ⁊c. Uerum eſt ſi ſint diuerſa actu diſtincta: et diuerſa: vt coꝛpus ſoꝛtis et coꝛpus platonis ſed ſi non ſint diuerſa actu nō opoꝛtet modo quamuis totum et pars ſint perfectibilia actu diuerſa ſic ꝙ totuꝫ non eſt in ipſa parte nec ecōuerſo. tamen non ſunt diſtincta ſecundum actuꝫ: quādiu vnuꝫ eſt pars: et aliud eſt totū: quare ⁊c. Aliter poteſt dici. ꝙ diuerſoꝛū perfectibilium ſunt diuerſe perfectiones illo modo quo ſunt diuerſa perfectibilia: et cū anima tota totalitate quantitatiua ſit perfectio totius coꝛpoꝛis ſic non eſt perfectio alicuius partis tota totalitate quantitatiua: ſed ſecundum aliquam partem ſui: et hoc ſufficit pꝛima et ſecunda ſolutio ſunt bone: ad aliam patet ex dictis vel poteſt dici: ꝙ non ſequitur: quia quamuis virtutes anime ꝯſequuntur animam pꝛincipaliter et pꝛimo tamen diuerſe virtutes requirunt diuerſas diſpoſitiones ad ſuum eſſe et ille diuerſe diſpoſitiones nō omnes ſunt in qualibet parte coꝛpoꝛis animati: ſed diuerſe in diuerſis: cū ergo dicitur vbicūqꝫ ē per ſe pꝛimū ⁊c. Uerum eſt, ſi ibi eſt diſpoſitio neceſſario requiſita ad tale accidens: ſed ſi non nō opꝫ: ſic autem eſt in pꝛopoſito: et hoc etiam opoꝛtet dicere illos q̄ dicunt ꝙ totum compoſitum eſt pꝛimum ſubiectum virtutū anime: quia ipſi dicunt ꝙ lꝫ totum compoſitum ſit pꝛimum ſubiectum earum: hoc tamen eſt ratione anime pꝛincipaliter vnde cum anima et coꝛpus ſint in qualibet parte coꝛpoꝛis videtur ꝙ in qualibet parte coꝛpoꝛis debeat operari: et ſic iſta ratio non plus eſt contra poſitionem que dicit animam eſſe pꝛimuꝫ ſubiectum iſtarum virtutum: quam contra aliam que ponit: ꝙ coꝛpus animatum eſt ſubiectum ratiōe anime immo quicquid diceretur in reſponſione ad illam rationem ſecundum illam opinionem dici poteſt ſm iſtam viam. ſi enim ipſi dicunt: ꝙ licet in qualibet parte coꝛpis ſit coꝛpus et anima: non tamen quelibet eſt totum compoſitum totalitate quantitatiua. et ideo non opoꝛtet: quod in qualibet parte coꝛpoꝛis ſint omnes virtutes anime: ſic dicam ꝙ anima tota totalitate quantitatiua nō eſt in qualibet ꝑte coꝛporis aīati: iō ⁊c. et ſi dicas ꝙ illud eſt pp̄ defectuꝫ diſpōnū: igit̄ et ego dicā idē et iō ratio non valet: quid aūt de hoc tenendū: an virtutes oēs natura

les anime ſunt in qualibet parte corporis animatis
non determino ad preſens hec, tamē firmiter credo
ꝙ anima eſt primū ſubiectū principale ſuarū virtutū
naturaliū: vt puto demonſtraſſe in qōe tertia ſup pro
hemiū hui⁹. ¶ Ad aliā cum dicitur corpus in quo ē
anima debet eſſe organicū verū eſt in quo eſt aīa ſi-
cut in ſuo principali perfectibili: diſtincto et diuer-
ſo actu ab aliīs diſtincta. et diuiſa: ſed continua: nec
eſt in eo ſicut in principali perfectibili: ſed ſicut in
ſecundario perfectibili in quantū ipſa eſt pars ali-
cuius totius: dicem⁹ ergo ꝙ diffinitio anime intelli-
genda eſt de anima que eſt perfectio diſtincta actu:
et diuerſa ab aliīs et ſic non eſt pars anime exñs in p̄
te corporis et iō non oportet ꝙ ſit actus corporis or
ganici aliter dicunt aliqui ꝙ illa diffinitio anime da
tur de anima tota totalitate pt̄atiua. Hec eſt enī act⁹
corporis organici: et ideo concedunt ꝙ ipa non ē to
ta totalitate poṫatiua in qualibꝫ parte corporis aīa
ti: cū tamen quelibꝫ ſit organica: ſed piculū eſt ſic di
cere: qꝛ diffinitio datur de anima ſecundū ſuam q̄di
tatem et eſſentiam totalitas aūt poteſtatiua accidit
anime ſicut ⁊ ſua potentia eſt accidens eius: vt vide
bitur poſt. ¶ Item contra priorē ſolutionē eſt dubi
tatio: qꝛ diffinitio totius homogenei: debet conueni
re partibus eius omnibus cuilibet enī parti aque cō
petit diffinitio aque ſimiliter aūt et aliīs: cum igitur
anima ſit quodā totū homogeneū q̄libet enī pars
anime eſt anima: vt notū eſt: ſequitur ꝙ cuilibꝫ par-
ti anime conuenit diffinitio anime: ſi igitur in quali-
bet parte corporis eſt aliqua pars anime: videt̄ ꝙ q̄
libet pars corporis in qua eſt anima ſit corpus orga
nicū. ¶ Ad hoc vltimū poteſt dici ꝙ duplex eſt totū
homogeneū quodā eſt qō non habet diuerſas opa-
tiones requirentes diuerſitates partium corporali-
ū diſtinctarū ſecundum complexionē et figurā et
cōpoſitionē: vt aq̄ ſcđm ꝙ aqua non hꝫ diuerſas
operationes per ſe, et proprias ad quas requirunt̄
diuerſe partes modo predicto et de tali toto homo-
geneo verū ē qō dicit̄ ꝙ diffinitio eius ⁊c. Aliud eſt
totū homogeneū quod habꝫ multas ⁊ diuerſas ope
rationes que non bñ poſſunt exerceri nec per diuer
ſas partes corporeas et diſtinctas modo predicto
et de tali toto non oportet ꝙ eius diffinitio conueni-
at cuilibet eius parti proprie et ſic eſt de anima in
hoc enim anima excellit in ordine perfectiōis alias
formas materiales: qꝛ ipſa eſt principium diuerſaꝝ
operationum naturaliū in corpore cuius eſt anima
que non bene poſſunt ⁊c̄. ideo non oportꝫ ꝙ q̄lꝫ pars
anime quantitatiua ſit actus corporis organici. ali
ter dñt aliqui ꝙ licet quelibet pars corporis non ſit
organica organizatione cōpleta mō p̄miſſo: tñ q̄lꝫ ē
organica organizatione incōpleta vel imperfecta et
hoc ſufficit vt dicunt organicatio autem iperfecta ē
quedā complexio et temperatio qualitatū nobilioꝝ
cōplexionib⁹ in animateꝝ. ¶ Ad aliā pꝫ ex dictis bñ
enim concludit: ꝙ non tota aīa ſꝫm quantitatem ſit in
qualibet parte corporis et hoc conceſſum eſt iō ⁊c̄.

## ¶ Circa materiam de ſenſibus exte-

rioribus deſcendendo particulariter primo de viſu
qꝛ plurima dixi in problematibus noſtris reſidua
hic declarabo. nam volo: 14. folia priora eſſe partē
libri de anima iō noto circa iſtam partē ꝙ ſenſibilia
cōmunia ſunt. s. figura. motus: quies numerus mag
nitudo: et tam ſenſibile comune quā ꝓpriū eſt ſenſibi
le per ſe; quia imutat per ſpecies proprias; ſed ſub

ſtantia eſt ſenſibile de per accidens: quia non immu
tat per ſpecies ꝓprias: nota ꝙ licet ſenſibile cōe poſ
ſit percipi abſq̄ imutatione ſenſibilis proprij tñ ſtat
ſenſibile comune percipi quodāmodo: quo non per-
cipiatur ſenſibile propriū vtpote ꝙ ſenſibile cōmu-
ne percipiat̄ cū triſtitia vel indelectabiliter ſenſibi-
le tñ ꝓprium percipiatur cū quadā delectatione: vt
videre eſt quādo percipit̄ res bñ colorata: et turpi-
ter figurata in eius nāq̄ colore gaudem⁹: et in figu
ra triſtamur. itē ſtat ſenſibile ꝓpriū ꝑcipi ꝯfuſe, cōe
vō diſtincte: et ecōuerſo: et iō eſt: qꝛ ābo debēt ſimul
imutare neq̄ vnū abſq̄ alio imutat: et patet hoc qñ
pilū ſentim⁹ intra oculū ibi nāq̄ ſentim⁹ motū diſtin
cte: et non percipimus ei⁹ frigiditatem.

## Q Ueritur vtrū lumen ſit ꝑꝑ colo

res vel ꝑꝑ mediū in hoc ſunt due opiniones.
Prima auēpache tenentis ꝙ lumen eſt pro-
pter colores: et non ꝓpter mediū: cui⁹ rō ē: qꝛ vide-
mus colore illuminato medio vero q̄ſi ob tenebrato
videre recte: vt videre ē de igniculo in alta turri ex
iſtenti q̄quidem videtur ad magnā diſtantiā etiā
media nocte: ſimiliter ſi oculus ſit in tenebris: et co-
lor illuminat⁹ ille color videt̄ et ſi ocul⁹ ſit in luce: et
color in tenebris non videt̄ ille color: ergo lumen eſt
ꝑꝑ colores: et non propter mediū cui opinioni acq̄
eſcunt omnes moderni, ſed auerro. ſecūdo de aīa op
poſitū tꝫ, dicens: ꝙ lumen eſt ꝑꝑ mediū. nam dicit: ꝙ
ad hoc vt color ꝓducat ſpecies requirit̄ mediū eſſe
diſpoſitū illuminatū: qō ſi fuerit tunc mediū vocatur
dyaphanū in actu: et mouet̄ hac ratione niſi ita eēt:
ſequeret̄ ꝙ color non eſſet viſibilis de per ſe: quia ha
beret vim irradiandi ex lumine: ſed iſta ſua ſequel-
la non valet: quia non ſequit̄ color non videt̄ niſi lu-
mine actu ēt, ergo eſt viſibilis de per accidens: ſicut
nō ſequitur magnitudo non videtur niſi ſenſibile pro
prium cōmmutauerit; ergo magnitudo videtur de
per accidens.

## ¶ Circa materiam de ſono tꝫ paul⁹

venetus: et ferme omnes ꝙ ad ſonū dꝫ cōcurrere ae-
ris fractio effectiue: ſed Tho. d garbo tracta. 5. ſue
ſumme qōe. 20. Oppoſitū eſſe veraciſſime credit. ſ.
ꝙ aer ad ſonū concurrit mere ſubiectiue. ad qō mul
tis rōnib⁹ mouet̄. ¶ Prima rō eſt: qꝛ videm⁹ ꝙ ſump-
to vno ligno percutienti cāpanā et ferro cōſimili eā
dē percutienti non cauſant ſonū conſimilē: eſt tñ fra
ctio aeris conſimilis. ergo iſta fractio nihil concur-
rit. ¶ Secūda rō ei⁹ videm⁹ quē piā mouentē cāpa
nā cū tintinabulo. qui ferat illud vehementi motu:
et poſtea cū deberet contangere ſtat et leuiter per-
cutiat: ali⁹ vero paulo fortius ferat tintinabulū a cā
panā ꝙ iſte fert tpe cōtact⁹ maior erit reuerberatio
in prio. tamē minor ſon⁹ ergo iſta fractio non concur
rit effectiue ad ſonū. Tertia rō: qꝛ vel ſon⁹ cātur
ī corpoꝝ cōtactu vel añ. vl̄ poſt ſi primū. g̃ ſon⁹ cātur
in inſtanti. qꝛ cōtact⁹ fit in īſtāti ſi ſꝫm illō eſt ꝯ experiē-
tiā ⁊ ſi tertiū ſequit̄ ꝙ aliq̄s effect⁹ nunq̄ caret̄ niſi cū
ſua cā deficeret. q̄rto videm⁹ experiētia ꝙ ſi duo corpa
plana ſe cōtāgant taliter ꝙ ſint vere imediata. ⁊ vnū
ſup aliud cōtricet̄ magn⁹ ſon⁹ cātur. et tñ nō valꝫ di
cere cū Auer. ſcđo de aīa ꝙ nō pñt eē duo corpa ime
diata. ſꝫ mediat ibi aer in quo fiat ille ſon⁹. nā ex illo
ſequit̄. ꝙ datis duobus corpib⁹ p̄dictis minim⁹ aer
ſubſtineret maximū gue. p̄terea arguit̄ videm⁹ ꝙ ſi
pede circini nos fricem⁹ vnū vaſe reū lōgū maxius
inde cauſabit̄ ſonus et tā pauca fit ibi aeris fractio

Mirabilia ꝺ ſono ¶ Sed continuando mām de ſono nota ꝙ dubiū eſt an ſonꝰ cū ſit ſucceſſiue multiplicabilis fiat in cōtactu corporū durorū. naꝫ ſi ſic cū ille contactus fiat in inſtanti fieret ſonus in inſtanti: iō dicendū eſt. ꝙ ſonus non eſt qualitas ſucceſſiua quo ad eſſe bene tñ quoad fieri: qꝛ poteſt habere oēs ſuas partes ſimul: vt patet qñ ſonus eſt intenſiſſimꝰ: et dico ipſum generari immediate poſt contactū. Ex quo infero aliquem eſſe effectuꝫ qui nunꝙ valeat generari niſi deſtructa ſua cauſa: vt patet de ſono niſi vellis dicere eiꝰ minimum quoad intenſionem fieri in contactu corporuꝫ deinde vero per vltimū nō eē qō reſtat imo vnū poteris tanquā admirabile annotare tā in materia de ſono ꝙ in materia de impetu ꝙ eſt aliqua qualitas ab aliquo agente producibilis: ⁊ nunquā recipit intenſioneꝫ niſi ipſius defectu vt patꝫ de ſono qui intenditur poſtquā ꝓiciens ꝺficit a ſua proiectione. et iſte ſonus intendiꝛ vſque ad certam diſtantiaꝫ aqua poſtea remittitur: mirabiles eñ naturas tradidit dñs deus cunctis rebus adeo: ꝙ nec minima res iſignibus careat ꝓprietatibꝰ quas ſi homo cognoſceret grande ſibi acquireret emolumētū et periodi certi oībus rebꝰ dati ſunt. nā ephimeron piſcē ab ephemeride dictū qō eſt dies in quo ſit imo ſolo die fungiꝛ canis nouem annis: elefantus: et coruus ducentū annis: homo mediā ſibi vendicat periodū. ſic et ſonos eſt data periodus breuis: quia in abſentia ſui factoris permanet: et ex natura ſua duplicem ſibi vendicat latitudinē alterā intenſionis vſqꝫ ad certuꝫ tp̄s reliquā vero remiſſionis quouſqꝫ deſinat et hanc ſuam corruptionē non habet qō ē magis mirabile: nec ex contrario: quia ſono nihil eſt contrarium: nec defectu conſeruantis: non eñ ꝺficit ſibi cōſeruans ſuſceptiuū ideſt aer: nec conſeruans effectiuū qō eſt eiꝰ efficiens, quia ſi ex illius defectu deſineret cū a principio ſibi deficeret protinꝰ nunꝙ ichoaſſet ſed ex natura ſua corrumpiꝛ et eſt ſimilliꝰ ſonꝰ impetui licet differat ꝙ ſonus non eſt qualitas motiua ſecus ipetꝰ: ꝙuis tñ ipetꝰ ſit q̄litas actiua cōtinuando nō tñ ichoādo iō nō irrōnabiliter introduceꝛ hec queſtio.

An quicquid ſufficit ad ꝯtinuandum ſufficit ad inchoandum. ¶ Queritur vtruꝫ quecūqꝫ diſpoſitio que ſufficit ad conſeruādū: ſufficit ad introducēdū motu alterationis: ⁊ in motu locali: an ꝗcquid ſufficit cōtinuare motū localē ſufficiat inchoare: et arguiꝛ pars affirmatiua ꝺ motu alterationis ſic arguēdo ꝗcq̄d ſufficit ꝯtinuare motū localē ſufficit ichoare motū localē igꝛ ꝗcq̄d ſufficit ꝯſeruare forāꝫ ſubſtālē ſufficit ꝓducere formā ſubſtātialē: ꝯña tenet ex paritate rationis: et añs ꝓbatur ab Alberto ꝺ ſaxonia ſecūdo de celo illa queſtiōe an mundus ſit generabilis ſupponendo, ꝙ quilibet exceſſus potentie ſuꝑ reſiſtentiam ſufficit motum cōtinuare. Hoc bene patꝫ: qꝛ a proportione maioris in equalitatis bene prouenit actio: quo ſuppoſito ſic arguo: vel ad motū localē requiritur infinite maior exceſſus ad inchoanduꝫ ꝙ ad continuandū: vel nō ſi primū ſequiꝛ: ꝙ nullū agēs nāle poterit inchoare motū localē: quia cū inchoare ſit infinite difficilius quā continuare: et cōtinuare ſit alicuiꝰ difficultatis ſequereꝛ ꝙ inchoare eſt infinite difficultatis. Reſtat igiꝛ ꝙ inchoare nullū agēs poſſit. ſi vero ad inchoandū requiraꝛ finite maior exceſſus ſit in dupla: cū ergo quicūque exceſſus ſufficiat ad continuandum ēt quicūqꝫ ſufficit ad inchoanduꝫ nā ſemper medietas illius qui ſufficit ad continuandū: ēt ſufficit ad inchoādū qꝛ ad continuandū q̄libꝫ exceſſꝰ ſufficit: ꝗ totꝰ ille ſufficit ad ichoādū: ex quo dicit Alber. habeo intentū: naꝫ ſit ita qō reqraꝛ vnꝰ gradus exceſſus potentie motiue ſuper reſiſtentiam ad inchoandū: tunc ſic arguo medietas exceſſus ſufficit ad inchoandum igiꝛ non requiritur vnꝰ gradꝰ exceſſus: ꝯña eſt nota: et añs ꝓbaꝛ: nam. 4. pars gradus exceſſus ſufficit ad continuandū: ſed medietas eſt in duplo maior: ꝙ. 4. pars: et in duplo magis ſufficit ad inchoandū ꝙ ad continuandū igitur medietas ſufficit ad inchoandum.

Prīa rō Alberti.

¶ Ad argumentum reſpondeꝛ: concedo ꝙ ꝗcquid ſufficit continuare motū localē ſufficit inchoare: et cauſa eſt: qꝛ mobile dum moueꝛ motu locali tantā inuenit reſiſtētiaꝫ: in medio diuidēdo tempore cōtinuationis ſicut tēpore inchoationis, in motu tamen alterationis non eſt verū: qꝛ alteratum maiorem reſiſtentiā inuenit in principio quā in ꝓſecutione: iōqꝫ ad conſeruandū formam ſubſtantialeꝫ non requiritur tanta diſpoſitio ſicut ad introducendum, qꝛ dum introducitur inueniunt in paſſo qualitates magis repugnantes forme producende: et iō maior exceſſus requiriꝛ ad illas depellendas.

¶ Secunda ratio quocunque motu dato dabilis eſt in duplo tardior illo ſuꝑ eandē reſiſtentiaꝫ: et in quadruplo tardior. ⁊ ſic ſine ſtatu: ergo quocūque exceſſu dato qui poſſit motum inchoare ſuper aliquam reſiſtentiaꝫ minor illo ſufficiet inchoare motū ſuper illā reſiſtētiā: ergo ꝗcquid ſufficit ad continuandū ſufficit ad inchoandum iſte rōnes bene probant de motu locali non tamen de motu alterationis: ſed ſubtiliſſimo cauilo probabo rōneꝫ Alberti poſſe concludere vnū maxime fľm qō eſt ꝙ quicūqꝫ exceſſus ſufficit ad portandū vnā librā ſufficeret ad portandū deceꝫ: ꝯñtis falſitas nota eſt. et ſequella ꝓbatur: nā vel infinite maior exceſſus requiriꝛ ad portandū decem libras ꝙ ad portandū vnā vel finite maior non primū: qꝛ tunc nemo poſſet portare decem libras: nec ſcḋm: qꝛ tunc habeꝛ intentū. dato eñ quocunque exceſſu quo poſſit portari vna libra ſi ad portanduꝫ deceꝫ requireꝛ in duplo maior exceſſus: ſit ita ꝙ vno gradu exceſſus poſſit portari vna libra arguiꝛ: decima gradus exceſſus potentie ſuper reſiſtentiaꝫ vnius libre ſufficit portare vnam libram: et vnꝰ gra eſt in decuplo maior quam illa decima ergo vnꝰ gradus ſufficit portare deceꝫ libras: dicendū ꝙ licet ad portandū decē libras ſufficiat in decuplo maior exceſſus quā ille qui ſufficit ad portanduꝫ vnā, non tñ quilibet in duplo maior ſufficit: ſꝫ in decuplo maior compoſitus ex gradibus ſimul coniunctis excedentibus reſiſtentiā decē librarū. Scḋa rō Alberti

¶ De organo auditus dicam breuiter auris extra poſita eſt: et facta eſt cartilaginoſa: non quidē carnoſa ne facile figuram ſuam amitteret: ne facta ē oſſea ne facile frāgereꝛ iōqꝫ media facta ē inter duriciē oſſis ⁊ moliciem carnis ⁊ eſt intra reflexa pľibꝰ anfractibꝰ ne vehementes ſoni lederent auditum quod quideꝫ facile fieret ſi ſolum eſſet vnꝰ porus rectus: et hec pelicula texta neruis continet in ſe corpus vere animatū quod dꝛ aer organicus: ⁊ ille aer colocatur intra ipſum os petroſum vt maxīe ſeruetur imunis a leſione.

¶ Circa mām de voce dixi multa in ꝓbleumatibus, nota ꝙ quēadmodū ad hoc ꝙ actus

exterior ſit meritori⁹ requirit ad ipſum principaliter effectiue concurrere actuȝ voluntatis, ita ad aliquam repercuſſionem aeris factam a cana pulmonis eſſe vocem requiritur ꝙ ad illam principaliter effectiue concurrat imaginatio: q2 licet tuſſis ſit repcuſſio aeris facta a pulmone: et ab eius cana; atamē non neceſſario concurrit ad illam tuſſim imaginatio et licet aliqua vox non ſit ſignificatiua: vt voces auium: atamen illa eſt ſignificatiua tanquā inſtrumētū naturale ſicut effectus repreſentant ſuam cauſam reliqua de voce vide in probleumate facto a me de voce.

¶ Circa materiam de odore noto: ꝙ quamuis Auerrois tenuerit organum odoratus eſſe naſum verior eſt ſnīa ꝙ ſunt quedam caruncule mamillares ad finem naſi exiſtentes quia videm⁹ animalia quedam non poſſe odorare niſi reſpirādo quia; tolitur tale velamen quod eſt ante eas: et illo ablato ſit bene odoratio. Hic odoratus viget ſiccitate quia humiditas hebetat omnes ſenſus et hinc eſt: ꝙ hō inter oīa animalia peſſime odorat: quia eſt maximi cerebri et breuiſſimi vultus ratiōe cuius he caruncule multum humectātur ⁊ ad odoratū hebetātur. ¶ Sed contra hoc arguitur probando ꝙ homo non ſit maximi cerebri inter animalia: Ariſtote. 25. probleuma. querit propter quid homo prudentiſſimus eſt animalium: ad quod reſpondet: quia paruicipitis quod videtur repugnare illi ꝙ dicitur ꝙ homo eſt maximi cerebri. Ad quod dicendum ꝙ caput eſſe magnum ſtat dupliciter: Uno modo merito contenti: hoc eſt ratione cerebri: que eſt ſubſtantia medularis, et hoc modo caput hominis eſt maximum; quia ſic expediebat illi qui facturus eſt plures operationes animales: quam cetera animalia. Alio modo caput dicitur maximum merito membrorum continentium, hoc eſt oſſium, et aliorum et hoc modo multa capita excedunt noſtrum caput in magnitudine: et quando dicitur hominis caput eſſe maximum, intellige conſiderata quantitate corporis. Nam elephas cum ſit maximi corporis non eſt verū ꝙ excedat quantitatem cerebri in magnitudine, et homo habet cerebrum frigidius et humidius: quod intellige de complexione innata: aut innata actuata per influentem cum ſit ex angue maximarum ſuperfluitatum multiplicatiuum per multa expurgatoria que illi natura tradidit, vt nares et os ad ſuperfluitates flegmaticas: oculus ad melancolicas, et aures ad colericas: ſed complexione organica ſatis calidum eſt cum illi correſpondeant ſiſtoles: et diaſtoles continue.

Dubitatur vtrum homo ceteris brutis preſtātiores efficiat vniuerſas operationes: et tēperat⁹ homo excellentius faciat ſuas opatiōes ceteris hominibus diſtemperatis: et arguit vtraqꝫ pars affirmatiua et negatiua: homo perfectiorem habet animam: ergo perfectiorem operationem facit ceteris: in opoſitum videtur philoſophus ſecundo de anima dicens: ſumus eniȝ nos homines prauiſſimi odoratus: et optimi tact⁹: itē aues que viuunt de rapina habent digeſtionē fortiorem: q2 digerūt carnes crudas ⁊ hñt viſum altiſſimuū eo ꝙ de longinquo debent capere predā. Similiter anſer excedit nos in auditu et aranea tactu quia ſentit beſtiolam diſtantem a ſe ſenſu tactus quod non faceret tactus noſter; ⁊ vultures excedunt nos odoratu

Pro alia parte eſt etiam multiplex argumentū prio ꝙ temperatus facit meliores operationes: palam eſt dicente gale. ſecūdo thegni canone. 16. determinat autē ea magis et minus in operationibus in quo vult dicere corpora temperata magis perfectas habere operationes ipſis corporibus diſtemperatis in oppoſitum tamē arguitur: quia colericus eſt calid⁹ et melius digerit: et flegmatic⁹ eſt frigidus magis: et melius appetit iuxta illud gale. ſecundo thegni, capitulo de ventre. Calidus quideȝ venter digerere quidem bonus: appetere vero non bonus. Item cuȝ melācolia conſiſtat in ſiccitate: et melancolicus pl⁹ habeat ōſicco magis erit memoratiuus. Itē ariſto, 23. probleuma. inquit propter quid omnes homines qui fuerūt excellentes ſm philoſofiā naturalē: et moralem et poeſim: et rethoricem fuerunt melancolici ergo aliud corpus a temperato habebat perfectiores operationes. In hac queſtione fuerunt quidam dicentes generalem concluſionem. i. corpus temperatum omnes operationes facit perfectiores omninibus aliis corporibus: ſiue ſumatur ly omnes collectiue: ſiue diſtributiue: et homo excellētiores facit operationes cunctas quam bruta: et ꝙ homo faciat oēs operationes collectiue perfectiores ꝙ̄ bruta nemini cadit in dubium: quia facit operationes intellectiuas que nō reperiuntur in bruto: ſed ꝙ homo faciat omnes operationes diſtributiue perfeciores grāde ſtat dubium propter premiſſa argumenta: ſed dupliciter aiunt illud poſſe ſaluari prout dicit thomas de garbo tractatu quinto ſue ſumme queſtiōe propria de hoc ꝙ ſubordinantur operationes exteriores ſenſum operationibus interioribus que ſunt perfectiores: in homine quam in bruto, ſed hoc nihil valet: q2 perfectio notitie vt notitia eſt non ſumit niſi ex claritate qua attingit obiectum: non ergo ex hoc ꝙ ordinetur ad perfectiorem potentiam immutandam: qs enim dicat viſionem hominis: iam tam prope mortē eſſe perfectiorem in genere notitie: viſione aquile de eodem obiecto: et tamen debet dicere illud: q2 viſio hominis ſubordinatur perfectiori potentie ꝙ̄ viſio aquile: Item ſi illud valeret aliquid ſequeretur ꝙ appetitus naturalis cum immediate ſubordinatur directori infallibili reliquis eſſet perfectior: ideoqꝫ iſte modus Thome de garbo eſt refellendus.

¶ Reſpondendum igitur ad hanc queſtionem hoc modo ſm veritatem: ꝙ homo in genere notitie non omnes facit operationes perfectiores. Naȝ diſtinctius videt aquila quam homo: ſed in genere entitatis pfectiores ſunt hominis opatiōes: quia fiunt a perfectiori anima et a perfectiori inſtrumento: de operationibus tamen naturalibus nullus debet dubitare: ꝙ pfectiores fiāt ab homine licet intenſius multe fiant operationes a brutis quaȝ ab homine: ex quo patet alia queſtio de homine temperato comparato ad homines diſtemperatos: nanque ſi loquaris de operationibus animalibus perfectiores facit operationes homo temperatus quam diſtēperatus non ſolum in genere entitatis: ſȝ in genere notitie: quia a perfectiori temperamento perfectior profluit operatio: et quando argumētabamur de frigido ventre qui melius appetit: et de calido ſtomacho qui melius digerit dicenduȝ ꝙ non melius: ſȝ intenſius: et ad illud quod dicitur ꝙ melancholic⁹ habet meliorem memoriam infra reſpondebitur.

tho. garbo

¶ In bono ſenſu puto hoc intelligēdum hoc modo: ꝙ ſenſus exterior percipit priuatiuum ideſt eſt occaſio ſenſui interiori percipiēdi priuatiuum: qr ex hoc ꝙ ſenſus interior non percipit aliquod obiectum per ſenſus exteriores: ſeqtur ꝙ ſenſus interior percipiat priuatiuum aliquod: non tamen intelligas ꝙ ſenſus exterior percipit priuatiuū qr tunc de re que non eſt nec eſſe poteſt exterior ſenſus formaret notitiam.

Dubitat᷑ ꝯformiter ad Martinū de magiſtris in ſuo libro de temperantia. q. quarta, vtrū bruta animalia percipiant odores rerum que ſibi non conferunt ad comeſtionem: nec ad venerem. circa primum tenuit buridanus: et idem videtur ſentire Auerro. ꝙ bruta animalia non pcipiunt tales odores: aut ſi percipiunt non cum delectatione: cuius contrariū ſuſtenet martinus loco citato: et mouetur bonis rationibus. Pria ratio videmꝰ picas quando docentur loqui eſſe bene attentas. et dociles et gaudentes in ſermone humano quem audiūt ergo delectantur in talibus ſonis: item maſculus delectatur in cantu maſculi: et non ordinādo ad coitum: nec ad releuationeꝫ partus. ergo de per ſe in talibus delectantur: item legitur de delphinis ꝙ maxime delectant᷑. in voce et cantu humano imo plinius libro nono hyſtorie naturalis inquit de quodā delphino qui ferebat vnū puerū quaqꝫ die ꝺ vna parte maris ad aliam in ſcolā ⁊ mortuo puero delphinꝰ mortus eſt pre treſtitia. Item de olore dicitur apud ouidium ſic vbi fata vocant ad vada meandri cōcinit albus olor. namque morteꝫ ſuam preſagiens cantat donec intereat, vt cum ſuauitate cantus ſubleuet laborem mortis.

¶ De modo multiplicationis odoris: duplex eſt opinio quedā tenet odorem multiplicare realiter: et hec eſt opinio Auicēne: quam experientvs ſuadet: qr videmus res aromaticas in ipſa odoratione in criſpari. ſecūdo probat: quia ventus prohibet odores quod non eſt ob aliud niſi quia aufert fumales euaporatiōes. tertio videmus coquos cum odoribus cibariorum quos dequocunt fieri pinguiores: et minus comedentes: ergo multiplicatur odor realiter. 4. gal. ſecūda apho. cōmento illius facilius eſt repleri potu quā cibo dicit omnium velociter: et copioſe nutrientium eſt vinum facilius vero nutrimur odore: ſꝫ ſi odor multiplicaretur pure intentionaliter. Non poſſet nutrire igitur. 5. odores replent caput et dolorem capitis cauſant: vt pꝫ ex hipo. 5. apho. vbi dicit mulie bria educit ex aromatibus calefactio ad multa vero conferens eſſet niſi ꝙ capitis dolorem facit. Oppoſituꝫ tenuit Auerro. ꝙ odores tantum multiplicantur intentionaliter. Cuius rationes ſunt pauci momenti. ſed ſi placeret conciliare iſtos auctores poſſemus dicere: ꝙ odores ad paucaꝫ diſtantiam multiplicantur realiter. Ad multam vero ſolū intentionaliter: vnum tamen concedere oportet: ꝙ animalia que odorantur per reſpirationeꝫ indigēt magis fumali euaporatione in odore que vero odorantur ſine aliqua reſpiratiōe ſicut piſces penitus non indigēt fumali euaporatione poteris etiaꝫ huic addere ꝙ odor eſt paſſio ſicci ideſt eſt paſſio rei que tempore odorationis deſiccatur.

¶ Circa materiam de guſtu.

Nota ꝙ ſaporis ſpecies ſunt ſeptem ſcilicet acutus ſtipticus. ponticus accetoſus, dulcis, vntuoſus, amarus, et ſi placet. 8. qui eſt inſipidus: ſed ille magis eſt priuatio ſaporis proſequēdo ſigilatim de eis. Primus qui eſt acutus ſit a calido: et a ſicco: et ad iſtum poteſt reduci ſalſus et iſte ſit ex mixtione inſipidi cuꝫ amaro vt dicit Auicenna doctrina. 4. de humoribus capitulo pmo ſic videtis: ex cineribus adutis qui ſunt amari cuꝫ aqua que eſt inſipida tranſeunte ſaporem ſalſum in lexiuo et iſte ſapor ſalſus ſemper fundatur in quadaꝫ ſubſtantia leui ſuper natanti in ore ſtomachi ratione ſuper cuius farmaca iubetur dari ius ſine ſale ne p ſalē qui eſt ſubſtē leuis ſuper natantis in ore ſtomachi contingat fieri vomitum qui contrariatur intentioni ſoluendi per inferius. Secundus ſapor eſt qui fundatur ſuper frigiditate, et ſiccitate talis eſt ſapor granatorum. Tertius ſapor eſt ponticus: ⁊ fundatur ſuper q̄litatibꝰ ſuper quibꝰ fundatur ſtipticus: ſed vincit magis ſiccitas talis ſapor eſt ſorbarum: et pomorum non dum maturoruꝫ: Quartus ſapor eſt accetoſus: et hic cauſatur duobus modis vno modo er indigreſtionem: vt in ageſta et iſte ſapor eſt ſapor cordialis. Alius eſt accetoſus per putrefactionem: et hic eſt ſapor acceti. Namqꝫ in vino ebuliēte euocato humido aereo per exhalationem: et extinctionem inati calidi putreſit: et accetoſatur ⁊ huius modi accetoſitas differt a precedente: quia eſt maxime penetratiua habet enim accetum incudem et maleum: vt dicit arnaldus deuilla non a pter ptes accutas derelictas ex putrefactione penetrat: ⁊ propter ſtpiticas frigidas partes penetrantes cōprimuntur et magis penetrant conuenit tamen cuꝫ precedenti accetoſo ꝙ omnia accetoſa preſeruant a putrefactione. Quare tempore peſtis conueniens eſt in omnibus cibis vti agreſta ⁊ acceto: ⁊ irrigare domus cum acceto.

Notabis de mēte Auicenne, fen. prima quarti ſuma de efimeris ꝙ accetoſitas quandoqꝫ cauſatur a calido: et quādoqꝫ a frigido quod a frigido moſtrat ex perientia ꝺ illis quibus: accetoſatur cibus in ſtomacho, propter calorem debilem quod a calido moſtratur in viuis, que vertuntur in accetuꝫ tempore eſtiuali magis q̄ hyemali, et ſimiliter panis poſitus ad fermentandū cuꝫ fermento qui accetoſatur in eſtate dulcis autem ſapor cauſatur ex debita proportione qualitatū primarum omnium aliquando poteſt complexio declinare ad frigiditatem: ailquando vero ad caliditatem exemplum primi patet de melonibus qui ſunt frigidi: ſecundum vero patet in carnibus que ſunt calide: ſapor vero vntuoſus cauſatur ex multa ſuper abūdantia humiditatis vntuoſe: vt videre eſt in adipe: et pingudine et ideo omnia ſita ſunt humidiora ⁊ ſuper natant in ſtomacho: et faſtidiunt ⁊ ſatiant os ſtomaci relaxando. Nam ſicut frigidum comprimēdo ſanguinem in membra concitat appetitum ſic nimis humidum relaxando faſtidium cauſat et abominationem amarus autem ſapor cauſat᷑ pter multā frigiditatem quod monſtratur in glandibus et caſtaneis ante maturitatem: aut pter multum calorē cōſumēdo partes aereas in quibus ſapor ſubiectat᷑ quo modo agmidale proter antiquitaten ſuam efficiuntur amare eo ꝙ conſumpte fuerunt eis partes, dulces, Conciliator tamen opinatur omne amaruꝫ ſo

re calidum:quia habet quaſdam partes calidas:et
ſi arguatur de Opio quod eſt amarum, et eſt ſatis
frigidum,dicit ꝙ illa ſua amaritudo cauſatur pro
pter aliquas partes calidas aduſtas quas hebet in
ſipidus autem ſapor. Propter abundantem humidi
tatem.

¶ Contrauerſia tamen eſt inter gal
lenum ⁊ Ariſtotelem que facile ſedari poteſt qui nã
ſint ſapores extremi. Nam Ariſtoteles dicit eſſe ſa
porem dulcem et amarum Galenus vero ſtipticum
et acutum iſtorum tamen controuerſia ſedatur atho
ma de garbo tracta.quinto ſue ſumme queſtione ꝓ
pria. De hoc ꝙ ſi iſtorum ſaporum attendatur extre
mitas penes qualitates tãgibiles ſic ſtipticus et acu
tus ſunt extremi quia acutus fundatur ſuper calore
multo ⁊ ſtipticus ſuper frigiditate multa ſi vero iſto
rum extremitas attendatur penes diſtantes modos
immutandi ſic dulcis et amarus ſunt ſapores extre
mi. Nam dulcis: immutat ſuauiter ,et amarus non
ſuauiter et gentilis ſecundo canone credit expreſſe
quod ſapores extremi ſunt amarum et inſipidum:⁊
dicit dulcem non deberi vocari extremum: ſed me
dium.

Queritur vtrum omne amarum
ſit calidum:circa quam queſtionem due ſunt
opiniones famoſe. Prima eſt Auerro.ſecun
do de anima co.150.et.5:coli.ca.21.tenentis ,ꝙ a
marum quandoq; eſt calidum:⁊ quandoq; eſt frigi
duz ad quod mouetur multis rationibus. Prima ra
tio eſt ſicut eſt de ſapore dulci ita debet eſſe de ſapo
re amaro:ſed dulce quandoq; eſt calidum:et quan
doq; eſt frigidum:ergo et amarum:maior patet de
ſapore dulci ipſius melis qui eſt calidus et de ſapore
dulci melonis qui eſt frigidꝰ Secundo probatur il
lud:quia videmus glandes:et caſtaneas amari ſapo
ris frigidas tamen immo opium eſt amariſſimum:⁊
tamen frigidiſſimum paraliſim inducens.

¶ Tertio arguitur nõ eſt aliquis co
lor qui non cauſetur a calido et frigido:ergo non ē
aliquis ſapor qui non cauſetur a calido et a frigido

¶ Oppoſitaz ſententiam tenet gal.
omne amarum calidum eſſe quam ponit concili: ad
longum differentia.145.ar.3. et ſecundo cuius mo
tiua ſunt egregia primo autoritate Ariſtotelis. ⁊3.
probleumatuz probleumate.24.vbi dicit ꝙ amarũ
et ſalſum verſantur penes idem: ſed ſalſum ſemper
eſt calidum :ergo et amarum:immo amarum ponit
calidius philoſophus quaz ſalſum:quia dicit loco ci
tato. Salſum per aduſtionem efficitur amarũ. Itez
amarum viſcera excoriatur opilationes apperit ab
ſterſiuuz eſt que omnia ſunt certa inditia caliditatis

¶ Sed ꝓ ſolutiõe rationum auerro
premittit Con. ꝙ non eſt aliquod mixtum quim con
ficẽ ex diuerſis ſubſtantiĩs ſcilicet quibuſdaz calidis
aliĩs frigidis quibudam ſtipticis:aliĩs purgatiuis:
vt patet de lentibus:et ipſis bletis quarum primum
ius eſt purgatiuum ſecundum vero ſtipticum quibꝰ
declaritis notat ꝙ dulce contingit frigidum eſſe :et
calidum:non tamen fit ex frigido:⁊ calido immo ex
debita proportione qualitatum primaꝝ: et ad aliud
quod dicitur caſtãee et glandes ſunt amari ſaporis
dicit falſum eſſe immo ſunt pontici ſapores vel dicit
aliter ꝙ ſunt amari ſaporis ipſarum tamen amaritu
do fundatur ſuper partibꝰ ꝗbuſdã aduſtis. Calidis
exiſtentibus et ad illud de opio dicit quod eſt amaꝝ
quia fuit aduſtum ſuper laminam ferream et ad ter
tium quod arguit de colore dicit nimis extraneum,
eſſe argumentum de colore ad ſaporem: quia color
ſm pytagoram eſt ſenſus epiphans quaſi dicer et ſu
per apparentem quãdam telam que parum iudicet
ſuper ſubſtantiam rei.

¶ Circa materiam de tactu dubium
eſt et non paruum quod eſt organum ſenſus tactus
circa quod duplex opinio verſatur: quedam eſt ſim
plicĩ dicentis organum tactus fore carnez eo :quod
illa videtur optime complexionis quod etiam ariſt.
li.4 de partibus animalium capitulo primo ſenſit
ſecunda eſt opinio themiſtĩ quam ſequitur Albertꝰ
magnus dicens organum tactus fore ipſum cor qḋ
Ariſtoteles ſecũdo de anima ſenſit quando dixit or
ganum tactus non eſt caro:ſed quod intus. ¶ Ter
tia eſt opinio auerro.dicentis ꝙ organũ tactus ē ner
uus cui opinioni aſſentit conci.differentia.42 dicẽs
ꝙ per ly intus:intelligit neruum de quo maxime au
guſ.nimphus miratur. Nam dicit nunquam. Ariſt.
poſuit neruum obidq; dicit ꝙ originatiue:et princi
paliter organum tactus eſt cor: ſed diſpoſitiue eſt
caro:et quantum ad perfectionem eſt neruus:⁊ ſub
audiendum tamen eſt ꝙ cuz membra ſpermatica ab
ciſa nequeant renaſci nec neruus renaſci poterit ſen
tiet tamen caro illa per quandam irradiatiõem ſpi
cies animalis:nec propterea ſequitur ipſum os ſen
titꝰ:quia habet complexionem naturalez nimis ter
reſtrem diſtantem nimis a complexionem organica
nobiliſſima per quam neruus ſentit.

¶ Sed aliquis argueret cõtra hoc
probando:ꝙ caro ſit organum tactus: quia caro eſt
melius complexionata quam neruus. Dicenduz ad
hoc: aliquod membrum eſſe bene complexionatum
poteſt ex duobus attendi:aut ex complexione orga
nica que eſt aſtantia ſpiritum: aut ex complexione
innata que eſt tale vel tale temperamentum primoꝝ
qualitatum ſi primum ſic neruus eſt melius comple
xionatꝰ quia habet qualitates magis conformes ad
ſentiendum vtpote temperamentum ſpũum animali
um:et iſta complexio organica eſt maxime conueni
ens operationibus animalibus obidq; ex illius ca
rentia in abundanti quantitate caro non eſt organũ
ſenſus: quia magis abũdanter participat neruus ō
ſpiritibus. ¶ Nota tamen:ꝙ in nerui abciſſione ſu
plet caro vicem organi per ipſus irradiationem nõ
tamen iſtã ſuplere poteſt os,qꝛ eius complexio ma
xime terreſtris eſt et diſſonans a temperamento ſpi
rituum animalium.

¶ Dubitaret aliquis quare cum ſen
ſus tactus ſit ſenſus maxime terreſtris in quo elemẽ
tum terre maxime dominatur quare iudicat ſuper
intellectus bonitatem. Dicendum ad hoc: ꝙ ideo ē:
quia ſenſus tactus eſt ſenſus vniuerſalis:et ipſius bo
nitas indicat cõplexionẽ per totũ corpus eſſe bonã.
Ex quo ſequitur intellectum habere bonam diſpoſi
tionem in ſenſibus,⁊ ideo molles carne dixit philoſo
phus aptos mente. Notandum tamen eſt in preſenti
arum: ꝙ ſenſus omnes ſentiunt per medium quan
doq; quidem intraneum quandoq; vero extraneum
medium intraneum voco quod eſt coniunctum cor
pori,et pars;extraneum vero econuerſo, Senſus vi



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ſus auditus:et olfactꝰ ſentiunt per mediū extraneū
ſed ſenſus guſtus et tactus ſentiunt per medium in
traneum.Commentatoꝛ tamen Auerro.Queritur
ſuper iſta parte vtrum duo coꝛpoꝛa dura poſſint im-
mediate ſe tāgere ſine aliquo medio:quam pꝛopoſi-
tionez multi philoſophi volunt moderari,ꝙ ſit intel
ligenda de coꝛpoꝛibus mixtis:et non de elementis
quia duo elementa bene poſſunt eſſe immediata: et
dicunt intelligendum de duris,quia plumbum li-
quatum:et aurum liquatum poſſunt eſſe immedia-
ta:ſed vt dicit Auguſtinus nimphus in ſecundo de
anima cō.iiȝ.ſuper vacue tot conditiones addide-
runt. Nam cum dicit coꝛpoꝛa dura ibi intelligitur
mixta.Nam duricies eſt qualitas ſecunda:vt habet
metheo.4.que non poteſt niſi in mixtis reperiri.itē
quidam addunt ꝙ debent eſſe dura diſcontinua.naȝ
dicunt due medietates vnius continui bene ſe tan-
gūt immediate ſine aliquo medio:ſed hec omnia cō
pꝛehenſa ſunt cum dicitur impoſſibile eſt duo coꝛpo
ra dura ſe tangere:tactus enim ſolus eſt pꝛopꝛie di-
ctus inter res diſcontinuas:mouet autem Auerro,
ad hanc pꝛopoſitionem aſſerendam per rationem il
lam cōmunem ꝙ ſequeretur aut dari vacuū:aut pe-
netrationem dimenſionuȝ ſi duo coꝛpoꝛa dura ſe tan
gerent immediate patet de duabus tabulis quadra
tis quarum vna ſuper ponatur alteri immediate vo
lo,ꝙ vna ab altera ſeparetur eque cito quo ad om-
nes ſuas partes quod cum fiat ingrediatur aer ab
extremo illarum tabulaꝝ vſqȝ in mediuȝ in inſtanti
et ita daretur motus localis inſtantaneus quod eſt
falſum:aut ſi ille aer moueat ſucceſſiue,ſequitur in
medio tabularū dari vacuum pꝛopter que inconue-
niētia euitanda:dicit Auerrois inter illas tabulas
quantumuis leuigatas ſemper exiſtere medium:ſȝ
contra hanc opinionem eſſent alique inſtantie:Pꝛi
ma ſequeretur ꝙ quantumuis magnum graue ſubſ-
tineret quantumuis paruū leue,et ſequella patet de
modico aere exiſtenti inter illa coꝛpoꝛa dura. Se-
cundo ſequeretur ꝙ in entibus naturalibus non eēt
determinatio quo ad paruitatem.Nam quocunque
aere dato exiſtenti inter illa coꝛpoꝛa dura minoꝛ poſ
ſet eſſe:quia poſſunt magis leuigari:et fieri imedia
tioꝛa:et ꝙ aer medians eſſet minoꝛis quātitatis pꝛo
pter que inconuenientia videtur mihi rectius dicē-
dum:ꝙ duo mixta bene poſſunt eſſe imediata:et ad
incōuēientia que affert auerr.Dico ſicut bene dicit
Thomas de garbo in tract.5.ſue ſumme in queſtio
ne de ſono:ꝙ qꝛ eleuatio eſt motus:et ſit per vltimuȝ
non eſſe ſequitur ꝙ quēadmodum imediate poſt hoc
fiet eleuatio.Ita imediate poſt hoc fiet aliquis mo-
tus aeris:et immediate poſt hoc erit aliquis aer vſ-
qȝ ad mediū nec ſequitur pꝛopterea:ꝙ aliquis motꝰ
localis ſit inſtantaneus.

## Capitulo vigeſimo tertio in ſolu

tione pꝛimi argumenti libꝛi de anima Paulus vene
tus tenet:ꝙ eadem ſpecies eſt in toto medio nec ha
bet pꝛo inconuenienti:ꝙ ideȝ accidēs ſpirituale ſit
in pluribus ſubiectis diſcontinuis et concedit idem
numero in vno loco eſſe vigoꝛoſius ſe ipſo ī alio:imo
idē in vno loco eſſe puriꝰ ſe ipſo in alio nec pꝛopterea
concedit idem eſſe vigoꝛoſius ſe:aut idem eſſe puriꝰ
ſe eſt eniȝ arguere a dicto ſecundū quid ad dictum
ſimpliciter.

## Et nota ꝙ ſicut iſta conſequentia

nihil valet eadem anima numero ē in vna parte coꝛ
poꝛis:⁊ in alia et deficit ab vna:ergo illa anima coꝛ
rumpitur ſic pari modo non valet eadem ſpecies nu
mero eſt in aere et in aqua:et deficit ab aqua,ergo
illa ſpecies coꝛrumpitur:nego conſequentiam:ſed
ſoluȝ infertur:ꝙ deſijt eſſe in aqua ex quo non ſequi
tur:ergo deſinit eſſe:quia arguitur negatiue ab in-
feriori ad ſuum ſuperius:ex parte pꝛime exponen-
tis dely deſinit ex ponendo per pꝛimuȝ non eſſe ac ſi
argueretur non eſt in aqua:ergo non eſt ens.

## Queritur cur dicatur ſenſus in

terioꝛ:et an in ſenſu cōmuni fiant omnes ſen
ſationes ſuper quo nota ꝙ ſenſus non voca-
tur interioꝛ:qꝛ ſit in interioꝛibus ſituatus:quia etiaȝ
tactus ſituatur in paniculis interioꝛibus coꝛpoꝛis:
nec vocat interioꝛ:qꝛ ad ſui opationē reqrat pꝛeuiā
alteriꝰ ſenſus ſenſationē.Nā illo mō ſenſus guſtꝰ eēt
interioꝛ:quia nunquam operatur per cipiendo ſapo
res quiȝ tactus pꝛeſenſerit humiditatem:ſed vocat
interioꝛ ſenſus:quia ad ſui operationē pꝛerequirat
operationē alterius ſenſus in alio oꝛgano exiſtētis.

## Ad ſecundum nota id quod tenet

Buridanꝰ in libꝛo de ſomno et vigilia:ꝙ ſenſus exte
rioꝛes non ſentiunt:ſed illud quod ſentit eſt ſenſus
communis ille enim facit omnes ſenſationes omniuȝ
ſenſibilium:et ſenſus exterioꝛes non faciunt niſi pꝛe
dis ponere ſpecies ipſas in materialiȝando qō monſ
trat duabus experientijs. Pꝛima eſt:quia frene-
ticus et ſi multa viderit inter delirandū non iudicat
ſe vidiſſe:quia ſenſus communis fuit in diſpoſitus er
go in ſenſu cōmuni pꝛincipaliter cauſantur iſte ſen-
ſationes. Secunda ē ꝙ doꝛmientes et ſi multa au
dirent non iudicant ſe audiuiſſe:quia ſenſus cōmu-
nis fuit indiſpoſitus:ergo in ſenſu communi pꝛinci-
paliter cauſantur iſte ſenſationes:ſed falſuȝ dicit fa
cit enim ſenſus exterioꝛes non eſſe perceptiuos quo
nihil eſt abſurdius:et ſue experientie nihil valent:
ſolum pꝛobat nos non memoꝛari de rebus ſic viſis ꝓ
pter ſpecierum turbulentiam et in diſpoſitionem q
ineptitudine non ſufficiunt facere nos rememoꝛari.

## Queritur vtrum in oculo domi-

netur aq̄ in auditu aer:et in odoꝛatu ignis,
et in alijs terra ad quam queſtionem reſpō-
det Buridanus in libꝛo de ſenſu et ſenſato ī queſtio
ne quadam:vbi loquitur de dominio elementoꝛum
in mixto aſſeueratiſſime credit ī quolibet mixto do-
minari terram quoad molem:quod etiā phs aſſeue
rat in libꝛo de pꝛopꝛietatibus elementoꝛum credit
etiā in quolibet mixto dominari terram quoad gra
uitatem ꝙ ſi aliqua mixta leuigant vt patet de piſci-
bus moꝛtuis et de lignis illud eſt pꝛopter multas ꝑ-
tes ventoſas admixtas cuius indiciuȝ eſt:ꝙ ſi piſcis
ille infruſtra ſcindatur ⁊ lignum pulueriȝetur pulue
res concidunt in terrā pꝛopter exhalationē partiuȝ
ventoſarum:ſed de caloꝛe credendum eſt in rebus
animalis quibus licet dominari calidū quo ad ope-
rationem:ſed non quo ad denominationem qualita
tiuam qō gale.nono de ingenio ſanitatis mōſtrat in
apibꝰ in quibus cum ſint exangues frigidum ſuper
calidum dominatur:et tamen quoad omnes operati
ones vtitur apes caliditate:quia ad operationes vi
tales ineptiſſima eſt frigiditas.

## Ad queſtionem dico dominari a

quam in oculo ꝙ totus ſit aquoſus humoꝛibus ple-
nus:et ꝙ aqua conſeruetur:et in auditu aerem ꝙ eiꝰ

eius organum maxime illi proportionetur, et corpora aerea ſint magis ſonora, et in odoratu ignis: quia viget odoratus calido et ſicco.

¶ Utrum nerui obtici ſe crucient in capitulo .25. in prima concluſione errat in hoc paulus venetus deceptus opinione Alberti magni cogitantis neruos obticos fore concauos et incrucem quod falſum eſt: Namque ex illo clare ſequitur dextera aparet ſiniſtra ⁊ ſiniſtra dextera obidque rectiꝰ eſt, neruos illos ꝯiūgi verſus cerebrū, et poſtea vnū quemque procedere ad occulum correſpondentem directe illi parti vnde neruus trahit originem: iſte autem contactus neceſſarius eſt tam in neruis obticis quam auditiuis ne vna queqꝫ res appareat due res quod bene monſtratur in depreſſione oculi per digitum, nec motiuū alberti valet aliquid vt declaraui ſuper probleumatibus debent autem eſſe poroſitatum valde latarum: non tamen concaui: quia nō differrēt auenis.

¶ Utrum in capite ſicut membro regali vbi vigent omnes ſenſus determinentur figure re ad quam queſtionem reſpodeo: ꝙ caput quattuor figuras habet vt bene declarat conciliator differentia. 42. Prima eſt: quia totum caput eſt ſphericum: et ſic tale eſt in diſpoſitum quoniam ſpecies vagant non recte tranſeūtes ad poſterius: nec celeriter redeuntes ad anterius. Secunda figura capitis eſt vbi deficit eminentia anterior: et eſt planities quēadmodum in etihopibꝰ, et iſti propter compleſſionem ventriculorum anteriorum ſunt leſi quoad cognoſcitiuas potērias. Tertia figura eſt quando deficit eminentia poſterior: et in talibus leditur memoria. Quarta figura capitis eſt quam dicit Hippo. Non poſſe reperiri ꝙ. ſ, maior ſit diſtantia a tempore in tempꝰ quā ab occipitio inſynciput ſed Conci, et Ugo ſe. ſecūdo tegni dicūt ſe vidiſſe bononie.: ſꝫ figuras, capitis nālis nulla iſtaꝝ ē: ſꝫ ē ſicē dicit gale. ſecundo teg. tanꝙ figura ſpherica cerea alateribꝰ leuitur compreſa: er factum eſt hoc vt parti anteriori ſit locus amplus: et capax pro operationibus cognoſcitiuis: pars vero poſterior etiam eſt facta capax: et rotunda quoniam eſt archa reſeruatiua ſpecierum ſenſualium media vero pars ſtricta facta eſt vt ſit celerimus tranſitus ſpecierum abante in retro et ecouuerſo ex quo infertur ꝙ cuꝫ pars anterior ſit amplior per illam purgantur plures ſuper fluitates immo per aures obidqꝫ organuꝫ auditus non ita humectatur: ſicut humectatur organum olfatus: et ratio eſt: quia poroſitatas auditus ſunt anfractuoſe intra quas ſi humiditas complicaretur tantum eſſet nocumentum vt homo fieret ſurdus propter difficultateꝫ extrahendi illas immunditia: vel dic aliter, ꝙ quamuis organuꝫ auditus preter naturaliter humectetur tamen de complexione eſſentiali ſiccum ē poſſemus dare ac comodatam ſimilitudinem de pulmone qui de complexione eſſentiali ſit calidus et ſiccus cum nutriatur ſanguine colericiſſimo ꝺ accidentali ſit frigidus et humidus eo quod ſit receptaculum plurium flegmatum deſcendentium a capite ne ex continua flabelatione cordis areſcat.

¶ Utruꝫ ſit aliquod ſenſibile cōmune ad quam queſtionem noto: ꝙ ſenſibilia cōmunia ſentiuntur quedam immediate ſine aliquo diſcurſu: et illa ſolum ſunt quinqꝫ ſcilicet numerus: magnitudo: motus: quies: figura: alia vero ſentiuntur aliquo diſcurſu iuuante que ſolent poni. 16. vt dixit Cantuarienſis. nota tamē quod iſta propoſtio magnitudo eſt ſenſibile cōmune intelligitur ſm ſentētiam realium in rigore. Naꝫ aliqua magnitudo eſt ſenſibile cōmune vtpote quantitas que diſtinguitur are quanta ſed ſecunduꝫ nominales in rigore illa eſt falſa. Naꝫ vel tu demonſtras magnitudinem que eſt ſubſtantia et ſic illa ſingularis eſt falſa: quia ſubſtantia non eſt ſenſibile per ſe: ergo nec cōmune vel tu demonſtras magnitudinem que idemtificatur accidenti: et ſic iſta eſt falſas: iſta magnitudo eſt ſenſibile cōmune: quia quod cumque accidens demonſtres diſtinctuꝫ a ſubſtantia illud non ſentitur a pluribus ſenſibus: ideo debet iſta propoſitio magnitudo eſt ſenſibile cōmune cōcedi: aut ly magnitudo ſupponēte materialiter ita ꝙ ſignificet iſte terminus magnitudo, ſignat plura ſenſibilia adiuerſis ſenſibus: et ita illa propoſitio de actu exercito ſumitur loco vnius ꝺ actu ſignato: aut debet ly magnitudo ſupponere ſimpliciter: quare non licebit dare aliquas ſingulares.

Dubitatur an ſenſus exterior cognoſcat ſenſibile alterius ſenſus ⁊ quo modo ſaluabunt omnia ſine ſpeciebꝰ ⁊ an ſpēs ſenſus exterioris et interioris differāt ſpetie ad p̄mū nota: ꝙ ſenſus exterior nec de pſe nec de p accidēs cognoſcit ſenſibile alteriꝰ ſenſus ſiue ꝯcurrant in vnum ſubiectiue ſiue non: ſed contingit ex frequentia cōſuetudinis cognoſcendi aliqua eē in vno ſubiecto quod imperciptibiliter vno illorum accidentium cognito a ſenſu exteriori ſenſum cōmunem ratiocinari de alio ibidem cognito quin ſit ſenſatuꝫ ab alio ſenſu exteriori.

¶ Ad ſecundum dico ad omnes experientias reſpondet Ocham ꝙ ſola rerum approximatio ē cauſa cauſandi diuerſas notitias propter diuerſitateꝫ ſitus in ordine ad potētiā: vel ad mediū: vel ad ſpeculum vide a nobis dicta in propbleumatibus.

¶ Ad tertium egregie probatur ſpecies ipſas ſenſus exterioris differre ſpecie ab ſpeciebꝰ ſenſus interioris quoniam iſte ſpecies ſenſus exterioris cauſat a ſolo obiecto ſed ſpecies ſenſus interioris cauſantur a notitia ſenſus exteris: et a ſenſu interiori quod probatur. ¶ Nam ſi non ita eſſet ſequeretur aliquem poſſe habere notitiam abſtractiuam abſolutam ſingularem diſtinctam de re aliqua cuius nunquam preceſſerit intuitiua falſitas conſequentis nota eſt: et ſequella probatur de aliquo qui cum eſſet intentus in interioribus imaginationibus delata ſub viſu non percipit quorum tamen ſpecies accepit per uiſuꝫ: et ſi ille met tranſfunderētur ab occulis vſque ad ſenſus interiores ſeq̄retur illatum inconueniens.

Queritur vtrū ſit dr̄a inter ſpetiem et notitiam ad quod reſpondeo: quod inter ſpetiem et notitiam multa ſunt diſcrimina primum ꝙ ipſa notitia ē terminus et ſpecies non ſecundum: ꝙ ipſa notitia repreſentat formaliter ſpecies vero inſtrumentaliter tertium, ꝙ ipſa notitia non repreſentat preuia ſui cognitione: ſed ſpecies repreſentat preuia ſui cognitione: et non qualicunque ſet debet cognoſci illa ſpecies in quan

tum eſt imago ꝙ euenit ex quadam notitia habitua-
li derelicta a notitia intuitiua inclinanti in notitiam
ſpeciei, vt imago. Et poſſemus aliam differentiam
aſſignare ꝙ notitia non poteſt eſſe in anima, quin
per illam anima actualiter immutetur: ſed ſpecies
poteſt eſſe, quin actualiter immutet: quomodo au-
tem ſpecies differat ab habitu diximus in proble-
matibus.

Queritur vtrū ſubiectuꝫ ſenſuū ſit
cor vel cerebrum ad quod multas bonas ra
tiones faciunt medici contra Ariſtotelem
probantes ꝙ ſenſus communis ſit in cerebro et non
in corde. Primo quia ſentire eſt quodā pati: vt phi
loſophus ſecundo de anima ſed melius patitur mē-
brum molle quam duruꝫ: ergo cerebruꝫ ſentit et nō
cor. Itē mēbrum calidiſſimū ē maxime alienuꝫ ad
perfecte ſentiendum: vt patet de freneticis qui deli
rāt propter calorem et de belligerantibus qui tem
pore belli non ſentiunt vulnera propter caloreꝫ cuꝫ
igitur cor ſit calidiſſimū ſequitur eſſe ineptū ad ſen
tiendum. Item ſi quis habeat diſpoſitiones malas
ad cognoſcendum et ad iudicandum ponimus eire
media in capite ⁊ non in corde: ergo cerebrum eſt
principium ſenſus. Preterea illud quod eſt princi
pium paſſionum non eſt habens temperamentum:
perfectum pro cognoſcendo: patet iſta maior ex
themiſtio in ſecundo de anima inſigniter declarāti
quomodo pro paſſionibus requiratur corpus eē ſub
intemperie quaſi agitatum et turbidum, ſed pro co
gnoſcendo limpidū et quietum, et purgatum cum
ſpiritibus ſplendidis ſed cor eſt principium paſſio-
nis quia ipſum eſt qđ in paſſionibus agitatur ⁊ cōtur
batur: ergo non eſt aptum principium pro cognoſcē
do et percipendo ad idem etiam eſt notandum, ꝙ li
cet cerebrum ſit principiū ſentiendi ipſuꝫ tamen nō
ſentit quod natura ſagatiſſime fecit. Nam cuꝫ cere
brum ſit totius corporis caminus ad quem vniuerſi
ſummi corporis aſcendunt natura ſagaciſſima fe-
cit ne ſentiret: quia aliter continuo grauaretur do-
lore ex aſcendentibus fumis ſecundum etiam medi
cos cerebrum eſt principium motus quod monſtrat
quia corporis in paraliſi que eſt corporis imobilitas
⁊ molities iubebimus caput confortare oleis calidis
atque nucham ipſam calefacere nerui namque oriū
tur a cerebro et a nucha eius vicario bini et bini ab
vno quoque ſpondili, ⁊ non poſſunt omnes immedia
te oriri a cerebro: quia grauaret̄ caput in tot ner-
uorum ortu ex quo poteris dare cauſam illius quod
in ſeptimo argumento iſte doctor declarat ſcilicet
cur dormientes nōnulli exercēt opera vigilantiū. ē
enim notandum ꝙ cerebrum concreat duplices ſpi-
ritus ſcilicet motiuos: et ſenſitiuos: ſenſitiuos quidē
magis in parte anteriori cerebri ſubtiles dyapha-
nos minus calidos: et in parte poſteriori concre
at alios ſpiritus groſſos: calidos opacos quos per
partem poſteriorem: et nucham membris vniuer-
ſis delegat cum quibus mouentur: nondum tamen
ſentiunt: quia ſunt opaci: et groſſi. ſed ſentiunt ine
pte ⁊ hec eſt cauſa quare mouentur et ſurgunt de le
cto dormientes: quia dato ꝙ ſenſus communis ſit li-
gatus ne ſentiat per ſenſus exteriores: nō tamen eſt
ligatus ne ab intra moueatur ⁊ ſic ſenſus communis
moueatur ab intra in quo motu ſentit ſenſus commu
nis aliquid prout conueniens vel diſconueniēs quo
cognito appetitus ſenſitiuus coniunctus ſenſui cō-
muni appetit illud fugare vel pſequi: et mouet mē-
bra exteriora ad illam proſecutionem vel fugam ex
ercendam.

¶ Complendo magis materiam de
ſenſibus interioribus nota ꝙ anathomiſte ſolent di-
uidere ſenſus interiores quidam ſicut carpus in ſua
anathomia diuidunt illos ſecundum ventriculos cere
bri in longitudine: itaque cerebrum verſus partes
laterales diuiditur in duas partes ſm longitudineꝫ
quarum vna tota ab ante in retro eſt ſenſus commu
nis per totum et memoria per totum: ceterū ſenſus
communis magis viget in parte anteriori, ⁊ memo
ria in parte poſteriori: et conſimile in parte ipſa ſiniſ
tra imaginantur etiam cerebrum diuiſum ſm longi
tudinem ab ante in retro et per totum ſenſus cōmu
nis et memoria: ſed magis viget vt prediximus ſen
ſus cōmunis in parte anteriori et memoria in parte
poſteriori ſed per medium: vt aiunt eſt locus qui
non ſeruit niſi tanquam medium tranſitus ſpiritibꝰ
et ſpeciebus in vna parte et in alia: ſed anathomiſte
communes alio modo diuidunt cerebrum ſcilicet ſꝫ
latitudinem in tres ventriculos diuiſos quidem: et
a ſe ſeparatos per piam matrem que eſt tella ſubti-
lis velut ſua mater in gremio amplexans cerebrum
et veluti telicula diuidit grana pomi granati prior
igitur ventriculus in duas ſecatur partes in quaruꝫ
Prima ſi credamus Auicenne reſidet ſenſus cōmu
nis in ſecunda phantaſia que reſeruat ſpecies ſub
ratione preſentis in ſecundo ventriculo eſt duarum
partium ſectio in quaruꝫ prima eſt extimatiua elici
ens ex intentionibus ſenſatis non ſenſatas: et huius
reprobationem in noſtra repetitione viſum eſt.
In ſecunda parte medij ventriculi eſt imaginatiua
que vere eſt ratio particularis, in ſingulari omnia
ſyllogizans que intellectus in vniuerſali. Poſt has
omnes ſequitur memoria in ventriculo poſteriori
qui: vt aiunt nō eſt potentia cognoſcitiua licet te-
neri poſſet contrarium: quia inconueniens quod ad
ducitur quod eſſet incōtinuo actu cognoſcendi nul-
lum eſt: quia tunc ego poſſem dicere: ꝙ nō ſequitur
quia licet ſpecies ꝯtinue ſit preſens preſentia reali
nō tamen preſentia obiectiuali.

¶ Unum tamē nota ꝙ memoria nō
reſeruat ſpecies niſi ſub ratione preteriti et non ali
ter: preterea nota, ꝙ memoratiua non eſt reminiſci
tiua quia reminiſcitiua eſt cognoſcitiua: immo in ſo
lo homine reperitur iuxta philoſophum in primo de
hyſtorijs animalium dicentem, ſolus homo reminiſ-
citur inter animalia: et eſt reminiſcentia inueſti-
gatio obliti per memoriam quod euenit quia ex me
moratis ſillogizat homo ad oblita non totaliter: ſed
partialiter oblita: propter remiſſionem ſpeciei, vt
dicit Buridanus in de memoria et reminiſcentia.

¶ Notandum eſt vlterius quod ſe-
cundum Ariſtotelem ſi credamu Paulo veneto po
nuntur ſoluꝫ due potentie ſenſus communis ſcilicet
et memoria: licet ſm buridanuꝫ ponuntur tres ſen
ſus communis phantaſia: et memoria: ſed circa ſi
tum iſtarum potētiarū due ſunt opiniones quedam
tenet has potentias eſſe diſperſas per totum cere-
brum quod tenet Mathēꝰ de gradi: nono alma. ca
pitulo de litargia et vgo ſenenſis ſecundo teg. capi-
tolo de cerebro ad quod mouētur autoritate philo-
ſophi in libro de memoria dicentis bene memorari

ui ſunt tardi ingenij et econtra quod eſſe non poſſet ſi memoria et ſenſus communis haberent diuerſa loca in cerebro: quia poſſet eſſe temperamentum conueniens vtrique quamuis eſſent temperamenta contraria propter eſſe in diuerſis locis: contrarium tenent communiter ꝙ memoria eſt in occipite ſenſus communis in ſincipite et ſic conſequenter. et ad auctoritatē philoſophi ingenioſa eſt reſponſio ſup tēperamento illo dico gale. ſecundo theg. capitulo de cerebro vbi dicit facilitas diſcendi mollis difficultas diſcendi dure obliuio vero fluentis memoria vero ꝑmanentis. Ex quo dicto infertur ſubtilitatem ſpirituum cum eorum caliditate congruere pro ingenij perſpicacitate ꝙ videre eſt in colericis, qđ tñ nocet memorie propter cerebri variabilitatem et fluxibilitatem: quare cito amittit ſpecies: quia habet cerebrum nimis in motu: ſicut deſinit apparere ymago a qua conturbata obidque ingenioſi ſunt male memoratiui.

¶ Galenus tertio de accidenti et morbo: probat multiplicem virtutem interiorem ſore dabilē: quia videbat quoſdā homines taliter peccantes: ꝙ in ipſis deficiebat imaginatiua quoſdam vero alios taliter errantes ꝙ malum iudicabant eē bonū et econuerſo: et quandoque dubitabant vtrum maluꝫ eſſet malum vel bonum eſſet bonum exemplo declaratur hoc dicit gale. ꝙ vidit quendam hominē qui fortiter clamabat vt pellerent ab angulo domi nus tibicines qui eius caput infeſtabant: iſte errabat ſm imaginatiuam licet non ſm extimatiuam dicit etiam gal. vidi alium hominem qui omnes vrceos domus congregabat et ponebat in feneſtra ⁊ poſtea querebat a tranſeūtibus per callem vtrum eſſet bonum proijcere illos vrceos in callem iſte errabat ſm extimatiuam non vero ſm imaginatiuam.

Queritur quomodo ītelligitur iſta propoſitio oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari ad quod dico ꝙ non debet intelligi: ꝙ intellectus intelligat phantaſmata: ſed intelligitur oportet intelligentem in phantaſmata producere quandam qualitatem ſpecialem q̄ mediante phantaſmata ſuperelleuent mediāte quodam lumine intellectus agētis itaque quiditas que erat ſopita per indiuiduales conditiones propter improportionalitatem quam habebat ad intellectū agentem iam actualiter poſſit immutare: ſicut dicit Doctor ſanctus ꝙ beatus ad videndam diuinam eſſentiam indiget lumine glorie quod eſt qualitas in intellectu beati eleuans ipſum vt poſſit videre deum et hoc eſt ꝙ philoſophus dixit tertio ō anima intellectus agens facit tranſire de ordine in ordinem Nam cum phantaſma eſſet potētia intelligibile factum eſt actu intelligibile et indigentia huius irradiationis prouenit: quia cum obiectū ſenſibile ſit mālе et intellectus ſit in materialis eſt maxima in proportio niſi per aliquam qualitatem illud phantaſma de potētia intelligibili faciat actu intelligibile.

Queritur vtrum intellectus humanus multiplicetur ad multiplicationem indiuiduorum. ¶ Pro declaratione huius queſtionis eſt primo notandum: ꝙ naturaliter loquētium fuerunt quattuor opiniones. Prima opinio fuit alexandri ponentis: vt recitat Commentator. 3. de anima, ꝙ intellectus multiplicatur ad multiplicationem indiuiduorum ſpeciei humane: et ꝙ eſt generabilis et corruptibilis more aliarum formarum naturalium per nobiliſſimam mixtionem qualitatum primarum et diſſolutionem eiuſdem mixtionis Secunda opinio fuit Platonis ponentis animas intellectiuas in numero finito correſpondentes aſtris celeſtibus: itaque poſt mortem reuertuntur ad ſtellas et quedam puniuntur: et quedam premiantur ſecundum merita: ⁊ poſt multa ſecula infinities reuertuntur ad corpora. Tertia opinio fuit pitagore aſſerentis animas humanas in numero finito. Non tamen dimittere corpora ſimpliciter: ſꝫ intrantes alia corpora indifferenter brutoruꝫ. Quarta opinio modernorum dicit animam intellectiuam multiplicari ad multiplicationem indiuiduorum et generari: nō autem corrumpi, et hanc credunt fuiſſe opinionē ariſtotelis.

¶ Secundo notandum: ꝙ nulla iſtarum fuit opinio Ariſtotelis ſcilicet ꝙ vnicus ē intellectus in omnibus hominibus iuxta impoſitioneꝫ cōmentatoris tertio de anima. Unde ſecundum philoſophum primo et tertio de anima natura nihil facit fruſtra et non abundat in ſuperfluis: nec deficit in neceſſarijs: cuꝫ igitur natura alicui ſpeciei non dederit niſi vnum indiuiduum: et alteri plura hoc eſt, ideo: quia vna ſpecies in vno indiuiduo poteſt ſe perpetuo preſeruare: et nō alia vt ſpecies angelica que perpetuo preſeruatur vna intelligentia: et non ſpecies humana: ſed ita ē ꝙ ſpecies anime intellectiue poteſt ſe preſeruare perpetuo ī vno indiuiduo: quia anima intellectiua eſt perpetua et eterna ſicut aliqua intelligentia celeſtis: ergo fruſtra et preter intentionem nature ponuntur plures anime intellectiue ſolo numero differentes. ¶ Item intellectus venit deforis ſecundum philoſophū xvi. in libro de animalibus: aut: ergo per creationem: iuxta opi. fidei aut per modum a corporibus celeſtibus: iuxta opinionē Platonis: aut per introituꝫ vnus corporis aliud relinquendo iuxta opinionem Pythagore, ergo aut per nouam actuationem vnius corporis humani aliud relinquendo: nullus trium primorum modorū poteſt aſſignari: quia intuenti libros Ariſtotelis notum eſt ipſum oppoſituꝫ opinari: ergo eſt dare quartum modum: et cum in eodem corpore non poſſint: eſſe plures anime intellectiue ſimul ſecunduꝫ omnē opinioneꝫ: ſequitur ꝙ vnicus eſt intellectus in omnibus hominibus: ſecundum intentionem Ariſtoteles

¶ His viſis pono quattuor concluſiones Ariſtotelis: et cōmenta. tertio de anima quarum prima eſt iſta, intellectus non eſt admixtus corpori: nec virtus organica: patet: quia aliter ſequeretur ꝙ ipſe eſſet qualis ſcilicet calidus vel frigidꝰ pꝫ conſeq̄ntia: q2 reciperet paſſiones corporis: et organi: ſicut cetere virtutes organice, et non eſt intelligenda illa predicatio idēptice: ſed cauſaliter ſolū ſcilicet ꝙ intellecus fundatur in calido, et frigido, ſicut cetere virtutes organice Cōmētator autem dicit ꝙ dato oppoſito concluſionis ſequitur primo, ꝙ intellectus eſſet virtus complexionalis ſeu ſuperaddita virtuti complexionali quod eſt falſum quia non eſt virtus corruptibilis nec ſenſitiua. Secūdo ꝙ intellectus eſſet ſextus ſenſus aut inſequitur ſenſuꝫ ſextum: ſicut imaginatiua ſenſum communem: patet cōſequentia ſi eſt virtus organica et non aliquis ſenſus

interior: conſequens autem eſt manifeſte falſum:

¶ Secunda concluſio intellectus humanus ē impaſſibilis paſſione corruptiua: patet: quia eſt in materialis ⁊ in mixtus ingenerabilis: et incorruptibilis: ſi enim eſſet materialis non eſſet intellectus reflexus ſupra ſe: nec vniuerſalium cognitiuus quod eſt falſum: et ſi eſſet corruptibilis hoc eſſet per ſe vel per accidens non per ſe: quia non habet materiam: nec etiam per accidens ad corruptionem corporis: quia ſine illo corpore cuius eſt actus poteſt eſſe: et per illud philoſophi ſecundo de anima ſeparatur hoc ab hoc, tanquam perpetuum a corruptibili deinde conditiones recipientis et recepti debent eſſe proportionate: ſed vniuerſalia que recipiuntur in anima ſunt ingenerabilia et incorruptibilia primo poſteriorum: ergo etiam anima intellectiua: et ideo Aritoteles duodecimo methaphiſice determinat ꝙ omnis forma corrumpitur corrupto eo cuius eſt forma preter animam intellectiuam.

¶ Tertia concluſio non ſtat intellectum incipere eſſe: et ipſum eſſe incorruptibilē patet primo quia ſicut generabile, et corruptibile cōuertuntur ita in generabile, et in corruptibile primo celi, ſecundo quia eſſent infinite anime intellectiue quod eſt inconueniens: quia fruſtra eſſent illa: et ex his reſultaret infinitus numerus in actu quod eſt cōtra philoſophum, primo celi et tertio phiſi. et patet conſequentia; quia infiniti homines ſunt corrupti ſi ſpecies ſunt eterne; et cuiuſlibet illorum anima intellectiua eſt.

¶ Quarta concluſio intellectus nō numeratur numeratione in diuiduorum: ſed eſt vnicus in omnibus hominibus: probatur pluralitas in diuiduorum in eadem ſpecie non eſt niſi habentium materiam per philoſopho primo celi vii: et xii methaphiſice vbi probat ꝙ non poſſunt eſſe plures intelligentie ſeparate ſolo numero differētes per hoc medium: quecunque conueniunt in eadem ſpecie et differunt numero habent materiam: ſed anima intellectiua non habet materiaꝫ: ſcilicet ex qua nec in qua per inherentiam: ergo et cetera. ¶ Unde arguitur ſic. Anima intellectiua eſt ingenerabilis: et incorruptibilis: tertio de anima. et non contingit dare multitudinem actu infinitam. primo celi. et tertio phiſicorum. ⁊ ſpecies ſunt eterna. primo poſteriorum. et octauo phiſicorum. Ergo vnica eſt anima intellectiua omnium. Patet conſequentia: quia ſi intellectiua mutatur mutatione indiuiduorum ſpeciei humane: aut: ergo per generationem: et corruptioneꝫ vt poſuit Alexander: et hoc non quia repugnat prime parti antis: aut per multiplicationem finitaꝫ animarum recedentium et ad venientiuꝫ, vt poſuit plato vel pitagoras: et hoc iterum non: quia omnes ſciunt oppoſitum ſcripſiſſe Ariſtoteles: aut per generationē vel creationem: et in corruptibilitateꝫ: vt ponit fides: et hoc iterum non: quia repugnat ſecunde parti et tertie antecedentis: Ergo oportet dare vnicum intellectum in omnibus hominibus ſecundū opinionem et intentionem ariſt.

¶ Contra predicta arguitur et primo ꝙ anima intellectiua eſt generabilis et corruptibilis: quia anima hominis, et anima equi ſunt eiudeꝫ generis: ſed anima equi ē corruptibilis: ergo et anima hominis: patet conſequentia quia corruptibile et in corruptibile differunt pluſquam gene. decimo meta. maiorem nota: quia homo et equus ſunt eiuſdem generis: et confirmatur. Nam aliter corruptio hominis non eſſet niſi diuiſio partium ſicut ſeparatio vnius medietatis aque ab alia medietate conſequens eſt falſum: quia tunc corruptum poſſet redire idem in numero eo ꝙ partes ſeparate poſſent iterum vniri.

¶ Secundo arguitur: ꝙ non ē vnicus intellectus in omnibus hominibus: quia tunc in eodem ſimul eſſent contraria in actu, quod eſt impoſſibile: ⁊ probatur conſequentia dato ꝙ ſortes haberet ſcientiam de vna concluſione: et Plato opinionem erroneam de eadem concluſione: tunc patet: quod iſti actus ſint in eodem intellectu: et ſunt contrarii quarto methaphiſice: immo ſequitur ꝙ idem hō eſſet felix et miſer: dato ꝙ ſortes ſit felix: et Plato miſer: felicitas enim decimo ethicorum in intellectu conſiſtit: et ſequitur ꝙ anima ignorantiſſimi viri ⁊ viliſſimi ruſtici ſcit omnes artes liberales.

¶ Tertio ſequitur ꝙ i Sorte et platone eſt idem intelligere numero conſeques eſt falſum: et impoſſibile: quia diuerſorum in diuiduorum nō poteſt eſſe eadem operatio numero: et probatur conſequentia. Nam actio vnius actionis que eſt vnius agentis: non plurificatur niſi ratione ſubiectoruꝫ vt vnius caloris non ſunt plures calefationes: niſi ratione pluralitatis calefactibilium: ſed operatio intelligendi eſt in manens in agente: non tranſiens in phantaſmata nono methaphiſice cum: ergo intellectus poſſibilis non plurificetur nec etiam ſuum intelligere.

¶ Quarto arguitur per rationem Commenta. contra ſe inducendo tria inconuenientia. Primum quando cunque ego eſſem tu eſſes: quia continue manere t tua prima perfecio ſecūdo quod aliquis homo generādus eſt genitus: quia ſua prima per fectio eſt genita: tertium quod quicquid tu intelligis ego intelligo: et quādocunque ego ſcio vnaꝫ concluſionem tu ſcies eandem: ⁊ quicquid tu intelligis et tu ſcis: intellectus meus intelligit et ſcit: ⁊ cōſequenter ego ſcio et intelligo illud.

¶ Ad primum dicitur ꝙ anima intellectiua non eſt eiuſdem generis naturalis cum anima equi: ſed eſt infimus gradus in genere intelligentiarum. Anima vero ſenſitiua ſecundum quam homo eſt animal eſt eiuſdem generis cū anima equi et hec generatur et corrumpitur ideo corruptio hominis non eſt per ſolam diuiſionem partium: quoniā corrumpitur anima cognitiua hominis eſſentialiter diſtincta ab intellectiua.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ non eſt inconueniens duo ꝯtraria intentionalia ſub eſſe intēſiſſimo eſſe in eodē ſubiecto primo: ſed illud eſſet inconueniens de contrariis realibus: et ſicut non eſt in cōueniens eandem animam numero moueri ⁊ quieſcere: quia mouetur in manu et quieſcit in pede, ita intelletus ſcit vnam concluſionem et opinatur vel dubitat eandem: in alio tamen ⁊ in alio homine ex quo hō ſciens eſt principale: ſed non eſſet poſibile eūdē hominem ſcire et dubitare eandem concluſionem: non tamen concedo: ꝙ idem intellectus ſit felix ⁊ miſer; aut ſciens et ignarus ſicut ꝙ eſt ſciēs et dubitās

quia miſeria et ignoꝛamtia dicunt priuationem
ſimpliciter. non autē dubitatio: et ad miſſo illo ca
ſu dico ꝙ plato nō eſt felix: ſed ſuꝰ intelletus eſt fe
lix: quia felicitas intelletus platonis non depēdet a
ſenſibus eius: ſicut dependet a ſenſibus Soꝛtis
et conſequenter dicitur ꝙ anima viliſſimi ruſtici
ſcit omnes artes liberales. non tamen ille ruſti-
cus: quia a phantaſmatibus illius non dependet
aliqua notitia eius intellectus: ſed bene ab aliȷs
hominibus.

¶ Ad tertiam negetur conſequen
tia ⁊ ad pꝛobationem reſpondetur ꝙ ſunt plures
cauſe effectiue ſcʒ multa phantasmata: ad quo-
rum diuerſitatē ſequitur diuerſitas intellectionuʒ
Diceret Commentatoꝛ: ꝙ in duobus hominibus
non poteſt eſſe niſi vnum intelligere vniuerſale: li
cet plura ſint particularia ratione multitudinis
phantaſmatum: et ita conceditur. ¶ Sed ego
pono in eodem intellectu plures intellectiones
vniuerſales: et plura intelligibilia vniuerſalia
pꝛopter dependentiam ad plura phantaſmata
a quibus deriuantur virtute inellectus agen-
tis. ¶ Et dico conſequenter: ꝙ duo abſtracta
ſolo numero differentia ſunt in eodem ſubiecto
pꝛopter diuerſitatem phantaſmatum: et ita conce
ditur: ꝙ eadem grammatica tua eſt grammati
ca mea: ſed eſt alia et alia ſicut alia: ⁊ alia ſpecies
in intellectu: ſed hoc non concederet Commen-
tatoꝛ.

¶ Ad quartum reſpondetur ꝙ nō
ſequitur aliquod illoꝛum inconuenientium. Pri-
mum quidem non ſequitur: quia licet maneat con
tinue pꝛima tua perfectio que eſt intellectus non
tamen pꝛima tua perfectio que eſt anima tua co-
gitatiua. Secundum etiam non ſequitur quoniā
pꝛima perfectio que eſt intellectus nunquam ge-
neratur: nec coꝛrumpitur. alia autem perfectio
que eſt anima ſenſitiua non generatur ante quam
generet illud cuius eſt pꝛima perfectio. Tertiuʒ
iterum non ſequitur: quia ſcientia tua et intelle-
ctio tua dependet a phantaſmatibua tuis: et intel
lectio mea cum ſcientia mea dependet a phan-
taſmatibus meis: phantaſmata autem tua nō ſunt
phantaſmata mea: ergo multiplicatur ſecunda
perfectio ⁊ non pꝛima multiplicatione phātaſma
tum quare ⁊c.

Q Ueritur vtrum apud philoſo
phū aīa rōnalis ſit īmoꝛtalis ⁊ ſiūt rōnes.
pꝛima eſt in libꝛo tertio de aīa dicit philo
ſophus intellectus eſt immixtus eſt incoꝛpoꝛeus
ergo non eſt coꝛruptibilis. Secūdo pꝛobatur ſe-
cundo de anima ait: ſed videtur hoc anime genꝰ
eſſe diuerſum idqʒ ſolum perinde atqʒ perpetuuʒ
ex eo ꝙ accidit ſeiungi ſeparariqʒ poteſt. Tertio
pꝛobatur Ariſtoteles. reddit cauſam quare cum
ſenſibile excellens percipimus ſumus ad minoꝛa
inepti ſed cum percipimus intelligibile foꝛte de
bilia facilius percipimus. Quarto pbat Ariſto-
teles ſecundo de generatione animalium capi-
tulo decimo dicit reſtat igitur vt mēs ſola extrin
ſeca accedat atque ſola diuina ſit nihil enim cum
eius actiōe cōmunicat actio coꝛpoꝛalis ſed enim
omnis anime ſiue virtus ſiue potentia coꝛpus ali-
quod participare videtur idqʒ magis diuinum
quam eo que elementa appellantur. Quinto pꝛo
batur per rationem philoſophus ait quarto ethi-
coꝛum eſſe moꝛti exponendum foꝛtem pꝛo repu-
blica quod non eēt ſi cader et in non eſſe ſimplici-
ter: ſed quia ex illa moꝛte manet in maioꝛi perfec
tione ſua anima. Sexto pꝛobatur anima rationa
lis apperitu naturali appetit ſemp eſſe: ergo ſem
per erit: tenet conſequentia: quia appetitus natu
ralis non poteſt fruſtrari ſecundo de celo hāc par
tem cenſemus pꝛobalioꝛem in Ariſtotele quam-
uis Alexander peripatheticus tenuerit vt reci-
tat cōmentatoꝛ ꝙ anima ratiōalis eſſet moꝛtalis
et coꝛruptibilis moꝛiens coꝛpoꝛe moꝛiente cuius
ſententie fuit plinius et Themiſtius et aliȷ plures
imaginabantur enim ꝙ ſecundum pꝛopoꝛtionem
qualitatum pꝛimarū ita conſurgebat excellētioꝛ
foꝛma. nam in materia elementoꝛum erat infima
pꝛopoꝛtio qualitatum pꝛimarum: ergo conſurge
bat infima foꝛma: ⁊ in materia plante erat infima
pꝛopoꝛtio ſed maioꝛ quam pꝛecedens: ergo con
ſurgebat melioꝛ foꝛma et ſic de anima ſenſitiua et
intellectiua quam intellectiuam dicit extenſam
coꝛpoꝛalem coꝛruptibilem cum melioꝛi tamē con
centu quam omnes alie obidque aſcendit adhūc
gradum dicit tamen eſſe ductaʒ de poteſtate coꝛ-
poꝛis vel de potentia materie non de foꝛis aduenī
entem ſunt tamen aliqui latini qui volunt defenſa
re Alexandrum peripatheticum dicentes hoc ꝓ
bleuma in ariſtote. fuiſſe neutrum anne anima ra
tionalis ſit immoꝛtalis necne et volunt afferre ra
tiones pꝛobantes anime noſtre moꝛtalitatē quaʒ
opinionem tenuerunt quidā ſaducei iudeoꝛuʒ ne
gantes reſurrectionem eſſe poſſibilem. pꝛima ra-
tio ſi anima rationalis eſt idem quod ſenſitiua et
ſenſitiua coꝛrumpitur pereunte coꝛpoꝛe ergo in-
tellectiua. Secunda ratio anima intellectiua in
cipit eſſe ad inceptionem coꝛpoꝛis: ergo deſinit
ad deſitionem eius tenendum: ergo animam in-
tellectiuam immoꝛtalem vt plato Ariſtoteles ga
lenuſqʒ teſtantur: et fides noſtra ſacroſancta in
qua falſitas nulla eſt.

V Olo igitur mouere aliquas q̄ſ
tiones pꝛima ſit vtrum intelligere ipſiꝰ in-
tellectus ſit idem ꝙ ſua ſuba. Gregoꝛius
Ariminenſis in ſecundo ſententiarum ponit opi-
nionem cuiuſdam qui dicebat ꝙ intelligere ange
li eſt idem ꝙ ſua ſuba. cuius oppoſitum tenet Doc
toꝛ ſanctus in pꝛima parte queſtione quinquage
ſima quarta articulo pꝛimo capꝛeolus per ampli
us declarat hoc in ſecundo ſententiarum diſtinc-
tione tertia queſtione ſecunda motiua pꝛime opi
niones erāt iſta primum ea que ſunt oppoſita diſ-
tinguntur ex oppoſito, ſed actus pꝛimus, et actus
ſecundus ſunt oppoſita ergo diſtinguntur ex op-
poſito: ſed actus pꝛimus eſt foꝛma abſoluta intel-
lectus: ergo actus ſecundus: ſcilicet intelligere
debet eſſe reſpectus intelligentis ad rem intelle-
ctam dicit. Gregoꝛius huic rationi ꝙ parum con
uincit. Nam eodem modo pꝛobaret: ꝙ ſi albedo
eſt q̄litas nigredo non ſit qualitas cū ex oppoſito
diſtinguntur. ¶ Preterea arguit pꝛobando: ꝙ in
telligere non ſit foꝛma abſoluta: ſic omnis foꝛma
abſoluta eſt alicuius operationis et ſi ſic eſſet pꝛo

ceſſus in infinitum quoniam illa cauſaret notitiaꝫ
ſui:et ſic de alia et alia reſpondet negando maio-
rem ꝙ omnis forma abſoluta ſit alicuius operatio
nes. Nam ſecundum Cõmentatorem quarto phiſi
corũ commento quadrageſimo quarto quãtitas
et forma abſoluta et nullius eſt operationis. Ter
tia rõ illius eſt ſicut ſe habet lucere ad lucens:ita
ſe habet intelligere ad intelligens:ſed lucere ſolũ
dicit reſpectum ad lucens: ergo intelligere ſoluꝫ
dicit reſpectum ad intelligens:dicit Gregorius
negando ſimilitudineꝫ: qꝛ lucere eſt actus prim⁹
ſicut albere et calere et tamen intelligere eſt ac
tus ſecundus.

¶ Arguitur quarto omne abſolu-
tum poteſt deus ſeparare a ſuo ſubiecto:ſed intel
ligere non poteſt deus ſeparare ab intellectu. Nã
tunc ſi ſepararet ſtaret intelligere ſine intellectu
quod abſurdum eſt. Dicitur ad hoc ꝙ intellectio
bene poteſt ſeparari ab intellectu per eam tamẽ
nemo intelliget ſi ſit ſeparata: quia intelligere ẽ
quedam tendentia intellectus per notitiam in ob
iectum.

¶ Quito arguit auctoritate Auer
rois tertio de anima cõmẽto decimo quarto dicẽ
tis paſſio intellectus eſt paſſio ſine tranſlatione:
ſed ſi reciperet aliquam qualitatem non eſſet ve-
rum hoc. Dicendũ ꝙ illud intelligitur paſſio intel
lectus eſt paſſio ſine aliqua tranſlatione corrup-
tiua.

¶ Sexto arguitur ſecundum phi-
loſophuꝫ tertio de anima textu commenti decimi
quinti: et .12. metha. Auerrois commento trigeſi
mo quinto. dicunt in his que ſunt ſeparata a ma
teria intellectus et intellectio nihil differunt ipſa
enim met ſubſtantia intellecta eſt notitia intelli-
gentis ita ꝙ intelligentia ſaturni intelligit intelli
gentiam primam mediante ipſamet prima intel-
ligentia ergo intelligere angeli non dicit aliq̃m
notitiam ſuperadditam ipſimet angelo quodqui-
dem dixit Auerrois in cõmento precitato vbi di
xit in his que ſunt ſeparata a materia non eſt ali-
quod ſicut cauſa efficiens;ſed ſolum: ſicut cauſa
mouens ſuper qua opinione Ariſtotelis adduci-
tur illud dictum philoſophi indiuiſibile non po-
teſt moueri nota tamen pro intelligentia argumẽ
ti ꝙ Doctor ſanctus in quarto ſententiarum diſ-
tinctione quadrageſima quarta. queſtione ſecun
da articulo primo et prima parte. queſtione deci
ma ſecunda articulo ſecundo:et in libro de veri-
tate queſtiõe octaua articulo ſeptimo credit fuiſ-
ſe intentionem philoſophi:ꝙ intelligentia inferi-
or intelligat primam ſine ſpecie:ita ꝙ ipſa prima
cauſa ſuplet dicem actus primi. ideſt ſpeciei non
tamen:ꝙ intelligat intelligentia inferior ipſam
primam ſeipſa:ſed per notitiam ſuperadditam:
quare tenet aſſeueratiſſime iſtam concluſionem:
ꝙ non eſt dabilis ſpecies diſtincta diuinitatis. Ex
quo infert Pauluꝫ in raptu vidiſſe deum per no-
titiam intuitiuam:non habuiſſe tamen ſpeciẽ per
quam intelligeret diſtincte diuinam eſſentiaꝫ im
mõ poſt raptum poterat agnoſcere. Inquit diuus
Thomas qualis erat deus:ſed non quod erat. op
poſitum tamen tenet Scotus et multi nominales
ſcilicet ꝙ eſt dabilis ſpecies diſtincta diuinitatis
qualem dicit habuiſſe paulum poſt raptum. Sed
idem teneri poteſt: vt bene declarat Anges in
primo de cauſis, proprietate ſexta de ſtatu inno-
centie ipſius Adam:vbi dicit illum ſtatum cognoſ
cendi deum fuiſſe medium inter ſtatum beatoruꝫ
et noſtrum enigmaticum infunderat enim dñs in
Adam ſpeciem diſtinctam diuinitatis, per quam
abſtractiue diſtincte:licet non intuitiue agnoſce-
bat deum.

¶ Arguit preterea ſeptimo probã
do:ꝙ angeli et intellectus ſeparati non intelligãt
per notitias ſuperadditas:quia ſi ſic:ſequeretur:
ꝙ aliqua creatura eſſet infinite perfectiõis quod
eſſet falſum nemo ambiget: ſequella probatur:
qꝛ viſio beati eſt creatura:et eſt infinitorum viſio
quod autem ex hoc ſequatur eſſe infinite perfec-
tionis arguitur:quia ſi repſentaret diſtincte duo
obiecta eſſet alicuius perfectionis et ſi quattuor
in duplo maioris: ergo ſi infinita infinite perfec-
tionis ꝙ autẽ viſio beati ſit infinitorum viſio patet
quia beatus preſertim angelus non diſcurrit: er
go ſimul intelligit omnia que intelligere poteſt:⁊
illa ſunt infinita ergo intentum. ſi enim debeat in
telligere aliquod de nouo eſt per illãmet notitiaꝫ
quã habuit:vel per aliam ſi per illam cum infinita
deus poſſit illi reuelare:et omnia illa repreſenta-
ret per illam notitiam;ergo illa notitia eſt infini-
te perfectionis, ſi per aliam repreſentat ei ea que
reuelat deus de nouo, ergo vnus beatus eſt in ſta
tu merendi poſtquam plura videre eſt maior bea
titudo eſſentialiter. ¶ Item ꝙ illa notitia repre-
ſentet infinita diſtincte. patet quia angelus diſtin
cte cognoſcit omnes ſpecies numerorum que ſunt
infinite adque omnes partes proportionales vni
us continui que ſunt infinite: ergo ſi viſio angeli
diſtinguatur ab angelo, illa erit infinite perfec-
tionis eſſentialis. ¶ Item arguitur auctoritate
beati Auguſtini ſuper geneſim dicentis de par-
uulis ꝙ de⁹ loquitur ad intellectuales creaturas
illuminandas per ſuam ſubſtantiam cum iam poſ
ſunt capere locutionem eius qualis ẽ in verbo ei⁹
ergo non per notitiam ſuperadditam:hoc argu-
mentum eſt egregium ad quod Gregori⁹ arimi
ni reſpondet diſtinctione ſeptima ſecundi queſtio
ne ſecunda ꝙ beatus videt verbum ſecundum tri
plicem modum: primo modo videt vna et eadem
viſione ipſum verbum immediate: et creaturas
mediate: et illa viſio eſt tot repreſentatiua ſicut
verbo placet:et quandoq̈ repreſentat plura quã
doq̈ pauciora;nec ſequitur infinita diſtincta rep-
ſentat:ergo eſt infinite perfectionis requiſitum ẽ:
ꝙ non poſſit dari eo perfectius quod non eſt in ta
li notitia:et hec eſt opinio Ocham in ſecundo diſ
tinctiõe ſeptima cogitantis ꝙ beatus vna notitia
videt verbum immediate: et reliqua etiam adeo
cauſata ĩmediate videt creaturas et vocat crea-
ture in verbo:quia a verbo eſt cauſata de creatu-
ra. ¶ Tertius modus dicendi eſt beati Thome di
centis ꝙ beatus vna viſione videt creaturas ĩ ver
bo et omnia alia que poteſt in verbo videre quam
habet a principio ſue beatitudinis:nec poſtea no
ua ſit ei reuelatio ſed ſemper ſimul et vnico actu:
videt in verbo quecũq̈ in primis eſt et dato ꝙ illa
repreſentet infinita non eſt iudicãda infinite per
fectionis vt dixi.

Queritur ſecundo vtrum intellectus angeli diſtinguatur ab ipſomet angelo reſpondet ad hanc queſtioneʒ diuus Thomas in prima parte queſtione quinquageſima quarta articulo tertio ꝙ potentie anime diſtinguntur realiter ab ipſamet anima quod probat. quia anima habet diuerſos actus: ſcilicet: viuere: audire et intelligere: ergo potentie anime diſtinguntur ab anima et potentie angeli ab angelo. Verior tamen eſt opinio nomialſum ꝙ potentie angeli diſtingunt̃ ab angelo niſi ſolum formaliter et non realiter.

Dubitatur tertio vtrum in angelo ſunt ponendi intellectus agens et poſſibilis. Ad quod reſpondet ſanctus Thomas in queſtione allegata articulo quarto quod in angelis non ſunt ponendi intellectus agens et poſſibilis: q2 illorum officium ſuperfluit: et vacat: nam intellect⁹ agens eſt in omnia facere: facit trāſire de ordine in ordineʒ: ideſt de ordine ſpecierum ſenſibilium ad ordineʒ ſpecierum intelligibilium. ſed in angelis non eſt hoc neceſſarium: quia eorū intellect⁹ ſemper ē in actu informatus ſpeciebus intelligibilibus: et quia ſemper eſt in actu non indiget aliquo extrahente de potentia in actum oppoſitaʒ ſententiā tenet Durandus et Scotus: et arguit contra diuū Thomā ſic nō propter hoc ꝙ ſuperficies ab eterno habuerit albedinem: ſequitur ꝙ nō eſt in potentia ad illā et eodē modo dicit ꝙ intellectus angelicus fuerit concreatus cum ſpeciebus, non ſequitur ꝙ non ſit in potētia ad illas: ergo requiritur intellect⁹ poſſibilis in angelo, ad quam rationem reſpondet diuus Thomas ꝙ quia intellectus angelicus non poteſt eſſe priuatus talibus ſpetiebus et repugnat ſibi naturalr̃. iō huiusmodi intellectus non eſt potentialis ad illas ſpecies: preterea arguit iſto modo contra Thomaʒ ꝙ eſt perfectionis in natura inferiori non debet negari a natura ſuperiori ſed intellectus agens eſt pfectio in anima noſtra: ergo non debet negari in angelis. Reſpondendū eſt ꝙ intellectus angelicus nō dicitur proprie intellectus agens ſicut in nobis non ſoluʒ: quia non abſtrahit ſpecies: ſed quia nō poteſt abſtrahere. Vbi notandū ꝙ angelus per ſpecies q̄s apud ſe habʒ cognoſcit omnes veritates naturales ab eo cognoſcibiles de indiuiduo tam neceſſarias quam contingentes propter quod non intelligit cō ponendo: nec diuidēdo: vt dicit diuus Thomas. prima parte queſtione quinquageſima octaua: nec indiget acquirere ſpecies quiditatum: aut ſingularium propter quod nō īdiget ītellectu agēte adhuc Gregorius in ſecūdo diſtīctiōe ſeptima, queſtiōe quīta articulo primo probat in angelis ponibilem eſſe intellectum poſſibilem ſic arguēdo angelus cognoſcit modo aliquid intuitiue quod ante non cognoſcebat intuitiue ergo patit̃ ab obiecto modo a quo ante non patiebatur: tenet conſequentia quia obiectū notitie intuitiue eſt motiuum quod ſi ſic ergo in angelis eſt intellectus poſſibilis. Dicendum ad hoc argumentum: quia eſt bonum ꝙ apud diuuʒ Thomam iſta vocabula notitia intuitiua: ⁊ abſtractiua non ſūt ſed notitia intuitiua vocatur notitia viſionis, et notitia abſtratiua vocat̃ notitia ſimplicis itelligentie: et apud Diuuʒ thomam notitia intuitiua diffinitur ē notitia dependens a re obiectiue: vel ab aliquo proportionalr̃ viceʒ eius ſuplente; ⁊ ſic credit Thomas ꝙ illa ſpecies re ipſa exiſtenti in mundo repreſentat ipſam rem ac ſi illa res eſſet preſens: et re ipſa non exiſtenti non cauſat notitiam intuitiuam de re illa ſimilitudo eſt dum aliquod ſpeculum eſt in alto aſpicientibus in illo dum res tranſeuntes ſunt repreſentat illa dum vero non, non repreſentat nec mirabile eſt hoc: quia apud Ocham notitia intuitiua exiſtenti eadem ſi res eſt cauſat aſſenſum ꝙ illa eſt, et ſi non eſt cauſat aſſenſum ꝙ illa non eſt: ita parimodo ſi illa res eſt ſpecies repreſentat illam, vbicunq̧ ſit intuitiue: et ſi non eſt repreſentat illam abſtractiue: et hoc habet ex natura rei illa ſpecies quare non ſequitur obiectum notitie intuitiue angelici fore motiuum: ideſt cauſare illaʒ: eſt enim aliquid proportionaliter vicem ipſius obiecti ſupplens ac ſi obiectum eſſet preſens quod eſt ſpecies.

Dubitatur quarto vtruʒ angeli cognoſcant res per eſſentias ſuas: an per ſpecies naturales cōcreatas circa quod tenet diuus Thomas in prima parte. queſtione quinquageſima quinta intelligentias fuiſſe creatas cum ſpeciebus naturalibus concreatis tanquaʒ cum quibuſdam ſpeculis lucidis quibus mediantibus forment notitias intuitiuas rerum dum ſunt: et mouetur iſta ratione doctor ſanctus ꝙ queadmodū corpora celeſtia ſunt creata ſufficienter actu primo ad omnes operationes producendas: et iſta corpora inferiora non ſunt ſufficientia in actu primo ad omnes operationes ꝓducēdas: quia indigent influxu celeſti. ita ſpiritus ſeparati creati qui in ordine ſpirituum creatorum ſunt perfectiores ſunt creati ſufficientes in actu primo per ſpecies concreatas et ſpiritus creati inferiores coniuncti materie non ſunt creati ſufficienter in actu primo et indigent acquiſitione ſpecierum a rebus ipſis quas intellectus agens facit proportionatas: vt intellectus intelligat. et imaginatur doctor ſanctus ꝙ quanto intellectus angelicus eſt ſuperior tanto indiget paucioribus ſpeciebus: et quanto ſpecies ſunt vniuerſaliores tanto diſtinctius repreſentāt. et quanto minus vniuerſales tanto repreſentant minus diſtincte: et poſſet comparatio aduci de hominibus pauci intellectus qui indigent pluribus verbis ad intelligendum quam homines multi intellectus: et illud eſt: quia ſpecies magis vniuerſales ſunt magis ſeparate a materia: et ſi contra hoc arguatur ſequeretur quemlibet angelum poſſe intelligere immo de facto intelligere infinita in actu patet: quia ſua ſpecies eſt repreſentatiua infinitorum in actu: ergo intelliget infinita quicquid reſpondeat capreolus mihi videtur ꝙ non ſequitur ille enim concedit ſequellam: ego tamen dico ꝙ quemadmodū dictum eſt. ꝙ beatus per ſuam notitiam beatificaʒ tot intelligit a principio beatitudinis ſicut poſtea: ita ꝙ tot vel tot cognoſcere prouenit ex hoc ꝙ plus meruit pari modo angeli tot intelligunt in verbo quot meruerunt intelligere ſecundum ſuam conuerſionem ad deum: et quia finita meruerunt ſolum finita intelligēt in verbo: ex quo patet quam falſa eſt opinio Henrrici de gandauo quolibeto tertio queſtione decima quarta negantis ſpecies intelligibiles ſolum ⁊ durandi negantis ſpecies in parte ſenſitiua immo et in parte intellectiua.

Dubitatur quinto vtrum angel⁹ intelligat ſeipſum per eſſentiam ſuam et nō per ſpeciem ſuper additam. Ad quod reſpondet diuus Thomas prima parte queſtione quinquageſima ſexta articulo primo affirmatiue cuius ratio eſt forma actu intelligibilis per ſe preſens et vnita intellectui eſt ſufficiens principiuꝫ intellectionis ſui ipſius: ſed ita eſt ꝙ eſſentia angeli eſt ſufficiens in actu primo reſpectu intellectus angelici ergo ſuplet vicem ipſius ſpeciei: immo tenet Doctor ſanctus ꝙ eſſentia angeli eſt ſufficiens principiū quo angelus intelligit deum naturali cognitione: ita ꝙ eſſentia angeli habet ſe tanquaꝫ ſpecies vt intellectus angelicus producat notitiam dei eo ꝙ eſſentia angeli eſt ſplendi cantiſſima et perfectiſſima: et quia talis non eſt eſſentia anime noſtre ſeparate a corpore: nec dabilis eſt in ea aliqua ſpecies diſtincta diuina eſſentie que faciat animam ſufficienter in actu producitur adeo quodaꝫ lumen glorie quod eleuet intellectum humanuꝫ vt deum videre valeat.

Dubitatur ſexto vtrum angeli intelligant p diſcurſum. Ad qđ rñdet Thomas prima parte queſtione quinquageſima octaua articulo tertio ꝙ angeli non intelligunt per diſcurſum: quia intelligere per diſcurſum eſt intelligere ignotum per aliquod prius notum: vtpote intelligere per diſcurſum eſt intelligere per vnum principium vnam queſtionem ignorando alterā: ſed quia angelicū intelligunt aliquod principiuꝫ intelligunt omnia que ex illo principio deduci poſſunt: ſequitur ꝙ non diſcurrunt: ex quo inferunt duo corollaria primū eſt ꝙ ad rationeꝫ diſcurſus non ſufficit intelligere hoc p hoc ſꝫ hoc poſt hoc. Infert ſcđo: ꝙ angel⁹ infinitas veritates ſil' cognoſcit ī actu vtpote intelligēdo omnes methas deputatas eclipſi circa caput: et caudam draconis quā intelligendo terrā interponibileꝫ inter ſoleꝫ et lunam in eiſdem intelliget poſita eternitate mundi omnes eclipſes futuras poſſibiles.

Dubium eſſet an voluntas poſſit neceſſitari et cogi: et violentari: et difficultari: circa quod bene reſpondet Anges in ſuis moralibus capitulo ſeptimo: et alma in ſuo tractatu de libertate voluntatis. ꝙ voluntas de potētia dei abſoluta poteſt neceſſitari. ideſt taliter cogi: ꝙ non poſſit libere deſiſtere a ſuo actu: vt patet in damnatis etiam neceſſitatur volūtas quo ad primos motus: vt patet in auctoritate Auguſtini impoſſibile ē quin viſiis tangamur ſimiliter ēt pōt cogi quoniaꝫ co eſt velle aliquid ipſa nolente velle nam bene ſtat voluntatē habere iſtum actum nolo velle ꝙ dūs imitat illum actum volendi violētari tamen non poteſt quoniaꝫ violentari eſt recipere aliquid contra eius inclinationem modo cū omnia que recipit voluntas ſint ſue operatiōes non violentatur recipiendo illas: ſꝫ Doctor ſanctus in prima ſecunde queſtione decima tertia credit libertatem voluntatis totam prouenire ex indria rationis taliter: ꝙ quando ratio habet aliqua motiua ad credendum vnam rem eſſe bonā vel ad credendum eſſe malam tunc voluntas poteſt velle et nole vnde aſſeueratiſſime credit non poſſe voluntatem velle. niſi precedat aſſenſus: ꝙ hoc ē bonum cui⁹ cōtrariū habet Scotus in diſtinctintione ſexta ſecundi queſtione vnica cogitans voluntatem poſſe componere adhuc intellectu non componente vel diuidente: vt dicit de volitione primi angeli qua voluit eſſe equalis deo ante quam non preceſſiſſet aliquis aſſenſus: ꝙ bonū eſt equari deo alias ante culpaꝫ preceſſiſſet pena: ſed Doctor ſanctus huic argumento reſpondet negando: ꝙ aſſenſus de hac bonuꝫ eſt equari deo ſit error imo eſt aſſenſus ver⁹ quo modo licet non eſſet bonuꝫ honeſtuꝫ eſt bonū delectabile. Dicit preterea doctor ſanctus: ꝙ quando taliter intellectus iudicat rem fore bonā. ꝙ nullā in ea videt rationeꝫ mali tūc voluntas neceſſitatur ad ſpecificationeꝫ actus licet non ad exercitiuꝫ quod eſt dicere neceſſitatur voluntas videntis deum ad nō nolendum. licet non ad volendum: et quando taliter iudicat intellectus eſſe maluꝫ: ꝙ nulla in ipſa re apparet ratio boni tunc voluntas neceſſitat ad non volendum licet non neceſſitatur ad volenduꝫ ſed dominus Ocham tantā libertateꝫ ponit in voluntate: ꝙ etiaꝫ ſumum bonum clare viſuꝫ dicat poſſe nolle: et ſummū malum clare viſum velle īter quas opiniōes probabilior apparet opinio ſancti Thome et conformior philoſopho dicenti oīa bonū appetūt: ideſt nō vult voluntas niſi ꝙ intellectus iudicat eſſe bonū: ſꝫ Ochā dicit ꝙ ibi capitur bonum tranſcendenter: itaque valet ens eſſe obiectuꝫ voluntatis et voluntateꝫ quodlibet ens poſſe velle.

## Sequit̄ de hominis admiratiōe.

## ¶ Oratio de hominis admiratione et calamitate.

LEgimꝰ in monumentis arabum interrogatū abdalaꝫ ſarracenuꝫ q̇d in hac mūdana ſcena admirabiliꝰ ſpectaretur reſpondiſſe nihil homine admirabilius/et mercurius trimegiſtꝰ magnum o aſelcpi miraculū eſt homo memorādam me hercule ſnia et digna veſtigatione cur eñ philoſophia teſtatur himeneū quendā ab angelis paulo diminutuꝫ eſſe hominẽ/cur non angelos magis admirabimur:cum de poteſtate angeloꝝ dicat Job:nō eſt poteſtas que illi cōparetur ſuper terraꝫ preſertim cū inhabitēt domū ſuperceleſteꝫ cū girū celi voluāt cur nō magis illos admirabimur/dicenduꝫ quidem ex reſpōſione quorūdā philoſophoꝝ licet nō ex a muſim cauſam huiuſce admiratiōis fore qꝛ ſit creaturaꝝ internuntius/mundi copula/ſtabilis eui fluxiq̄ꝫ temporis interſtitiuꝫ/que omnia ſigillatim declaro ſicut enim nuntius inter duos affert et refert que inter illos verſantur.ſic inter angelos puros ſpiritus et res pure materiales vt bruta.plantas lapides et mineralia medius eſt homo ex parte quidem anime totꝰ ſpiritus corporis vero caducus et terreſtris ruinoſus,et inter omnia animantia calamitoſior.mūdi copula eſt:qꝛ in eo ſpiritus cū corpore anectitur:quia et elementoruꝫ naturas et celoruꝫ figuras,nec non mixtoruꝫ cōpagines in ſe comprehendit.dicitur ſtabilis eui.fluxiq̄ꝫ tēporis inter mediū ſunt eñ.vt doctores theolo.ſecundi ſen.tres menſure duratiōis reruꝫ/eternitas/euuꝫ:tempus/eternitas eſt tota ſimul:et perfecta poſſeſſio:vt Boecius de conſolatione et conuenit deo euuꝫ eſt incorruptibile et mutabile qꝺ conuenit angelis.tempus eñ corruptibilia et mutabilia menſurat:homo igitur quo ad corpus tempore menſuratur quo ad animā euo igitur fluxi temporis et ſtabilis eui eſt inſteſtitium ideſt medium.

QUe igitur ſit hominis admiratio audite fratres et benignis auribus perpendite:iam ſummus architetus deus hanc quaꝫ videtis mundanā ſcenā:aut domū archane ſapientie legibus fabrefecerat ſuper celeſtē regioneꝫ mētibus decorarat ethereos globos eternis animis vegetarat excrementarias ac feculentas domos omnigena animaliū turba replerat/et opere cōſumato deſiderabat ſummꝰ opifex eſſe aliqueꝫ qui tanti operis rationeꝫ perpēderet:pulchritudinē amaret magnitudineꝫ admiraretur.idcirco iaꝫ rebus oībꝰ:vt moſes timeuſq̄ꝫ teſtanť abſolutis de producēdo homine poſtremo cogitauit/verū nec erat in archetipis vñ nouaꝫ ſoboleꝫ effingeret:nec in theſauris qꝺ nouo filio hereditariuꝫ largiretť:nec in ſubſellis totius orbis:vbi vniuerſi iſte cōtēplator ſederet.Jā plena omnia ſummis mediis infimiſq̄ꝫ ordinibus fuerāt diſtributa/et non erat paterne poteſtatis extrema infetura quaſi effetaꝫ defeciſſe non erat ſapientie cōſilij inopia in neceſſariis fluctuaſſe/ſtatuit tandē optimus opifex:vt cui dari nihil propriū poterat:commune eſſet quicquid priuatuꝫ ſingulis fuerat:igitur hominē accepit in diſcrete opꝰ imaginis atq̄ꝫ in mūdi meditulio ſic eſt alloquutus:nec certā ſedeꝫ:nec ꝓpriā faciē nec munus vlluꝫ peculiare tibi dedimꝰ o adā:vt quaꝫ ſedē:quā facieꝫ que munera tute optaueris:eā pro voto pro tua ſententia habeas et poſſideas/diffinita ceteris natura itra preſcripas a nobis leges coercetur tu nullis anguſtiis coercitus ꝓ tuo arbitrio in cuius manu te poſui vt circunſpicias inde cōmodius quicquid eſt in mundo:nec te celeſteꝫ:nec terrenuꝫ efficimus mortaleꝫ imortaleꝫ vt:tui ipſus quaſi arbitrarius honorariuſq̄ꝫ plaſtes atq̄ꝫ fictor ī quā malueris formaꝫ tute effingas poteris in inferiora que ſunt bruta degenerare.poteris in ſuperiora que ſunt diuina ex tui animi ſententia regenerari:o ſummā et admirandam patris liberalitatē ſummā et admirandaꝫ hominis felicitatē cui datuꝫ eſt id habere quod optat id eſſe quod vellit/bruta ſimul cū naſcuntur id ſecum afferūt quod poſſeſura ſunt ex ventre matris,vt ait lucilius ſupremi ſpiritꝰ aut ab initio:aut paulo poſt id fuerūt quod ſunt.naſcenti homini oīfaria ſemina ⁊ omnigene vite germina indidit pater que quiſque excoluerit illa adoleſcent et fructus ſuos ferent in illo ſi vegetalia planta fiet ſi ſenſualia obbruteſcet:ſi rationalia celeſte euadet animal ſi intellectualia angelus erit:et ſi nulla creaturarum ſorte contentus in vnitatis centrū ſue ſe receperit vnus cū deo ſpiritus ſanctus in ſoli patris caligine q̇ eſt ſuper oīa ꝯſtitutus oībꝰ an ſtabit

¶ Quis hunc noſtrum chameleōta non admiretť:aut oīo quis aliud quicquā admiretur magis:quē non imerito aſclepius athenienſis verſipellis huius et ſeipſam tranſformātis nature argumento per ꝓtheū in miſteriis ſignificari dixit:hinc ille apud hebreos et pithagoricos methamorphoſeos celebrate:nā ⁊ hebreorū theologia ſecretior nūc enoch ſacctū in angelum diuinitatis:quē vocāt:nūc in alia alios numina reformant:et pythagorici ſceleſtos homīes in bruta deformāt:et ſi empedocli credit etiam in plātas.quas imitatus mahumeth illud frequēs habebat in ore qui a diuina lege receſſerit brutum euadere:et merito quidem:neque enim plātā cortex ſed ſtupida et nihil ſentiens natura:nec iumenta corium:ſed bruta anima:et ſenſualis:nec celum orbiculatum corpus,ſed recta ratio:nec ſequeſtractio corporis:ſed ſpiritalis intelligentia angelū facit/ſi quem enim videris deditum ventri humi ſerpentem hominem frutex eſt non homo quem vides:ſi quem in fantaſie quaſi calypſus vanis preſtigiis cecutientem et ſub ſcalpenti delinitum ille cebraſenſibus mancipatum.brutum eſt non homo queꝫ vides ſi recta philoſophum ratione omnia diſcernentem.Hūc venereris celeſte eſt animal nō terrenum:ſi purum contemplatorem corporis neſcium in penetralia mentis relegatum.hic non terrenum non celeſte animal.hic auguſtius eſt numen humana carne circunueſtitū:ecquis hominem non admiretur:qui non imerito in ſacris litteris moſaycis et chriſtianis nūc omnis carnis:nunc omnis creature.appellatione deſignatur:quando ſeipſum ipſe in omnis carnis faciē.in omnis creature ingeniuꝫ effingit fabricat ⁊ trāſformat/idcirco ſcribit euantes perſa vbi caldaicam theologiam enarrat:non eſſe homini ſuam vllam et natiuā imaginē:extrarias multas et aduentitia s.

## ¶ De hominis calamitate.

Silenꝰ iudicarit op
timum. aut non naſci: aut
quã citiſſime aboleri. plini
us exiſtimarit nullũ munꝰ
homini datũ a ſuperis ma
ius aut melius ꝗ̃ vite bre-
uitatez: et interim nulli ne
gatã facultatem ab rũpen
di vitam. ſi videatur apud
lucianũ pythagoras cuiꝰ
anima fingit ſubinde mu-
tato domicilio per omnia virorum ac mulierũ bipe-
dum et quadrupeduz corpora fuiſſe peregrinata fa
tetur ſe longe ſuauius vixiſſe cum eſſet rana ꝗ̃ cum
eſſet rex, cui etiã ſententie aſtipulat illud Ariſt. ſecũ
do met. natura humana multipliciter eſt ſerua. nam
ſi homo ſtatuz habet inferiorem conqueritur de ſub
iectione ad ſuperiores ſi vero habeat ſtatũ ſuperio-
rem ſi bene rexerit conqueritur de occupatione; et
multitudine negociorum adeo factuz eſt vt nullꝰ ſua
ſorte contentus viuat tandem pono definitionez vnã
hominis qua velut coronide clauſiſſe librum de ani-
ma placebit. Eſt archa quedaz tricamerata: leni co
rio cooperta elegantiſſima forma cõmenſurata. oſſi
bus tanquã lignis (inter q̃ vacuitates molliori ſub-
ſtantia fortiter cõiuncta replentur) edificata: quat
tuor mẽbris principalibꝰ quattuor humoribus q̃ttu
or ſpiritibus: quattuor delatorijs. quatuor ſuperflui
tatum gñribꝰ: et quattuor ſuſtentaculis totaz archã
ſuſtinentibus atque eaz vehentibus cõpaginata. do
mus anime rationalis. vitam: vegetationẽ ſenſum ra
tionem. et motuz quadriformem largientis et tandẽ
capacis diuinitatis eterne declaratur diffinitio: ſic
eſt tanquã archa tricamerata leni corio coopta ele-
gantiſſima forma cõmenſurata oſſibus. ⁊c. Ut patu
it eiuſq; ſunt quattuor mẽbra principalia. cor: epar
cerebrũ: et teſtes: cor principiuz animationis: epar
principiũ vegetationis cerebrum principium motꝰ
et ſenſus: teſtes principium prolificationis. eiꝰ ſunt
quattuor humores noti: quattuor etiam ſpiritus vi-
talis a corde: naturalis ab epate. aĩalis a cerebro ⁊
gignitiuus a teſtibus quattuor delatoria: ſcilicet ar
teria A corde deferens ſpirituz vitalem cum influ-
xu cordis vena ab epate deferens ſanguinez cũ ſpi-
ritu naturali. Neruus a cerebro deferens ſpiritum
animalez cũ iufluxu cerebri porus quales ſunt pori
vritides et alij per corpus quibus de loco ad locum
deferũtur materie et influxus; ſunt pariter quattu
or ſuperfluitatum genera: ſunt fumi ignei vapores
aerei ſunt aquoſitates vrinales ſudorales atq; alie:
et ſunt terreſtreitates prout in renibus lapilli et hu
iuſmodi: quibus addantur feces inteſtinorum que
omnium illorum generũ eſſe poſſunt. ſunt etiam ipſi
us arche quattuor ſubſtentacula que in brutis ſunt
terre affixa: ſed in homine duo tm̃ alia etiã duo ſcili
cet brachia ad archam vehendam iuuant. Confert
eñi ad curſum motus brachiorum quibus archani-
nitatur; eſtq; domus anime rationalis a qua ſunt q̃t-
tuor operationum genera: ⁊ quattuor motuũ ope ra
tiones ſunt animatio. Uegetatio. ſenſatio et intellec
tio cõprehenſis actibus appetitiuis. e eñi anima con
ſeruatiua diſpoſitionum. quare quodam modo cauſa
informationis ſue atq; animationis. De alijs autem
tribus conſtat: pariter eſt principium motus anima
lis liberi arbitrij: motꝰ animalis appetitus ſenſitiui
motus naturalis pulſatiui ſcilicet gratia refrigerij
prout motus pulmonis, cordis et arteriarũ: et motꝰ
naturalis attractiui qualiter mẽbrũ attrahit nutri-
mentum vel certam aliam mãm aut etiam repellit.

## ¶ Expliciunt Libri de Anima

¶ Opus hoc lucidiſſimum phi
loſophie naturalis Ariſtotelis ſtagirite cũ
commentarijs Petri a Spinoſa artium
magiſtri, excuſſum eſt in alma academia
vniuerſitatis. Salmaticeñ. per nobilem vi
rũ Rodericum de caſtañeda. Anno ab in
carnatiõe domini. M.D.xxxv. die vero de
cima Menſis ſeptembris.

¶ Regiſtrum preſentis operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ s t v u x y z ⁊ ꝯ ꝶ
A B C D E F G H J K A B C de ſphera
¶ Omnes ſunt duerni preter. d. e. i. k. l. p. ſ, s. F
G H J. qui ſunt terni. Et f g h K. q̃ ſunt q̃terni.

¶ Secunda pars.

A eſt ternus. C D ſunt quaterni

¶ Tertia pars.

a. eſt ternus b. eſt quaternus.

Incipit ſecūda pars operis Tri-
partiti quam Roſeam vocare appeto, eo ꝙ ſi
cut roſa parte ſpinea eſt, parte vero pulcher-
rima et gratiſſima, ſic ē hec ps. Hic inuenietis ma-
terias omnes garrulas diſputatiuas: et eſt tracta-
tus Calculationum, quo pretermiſſo eritis muti in
philoſophia, in ea procedo per capitula: ſi que tamē
calculationes fuerint pretermiſſe per primam par-
tem ponentur.

## Tractatus primus de intenſione Primum Caput.

Qaput hoc
celeberrimū
de intenſione,
dubitatiōib⁹
egregijs ab-
ſoluā. Prima
ſit, vtrum aliq̄
forme inten-
dant et remit
tantur: Et ar-
Rõ pma. guo ꝙ nulle.
Prio ſic: Phi
loſoph⁹ octa-
uo methaphi-
ſice dicit ꝙ for
me reruꝫ ſunt
tanꝗ numeri:
ſed numeris non cōuenit intenſio nec remiſſio: ergo
nec formis aliquibus. Secundo arguitur, Si albe
Rõ.2. do intenderetur, ſequeretur ꝙ vna albedo eſſet ma
gis albedo quam alia: quod eſt falſum. Tertio arḡr
auctoritate authoris ſex principioꝝ. Forma eſt ſim
Rõ.3. plici et inuariabili eſſentia conſiſtēs: ergo forma nō
habet gradus. Quarto. Si forma intenderetur et
Rõ.4. remitteretur ſeq̄retur ꝙ ſortes poſſet eſſe in infinitū
calidior Platone naturaliter: et ꝙ hec propō eſſet
poſſibilis Sortes infinitam caliditatem habebit: ſe
quella vtraqꝫ probatur Primo prima ſi ſortis cali-
ditas ſit vt quattuor et maneat intacta: caliditas vō
platonis remittatur vſqꝫ ad nō gradum per totam
vnam horam, taliter ꝙ in fine ſit in nō gradu: iam ſe-
quitur ꝙ ſortes in infinitum erit calidior platone in
hac hora: qr in inſtanti medio hore eſt in duplo ca-
lidior platone: ⁊ in inſtanti terminatiuo ſecūde par
tis proportionalis (diuidendo horam proportione
dupla) erit in quadruplo calidior platone: et ſic ſine
ſtatu: ergo ſortes in infinitum erit calidior platone
in hac hora: et hoc naturaliter: ergo intētum. Se
quella ſecunda probaẗ. Volo ꝙ in hac hora creſcat
caliditas ſortis a non gradu vſqꝫ ad octo excluſiue:
ita ꝙ in inſtanti terminatiuo hore ſortes deſinat eſſe
per primum non eſſe: et in illo caſu manifeſtum eſt ꝙ
non daẗ maxīa caliditas quā habebit ſortes qr ſi ali
q̄ futura eſſet maxima quā hēbit ſortes, eēt maxīe il
la q̄ erit in iſtāti termīatiuo hore: ſꝫ nulla talis erit:
ergo intentum. ſ. ꝙ infinitam caliditatē habebit ſor
tes ſyn. per non tantum quin magis: ita ꝙ aliquā ca
liditatē habebit ſortes: et quacunqꝫ data quā habe
bit aliquam maiorem habebit:: ergo vtraqꝫ ſequel-
la probata. Sed hoc videẗ inconueniens naturalr.
Rõ.5. Quinto arguitur. Si aliqua forma intenderet
habens aliquas partes intēſiuas ſit maxime aliqua
que habeat partes. a. b. Et ſic arguo: vel intenditur
a. et hoc non: quia. a. non ſit maior: vel. b. et hoc non:
quia. b. non prefuit nec totum aggregatum eadem
ratione. Dicit enim Philoſophus primo de genera
tione capitulo de augmentatione: ꝙ id quod augeẗ
neceſſe eſt antea idem prefuiſſe.

Pro deciſione queſtiōis noto
ꝙ apud veteres iſte queſtiones de intēſione
et remiſſione formarum nō erāt in vſu: ſed
primus qui cepit eas balbutire fuit Xenocleates,
poſt quem Ariſtoteles. 6. et. 7. phiſicoꝝ. Declarā
dum igitur primo eſt quid gradus: quid nō grad⁹.
quid latitudo forme: et cuius forme ſit aſſignanda
latitudo: et cuius non. Secundo quot ſunt latitu-
dinis ſpecies. Notandum igitur quid eſt gradus
in cuius ꝯſideratione: aliter dicunt aſtrologi. aliter Quid ḡ-
medici. aliter phiſici. aliter calculatores. Gradus dus apud
apud aſtrologum eſt. 360. pars cuiuſuis circuli celi phiſicos:
et eſt tanta pars in celo cui in terra correſpōdet ſpa medicos:
cium ſeptingentoꝝ ſtadioꝝ. Gradus vero ſm me- Aſtrolo-
dicos eſt tanta pars in quauis medicina quanta poſ gos calcu
ſit ſenſibiliter alterare tactum medici temperati et latores
quartus gradus eſt qui tantum alterat donec inter
ficiat. Gradus autem ſm phiſicum eſt id quod ſubi
taria actione producit minimum agens. Pro cuius
declaratione eſt notandum ꝙ datur minimus exceſ
ſus quo agens ſi excedat agit: ⁊ ſi minori exceſſu ex Nō dtur
cedat non agit. Et ſic datur maximum pōdus quod maximū
ſortes poteſt portare. ſ. illud quod exceſſerit poten- pondus ꝙ
tia ſortis minimo exceſſu: ex quo ſequiẗ ꝙ ſi eſſet mi- ſortes pt
nimus exceſſus proportio dupla agens quod ſuper portare.
paſſum haberet ſolum ſequi alteram non ageret in
paſſuꝫ: ſed ne aliquibus hoc mirum appareat: legāt
que ſcripſi in capite de maximo et minimo. Nota ꝙ
alicuius forme partes poſſunt eſſe duplices quedaꝫ
ſm quas exiſtētes in eodem ſubiecto forma dicitur.
maior vel minor et vocantur graduales. alie vero ſꝫ
quas non exiſtentes in eodem ſubiecto: forma diciẗ
maior vel minor et vocantur extenſiue. Gradus ve
ro ſm calculatores nil aliud eſt quam octaua pars
latitudinis totius intenſionis caliditatis: ita ꝙ ima
ginando maximam intenſionem quam poteſt habe-
re aliqua qualitas illius octaua pars eſt gradus, et
due octaue ſunt due gradus. Ex quo ſequitur ꝙ for
ma gradualis apud calculatorē eſt cui⁹ plures par
tes ſunt in eodem ſubiecto adequato: Non gradus
vero eſt terminus priuatiuus apud calculatores, et
ſupponit pro aliquo cōnotādo ꝙ careat gradu quo
priuatur: ita nō gradus abſolute diceretur materia
prout eſt omni gradu orbata, ſed in ſpeciali dicim⁹
nō gradus caliditatis ſubiectum nil habens calidi
tatis: et pari modo non grad⁹ frigiditatis ſubiectū
nil habens frigiditatis. Et pari modo dicimus non
gradus intenſionis nulla intenſio et infinitus grad⁹
remiſſionis: et non gradus remiſſiōis nulla remiſſio
et infinitus gradus intenſionis: Dicamus iam quid
latitudo et ꝗuis author de latitudinib⁹ vocatus Ni
colaus horem crediderit idem eſſe latitudinem for
me intenſibilis ꝙ intenſionem, id tamen falſum cogi
tamus: ſic enim in habitu latitudinem daremus qō
eſſe falſum: et predictus doctor autumat tumetiam
quia nomen latitudo preſupponit longitudinem, et
ex conſequenti in latitudine ſunt due dimēſiones. ſ.
longitudinis et latitudinis quales non ſunt in habi

tu et in qualitatibus ſpiritualibus: ideo latitudo aliter eſt fingēda. Latitudo eſt duplex queddam eſt intenſionis, alia vero extenſionis. Prior quidem pſupponit duas lineas methaphorice dictas tales. ſ. longitudinis et altitudinis, in latitudine intēſiōis prima linea. ſ. longitudinis eſt extēſio, ſecunda linea. ſ. altitudinis eſt intenſio, que videtur quaſi pfundum ſubiecti petere ꝛ ipſi intimari et ideo altitudinis vocatur et prima linea bene merito vocatur longitudinis quia eſt maior linea: ſemper enim longitudo eſt maxima dimenſionuꝫ in corpore inequaliter dimenſionato. Alia eſt latitudo intēſiōis: et hec eſt triplex quo ad ſubiectum tantum, qualis eſt extenſio forme ſubitaria actione pducte que habet latitudinem extenſionis ſubiectiue, non quo ad tempus, cum in ſua pductione nō occupet tempus. Alia eſt latitudo extenſionis quo ad tempus tantum, et eſt que tempori coextenditur partibiliter genita, ſed non eſt extenſa ad extenſionē ſubiecti: tale eſt motus qd pbo egregie contra quoſdam qui aiunt in motu duplices eſſe partes diuiſibiles ad diuiſionem ſubiecti que inſunt ipſi mobili. Alie vero diuiſibiles ad diuiſionem temporis que ſucceſſiue labantur. Sed has partes motus ſic impugno, ſequeretur aut motum non eſſe entitatem permanentem, aut motum componi ex mutatis eſſe, quoꝝ vtrumqꝫ eſt falſuꝫ. Primū patet eſſe falſum quia ab omnibus approbatur motum entitatem fore ſucceſſiuam. Secundum patet eſſe falſum et contra Phm. 6. phiſicoꝝ ꝙ aliquod continuū conflaretur ex indiuiſibilibus. Sequella tamē pbatur, quia vel ille motus ad diuiſionem temporis conſtat ex motibus qui diuidantur ad diuiſionē ſubiecti vel non? Non ſecundum, quia eſſꝫ aliquod accidens ſine ſubiecto. Si primum, ſic arguo: vel motus qui nunc eſt in ſubiecto permanet cum motu poſt hoc: et ſi ſic ergo motus eſt entitas permanens cum plures partes ſimul permaneant: vel non permanet: et ſi ſic ergo ille motus raptim tranſit et ſic eſt mutatum eē et ex talibus debet componi motus diuiſibilis ad diuiſionem temporis: ergo ex mutatis eſſe fit motus: ergo hec diſtinctio de duplicibus partib⁹ motus q̄uis quibuſdam modernis placeat eſt tamen inintelligibilis et falſa. Alia eſt latitudo extenſionis quo ad tēpus et ſubiectum ſimul vtpote latitudo caloris non minimi partibiliter producta per vnum ſubiectum eſt quidem extēſa quo ad tempus quia partibiliter producitur, et quo ad ſubiectum quia habet eſſe extenſa per partes ſubiecti. Declarandum eſt ſecūdo ꝙ alique forme ſunt intenſibiles et remiſſibiles: alique vero non q̄llitates de prima ſpecie et tertia ſunt intenſibiles et remiſſibiles: non autē de ſecunda ſpē et quarta ſpecie. Nam nec triangulus eſt intenſibilis et remiſſibilis, nec pprietas occulta eſt intenſibilis et remiſſibilis: de relationibus quiddam aiunt ſimilitudinem eſſe intenſibilem et remiſſibilem vt patet: quia Philoſophus in predicamento ad aliquid dicit quedam relatiua ſuſcipere magis et minus, ꝛ exemplificat de ſimili et diſſimili que ſuſcipiunt magis et minus. Unum tamen nota quoſdam Thomiſtas velle dicere ꝙ aliq̄ forma intenſibilis eſt duplex intenſione diſcreta et intenſione continua: primo mō fit intenſio cum habitus poteſt comparari ad plura differentia ſpecie ſub vnitate obiecti formalis q̄uis ſit diuerſitas materialis, vt dixi in poſterioribus ca. 12. et eſt ſimplex habitus tota ſcientia intenſibilis intenſione diſcreta vt numeri partes que faciunt vnū

Alia eſt intenſio continua quam habet habitus non referibilis ad diuerſas cōcluſiones. ¶ Ultimo vidēdum eſt quot ſunt latitudinis ſpēs: et hic loquimur de latitudinibus intenſiuis. Diuiditur latitudo intēſiua in duas partes: quedam ē vniformis alia difformia. Uniformis eſt cuius omnes ſubiecti partes extenſiue equales gradus habent penetratiue. Difformis vero eſt cuius ſubiecti partes extenſiue non eq̄lem ſortiuntur intenſionem. Et hec eſt duplex difformiter difformis et vniformiter difformis. Hec ſecūda eſt cum alicuius latitudinis mediū. i. intenſio q̄ ē in puncto medio ſubiecti tātum excedit quod eſt in altero extremo remiſſiori quantum intenſio maior que eſt in altero extremo excedit illud medium: et hic loquor de exceſſu geometrice per proportioneꝫ et per exceſſus arithmeticos, ita ꝙ ſi alicuius latitudinis partes ſic progrediantur vt medium in eadeꝫ pportione excedat infimum qua exceditur a ſuperiori, eſt vni. diffor. vt ſi vnum extremum eſſꝫ vt octo aliud vt duo et medium vt quattuor: aut ſi arithmetice pportionabiliter pcedant vt ſi in extremo intēſiori eſſet gradus vt octo et in alio nō gradus: in medio ſi ſit gradus vt quattuor erit vniformiter difformis latitudo. Latitudo vero difformiter difformis definitur per negationem amboꝝ extremoꝝ vt eſt illa que nec eſt vniformis nec vniformiter difformis. Exemplum. Si in vno ſubiecto per vnam quartam eſſet grad⁹ vt vnum: et in alia vt duo: in alia vt quinqꝫ: in alia vt decē eſſet hec latitudo diffor. difformis. Ad rationes autem que probabāt ꝙ nulla forma intendatur quia ſunt ſicut numeri, dic illud intelligi ꝙ forme ſunt ſicut numeri de quidditatibus vel perfectionibus eſſentialibus, et non eſt verum hoc quo ad omnia, ſed quo ad aliqua, de quo dixi in predicabilibus: et ſi dicas q̄ ſunt illa, dic eſſe omnes numeros inequales in naturali ſerie: ſic etiam ſunt omnes ſpecies in vniuerſi ordine diſpoſite incipiēdo. Relatio. Quantitas. Qualitas. Subſtantia. et Inſubſtātia materia prima forma compoſitum: incompoſito vero elementum elementatuꝫ: inelementato inanimatum metheorologicum quod ē imperfectum mixtū inanimatum et perfectum vt metallum. Atqꝫ viuēs ī quo genere accipitur animatum, vt planta: brutum homo: viuens ſimplex non animatum angelus deus. Ecce quomodo in vniuerſi compagie ſic omnia ſunt inequalia, vt in naturali numerorum ſerie. Uel alit̄ ꝙ quemadmodum eſſentia numeri cōſiſtit in indiuiſibili, ſic etiaꝫ et perfectio eſſentialis que nullas partes intenſiuas hēt, alioqui duo eſſent indiuidua eiuſdem ſpeciei quorum vnum eſſet altero perfectius. Ad ſecūdam rationem ꝙ vna albedo eſſet magis albedo quam alia nego ꝯñam: bene tamen dicitur magis intenſa. Ad tertiam rationem que innititur authoritati Bilberti, dic ꝙ forma ſimplici eſſentia conſiſtat quo ad eſſentialia eo qd pfectio eſſentialis ī indiuiſibili conſiſtit: non autem quo ad accidentalia q̄ tangunt intenſionem. Ad quartam rationem concedatur vtraqꝫ ſequella libenter ſumendo in prima ly infinitum ſyn. per reduplicationem ſpecierum et in ſecūda ſyncathe. per non tantum quin magis: non tamen concedetur iſta, ſortes habebit infinitam caliditatem quia ibi (vt diximus in exponibilibus) ponitur a parte predicati, et capitur cathegoreumatice.

## ¶ Capitulum ſecundum.

Utrum intenſio ſit motus conti-
nuus. In hac queſtione tenet Auguſtinꝰ nim
phus celebꝛis philoſophus in octauo metha.
ꝙ intenſio non eſt motus cōtinuus, quod ſuadet hac
ratione. In alteratione dabilis eſt minima qualitas
intenſiue et extenſiue, qua data id minimum dicitur
vnus gradus quod habet plures partes in potentia
materiales minoꝛes minima que non poſſunt per ſe
exiſtere: et ſi eſt minimum quo ad eſſe ꝑ ſe: ergo quo
ad fieri. Ergo cum qualitas conſtet ex talibus mini
mis et vnumquodqꝫ eoꝛum fiat in inſtanti, inſtantia
vero nequeant continuari, nec erit iſta intenſio con-
tinua, ſed fiet in tēpoꝛe cum intercisione tamen. Nā
da oppoſitum, eſt continua: ergo in qualibet parte
tempoꝛis quam aſſignaueris vbi foꝛma intendatur
erit foꝛma intenſioꝛ quam pꝛius: ſed hoc eſt falſum,
quia vel in quolibet inſtanti erit intenſioꝛ quam pꝰs
per minimum, vel per pluſquam minimum, vel ꝑ mi
nus minimo. Si pꝛimum vel ſecundum cum dentur
infinita inſtantia in quouis tempoꝛe paruo pꝛoduce
rentur infinita minima: et ſic quelibet foꝛma foꝛet in
finita. Si vero per minus minimo falſum ē, qꝛ nō da
tur minimum quo ad pꝛoductionem quod ſubitarie
debet ꝓduci, quod eſt falſum. Supponimꝰ enim da
ri minimum quo ad pꝛoductionem quod ꝓducitur
minimo exceſſu. Eſt enim dabilis minimus exceſſus
quo potentia po. eſt agere: vt declarabo de mente
philoſophi in de maximo et minimo. Et hec eſt opi-
nio diui Thome et Simpli et Themiſtij: ergo inten-
ſio eſt motus ſucceſſiuus, ſed non continuus: quā eſſe
opinionem Ariſtotelis ⁊ Auerrois egregie deducā.
Prima autoꝛitas — Pꝛimo eſt authoꝛitas Auerrois octauo phiſicoꝛum
commento 23. vbi dicit ꝙ ſi auctio eſſet motus conti
nuus tunc in fine quantitas aucta eſſet infinita quod
Secūda autoꝛitas — valet per fundamenta declarata. Item tertio phiſi-
coꝛum Auerrois cōmento. 6. arguens ſi augmentuꝫ
vel alteratio eſſet motus ſimpliciter continuus ⁊ vnꝰ
tunc ſm quodlibet minimum tempus ſenſibile men
ſurans auctionem et alterationē eſſet aſſignare mi-
nimam partem foꝛme ſenſibilem habet conſequens
tanꝙ impoſſibile, quare concludit auctionem ⁊ alte
rationem non eſſe vnum et continuum motum: ſꝫ cō
poſitum ex pluribus motibus et pluribus quietibus
vnde expꝛeſſe tenet Auerrois (locis citatis) ꝙ nullꝰ
alius motus eſt continuus niſi motus localis quia ve
lociſſimus motuum, vt dicit Auerrois. Dicit commē
tatoꝛ tertio phiſicoꝝ cōmento. 6. Motus igitur au-
gmenti de initio motus ad finem cōponitur ex pluri
bus motibus et quietibus, et idem credo in altera-
tione, ſed non eſt ſic in motu tranſlati cui nulla inter
ponitur quies: dicit in fine cōmēti quia vidimus ali-
qua augeri per annum vno digito et remotuꝫ eſt vt
ille digitus diuidatur per omnes partes tempoꝛis
illius anni quoniam minimum tempus ſenſibile non
habet ex eo partem ſenſibilem.

## Tertium capitulum.

Sit de mō quo fit intenſio. Sup
quo recitabimus aliquas opiniones que in
hac parte verſantur. Pꝛima opinio eſt Sco
ti in ſecundo ſententiarum et omnium nominalium:
ꝙ intēſio fit per additionem gradus ad gradum in
eodem ſubiecto vnitiue et penetratiue. Unitiue eſt
ꝙ ex pꝛeexiſtenti gradu et ex adueniente vnum intē
ſius conſicetur; quare illa que ſe intendunt debent eē
vnius ſpeciei accidentia: iuxta illud philoſo. 5. me-
thaphi. Accidentia ſolo numero differētia ſunt que
in eodem ſubiecto exiſtentia differentiā non habent
Uocamus autem gradum quandam partem quali-
tatis ad modum vncie vel libꝛe in quātitatibus: nō
tamen omnia accidentia ſolo numero differentia in
eodem ſubiecto exiſtentia de neceſſitate ſe intendūt
apud eundem Scotum: vt videre eſt in relationibꝰ
Scōm ſcotum enim due paternitates eiuſdem ſpe-
ciei ſunt in eodem patre et tamen non ſe intendunt
quia terminantur ad diuerſos terminos: vt nos diri
mus de mente Scoti in pꝛimo capitulo pꝛedicabili
um. Similiter hoc confirmatur de duabus notitijs
iſtius pꝛopoſitionis homo eſt homo mētalis: que qui
dem ꝙuis ſunt eiuſdem ſpeciei non faciunt vnum ſal
tem in eſſe notitie: quia inter illas mediat aliquod
coniūgibile: nemo enim experitur ſe cognoſcere in-
tenſius hominem per iſtam mentalem homo eſt ho-
mo ꝙ per ſolum ſubiectum: de quo latius ſcriptum ē
in tertia queſtione antepꝛedicamentoꝛum. Ad idē
ſuppoſita opinione Scoti in diſtinctiōe. 13. tertij ſen
tentiarum de ſumma gratia anime Chꝛiſti. Si deꝰ
illi ſūme gratie alium gradum adderet in eodē ſub
iecto non vniret ille gradus pꝛioꝛi gratie, quia quā
do aliquid eſt in termino nō appetit ſibi aliquid ali
ud vnire: ergo in tali caſu accidentia ſolum numero
differentia poſſunt eſſe in eodē ſubiecto et ꝙ non fa-
ciunt vnum. Immo conceditur iſtud coꝛolariū ſtat
per potentiam dei. a. b. c. Accidentia ſolum numero — Coꝛoll̄. 1.
differentia eſſe poſſe in eodem ſubiecto et ꝙ. a. et. c.
cum. b. faciant vnum intenſiue: non tamen. a. cum. c.
quia deus poteſt concurrere ad vnionem. a. cū. b. et
b. cum. c. non cōcurrente deo ad vnionē. a. cum. c. ha
bes bonam analogiam in quantitatibus continuis
de tribus tertijs vnius continui. a. b. c. quarū extre-
ma vniuntur cum tertia inter media; inter ſe tamen
non vniuntur, ſaltem immediate. Ex quo ſequitur — Coꝛoll̄. 2.
coꝛolarium ꝙ vna qualitas intenſa vt duo habet in-
finitos gradus communicantes, ſic ꝓbatur. Diuida
tur vnus gradus ſm intenſionem, et ſimiliter alius ⁊
accipiatur pꝛima pars ꝓpoꝛtionalis vnius ꝓpoꝛtio
ne dupla et pꝛima pars alterius, ecce vnꝰ gradus
deinde ſumatur totum reſiduum dempta pꝛima par
te ꝓpoꝛtionali vnius gradus et alterius gradus ſu-
matur pꝛima pars pꝛo ſcdo gradu, ſumatur de vno
gradu reſiduū dempta pꝛima parte ꝓpoꝛtionali et
ſecunda cum pꝛima parte pꝛopoꝛtionali et ſecunda
alterius gradus, ecce tertius gradꝰ: et ſic ſine ſtatu
Sed Ludouicus coꝛonel octauo phiſicoꝛum nō cre
dit iſti imaginationi de partibus communicanti-
bus: non enim vocat partes cōmunicantes illas qua
rum vna et eadeꝫ pars eſt pars cōmunis. Sed par
tes cōmunicantes vocat partes immediate ſe habē
tes, et partes non cōmunicantes partes mediate ſe
habētes, ita ꝙ ſi ſumatur vnius bipedalis quarta ex
tremalis vnius et quarta extremalis alterius: ſunt
non cōmunicantes. Pedale tamen. a. et pedale. b.
quia ſunt immediata dicit eſſe cōmunicantia: quod
argumento ſuadet. Fiat vnum pedale medium cō-
flatū ex medietate. a. et ex medietate. b. tūc arguit
ſic, iſta tria ſunt communicantia: et iſta tria ſunt. a.
et. b. ergo. a. b. ſunt cōmunicātia; ꝓpter quod credit
nō poſſe dari aliquam qualitatem ſpiritualem quin
illius omnes partes ſint cōmunicantes, quia omnes
partes ſunt īmediate ſe habentes. Hanc tamen cre
do falſam opinionem et debili motiuo fulcitā. Nam

ꝙ non ſem ꝑ acciden tia ſolo nu mero dr̄ia in eodem ſubō ſe in- tendant.

Et ille ſyllogiſmus expoſitorius de quo loquitur ſi bene concludat verum concludit. Nam iſta duo ſunt aliqua cõmunicantia videlicet illa tria cõmunicantia. Uel dicas aliter negando conſequentiam, quia ly communicantia denotat diuerſam relationem in antecedente denotatur ꝙ iſta tria ſunt communicantia inter ſe: et in conſequente ꝙ illa duo ſunt communicantia inter ſe, vbi patet diuerſam eſſe relationem.

Primum pricipale

SEd contra hanc opinionem primo principaliter arguitur, argumento duodecimo, quod facit Walterus burleus in ſuo tractatu de intenſione et remiſſione formarum. Sequeretur ꝙ ſi intenſio fieret per additionē gradus ad gradum vnitiue et penetratiue ſe habentes in eodem ſubiecto: ꝙ luminoſum vt octo produceret lumen infinite intenſum. Conſequēs eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequella probatur: ſit vnum luminoſum potens ꝓducere lumen ab octo vſqꝫ ad non gradum per diſtantiam decupedalē, et in illius diſtantie puncto medio applicetur quoddam oppacum in quo producat in illa parte lumen vt quattuor: tunc ſic diuidatur illa diſtātia quintupedalis per partes ꝓportiōales dupla ꝓportione minoribus terminatis verſus illud oppacum: tunc volo ꝙ illud luminoſum appropinquet verſus illud opacum per totam primam partem ꝓportionalem. Tunc ſic arguo hoc luminoſum eſt in duplo propinquius iſti opaco, et eſt tāte actiuitatis ſicut in principio: ergo tantum et magis producit ſicut in principio: ſed a principio ꝓduxerat quattuor gradus, ergo et modo alios quattuor: et vltra ſi iterum appropinquet per ſecundam partem ꝓportionalem in duplo magis appropinquat ꝙ in fine prime partis proportionalis, ergo cum ſit tāte actiuitatis alios quattuor gradus ꝓducit: cum ergo ſint infinite partes ꝓportionales et per quancunqꝫ ſequentē in duplo magis appropinquet ꝙ in fine immediate precedentis ſequitur ꝙ cum tale luminoſum fuerit immediate illi opaco, infinite intenſum lumen producet.

¶ Ad argumentum reſpondetur ꝙ quota pars fuerit appropinquationis reſpectu medii per quod diſtat luminoſum ab opaco tota pars erit ꝓductionis illius quod reſtat reſpectu illius quod reſtat ad integram aſſimilationem. Exempli gratia Si appropinquat aliquis per primam partem proportionalē que eſt medietas ſpacii per quod diſtat et produxerat quattuor gradus: et reſtant alii quattuor gradus: pro facienda integra aſſimilatione, ꝓducetur medietas illorum: videlicet duo gradus: et cū dicitur luminoſum eſt tante actiuitatis ſicut fuerat et eſt ꝓpinquius et antea ꝓduxerat quattuor gradus ergo et modo: nego conſequentiam. Obſtat enim paſſum ꝑ parte eſſe aſſimilatum. Actio vero non tātum fit ꝓpter habere ꝓportionem maioris inequalitatis, ſed ꝓpter non habere paſſum aſſimilatum. (Vt amplius ſcripſi in prima queſtione phiſica noſtrarū ꝓportionum.)

Secūdus pricipale.

SEcundo principaliter arguitur. Suppoſito quodlibet elementum habere duas qualitates. Unā in ſūmo, reliquam vero citra ſūmum: ſed ſupra medium. Sit verbi gratia in terra vbi eſt frigiditas citra ſummū: et applicetur aliquod agens frigefaciens quod intendat illam vſqꝫ ad ſummum: ſi illa intenſio fiat per additionem gradus ad gradū: ſequitur illam alterationē ſubito fieri debere: conſequēs eſt falſum; ſequella probatur; quia vel in frigiditate que eſt in terra, eſt aliqua caliditas vel non? Si dicatis ꝙ eſt aliqua caliditas ergo terra habet tres qualitates primas quod eſt falſum, cum quodlibet elementum ſit corpus ſimplex. Si vero non habeat niſi frigiditatem ſine caliditate: ſequitur ꝙ cum nil reſiſtat introductioni illius caliditatis, tota illa caliditas fieret in inſtāti: et ſic alteratio fieret ſubito: quia omnis actio alicuius agētis que fit ſine reſiſtentia fit in inſtanti: vt Auerro. 4. phiſicorum.

¶ Ad hoc argumentum dupliciter poſſumus reſpondere. Primo dicere poſſumus tenēdo ꝙ in elementis ſunt ſolum due qualitates ꝙ introductio illa caliditatis fiet ſucceſſiue propter reſiſtētiam forme ſubſtantialis terre, cui diſconuenit maior frigiditas ſumma, quam opinionem tenet Paulus venetus in ſua ſuma: in libris de generatione capitulo ſeptimo in ſolutione argumenti quarti. Aliter tamē et melius reſpondeo ꝙ ibi eſt cū illa frigiditate aliqua caliditas vſqꝫ quo ſumma latitudo adimpleatur ex ambabus qualitatibus contrariis: et cum dicitur philoſophus dicit quodlibet elementum non habere niſi duas qualitates, dicit verum eſſe ſupra medium eleuatas: non tamen aliter. Quam opinionem tenet Marſilius ſecūdo de generatione queſtione. 6. articulo ſecundo cōcluſione prima corolario tertio. Et ſi contra hoc arguatur ſequitur omnia elementa eſſe ſymbolizantia: patet quia quelibet elementa cōueniunt ſaltem in vna qualitate: ſi enim aliqua non ſymbolizarēt, maxime ignis et aqua: ſed iſta ſymbolizant: ergo intentum. Minor ꝓbatur. Humiditas aque non eſt ſumma: ergo ſiccitatem habet adimplētem: et ſic ſymbolizant in ſiccitate. Hoc argumentū nil probat quia vt elementa ſint ſymbolizantia opus eſt cōmunicare in aliqua qualitate ſupra media exiſtente in vtroqꝫ elemēto: et ratio huius eſt quia qualitas infra medium nil denominat: ergo que in tali qualitate conueniunt non denominantur ſymbolizātia. Tertio reſpondeo conformiter ad Marſilium ſecundo de generatione queſtione quarta: tenendo vt aliqui tenent ꝙ frigiditas aque et frigiditas terre ſunt diuerſe ſpeciei quod illa frigiditas terre nō ſumma impoſſibile ē ꝙ fiat ſumma. Nam ſi ſit ſumma peto a quo ſit ſumma, vel a frigiditate alterius terre, et hoc non; quia nulla eſt maior iſta. vel a frigiditate aque: et ab illa non; quia eſt alterius ſpeciei: ergo a nullo poteſt fieri ſumma. Et ſic patet ad argumentum reſponſio.

Tertium pricipale

TErtio principaliter arguitur. Sequeretur albedinem vt quattuor fore infinite perfectam: conſequens eſt falſum: ſequella probatur. Continet infinitas perfectiones equales non communicantes maiores vna certa data: ergo eſt infinite perfecta: Conſequentia eſt nota et probatur antecedens, diuidatur illa albedo vt quattuor per partes proportionales dupla proportione ſm intenſionem: illa albedo eſt infinite perfecta. Patet quia continet infinitas partes proportionales equalis perfectionis quarū vnaqueqꝫ eſt perfectior quam vna nigredo.

¶ Ad hoc argumentum reſpondeo ꝙ illa conſequentia quā aſſumis nil valet ſcilicet cōtinet infinitas perfectiones equales non cōmunicantes etc. Sed diceres eras continet infinitas perfectiones maiores et maiores vna certa data. Sic enim opus eſt argumentari in quantitate virtutis. Quis ille modus arguendi ſit ſufficiens ad ꝓbandum infini

tam quantitatem in quantitate molis. Dico ſecundo negando antecedens. Nam captis duabꝰ rebus eiuſdem ſpeciei: non eſt concedendendum illas habere duas perfectiones eſſentiales: quia nomen perfectionis eſſentialis eſt nomen perfectionis ſpecifice: modo de hac perfectione ſpecifica non plus habent duo homines quam vnus homo: vt patet ex Porfirio ca. de ſpecie participatiõe ſpeciei plures homines ſunt vnus homo: quod autem non ſint vocande perfectiones eſſentiales in plurali perfectiones Petri et Joannis: patet: quia eadem ratione ſequeretur ꝙ vocarentur perfectiones eſſentiales perfectio Petri et ſue manus: et ſic magis eſſentialiter conuenirent Petrus et ſua manus: cũ magis eſſentialiter conueniãt Petrus et ſua manus quam Petrus et Joannes: ſequeretur aliquem conceptum abſolutum ſignificare Petrum et ſuam manum: et omnes partes Petri nõ ſignificando alios homines: et ſic daretur conceptus abſolutus quidditatiue inferior illi termino homo. quod eſt falſum: vt ſcripſimus in predicabilibus capitulo de ſpecie. Itaq; volo dicere ꝙ ly perfectio eſſentialis et perfectio eſſentialis ſpecifica conuertuntur: et quia in plurali perfectiones eſſentiales ſpecifice non verificantur de duobus indiuiduis eiuſdem ſpeciei: ideo bene nego illud antecedens: loquor hic naturaliter ſm Porfirium et Ariſtotelom.

Quartuꝫ pꝛicipale.

Quarto principaliter arguitur. Lumen aliquando eſt intenſius quam fuerat vt patet in die ſplendidiſſima: et tamen hec intenſio non fit in eo per additionem gradus ad gradum: ergo opinio nominalium nulla. Minor probat authoritate Cantuarienſis in prima parte perſpectiue propoſitione ſeptima vbi dicit. Radios diuerſorum luminoſorum in permixte ideꝫ medium illuſtrare debere: per quod nil aliud videtur poſſe intelligi quam ꝙ non faciunt vnum nec ſe intendunt. ꝙ autem ita ſit patet ſi tãtum lumen produceretur ante oppacem ab vno ſolo luminoſo: illud vnam vmbram duntaxat efficeret: ſed tantum eſt productum a duobus: cur ergo fient due vmbre: niſi ꝙ lumina diuerſorum luminoſorum differunt ſpecie.

¶ Ad hoc argumentum reſpondeo ꝙ illa authoritas Cantuarienſis intelligi debet hoc modo: ꝙ cuilibet luminoſo annexꝰ eſt inceſſus rectꝰ in ſua productione: quare cum vmbra ſit priuatio illius inceſſus recti: ſequitur ꝙ diuerſis luminoſis habentibus diuerſos inceſſus rectos ſit diuerſitas vmbrarum: ꝓpter priuari ad diuerſas partes illos inceſſus rectos: et ſic cauſabuntur due vmbre diuerſe: vult ergo dicere cantuarienſis ꝙ vno luminoſo habente ſuum inceſſum rectum ad vnam partem: eo ꝙ aliud luminoſum adueniat producens ſuos radios alio inceſſu non tollit primo ſuum proprium inceſſum qua ;bat et hoc eſt dicere radios impermixte ſe habere: hoc ē nullum deuiare a ſua rectitudine propria: eo ꝙ alterius radij ſe penetrent cum radijs alterius. Hinc ſequitur ꝙ in perſpectiua permiſceri radiuꝫ eſt ꝙ a rectitudine deuiet: ſicut eſt in radio fracto ꝓpter obuiationem medij alterius dyaphaneitatis. Sed ego in meo tractatu de luminoſis tenui omnia lumina diuerſorum luminoſoruꝫ differre ſpecie: vt videbitur infra.

¶ Poſſemus opinioni nominalium obuiare authoritatibus. Primo dicitur tertio thopicorum illa ſunt magis talia que ſunt impermixtiora ſuis contrarijs: ergo non ſit intenſio ad ditiõe gradus ad gradum ſed depuratione a contrario. Item quarto phiſicorum textu cõmẽti octuageſimi quarti. dicit philoſophus ſic ex calido remiſſo fit magis calidum nullo facto in materia calido qḋ nõ eſſet calidum quando erat minus calidum: et ita apparet de raro et denſo.

¶ Ad has ſecundas autoritates reſpondeo ꝙ duplex ē contrarium ſcilicet priuatiuum et poſitiuũ. Contrarium priuatiuum voco nõ gradũ. Poſitiuũ vero vt frigiditatem reſpectu caliditatis. Dico ergo philoſophũ velle dicere tertio thopicoꝝ que ſunt impermixtiora ſunt magis talia ideſt que magis diſtant a non gradu ſunt magis talia. Ad aliam dico (que videt̃ nimis fauere opinioni doctoris ſancti de ſua radicatione) quod Ariſtoteles ibi ponebat vnam cõcluſionem contra quoſdam antiquos dicentes ꝙ rarefactio fit per introductionem corporum extrinſecorum in foramina quedam. Et condenſatio per excluſionem corporum intra illa foramina incluſorum. Et arguebat contra illos iſta ratione, quemadmodum ex minus calido fit magis calidum non per aduentum alicuius corporis calidi aduenientis de nouo: igitur nec ex denſo fit rarum per introductionem corporis de nouo: nõ ergo vult dicere ꝙ intenſio non fiat per additionem gradus ad gradum.

¶ Pro complemento huius opinionis noto de mente Aluari thome vlixbonenſis non immerito apud parhiſienſes nomine philoſophi anthonomatice nuncupati, in ſuo triplici motu: tractatu quarto capitulo prĩo notabi. prĩo: ꝙ triplex eſt forma ſcilicet intenſa tantum, extenſa tantum, intenſa et extenſa ſimul. Forma intenſa tantum ē cuius quelibet pars cuilibet alteri cõtinuatur penetratiue et vnitiue: neq; ex hoc ſequitur quãtitatem corporis Chriſti in ſacramẽto alteris (eſto ꝙ diſtinguat̃ ipſa quantitas a re quanta) eſſe formam intenſam tantũ quamuis enim quelibet pars quamlibet aliaꝫ penetret non tamen cuilibet vnitur: et ſi enim ibi ſecundũ Scotum non ſit diſtantia ſituationis, eſt tamē diſtantia continuationis, hanc diſtantiã continuationis appellat ſcotus poſitionem, que eſt differentia quantitatis ſine qua quantitas nõ poteſt eſſe, in quarto ſenten. diſtinctione decima queſtiõe prĩa forma vero extenſa tantum eſt forma diuiſibilis non intenſa, vt forma ſubſtantialis aſini. Alia ē forma intenſa et extenſa ſimul, et eſt illa que habet plures gradus ſiue partes eiuſdem ſpeciei cum ipſa penetratiue et vnitiue: et quelibet pars cuilibet alteri vnitur. Ut albedo, caliditas. Aluarus Thomas.

¶ Noto ſecundo ꝙ aliud eſt motus intenſionis, et aliud eſt motus alterationis: ſunt enĩ termini impertinentes: nam velocitas motus alterationis attenditur penes qualitatem acquiſitam: et velocitas motus intenſionis attenditur (Sumendo intenſionis motum pro motu quo qualitas aut ſubiectum efficitur intenſius.) Penes ſucceſſiuam acquiſitionem maioris denominationis. Ex quo ſequitur ꝙ ille terminus motus intenſionis et motus alterationis ſunt impertinẽtes: neq; enim vnus alterum infert neq; ei repugnat. Non enim ſequitur hoc magis alteratur ergo hoc magis intenditur; namq; ſi eſſet Notab. 2.

ꝟnum ſubiectum bipedale cuius ꝟna pedalitas eſſet
calida ꝟt octo,et alia eſſet frigida ꝟt duo,et per to
tum bipedale acquireretur frigiditas ꝟt duo : iam
totum illud ſubiectum magis alteratur,et tamen
non intenditur ſed remittitur:nam illud ſubiectum
ante hoc erat calidum ꝟt quinq;,et nunc ſolum ē ca
lidum ꝟt tria: in hoc enim caſu alteratur acquiren
do frigiditatem,et tamen mediante ea nō intendiť.
Item poteſt aliquod ſubiectum intendi,et nullo pa
cto alterari:ꝟt patet poſito ꝙ ꝟnius pedalis ꝟna me
dietas ſit alba ꝟt octo:et reliqua ſit nigra ꝟt octo: et
rareſiat medietas nigra reliqua quieſcēte, nulla pe
nitus qualitate acquiſita. Tunc illud intendiť qꝛ eſt
nigrū cum antea non erat nigrum:et tamē nullo mō
alterať:qꝛ nullam qualitatem acquirit. ¶ Ex hoc ſe
quuntur duo coꝛolaria. Pꝛimū eſt aliquid continue
et ſucceſſiue alteratur ad caliditatem:et ipſum con
tinuo remittitur in caliditate ſiue efficitur minus
calidum. Pꝛobatur. Capio ꝟnum pedale cuius ꝟna
medietas ſit calida ꝟt ſeptem ſine admixtione con
trarij:et alia frigida ꝟt duo:⁊ acquirat medietas ca
lida ꝟt ſeptem medium gradum caliditatis ipſa nō
rarefacta neq; condenſata : medietas ꝟero frigida
ſine acquiſitione qualitatis rareſiat acquirendo ſe
mipedalem quantitatem. Quo poſito in tempoꝛe il
lius rarefactionis et alterationis pedale illud alte
ratur acquirendo caliditatem:nihilominus remitti
tur ſiue efficiť minus calidū. Quod pȝ,qꝛ in pꝛinci
pio alterationis erat illud pedale calidū ꝟt duo cū
dimidio:in fine ꝟero erit calidum ꝟt ꝟnū cū ꝟna ſex
ta. Hec patent calculanti.

Egregia regl'a calculandi.

¶ Sed ne te lateat huiuſmodi calcu
latio:pono tibi regulam egregiam de cognoſcenda
intenſione totius cuius partes ſunt diffoꝛmiter q̄li
ficate,aut cum admixtione cōtrarij regula ſit hec:ſi
fuerit diffoꝛme pꝛopter intenſionem diſſimilem par
tium cū ſimilitudine ſpecifica qualitatū:ꝟt ſi eſſet pe
dale cuius medietas eſſet calida ꝟt quattuoꝛ:⁊ alia
ꝟt duo ſine admixtione contrarij : tunc extende qua
litatem que eſt per ꝑtem ꝟniformiter per totū:et in
ea pꝛopoꝛtione qua pars eſt minoꝛ toto,in eadē de
nominatio partis ꝑ totū debet eſſe minoꝛ denomina
tiones partis per partē:ꝟt in exemplo pꝛedicto:ca
liditas illa ꝟt quattuoꝛ denominat totum ꝟt duo : et
caliditas illa ꝟt duo que eſt per partē denominat to
tum ꝟt ꝟnum:ergo totū eſt ꝟt tria:ſi ꝟero fiat hec dif
foꝛmitas ex admixtione qualitatū contrariarū : ita
ꝙ ſit caliditas octo per ꝟnam medietatem : et frigi
ditas ꝟt duo per aliam ſine admixtione contrarij in
eodem ſubiecto adequate extende frigiditatem ꝟt
duo per totū ꝟniformiter ⁊ erit frigiditas ꝟt ꝟnum:
poſtea extende caloꝛem ꝟt octo per totum et erit ca
liditas ꝟt quattuoꝛ,et quia excedit caliditas, ꝟt q̄t
tuoꝛ frigiditatem ꝟt ꝟnum per tria erit calidum ꝟt
tria:ſi ꝟero ambabus qualitatibus contrarijs exten
ſis per totum neutra excedit aliam : tale ſubiectum
a nulla denominabiť Exemplum ſi in ꝟna medietate
eſſet caliditas ꝟt octo et in alia eſſet frigiditas ꝟt oc
to. Facta extenſione per totū,inuenit per totū cali
ditas ,ꝟt quattuoꝛ et frigiditas ꝟt quattuoꝛ et tale
ſubiectū nec eſt calidum neq; frigidum.

Secūda opinio Burlei

¶ Secunda opinio eſt Balteri bur
lei:ꝙ intenſio fit per pꝛoductionem maioꝛis qualita
tis nulla de pꝛeexiſtentibus manente:ita ꝙ imagina
tur intenſionem foꝛe attendēdā per diſtantiam a nō



gradu:et non permitit qualitatem poſſe habere plu
res partes eiuſdē rationis penetratiue et ꝟnitiue:q̄
re dicit quamlibet qualitatē foꝛe indiuiſibilem intē
ſiue:et imaginať ad tranſitum de extremo ad extre
mū requiri ꝙ tranſeat per omnia media que ſunt in
finita:et concedit pꝛoductionē infinitarum qualita
tum maioꝛū ꝟna certa data ab agente finito in quā
to ꝟis paruo tempꝛe:ſed qꝛ terminus pꝛoductionis ē
finitus ideo illa actio cenſetur finita. Similiter ait
in coꝛruptione dari ꝟltimum eſſe completū rei ꝑma
nentis:imo cum caliditas agit in frigiditatē eā coꝛ
rumpiť in inſtanti:⁊ cum non poſſit hec coꝛruptio fie
ri ſaltu generatur alia frigiditas minoꝛ et minoꝛ:et
non ab alio quam a caliditate:ergo concedit ꝙ cali
ditas generat frigiditatem tanq; terminum non ꝟl
timate intentum. Concedit dato lumine pꝛoducto a
ſole aduenienti cādella incenſa extingui ⁊ aliud ma
ius generari ab ambobus luminoſis:quod eſt certe
falſum.

¶ Sed in hāc opinionem pꝛio pꝛin
cipaliter arguo:ſequereť aliquam frigiditatē ꝑdu
ci:et non ab aliquo qō eſt:nec ab aliquo qō fuit, nec
ab aliquo qō erit et con ſimili modo de coꝛruptione:
denť duo agentia que inuicem agant et reagant:et
in punto medio actionis loquamur de eoꝛū qualita
tibus:que ſint caliditas et frigiditas:que ꝟocentur
a.et.b.a. caliditas ⁊.b.frigiditas (ꝟt dictum eſt in
opinione) Caliditas ꝑducit frigiditatem quādo re
mittit frigiditatem et frigiditas caliditatem. Ego
peto ꝟel.a.pꝛoducit.b.et hoc non:quia eadem ratio
ne.b.pꝛoduceret.a.et ſic effectus eſſet cauſa cauſe:
et idem eſſet pꝛius eo quo eſt poſterius,quod eſt fal
ſum:ergo.a.pꝛoducitur ab aliqua caliditate : non q̄
eſt:nec que erit:quia que erit non eſt:ergo non cau
ſat.a.nec ab aliqua caliditate que fuit quia q̄cunq;
illa ſit iam tranſiit aliquod tempꝰ ex quo ꝟſq; nunc ē
coꝛrupta : ergo cum hec frigiditas.a.modo pꝛimo
ſit genita non potuit eſſe genita ab illo certo indiui
duo qō ab aliquo tempoꝛe non fuit. ¶ Dicendum ad
hoc argumentum ꝙ frigiditas.a.generať ab infini
tis frigiditatibus:que ante hoc fuerunt terminatis
ꝟerſus hoc inſtans medium:et idem cenſeo dicendū
de coꝛruptione ꝙ coꝛrumpitur frigiditas.a.non ab
infinitis caliditatibus que pꝛefuerunt:quia ab illis
generať:ſed potius coꝛrumpiť ab infinitis calidita
tibus ſequentibus : nec ꝟalet coꝛrumpitur ab iſtis:
ergo iſte ſunt:ſed ſatis eſt ꝙ imediate poſt hoc erūt
ꝟt ly poſt hec impoꝛtet tempus:ſicut enim mixtū ge
neratur ab elementis que non ſunt in pꝛimo inſtanti
eſſe mixti:ſed ſatis eſt ꝙ immediate āte hoc fuerint
ſic pari modo coꝛrumpitur a frigiditas ab illis q̄ im
mediate poſt hoc erunt.

Tertia ē opinio.

¶ Tertia eſt opinio doctoꝛis ſanc
ti quam habet in ſecunda ſecunde queſtione.24.et
in pꝛimo ſentētiarū diſtinc.decimaſeptima.q.2.ꝟbi
eam egregie diſquirit capꝛeolus. Notandū eſt igiť
ꝙ quelibet foꝛma diſtinguitur a ſuo eſſe qō quidem
eſſe ꝟocať eſſe exiſtentie:eſſe ꝟero eſſentie eſt idē qō
ipſa foꝛma : ꝟnde ſecundū hanc opinionem quelibet
foꝛma nata eſt habere infinita eſſe, quoꝛū continuo
ꝟnum eſt perfectius altero:et quanto foꝛma accidē
talis habet perfectius eſſe in ſubiecto, tāto dicitur
magis radicari in ſubiecto:⁊ hoc eſt qō intēdit hec
opinio ꝙ intenſio fit per maioꝛem in ſubiecto radica
tionem;ꝟnde intenſio foꝛme ſecundum doctoꝛē ſanc

tum diffinit ꝙ ipſa eſt continuo maior et maior radi-
catio in ſubiecto ſucceſſiue et in quolibet tēpe quan
tum vis paruo producuntur infinita eſſe et quodli-
bet illorum in inſtanti et eodem modo imaginādum
eſt de corruptione et generatione iſtorum eſſe ſecun
dum hāc opinionem quemadmodū imaginabimur
de de generatione et corruptione forme in motu al
terationis ſecūdum opinionem Burlei. Sequuntur
corolaria. Primum eſt ꝙ formam intendi non eſt ip
ſam aliquem gradum acquirere aut effici eſſentiali
ter perfectiorem ſed eſt ipſam continuo habere per
fectius et perfectius eſſe qđ eſſe ab ea diſtinguitur:
Sequitur ſecundo ꝙ nulla forma intēſibilis ſucceſſi
ue producitur ſed ſubito ſucceſſiue tamen intendi-
tur. Sequitur tertio ꝙ Sortes per primum actum
ſuum meritorum meretur totā beatitudinem quam
habebit: et per ſequentes actus meritorios ſolū me
retur perfectius eſſe talis be atitudinis. Sequitur
quarto ꝙ forma ſubſtantialis non intenditur, hoc co
rolarium ſic probat Capreolus: quia ſi forma aſini in
tenditur: ſequeretur ꝙ eſſe eius corrumperetur: ſed
ad corruptionem eſſe ipſius ſequitur corruptio aſi-
ni: et ad corruptionem aſini ſequitur corruptio for-
me aſini: ⁊ ex conſequenti: ſequitur ipſam non acqui
rere perfectius eſſe: ⁊ ſic non intendi: ſed cōtra hoc
replicatur ſequeretur animam rationalem naturali
ter poſſe intendi: ſequella probatur: quia materia
Sortis poteſt melius diſponi Sorte manente: igi-
tur illa forma habebit perfectius eſſe et ſic intende
tur: conſequentia eſt nota, et maior probatur: quia
poteſt mutari complexio Sortis flegmatica in ſan-
guineam, vt medici cogitant vt Conciliator differē-
tia. 22. ſed in veritate quicquid dicat prefatus doc-
tor argumentum ſaltem concludere de forma aſini
ſuper naturaliter adeo conſeruata in materia meli-
us et melius diſpoſita. In hoc tamen credo illud eſ-
ſe actualis exiſtentie in formis ſubſtantialibus eſſe
ſpecificum immo eſſe actum ſuppoſiti: nec aliud eſſe
in forma ⁊ aliud in materia: ſed vnum eſſe quo totū
compoſitum et forma et materia exiſtant: et quam-
diu forma ſubſtantialis eadem permaneat, illud eſſe
permanet idem.

**4. opinio ſimplicij.** ¶ Quarta opinio ē ſimplicij qui di-
cit ꝙ intēſio fit per depurationem a contrario: remiſ
ſio vero per admixtionem cum contrario. Cuius mo
tiua ſunt quedam auctoritates iam allegate contra
primam opinionem: ſed hanc opinionem fore falſam
duplici medio ſuadeo Gregorij ariminenſis diſtin-
ctione decima ſeptia primi ſententiarū: ſequeretur
lumen et notitiam apprehenſiuam et multas alias q̄
litates carentes contrario non poſſe intendi: conſe-
quens eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur: et ſeq̄l-
la patet quia ſi intenderetur maxime eſſet per depu
ratianem a contrario: ſed non habet contrarium: er
go non intendit per depurationem a contrario. Se
cunda ratio ſequeretur ꝙ nemo poſſet elicere actū
virtutis remiſſum: conſequens eſt falſum ergo illud
ex quo ſequitur: ſequella probatur: quia conſequen-
tis falſitas nota eſt: quia ſi elicit actum virtutis re-
miſſum: ⁊ non poteſt eſſe remiſſum niſi per admixtio
nem actus vicij ergo ſequeretur ꝙ elicito actu vir-
tutis ſimul eliceretur actus vicij: et ita actus virtu-
tis et actus vicij contrarij ſimul ſe compaterētur qđ
eſt falſum.



## ¶ Capitulum quartum.

PEnes quid attendatur intēſio in facto eſſe: quia de intenſione in fieri iam
diſputatum eſt in capitulo tertio immedia-
te precedenti. Circa quam queſtionem due famoſe
verſantur opiniones, vt recitat Calculator in capitu
lo de intenſione. Prima eſt ꝙ intenſio eſt attenden-
da penes appropinquationē ad ſummum gradum
ita ꝙ quanto aliqua qualitas eſt propinqua gradui
ſummo tanto eſt intenſior: et quanto eſt diſtantior a
gradu ſummo tanto eſt remiſſior. Alia eſt opinio Cal
culatoris tenentis ꝙ intenſio eſt attendenda per re
ceſſum a non gradu: et remiſſio per acceſſum ad
non gradum. In primam tamen opinionem aliqui-
bus argumentis inſurgo.

**Primum pꝛincipale.** PRimo principaliter arguo. Se-
queretur ꝙ qualitas ſumma eſſet infinite in-
tenſa: conſequens eſt impoſſibile: ergo illud ex quo
ſequitur: ſequella probatur quando ſunt aliqua infi
nita quorum ē dare minimum aut remiſſiſſimum ha
bentia ſe in dupla proportione, continue aſcenden-
do ab illo remiſſiſſimo: aggregatum ex omnibꝰ illis
eſt infinitum: ſed probabo ꝙ inchoando a gradu vt
quattuor inter gradum vt octo ⁊ gradum vt quattu
or reperiātur infinita media continue ſe habentia
in dupla proportione: quia ſex probabo ꝙ excedit
quattuor in duplo et ſeptem excedit ſex in duplo, et
ſeptem cum dimidio excedit ſeptem in duplo: er-
go gradus vt octo erit infinite intenſus: quia com-
prehendit omnia illa infinita que ſe habent in dupla
proportiōe: ergo per regulam eſt infinitus gradus
vt octo. Probo igitur ꝙ gradus vt ſex excedit gra-
dus vt quattuor in duplo diſtantia qua diſtat gradꝰ
vt quattuor a gradu vt octo ē in duplo maior quam
diſtantia qua diſtat gradus vt ſex a gradu vt octo:
ergo gradus vt quattuor eſt in duplo remiſſior gra
du vt ſex et ſic gradus vt ſex eſt in duplo intenſior ꝙ
gradus vt quattuor et pari ratiōe probabis de gra
du vt ſeptem comparato gradui vt ſex et ſic proba
ui probandum.

**Secūdū pꝛincipale.** SEcundo principaliter arguitur
ſequitur ꝙ gradus medius totius latitudi-
nis ſcilicet gradus vt q̄ttuor non eſt duplus
ad aliquem alium gradum: conſequens eſt falſum,
vt liquet: ⁊ ſequella probatur quia ſi gradus vt q̄ttu
or eſſet duplus ad alium gradum, maxime eſſet ad
gradū vt duo: ſed ad illum non: ergo intētum. Ma
ior nota eſt et minor probatur quia diſtantia qua di-
ſtat gradus vt quattuor a gradu vt octo eſt vt quat
tuor et diſtantia qua diſtat gradus vt duo a gradu,
vt octo eſt vt ſex: ſed ſex ad quattuor eſt ſequialte-
ra: ergo gradus vt quattuor in ſequi altero eſt intē
ſior quam gradus vt duo: ergo non in duplo.

**Tertium pꝛincipale.** TErtio principaliter arguitur:
ſequeretur ꝙ gradus ſummus non eſſet intē
ſus: conſequens eſt falſum: ergo illud ex quo
ſequitur: ſequella probatur quia non appropinquat
gradui ſummo: ergo non eſt intenſus, tenet conſeq̄n
tia ex opinione: et antecedens patet: quia cum ap-
propinquatio ſit relatio realis d̄bet eſſe inter extre-
ma realia realiter diſtincta ſecluſa operatiōe intel-
lectus: ergo ille gradus non apropinquat ad ſemet
ipſum. Sed tamen poteſt reſponderi ad hec argu-

menta pꝛeſupponendo ꝙ aliquid appꝛopinquare magis ad aliud ſtat bifariā: magis arithmetice.i.ꝑ minorē exceſſum, vel magis geometrice.i.ꝑ maiorem ꝓportionē verbi grā.6.appꝛopinquat ad.8.magis ꝙ.4.in ſequialtero. Qn̄ aūt dr̄ ꝙ quāto aliquis gradus appꝛopinquat magis ad ſūmū tāto eſt intēſioꝛ: non intelligamus hoc geometrice: ſʒ arithmetice.i. per eundem exceſſum per quē cōtingit vnā appꝛopinquationem excedere aliā per eundē maioꝛ gradus excedit minorē verbi grā ſumpto gradu vt.6. et gradu vt.4.qꝛ gradꝰ vt.6.appꝛopinquat ad.8. per duo: ꝛ gradꝰ vt.4.appꝛopinquat ad.8.per.4 et.4.excedit duo per duo, ſic.6.excedit.4.per duo et per hoc ſoluuntur pꝛimū argumentū et ſecundū. Tertium vero ſophiſtice pꝛocedit, quia illius ſummi gradus intenſio non eſt attendenda ꝑ appꝛopinquationem ad ſummū: ſed per hoc ꝙ maxime diſtat a non gradu: et pꝛofecto veri ſimilioꝛ apparet hec ſententia: quia cū non gradus ſit nihil q̄uo per illud ego menſurabo quam intenſum ſit aliquid.

Opinio Calculatoris. ¶ Sed ſententia Calculatoꝛis eſt ꝙ intenſio eſt attendenda per diſtantiā a non gradu: qꝛ in ea ꝓpoꝛtiōe qua aliquis gradꝰ plus diſtat a nō gradu quā aliꝰ: in ea ē intenſioꝛ: ꝛ ꝑ eūdem exceſſuʒ per quē vna diſtantia a non gradu excedit aliā, per eundē vnus gradus excedit aliū: ꝛ ſic qꝛ penes non gradum tam arithmetice ꝙ̄ geometrice attenditur quantitas intenſionis: ad diſputādū aptioꝛ ē opinio Calculatoꝛis: ſed cōi mō concipiendi aptioꝛ eſt opinio ꝑcedēs. ¶ Sed contra hanc opinionē Calculatoris arguit̄ ꝓbando oppoſitaʒ opinionē. Bene ſequit̄ quanto aliqua qualitas plus diſtat a nō gradu tāto eſt intenſioꝛ: et q̄nto plꝰ diſtat a non gradu tāto magis appꝛopinquat ad ſummum: ergo quāto plus appꝛopinquat ad ſummum, tanto eſt intēſioꝛ: quod eſt intētum huius opinionis contra Calculatoꝛem.

¶ Ad hoc argumētum ꝙ bonum eſt rn̄deo ꝯcedēdo maiorē: diſtinguēdo minorē: ſi ly tāto et quanto dicant quātitatē geometricā nego. Nā ſex in ſequialtero magis diſtat a non gradu ꝙ̄.4.et tn̄ i duplo magis accedit ad ſummū quā.4. ſʒ arithmetice vera eſt illa minoꝛ ꝙ ꝑ eundē exceſſum ꝑ quē magis diſtat a non gradu ſex quā.4 ꝑ eūdē magis appꝛopīquat ad ſummū ſex quā.4. Et ſic pʒ ſolutio argūti cōcedendo ſecundo modo, nō pꝛimo mō.

Secūdū pꝛincipale. Secūdo pꝛincipaliter arguitur datis duobus circulis, vno cuiꝰ diameter ſit bipedalis: alio vo ꝯcētrico illi cuiꝰ dyamter ſit pedalis: ī duplo magis maioꝛ quā minoꝛ diſtat a nō gradu motꝰ qꝺ eſt cētrū vt patet qꝛ ſemi dyameter maioꝛis eſt dupla ad ſemedyametrum minoꝛis: et tamen in quadruplo velocius mouetur maioꝛ quam minoꝛ. Pꝛobatur ſuppoſito cum Euclide decimo elementoꝛum ꝙ pꝛopoꝛtio circuloꝛum eſt dyametroꝛum duplicata. Jam ſic arguo: ſpatium per tranſitum a maiori eſt in quadruplo maius quam ſpatium per tranſitum a minori: ergo maior circulus in quadruplo velocius mouetur quam minor. Tenet conſequentia: et antecedens patet: quia cum dyametri ſe habeant in dupla, habebūt ſe circuli in quadrupla. Ergo probaui probandum. ¶ Ad hoc argumētum rn̄deo ꝙ velocitas motus localis non eſt attēdenda penes ſpatium corporale aut ſuperficiale pertrāſitū: vt bene declarat Albertus de ſaxonia.6.phi.q.4. alioqui datis duobꝰ hominibus eque lōgis vno craſſiori altero eq̄ velociter motis: ſequitur craſſiorem velocius eſſe motum altero: eo ꝙ maius ſpatium coꝛporale et ſuperficiale tranſegerit, ſed non lineale. Ideo dico ꝙ attendenda eſt velocitas circuloꝛū penes circunferentiam lineam per tranſitam: et quia circunferentia ad circunferentiam ſe habet in proporciōe dyametrorum: vt dicit Brauardinus in capitulo quarto ſuarum proportionum: ſecunda concluſione: ſequitur ꝙ motus ad motum ſe habeat in dupla. Nil enim valet dicere circulus ad circulum ſe habet in quadrupla: ergo motus ad motum quia circulus eſt ſuperficies: et penes illum non eſt attendenda velocitas: ſed penes circūferētiā q̄ eſt linea.

## ¶ Capitulum quintum.

In quo q̄rit̄ an oīs q̄litas tm̄ ſit intēſa ſicut remiſſa: an magis itēſa ꝙ̄ remiſſa: vel magis remiſſa ꝙ̄ itēſa. Ad hāc q̄ōnē rn̄det Calculatoꝛ in pꝛio ca. de intēſione ꝙ intenſio ꝛ remiſſio non ſunt cōpabiles: itaqʒ neqʒ vna ē maioꝛ altera: neqʒ minoꝛ: neqʒ equalis, ſicut vnū infinitū nō eſt alteri cōpabile, vt Ariſto.i.de celo et ſic ꝓpoꝛtio maioꝛis inequalitatis: et pꝛopoꝛtio minoꝛis inequalitatis non ſunt cōpabiles: vt bn̄ declarat Brauardinꝰ in ſuis ꝓpoꝛtio.c.i. ¶ Sʒ argueret aliqs: oīs q̄litas ē tā remiſſa ſicut intēſa: ergo intētū: ꝓbat̄ añs omnis qualitas tm̄ diſtat a non gradu ꝙ̄tum accedit ad nō gradū: ergo tm̄ eſt intenſa: ꝯn̄a eſt nota et añs. Huic argumēto dicas negando ꝯn̄am: qꝛ non ſunt cōpabiles intēſio et remiſſio: ꝙ aūt nullus gradꝰ poſſit eē intēſus ſicut remiſſus, ſuadeo argumentis, q̄ facit Calcula. in capl̄o pꝛetacto: et colligunt̄ a Paulo veneto in ſua ſumma philoſophica libꝛis de gn̄atione ca.2. ¶ Pꝛimū argumētū eſt tale: ponas caſum ꝙ ſint duo gradu remiſſi.a.ꝛ.b.a.tm̄ intēſio.b. ſi intenſio.a.et remiſſio eiꝰdē.a.ſunt eq̄les: et intēſio b.et remiſſio eiuſdem.b.ſunt equales: ſequit̄ ꝙ cū intenſio.a. ſit maioꝛ intenſione.b.et remiſſio.a.ꝑte ſit equalis intenſioni eiuſdē.a.ergo remiſſio.a.ē maioꝛ intenſione.b.tenet ꝯn̄a ꝑ euclidem.5.elementoꝛum omniū duoꝛū equaliū ad vnū tertiū eadē ē ꝓpoꝛtio tunc vltra remiſſio.a.eſt maioꝛ intenſione.b.ꝛ intenſio.b.et remiſſio.b.ſunt equales: ergo remiſſio.a.eſt maioꝛ remiſſione.b.et ſic magis remiſſus eſſet.a.ꝙ̄ b.quod eſt falſum. ¶ Scđo arguo cōtra illud quod dictum eſt in pꝛecedente capite ꝙ intenſio ſit attendenda penes diſtantiam ad non gradu: ſeq̄ret̄ ex illo ꝙ ex vniformi deꝑditione intenſionis: ſeq̄ret̄ vniformis acq̄ſitio remiſſionis: ꝯn̄s eſt falſum: ergo illō ex quo ſequit̄: ſeq̄lla nota eſt qꝛ deꝑdere intenſionē ē appꝛopinquare nō gradui: et illō eſt remitti: et falſitas ꝯn̄tis ꝓbat̄: qꝛ volo ꝙ ſit vnꝰ gradꝰ vt.4.q̄ in vna hoꝛa vnifoꝛmiter ꝑdat.2.gradꝰ: pꝛio vnū: et poſtea aliū: ſequit̄ ꝙ ēt remiſſio vnifoꝛmiter acq̄rit: taliter ꝙ remiſſio pꝛimo acquirit vnū gradū: et poſtea aliū gradū: ſed ꝓbo ꝙ nō iſta remiſſio pꝛio acq̄rit ꝓpoꝛtionē ſequi tertiā: et poſtea ꝓpoꝛtionē ſeq̄ alterā: qꝛ eque ꝓpoꝛtionabiliter deꝑdit̄ intenſio ſicut acq̄rit̄ remiſſio: ſed q̄n̄ aliq̄d pꝛimo acquirit minorē ꝓpoꝛtionē et poſtea maioꝛem: pꝛimo acquirit minorē latitudinē: et poſtea maiorē latitudinē. Et tm̄ ſi ternariꝰ pꝛimo acq̄rit ſeq̄ tertiā, acquirit vnū g̃dū et fit.4.ꝛ ſi poſtea acq̄rit ſeq̄alterā acquirit.2.g̃dus ꝛ fit.6.ꝙ ſi ſic: ergo nō vnifoꝛmit̄ acq̄rit̄ remiſſio ꝑ totā hoꝛā. ¶ Ad hoc argumētū dicēdū eſt ꝙ illud fundat̄ in il-

la regľa allegata de ꝓportionib⁹: quā nō credim⁹ fo
re verā ī ꝑuatiuis, ſtat cū̄ aliqd̄ ꝑ vniforme acq̄ſitio
nē prio acq̄rere minorē ꝓportionē ⁊ poſtea maiorē.

Secūdus pricipale ¶ Secundo arguo probando ꝙ nō
eque ꝓportionabiliter ſicut deꝑdit intēſio auget re
miſſio. Supponam⁹ em̄ ꝙ in vna hora deperdunt ab
intēſione vt. 4. vniformiter duo grad⁹: ita ꝙ in pria
medietate vnus grad⁹: et in ſcd̄a ali⁹ grad⁹: conſimi
liter de remiſſione acquirent alij duo grad⁹. Quo
ſuppoſito ꝓbo ꝙ non eq̄ ꝓportionabiliter ſicut remi-
tit intenſio acq̄rit remiſſio: q2 intenſio in pria medie
tate ꝑdit ſequitertiā in ſcd̄a ſequialterā. Remiſſio
vero cū̄ dbeat equaliter acq̄rere in prima medieta-
te ſicut ſcd̄a: ſeq̄tur ꝙ maiorē ꝓportionē acq̄ret ī pri
ma ꝙ in ſcd̄a: ⁊ ſic cū̄ ecōuerſo ſe habeat intenſio: q2
maiorē ꝓportionē ꝑdit ī ſcd̄a medietate ꝙ̄ in pria: ſe
quit ꝙ non eq̄ ꝓportionabiliter ſicut ꝑdit intenſio ac
quirit remiſſio: ꝙ aūt remiſſio augēda vniformiter
debeat maiorem ꝓportionē in p̄ma medietate acq̄-
rere quā in ſcd̄a. Probat q2 ſi ḡd⁹ vt. 2. acq̄ſiturus
eſt alios duos ḡdus vniformiter, p̄mo acq̄rit ſeq̄alte
rā. 2. ſeq̄tertiā. Sed huic argſo facilis p3 ſolutio di
cendo hāc regľam in ꝑuatiuis fore falſam: vbi ēt con
cedit maior remiſſio eſt ꝑs minoris remiſſionis.

¶ Ad hūc modū poteris ſubſtinere
opinionē illā cōez de aſſenſu opinatiuo et ānexa for
midie: ꝙ quāto magis intēdit opinio tāto magis re-
mittit formido. ⁊ ſi arguat ꝙ nō ſeq̄ret ꝙ q̄lz opinio
hēret ī finite ītēſaz formidinē: ⁊ ſic dmōſtratio nō hē
ret vires ī argm̄ thopicū, qd̄ ē falſuz: ſeq̄lla ꝓbat: q2
ſit vna opinio intenſa vt. 4. que diuidat ꝑ ꝑtes ꝓpor
tionales dupla ꝓportione ſm̄ intēſionē: et ſic arguit
formido p̄me ꝑtis eſt aliquāta: ſcd̄e ꝑtis formido eſt
in duplo maior: cū̄ ſit ī duplo remiſſior ⁊ ſic ꝯñter de
alijs ꝑtib⁹: ergo tota formido ē infinita tenet ꝯña: q2
cū̄ aliq̄ infinita (Quorū ē dare minimū) continue ab
illo minimo aſcēdūt in dupla ꝓportiōe: agregatū ex
eis eſt infinitū. Dicēdū ad hoc ꝙ cū̄ eſt aliqd̄ totū cu-
i⁹ ꝑtes ſunt eiuſdē ſpēi, cū̄ eo nō conuenit alia ꝓpria
paſſio ſingulis ꝑtib⁹ ꝙ̄ ea q̄ cōuenit toti: ⁊ ſic a formi
ne toti⁹ q̄lz ꝑs eſt formi doloſa eadē formidie q̄ totū
cui⁹ ē ꝑs et ꝑ hoc euitabis infinitā formidinē ānexā:
⁊ ſic reſpōdebis eq̄ ꝓportiōabiľr deꝑdi opinionē et
acq̄ri formidinē annexā: ꝙ̄uis vniformiter acquirat
formido: pl⁹ tm̄ ꝓportiōabiľr acq̄rit ī ſcd̄a medietate
quā p̄ma ecōuerſo quā in poſitiuis: et ſic ſolues cete
ra argſa ad iſtar hui⁹: d̄ quo bn̄ loqut⁹ ē Geruaſius.

## ¶ Capitulum ſextum.

Primum pricipale Mouet aliquas egregias dubita
ciunculas in materia de intenſione. Utrum
cuiuſlibet forme q̄ ſucceſſiue acquirit detur
primū inſtās ſui eē: et arguo ꝓ parte negatiua ꝙ nō.
Pono ꝙ per totā vnā horā fiat vna albedo intenſa vt
4. taľr ꝙ in pria ꝑte ꝓportionali hore acquirant duo
grad⁹: et in ſecūda vn⁹: et ſic ꝯñter ꝓportione dupla:
taľr ꝙ qn̄ ſecunda ꝑs proportionalis acquirit prima
oīno deperdat: et qn̄ tertia acquirit ſecūda oīno deꝑ
dat: et ſic fiat ꝯñter in tota hora. Uocet tota albedo
a. ſucceſſiue acquirit: et tm̄ ipſius. a. non dat primum
inſtās eſſe. Si eni daret primū inſtās eſſe albedinis
intenſe vt. 4. maxime eſſet in inſtāti terminatiuo ho
re ſed hoc non: q2 poti⁹ illud eſt primū nō eſſe. a. albe

Secūdū pricipale dinis intenſe vt. 4. ¶ Secūdo ad idē arguit ſic. Po
no ꝙ fortes incipiat alterari a non gradu in hora fu-
tura: ita ꝙ in prima ꝑte ꝓportionali acquirat duos
gradus albedinis: in ſecūda vnum: et in tertia dimi-
dium: et ſic ſine fine: et non maneat fortes in inſtanti
terminatiuo hore: ſ3 maneat eius albedo. Quo poſi-
to illa albedo ſucceſſiue acquirit ⁊ erit vt. 4. et tm̄ nō
dat primū inſtans ſui eē: igit. Maior eſt nota: q2 nō
erit minoris intenſionis: ⁊ minor ꝓbat q2 illa albedo
erit ante finē illi⁹ hore: igit non dat primū inſtans ſui
eſſe. Cōſeq̄ntia p3. q2 ſi daret maxime eſſet inſtās ter
minatiuū illius hore. Añs tm̄ ꝓbat q2 illa albedo erit
acquiſita ante finē illi⁹ hore: ergo erit ante finē huius
hore. Añs p3: illa albedo acquiret ante finē illi⁹ hore.
Cōña p3 a reſolubili ad ſuā reſoluentē. Dices et bn̄
negando ꝙ erit acquiſita ante finem illi⁹ hore. Et ad
ꝓbationem negando ꝯñam. et cū̄ ꝓbat: negat ꝙ illa
ſit ſua reſoluens: ſed ē iſta illa albedo erit acquiſitio
ante finem illius hore. Alio modo diſtinguit iſta ꝓpō
illa albedo erit acquiſita ante finē illius hore: aut ca
piendo ly acquiſita noīaľr vt tm̄ valet ſicut acquiſitio
ſiue qd̄ acquirit: ⁊ ſic concedit illa ꝓpō aut capiendo
participiaľr preteritiue et ſic negat. Ad hoc eni ꝙ ali
quod ſit ita acquiſitum requirit ꝙ ipſum ſit vel fuerit
in aliquo inſtanti: (loquendo de re permanenti.) Cō
firmatur hoc: pono ꝙ corrūpat tota albedo q̄ ſic fuit
ꝑducta in inſtanti terminatiuo hore. Tunc ſic arguo
Ibi deſinet eſſe albedo aliqua totalis per remotionē
de pñti: et non niſi vt. 4. ergo albedo vt. 4. fuit: nō in
ſtanti terminatiuo hore: ergo ante illō: ꝙ aūt totalis
albedo ſit vt. 4. p3: q2 non eſt plus ꝙ̄ vt. 4. nec minus
ergo eſt vt. 4. Item cōfirmatur. Hec albedo in hac
hora ꝓducit vel ergo ante finem hore vel poſt finem
hore. Non ſecūdū nec tertiū: ergo primū. Ultra et cū̄
determinatio copule ſemꝑ ſit determinatio ſubiecti:
ergo hec albedo ante finē hore eſt vel erit.

Tertium pricipale Tertio principaliter arguit ſi ꝑs
affirmatiua dubij eſſet vera ſequeret ꝙ fortes ⁊
plato eque velociter ab eadē ꝓportione continuo al-
terarent: et tm̄ non equalē qualitatē acquirerēt ꝑ idē
temp⁹. Cōñs eſt falſum vt eſt notū: et ſeq̄lla ꝓbat. Po
no caſum ꝙ fortes et plato incipiāt alterari a nōgra
du: in inſtanti iniciatiuo hore ab equali ꝓportione et
eque velociter in iſta hora: niſi ꝙ in inſtāti terminati-
uo hore fortes non maneat: plato vero maneat. Tunc
aliquam determinatā qualitatē in inſtāti terminati-
uo hore habebit plato quā non habebit fortes: nec3
ſibi eq̄lē: ergo maiorē q̄litatē hēbit ꝙ̄ for. Preterea ſe
quit hoc corm̄: fortes hēbit mai⁹ meritū ꝙ plato: ⁊ tm̄
non magis premiabit: imo equaľr premiabunt: qd̄ ē
falſum: ſeq̄lla ꝓbat: poſito caſu ꝙ fortes ⁊ plato ꝑ vnā
totā horā taľr merean̄t a nō gradu vſq3 ad. 4. ꝙ pla
to in inſtāti teratiuo hore maneat: fortes vō in inſtāti
teratiuo hore non maneat: imo ei⁹ aīa anihilet: ⁊ po-
ſtea reproducat premiāda ſm̄ premiū corrñdēs me
rito q̄ pri⁹ habuit: iā fortes et plato p̄miabunt eq̄li pre
mio: q2 plato vt. 4. ⁊ fortes hēbit qd̄lz meritū citra. 4
ergo premiabit vt. 4. et tm̄ nunꝙ̄ hēbit fortes tm̄ me
ritū ſicut plato: q2 nunꝙ̄ hēbit vt. 4. g̃ corm̄ eſt verū:
qd̄ eſt incōueniēs. ¶ In oppm̄ ē Ariſt. 6. phiſi. ponēs
talē cōcľonē. In quo res prio ē athomū et īpartibile
neceſſe eſt eē: īnuēs ꝙ oīs res ꝑmanens h3 vel habuit
primū inſtans ſui eſſe ante qd̄ nō fuit. ¶ In iſta q̄one
due opiniones verſant. Prima eſt Gregorij arimin.
in primo ſenten. diſtinctione. 17. queſtione tertia. quā
cōmuniter ſequuntur omnes philoſophi peripatheti
ci: que poſitio tanꝙ̄ in baſi et fundamento in vnica cō

ſiſtit ꝓpoſitione que talis eſt. Omnis res permanēs
naturaliter ꝓducta habet vel habuit pꝛimum inſtās
ſui eſſe ante quod neqꝫ in tempoꝛe nec in inſtāti fuit.
¶ Ex quo infertur ꝙ omnis res ſucceſſiue pꝛoducta
pꝛius ꝓducebatur quam ſit vel fuerit ꝓducta: ita ꝙ
ſi aliqua albedo acquiratur ſucceſſiue per hoꝛam fu
turam adequate: concedendum eſt ꝙ talis albedo ꝓ
ducetur ante finem hoꝛe future: ſed non erit pꝛodu-
cta ante finem hoꝛe future: ſed erit ꝓducta in inſtan-
ti termintiuo talis hoꝛe in quo pͥmo erit. ¶ Ex quo
infert hec opinio ꝙ ſi totum quod in iſta hoꝛa pꝛo-
ducebatᷣ de albedine in inſtāti terminatiuo hoꝛe cor
rumpetur et nunꝙ vlterius repꝛoducatur: tunc non
eſt dabilis albedo adequate pꝛoducta in illa hoꝛa.
Et in vniuerſum ad hoc ꝙ aliquid quod ponitur ſuc-
ceſſiue pꝛoduci ſit: opus ē tale manere in inſtanti ter
minatiuo ſue ꝓductionis: alias nullo pacto concedē
dum eſt ipſum pꝛoduci.

Petrꝰ mā tuanus. ¶ **Alia eſt opinio Petri de mantua**
in tractatu ꝺ pꝛio ⁊ vltimo inſtanti capite pꝛimo que
conſiſtit punctualiter in hac pꝛopoſitione: omnis res
ſucceſſiue pꝛoducta pꝛius fuit in tempoꝛe inadequa
te quam in aliquo inſtanti. ¶ Ex quo infertur ꝙ om-
nis res ſucceſſiue ꝓducta non citius pꝛoduceᷣ quam
erit pꝛoducta. Et ſimiliter omnis res ſucceſſiue ꝓdu-
cta que eſt permanēs quo ad eſſe habebit pꝛimuʒ in
ſtans eſſe, ante quod in nullo inſtanti erit: quamuis
ante illud erit in tempoꝛe. Differt igitur hec opinio
a pꝛioꝛi: quia pꝛioꝛ dicit rem ſucceſſiue ꝓductam ſic
eſſe incipiens per pꝛimum inſtans eſſe: vt in illo inſtā
ti ſit et nunꝙ antea fuerit neqꝫ in tempoꝛe, neqꝫ in in-
ſtanti. Sed ſecunda opinio dicit ꝙ talis res ſucceſſi-
ue ꝓducta in inſtanti terminatiuo ꝓductionis eius ē:
et non īmediate ante hoc fuit in inſtanti: ſecus auteʒ
Coꝛꝛꝭ.1. in tempoꝛe. ¶ Ex quo ſequitur omnem rem ſucceſſi-
ue ꝓducendam: futuram in aliquo tempoꝛe ante quā
Coꝛꝛꝭ.2. ſit in aliquo inſtanti. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ hec al-
bedo erit: et tamen in nullo inſtanti erit. Patet de al
bedine ſucceſſiue ꝓducta per vnam hoꝛam a nō gra
du vſqꝫ ad quattuoꝛ que in inſtāti terminatiuo hoꝛe
Coꝛꝛꝭ.3. coꝛrumpatur per pꝛimū non eſſe completum. ¶ Se
quitur tertio ꝙ hec albedo iam non eſt et aliquando
erit: et tamen hec albedo non incipiet eſſe neqꝫ in tē-
poꝛe neqꝫ in inſtanti. Patet ex caſu ſuperioꝛis coꝛo-
Coꝛꝛꝭ.4. larij. ¶ Sequitur quarto ꝙ nulla res ſucceſſiue pꝛo-
ducenda incipit vel incipiet eſſe. Hoc intelligatur ꝺ
re ſucceſſiua quo ad fieri tantum: et intelligatur ex-
ponendo ly incipit per tempus et inſtans: Namqꝫ ſi
aliqua res ſucceſſiue ꝓducenda inciperet per pꝛimū
inſtans eſſe vt debet: maxime eſſet in inſtanti termi-
natiuo ꝓductionis eius: ſed tunc falſum eſt ꝙ non im-
mediate ante hoc fuit: īmo īmediate ante hoc fuit: qꝛ
īmediate ante hoc fuit in tēpoꝛe. Bene tamen ſi eſſet
ſucceſſiua quo ad fieri et eſſe: incipit eſſe per vltimuʒ
non eſſe. Ita ꝙ nūc non eſt ſed īmediate poſt hoc erit
illa tamen res ſucceſſiua quo ad fieri incipit in inſtā-
ti per pꝛimum inſtans eius: et illud eſt inſtans termi
Coꝛꝛꝭ.5. nans ꝓductioneʒ eius. ¶ Sequitur quinto ꝙ omnis
res ſucceſſiue ꝓducenda non citius ꝓducetur quam
Coꝛꝛꝭ.6. erit pꝛoducta. ¶ Sequitur ſexto ſoꝛtem per totam
vnam hoꝛam eſſe in gratia: et tamen in eadem hoꝛa
eſſe in peccato. Pꝛobatur et pono ꝙ deus pꝛecipiat
ſoꝛti exiſtenti in gratia ꝙ nunquam diligat Platonē
gradu dilectionis vt quattuoꝛ: concedat tamen ei ꝙ
abſqꝫ peccato poſſit diligere euʒ quolibet gradu ci
tra quattuoꝛ. Quo poſito incipiat ſoꝛtes intendere
dilectionem platonis per iſtam hoꝛam: ita ꝙ ſi mane
ret in inſtanti terminatiuo haberet pꝛimo in illo di-
lectionem vt quattuoꝛ: ſed iam neqꝫ ipſe ſoꝛtes nec
ſua anima illam habeat in inſtāti terminatiuo. Qui
bus poſitis: arguitur ſic: ſoꝛtes per totam illam ho-
ram erit in gratia: et in eadem hoꝛa erit in peccato
igitur coꝛolariuʒ verū. Maioꝛ ꝓbatur: quia in quo
libet inſtanti intrinſeco illius hoꝛe ſoꝛtes erit in gra
tia: cum in nullo illoꝛum cōmittat aut omittat. (In
nullo enim inſtanti intrinſeco diligit platonem dile-
ctione vt quattuoꝛ.) Igitur ſoꝛtes per totam illam
hoꝛam erit in gratia. Sed minoꝛ pꝛobatur: quia in
illa hoꝛa quattuoꝛ gradus dilectionis erunt a ſoꝛte
ꝓducti per opinionem: et cum pꝛimum fuerunt pꝛo
ducti ſoꝛtes erit in peccato. Igitur ſoꝛtes in illa ho
ra erit in peccato. Et ſic patet coꝛolariuʒ. ¶ Sequi
tur ſeptimo ꝙ ſoꝛtes damnabitur: et tamen per totā
vitam ſuam fuit in gratia. Patet in caſu ſuperioꝛis
coꝛolarij. Soꝛtes damnabitur cum fuerit in pecca-
to: vt patet ex dictis.

¶ **Hec iſta coꝛolaria ſunt mirabilia**
quia eadem tenetur concedere oppoſita opinio. Nā
ſi vnuʒ pedale vniformiter diuidatur in hoꝛa futura
ita ꝙ in inſtanti terminatiuo pꝛimum totum erit di-
uiſum: ⁊ ſit linea terminans illud pedale in extremo
poſterius diuidendo. a. Quo poſito. a. linea in iſta
hoꝛa adequate erit diuiſa: et tamen per nullum tem
pus neqꝫ in aliquo inſtanti erit diuiſio. a. linee. Sed
hoc eſt falſum: quia in inſtanti terminatiuo erit diui-
ſio. a. linee: et erit tunc diuiſa ſimiliter: vt ly diuiſa ſu
matur nominaliter: nec mihi videtur cōcedendū
de eadem. a. linea, quod modo non diuiditur et ali
quādo diuideᷣ: et tamen nec incipit neqꝫ incipiet
diuidi: immo incipiet diuidi. Sed argueret aliquis
pꝛobando poſitionem. Mantuani veram eē, ad iſtū
ſenſum ꝙ res ſucceſſiue pꝛoducenda immediate an
te pꝛimum inſtans ſui eſſe fuit in tempoꝛe inadequa
to. Quia oppoſito dato ſequeretur ꝙ ſi deus pꝛecipi
at ſoꝛti ꝙ diligat ipum in aliquo inſtanti intrinſico
huius hoꝛe: ipſe vero nunquam dilexit: et inſtanti ter
minatiuo hoꝛe eſt moꝛtuus, per pꝛimū non eē. ſequiᷣ
ꝙ iſte erit in iſta hoꝛa futura adequate in peccato: et
tamen per nullum tempus nec in aliquo inſtanti. Itē
ſoꝛtes nunc non eſt in peccato: et aliqñdo erit in pec
cato: et tamē nec incipit nec incipiet eſſe in peccato.
Item ſoꝛtes per totam vitam ſuā erit in gratia ſine
peccato: ſaltē in quolibet inſtanti intrinſeco vite eiꝰ:
et tamen ſoꝛtes damnabitur. ¶ Ad hoc argumentuʒ
reſpondet Almayn in ſuo tractatu de libertate volun Almayn.
tatis articulo quarto: in ſecūda opiniōe. Multiplex
eſt modus dicendi et reſpondendi pꝛimꝰ eſt Holcot
ꝙ in inſtanti terminante hoꝛam verum eſt dicere ſoꝛ
tes peccabit: et tñ per nullum totū tempus peccauit
ſed in quolibet tempoꝛe ad illud inſtans terminato
peccauit inadequate. Et ſic in nullo ad illud inſtans
caruit ſoꝛtes gratia: et ſic concedendū eſt ꝙ ſoꝛtes in
quolibet inſtanti ante hoc inſtans fuit in gratia: et tñ
ante illud inſtans peccauit moꝛtaliter. ¶ Sʒ contra
hanc ſolutionem arguitur: ſequeretur iſta concluſio
ſoꝛtes peccauit moꝛtaliter: et tamen nunquam ca-
ruit gratia. Patet ſic: Et pono ꝙ ſoꝛtes in hoc in-
ſtanti peniteat ſe non dilexiſſe deum: et ꝙ nullum
aliud peccatum commiſerit: ſoꝛtes nunc habet gra-
tiam quia nunc conuertitur. Et ſuppono pꝛo nunc ꝙ

ad cõtritionem non requiratur continuatio per cer⸗
tuꝫ tempus: et ſoꝛtes nunquam caruit gratia: ergo
aliquando non habuit gratiam. Et vltra aliquando
non habuit gratiam: ergo in inſtanti vel tẽpoꝛe. Sed
nullum iſtoꝛum eſt dicendum non pꝛimum vt notum
eſt, nec ſecundum: quia quocūqꝫ tempoꝛe demõſtra
to in iſto habuit gratiam: et iſtud idem argumentū
venit contra Altiſſiodo: dicentem ꝙ in caſu argumẽ
ti Soꝛtes pꝛimo peccat in in inſtanti terminãte ho
ram: capiendo peccare vt eſt contrahere reatum ex
omiſſione vel commiſſione, cum Soꝛtes nunquã an⸗
te hoc fuit in reatu ad penam eternam cum ſemper
fuerit in gratia: non tamen eſt illa gratia quã pꝛius
habuit: ſed illa ẽ dep̃dita ratione peccati: ſed eſt in
gratia quam meretur virtute contritionis: que foꝛ⸗
te eſt minoꝛ ea quam habuit, vel foꝛte maioꝛ, vel foꝛ
te equalis ſecunduꝫ ꝙ ſoꝛtes habere poteſt magnã
vel paruam contritionem: et vltra concedendum eſt
ꝙ Soꝛtes peccauit moꝛtaliter: ⁊ tamen per nullum
totum temp⁹ nec per aliquod inſtãs erit ſine gratia.
Non eſt tamen concedendum ꝙ Soꝛtes peccauit
moꝛtaliter et in gratia eſt: et gratia quã habet nun
quam perdidit. Aliter dicunt alij ꝙ deus non poteſt
ita pꝛecipere, niſi in pꝛecepto ſuo etiam includatur
inſtans terminatiuum hoꝛe: et hoc ſatis mirabile vi
detur.

Ad pmū. ¶ Reſtat reſpondere ad argumen⸗
ta iam facta ante oppoſitum. ¶ Ad pꝛimū reſponde
tur ꝙ illa albedo debet reputari vnifoꝛmiter diffoꝛ
mis latitudinis quo ad tempus: et d̃bet reputari tã⸗
te intenſionis ſicut gradus medius videlicet vt duo
et ſic ſi petas vtrum habeatur pꝛimū inſtans eſſe to⸗
tius albedinis: dicaẽ ꝙ non quia cum ſit res ſucceſſi
ua non ſolum quo ad fieri ſed etiam quo ad eſſe, non
debet incipere per pꝛimum inſtans eſſe ſed per vlti
mum non eſſe. Si vero loq̃ris de intenſione: cum in
tenſio nõ diſtinguaẽ ab albedine. Dico ꝙ incipit eſſe
quando albedo incipit eſſe: cum ẽt ſucceſſiue ꝓgre⸗
diatur: ſed melius eſt dicere ꝙ intenſio illius totius
albedinis incipit eſſe quando gradus medius inci⸗
pit eſſe, videlicet in inſtanti medio hoꝛe.

Ad ſcōm. ¶ Ad ſecundum competenter reſpõ
ſum eſt inter arguendum: ſed ad eius confirmatio⸗
nẽ reſpondetur: cum ponitur caſus ꝙ illa albedo to⸗
talis deſinat eſſe inſtãti terminatiuo hoꝛe per remo
tionem de pꝛeſenti ad mitto caſum: et cum arguitis
ibi deſinit eſſe albedo vt quattuoꝛ: ergo pꝛoducta
eſt albedo vt quattuoꝛ ⁊ hoc ſucceſſiue: et nunquam
datur albedinis vt quattuoꝛ: pꝛimum inſtans eſſe er
go intentum. Dicendum negãdo ꝙ deſinat eſſe albe
do vt quattuoꝛ bene tamen deſinit eſſe aliquid quod
equiualenter iudicaẽ vt. 4. namqꝫ oĩs qualitas que
continet omnem gradum citra quattuoꝛ reputatur
vt quattuoꝛ. Dabo tibi bonam analogiam ſi eẽt vna
columna habens infinitas partes pꝛopoꝛtionales, ꝓ
poꝛtione dupla: ita ꝙ illas partes pꝛopoꝛtiõales gi⸗
rarent infinite gire vnius linee giratiue taliter ꝙ ꝑ
pꝛimam partem pꝛopoꝛtionalem pꝛocederet vna
gira: et per ſecundam pꝛocederet alia gira: et per
tertium alia: et ſic ſine ſtatu. Volo ꝙ per pꝛimam gi⸗
ram coextendatur vna albedo a non gradu vſqꝫ ad
duo: et per ſecundã a duob⁹ vſqꝫ ad tria et per terti
am a tribus vſqꝫ ad tria cum dimidio ⁊ ſic ſine ſtatu:
iam albedo extenſa per illam lineam giratiuam eſt
vt quattuoꝛ virtualiter, licet non foꝛmaliter.

¶ Et ad aliam confirmationem cum Ad aliam confir.
dicitur hec albedo vt quattuoꝛ in hac hoꝛa pꝛoduci
tur: ergo vel ante hoꝛam: vel ante finem hoꝛe: vel in fi
ne hoꝛe: vel poſt finem hoꝛe. Diſtinguo: vel tu, vis ꝙ in
inſtanti terminatiuo hoꝛe illa albedo ſit: vel nõ: ſi vis
ꝙ ſit in iſtanti terminatiuo hoꝛe vt quattuoꝛ dic ꝙ ꝓ⸗
ducitur in inſtanti terminatiuo hoꝛe incomplete: ad
hunc ſenſum ꝙ tunc eſt ſecundum ſe totam et non im⸗
mediate ante hoc fuit ſecundum ſe totã: bene tamen
ſecundum partes eius. Si vero vellis ꝙ in illo inſtan
ti non ſit: illa eſt falſa: hec albedo vt quattuoꝛ pꝛodu
citur: quoniam ex illa infertur hec albedo vt quattu⸗
oꝛ eſt vel erit. Quod eſt falſum,

¶ Ad tertium reſpondetur ꝙ in illo Ad. 3. ar.
caſu equeuelociter alterantur: et tamen non aequi⸗
runt equalem qualitatem foꝛmaliter: bene tamen vir
tualiter: vt dedi exemplum de linea giratiua: quod
eſt egregium exemplum. Et ideꝫ dici poteſt ad illud
de meritis: ꝙ de facto equaliter merebunt et equali
ter pꝛemiabuntur. Quoniam illa merita equiualen
ter ſunt equalia.

¶ Super iſta igitur queſtione vide Cõcoꝛdia opinionū.
oꝛ mihi conciliari poſſe has diuerſas opiniones. Cuꝫ
queritur an res ſucceſſiue pꝛoducenda habeat vel
habebit pꝛimum inſtans eſſe: Dico ꝙ diſtinguendum
eſt de exiſtẽtia rei: aut foꝛmaliter aut virtualiter. Si
foꝛmaliter: dico ꝙ ſi fuerit in inſtanti terminatiuo ha
bet pꝛimum inſtans eſſe incompletum: ad iſtum ſen⸗
ſum ꝙ illa res nunc eſt et non imediate ante hoc fuit,
nec in tempoꝛe adequato nec in inſtanti. In quo con
uenio cum Gregoꝛio: Bene tamen fuit in tempoꝛe in
adequato terminato ad inſtans terminatiuum illius
tempoꝛis. In quo conuenio cum Mantuano. Qua⸗
re ego credo ꝙ iſta pꝛopoſitio. a. albedo vt quattuoꝛ
pꝛoducet: dependere a veritate iſtius. a. albedo vt
quattuoꝛ erit: et hanc a veritate iſtius. a. albedo vt
quattuoꝛ eſt in inſtanti terminatiuo illius pꝛoductio
nis futura vera. Et ideo q̃uis iſta modo ſit vera. a. al⸗
bedo vt quattuoꝛ pꝛoducetur: cum ſit de futuro con⸗
tingenti pꝛo eodem inſtanti pꝛo quo eſt vera poteſt
non eſſe vera. ¶ Si vero in inſtanti terminatiuo illi⁹
pꝛoductionis. a. albedo vt quattuoꝛ non futura eſt: il
la non habebit pꝛimum inſtans eſſe: illa tamen repu
tabitur vt quattuoꝛ equiualenter ⁊ virtualiter: quia
continet omnem gradum citra quattuoꝛ. Et ſemper
habeas in memoꝛia exemplum de linea giratiua.

¶ Dubitatur ſecūdo vtrum id ꝙ ſuc Dubium ſecunduꝫ
ceſſiue caleſit poſſit incipere eſſe tale et quemadmo⸗
dum peto de calefatione: ita petam de qualibet alia
qualitate extenſa ad extenſionem ſubiecti: et argui⸗
tur pars negatiua ſic: volo ꝙ aliquod ſubiectum inci
piat calefieri ſucceſſiue quo ad extenſionem: et peto
quando tale ſubiectum incipit eſſe calidum vel eſt
quando caliditas attingit ad punctum medium, vel
quando caliditas tranſit a puncto medio: non pꝛimū:
quia tūc ſola medietas eſt calida: et ad eſſe calidum
requiritur ꝙ maioꝛ pars quam medietas ſit calida:
ſi dicatis ſecūdum: peto vel incipit eſſe calidum per
pꝛimum inſtans eſſe vel per vltimū non eſſe: non ꝑ pꝛi
mū inſtãs eſſe q: quocūqꝫ inſtãti dato: falſum ẽ ꝙ in il⸗
lo pꝛimo maioꝛ pars quam medietas ſit calida. Nam
quocūqꝫ inſtanti dato ante illud: per maioꝛem partẽ
quam per medietatem extendebatur caliditas: ſi di

catur ꝙ quando illa latitudo venit ad non gradum in puncto medio: tunc incipit eſſe calidum per vltimū nō eē: ita ꝙ nūc nō eſt calidū: ſ; imediate poſt hoc erit calidum. Sed replico: ſic arguo nunc non eſt caliditas extenſa per totum: et aliquando erit caliditas extenſa per totum: ḡ incipit vel incipiet eſſe caliditas extenſa per totum: conſequēs eſt falſum: ſequella nota eſt: et falſitas conſequentis probatur: vel cū illa caliditas incipit eſſe extēſa per totu; per primū inſtans eſſe vel per vltimum non eſſe. Non ſecundum quia oppoſito dato: ſequeretur ꝙ alteratio non eſſet ſucceſſiua mutatio, quod eſt falſum: et ſequella probatur ſi in hoc inſtanti nō eſt totum alteratum. detur quanta ſit illa pas que reſtat vt totum alteretur, ⁊ ſit digitalis: ſi illa immediate poſt hoc tota alterabitur ergo illa alteratio fit ſubitarie per illā partem: neq; per primum inſtans eſſe: quia cum talis latitudo producatur ab extrinſeco vt pono: debet eē vniformiter difformis: ergo cum non detur qualitas indiuiſibilis intenſiue: ſequitur ꝙ prius producetur medietas intenſiua per totum quan tota qualitas per totum: ergo non erat illud primum inſtans eſſe qnalitatis extenſe per totum.

**Secundo principaliter arguitur** Nihil poteſt ſucceſſiue caleſieri: ergo intentum: conſequentia eſt nota: et probatur antecedens: quia ſi aliquid ſucceſſiue caleſieret prius ꝓduceretur gradus medius quam gradus vltra medius: conſequens eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur, conſequentia ē nota: et minor probatur quia dato quocūq; gradu medio qui producatur ſit ille vtq̄t tuor: quando ille producitur neceſſe eſt in aliqua parte ſubiecti produci: et in parte propinquiori ipſi agēti produci qualitatem magis intenſam: ergo verum eſt ꝙ non citius producitur gradus medius quā gradus vltra medius: quia ſua contradictoria eſt falſa citius producitur gradus medius quam gradus vltra medius: cum contradictoria tertie exponētis ſit vera ſcilicet ita cito producitur gradus medius: ſicut gradꝰ vltra mediꝰ, vt in argũo clare deduximꝰ.

**¶ In oppoſitum arguitur ſic: quod**libet corpus quod ſucceſſiue calefiet incipiet eſſe calidum: igitur aſſumptum probatur: et ſit a corpus ꝙ ſucceſſiue calefit: et per talem calefactiōem ſucceſſiuam aliquando erit calidum: et arguitur ſic, iſte due contradictorie. a. eſt calidum. a. non eſt calidum ſucceſſiue verificantur, capio igitur totum tempus qḋ verificabitur affirmatiua: et totum per quod verificabitur negatiua. Et arguo ſic vel in inſtanti medio illorum duorum temporum, affirmatiua eſt vera vel negatiua: ſi affirmatiua: ſequitur ꝙ. a. incipit eſſe calidum per primum eſſe: quia in illo eſt calidum et nō ante: ſi negatiua, manifeſtum eſt ꝙ. a. incipit eſſe calidum per vltimum non eſſe: igitur ſi. a. ſucceſſiue calefiet ⁊ denominabitur calidum: ipſum incipiet eſſe calidum, quod fuit probandum.

**¶ In iſta materia due ſunt opinio**nes. Prima eſt Calculatoris. Dicētis ꝙ quantūcūq; parua qualitas ſufficit denominare ſuum ſubiectum quale ſpecifice ſaltem in corpe finito: dummō non impediatur a ſuo cōtrario in eodem ſubiecto. Alia eſt opinio Pauli veneti in ſecundo dubio ſue quadrature capitulo. i; dicentis ꝙ ad hoc ꝙ homo ſit albus ſufficit ꝙ maior pars ſuperficialis ſue facici quam medietas ſit alba: et etiam hoc requiritur ad hoc ꝙ aliquod animatum non homo pilloſum vel pennoſum ſit album: requiritur et ſufficit maiorem partem extremalem pillorum vel pennarum ſm ſe totum eſſe albā et ſi brutum non ſit pilloſum vel pennoſum ſufficit maiorem partem ſuperficialem ſm ſe totam eſſe albam. Sed hec eſt queſtio de nomine: ideo conformiter ad cōmunem modum concipiendi dicamus album vocari: cuius maior pars quam medietas eſt alba: et hoc intelligitur in rebꝰ animatis de albedine permanenti vel fluente ab intrinſeco: quia ego non dicerē ethiopem album ſi aliquis ipſum de albaret ab extrinſeco alias ſequitur corolarium. Aliquid eſt album cuius nulla pars eſt alba. Sequella p; de colore: quem pono in cute nigerrimum et in penis album. In rebus tñ animatis videor mihi id fore album: cuius maior pars quam medietas ſit alba: ſiue albedo ab extrinſeco proueniat ſiue ab intrinſeco.

**¶ Pro declaratione tamē noſtri du**bij ponam aliquas concluſiones. Concl'o. i. ¶ Prima concluſio tenendo opinionem. Calculatoris. Omne corpus qḋ qualificabitur ſucceſſiue non habens contrariū forme inducende: incipiet qualificari ſiue eſſe qualificatum ſpecifice per vltimū inſtās non eſſe. Probať hec concluſio: qm̄ quodl; tale corpꝰ imediate poſt inſtās iniciatiuum actionis habebit aliquam talem qualitatem: igitur immediate poſt illud inſtās quodlibet tale erit calidū. Patet: quia ex opinione quantulacūq; qualitas non permixta contrario ſufficit ad denominationem.

**¶ Secunda concluſio. (tenendo re**quiri partem maiorem medietate ſm ſe et quodlib; ſui, ſaltem ſupficialē debere eē qualificatam: ad hoc ꝙ totum corpus dicať qualificatū ſpecifice) quodlibet corpꝰ ſucceſſiue calefiendū et denominandū calidum incipit aut incipiet eſſe calidū per vltimum non eſſe. Hec cōcl'o ſatis patet ex primo argũo añ oppoſitum: q: in inſtanti in quo primo verū eſt dicere vnam medietatem ſuperſicialem eſſe calidam ſm ſe ⁊ quodlibet ſui: in illo verum eſt dicere ꝙ totū corpꝰ non eſt calidum: et immediate poſt illud inſtans totu; erit calidū: cum maior pars ſupficialis quā medietas immediate poſt hoc erit calida ſm quodlibet ſui. Cōcl'o. 2.

**¶ Tertia concluſio. Tenendo quali**tates contrarias ſe compati in gradibꝰ remiſſis id quod ſucceſſiue calefit ꝑ introductionem caliditatis et eque velocem corruptionē frigiditatis incipit vocari calidū ꝑ vltimū inſtans nō eſſe. Probať hec concl'o: q: iu tempore illo alterationis deueniēdū eſt ad aliquod inſtans: in quo adequate tantum nata eſt denominare caliditas: ſicut frigiditas: ſit igiť illud inſtans. a. et arguiť ſic in inſtantia. a: illud corpꝰ nec eſt calidum nec frigidū: q: qualitates contrarie ſe mutuo ad equate impediūt in a inſtanti in denominationibus ſuis: et immediate poſt. a. inſtans illud corpus erit calidum cum immediate poſt. a. inſtās introduceť aliquid caliditatis: igiť in inſtanti. a. illud corpꝰ incipit eſſe calidū ꝑ vltimum non eſſe: quod fuit probādū. Aſſumptum tñ ꝓbať: videlicet ꝙ deueniendū ſit ab aliqḋ inſtās in quo adequate tm̄ nata eſt denoīare caliditas ſicut frigiditas: q: ī principio alterationis frigiditas magis denoīat ꝙ̄ nata ſit denoīare caliditas: vt p; cū in infinitū parua ſit caliditas in principio alteratiōis ⁊ denoīatio caliditat; ꝯtinuo ſucceſſi Cōcl'o. 3.

ue creſcit continuo: et denominatio frigiditatis ſucceſſiue continuo decreſcit: igitur ad aliquod inſtãs veniunt ad equalitatez: quod fuit probãdum. Patet conſequentia: quia minus ſuo maiori ſucceſſiue continuo non poteſt fieri maius quin aliquando ſit equale illi quod modo eſt maius eo. ſiue maius quieſcat ſiue non: igitur.

¶ Quarta concluſio. Si aliquod infinitum incipiat ſucceſſiue calefieri ipſum calefiet, hoc eſt incipiet eſſe calidum per primum inſtans eẽ: etiam ſm opinionẽ Suiſeth. Probatur quia in quolibet inſtanti intrinſeco alterationis anteꝙ per totũ ſit qualitas: preciſe finita: pars illiꝰ erit qualificata, et reſtabit infinita q̄lificanda: igitur in nullo tali inſtanti intrinſeco illud corpus infinitum incipiet eſſe calidum. Patet conſequentia quia etiam vt opinat̄ Suiſeth qualitas corporis infiniti exiſtens in parte finita nihil facit ad totius denominationẽ: et per conſequens in inſtanti in quo primum erit verum dicere ꝙ qualitas eſt per totum illud corpus infinituz illud corpus infinitum incipiet eſſe calidum per primum inſtans eſſe: quod fuit probandũ. Poſſent hinc inferri multa et diuerſa corolaria ſm diuerſitatem propoſitionum. De denominationibus partium. De partium denominationum inceptione: et multa alia que infert Paulus venetus loco preallegato: et Hẽtiſber in illo ſophiſmate quinto Omnis homo qui ẽ albus currit: et ſimiliter ſuus cõmentator. ſed gratia breuitatis ſuperſedeo. Facile enĩ patent perſpicatiori ingenio. Et per hoc patet ſufficienter reſpõſio ad dubium.

¶ Reſtat reſpõdere ad rationes ante oppoſitum. Ad primam ſufficienter reſponſuz eſt vſqꝫ ad vltimam replicam: ad quam dico ꝙ quando aliquid incipit eſſe calidum ſm ſe totum illud eſt ꝑ primum inſtans eſſe: et cum replicatur probando ꝙ non, quia ſi modo eſt caliditas ab octo vſqꝫ ad quattuor per vnum ſubiectum per primum inſtans eſſe: illud videtur falſum, quia ſi mõ eſt caliditas ab octo vſqꝫ ad quattuor per totum: ergo cuꝫ hec caliditas habeat duas medietates intenſionales ſequit̄ ꝙ immediate ante hoc fuit aliqua caliditas per totũ qđ eſt oppoſitum ſecunde exponentis de primũ inſtans eſſe: et hoc patet, quia quando aliqua latitudo intenſiua eſt per totum, prius medietas intenſiua ſit per totum, et quarta pars intenſiua ſit per totum.

¶ Ad hoc argumentum qđ eſt egregium reſpondeo notando modum producendi qualitatem vniformiter diſſormẽ per aliquod ſubiectũ. Modus ſit iſte, non eſt enim credendum ꝙ ſi modo ſit latitudo per vnum ſubiectuz pedale ab octo vſqꝫ ad non gradum primo fuerit per totum a quattuor vſqꝫ ad non gradum: et ante illud fuerit per totum a duobus vſqꝫ ad non gradum non eſt enĩ ita: ſed primo producitur ab agente quarta pars latitudinis intenſiue, per quartam ſubiecti quo ad extenſionem ita ꝙ primo producitur a duobus vſqꝫ ad non gradum per quartam ſubiecti extenſiuam. Deinde a q̄ttuor vſqꝫ ad non gradum per medietatẽ ſubiecti extenſiuam. Deinde a ſex vſqꝫ ad nõ gradum per tres quartas ſubiecti extẽſiuas: et tandem tota latitudo ab octo vſqꝫ ad non gradum per totum ſubiectum: et illius latitudinis per totum extenſe eque cito medietas intenſiua producitur per totum ſicut quarta intenſiua, et ſicut octãua intenſiua. Neqꝫ vnꝙ admittas in huiuſcemodi latitudine extenſa per totũ priꝰ produci medietatem intenſiuam per totum ꝙ̄ totaꝫ latitudinem: Bene tamen medietas intenſiua latitudinis producitur prius per medietatem ſubiecti ꝙ̄ tota latitudo per totum. Et per hoc patet ſolutio argumenti.

¶ Ad ſecundum argumẽtum principale noto de intelligentia iſtius propoſitionis: citiꝰ producitur gradus medius ꝙ̄ gradus vltra mediꝰ. Noto ꝙ ſi intelligatur de ꝓductione facta ab intrinſeco: ſicut cum aqua calida reducitur ad priſtinam frigiditatem vera eſt. Namqꝫ citius producitur frigiditas vt quattuor per totam aquã ꝙ̄ vltra quattuor producatur per totam aquam: ſi tamẽ productio ſit ab extrinſeco vera ẽ iſta: citius producitur iſte gradus medius totius latitudinis ꝙ̄ vltra medium totius latitudinis. Nam quando gradus vt quattuor ẽ in extremo magis propinquo ſubiecto ita ꝙ ſit ꝓducta latitudo a quattuor vſqꝫ ad non gradum: tunc ẽ productus medius totius latitudinis, et tamen nullus vltra medius eſt productus. Si tamen illa ꝓpõſic ſumatur citius producitur gradus mediꝰ ꝙ̄ gradus vltra medius falſa eſt. Nam tertia exponens eſt falſa: non ita cito ꝓducit̄ gradus medius ſicut gradus vltra mediꝰ: imo eq̄ cito ꝓducit̄ gradus medius ſicut vltra medius. Nam quando eſt productus in medio cuiuſdam pedalis gradus vt duo etiam in principio pedalis eſt gradus vt quattuor.

## ¶ Capitulum ſeptimum.

Tangit materiam vtrum intẽſio qualitatis vniformis debeat attendi penes multitudinem graduum penetratiue et vnitiue ſe habentium: et intẽſio qualitatis diſſormis debeat attendi penes reductionem ad vniformitatem. Et arguitur pars negatiua ꝙ non intẽſio qualitatis vniformis debet attendi penes diſtantiam a nõ gradu: ergo non debet attẽdi penes multitudinem graduum penetratiue et vnitiue ſe habentiũ. ¶ Ad hoc argumentũ poſſumus dicere negãdo ꝯñam q2 vtrouis modo põt illa intenſio menſurari. Vel dic aliter ꝙ intenſio in fieri eſt menſuranda penes multitudinem graduum penetratiue et vnitiue ſe habentium ſed intenſio in facto eſſe eſt menſuranda penes diſtãtiam a non gradu. Sed contra primam ſolutioneꝫ ſic replicatur: ſuppoſito in via nominalium ꝙ diſtantia ab aliquo: et ꝓpinquitas ad illud ſunt idem realiter, ſed differunt formaliter vel ratiõe. Tunc ſic arguo. Intenſio per te eſt attendenda penes diſtantiã a non gradu: et omnis diſtantia a non gradu eſt propinquitas ad non gradum: ergo intenſio eſt attẽdẽda penes ꝓpinquitatem ad non gradum. ꝯña eſt nota et tenet in quarta figura, que ab aliquibus dicit̄ aptior ad demonſtrandum ꝙ̄ prima. ꝯñs eſt falſum: ergo illđ ex quo ſequitur. Falſitas ꝯñtis ꝓbatur: q2 ſi intenſio eſſet attendenda penes ꝓpinquitatem ad non gradum: ſequeretur ꝙ gradus vt duo eſſet intẽſior ꝙ̄ gradus vt quattuor, quod eſt falſum. et ſequella bene patet, quia in duplo plus appropinquat ad non gradum gradus vt duo ꝙ̄ gradus vt quattuor. Et confirmatur ſi intenſio eſſet attendenda penes diſtantiam a non gradu, ſequeretur ꝙ gradus ſummꝰ eſſet remiſſus. ꝯña tenet q2 finite diſtat a nõ gradu: quod ſi concedas: contra, remiſſum dicitur reſpectu

intenſioris illo:ſed gradu ſummo non datur intenſior:ergo non poteſt dici remiſſus.

Secūdum pricipale.

SEcūdo principalr̄ arguitur. Nulla eſt qualitas vniformiter difformis:ergo illius intenſio non debet attēdi per reductionem ad vniformitatem. ꝯña eſt nota:et ꝓbat̄ añs quia ſi aliqua eēt qualitas vniformiter difformis,maxime eſſet illa cuius oēs partes imediate ſm̄ extenſionem eſſent imediate ſm̄ intenſionem,ad iſtu n ſenſum ꝙ remiſſiſſimus gradus qui non eſt in vna parte ē remiſſiſſim⁹ qui eſt in alia parte immediata:ſed hoc non,q2 dato vno ſubiecto bipedali cuius vna medietas ſit intenſa a quattuor vſq3 ad octo:et alia ab octo vſq3 ad decem et ſex tūc ſequitur ꝙ illa qualitas eſſet vniformiter difformis: et ſatis patet ex diffinitiōe data.Sed hoc eſt falſuz quia gradus medi⁹ inter.4.et.16.eſt decem.ſed decem non eſt in medio ſubiecti:ergo non eſt qualitas vniformiter difformis.Diceret forte aliqs argumētū bene probare ꝙ illa nō ſit bona diffinitio q̄litatis vniformiter difformis:ſed addendam fore aliā quā ponit Calculator in capitulo de inductione gradus ſummi,dicens hoc modo.Qualitas vniformiter difformis eſt cuius gradus medius.i.qui eſt in medio ſubiecti quo ad extenſionem tantum excedit gradū infimum vel non gradum qui eſt in vno extremo quātū excedit a gradu intenſiori qui eſt in alio extremo equi diſtanti ab illo medio,ſicut equi diſtat tale medium ab infimo.

Definitio calcula. d vni. diffor

Sed in hāc diffinitionē q̄ ꝓfecto ē egregia ſic arguitur:ſuppoſita imaginatione de linea giratiua quam dicunt fore infinitam in longitudine,que giret vnam colūnam.

Ipugnatō eius ab al ua.tho.

Tunc ponamus caſum ꝙ illa colūna ſit alba a non gradu vſq3 ad.8.et eodem modo illa linea giratiua erit alba: et ſequit̄ illam lineā giratiuam fore vniformiter difformiter albam.Et tamen falſum eſt ꝙ gradus medius.i.qui ē in medietate ſubiecti et cetera:ergo diffinitio nulla. Minor probatur quia infinitum non habet medium.Diceret aliquis ad hoc ꝙ licet in tali linea giratiua non reperiatur medium longitudinis: bene tamen reperitur medium magnitudinis.Sed contra hoc replicatur vrgenter:fingamus vnū quadratum diametraliter diuiſum in duos triangulos:talr̄ ꝙ in vno extremo ſeu coſta quadrati ſit grad⁹ vt.8. ſm̄ ſe totum:et in linea media grad⁹ vt.4.et in alio latere oppoſito non gradus.Tunc ſic arguo. capio vnum triangulum quem diuido in quattuor partes et eſt ab octo vſq3 ad non gradum:et tamen punctū medium magnitudinis eſt vt duo:et clare non excedit tantum duo ipm̄ non gradum quantum excedit̄ a gradu vt octo:ergo diffinitio calculatoris eſt nulla:et exēplū ē in figura quā pauci iuenerūt p̄ter me.

Authoris ꝯfirmatio

POſſemus rem hanc cōfirmare de motu vniformiter difformi vnius circuli cui⁹ diameter ſit bipedalis,in quo non gradus motus eſt in centro,τ punctus velociſſime motus in circunferentia : intra quem ſtatueremus quendam alium circulum illi cōcentricum,cuius diameter eſſet pedalis,ſuppoſita ꝓpōne Euclidis.10.elementorum:ꝙ ꝓportio circulorum eſt diametrorū duplicata.Tunc ſic circulus ille maior mouetur in quadruplo velocius q̄ minor: et ratio quia eſt in quadruplo maior q̄ minor : igit̄ minor mouetur in quadruplo tardius q̄ maior:τ tn̄ ſolum diſtat a centro circunferentia minoris minus q̄ circunferentia maioris in duplo:ergo non eſt bona diffinitio Calculatoris:quia ibi punctus medius non excedit tantum non gradum quantum excedit̄ ab intenſiori:quia punctus medius eſt vt duo vbi eſt circunferentia minoris circuli : et in centro eſt non gradus:et in circunferentia maioris circuli eſt gradus vt.8.quia mouetur in quadruplo veloci⁹ q̄ minor circulus.Ergo punctus medi⁹ qui eſt vt duo minus excedit non gradū q̄ excedatur a gradu vt.8. et per ꝯñs non conuenit ei motui difinitio vniformiter difformis ipſius Calculatoris:et tamē eſt vniformiter difformis quia eſt circularis:et omnis motus circularis ē vniformiter difformis quo ad ſubiectū. Igit̄ diffinitio Calculatoris videt̄ oīno expugnata.

Tertium pricipale

TErtio principaliter arguitur ſic.Quia ſi qualitatis vniformiter difformis et difformit̄ difformis intenſio attendenda eſt penes reductionem ad vniformitatem:ſequeretur ꝙ qualitas difformis cuius vtraq3 medietas eſt vniformis correſponderet gradui medio.Sed conſequens eſt falſum:igitur illud ex quo ſequitur:ſequella patet:et ꝓbat̄ falſitas conſequentis:et ſigno vnum bipedale cuius vna medietas ſit calida vt octo:et alia vt quattuor : et volo ꝙ pars calida vt octo perdat duos gradus caliditatis:et illos acquirat pars calida vt quattuor et continuo cum pars intenſior remittitur condenſetur ꝑdēdo quantitatem ad ſubduplum:et eque velociter pars remiſſior rareſiat acquirēdo quantitatem:ita ꝙ illud corpus ſemper maneat bipedale:quo poſito ſic argumentor:iſtud corpus continuo intendetur:τ in fine manebit vniforme ſub gradu medio, puta vt ſex:igitur modo eſt remiſſius gradu medio.ꝯña pz, et ꝓbatur maior:quia continuo per maiorem parte illius corporis fiet intenſio quam remiſſio eodē gradu:igitur continuo illud corpus intendetur.ꝯña ꝓbatur a ſimili:quia ſi per maiorem partem alic⁹ corporis eſſet albedo quam nigredo continuo tale corpus denominaretur album:igitur a ſimili ſi cōtinuo per maiorem partem illius ſubiecti eſt intenſio quā remiſſio eodē gradu :ꝯtinuo illō corp⁹ denominabitur intendi:añs ꝓbatur videlicet ꝙ per maiorē partem continuo fiet intenſio quam remiſſio τ eodē gradu:quia continuo pars que intendit̄ erit maior parte que remittitur per totum cum modo ſit equalis: et continuo rareſiat et alia condenſetur. Igitur cōtinuo per maiorem partem fiet intenſio quam remiſſio eodem gradu:quod fuit ꝓbandum. Iam ꝓbatur maior videlicet ꝙ in fine illud corpus manebit vniforme ſub gradu medio:quia manebit vniforme vt ſex quia medietas vt octo perdet duos gradus : et medietas vt quattuor acquiret illos duos:igitur totū manebit vt ſex : et ē gradus medius inter octo et quattuor cum equaliter diſtet ab extremis:igit̄ illō corpus in fine manebit vniforme ſub gradu medio.

Quartus pricipale.

QUarto principaliter arguitur. Intenſio difformis non attēditur per reductionem ad vniformitatem,ergo intentum.ꝯña eſt nota τ añs ꝓbatur. Capio vnum corpus finitum cuius p̄ma pars ꝓportionalis ſit calida vt quattuor:et ſecunda vt tria : et ſimiliter quelibet ſequens ſit calida vt tria:quo poſito illud corpus eſt difformiter calidum τ eius intenſio non debet cognoſci per reductionem ad vniformitatem,ergo intentum. Minor ꝓbatur, quia ſi taliter cognoſceretur ſequeretur illud corpus fore infinite calidum,quod eſt falſum. Sequella tamen ꝓbatur,quia poteſt reduci ad vniformez caliditatez infinitam,ergo eſt infinite calidum. Conſequentia ē nota et ꝓbatur antecedens,quia ſi calor p̄me partis ꝓportionalis rareſiat ad extēſionem totius;et calor

ſecunde partis ſimiliter,et ſic fiat de alijs : ibi illud
ſubiectum erit infinite calidum,ergo intentum. Di
ceres ad hoc ꝙ non bene fit iſta reductio,ſed debet
fieri vbi nulla fiat rarefactio aut condenſatio in qua
litate que reducitur.Sed contra hoc replicatur,ſe
queretur ꝙ ſi eſſet aliquod ſubiectum infinitum cu-
ius quodlibet pedale eſſet calidum vt quattuor vni
formiter totuꝫ eſſet infinite calidū,quod eſt falſum.
Sequella ꝓbatur quia ſecluſa rarefactione et con-
denſatione poteſt reduci ad infinitam qualitatem:
vniformē ; quod fiet hoc modo.Si accipiātur inter
ſcalariter infiniti quaternarij et ponantur in primo
pedali:deinde accipiantur de reſtantibus paribus
infiniti quaternarij impares et ponantur in ſecundo
pedali:et ſic fiat ſine ſtatu de tertio pedali et reliq̄s:
iam reductum eſt ad infinitam qualitatem vniformē
ergo eſt infinite calidum.

Quintus principale. Quinto principaliter arguit ſic. Si corporis
difformis intenſio deberet cognoſci penes re-
ductionem ad vniformitatem,ſequeretur ꝙ ſi vnuꝫ
pedale diuidatur per partes ꝓportionales ꝓportio
ne quadrupla:et prima ſit aliqualiter alba ⁊ ſecūda
in duplo plus:et tertia in duplo plus quam ſecunda:
et quarta in duplo plus quam tertia:et ſic conſequē
ter:tale corpus eſſet infinite albuꝫ. Sed conſequēs
eſt falſum. Igitur illud ex quo ſequitur:falſitas con
ſequentis patet,quia illud corpus eſt finite album:
igitur ꝓbatur antecedens:et pono gratia argumē-
ti ꝙ albedo p̄me partis ꝓportionalis ſit vt quattuor
et manifeſtum eſt ꝙ ipa denominat totum vt tria.igi
tur tota illa denominat illud corpus vt ſex:et per cō
ſequens finite denominat:et ex conſequēti illud cor
pus eſt finite album:quod fuit ꝓbandum. Probatur
tamen ꝯña,quia ſi albedo exiſtens in prima parte ꝓ
portionali denominat totum vt tria:et albedo in ſe
cunda eſt in duplo intenſior: et eſt in ſubquadruplo
ſubiecto:igitur denominat in duplo minus patet cō
ſequentia quia ſi eſſet albedo ſecunde partis equa-
lis intenſionis albedini prime denominaret in ſubq̄
druplo:ſed modo denominat in duplo plus cum ſit ī
duplo intēſior : ergo denominat in duplo minus quā
albedo prime:quia duplum ſubquadrupli ē ſubdu
plum quadrupli. Et eadem ratiōe albedo exiſtens
in tertia denominat in ſubduplo minus quam albe
do exn̄s in ſecunda:et ſic cuiuſlibet partis ſequētis
albedo denominat in duplo minus illud ſubiectum
quam albedo immediate precedens ipſam. Igitur
denominatio illiꝰ albedinis componitur ex infinitis
continuo ſe habentibus in ꝓportione dupla:et p̄muꝫ
illoꝝ eſt vt tria:ergo totum eſt vt ſex. Patet hec cō
ſequētia ex prima parte huius libri:ſed iam ꝓbo ſe
quellaꝫ:quia ſi in prima parte ꝓportionali alicuius
corporis ꝓportiōe dupla diuiſi ponatur aliqua albe
do:et in ſecunda duplo intenſior per totum ſine mix
tione contrarij.in tertia in duplo intenſior quam in
ſecunda et in quarta in duplo intenſior quam in ter-
tia et ſic conſequenter:tale corpus eſſet infinite albū
igitur pari ratione ſi diuidatur ꝓportione quadru-
pla,et in p̄ma parte ponatur aliqua albedo:et in ſe-
cunda in duplo intenſior ⁊c.tale corpus erit infinite
album. Patet conſequētia:quia non videtur maior
ratio de vna quam de altera. Probatur antecedens
Et pono gratia argumenti ꝙ albedo p̄me partis ſit
vt duo:deinde volo ꝙ in p̄ma parte ꝓportionali vni
us hore capiantur quattuor gradus exiſtentes in ſe
cunda parte ꝓportionali illius corporis,que eſt vna
quarta:et ponatur quilibet illoꝝ in diuerſa quarta.
Et in ſecunda parte hore ponatur quilibet octo gra
duum exiſtentium in tertia p̄te corporis que eſt vna
octaua:in diuerſa octaua illiꝰ corporis. Et in tertia
parte hore capiatur quilibet ſexdecim graduuꝫ ex-
iſtentium in quarta parte corporis et ponatur in di
uerſa decima ſexta et ſic conſequenter:quo poſito in
fine hore illud corpus habebit per totum infinitam
albedinem vt conſtat:et erit reductum ad vniformi
tatem:igitur illud corpus modo ante reductionem
ad vniformitatem eſt infinite album. Quod fuit pro
bandum.

¶ In oppoſitum arguitur. Sit ali-
quod difforme qđ reducatur ad vniformitateꝫ ſeclu
ſa rarefactione et condenſatione. Tunc ſic arguo il
lud quando reductum eſt ad vniformitatē nihil am
miſit nec perdidit:ergo tm̄ eſt et tā intenſum ſicut
quando erat difforme:ergo cuiuſlibet difformis intē
ſio menſuranda venit per reductionem ad vniformi
tatem. Pro ſolutione preſentis queſtiōis ponam ali-
quas concluſiones.

¶ Prima concluſio. Non eſt bona Concl'o.i.
diffinitio qualitatis vniformiter difformis hec,cuiꝰ
omnes partes immediate ſm extenſionem ſunt īme
diate ſm intenſionē. Hec patet ex p̄mo argumento.

¶ Secunda cōcluſio. Non bene dif
finit a Calculatore qualitas vniformiter difformis ē Cōcl'o.2.
cuius medium tantum excedit infimum quātum ex
ceditur a ſupremo:ſiue loquamur de medio longitu
dinis,ſiue de medio magnitudinis. Hec patet de re
plicis ſecundi argumenti.

¶ Tertia concluſio. Eſt dabilis ali- Concl'o.3.
qua q̄litas vniformiter difformis cuius ſm aliquam
diuiſionem quelibet pars proportionalis eſt diffor-
miter difformis. Patet diuidendo vnum quadratuꝫ
vniformiter difforme per lineas tranſuerſales,ſiue
diametrales.

¶ Quarta concluſio. Qualitas vni-
formiter difformis recte diffinitur ab Aluaro thoma Cōcl'o.4
in ſuo triplici motu tractatu quarto capitulo quar-
to notabili ſecundo in ſexta ꝓpoſitione. Eſt qualitas
ita ſe habens ꝙ in ea ꝓportiōe in qua queuis omnia
puncta ei intrinſeca inequalis intenſionis magis diſ
tant quātitatiue a gradu eius ſummo in ea per ma
iorem latitudinem diſtant intenſiue ab eodem gra-
du ſummo:ita ꝙ in q̄cunq; ꝓportione vna pars eius
eſt maior,altera quantitatiue:inequalis tamen intē
ſionis in ea extremum eius intenſius per maiorem la
titudinem excedit extremū remiſſius eiuſdem. Exē
pluꝫ. Capta latitudine vniformiter difformi ab octo
vſq; ad non gradum:manifeſtū eſt ꝙ punctus vt.4.
in duplo plus diſtat quantitatiue quam punctus vt
ſex a gradu vt octo. Et etiam per in duplo maiorem
latitudinem gradus octauus excedit quattuor quā
ſex:vt ſatis conſtat:et ſic de alijs gradibꝰ et punctis
poteris facile exemplificare. Item capta medieta-
te intenſionali q̄ eſt ab octo vſq; ad quattuor et p̄ma
quarta alterius medietatis que eſt a quattuor vſq;
ad duo:manifeſtū eſt ꝙ in ea ꝓportione,puta dupla,
qua medietas eſt maior illa quarta in ea per maio-
rem latitudinem extremum intenſius eius excedit
eius extremum remiſſius quam extremum intenſiꝰ
ipſius quarte excedat eius extremum remiſſius.

Nota.2. ¶ Noto ſecundo ꝙ Aluar⁹ thomas in ſuo triplici motu dicit hāc conſequentiā non valere: per maiorem partem procedit intenſio ꝙ̄ remiſſio eodem gradu: ergo totum intenditur. Nec valet iſta conſequentia per maiorem partem procedit remiſſio ꝙ̄ intenſio eodem gradu: ergo totum remittitur: quod exemplariter declaratur. Sit vnū ſubiectum bipedale in cuius vno pedali ſit gradus vt octo: et in altero gradus vt vnum. Uolo ꝙ a medietate calida vt octo que diminuatur ad ſubduplum tollantur duo gradus, et addantur medietati pedali q̄ augmentetur per vnum ſemipedale per quantū fuit altera diminuta. Tunc per tres q̄rtas illius corporis eſt calor vt tria. per reliquam vero vt ſex. clare patet ibi per maiorem partem fit intenſio quā remiſſio: et tamen totum non intenditur, īmo remittit᷑ Nam quando per primum pedale erat caliditas vt tria: et per ſecundum vt vnum: totum erat vt quattuor cum dimidio: nunc vero eſt minus quam vt quattuor cum dimidio. Nam tres gradus per tres quartas denominant totum vt duo cum vna quarta: ⁊ ſex gradus per vnam quartam denominat totū vt vnū cum duabus quartis: ita ꝙ totum eſt vt tria cum trib⁹ q̄rtis: et antea erat vt. 4 cū dimidio ḡ nō intēdit᷑ ſed remittitur. Quod autem ſecūda conſequentia nihil valeat: ſit ita ꝙ primum pedale quod ē octo acquirat ſemipedale quod ꝑdat alterum pedale, qđ ē vt duo. et volo ꝙ ab illo quod eſt vt octo perdantur duo gradus et acquirantur illi quod eſt vt duo: ibi per maiorem partem fit remiſſio quam intenſio: ⁊ tamen totum non remittitur immo intēditur. Nam antea erat vt quinq₃: modo vero ē vt quinq₃ cum dimidio: vt patet calculanti.

Notab.3. ¶ Noto tertio circa ſecūdum quomodo aliqua qualitas extenſa per partem denominat totum: pro quo ponitur iſta regula. Omnis qualitas extenſa per partem minus denominat totum ꝙ̄ illam partem in ea ꝓportione qua illa ꝑs minor eſt toto. Exemplum. Sit vna caliditas vt q̄ttuor in vna medietate denominat totum vt duo: et denominatio vt duo eſt in duplo minor ſicut medietas eſt ī duplo minor ſuo toto. In qua materia noto ꝙ intenſio qualitatis vniformiter difformis ſm Calculatorem correſpondet gradui medio. Sed ſm Jacobum de forlibio correſpondet gradui ſummo. Pro declaratione tamen iſtius materie ampliori ponā aliquas concluſiones.

Concl'o.1. ¶ Prima cōcluſio. Diuiſo corpore qua libuerit proportione: et prima pars proportionalis eius ſit aliquantulum intenſa: et ſecunda in duplo plus quam prima: et tertia in triplo quā₃ prima et quarta in quadruplo quam prima: tunc totū corpus eſt intenſius prima parte proportionali in ea ꝓportione qua ſe habet totum ſic diuiſum ad primam eius partem proportionalem. Iſta concluſio vniuerſaliter ꝓbatur: ſuppoſito ꝙ ſi per aliquod corpus extendatur aliqua qualitas: et per totum reſiduum a prima parte extendatur tāta: et per reſiduum a prima et ſecunda. item tanta ſuper preexiſtente: et ſic conſequenter. Tunc in fine illud corpus ſe habebit ſicut illud quod diſponitur in concluſione: quoniam ſi per primam eſt aliquis gradus, et per totum reſiduum: et per ſecundam additur alius gradus: et ꝑ totum reſiduum; iam ſecunda eſt in duplo intenſior prima: et ſi per tertiam additur aliquis gradus ia₃ in tertia ſunt tres gradus: et ita eſt in triplo intēſior prima. Jam probo concluſionem ſuppoſito ꝙ diuidatur aliquod corpus per partes proportionales proportione. f. et ſit proportio totius ſic diuiſi ad primā partem proportionalem. g. tunc dico intēſio totius ad intenſionem prime partis ſe habet in. g. Hoc ꝓbatur ſuppoſito vno, ꝙ in ea proportione qua ſe habet prima pars proportionalis ad ſecundam in quacunq₃ diuiſiōe in ea ſe habet totum ad omnes dēpta prima. Tunc ſic capio illam primam qualitatem vt vnum quam extendebamus per totum: illa denominat totum vt vnum. Capio illam que extendebatur ꝑ ſecundā partem et oēs alias: illa per ſuppoſitionē extēdit᷑ in ſubdi. f. minori ꝙ̄ ꝑma. Hic ſunt īfinite denominationes habentes ſe in. f. proportione: ergo intenſio totius ad intenſionem prime habet ſe in. g. ꝓportione: quod erat intentum probandum.

¶ Secunda cōcluſio. Si ſit aliquod ſubiectum diuiſum per partes proportionales qua libuerit proportione: et prima pars proportionalis ſit aliquantulum intenſa: et ſecunda pars proportionalis ſit tanto intēſior quanto eſt minor prima: et ſic fiat de tertia. Tunc totum ſubiectum debet eſſe infinite intenſum: quod probat᷑ quia quantum qualitas extenſa per primam partem denominat totum, tātū qualitas extenſa per ſecundā partem: et ſic de alijs Ergo totum redditur infinite intenſum. Cōcl'o.2.

¶ Tertia cōcl'o ꝙ ſtat aliqđ ſubm̄ fore finite intēſum: et ꝑ ſola₃ acquiſitionē finitā maioris extenſionis nulla q̄litate de nouo addita fiet qđ erat intenſum finite, infinite intenſum. Patet hoc, dato vno corpore pedali diuiſo per partes ꝓportionales ꝓportiōe dupla: et prima pars pro. ſit calida vt vnū ſecunda vt duo tertia vt tria: ⁊ ſic ſine ſtatu. Tunc totum hoc eſt calidū ſicut ſecunda ꝑs ꝓportionalis: vt deductum eſt ex prima concluſione: et ſi fiat ita ꝙ ſecunda pars ꝓportionalis rarefiat acquirendo vnū digitale: et pars ꝓportionalis q̄ eſt in duplo intenſa ꝙ̄ ſecunda pars rarefiat ſimul acquirēdo preciſe ſemidigitale eſt: et alia pars ꝓportionalis q̄ eſt in duplo intenſior quam iſta precedens rarefiat acquirēdo preciſe quartam partem digitalitatis: ⁊ ſic ꝓportionabiliter. Tūc arguitur ſic. Caliditas digitalitatis acquiſite per rarefactionē ſecunde partis ꝓportionalis aliqual'r denominat totū: et caliditas ſemidigitalitatis acquiſite per rarefactionem tantū denominat totum q₂ eſt in duplo intenſior: per in duplo min⁹ ſubiectū: ergo illud ſubiectum fiet infinite intenſum: quod erat intentum. Concl'o.3.

¶ Quarta cōcl'o. Si fuerit aliquod infinitū cuius prima pedalitas ſit vt. 4. et q̄ttuor pedalitates īmediate ſequentes calide vt vnū: et. 64. pedalitates īmediate ſequentes calide vt dimidiū. Dicit Calculator, tale ſubiectum nullius fore intēſionis, eo ꝙ eius qualitas in infinitum tēdat ad nō gradum. Sed Ludouicus coronel in tertio phiſicorū₃ ꝓſequendo de difformibus, tenet fore infinite intenſam. q₂ credit in omnibus talibus infinitis ſi ſint vniformiter qualificata iudicāda fore ꝓut iacet. Si vero difformiter iudicanda fore ſm maximam denominationem poſſibilem ad quam poſſunt reduci ſecluſa rarefactione et ꝯdenſatione: tal'r ꝙ ſi eſſet vnū infinitum cuius quelibet pedalitas eſſet vt vnum totum eſt, Cōcl'o.4

tum ē vt vnũ. Si vero oēs ſint vt vnũ dempta prima que ſit vt duo: ait eſſe infinite intenſum quia dicit omnes illas qualitates reponi poſſe in pmo pedali: ⁊ ab illo prio pedali impartiri per oēs reliquas partes taliter ꝙ infiniti impares gradꝰ impartiantur: ⁊ ponantur in prio pedali: et ſic fiat ꝙ iterũ infiniti impares gradus impartiantur de illis infinitis et ponantur in ſecunda parte: iã totum erit infinite intenſum.

## ¶ Vnum tamen volo annotare ꝙ cũ

Calculator dicit vniformiter difformē qualitatē cognoſci debere in ſua intenſione per reductionē ad vniformitatem: intelligitur ſecluſa rarefactione et condenſatione ſubiecti: taliter ꝙ ſi debeat reduci qualitas a nõ gradu vſqꝫ ad octo ad gradum vt quattuor debet reduci: taliter ꝙ in ipſa reductione non rarefaciamus medietatem remiſſiorem, neqꝫ condenſemus intenſiorem. Sed ſolum auferendo qđ plus habet medietas intenſa quam vt quattuor: et addendo medietati remiſſiori in parte proportionabili illi a quo aufertur.

## ¶ Quinta concluſio: diuiſo corpo-

re qua volueris proportione: et in certa proportione quelibet pars precedens ſit intenſior immediate ſeqnti totius intenſionis: ad intenſionē ſiue dnominationem qua totum denominabit a qualitate prime ptis pro/eſt illa proportio qua ſe habet totum diuiſum in prima proportione compoſita ex proportione partis proportionalis precedentis ad immediate ſequentem: et intenſionis pcedentis ad intenſionem imediate ſequentis ad primam eius partem proportionalē vt ſi aliquod corpus diuidatur per partes proportionales proportione dupla: et continuo intenſionis partis precedentis ad intenſionem partis immediate ſequentis ſit proportio ſexquitltera: et ex dupla ⁊ ſexquialtera coniunctis conſurgit tripla. Si denominatio qua prima pars denominat totum ſit vt duo totum erit vt tria intenſum: qm̃ totum diuiſum proportione tripla eſt ſexquialterum ad primam partem ꝓportionalem, vt patet.

## ¶ Ex quo ſequitur. Primo ꝙ diui-

ſo corpore per partes ꝓportionales proportiōe dupla: et prima pars proportionalis per ſui medietatē habeat vnum gradum albedinis, reliqua medietate priuata albedine et nigredine: et ſecũda pars ꝓportionalis habeat per ſui quartam medium gradum albedinis reliqua nec alba exiſtente nec nigra et tertia pas proportionalis per ſui octauam habeat vnam quartam vnius gradus albedinis ⁊c. Sic in infinitum: totius intenſionis ad denominationem qua totum denominatur a qualitate prime partis proportionalis eſt proportio qua ſe habet totum diuiſum proportione quadrupla ad primam ſui ptem proportionalem que eſt ſexquitertia: et totum erit intenſum vt vna tertia.

## ¶ Sexta concluſio: diuiſo corpore

partes proportionales aliqua proportione multiplici: aut aliqua maiori ſuper particulari ꝓportione: ⁊ in prima parte proportionali ſit aliquantula albedo per totum: et in ſecunda in ſexquialtero intenſior: et in tertia in ſexquitertio intenſior quam in prima: et in quarta in ſexquiquarto intenſior quam in prima: et ſic conſequenter procedendo per ſpecies proportionis ſuper particularis: totius corporis intēſio cenſenda eſt in commenſurabilis intenſioni prime partis proportionalis et denominationi qua ipſa qualitas exiſtens in prima parte proportionali totum denominat: vel ſaltem, ſi cōmenſurabilis eſt a nobis ꝓ ſtatu iſto finitam capacitatem habētibus nequaquã commenſurari poteſt. Probatur qm̃ ille intenſiones continuo ſe habent in alia et alia proportione: et nõ eſt poſſibile: omnes tales proportiones mēſurari ab intellectu finito nec inter illas intenſiões poteſt continuo eadem et eadem proportio inueniri: igitur in tali caſu intenſio totius corporis cenſenda eſt in cōmēſurabilis intenſioni prime partis proportiōalis.

## ¶ Ex hac concluſione ſequitur ꝙ ſi

aliquod corpus diuidatur per partes proportionales proportione dupla ⁊ prima ſit aliqualiter alba: et ſecunda in ſexquitertio plus: et tertia in ſexquiquinto plus quam prima: et querta in ſexquiſeptimo pluſquam prima: et ſic conſequenter procedendo per ſpecies proportionis ſuper particularis denominatas a numeris imparibus: totius intēſio cenſenda eſt irrationalis ad intēſionem prime partis. Similiter ſi diuiſo corpore ꝓportione quadrupla: et prima pars proportionalis ſit aliqualiter alba: et ſecunda in ſupra tripartienti quartas plus: ⁊ tertia in ſupra tripartienti octauos intenſior quam prima et quarta in ſupra tripartienti decimas ſextas intenſior quam prima: et ſic conſequenter procedendo per ſpecies proportionis ſupra tripartientis denominatas a numeris pariter paribus: totius intēſio in commenſurabilis eſt intenſioni prime partis proportionallis: et iſto mō multa ſimilia inferes prima et ſecunda partibus intellectis.

## ¶ Septima concluſio .a. eſt infinite

intenſum et .b. ſolum finite intenſum ⁊ .a. continuo tãtum deperdit preciſe ſicut .b. et per tantum ſubiectum ⁊ .a. remittetur ad non gradum et non .b. iſta eſt decima concluſio Calculatoris in capitulo de difformibus. Probatur ſit .a. vnum infinitum et ſimiliter .b. quantitatiue loquor ⁊ ipſius .a. primum pedale habeat infinitas caliditates vt .4. ſcđm vt duo pedale habeat īfinitas caliditates: tertiũ pedale habeat īfinitas caliditates vt vnum. et ſic fiat conſequenter per omnia pedalia illius infiniti .a. b. vero quod eſt aliud infinitum habeat per totum vniformiter caliditatem vt .12. Tunc volo ꝙ in hora futura diuiſa per partes ꝓportionales ipſum .a. in prima parte perdat de pmo pedali vnam illarum infinitarum caliditatũ vt .4. in ſecunda parte ꝓportionali perdat ſecundũ pedale .a. vnam illarum caliditatum vt duo ⁊ primũ pedale vnam vt .4. taliter ꝙ nunquam .a. deſinit perdere in primo pedali vnam caliditatem vt .4. et ſecundum pedale .a. ſecunda parte ꝓportionali nunquam deſinit perdere vnaꝫ vt duo .b. vero in prima parte ꝓportionali perdit vnam caliditatem vt quattuor quo ad primum pedale: et in ſecunda parte proportionali ſecundum pedale .b. perdit vnã caliditatem vt quattuor: ⁊ primum pedale vnam vt duo ⁊ in tertia tertium pedale perdit vnam caliditatem vt quattuor: et ſecundũ vnam vt duo. ⁊ primũ vnam vt vnum, iam tm̃ perdit .a. ſicut .b. et econuerſo et tamen .a. venit ad non gradum qm̃ perdit .a. ordinatim quo ad primum pedale omnes caliditates vt quattuor quas habet: et ſimiliter ſecundum pedale ergo nulli dubium eſt ꝙ venit ad non gradum, tamen .b. remanebit vt quattuor quia primum pedale .b. perdit in prima parte quattuor gradus et in ſecunda

duos: et in tertia vnum: et ſic cum eſſet totum vt duodecim perdit octo et manet vt quattuor et ſic de reliquis.

¶ Dubitatur circa hanc materiam vtrum intenſio mixti habentis qualitates cõtrarias coextenſas per totum attenditur, penes exceſſum qualitatis excedentis ſuper exceſſam.

¶ Pro ſolutione huius dubij notandum eſt ꝙ qualitates contrarie exiſtentes in eodem ſubiecto ſe impediũt in ſuis denominationibus. Nõ enim eque album eſt corpus in quo ſunt per totum ſex gradus albedinis cum duobus gradibus nigredinis ſicut corpus in quo ſunt ſex gradus albedinis ſine admixtione contrarie qualitatis: et non ſolum qualitates contrarie ſe impediunt quando coextenduntur verum etiam quando in diuerſis partib⁹ ſubiecti ponuntur. Non enim tantum denominat albedo vt quattuor exiſtens in vna medietate corporis in cuius alia medietate eſt vnus gradus nigredinis quantum denominaret ſi in ſubiecto non eſſet aliqua nigredo. Hoc ſuppoſito aduertendum eſt ꝙ quadruplex eſt opinio penes quid debeat attẽdi intẽſio mixti habentis cõtrarias qualitates coextenſas: quas recitat Calculator in capitulo de intenſione mixtorum. Prima eſt ꝙ intenſio mixti debet attẽdi penes proportionem qualitatis excedentis ad qualitatem exceſſam. Secunda dicit ꝙ debet attẽdi penes qualitatem excedentem. Tertia dicit ꝙ penes medietatem exceſſus qualitatis excedentis. Quarta dicit ꝙ penes exceſſum: ſed pro impugnatiõe .3. primarũ opinionum pono tres propoſitiones. Prima propoſitio intenſio mixti non attenditur penes proportionem qualitatis excendentis ad exceſſam. Probatur quia tunc ſequeretur ꝙ albedo vt duo infinite poſſit denominare ſubiectum album ipſa continuo manente vt duo: ſed hoc eſt falſum: igit̃ illud ex quo ſequitur: ſequella probatur, et volo ꝙ in .a. pedali ſit albedo vt duo et nigredo vt vnum coextenſe et remitatur nigredo vſq; ad non gradum ipſa albedine continuo manente vt duo quo poſito: manifeſtum eſt quod infinita erit proportio albedinis, vt duo ad nigredinẽ: igitur infinite illa albedo ſubiectum ſuum denominabit. Secũda propoſitio intenſio mixti non attenditur penes qualitatem excedentem. Probatur: quia tunc ſequeretur ꝙ qualitas contraria non impediret alteram in ſua denominatione quod eſt contra notatum: patet ſequella, quia albedo vt ſex ſecũdum iſtam poſitionem admixta nigredini, vt duo denominat, vt ſex et tm̃ denominaret non admixta contrario: igitur. Tertia propoſitio intenſio mixti non attenditur penes medietatem exceſſus qualitatis excedentis. Probatur, quia tunc ſequeretur ꝙ albedo vt duo impediret totaliter q̃ttuor grad nigredinis ſe cum extenſos: ſed cõſeq̃ns eſt falſum: igitur illud ex quo ſequitur: falſitas conſequentis probatur: et pono ꝙ ſex gradus nigredinis coextendantur duobus albedinis tunc ſecundum iſtam poſitionem illa nigredo dñominat vt duo quia gradus vt duo ẽ medietas exceſſus quo ſex excedunt duo, igitur quattuor gradus illius nigredinis vt ſex ĩpediuntur ab illis duob⁹ gradibus albedinis et ſic albedo vt duo impedit totaliter quattuor gradus nigredinis; quod fuit probandum.

¶ Prima concluſio intenſio mixti in quo ſunt qualitates contrarie ſiue coextenſe ſiue non: menſuranda eſt penes exceſſum denominationis qua vna illarum qualitatum admixta contrario nata eſt magis dñominare ſubiectum quam alia: ceteris paribus. Exemplum, vt coextẽſa albedini vt ſex nigredine vt .2. per totum ſubiectũ quoniam albedo vt ſex toti ſubiecto coextenſa valet ſine cõtrarij admixtione denominare vt ſex ⁊ nigredo vt duo coextenſa etiam per totum ſubiectum deducto impedimento denominaret vt duo et .6. excedunt duo per quattuor conſequens eſt illud ſubiectum eſſe album vt quattuor ſimiliter acõmoda exemplum contrarijs qualitatibus non coextenſis: ſemper ad denominationes et non ad qualitatum intẽſiones. Probatur quia totum reſiduum denominationis ab exceſſu a contraria denominatione ſibi equali impeditur: igitur ille exceſſus ĩmunis ab impedimento manens illud ſubiectum denominat; ⁊ per conſequens penes illum exceſſum denominationis eſt mixti intenſio metienda; quod fuit probandum.

¶ Secunda concluſio. Aliquid eſt calidum infinite intenſum: et vna medietas eſt vniformis ſub certo gradu et alia, nec calida neq; frigida. Probatur: ſit .f. vnum quadratum diuiſum in 4. quadrata equalia .a. b. c. d. vt patet ĩ figura.




¶ Et ſit quadratũ .b. infinite calidum ⁊ .a. frigidum vt quattuor et .c. et .d. vniformiter calida vt quattuor quo poſito. Arguitur ſic. f. eſt ĩfinite calidũ cum vna quarta eius ſit infinite calida: et nulla ſit in corpore .f. frigiditas infinita: ⁊ vna eius medietas ẽ vniformiter calida certo gradu puta vt quattuor ⁊ alia neq; calida, neq; frigida; igitur concluſio vera: conſequentia patet cum maiore et minor probatur: q2 medietas compoſita ex .c. et .d. eſt vniformiter calida vt quattuor vt patet ex caſu igitur; ſed quod alia medietas ſit, neq; calida, neq; frigida; probatur: q2 medietas compoſita ex .c. et .c. nec eſt calida, neq; frigida: quia vna medietas eius puta .a. eſt frigida vt quattuor et alia puta .c. calida vt quattuor: ergo medietas .a. c. nec eſt calida, neq; frigida; qđ fuit probandum: et ſic patet concluſio.

¶ Ex quo ſequitur ꝙ .a. et .b. ſunt inequa intenſa: ita ꝙ .a. eſt infinite rntenſum et .b infinite remiſſum: ⁊ quelibet pars finita ipſius .a. eſt eque intẽſa cũ pte correſpõdẽte ipſi⁹ .b: pbat̃ ſit .b. ĩfinitũ in cuius prĩo pedali ſint duo gradus caliditatis: ⁊ vnus friditatis: et in ſecundo pedali in duplo pl⁹ de caliditate et frigiditate quam in primo: et ſic deinceps: ſed .a. ſit infinitũ in cuius primo pedali ſit vnus gradus caliditatis per totum: in primo duo in tertio quattuor: et ſic conſequenter ſine admixtione cõtrarij tunc .a. eſt infinite intenſum vt patet ex precedenti dubio; et .b, infinite remiſſum cum in eo calidi

tas eſt frigiditas infinite ſe adequate impediant: et
quelibet pars finita ipſius. a. eſt eque intēſa cuꝫ par
te correſpondente ipſius. b. vt patet diligenter in
tuenti: igitur corolarium verum.

Concl'o. 3. ¶ Tertia concluſio. A. nunc eſt cali
dum quod non intendetur neqꝫ remittetur: et tamē
in fine manebit non calidum. Hanc concluſionem ne
gat Calculator in capitulo de mixtorum intenſione
quam tamen probabo ſic: ſit. a. diuiſum per partes
proportionales proportione dupla: et in prima ſit ali
qua albedo: et in ſecunda in duplo intenſior: et in ter
in quadruplo intenſior: et in. 4. in octuplo intenſior:
et ſic in infinitum procedendo per numeros pariter
pares: et de inde inducatur in quamlibet partē ſub
dupla frigiditas ſucceſſiue in hora incipiendo a pri
ma. Tunc ex predictis patet concluſio: hoc addito
ꝙ intendi et remiti dicunt motum et ſuceſſionem.
Ex hac ſequitur ꝙ. a. nunc eſt non calidum: et non in
tendetur, neqꝫ remitetur: et tamen in fine manebit
infinite calidum: patet in caſu concluſionis, poſito ꝙ
in hora ſequenti remitatur ſucceſſiue frigiditas ad
non gradum eo ordine quo antea inducebatur. quo
poſito: patet correlarium pro fine temporis.

Cōcl'o. 4. ¶ Quarta concluſio. A. non eſt cali
dum: et tamen eius ſecundum certam diuiſionem q̄
libet pars eſt infinite calida. Sit. a. corpus finitum
diuiſum in duas medietates ſm latitudinem: et ſit
vna illarum medietatum infinite calida per totum
vniformiter ſine contrarij coextenſione: et alterius
medietatis prima pars ſit aliqualiter frigida: et
ſcda in duplo plus: et tertia in quadruplo: et quarta
in octuplo: et ſic ī infinitum ꝓcedendo verſus extre
mum ipſius. a. et deinde diuidatur totum. a. ex tranſ
uerſo per partes proportionales quauis proportio
ne: et patet concluſio.

Cōcl'o. 5. ¶ Quinta concluſio diuiſo. a. ꝑ par
tes proportionales proportione dupla: et in prima
parte ponantur quattuor gradus albedinis: et in ſe
cunda pari quinqꝫ: et in tertia pari. 16. et ſic conſe
quenter aſcendendo per numeros pariter pares:
et in prima impari ponantur quattuor nigredinis:
et in. 2. 8. et. 3. 16. et ſic conſequenter, vt ſit in parib⁹
totum. a. eſt nigrum vt duo: patet quia tota denomi
natio nata prouenire ab illa albedine non permixta
contrario eſt vt duo: et tota denominatio nata proue
nire ab illa nigredine eſt vt quattuor ceteris pari
bus, remoto impedimento: ergo ex prima concluſio
ne totum. a. eſt nigrum vt duo: antecedēs patet Cal
culanti facile ex predictis. ¶ Ex hac concluſione ſe
quitur ꝙ ſi in caſu eius prima pars rareſiat acquirē
do aliquam quantitatem: et. 2. pars ſubduplā. et. 3.
pars ſubquadruplam: et ſic conſequenter: ita ꝙ que
libet ſequens acquirat in duplo minorem quantita
tem quam precedens. Tunc in fine illud manebit in
finite album. Patet ex modo probandi ſex conclu
ſiones queſtionis: et iſto modo poteris infinita talia
inferre: que omnia ex predictis facile ſortiuntur ꝓ
bationem: et ſic patet ratio ad dubium.

¶ Poſſet hic dubitari vtrum detur
qualitas nulli⁹ intenſionis: et an detur qualitas pūc
talis linealis vel ſuperficialis. Sed hec et alia plura
in prima parte diximus.

## ¶ De maximo et minimo. Capite. j.



CIrca materiam d' ma Notab. i.
ximo et minimo. Primo nota
expoſitiones terminorū inter
quas expoſitiones ſolum ſe
quor Paulum venetum. Ma
ximum quod ſic vocatur illud
ſic et nullum maius. Minimuꝫ
quod ſic, illud ſic et nullum mi
nus. Maximum quod non: illud non: ſed quocunqꝫ
maiori dato datur minus. Minimum quod nō illud
nō: ſed quocunqꝫ minori dato datur mai⁹. Exempli
grā. Sit ſortes potētie portatiue vt. 4. pōd⁹ vt. 4. ē
minimum quod non poteſt portare, quia pond⁹ vt
quattuor non poteſt portare: ſed quocūqꝫ minori da
to datur maius illo minori quod poteſt portare et po
tentia portatiua vt quattuor: eſt maxima que nō po
teſt portare pondus vt quattuor, quia illa non poteſt
portare pondus vt quatuor, ſed quacūqꝫ maiori da
ta: datur minor que poteſt portare pondus, vt quat
tuor.

¶ Nota ſecundo ꝙ duplex eſt potē Notab. 2.
tia actiua et paſſiua. Actiua eſt que poteſt aliquid
agere. Paſſiua eſt que poteſt ab aliquo pati. Rur
ſum. Potentia actiua eſt duplex: mutabilis et imu
tabilis. Mutabilis eſt illa q̄ ſic ſe habet ꝙ dato quo
cūqꝫ ī quod poteſt agere in quodlibet minus poteſt
et in aliquod maius. Exemplum: potentia portatiua
ſortis vt quattuor ſic ſe habet, ꝙ dato quocūqꝫ pon
dere quod poteſt portare quodlibet minus poteſt
portare et aliquod maius illo: quia excedit exceſſu
diuiſibili. Potentia vero actiua immutabilis ē que
ſic ſe habet ꝙ non dato quocūqꝫ in quod poteſt age
re in quodlibet minus poteſt et in aliquod maius.
Exemplum eſt de aqua reſiſtentie vt quattuor: et de
potentijs actiuis potentibus illam aquam vincere
infra tempus vnius hore. Nam tunc eſt potentia ac
tiua immutabilis: ſed melius exemplum eſt de igne
comparato ad maximam multitudinem forme quā
poteſt agere. Nam ibi dato illo pro quo verificatur
ꝙ aliquam formam poteſt facere: puta data maxima
forma pro quolibet minori verificatur: quia qui pōt
facere maius poteſt facere minus: et nō verificatur
ꝑ aliquo maiori. Potētia vo paſſiua adhuc ē duplex
ſ. paſſiua mutabilis: et paſſiua immutabilis. Paſſiua
mutabilis eſt illa q̄ ſic ſe hēt ꝙ dato quocunqꝫ a quo
poteſt pati: a quolibet maiori pōt pati et ab aliquo
minori: et hoc modo reſiſtentia vt quattuor eſt paſſi
ua mutabilis quia dato quocūqꝫ a quo pōt pati, cum
excedatur ab illo exceſſu diuiſibili a minori illo pōt
pati. Potentia vero paſſiua immutabilis eſt que ſic
ſe habet ꝙ ſignato aliquo a quo poteſt pati a quolibꝫ
maiori poteſt pati et non ab aliquo minori. Exem
plum eſt de reſiſtentia vt quattuor corrumpenda in
fra tempus vnius hore. Namqꝫ ibi datur ignis mini
mus qui poteſt illa corrumpere infra tempus vnius
hore.

¶ Tertium notabile declarat q̄ mē Notab. 3.
bra debeāt aſſignari: et ad illud nota ꝙ debēt veriſi
cari due ſubcontrarie et ſi affirmatiua pro minori et
negatiua pro maiori dādum eſt maximum quod ſic
vel minimum quod non et ſit diuiſio reſpectu poten
tie actiue: ſi vo affirmatiua ꝑ maiori et negatiua pro
minori dandum eſt maximum quod non vel minimū
quod ſic; et ſit diuiſio reſpectu potentie paſſiue. Exē

plum prioris: aliquod pōdus sortes poteſt portare: et aliquod pondus sortes non poteſt portare: ergo datur maximum pondus ꝙ sortes poteſt portare: vel minimum pōdus qđ non poteſt portare. Exemplum ſecundi: ab aliquo igne iſta aqua reſiſtentie vt quattuor poteſt pati: et ab aliquo non. Affirmatiua verificatur pro maiori et negatiua ꝓ minori, ibi dandus eſt maximus ignis a quo non poteſt pati vel minimus a quo poteſt pati.

Nota. 4. ¶ Quarto nota in illis ſubcōtrariis duplex terminus reperitur: Alter eſt mediante quo fit diuiſio: et alter eſt reſpectu cuius fit diuiſio. Terminus mediāte quo fit diuiſio eſt ille qui verificatur in ſubcontrariis pro diuerſis ſuppoſitis. Terminus vero reſpectu cuius fit diuiſio eſt terminus ſingularis aut pro vno ſuppoſito dterminato acceptus: aut terminus communis diſtributus. Exemplum aliqđ pondus sortes poteſt portare: et aliquod pondus sortes non poteſt portare. Ille terminus pondus eſt terminus mediante quo fit diuiſio: et ly sortes eſt terminus reſpectu cuius fit diuiſio.

Nota. 5. ¶ Quinto nota reſpectu potētie actiue mutabilis ſignādum eſt membrum negatiuum ſcilicet minimum quod non: et reſpectu potentie actiue imutabilis ſignandum eſt maximum ꝙ ſic. Reſpectu vero potētie paſſiue mutabilis ſignandum eſt maximum quod nō: et reſpectu potentie paſſiue immutabilis ſignandum eſt minimum quod ſic. Omnium iſtorum exempla ponuntur. Primo de actiua mutabili aliquod pondus sortes poteſt portare et aliquod pondus sortes non poteſt portare: ergo datur maximum pondus qđ sortes poteſt portare vel minimum quod non. ibi dandum eſt minimum qđ non poteſt portare ſcilicet quoddam pondus equale potentie portatiue sortis: illud enim non poteſt portare: ſꝫ quocūꝗ minori dato datur maius quod poteſt portare. Exemplum reſpectu potentie actiue immutabilis: aliqu em calorē poteſt ꝓducere ignis, vt quattuor et aliquem non: ibi dabitur maximus calor quē poteſt producere ignis vt quattuor videlicet calor vt quattuor. Exemplum reſpectu potētie paſſiue mutabilis. Ab aliquo igne iſta aqua reſiſtentie vt quattuor poteſt pati et ab aliquo non: ibi datur maximus ignis a quo non poteſt pati ſcilicet ignis actiuitatis vt quattuor. Nam ab illo nō poteſt pati ſed quocūꝗ maiori dato datur minor a quo poteſt pati. Exēplū reſpectu potentie paſſiue imutabilis. Iſta forma, vt quattuor: ab aliquo igne poteſt produci: et ab aliquo igne non pōt produci: ibi datur minimus ignis a quo poteſt produci.

Notab. 6. ¶ Nota ſexto in materia de inſtātibus poſſumus eodem modo datis duabus ſub cōtrariis inquirere an fiat diuiſio reſpectu potentie actiue vel paſſiue. Nam quando affirmatiua verificatur per inſtanti magis diſtanti ab inſtanti preſenti: et negatiua pro inſtanti magis propinquo ipſi inſtanti pſenti fit diuiſio reſpectu potentie paſſiue: et aſſignanda ſunt membra que ſunt inſtantia ad incipiendum vt ſi dicatur antichriſtus in aliquo inſtanti erit: et antichriſtus in aliquo inſtāti non erit nec in aliquo inſtanti ante: ibi inferendum eſt: ergo datur primū inſtans eſſe antichriſti vel vltimum non eſſe. Si vero affirmatiua verificatur pro inſtanti magis propinquo inſtanti preſenti: et negatiua pro inſtanti magis diſtanti ab inſtanti preſenti: fit diuiſio reſpectu potentie actiue: et danda ſunt membra que ſunt inſtantia ad deſinendum, vt ſi dicatur: petrus qui iam viuit in aliquo inſtanti erit: et petrus qui iam viuit in aliquo inſtanti non erit: ergo dabitur primum non eſſe petri vel vltimum inſtans eſſe.

¶ Nota ſeptimo qn̄ illatio ſub contrariarum impeditur ne inferat iſta membra. Nota. 7. Pro quo pono hoc documentum: ꝙ quando ſubcontrarie verificātur pro equalibus: ad iſtum ſenſum ꝙ ꝓ quocunꝗ verificatur affirmatiua pro equali, illi verificatur negatiua nihil inferunt ille ſubcontrarie. Secundo etiam nihil inferunt quando negatiua verificatur pro infinito duntaxat. Tertio nihil inferunt quando dato quocunꝗ, pro quo verificatur affirmatiua pro maiori quam ſit illud: et pro minori quam ſit illud verificatur negatiua. Exemplum primi iſte ſubcontrarie nullum membrum inferunt: aliqua ps huius continui terminatur ad. a. et aliqua pars huius continui non terminatur ad. a. nullum habet inferre mēbrum. Exemplum ſecundi per aliquod tempus antichriſtus poteſt viuere etiam per aliquod tēpus antichriſtus non poteſt viuere: ibi non licet dare aliquod membrum. Exemplum tertii in aliquo tempore graue vt quattuor poteſt deſcendere per medium decupedale ſic diſpoſitum: et in aliquo non: ergo datur maximum tempus et nihil licet inferri.

¶ Volo tamen ponere quedam exēpla difficiliora. Primum declarat potentiam actiuam immutabilem: et quomodo datur reſpectu illius membrum affirmatiuum. Et nota ꝙ non dicitur diuiſio reſpectu potentie actiue: quia ibi ponantur termini importantes actiuitatem: ſed quia affirmatiua ſubcontrariarum pro minori verificatur: et negatiua pro maiori. Exemplum eſt tale aliquo exceſſu quilibet gradus intenſior gradu medio excedit gradum ſubduplum a mediū et aliquod non: pro exceſſu vt. 2. (tenendo totam latitudinem terminari ad octo) ſic verificatur affirmatiua ꝙ non pro maiori: et datur membrum affirmatiuum videlicet maximus exceſſus quoqlibet grad⁹ ſupra medium excedit gradum ſubduplum ad medium. Aliud exemplum reſpectu potētie actiue immutabilis aliquod ſpatium ſic diſpoſitum poteſt per tranſiri in vna hora aliquo gradu velocitatis: et aliquo non: ibi dabitur tale ſpatium pro quo ſic verificatur affirmatiua: ꝙ non pro maiori.

¶ Similiter habes bonū exemplū reſpectu potentie paſſiue immutabilis, aliquis gradus eſt intenſior gradu vt duo in duplo magis et aliquis non. Affirmatiua ſic verificatur prio gradu, vt quattuor ꝙ non pro remiſſiori.

¶ Pro finali complemento iſti⁹ materie de maximo et minimo tria breuiter faciam. Primum dubitare de intellectu illius celebris auctoritatis philoſophi primo de celo dicentis potentia actiua terminatur per maximum et paſſiua per minimum.

¶ Secundum erit dubitare: ſi dato ſpatio difformiter difformi a nō gradu vſꝗ ad quattuor illud eſt maximum qđ potētia trāſitiua vt quattuor poteſt per tranſire: ſi vero ſit vniformiter difforme a non gradu vſꝗ ad quattuor eſt minimum ꝙ po

tentia tranſitiua vt quattuoꝛ non poteſt pertrãſire.
¶ Tertium erit. Quedam argumen-
ta mouere in iſta materia et eadem diſſoluere.
¶ Ad primum dicit Robertus hol-
kot: ꝙ non fuit intentio philoſophi ꝙ detur maximũ
pondus ꝙ ſoꝛtes poteſt poꝛtare. Nam hoc eſt impoſ-
ſibile: quia ſi tale maximum pondus ſit equale poten
tie: non poteſt illud poꝛtare: quia a ꝓpoꝛtione equa
litatis fieret actio. Si vero tale maximum pondus
ſit inequale potentie vel eſt maius vel eſt minus. Si
maius, illud non poteſt poꝛtare: quia a ꝓpoꝛtione mi
noꝛis inequalitatis fieret actio. Si vero minus, illõ
excedit illa potentia exceſſu diuiſibili: ergo non ſo-
lum illud poterit poꝛtare ſed etiam maius illo: vt po
te addendo medietatem exceſſus: igitur ſecũda ex
ponens eſt falſa ſcilicet nullum maius poterit poꝛta
re. Sed dicit pꝛefatus doctoꝛ intellectum illius au-
thoꝛitatis eſſe ꝙ ſi vna potentia poteſt poꝛtare nouẽ
libꝛas certi ponderis: non ꝓpterea poꝛtabit decem
libꝛas: et ideo potentia actiua terminatur per maxi
mum numerum rerum equalium in quas poteſt: et
licet poſſit in plures non tamen equales pꝛioꝛibus.
vt ſi potentia aliqua poſſit poꝛtare nouem libꝛas po
terit tamen illa poꝛtare nouem libꝛas cum dimidia
licet non decem libꝛas. Hec tamẽ opinio licet dicat
verum non tamen ad intentionem textus quia text⁹
intendit dare terminum adequatum ⁊ pꝛeciſum po
tentie quod non dat iſta opinio.

¶ Secunda opinio eſt Alberti de ſa
xonia pꝛimo de celo queſtione decima quarta dicen
tis ꝙ maximum eſt duplex ſcilicet maximũ in quod
et maximum infra quod. Vocat maximum infra qđ
minimum quod non: ſicut maximum vltra quod dici
tur maximum quod non. Dicit ergo ꝙ cum potentia
actiua ſit duplex ſcilicet mutabilis: et immutabilis:
vtraqꝫ terminatur per maximum: niſi ꝙ mutabilis
terminatur per maximum infra quod: quod eſt mi-
nimum quod non. Immutabilis vero per maximum
in qđ: et hec expoſitio bona eſt. Tertia expoſitio ẽ ꝓ
ſate auctoꝛitatis quã dat Ludouicus coꝛonel in ſecũ
do phiſicoꝛum in materia de maximo et minimo di-
cens ꝙ potentia actiua terminatur per maximum:
ideſt verſus maximum: potentia vero paſſiua termi
natur per minimum: ideſt verſus minimum. Quod
hoc modo declaratur. Eſt vna potentia foꝛtis robu-
ſta valde: et velis tu videre quouſqꝫ vires eius ſe ex
tendant. Certe non experieris hoc dando illi ad ꝓ-
bationem ſuarum virium debile pondus: ſed maius
et maius: vt per hoc cognoſcas quouſqꝫ ſe extendãt:
ergo potentia actiua terminatur per maximum: id
eſt verſus maximum. Verba textus ſunt iſta. Poten
tia quanta ſit per maximum eſt terminanda: per mi
nimum enim non terminatur: quia quicquid poteſt
in maius poteſt in minus: Et de potentia paſſiua de-
clarat ꝙ terminetur per minimum: hoc modo: quia
viſus eſt potentia paſſiua et non terminatur per ma
xima viſibilia: ſed per minoꝛa. Dicit enim textus.
Viſus enim vis ad maioꝛa valentioꝛ: ad minoꝛa ve-
ro debilioꝛ: ergo potẽtia paſſiua terminatur per mi
nimum: ſed relictis his expoſitionibus. Auguſtinus
nimphus credit dari maximũ pondus quod poten-
tia poꝛtatiua poteſt poꝛtare. ¶ Ad quod intelligen
dum pꝛeſupponemus ꝙ quemadmodum ad hoc ꝙ in
intellectus intelligat requiritur certus gradus ad
uertẽtie: taliter ꝙ ſi minus aduertat nihil intelligit.
Ita pari modo ad hoc ꝙ aliqua potentia agat in ali-
quam reſiſtentiam non ſufficit quantumcunqꝫ paru⁹
exceſſus: ſed requiritur determinatus gradus ex-
ceſſus potentie ad reſiſtentiam: taliter ꝙ datur mini
mus exceſſus quo poſſit potentia agere in reſiſtentiã
Tunc dico ꝙ ſi aliqua potentia excedat aliquod põ-
dus ſolum illo minimo exceſſu: erit illud põdus ma-
ximum ꝙ illa potentia poꝛtatiua poteſt poꝛtare: qꝛ
illud poteſt poꝛtare et nullum maius. Nam ſi maius
poꝛtaretur illud poꝛtaretur per minoꝛem exceſſum
quam minimum: quod eſt impoſſibile. Ergo ad lite-
ram poteſt intelligi textus. Potentia actiua termi-
natur per maximum ſcilicet in quod poteſt. Ex quo
ſequitur ꝙ nõ a qualibet ꝓpoꝛtione maioꝛis inequa
litatis ſit actio.

¶ Sequitur ſecundo: ꝙ non valet
Hoc pondus eſt minus quam hec potentia: et exce-
ditur exceſu diuiſibili: ergo aliquod maius pondus
poterit iſta potẽtia poꝛtare. Neganda eſt conſequẽ-
conſequentia. Et hec de pꝛima dubitatione.

¶ Ad ſecũdam dubitationem reſpõ
deo ꝙ ſi medium eſt diffoꝛmiter diffoꝛme terminatũ
ad gradum equalem potẽtie: non dubitamus immo
credimus ꝙ eſt maximum quod illa potentia poteſt
pertranſire. Si tamen eſt vnifoꝛmiter diffoꝛme eſt
minimum ꝙ non poteſt pertranſire. Quod autem ꝓ
mum ſit verum perſuadetur. Nam ſi medium ſit diſ-
foꝛmiter diffoꝛmiter reſiſtens a non gradu vſqꝫ ad
quattuoꝛ: ita ꝙ medium latitudinis ſit in fine trium
quartarum. Dico ꝙ poteſt pertranſiri ab vna poten
tia vt quattuoꝛ: et ꝙ poſſit pꝛobatur: ſuppoſitis dua
bus ſuppoſitionibus. Pꝛima eſt ꝙ non gradus pꝛo
poꝛtionis maioꝛis inequalitatis, eſt pꝛopoꝛtio equa
litatis. ¶ Suppono ſecundo ꝙ ſi aliqua potentia
pertranſeat ſubquadruplum ſpacium: a ſubdupla
pꝛopoꝛtione: in duplo citius pertranſit illud ſpaciũ
quam potentia pertranſiens quadruplum ſpacium
a dupla pꝛopoꝛtione. Iſta ſuppoſita patet ex regu-
lis Ariſtotelis de velocitate motus. Hoc habito vo-
lo ꝙ diuidatur vnum medium per partes pꝛopoꝛtio
nales ꝓpoꝛtione quadrupla: et potentia vt quattuoꝛ
ad pꝛimam partem pꝛopoꝛtionalem habeat duplã
pꝛopoꝛtionem: ad ſecundam habeat medietatem du
ple: ad tertiam quartam duple: et ita conſequenter.
Iam iſta potentia in puncto terminatiuo habebit ꝓ
poꝛtionem equalitatis cum reſiſtentia: quia illa pꝛo
poꝛtio maioꝛis inequalitatis tendit ad nõ gradum:
ergo ſi potentia eſt vt quattuoꝛ reſiſtentia terminatꝛ
ad gradum vt quattuoꝛ: Etiam ſecunda pars ꝓpoꝛ
tionalis ẽ ſubquadrupla ad pꝛimam: ⁊ pertranſit eã
ab in duplo minoꝛi ꝓpoꝛtione quam pꝛimã: ſequitur
ꝙ pertranſiuit in duplo citius. Sic tunc arguitur ea
dem ratione de tertia reſpectu ſecunde diceretꝛ. Cũ
igitꝛ hic ſint infinita tempoꝛa in quibus ille partes ꝓ
poꝛtionales ꝑtranſeant vt ĩ dupla tñ eſt pꝛimũ tem-
pus ſicut omnia alia dempto pꝛimo: ſed pꝛimum eſt
vna hoꝛa: alia ſunt vna hoꝛa: ergo pertranſibit totũ
illud ſpacium in tempoꝛe finito.

¶ Quando medium eſt vnifoꝛmiter
diffoꝛme concluſio ſit iſta. Si detur vnum medium
vnifoꝛmiter diffoꝛmiter reſiſtens a non gradu vſqꝫ
ad quattuoꝛ: impoſſibile eſt ꝙ vna potentia vt quat-
tuoꝛ poſſit venire vſqꝫ ad finem illius. Iſta concluſio

ꝓbatur poſito vno: ꝙ ſi vna potentia comparetur ad
duas reſiſtentias minores ea tamen inequales: ⁊ ex
ceſſus potẽtie ſuper reſiſtẽtiam minorem ſit duplus
ad exceſſum potentie ſuper reſiſtentiam maiorem
proportio potentie ad reſiſtentiam maiorem eſt mi
nus quam ſubdupla: ad proportionem potentie ſu-
ſuper reſiſtentiam minorem. Exemplum. Sumatur
potẽtia vt duodecim reſiſtentia vt nouem, altera vt
ſex certum eſt ꝙ exceſſus duodecim ad ſex ẽ duplus
ad exceſſum duodecim ad nouem et proportio duo
decim ad nouem eſt minor quam medietas propor
tiõis duodecim ad ſex, hec ſuppoſitio demõſtratur
ab Aluaro thoma capitulo ſecundo de triplici mo-
tu tractatu ſecũdo qua habita vnuſquiſqꝫ poterit vi
dere ꝙ diuidendo ſpacium illud vniformiter diffor-
me per partes portionales dupla proportione mino
ribus verſus gradum vt quattuor potentia vt quat
tuor tantum moratur in tranſitu ſecũde partis pro-
portionalis ſicut in tranſitu prime: ⁊ tantum in tran
tu tertie, ſicut ſecunde: et cum ſint infinite partes ꝓ
portionales, infinitum tempus requiritur ad tranſi
tum illius partis: et cuꝫ infinitum tempus futurum
nequeat eſſe per tranſitum: ſequitur illud ſpaciũ non
poſſe ab illa potentia pertranſiri. Sed probemus
ꝙ tantum tempus conſumat in tranſitu ſecunde ſicut
prime, et ſic de reliquis: Reſiſtentia prime partis
ꝓportionalis eſt a non gradu vſqꝫ ad duo ⁊ reſiſten-
tia ſecunde a duobus vſqꝫ ad tria: Tunc ſic prima
pars proportionalis reſiſtit vt duo: quia in reſiſten-
tijs vniformiter difformibus, correſpondentia ſit
gradui ſummo, vt probauimus: et reſiſtentia ſecun
de partis eſt vt tria: ergo exceſſus quo excedit po-
tentia vt quattuor reſiſtentiam, vt duo eſt duplus ad
exceſſum quo excedit potentia vt quattuor reſiſten-
tiam vt tria ergo ꝓportio, qua per tranſit reſiſtenti
am vt tria eſt minor quam medietas illius qua per
tranſit reſiſtentiam vt duo: ergo cum ſpacium ſecun
de partis proportionalis ſit ſubduplum ad ſpacium
prime: et proportio qua pertranſitur ſecunda pars
eſt minor, quam medietas illius qua pertranſitur
prima: plus morabitur in pertranſeundo ſecundam
quam primam: et ita de reliquis: Si ergo ad tran-
ſitum prime requiratur vna hora: et ad tranſitũ cu-
iuſcunqꝫ alterius requiritur plus quã vna hora: er-
go nunquam pertranſibitur.

Argũ. i. ¶ Contra hoc replicatur illud me-
dium vniformiter difformiter reſiſtens terminatum
ad gradum equalem potentie poteſt pertranſiri ab
illa potentia: ergo maledictum eſt: conſequentia eſt
nota: et probatur antecedens: quia reſtentia illius
medij correſpondet gradui medio: ergo correſpon
det gradui vt duo: et tota reputatur ſicut ſi eſſet, vt
duo: ergo illa potentia, vt quattuor poterit talem re
ſiſtentiam in tempe finito pertranſire. Ad hoc argu
mentum reſpondetur, nunquam in reſiſtentijs debet
eſſe correſpondentia gradui medio: ſed potius gra
dui ſummo qḋ egregie deducit Aluarus thomas in
ſuo triplici motu tractatu primo capitulo ſexto cor-
rolario ſecundo in reſponſione ad replicam ſecundi
argumenti de mente gayetani de tienis: ꝙ ſi talis re
ſiſtentia correſponderet gradui medio: ſequeretur
ꝙ aliqua potentia non indiuiſibilis, neqꝫ glorificata
tan cito pertranſiret aliquod totũ ſpacium, ſicut ſuã
medietateꝫ quod eſt impoſſibile: ſequella probatur
ſuppoſito ꝙ ſit vnum medium reſiſtens a non gradu
vſqꝫ ad octo et vna potentia vt nouem: ſi ita eſſet ꝙ
reſiſtentia a non gradu vſqꝫ ad octo correſpondet
gradui vt quattuor: ſequeretur illam potentiam, vt
nouem taꝫ cito pertranſire totam illam reſiſtentiam
a non gradu vſqꝫ ad octo, ſicut ſuam medietatem in
tenſiorem a quattuor vſqꝫ ad octo: ſequella ꝓbatur
quia falſitas ꝯñtis nota eſt: qꝛ qñ aliqua potentia
pertranſit aliquod ſpacium ab aliqua ꝓportione: ſi
ꝓportio eſt in duplo maior altera: ⁊ ſpaciũ in duplo
maiꝰ tã cito ab in duplo maiori ꝓportione pertrãſi
bit in duplo maiꝰ ſpaciũ: ſicut ab in duplo minori in
duplo minꝰ. Tunc ſic tota illa reſiſtẽtia a non gradu
vſqꝫ ad octo cum ſit vt quattuor pertrãſitur a dupla
ſequiquarta et medietas ſuperior illius reſiſtentie
a quattuor vſqꝫ ad octo que eſt vt ſex, pertranſitur a
ſequialtera: que eſt in duplo minor dupla ſequiquar
ta: ergo tam cito pertranſibitur illud totum: ſicut
ſua medietas: et eſt egregia probatio illiꝰ Gayeta
ni de tienis.

¶ Secundo arguitur: probãdo ad Argũ. 2.
huc ꝙ potentia, vt quattuor poteſt tranſire illud me
dium vniformiter difforme terminatum ad quattu-
or: quia ſi ab eterno fuiſſet vna potentia que quolibꝫ
die precedenti pertrãſiſſet vnam partem proportio
nalem illius ſpacij: iam illa eſſet modo in fine: ergo
totum illud ſpacium poteſt ab illa potentia, vt quat
tuor eſſe pertranſitum: igitur non eſt minimum ꝙ nõ
poteſt pertranſiri: ꝙ enim modo tale ſpacium nunꝙ̃
poſſit pertranſiri: illud eſt quia tempus futurum in-
finitum non poteſt eſſe pertrãſitum. Propter hoc ar
gumentum tenuit Ludouicus coronel: ꝙ illud ſpaci
um quantum eſt ex parte ſui ẽ maximum: qḋ illa po
tentia poteſt pertranſire.

¶ ad tertium accedẽdo quod eſt ar-
gumenta quedam diſſoluere. Sic arguo hic ſit diui
ſio reſpectu potẽtie actiue immutabilis: aliquod põ
dꝰ poteſt ſortes ſubſtinere per tempus ⁊ aliquod nõ
ergo dabile eſt maximum ꝙ ſic: vel minimum qḋ nõ
et tamen nõ datur maximum: igitur prima pars an
tecedentis: patet negatiua verificatur pro maiori:
ergo reſpectu potentie actiue ſit diuiſio: et reſpectu
immutabilis: quia ſic pro aliquo verificatur affirma
tiua ꝙ nõ pro maiori: datur enim vnum graue equa
le potentie ſubſtẽtatiue ſortis: ſicut datur vnum gra
ue equale reſiſtentie vnius medij: ꝙ ſi in ſummitate
eius poneretur non deſcenderet: et per conſequens
medium illud ſubſtẽtaret illud graue. Sed ꝙ illud
non ſit maximum pondus ꝙ ſortes poteſt ſubſtenta-
re per tempus probatur: volumus ꝙ ſubſtentetur ꝑ
vnam horam a ſorte: ſequitur ꝙ maius pondus pote
rit ſubſtentare per dimidiam horam quin ſuccum-
bat. ¶ Ad hoc argumentum reſpondetur ꝙ ſi ꝑ ſub-
ſtẽtare intelligatur ꝙ ſortes nihil debilitetur neqꝫ
deprimatur in viribus: ſic non verificat affirmatiua
ſubcontrariarum: quia etiam lapillus ſuffocãdo ſpi-
ritus non poteſt ſubſtentari per tempus. Si tamen
per ſubſtentare intelligatur tenere ſuper ſe cum ali
quo detrimento: tunc illud pondus equale potentie
ſubſtantiue eſt maximum ꝙ põt ſubſtentari ꝑ tempꝰ
quia maius illo faceret hominem cadere et non ſub
ſtentare.

¶ Pro calce iſtius materie noto, ꝙ
etiam apud opinionem cõmunem bene conceditur:
ꝙ datur maximum pondus quod ſortes poteſt por-

tare :et hoc ſuper naturaliter. Quod erit hoc mō:ſi ſint infinita pondera a duobus vſqꝫ ad quattuoꝛ:ita ꝙ primum ſit vt duo ſecundū vt tria, tertium vt tria cum dimidio vſqꝫ ad quattuor excluſiue:tūc omnia illa pondera ponanť in infinitis locis:et ſortes potē tie vt quattuor:et in infinitis cum eis iam illud pondus ſortes poteſt portare:et eſt maximum quod poteſt portare mediante etiam copula de extrinſeco tempore:conceditur iſta immediate poſt hoc dabitur pondus inequale maximum quod ſortes poterit portare:patet ſi ſit nunc vnum pondus vt quattuor et immediate poſt hoc incipit diminui. Tunc immediate poſt hoc illud pondus erit portabile a ſorte erit maximum inequale quod poterit portare: quia illud poterit portare imediate poſt hoc:et nullum maius illo poterit portare.

## ¶ Tratatus de reactione. Caput.j.

Celebꝛis queſtio de Reactione: in qua queritur vtrum omne agens in agendo repatiatur. Hec queſtio duos continebit articulos. Pꝛimus eſt opinio Calculatoꝛis, partem negatiuaꝫ defendens.ſ. ꝙ nullum agens in agendo repatiatur: cuius totum fundamentum ē pꝛobare illam famoſam pꝛopoſitionem eſſe falſam.ſ. Omnis qualitas magis actiua eſt minime reſiſtiua et econuerſo. Credit igitur Calculatoꝛ omnem qualitatem tantum eſſe actiuam ſicut reſiſtiuam : et ꝙ ſi debet poni diſparitas in actiuitate et reſiſtentia latitudo reſiſtentie eſt maioꝛ quam latitudo actiuitatis Quod quinqꝫ rationibus compꝛobare nititur.

Ratio.i. ¶ Pꝛima ratio. Latitudo actiuitatis cuiuis rei tradita eſt ad pꝛoducendum ſibi ſimile. Latitudo vero reſiſtentie ad conſeruandum ſe. Iſta de ſe nota ſunt : ſed intimius eſt vnicuiqꝫ rei ſe conſeruare quam ſibi ſimile pꝛoducere ſeu facere. hec etiam de ſe nota eſt. Igitur maioꝛ debet eſſe latitudo reſiſtentie in quauis re quam latitudo actiuitatis. Cui rationi dupliciter reſpondeo concedendo maioꝛem:et diſtinguendo minoꝛem. Intimius vnicuiqꝫ rei ſe conſeruare quam ſibi ſimile facere. De natura particulari fateoꝛ, ſed vniuerſali nego. Pꝛo cuius declaratione noto ꝙ ſicut legiſlatoꝛ traditurus leges, pꝛo bono reipublice tradidit illas non aſpiciendo ad cōmodum pꝛopꝛium ſue perſonꝰ vel alterius particularis:ſed ad bonum cōmune. Ita ſummus opifex deus conditurus vniuerſa potius curauit omnibꝰ rebus tradere vim aliquam qua vniuerſum perficiatur:quam ꝙ ſe tueantur:et quia latitudo actiuitatis eſt ad pꝛoducendum ſibi ſimile et ad bonum vniuerſi. Latitudo vero reſiſtentie eſt pꝛo defenſione cuiuſcunqꝫ rei:benemerito latitudinem actiuitatis fecit in vnaquaqꝫ re maioꝛem latitudine reſiſtentie.

Ratio.2. ¶ Secunda ratio. Suppoſito ꝙ actiuitas attendatur:et reꝛſtentia penes multitudinē foꝛme. Uolo pꝛobare ꝙ caliditas vt octo ſit tante actiuitatis et reſiſtentie ſicut frigiditas vt octo:quod eſt totum fundamentum alterius opinionis euertere. Pꝛobatur tamen illud ſic. Omnia que equaliter habent de foꝛma : equaliter habent de reſiſtētia et actiuitate. Hec apparet per ſuppoſitionem nota: ſed caliditas vt octo, et frigiditas vt octo, habent equaliter de foꝛma. igitur habent equaliter de actiuitate et reſiſtentia. Minoꝛ nota eſt: igitur concluſio eſt vera, quod eſt intentum. Et confirmatur: caliditas vt octo tota ſua foꝛma reſiſtit et agit : igitur tantum agit ſicut reſiſtit: igitur latitudo actiuitatis et reſiſtentie non ſunt diſpares in eadem qualitate.

¶ Ad argumentum reſpondetur ꝙ illa maxima, omnia que habent equaliter de foꝛma habent equaliter de actiuitate et reſiſtentia:eſt vera in rebus eiuſdem ſpeciei:vt comparando caloꝛeꝫ caloꝛi:et frigiditatem frigiditati: In rebus tamen diuerſe falſa eſt. Nam caliditas vt octo creata ſub equali multitudine foꝛme cum frigiditate vt octo ē viuatioꝛ foꝛtioꝛ in agendo quaꝫ alia. Talis eſt enim ſua ſpecies.

¶ Ad confirmationeꝫ reſpondetur negando iſtam conſequentiam:caliditas agit ſe tota:et ſe tota reſiſtit:igitur tantum agit ſicut reſiſtit. Nam ſol eodem inſtrumento quo maturat vnum pomum putrefacit. Non igitur ſequiť eodē inſtrumēto agit et reſiſtit:ergo tantum agit ſicut reſiſtit. Cuius exemplum eſt pulchrum:foꝛma ignis ex natura calefacit:et ex natura deſiccat:et quantuꝫ poteſt tantuꝫ deſiccat:ergo tantum gradum ſiccitatis pꝛoducet ſicut et caloꝛis. Nego conſequentiā. Nā ſtat eideꝫ rei plura conuenire naturaliter, vnū per pꝛius et aliud per poſterius. Et ſic caliditati vt octo conuenit naturaliter agere et naturaliter reſiſtere. Per pꝛius tamen conuenit agere quam reſiſtere:et ideo latitudo actiuitatis eſt maioꝛ quaꝫ reſiſtentie in quauis qualitate.

¶ Tertia ratio Calculatoꝛis ꝓbās ꝙ nullum agens in agendo repatiatur eſt quia alias idem alteraretur motibus contrariis. Conſequens eſt falſum: et contra Ariſtotelem metheo. 4. Et ſequella pꝛobatur: ſit vnus ignis diſtans ab vna aqua pedaliter in quam agat et ab eadē repatiatur. Tūc ſic arguitur, ſi hoc eſſet verum medium illud pedale ſimul calefieret et frigefieret:igitur idem alteratur motibus contrariis. Conſequentia eſt nota:et antecedens pꝛobatur. Nam quicquid agit in extremū agit in medium:ſed ignis calefacit aquaꝫ vltra medium pedale:igitur calefacit medium pedale. Rurſum aqua infrigidat ignem vltra medium pedale. igitur tale medium ſimul calefit et frigefit. Conſequens eſt falſum:ergo non eſt verum ꝙ omne agens in agendo repatiatur. Rō.3.

¶ Pꝛo ſolutione huiꝰ argūti nota ꝙ in qualitatibꝰ ſecūdis ſolū danť ſpēs intētionales quibꝰ noticias illaꝝ foꝛmemꝰ. In q̄litatibꝰ vero pꝛimis danť ſpēs intentionales et reales. Pꝛime quidē ad foꝛmandū noticiā tactiuā de his q̄litatibꝰ. Scdē vero vt date ſpēs ꝓducant ſibi ſile vnde emanarunt. Spēs aūt intētionales experiť qui manū frigidā applicās igni doler vngues:nāqꝫ illō euenit ex ſola apphēſiōe caloꝛis:veluti ꝯtrarii nullo ibi caloꝛe ꝓducto. Quo Sco. de penis dānatoꝝ ꝓſequēdo credit coꝛpa dānata ab igne pati poſſe ex ſola ignis apphēſiōe ꝙuis ibi nullꝰ calor ꝓduceret. Has ſpēs duplices Mar. i. de gña, Cal. c. de reactiōe Jacobꝰ for, i li. de intē. remiſ,

conuenientiam et differentiam aſſignamus. Prima conuenientia ꝙ ſicut ſpecies intentionales ſunt in inſtanti: ita et reales. Scḋa conuenientia ꝙ ſicut ſpẽs cõtrariorũ non ſunt ꝯtrarie: ita pari mõ ſpẽs reales contrariorum non ſunt cõtrarie: immo quemadmodum ſpecies intentionales albedinis et nigredinis ſe compatiunt in eodem ſubiecto: ita ſpẽs reales caloris ⁊ frigoris. Prima differentia eſt ꝙ ſpẽs intẽtionales ſunt obiecta motiua notitie ⁊ repreſentant inſtrumẽtaliter id quod notitia formaliter. Species vero reales nullo modo repreſentant aliud a ſe. Secunda differentia ꝙ ſpecies intentionalis nũquam producit ſimile illi a quo profluxit. Species vero realis ſemper producit ſimile vnde emanauit: vt ſpecies caloris calorem: et frigiditatis frigus.

¶ Sed ne videamur has ſpecies reales ad placitum cõfingere. Duplici ratione illas eẽ ponendas perſuademꝰ. Pria ratio: quia ſi nõ eſſent ponende agẽs naturale facer et aliquid de extremo ad extremum non per medium: quod eſt cõtra Ariſtotelē quinto phiſicorum, ſequella tamen probatur Nam ſol calefacit infimam regionem aeris et nõ mediam. Per has autem ſpecies reales ab hoc inconuenienti temporemus. Nam in media regione aeris et in infima ſolent produci ſpecies caloris. Attamen in media regione aeris non producitur calor: quia ibi eſt maior reſiſtentia bene tamen in infima, in qua minor reſiſtentia. ¶ Secunda ratio per quam argumentum ſoluitur: quia ſi tales ſpecies non eſſent ponende idem mouetur motibus contrarijs: vt tertia ratio Calculatoris oſtendebat cui obſtamus ponendo has ſpecies reales. Dicimus enim ꝙ igne ⁊ aqua e regione cõſtitutis: atq; inter illa poſito interſtitio pedali ignis et aqua producerent ſpecies caloris ⁊ frigiditatis et medium recipiet illa ſimul tamquam non contraria, quibus receptis que fuerint potẽtiores alijs ſibi medium aſſimilabunt: alijs nihil agentibus: ꝙ ſi fuerint ille ſpecies reales eque potentes medium remanebit illeſum: neq; per has, neq; per illas patiens: et per hoc intelligenti patet argumentum non probare ꝙ idem moueatur motibus contrarijs.

¶ Quarta inſtãtia Calculatoris eſt probans ꝙ nullum agẽs in agendo repatiatur: quia oppoſito dato: ſequeretur inter alia agentia naturalia talem poſſe conſtitui naturalem caſum ꝙ inter illa eſſet vna infinita actio et reactio reciproca nullo termino terãbilis: Conſequens eſt falſum: ergo ⁊ illa opinio: falſitas conſequentis nota eſt in naturalibus. Namq; agentia omnia vt habetur ſecundo phiſicorum agunt propter finem: ibi autem nullus eſt finis: quia tu aſſeris infinitam eſſe actionem: ⁊ ſequella probatur: ſit vnus ignis et vna aqua inuicem agẽtia et reagentia: ita ꝙ a quanta proportione actiuitas ignis agit in reſiſtentiam aque ab equali illi actiuitas aque agit in reſiſtentiam ignis: et ſequitur intentum: quod ſic patet ab equalibus proportionibus proueniunt equales velocitates ſeptimo phiſicorum: ergo cum ignis conuertit aquam in ſuam naturam: tam cito aqua conuertit ignem ad ſuam naturam qḋ cum actum fuerit adhuc ignis et aqua in eadem ſunt controuerſia: et enim ad huc ſunt ignis et aqua.

Quarta inſtantia.

¶ Ad hoc argumentũ reſpõdeo premiſſo vno notabili Jacobi forliuienſis, libro de intenſione et remiſſione formarꝫ: ꝙ ſi actio et reactio ꝓueniãt ab eq̃libꝰ ꝓportionibꝰ actiuitatũ in reſiſtẽtias: ceſſabit reactio cum primum agens et patiẽs in extremis ſibi vicinantibus ſeu magis propinquis fuerint aſſimilata: ita ꝙ quando ignis in aqua produxerit latitudinẽ vniformiter difformẽ caloris a quattuor vſq; ad non gradum: et aqua produxerit latitudinem vniformiter difformem frigiditatis a quattuor vſq; ad non gradum: ceſſabit actio et reactio: quia in extremis magis propinquis tam agens quã patiens habent quattuor gradus caloris et quattuor frigiditatis. Si vero actio et reactio fiãt a diſpari proportione: ita ꝙ agẽs agat in paſſum a proportione quadrupla: paſſum vero reagat in illam a proportione dupla. Tunc ceſſabit reactio quãdo agẽs traxerit paſſum ad talem diſpoſitionem in qua actiuitas paſſi non ſuperet reſiſtentiam agentis. Hoc habito argumentum diluitur dicendo ꝙ in illo caſu nec ignis conuertet aquã in ſuam naturam: nec e diuerſo: ſed ceſſabit actio et reactio quando agens et patiens in propinquis punctis fuerint aſſimilata.

¶ Sed contra hec replicatur vrgenter a Calculatore: ſequitur ex illo ꝙ nunquam agẽs naturale poſſet ſibi paſſum aſſimilare: conſequens eſt falſum: quia eſt fruſtrare fines agentium naturalium: ſequella probatur quia ſi tempore quo ignis calidus vt octo agit in aquam: et ab eadem repatitur: ſequitur ꝙ tempore actionis perdidit aliquem gradum de illis octo ꝙ ſi ita eſt non dabit octo gradus: ergo non aſſimilabit.

¶ Reſpondetur ꝙ in hoc monſtratur nature ſagacitas: quia paſſum non integre aſſimilat vna actione aſſimilatiua continuata: ſꝫ potius interpolata: prima namq; actione trahit paſſum vt non reagat eius vires confrangendo donec non ſuperet reſiſtentiam agentis: et cum ad illud ventum eſt: relicto paſſo tantiſper ſuper ſe redit deſtruendo peregrinas qualitates ſibi iniectas a paſſo: quod cũ effecerit ſe ſtatuit in perfectiſſimo ſtatu: ⁊ deinde ad paſſi aſſimilationem conſumatam redit.

¶ Quinta inſtantia calculatoris eſt contra opinionem communem ſi agens in agẽdo repateretur ſequeretur ꝙ idem intenderetur et remitteretur: conſequens eſt falſum: ergo et antecedens falſitas conſequentis nota eſt: et ſequella probatur volo ꝙ ſit vnum agens .a. calidum, quod quidẽ agat in paſſum .b. frigidum et agẽs .a. ſi repatitur a paſſo .b. frigido repatietur in aliqua parte: a q̃ ſit .c. Tunc ſic arguitur calor .c. intẽditur et remititur: ergo idẽ intenditur et remititur ꝙ calor in .c. remitatur clarum eſt: quia paſſum reagit in .c. et non niſi in frigidando .c. igitur remittitur calor .c. ꝙ autem .c. intẽdatur: Probatur ſic, quia pars non repaſſa ipſius .a. remittit frigiditatem paſſi: ergo a fortiori remittit frigiditatem ipſiuſmet partis repaſſe: quia hec frigiditas partis repaſſe ẽ minor et proximior parti non repaſſe quam ſit frigiditas paſſi et quidquid poteſt agere in maius qḋ magis diſtat poteſt agere in minus quod minus diſtat: ꝙ ſi remittatur frigiditas partis repaſſe .c. ſequitur ꝙ intendet̃ caliditas eiuſdem partis repaſſe: et erat probatum ꝙ remitteretur: igitur idem intenditur et remittitur.

Quinta inſtantia.

¶ Ad hoc argumentum reſpõdetur

premittendo duo. Primum eſt ꝙ quando mediū plꝰ
reſiſtit quam extremum non eſt mirum ꝙ fiat actio ꝺ
extremo ad extremum: et non per medium. Secun
dum quod premitto eſt ꝙ nullum agens quando eſt
in ſua naturaliſſima diſpoſitione ꝓducit ſpecies rea-
les intra ſe: quia producere ſpecies reales eſt ad fi-
nem aſſimilandi ſibi aliquid; ſed ſic eſt ꝙ res in natu
rali diſpoſitione eſt ſibi ſimilima: igitur non producē
tur ſpecies reales intra ſe. Quibus premiſſis reſpō
deo ꝙ pars non repaſſa licet remittat frigiditatem
paſſi: non tamen poteſt remittere frigiditatem par-
tis repaſſe: et ratio eſt quia frigiditas partis repaſ-
ſe eſt maioris reſiſtētie: quod euenit quia pro illa fri
giditate partis repaſſe tuenda reſiſtit frigiditas il-
liꝰ ꝑtis agentis intēdētis ſe ꝯſeruare. Et ſpēs reales
frigiditatis applicate a paſſo intra illam atqꝫ ipſum
met paſſum: quia omne agens appetit conſeruare ſu
um effectum. Pro frigiditate vero ipſius paſſi ſolum
reſiſtit ipſummet paſſum: et ideo pars non repaſſa:
licet remittat frigiditatem paſſi non tamen partis
repaſſe: q: eſt illa maioris reſiſtentie quam paſſum.

¶ Tandem notabis ne argumenta
inaniter multiplicentur aliquas propoſitiones per
quas pateat intellectus iſtius propoſitionis. Omne
Pria ꝓpō ne agens in agendo repatitur. ¶ Prima propoſitio
Iſta ꝓpoſitio Ariſtotelis primo de generatione ca
pitulo de actione: nō eſt vera de agente actione ſpi
rituali. Nam obiectum agit in oculum et tamen nō
repatitur ab oculo.

Secūda ꝓpoſitio. ¶ Secunda propoſitio. Iſta pro-
poſitio. Omne agens in agendo repatitur: intelligi
tur quando agentis et patientis materie ſunt eiuſ-
dem ſpeciei. Et ꝓpterea ꝗuis celum agat in iſta in-
feriora non repatitur ab ipſis: quia materia celi et
materia horum inferiorum differunt ſpecie.

Tertia ꝓpō ¶ Tertia propoſitio. Iſta propo-
ſitio. Omne agens in agendo repatitur: intelligit̄
in agentibus naturalibus compoſitis ex materia et
forma: et in quattuor primis qualitatibus. Dixi hoc
quia quamuis deus agat in iſta inferiora non repati
tur ab illis: quia deus non eſt agens naturale compo
ſitꝰ ex materia et forma: nec qualitas prima, de qui-
bus intelligitur noſtra ꝓpoſitio.

Quarta ꝓpō. ¶ Quarta propoſitio. Si agens nō
ſolum excedat paſſum in actiuitate: ſed etiam reſiſtē
tia agentis ſuperet actiuitatem paſſi. Tunc agens
in agendo non repatitur: vt patet: quia ignis magnꝰ
cum agit in guttulam aque non repatitur ab illa.

Quinta ꝓpō. ¶ Quinta proqoſitio. Si agens ha
beat paſſum intra ſpheram ſue actiuitatis. Paſſum
vero habeat agens extra ſpheram ſue actiuitatis.
Tunc agens non patitur a paſſo. Iſta ꝓpoſitio ꝓba-
tur ſupponendo ꝙ maiori actiuo correſpondet ma-
ior ſphera: et minori minor. Tunc ego ſumo calidita
tem vt octo cui pono pro ſphera actiuitatis decupe
dale ſpacium et frigiditatem vt octo quam pono cū
ſit minus actiua habere ſpheram actiuitatis quintu
pedalem. Ponatur igitur ignis vt octo in principio
iſtius decupedalis ſpacij: ⁊ frigiditas vt octo in fine
ſeptupedalis. Iā ignis agit in frigiditatem vt octo
et ignis non repatitur: quia ignis eſt extra ſpheram
actiuitatis illius. Propoſitio ergo Ariſtotelis intel
ligatur de agentibus naturalibus compoſitis ex ma
teria et forma vel de primis qualitatibus: et de agē
tibus actione corporali: et quando materia agentis
et materia paſſi ſunt eiuſdem ſpeciei: et quando a-
gens non excedit actiuitatem paſſi, et reſiſtentiam:
Et vltimo intelligatur quando agens eſt intra ſphe
ram actiuitatis paſſi: et quādo paſſum eſt intra ſphe
ram actiuitatis agentis.

¶ Marſilius ſecundo de generatio Marſiliꝰ
ne queſtione decima ſexta facit bonum argumētum
quod eſt primum in ordine quo vult ꝓbare ꝙ agens
in agendo non repatitur: et arguitur ſic ſicut ſe ha-
bet mouēs ad mouere motu locali, ſic ſe habꝫ agēs
motu alterationis ad agere, iſta patet ex Ariſtote.
primo de generatione capitulo ꝺ actione: ſed ſic eſt
ꝙ mouēs motu locali nō neceſſario ab illo quod mo
uet mouetur: igitur eadem ratione illud quod mo-
uet motu alterationis non realterabitur: conſequen
tia videtur nota ex ſimilitudine: et minor probatur:
quia deus cuncta mouet motu locali, et non moue-
tur: ſicut cerebrum in microcoſmo dat cunctis mem
bris ſentire ⁊ non ſentit. ¶ Pro hoc ſingulariter reſ
pondet Marſiliꝰ dicens ꝙ in qualitatibus motiuis
q̄ ſunt leuitas ⁊ grauitas: latitudo actiuitatis ⁊ re-
ſiſtētie ſunt equales. Namqꝫ tanto quanto īpetu ac-
tiuitatis exalatio aſcendens fert aerem ſurſum: tan
to illa exalatio reſiſtit aeri ne faciat ipſam deſcende
re: et ideo mouens motu locali quia tāto quanto im-
petu pellit rem alteram tanto reſiſtit ne pellatur: dū
mouet motu locali non mouetur: ſed quia in qualita
tibꝰ alteratiuis q̄ ſunt quattuor ſcilicet, caliditas,
humiditas, frigiditas, ſiccitas: nō tāto quanto vigo
re caliditas agit in frigus reſiſtit frigori: ideo pati-
tur a frigore dum agit in illud.

¶ Secunda opinio eſt opinio com Secūda opinio.
munis tenens ꝙ omne agens in agendo repatitur
moderationibus adiectis quas poſuimus in opinio-
ne precedenti. Hec opinio fundatur primo experiē
tia ferrum calidum intromiſſum in aqua agit in illā
ipſam calefaciendo: et repatitur ab illa quia frige-
fit ab illa. ¶ Secunda experientia eſt: quia po-
mum frigi dum aſſumptum a manu calida frige-
facit illam: et calefit ab illa. ¶ Tertia experientia
de duobus gladijs acutis ſe inuicem percutienti-
bus quorum ambo frāguntur. ¶ Ratione ſic pro-
batur ſuppoſita vna egregia differentia Auerrois
primo de generatinne commēto vigeſſimo tertio in
ter mixtionem et generationem: ꝙ in generatione
generans eſt vincēs et poſt generationem manet ſal
uum: illud vero ex quo generat manet deſtructum
quod bene patet dū ignis facit aliquid ex ligno: ig-
ne namqꝫ ſaluo permanente lignum deſtruitur. In
mixtione autem omnia miſcibilia debēt eſſe vincen-
tia et victa. Dum enim quattuor elemēnta concur-
runt ad mixtionem quodlibet agit in quodlibet: et
patitur a quolibet: itaqꝫ pugna cadmica elementa
deſtruuntur ex quorum deſtructione mixtum gene-
ratur. Tūc ergo arguitur ignis corrumpit aquā:
⁊ eodem tempore aqua corrūpit ignem: igitur agēs
in agendo repatitur. Finaliter arguitur autoritate
philoſophi tertio phiſicorum et primo de generatio
ne capitulo de actione dicentis, omne agens in agē-
do repatitur.

¶ Ad hec omnia Iacobus forliuien
ſis in primo libro de intenſione et remiſſione forma-

rum parte ſecunda per ordinem reſpondet. Ad pri
mum dicit ferrum calefacere aquam mediantibus
exhalationibus ignitis in poris exiſtentibus q̃ in exi
tu ab aqua tinitū cauſant: et ferrū frigeſit ab aqua:
non ſecundum illas tempore quo ille agunt in aquā
ſed ſm ſubſtantiam groſſam ferri. Poſtea tamen du
rāte tpe agit aq̃ in exhalationes: itaq; intentio Cal-
culatoris eſt ꝙ nulla res pro eodem tempore ꝓ quo
agit repatitur ſm eandem partem qua agit: ſed be
ne ſecundum aliam. ¶ Ad ſecundam experientiam
dicit ꝙ pomum infrigidat ſpiritus naturales et vi-
tales qui ſunt in manu: tamen ipſum pomum calefit
a manu. Ad aliam experientiam de gladijs ridet de
ea Calculator dicēs ꝙ cum philoſophus dixit: omne
agens ⁊c Intellexit de agentibus motu alteratio-
nis. ¶ Et ad rationem de mixtione dico cum Auer-
roe ꝙ dum ignis agit in aquam: et ab eadem repati
tur: non ē hoc ſm eādem qualitatem: ſed ignis agit
in aquā calore: itaq; frigiditas aque patitur: ⁊ aqua
agit in ignem humiditate: ita ꝙ ſiccitas ignis pati-
tur et per hoc bene patet ſolutio ad auctoritatē: ꝙ
omne agens ⁊c. Non ſecundum eadem partem qua
agit vel non ſecundum eandem qualitatem: opinio
communis que tenet omne agens in agendo repati
maxime fundatur in illo celebri dicto philoſophie q̄
litas maxime actiua eſt minime reſiſtiua: quam qui-
dem proportionem per experiētiam cōprobamus.
Caliditas enim excedit omnes qualitates in actiui
tate et exceditur ab omnibus in reſiſtentia: ita ꝙ eſt
actiua vt octo et reſiſtiua vt vnum: quod ſic proba-
tur. Nam homo aliquis minus durat in igne quā in
aqua: et morbi calidi citius interimunt quam frigi-
di: ergo caliditas eſt maioris actiuitatis quam reli
que omnes: ꝙ autem ſit minoris reſiſtentie: patet: qꝛ
manus calida citius frigeſit quam frigida calefiat:
ergo caliditas eſt minoris reſiſtentie quam frigidi-
tas: ꝙ autē frigiditas ſit maioris actiuitatis quam
humiditas et ſiccitas probatur: quia caliditas ⁊ fri
giditas vocantur ab Ariſt. metheo. quarto qualita-
tes actiue: et humiditas et ſiccitas paſſiue: et nō ꝓp
ter aliud niſi, quia caliditas et frigiditas ſunt maio
ris actiuitatis quam humiditas et ſiccitas: ꝙ autem
humiditas ſit maioris actiuitatis quam ſiccitas ꝓ-
batur: quia corde in lira citius humectantur in hie
me quam deſiccentur: et ꝙ humiditas ſit maioris re
ſiſtentie quam frigiditas patet: quia aqua magis ē
natura frigida quam humida: et tamen magis con-
ſeruatur humida: ergo humiditas eſt maioris reſiſ-
tentie frigiditate. ¶ Notabis tamen ſuper hoc ꝙ ca
liditas et frigiditas vocant̃ qualitates actiue: quia
diffiniuntur per agere. Humiditas vero et ſiccitas
paſſiue quia diffiniuntur per pati. diffinitiones ve-
ro harum qualitatum ab Ariſtote. traduuntur ſecun
do de generatione. Caliditas eſt qualitas cōgrega
tiua homogeneorum, ⁊ diſgregatiua etherogeneo
rum: quod tu vides in ligno combuſto: cuius cine-
res ad vnam partem: fumus totus ad aliam: flāma
tota ad aliam declinant. Frigiditas vero eſt quali-
tas cōgregatiua tam homogeneorum quā ethoge
neorum, vt vides de frigore congelante in luto pa le
as terram et lapides: et quia congregare eſt agere
bene merito caliditas et frigiditas vocātur quali-
tates actiue. Humiditas vero eſt qualitas bene ter
minabilis tēr̃o alieno, non t̄n tēr̃o ꝓprio: vt patet de
aqua que per ſe non ſiſtit a motu ſed per aliquod ex
trinſecum detinens. Siccitas eſt qualitas bene ter
minabilis termino proprio: male tamē termino alie
no. Nam res ſicce que habent ex natura fortiter reti
nent de nouo: tamen non bene recipiunt. Et quia ter
minari pati ē: bene merito iſte qualitates diffinite ꝑ
pati: vocātur paſſiue: qꝛ caliditas et frigiditas ſunt
actiue: quia fortioris actiuitatis. Humiditas vero
et ſiccitas paſſiue: quia minoris actiuitatis. Et ꝑ hec
que dicta ſunt ſaluat opinio cōmunis ꝙ omne agens
in agendo repatitur. Nam cum in qualibet actione
comparetur actiuitas reſiſtentie: et ponamus calorē
vt octo et frigiditas vt octo habere actiuitatem vt
ſex: et humiditatē vt octo habere actiuitatē vt quin-
q; et ſiccitatem vt octo habere actiuitatem vt quat-
tuor cum dimidio. Reſiſtentias vero compones hoc
modo: ꝙ ſiccitas vt octo reſiſtat vt quattuor et humi
ditas vt octo reſiſtat vt tria et frigiditas vt octo reſi
ſtat vt duo et caliditas vt octo reſiſtat vt vnū. Vides
tu ꝙ cōparādo actiuitatē caloris ad reſiſtentiā frigo
ris habet proportionem quadruplā: et actiuitas fri
goris ad reſiſtentiam caloris ſextuplam. Igitur in
ter calorem et frigus per hunc modum ſaluatur ac-
tio et reactio. Non eſt tamen ſub ſilentio pretereun-
dū ꝙ cū dr̃ q̄litas maxime actiua eſt minime reſiſtiua
et maxīe reſiſtiua minime actiua. Non ē intelligēdū
ꝙ latitudo reſiſtentie in aliqua qualitate excedat la
titudinem actiuitatis eiuſdem. Nam ſi ſic vt bene de
ducit Marſilius. i. de generatione. q. 16. ſequeretur
ꝙ humiditas nunq̃ poſſet agere in ſiccitatem. Seq̄l
la ꝓbatur. Nam ſi reſiſtentia ſiccitatis eſt maior eiuſ
dem: ſic reſiſtentia vt quattuor ⁊ actiuitas vt tria ſic
citatis cum humiditate eadem ratiōe ſit maioris re
ſiſtentie quam actiuitatis quia eſt qualitas paſſiua:
Et reſiſtentia ſiccitatis ſit maior quam reſiſtentia hu
miditatis. A fortiori reſiſtentia ſiccitatis erit maior
quam actiuitas humiditatis: ergo nunq̃ humiditas
poterit agere in ſiccitatem. Intelligas igitur ꝙ q̄li
tas maxime actiua eſt minime reſtiua: inter omnes
reſiſtentias et qualitas maxime reſiſtiua: inter oīes
reſiſtentias eſt minīe actiua. ſ. inter oēs actiuitates.

¶ Videtur tamen mihi opinionem
hanc nullum ſumpſiſſe fundamentum: neq; vlla Ariſ.
eſt authoritas ꝓ ea: qd̄ vna rōne ſuadeo. Si calidi-
tas eſt magis actiua q̄ omnes alie. Vel hoc eſt quia
maiorem effectum quo ad multitudinem forme face
re poteſt. Vel quia eundem effectum velotius. Sed
neutro modo: non enim poteſt primo mō: quia equa-
lem effectum quo ad multitudinem forme facit cali-
ditas vt octo et frigiditas vt octo cum vtrobiq; pro
ducatur ſumma latitudo. Neq; ſecundum eſt dicen
dum: quia vel tu cōparas in equali proportione acti
uitatem caloris ad reſiſtentiā frigiditatis: ſicut acti
uitatem frigiditatis ad reſiſtentiam caloris. Et ſi ſic
eque velociter agunt: quia ab equalibus ꝓportioni
bus proueniunt equales velocitates. 7. phiſi. Si vo
mihi comparas calores ad frigus in maiori quā vi
ce verſa. Verum eſt ꝙ caliditas velotius agit nō ob
id tamen eſt cenſenda maioris actiuitatis: quia ſi il-
lud ſufficeret: ſequeretur ꝙ humiditas eſſet maioris
actiuitatis quam caliditas: qꝛ ſi comparetur ad re-
ſiſtentiam ſiccitatis in centupla ꝓportione: velotius
aget quam ſi calor comparet̃ ad frigiditatem in du
pla. Et huic mee ſententie aſtipulat̃ Auicēna. 4. pmi
ca. 2. dicens calefaciendi et infrigidandi tempus ē
vnū. Et ad expiētias dico ꝙ ſi hō ponat̃ ī igne ⁊ minꝰ
duret q̄ in aq̃: illō eſt qꝛ in ſymbolis facilior ē trāſitꝰ.

Uertam argumentum experientie in factorem. nōne manus calida citiꝰ frigeſit quā frigida caleſcat? Igitur frigiditas eſt maioris actiuitatis quam caliditas. Patet conſequentia per ſimilem modum argumentandi de minore duratione in igne quam in aqua.

¶ Medicorum tamen opinio eſt: humiditatem omnium eſſe minime actiuam qualitatem atqꝫ omnium minime eſſe reſiſtiuam. Quod pꝛobant: quia humiditas facit omnia ſubiecta paſſibiliſſima fore: quare aer eſt maxime paſſibilis et variabilis: quia ſumme humidus: ꝙ autem ſit minime actiua qualitas: immo omnes ſibi aſſociatas in agendo retardare: probatur authoritate Meſue in capitulo de pſilio dicentis: humiditas non poteſt eleuari vltra ſecundum gradum, et omnes alias qualitates ſiue ſocias facit non poſſe eleuari vltra ſecūdum gradum vnde oritur illud celebre dictum humiditas eſt hebetatiua caloris: ſiccitas vero eſt lima caloris.

¶ Sed contra opinionem communem: que tenet ꝙ humiditas eſt minoris actiuitatis quam friditas. Arguitur manꝰ calida tardius frigeſit ab aere quam panus ſiccus humectatᷣ ab aqua in ipſam intromiſſus: ergo humiditas eſt fortioris actiuitatis ipſa frigiditate:

¶ Dicas ad hoc ꝙ dupliciter ſtat aliquam rem humidam fieri. Primo modo per corruptionem ſiccitatis, et generationem humiditatis in eodē ſubiecto adequato: in quo erat ſiccitas. Secūdo modo ita ꝙ cum partibus ſiccis rei ipſius miſceantur humida corpora: ſicut eſt in mixtione aque cum panno ſicco.

¶ Ad argumentum igitur dico ꝙ illa humectatio panni non eſt productio humiditatis ꝛ corruptio ſiccitatis: ſꝫ eſt mixtio corporis humidi et ideo non probatur ꝙ humiditas ſit maioris actiuitatis ipſo calore.

¶ Sed contra opinionem Calculatoris, quam nos etiam tenuimus ꝙ omnes qualitates ſūt equaliter actiue et equaliter reſiſtiue. Arguitur comparo ignem ad aquam: et arguo ſic, quanto exceſſu calor ignis agit in frigiditatem aque, tanto ſiccitas ignis agit ī humiditatem: quod bene patet quia ſicut caliditas ignis eſt ſumma: ita frigiditas aque eſt ſumma: et quantum ſiccitas ignis deficit a ſummo, tātum humiditas aque deficit a ſummo: igitur ſi caliditas ignis citius dſtruat frigiditatē aque quam ſiccitas ignis deſtruat humiditatem aque: ſequitur ꝙ caliditas eſt maioris actiuitatis quam ſiccitas: et confirmatur ignis agēdo in frigiditatem lapidis mediante calore et aqua agendo in ſiccitatem lapidis mediante humiditate: citiꝰ lapis deſtruitur ab igne per calorem, vt patet in calce quam vincatur ab aqua per humiditatem: igitur maioris eſt actiuitatis caliditas quam humidicas.

¶ Pro ſolutione iſtorum argumentorum notabis pulcrum ordinem ſummi opificis in entibus naturalibus: cuilibet enī tradidit duas qualitates vnam qua potiſſime ageret, licet per illam debiliter cōſeruaretᷣ, alteram qua fortiſſime ſe cōſeruaret, licet per illam debiliter ageret. Dico igitur ꝙ in homine datus eſt calor tanquam inſtrumentum quo anima ageret, licet per illum debiliter cōſeruetur: et data eſt humiditas per quam anima magis ſe cōſeruet, licet per illā parum agat. calor igitur et humiditas d̄ ſe equaliter ſunt actiui ꝛ reſiſtiui ſed forma per vnum aptius agit: ꝛ per aliud aptius reſiſtit: quod bene patet quia manus cōſeruatur, ita frigida ſicut marmor. Non tamē ita ſicca ſicut marmor: ergo magis conſeruatur humiditate quam calore. Item cum aqua magis ſit frigida quam humida: agit magis per frigiditatem: et cōſeruatur magis per humiditatem: et aer qui ē magis humidus quam calidus, agit fortius per calorem quam per humiditatem: quia omnia deſicat celerrime. Bene merito igitur caliditas ꝛ frigiditas ſunt actiue qualitates: qꝛ ſunt magis aptate vt per illas forme agāt ſed humiditas et ſiccitas ſunt paſſiue qualitates, nō qꝛ minoris actiuitatis ꝙ̄ priores: ſꝫ qꝛ magis apte vt ꝑ illas forma ſe tueatᷣ: obidqꝫ ſicut celū vnū cū ſit agēs duobꝰ pugnantibꝰ vincenti magis patrocinatᷣ victo autem debilius ſufragatur: ita licet humiditas aque et frigiditas aque de ſe equaliter reſiſtant qꝛ tamen humiditas eſt aptior ꝓ conſeruatione forme quam frigiditas: forma magis humiditati patrocinatur: obidqꝫ cum aliquid agit in humiditatē tardius illam deſtruit quam frigiditatem: quia forma magis humiditati patrocinatur. Et idem dicas de ſiccitate que tardius ab humido deſtruitur quā friditas a calore, vt tu probaſti in confirmatione: illud tamen nō eſt qꝛ ſiccitas magis reſiſtat quā frigiditas: ſꝫ qꝛ frigiditas a forma maiꝰ hꝫ patrocinium.

¶ Tractatus de luminoſis

SEcunda queſtio erit de modo agēdi luminoſi ad cuius declarationē premittemus aliqua notabilia. Primum notabile declarat quid ſit lumen vnde lumen ſecundum Ariſtotelem ſecundo de anima eſt actus diaphani ſecundum ꝙ diaphanum: que diffinitio ſic explicatur nulla eſt mundi qualitas que vt in ſubiecto producatur requirat pro preuia diſpoſitione neceſſario requiſita diaphaneitatem preter lumen. Namqꝫ color caliditas frigiditas: ꝛ relique qualitates produci poſſunt in ſubiecto quamuis nūquam eſſet diaphanum: ſola hec requirit ſubiectum eſſe diaphanum.

¶ Sed contra hoc inſtant quia lynces et quidam homines habentes oculos lynceos quos vocāt hiſpaneça hories, vidēt aliquid in penetralibus terre: et lumen vt Ariſtoteles tertio de anima facit potētia colores eſſe actu, colores: quia niſi color illuminetur non producit ſpecies neqꝫ illas conſeruat: igitur ſi color videtur in terre inferioribus illic illuminabitur et illic eſt oppacum: igitur lumen illuminat oppacum: non eſt ergo actꝰ diaphani ſm ꝙ diaphanum eſt.

¶ Ad hoc argumentum diceremus cum Alberto magno in libro de animalibus capitulo de lince ꝙ ſm poeticas fabulas: viſus lincis penetrat corpora ſolida. Ubi videtur latenter negare ꝙ linx videat corpora ſolida. Sed experientia compertum eſt contrarium de lince famelico clauſo intra celam: qui ferebatur poſt veru cum carnibus aſſatis: quod erat in altera cela. Ideo credo magis Alga-

Zeni in libro de viſu dicēti. Viſus lincis penetrat corpora ſolida: et a lapidibꝰ dyaphanis excecatur: qđ non poteſt eſſe niſi lumen penetr et corpora ſolida: quod eſt intentum. ¶ Ubi notabis hanc regulam ꝙ omnia animalia venenoſa mediantibus oculis inficiunt maxime. Ubicꝫ cum lapides veneno obuiēt non eſt mirum ꝙ lapides illi excecent: et ſic naturales dicunt ꝙ ſmeragdus frangit oculos bufonis. Tunc igitur ad argumentum dico ꝙ nullum corpꝰ eſt ita denſum quin trāſitui luminis ſit puium. Quapropter lumen ſaltim remiſſum penetrabit in corpora ſolida. Et Ariſtatelis diffinitio intelligatur de lumine valde intenſo. Vel dicas huiuſmodi animalia non indigere vt videant obiectum illuminatione eiꝰ Propter quod nota ſingularem regulam perſpectiue: ꝙ lumen interius oculi et lumen exterius debent ꝓportionari: itacꝫ vnum non nimis excedat alium. Propter quod diu incarcerati egredientes ad lumē non bene vident: Venientes de agro non bene vidēt in domo. Et Dioniſius tirānus quos diu habebat incarceratos excecabat ſubito trahendo ad lucem. Quapropter veſpertiliones et noctue vidēt de nocte et non bene de die: quia lumen diei excedit capacitatē illorum. Ideocꝫ linces vident penetralia terre: quia ibi lumen eſt remiſſum oculis eorum ꝓportionatuꝫ.

¶ Aliter ab Ariſtotele diffinitur lumen. ſ. ꝙ ſit reflexio lucis: quod ita intelligas vt Thimon in metheor. Nihil pōt videri niſi per lumen reflexum: dēpta luce: que videtur per lineam rectam. Vel aliter gloſabis ꝙ lumen eſt reflexio lucis. i. ſpēs quedam viſibilis lucis. ¶ Ex quo inferas apud opinionem cōem lumē non poſſe videri atcꝫ lumen ſolū eſſe in re dyaphana. Lux vero poteſt videri et eſt in re oppaca. Namcꝫ ſi inter parietem et oculos meos eſſet fumus: viderem parietem: ſed fumo verſo in flāmā non videbo parietem: cuius certum indiciū eſt ꝙ flamma ſit oppaca.

¶ Paulo tamen veneto in ſecundo de anima apparet ꝙ lumen poſſit videri: et nō ſit ſpecies lucis: ſed eſt illud quo mediante lux calefacit. Credo tamen ꝙ hoc ſit falſum. Nam ſi aliquod lumē poſſet videri: maxime eſſet quod īmediate incidit a ſole ſuper ſpeculum calybeum: ſed illud non: quia tale lumen dumtaxat eſt ſuperficiale: igitur lumen ſuperficiale videretur: qđ toti philoſophie repugnat: dicenti ꝙ non eſt dare aliquam qualitatem punctalē linealem aut ſuperficialem.

¶ Sed inſtaret aliquis probādo ꝙ lumen poſſit videri: quia radiis ſolaribus tranſeuntibus per ſpecular vitreum: quod ſit coloris rubei mōſtrat experientia ſimilem colorem in pariete apparere. Si igitur quod ibi videtur eſt color: color eēt qualitas actiua. Quod eſt falſum: cum tantuꝫ quatuor ponantur qualitates actiue. igitur qđ ibi videtur eſt lumen.

¶ Dicendum eſt ad hoc argumentū notando aliqua. Primum eſt ad ſpeculum tres eſſe ponendas ſeu requiſitas conditiones. Prima eſt ꝙ ſit denſum vt reflectat ſpecies: ꝓpter quod vitrū plūbo abraſo non eſt ſpeculum. Secunda ꝙ ſit terſum: quare arma rubiginoſa non ſunt ſpecula. Tertia eſt ꝙ ſit politum. i. non aſperum vt vniformiter vnicocꝫ modo reflectat ſpecies. ¶ Notandum eſt ſecundo: vt Ariſtoteles dicit tertio metheo. Quedam ſpecula repreſentare colorem ꝓprium: et non figuram ꝓpriam: vt ſpecula concaua repreſentant colorem ꝓprium faciei: non autem figuram ꝓpriam: ſed maiorem. Aliqua vero repreſentant colorem ꝓprium et figuram ꝓpriam: vt plana calybea. Tunc dico cum Buridano in de ſenſu et ſenſato parietem ſpeculum eſſe large: ꝙ poſſit reflectere ſpecies quando ꝓpter lumen irradians ſunt intenſiores: ibicꝫ ex ſpeculi aſperitate: repreſentare colorem vitrine: et nō figurā eius: qui paries ſi eſſet ſpeculum perfectum repreſentaret colorem ꝓprium vitrine. Ideocꝫ quod videtur eſt color vitrine: qui ē in ipſamet vitrina: per radios reflexos a pariete. Et ita cuꝫ in aliquo pariete vbi ſol irradiat videris tibi videri lumen ne credas: ſed vides potius lucē ſolis per radios reflexos videreſcꝫ ſolem et figuram eius ſi paries eſſet cum tribus conditionibus ſpeculi. ſ. denſitate. terſitudie: et politura.

¶ Secunda dubitatio eſt: an lumen ſit qualitas corporalis. Cui dubitationi per vnā cōcluſionem reſpondeo. Tam lumen quam omnes ſpecies ſenſibiles ſunt qualitates corꝑales. Et ſuadeo hanc concluſionem quattuor rationibus. Prima ratio eſt. Dicit Cantuarienſis in ſecunda parte perſpectiue. Viſio fit in puncto phiſico et nō mathematico quod ipſe ſignificat fieri per ſpecies quas vocat lineas phiſicas. i. naturales longas: latas: et ꝓfundas Et non per lineas mathematicas q̄ ſint longe abſcꝫ latitudine et ꝓfunditate. ¶ Secunda ratio ē. Omne quod diſponitur per aliquam figuram eſt extēſuꝫ ſed ſpecies diſponuntur per aliquam figuram: ergo ſunt extenſe. Maior eſt nota: et ſuadeƭ minor quia viſio fit per piramidem radioſam cuius baſis eſt obiectum: conus vero in centro oculi: ſed piramis radioſa eſt aggregatum ſpecierum viſibilium diſpoſitarum in forma piramidis. ¶ Tertia ratio eſt. Omne quod eſt in ſubiecto extenſo ſeruans modum quātitatiuum eſt extenſum: ſed ſpecies ſunt in ſubiecto extenſo puta in humore criſtalino ſeruantes ibi moduꝫ quantitatiuū. Igitur ſpecies ſunt extenſe. Maior nota eſt. Minor ꝓbatur auctoritate Cantuariēſis in ſecunda parte perſpectiue dicentis. Talem debent ſpecies ſeruare ordinem in criſtalina qualem partes obiecti in obiectū: ſed hec eſt quia ſpecies tertiarum extremalium obiecti debēt eſſe in tertiis extremalibus criſtaline: et ſpecies tertie medie obiecti debent eſſe in tertia media criſtaline. Igitur ille ſpecies in criſtalina ſeruant modum quantitatiuum. ꝙ ſi dicas ꝙ lumen eſt qualitas corꝑalis et ſpecies ſenſibiles: igitur poterunt videri oculo corporali. ¶ Reſpondeo negando conſequentiam: quia cum ſpecies ſint in re diaphana: et omne viſibile debet tranſcendere medium per quod videtur in denſitate ſequitur illas ſpecies non videri quia ſunt in ſubiecto equaliter diaphano: ſicut eſt medium per quod videri debent. Vel dicas ſecūdo ꝙ ille ſpecies non poſſunt videri quia ex natura repugnat eis videri. ¶ Quarta ratio eſt et innititur authoritati Ariſtotelis decimoquinto ꝓbleumatum ꝓbleumate finali vbi querit cauſam ꝓpter quid conus vmbre piramidalis ſemper videtur tremere cui problemati duas reddit cauſas. Prima quia ſol moueƭ in ambas partes orientem verſus: et occidentem verſus. Ideo conus vmbre tremit: tremente namcꝫ luminoſo tremit et vmbra; attamen hāc cauſam reiicit

phs.

phs quia et illa ſeq̃retur ꝙ cum ſol tardiꝰ ferat̃ orientem verſus ad illam ptem deberet tardiꝰ vmbra moueri: qd̄ mōſtrat experientia eſſe falſum. Primā cauſaꝫ exhibet phs de mēte Democriti ꝙ ī acre ſemper mouent̃ quedam corpuſcula athomalia quorum experientia agnoſcit̃ in radijs ſolaribꝰ penetrātibꝰ ꝑ anguſtū foramen: quia propter vnionē magis cale fit aer et ſic plura corpuſcula ad ſe trahit quorū eſt cōtinuꝰ motꝰ: ⁊ qꝛ ī cono vmbre radij incipiūt vehementius illuminare propter eē ibi vnitos: incipiunt etiam atrahere plꝰ de illis corpuſculis quorū motu ad vmbram et extra vmbram vmbra apparet moueri. Tertiā cauſam nō īmerito addiderim ꝙ qꝛ ad extremitatē vmbre in oīa latera cōfluit lumen primariū ſemper aliud ⁊ aliud: benemerito ex luminis diuerſitate qꝛ ſemꝑ eſt aliud et aliud ex motu ſolis agitabit̃ aer cuiꝰ motu vmbra mouet̃ ex quo infero ꝙ ſi lumen aliud cū exiſtat: aerē mouet, ipſum ē corporale, qꝛ nihil mouetur niſi corpꝰ vt Ariſ. 6 phiſicoꝝ.

## ¶ In hanc tñ noſtram aſſertionem

q̇s argueret autoritate phi. 2. de aīa dicētis ꝙ lumē non eſt corpꝰ, cōtra democritū. Reſpondet̃ ꝙ Ariſ. cepit corpꝰ ꝓ corpore de predicamento ſubſtantie cōpoſito ex materia et forma: aut ꝓ corpore de p̄dicamento quantitatis. Nos vero cū dicimꝰ eē corpus accipimꝰ corpꝰ ꝓ corpore de p̄dicamento qualitatis. Secundo inſtaret aliq̇s ꝙ ſi lumen eſt corpꝰ et aere ſubtiliꝰ: iure q̇reret̃ cur aer ſpongiā penetrat: id nequeūte facere lumine. Reſpondeo p̄notando duas inſignes differentias ſpecieꝝ viſibiliū: et audibilium Prima ē ꝙ ſpecies vrſibiles fiunt in inſtanti: audibiles vero ſucceſſiue. Qd̄ bene mōſtrat experientia. Naꝫ ſcindente aliquo ligna in ſilua cū abſte videtur ſecdūꝰ ictꝰ audit̃ prius: qꝛ ſpecies ſoni ſucceſſiue multiplicāt̃: viſibiles vero in inſtanti. Secunda experiētia ꝙ cū tonitruū primo fiat, imo ſit cauſa fulguris. Primo videt̃ fulgur q̄ꝫ tonitruū audiat̃: cuiꝰ eſt cauſa ꝙ ſpecies fulguris in inſtanti multiplicant̃ ſꝫ tonitrui audibiles ſucceſſiue. Secunda differentia eſt species viſibiles. (Quaꝝ ē vna ipſum lumen) fiunt ex neceſſitate ꝑ lineā rectā: hoc approbante cantua. In p̄ia parte perſ. dicenti lumini ſemꝑ ē anexꝰ inceſſus rectus: audibiles vero poſſunt fieri ꝑ lineam curuaꝫ: vt pꝫ de audiente aliquē poſt feneſtrā ex alia parte parietis. et de pueris ludificantibꝰ quoꝝ vnus in vna parte trabis alloquit̃ illum qui eſt ex alia parte: qd̄ euenit propter motū aeris faciliorē in ſtricto: vbi clare vides ſpēs audibiles penetrare foramina torta ligni nō per lineaꝫ rectā ex quibus palā fit abſonum eſſe ꝙ radijs ſolaribus penetrantibus per anguſtum foramē per qd̄ ventus cōtinuꝰ rapiat aerem lumē aſſiſtat ⁊ non inhereat: imo credimꝰ ibi aliud ⁊ aliud lumen fore qd̄ in inſtāti a ſole cauſat̃: ſubiecto ibideꝫ exiſtente alio: ⁊ ideo per ſpongiā nō penetrat lumen: bene tñ penetrat ipe aer qꝛ pori ſpongie ſunt tortuoſi: et lumē ad penetrādū indiget igreſſu recto

## Tertia dubitatio inquirit de diuiſione luminis in primariū ⁊ ſecūdariū.

Lumen primariū ē qd̄ a luminoſo generat̃ ꝑ radios rectos: reflexos vel refractos. Pro cuius diffinitiōis declaratione ſigillatim proſequamur diffinitiones iſtoruꝫ membroꝝ Et primo radij recti qui eſt dictꝰ alio noīe incidens: qꝛ a luminoſo imediate ꝓfluit in aliqd̄ corpus. Radiꝰ reflexus eſt ille q̇ ꝓfluit a radio recto in partē oppoſitā illi vbi deſinit radiꝰ rectꝰ vel reflexꝰ. Quoniā aliq̄ndo dat̃ reflexꝰ reflexi: et dr̃ reflexꝰ qꝛ ibi eſt reflexio vbi ē finis vniꝰ et p̄ncipiū alteriꝰ. Radius refractꝰ ē q̇ diſcedit ab inceſſu recto ꝓpter media diuerſarū diaphaneitatū (et hunc radiū ponēdū fore oſtendit experientia: ꝙ quiſpiā nō videns monerā intra ſcutelam videt eam ſi vas īpleat̃ aqua linpida:) euenit ꝓptera ꝙ ante effuſionē aque ſpecies monete ſurſum ibant non potentes ꝑ latera ſcutele ad oculū penetrare: ſꝫ in recta aqua ſpecies mouete donec ab aqua exibant recte penetrabant ſꝫ ī cexitu ab aq̃ fracte ſunt verſus ceulū: et ita viſa ē moneta. Umbra vero ē lumne ſecundariū: et hoc mō diffinit̃ cantuarienſe. Secūda parte perſ. vmbra eſt lumen diminutū vel ſecundarium: cui diffinitioni ego addo ad maiorē explicationē ꝓductū a radijs rectis (terminantibꝰ totam vmbre latitudinem; ꝓductum inq̄ꝫ retro oppacū et diminutū dr̃ qꝛ ꝓducit̃ a radijs p̄dictis rectis retro) oppacū, in quo loco nullū patrocinīū accipiunt a ſole obidqꝫ diminute agit̃ riuulꝰ non ſcatuariēs a fonte crederiꝫ vmbrā a lumīe p̄mario ſpecie differre Prīo qꝛ niſi ſic lumē eēt qualitas actiua. Secūdo qꝛ ſi nō differet lumen primariū ab vmbra niſi ꝑ intenſum et remiſſum: ſeq̇ret̃ ꝙ aliqd̄ luminoſū nullo pereſente opaco poſſet cauſare vmbrā qd̄ nullꝰ phus diceret et ſeq̇lla ꝓbat̃: qꝛ ſi eſſet aer nubilis plenus: ꝓpter qd̄ lumen ita remiſſum cauſaretur ſicut in aliq̄ vmbra ſplendidiſſima cuiuſdā luminoſi. Jam lumen illiꝰ aeris vmbra diceret̃: cū ſit tantum remiſſum: ſicut aliud retro oppacū. Tertio qꝛ ſi aliq̇d a tota ſpecie intēſiōne alteriꝰ equare neq̇t cur nō differt ſpecie ab illo. Necredas Ludouico coronel ſecundo phiſicoꝝ omnibꝰ mathematiticis contrauenienti ꝙ vmbra cauſat̃ a lumine per radios reflexos ita ꝙ credit radios rectos tāgentes oppacū a ſe emitere reflexos retro oppacū q̇ ſunt vmbra. Naꝫ ex illa ſeq̇ret̃ prīo ꝙ angulꝰ contingentie eēt diuiſſibilis linea recta: cuius oppoſitū Eucli tertio elementorum demoſtratiue deducit ſeq̇llā tñ ꝓbo ſit radiꝰ rectus q̇ tangit oppacū rotundū in puncto. a. cū quo cauſat duos angulos cōtingentie: et ſi verū eſt qd̄ a pūcto. a vmbra ꝓfluit ꝑ radios reflexos retro oppacuꝫ: et q̇lꝫ radiꝰ linea recta ē: ſeq̇t̃ ꝙ a puncto. a. inter oppacum et radiū rectū ꝓfluit linea reflexa recta q̄ angulū cōtingentie diuidat: qd̄ q̄ꝫ ſit a mathematicis alienū viderint oēs. ¶ Secūdū incōueniens tenet̃ etiā concedere ꝙ angulꝰ incidētie ⁊ reflexionis nō ſint eq̇les qd̄ eſt contrauenire toti perſpectiue: et ꝓbat̃ ſeq̇lla namqꝫ angulꝰ quem cauſat radiꝰ rectꝰ cū oppaco rotūdo ſub puncto. a. eſt angulꝰ incidentie: et ille q̇ cauſat̃ a radio reflexo mediante inter p̄dictū rectū et inter oppacū rotundū eſt angulꝰ reflexionis: q̇ ē pars illiꝰ: ergo aut pars eſt eq̇lis toti aut angulꝰ incidētie et reflexiōis nō ſunt eq̇les. Tenebra vero eſt ꝑuatio tā luminis p̄marij q̄ꝫ ſecundarij et ita tenebra nihil eſt ꝙ ſi ſcriptura dicat. Benedicite tenebre domino dicit magr̄ ſententiaꝝ diſtin. 12. ſecundi. ibi capit tenebras ꝓ aere obſcurato.

## ¶ Quarta queſto īquirit an lumina

diuerſoꝝ luminoꝝ: et lumē rectū et reflexū eiuſdē luminoſi differant ſpecie: cui queſtioni reſpondet hec cōcluſio cōformis Georgio bruxelenſi atqꝫ Cantuarienſi prima parte ſue ꝑſpectiue: quicquid in oppm̄ eiꝰ calūniet Ludouicꝰ coronel. 3. phiſicoꝝ ꝓſequendo materiā de intenſiōe ſup. 9. argt̄o principali. Cōcluſio ē; lumina diuerſoꝝ luminoſoꝝ atqꝫ lumē rectū

Q̄ð lūina et reflexū eiuſdem luminoſi differunt ſpecie. Iſta cō
diuerſoꝝ cluſio ꝓbaẗ quo ad primā ſui partē triplici rōne. Pri
lūinoſoꝝ ma rō eſt auctoritas Cantuarienſis prima parte ſue
differant perſpectiue dicentis. Lumina non permiſceri cuius
ſpecie. authoritatis intellectus non eſt: ꝙ lumina nō ſint in
Rō.1. eodē ſubiecto adequate. Nā claret per experientiā
ꝙ poſitis duabus candelis: lumen vnius per totū ae-
rē diffunditur ⁊ etiā lumē alteriꝰ: igitur illa lumina
habent ſe penetratiue. Nec valet dicere ꝙ dicit Lu-
douicus coronel loco ꝑcitato ꝙ lumina impermixte
ſe habent. i. habēt diuerſos inceſſus rectos: qđ dicit
experientiam cōprobare. Nam poſitis duobus lumi
noſis corā eodē oppaco ꝓijciūt diuerſas vmbras ad
diuerſas partes: qđ certe arguit diuerſum inceſſum
rectum vniꝰ ⁊ alteriꝰ. Iſta expoſitio cōtrauenit Cā
tuarienſi. j. p. perſpectiue dicenti. Quilibet pūctꝰ lu
minoſi vel colorati viſibilis ꝓducit ſpēs in oēꝫ parteꝫ
medij obiecti. i. quilibet punctus obiecti replet ſpe-
ciebus totū mediū ſibi ꝑſentatuꝫ ꝙ ſi ita eſt: ſequitur
nō eſſe aliā viā lumini ꝓducto a luminoſo. a. quā a lu
minoſo. b. qꝛ totū mediū ē vtriq̃ via. Quare credo
Cantuarienſem intellexiſſe ꝙ ibi magiſter Ciruelo
Rō.2. declarat lumina diuerſoꝝ luminoſoꝝ impermixte ſe
habere. i. non facere vnum intenſiue. ¶ Secūda rō:
volo ꝙ ſit vnū luminoſum. a. qđ quidē ꝓducat per vnū
ſpaciū quadrupedale lumen ab octo vſq̃ ad nō gra
dū: ⁊ in medio ſpacij ponaẗ quoddā oppacū: ita ꝙ in
illo ſpacio ibi pedali fiat lumen vniforme vt octo ita
ꝙ ſolū ab illo luminoſo ꝓfluat poſt oppacum vna vm
bra ſublato aūt luminoſo illo. a. volo alia duo ꝯtrapo
ſita lumen ante oppacū facere vniforme vt octo ſi lu
mina ſe intendāt ꝗuis ſint diuerſorum luminoſorum
quid eſt in cauſa ꝙ a lumine vniformi vt octo cauſato
ab vno dumtaxat luminoſo ſola vmbra vna fiat: et ab
altero lumine vniformi vt octo cauſato a duobus lu-
minoſis duplex vmbra fiat: niſi ꝙ illic vbi ſunt duo lu
minoſa ipſi oppaco anteponuntur duo lumina diuer
Rō.3. ſarū ſpecierū: quibus duplex vmbra rn̄deat. ¶ Ter
tia rō: ſint duo luminoſa. a. b. ⁊ ſit vnū oppacū. c. ⁊ ꝓij
ciat. a. vmbrā in. a. c. B. vero in vmbrā. c. b. ſi lumē ꝓ
ductū ab. a. in. c. et lumen ꝓductū. a. b. in. c. ſunt eiuſ
dem ſpeciei: quid eſt in cauſa ꝙ ſublato oppaco tol-
litur vmbra. a. c. per ipſum. a. luminoſum: nō vero tol
litur per. b. cum. b. ſit ꝓpinquius vmbre. a. c. quaꝫ. a.
Diſtat enim. a. per diametrū. b. vero per coſtā: non ē
certe ab aliō niſi qꝛ lumina primaria. a. ⁊. b. differūt
ſpē a quibꝰ vmbre differentes ſpecie ꝓfluunt: ⁊ ideo
tolliẗ ab. a. vmbra ſua: qꝛ priuatiuum non tolliẗ: niſi
per proprium habitū: ⁊ quia lumen. a. cōtrariaẗ vm
bre eiuſdem. a. ⁊ non. b. tollitur ab. a. et non a. b. ꝙ ſi
dicas duo ignes eidem paſſo approximati ꝓducunt
calores eiuſdem ſpeciei: ergo ſimili mō duo lumino
ſa. ¶ Dicas ad hoc negando ꝯn̄aꝫ qꝛ luminoſa ſapi
unt neſcio quid intentionale: in quibus effectibꝰ intē
tionalibꝰ ꝗuis agētia ſint eiuſdē ſpeciei nō ꝓpterea
effectus: vt bene monſtrat de Aliaco in ſuis poſterio
ribus, opinans noticiam fortis ⁊ plonis ſpē differ-
re ꝗuis obiecta ſunt eiuſdem ſpeciei. ¶ Secunda
pars ꝯclonis probaẗ: bene ſequiẗ luces reflexe ſunt
debiliores quam recte: ergo luces reflexe differunt
ſpē a rectis: pꝫ ꝯn̄a qꝛ ſi aliquid a tota ſpē eſt debiliꝰ
alio differt ſpē ab illo: ſꝫ ita ē de duobꝰ luminibꝰ refle
xis et rectis: qđ ſic perſuadeẗ experientia. Naꝫ ſi ali
quis videat ſe in ſpeculo pluſq̃ millies, non ita bene
recordatur ſui ſicut ſi ſemel videat alium hominem
per radios rectos. Secūda ratio ſi lumen reflexum
eſſet eiuſdem ſpeciei cū recto, ſeq̄reẗ ꝙ lumē eēt qua
litas actiua qꝛ lumē rectū ꝓducit lumē reflexum et
eiuſdem ſpeciei cum illo. ¶ Ex quo inferas aliqua Cor. 1.
corrolaria. Primū correlariū eſt ꝙ quemadmodū a
philoſophis poniẗ impetꝰ reflexus differre ſpē a rec-
to: qualis eſt impetꝰ pile reſilientis: ita radiꝰ reflexꝰ
differt ſpecie a recto. ¶ Secūdo infertur ꝙ nō ſolū Cor. 2.
radiꝰ reflexꝰ cauſatur a radio recto: ſꝫ partialiter et
effectiue cauſaẗ ab opaco. ¶ Inferẗ tertio ꝙ nullum Cor. 3.
ē corpꝰ tā oppacū quin ſit cauſa luminis cū ꝑtialr̄ ab
opaco cēſetur effectiue. ¶ Inferẗ q̄rto ꝙ ſi vnū lumino Cor. 4.
ſum poſſet facere latitudinē lūinis a q̄ttuor vſq̃ ad
non gradū ꝑ ſpaciū quadrupedale, ſi ī medio pona-
tur oppacū non fiet lumen aſi oppacū vniforme vt q̄t
tuor intenſiue: qꝛ reflexū cū ſit alterius ſpeciei a rec
to non intendit rectū: ſed propter reflexionē erit lu-
men maiꝰ in nūero ſicut apud tenētes qđ calor natu-
ralis hominis et ignis differūt ſpecie: dicent ꝙ ma-
nu calefacta ab igne in manu erit nō maior calor in
tenſiue: ſed maior quo ad numerū id eſt magis de ca
lore. ¶ Inferẗ quinto ꝙ ꝗuis calor reflexus intēdat
calorē rectū: non tn̄ lumen reflexū intendit lumē rec Cor. 5.
tum: quia differunt ſpecie ꝙ ſi petas cauſam quare
potius lumen rectū et reflexū differunt ſpecie quam
calor rectꝰ et reflexꝰ: dico cauſam eē qꝛ ad differen
tiā ſpecificā luminū rectorū et reflexorū ſunt ratio
nes vrgentes q̄ non ſunt ad calorē rectū et reflexū.

¶ Dubitaẗ ſcđo ad q̄ntā vtrū diſtan
tiam impediẗ actio recta ad tantā recōpenſeẗ actio
reflexa. Ad ſecūdam dubitationem in vna concluſio
ne reſponſiua diciẗ ad tantam diſtantiā agens natu-
rale penſat defectum ſue recte actionis per accionē
reflexā ad quantā priuata eſt actio recta. Iſta cōclu
ſio multis experientijs ꝓbaẗ. ¶ Prima expientia in
cela ꝑua ignis ꝯtentꝰ vſq̃ adeo illā calefacit vt exa-
minet ibidē cōtētos: qđ ē qꝛ calor īpeditꝰ a diffuſiōe
ſua per lineā rectā cōpenſat illud accione reflexa ⁊
ex reflexo calore ⁊ recto duplicaẗ calor. ¶ Scđa rō
in capſula parua ignis cōtētꝰ citiſſime incineratur
illud agente vehementia caloris qui factus intēſior
ꝓpter non habere ſpiraculū: cuius defectu non diffu
ſus eſt et in ſe reflexꝰ intendebaẗ ⁊ citiſſime ꝯſumit
humiditatē continuatiuam carbonis. ¶ Tertia ra-
tio q̇ moriunẗ ſtrangulati moriunẗ corde ⁊ pulmone
d nigratis: ꝙ euenit ꝓpterea ꝙ cū illa mēbra ſint ca-
lidiſſima vt monſtrat indigentia refrigerij ab aere
quo aer deficiēte illa ampliꝰ calefiunt atq̃ calor nō
habens quo ſe diffundat in ſe reflexꝰ illa mēbra con
ſumit: quibus cum deficit humiditas radicalis ꝓ vi
ta neceſſaria moriunẗ: ⁊ mortuo corde mori alia mē
bra neceſſe eſt: quod aūt illorū mēbrorū humiditas
conſumatur Hipocrates oſtēdit ſecūda aphoriſmo-
rum dicens ſtrangulatos cognoſci eē mortuos ſi ſpu
ma ſanguinolenta circa os appareat qꝛ indicat illa
ſpuma ꝙ humiditas radicalis fuit exhauſta. ¶ Sꝫ
in hanc concluſionē inſtaẗ ſequereẗ ꝙ non eēt media
regio aeris frigida ꝯn̄s eſt falſum: et ꝓbaẗ ſequella
qꝛ vna de cauſis frigiditatis medie regionis eſt pri
uatio radiorū reflexorū non potentiū attingere illā
bene tn̄ infimā propter quod temperaẗ infima et nō
media ſed ſic eſt ꝙ ad mediā regionē aeris attingūt
radij reflexi ergo media regio aeris nō ē frigida ꝙ
autē attingant ad mediā regionē aeris probaẗ. Nā
ſol qui eſt in hoc hemiſpherio ſi nō obſtaret terra illu
minaret ꝑtem oppoſitā celi: ergo radij qui reflecten

tur reflectent̃ vſq; ad celū.ex quo ſequit̃ mediā re-
gionē aeris fore calidā. Rn̄det Lu.coronel.ꝗ.phi.
ꝙ ſub equinoctiali nulla ē media regio aer⁊ frigida
cui⁹ cā ē q: radij recti ibi ſunt ꝑpēdiculares ꝑ eādē
viā reflexi q̄ ibāt,ſ; ī alijs ꝑtib⁹ ponit mediā regionē
aer⁊,q: radij ſolis ſunt obliq̄ ipothemiſales q̄quidē
alia via reflectunt̃ quam venerint:obidq; in inter
ſtitio medio inter reflexos ⁊ rectos erit loc⁹ frigidi
tati medie regiōis. ¶ Sȝ ne credas hoc q: eq̄nocria
lis eſt regio temperatiſſima.obidq; ſiccitas aeris
ab hūiditate pluuiali aliq̄n tēꝑabit̃.ģ ſi illic ſunt plu
uie illic ē media regio aeris frigida.ꝓpt̃ qd̄ ego nō
dicere frigiditatē medie regiōis ex ſolo defectu ra
dioꝝ reflexoꝝ:ſȝ potius ꝑ cā optima darē ꝙ conſtel-
latiōes celeſtes fuerūt a deo taliter cōpoſite ꝙ p̄nt
violentare ipā mediā regionē aeris declinando illā
a ſua nā:q: facerent illā ꝑpetuo frigidā:melius ē.n.
bonū gentis ꝙ bonū vni⁹ hominis:et ꝑ hoc ſoluit̃ ar
gumentū. ¶ Ad huc cōtra illā concluſionē arguit̃:in
q̄ dictū ē,ꝙ ad quantā diſtantiā agēs d̄ficit ab actio
ne recta ad tantā cōpenſat actionē reflexā ex illo ſe-
queret̃ aliquod agens ab extrinſeco agere vniformi
ter:et ſeq̄lla ꝓbatur:ſuppoſito qd̄ ſignet̃ vnū lumino
ſum illuminans ab.8.vſq; ad non gradū ꝑ vnā diſtā
tia decupedalē et in medio ſpacij ponat̃ vnū opacū:⁊
clarū eſt ꝙ ibi ipedit̃ diffuſio medietatis latitudinis
a q̄ttuor vſq; ad non gradū:q̄ ipedita tantūdē reflc
tetur ante opacū qd̄ quidē additū latitudini ab.8:
vſq; ad non gradū faciet ipm totū eē vniforme vt.8.
qd̄ aūt hoc ſit falſum patet:q: ex illo ſequeret̃ ꝙ tu ita
bn̄ videres literas ꝓpe luminoſum ſicut diſtanter et
econuerſo:qd̄ vr̃ eē contra experientiā.ad hoc argu
mentū reſpōdet.lu.co.ꝗ.phi.fatendo ſequellā eius:
ſȝ ꝑfecto ego non credo hoc:q: in puncto illi⁹ obſta
culi non video quomodo ſuꝑ addet̃ lumen vt q̄ttuor:
q: cū tale lumen vt q̄ttuor non īpediat̃ ꝑ obſtaculum
non videt̃ ꝙ actione reflexa d̄beat recupendi ſimile lu
men vt q̄ttuor:ſȝ replicat̃ ad huc ſequeret̃ a lumino
ſo finito infinite intenſum lumen cāri ꝓpe ſe in ali-
quo obſtaculo:ꝯñs nemo ph̄s⁹ concederet:ģ noſtra con
cluſio reſpōſiua falſa:ſequella tn̄ ꝓbat̃:ſi illud obſta-
culū de quo dixit argūentū iterū poneret̃ ad medie-
tate ſpacij vniformiter illuminati fieret lumen qd̄ āte
erat vt octo vt.16.et ſi iterū poneret̃ obſtaculū in me
dia ſpacij illuminati vt.16.fieret vt.32.ģ q̄n fuerit
obſtaculū contāgens luminoſum:ꝓducetur in obſta
culo lumen infinite intenſu;:ad hoc dicit cō.ꝗ.phi ſi
ꝯcedēdo illatū ſi teneam⁹ q̄litates non terminari ad
intenſiſſimū:ſȝ ne credas hoc:ideo dico ꝙ luminoſu;
quando ꝑ actionē reflexā intendit,illud ē ſi qd̄ erat
ꝓductū actione recta non erat vniforme.nā dū erat
vniformiter difforme nōdū luminoſu; aſſimilauerat
ſibi paſſum in omnib⁹ partib⁹:et ideo actione refle-
xa poterat:effectus intendi:ſȝ q̄n luminoſum ꝓdu-
xerat vniformiter ꝑ aliquā diſtantia:ꝙuis ponat̃ obſ
taculū agens nāle:qd̄ eſt luminoſum non intendit:ꝙ
inueniet paſſum aſſimilatū. ¶ Et contra cōcluſionē:
ad huc arguit̃:ſi detur duo luminoſa eq̄lia āбo cōtra
poſita.quoꝝ quodlȝ ponat̃ in ſphera actiuitatis alte
ri⁹:et ſunt vt.8.cōmuniter dicunt:ꝙ ibi cāt̃ lumen
vniforme vt.8.licet marſi.oppoſitum aſſerat p̄rio de
ģnatione qōne.2.cuius ratio:ꝙ ſi quiſpiā legat lit-
teras in medio ſpacij illuminati ab illis luminoſis nō
videbit ita ꝑfecte ſicut ſi appinq̄tus fuerit ad vnū lu
minoſoꝝ:qd̄ eſt indiciū vt ait ꝙ tale lumen nō ſit vni
forme:ſȝ rectius ſuꝑ hoc opinat⁹ ē ludo.coro.ꝗ.phi
credens tale lumen fore vniforme:et ad reſpōdēdū
argumento marſilij p̄mito duo primū ē ꝙ q̄nto radij
recti ſunt fortiores tanto reflexi inde orti ſunt fortio
res ſuppono.2.ꝙ nihil pōt videri ꝑ lumē rectū p̄ter
lucē.nā ſi vides aliqd̄ aliud.p̄rio ſuꝑ illō cadit lumen
rectū et deinde ab illo obiecto reflectit̃ reflexū:q̄-
b⁹ poſitis dico ꝙ:q: prope luminoſa radij recti ſunt
fortiores reflexi inde orti quib⁹ littere vident̃ ſunt
fortiores:et ſi dicas lumen rectū ē eq̄le ꝓpe lumino-
ſum et diſtanter ab illo:ģ reflexū erit eq̄le r̄ndeo,ꝙ
decipit̃ q̄ cogitat ꝑ reflexos āбoꝝ luminoſoꝝ videre
eūdē oculū idē obiectū.nā cū tales reflexi rēdāt ad
diuerſas ꝑtes nō poſſunt ī eadē ꝑte oculi eē. ¶ Adde
huic dubitationi:ꝙ non ſeq̄tur iſta res cognoſcitur ꝑ
radios reflexos:ģ abſtractiue:imo ītuitiue videt ali
q̄s ſuā coronā vno ſpeculo poſito retro caput:et alio
ante caput et illud eſt:q: ſpēs recte corone tendunt
ad ſpeculū retro caput ⁊ ab illo reflectunt̃ ad ſpecu
lū ante caput,et ab illo ad oculos:et hec eſt cā qua-
re poſitis duob⁹ ſpeculis cōtra ſe vno rotundo ⁊ alio
quadrato:rotūdū vr̃ in quadrato:q: ꝓducit ſpēs ī q̄
drato et ille reflectunt̃ ad oculū:et ſic vr̃ rotundū in
quadrato ī p̄rio loco,et quadratū vr̃ intra ſe.quia q̄-
dratū ꝓducit ſpēs in rotundo q̄ iteꝝ reflectūtur in
q̄dratū:et ab ipſo q̄drato ad oculos:et ita oculi vi
dent ſpeculum q̄dratū in ſe.

## ¶ Tertia dubitatio querit de radijs

refractis:ad q̄ dico qd̄ radi⁹ refract⁹ ē q̄ d̄clinat ab
īceſſu recto ī ocurſu medij alteri⁹ diaphanitatis:⁊
ꝓ declaratione materie pono aliquas ꝯclōnes p̄i-
ma ſit radi⁹ ſit ꝑpēdiclaris trāſit ꝑ oīa media irrefra
ctus:iſta.ꝯclō.ꝓbatur ſit vna linea a b diuidens aerē
ab aq̄:et ſuꝑ illā cadat linea c a ꝑpendiculariter:di
co ꝙ c d ē irrefracta.nā ſi eēt refracta cū n̄ ſit potior
ratio ꝙ frangat̃ in vnam partem,quam in aliam
deberet frangi in omnem partē qd̄ repugnat nature
cū continuū nō poſſit actu eē diuiſum in omnē ſuā ꝑtē
et hec ē cā q̄re certificamur de reb⁹ ꝑ radios perpē
diculares:et illud ſenſit cantuarenſis cū dixit:viſio
fit ꝑ piramidē radioſam:certitudo v̄o per axē trans
portatā.i.ꝑpendicularē ductā ab oculo voluendo ſe
in oēs partes obiecti. ¶ Scđa ꝓpoſitio radius obli-
qu⁹ in ocurſu medij alteri⁹ diaphanitatis frangit̃ ſi
mediū eſt rari⁹ ad qd̄.2.ꝯuenit a ꝑpendiculari:ſi v̄o
mediū ad qd̄.2.deuenit ē denſi⁹ frangunt̃ ad ꝑpēdi-
culare iſta ꝓpō ꝓbatur.p̄rio ꝙ d̄nt̃ radij fracti.2.ꝙ
dentur a ꝑpendiculari:et ad ꝑpendicularē p̄rȝ ſua-
detur hoc mō littere viſe ꝑ ſpecilla apparent maio-
res quā ſint qd̄ euenit ꝓp diſgregationē et radiorum
fractionē cū.n.ſpēs eēnt cōiuncte in ſpecillis diſgre
gate in egreſſu ab eis:et āplificate faciunt rē appa-
rere maiorē ꝙ ſit.2.illud ꝑſuadetur:ſit vnū viſibile.
appoſitū ī ſcutela ita ꝙ ab oculo b non vr̃:q: ipediūt
latera ſcutele:et ſpēs talis viſibilis:tendant in c que
non veniunt ad oculū b īpleta ſcutela aq̄ vr̃ a viſibile
a b et hoc non pōt eſſe niſi:q: ſpēs que ab a debebāt
ire per c recte vſq; ad c refrāgunt̃ ad b ita ꝙ ſit vna
linea fracta a c b:ģ datur radius fract⁹ ꝙ aūt iſte ra
di⁹ ſit fractus,a ꝑpendiculari ꝓbatur voco ꝑpendi-
calarē illā que a puncto cōtactus duoꝝ mediorū ꝑpē
culariter eleuatur:et debes illā ꝑpendicularem ele
uare ſuꝑ medio vbi debet eē fractio ꝙ ita ģ ſit patet
qd̄ illō viſibile vr̃ ab oculo b ꝓpinqui⁹ ꝙ eſt.ē.n.in pū
cto a et vr̃ in g vnde regula ē diuiſibile ē in medio dē
ſiori et ocul⁹ ī rariori vr̃ ꝓpinqui⁹ ꝙ ſit:et ita piſces

viſi in aqua apparent, ſi videanť ꝑ radios obliquos
in ſumitate aq̄: et ſi tu poneres obiectū ī aere et ocu
lum ſub aqua frangeť radiꝰ in ingreſſu ad aquā ad ꝑ
pendicularē: et oculꝰ q̄ eſt ſub aqua videret obiectū
longinquꝰ ꝙ̄ eſt: vt patet in hac figura. ſit. n. viſibile
ī aere ꝙ ſit a ab oculo c exiſtēte in aq̄ videbiť in b, qȯ
eſt longiꝰ ꝙ̄ vbi ē obiectū. et ſi petas cāꝫ quare radĳ
obliqui in occurſu denſioris frāguntur ad ꝑpendicula
re et in occurſu rarioris a ꝑpendiculari: neſcirē ali
ud dicere niſi qȯ illud eſt ex nā radĳ. nā id qȯ dicūt
aliq̄ ꝙ cā eſt: q2 radius intendit eq̄li fortitudine fer-
ri ꝑ vnū mediū ſicut ꝑ aliud, et q2 nō pōt iſtā fortitu-
dinē adq̄rere in denſo niſi ꝑ acceſſuꝫ ad ꝑpendicula
rē qui ē fortiſſimꝰ: ideo in ingreſſu ad denſum decli
nat ad ꝑpēdicularē: et q2 in egrediendo ad rarꝫ pau
ca indiget fortitudine declinant a ꝑpendiculari: ſꝫ
hec ratio eſt rethorica magiſq̄ꝙ̄ vā q2 cū radĳs nulla
ſit reſiſtentia, non eſt vere dictū ꝙ in ingreſſu ad den
ſum declinent ad ꝑpendicularē ꝓpter adq̄rendū for
titudinē ad penetrandū: non. n. reſiſtet eis ꝓ penetrā
do aliq̄d: ꝗ indigent fortitudine. ¶ Pro cōplemēto
huius tertie dubitationis nota vnā regulaꝫ: ꝙ viſio
ſit in concurſu radĳ cū catheco. ſiue ſiat ꝑ radios re-
flexos ſiue ꝑ radios refractos: voco radiū lineā illaꝫ
per ꝙ̄ apparet viſui ꝙ videat obiectū: voco cathecū
lineā ꝑpendicularē eleuatā ab obiecto ad mediū in
quo ſtat obiectū ſuꝑ ⁊ infra: ita ꝙ illa linea ducať ad
partes medĳ ſuꝑ obiectū: et ad ptes medĳ infra ob-
iectū iſta ꝓpō quo ad ābas partes perſuad[illegible]ť, ꝑ ex-
periētias primo de radĳs reflexis nāq̄ꝫ nō poſſet dare
cāꝫ quare arbor iuxta litꝰ fluuĳ exiſtēs apparet frō
dibꝰ inferius infra aquā: et ſtipite ſuperiꝰ: et ꝑ hoc
recte dať cauſa vt pꝫ in figura: ſit arbor a b oculus c.
clarū eſt qȯ frons a vř a c oculo ī d q̄ ē pars inferior
aq̄. [illegible]r ꝑ hāc regulā reddiť cā quare cū videmꝰ ali-
quid in ſpeculo apparet intra ſpeculū ꝙ pōt videri ī
hac ſcđa figura ſit ſpeculū conuexū a b viſibile c ocu
lus d apparet oculo d ꝙ videat c in e qȯ eſt intra ſpe
culū: ſcđa pars ꝓpoſitionis ꝑſuadetur. nā ſi viſibile ē
ī aere ⁊ oculus in aqua videt viſibile ī aere diſtantiꝰ
quā ē: qȯ non poſſet eē niſi viſio ſiat in concurſu radĳ
cū catheco. qȯ pꝫ ī hac tertia figura ſit linea diuidēs
duo media diuerſe diafaneitatis a b viſibile c ocu-
lus d cathecꝰ eleuactꝰ ab obiecto g videbit oculus
d obiectū in f ꝙ eſt diſtantius a loco vbi eſt et in con-
curſu radĳ cū catheco. Unū tn̄ nota de mēte timonis
tertio metheo. qōne ſcđa qȯ vt radius refrangatur
req̄riť notabilis diuerſitas in diapha. inter vnū me-
diū et aliud. nā dicit ꝓſatus doctor ꝙ ſi deť mediū vni
for. diffor. denſum a nō gradu vſq̄ ad. 8. radius obli
quꝰ q̄ per tale medium trāſibit tranſibit refractꝰ ꝙ
ſi frangereť, aliqȯ continuū eēt actū diuiſum in oēm
ſuā ꝑtem: ꝙ ēt ſuꝑ naturalr̄ aliq̄ non admittunt: et ſe
quella manifeſte patet, ſuppoſita. 14. ꝓpoſitione Eu
clidis primi elementorum ibi dicit ꝙ linee cauſan-
tes angulū non faciunt vnā linā: ſi igiť cuiuſlibet vni
for. difformis q̄lꝫ pars ē vniformiter diffor. ſeq̄ť ī qua
uis ꝑte medĳ radiū illū debere refrangi: et cū ſit re
fractio, ſit angulus: ⁊ ſi angulꝰ non ē vna linea: ſeq̄tur
ꝙ tale lumen ē continuū eēt actu diuiſum in oēm ſuaꝫ
partē: ex quo īferť vnū correlariū ꝙ aliq̄s radiꝰ trā
ſit ad [illegible]ſitare: vt mille vſq̄ addenſitarē vt vnū: et tn̄
non frangiť q2 tranſit gradatim ꝑ oīa media: ex q̄bꝰ
omnibꝰ poteris videre q̄d ē cā cur baculus integer
pro medietate in aere et ꝓ medietate in aqua appa
ret fractus cā eſt: q2 medietas q̄ eſt in aere apparet
in loco vbi eſt: illa vō q̄ ē in aqua ꝓpinquꝰ ꝙ̄ ē: quia
qn̄ viſibile ē in denſo oculꝰ in raro apparet viſibile ꝓ
pinqꝰ quā ē: et ex hoc apparet ille baculꝰ fractꝰ: vt
facile pꝫ in figura ſequenti.

¶ Circa iſtā māꝫ de luminoſis mo-
uentur aliq̄ q̄ōnes ꝓprie huius materie. Pria qȯ an
luminoſum eq̄lem latitudinē luminis agat in medio
denſo ſicut ī raro: ī hac mā due ſunt opiniones. Pria
eſt calculatoris in. c. de actione luminoſi tenentis,
qȯ luminoſum equalē latitudinē luminis agat in de
ſo ſicut in raro: et ꝙ ſol tm̄ illuminat aquā ſicut aerē
poſita paritate diſtantie: et ſi perať q̄ ē dr̄ia inter pro
ductionē luminis in raro et in denſo: diř ꝙ nō eſt dr̄a
quo ad intēſionē luminis ꝓducti: ſꝫ ſolū quo ad diſtā
tiā. q2 per maiorē diſtantiā: producit lumen in me-
dio magis raro: et ſi hoc dicať hoc deſtruit experi-
entiā: q2 videmꝰ cādelā aproximatā aq̄ minꝰ illā illu
minare ꝙ̄ aerē: tn̄ diceret calculator ꝙ tm̄ illuminat
illa candela in aqua ſicut in aere: tn̄. q2 aqua magis
reſiſtit ne ſpēs diffundať ꝙ̄ aer. ideo apparet aqua
minꝰ illuminata ꝙ̄ aer. ¶ Scđa opinio ē Aluari tho
me ī ſuo triplici motu tractatu. 4. c. j. tenentis ꝙ nō
tantam latitudinem luminis agit luminoſum in me-
dio magis denſo ſicut in medio magis raro: et dicit
qȯ ſi vera eēt opinio calculatoris ſeq̄renť multa incō
ueniētia. Primū ſeq̄reť ꝙ luminoſum vt. 8. poſſꝫ age
re ad infinitā diſtātiā. ꝯñs eſſe falſuꝫ nemo ambiget
ſeq̄lla tn̄ ꝓbať: volo ꝙ ſit vnū luminoſum vt. 8. agens
latitudinē ſui luminis ab. 8. vſq̄ ad nō gradu ꝑ vnū
pedale: ſi mediū ſiat in duplo rariꝰ agit latitudinem
ſuā ab. 8. vſq̄ ad nō gradū per bipedalem diſtātiā:
et ſi mediū magis rareſiat agit ad maiorē diſtantiā.
¶ Secūdū incōueniens eſt: ſeq̄reť ꝙ aliqȯ agens na
turale finitū poſſet infinitū de forma facere, ſeq̄lla ꝓ
bať: q2 ꝯñtis falſitas nota eſt, ſi mediū pedale fieret
in centuplo rariꝰ agens ageret ad in centuplo maio
rem diſtantiā: ergo in fine q̄nquageſimi pedalis erit
gradꝰ vt 4. et ante quinquageſimū pedale eſſet plꝰ
quā gradꝰ vt. 4. et ita ſi mediū ī infinitū rareſiat age
ret ad infinita diſtantiā: et ſic infinitū de forā faceret
¶ Calculator tn̄ bona rōne moueбať: q2 dicit. detur
vnū mediū diſpoſitū per qȯ luminoſum vt. 8. agat to-
tā latitudineꝫ ſui luminis ab. 8. vſq̄ ad nō gradū: de
tur aliud mediū ī duplo magis diſpoſitū per tale me
diū luminoſum agit totā eandem latitudineꝫ ab. 8.
vſq̄ ad non gradu niſi ꝙ agit ad maiorē diſtantiā ꝗ
maior vel minor diſpoſitio medĳ nihil facit ad ꝓdu-
ctionem maioris latitudinis: ſed ſolum ad maioreꝫ
diſtantiam.

¶ Ideo propter hec argumēta po
niť opinio aluari thome qua tenet in ſuo triplici mo
tu tractatu. 4. q̄ōne prima, arti. 3. dubita. j. ⁊ ꝓ illiꝰ
declaratione pono aliquas ꝓpoſitiones. pria lumino
ſum non agit totam latitudinem ſui luminis in quod
libꝫ medium in qȯ agit; iſta ꝓpoſitio ꝓbatur: q2 ex-
perimur luminoſum vt. 8. non tm̄ illuminare aquam
ſicut aerem. et ariſ. 2. de anima dicit lumen eſt actꝰ
diaphani ſecundū ꝙ diaphanū ergo quanto maior ē
diaphanitas tanto plus ibi de lumine cauſabitur: et
ad rationē calculatoris qua probat ꝙ tantaꝫ latitu-
dinem luminis agit luminoſum in medio magis diſ
poſito ſicut in minus diſpoſito arguebat cū ſic detur
vnū mediū bn̄ diſpoſitum per qȯ luminoſum vt. 8. ſu
ſiciat agere totam latitudinē ſui luminis ab. 8. vſq̄
ad non gradum et ſigneť aliud mediū in milecuplo

magis rarū quam hoc per illud eamdē latitudinem
luminis aget niſi ꝙ ꝑ maiorē diſtantiā igr̄ ꝑ duo me
dia tā vario mō diſpoſita luminoſum totā ſuā latitu
dinem luminis agit ſola dr̄ia poſita maioris extēſio-
nis ergo eadem ratiōe in oīa media quomodocūqꝫ
diſpoſita agat tale luminoſum equalē latitudinē lu-
minis aget. ¶ Dicit albarus thomas ꝙ quemadmo
dū raritas ē ad ignē bona diſpoſitio tn̄ tm̄ poteſt au
geri raritas ꝙ faciat ignē eē idiſpoſitū ita et tm̄ pōt
augeri diaphācitas ſicut raritas ꝙ ꝓꝑ illā maiorē dia
phancitatē luminoſum agat maiorē latitudinē: ſed
hec reſponſio non placet qꝛ.n. dicat medium in diſ-
poni ad lumē ꝑ hoc qꝺ fiat diaphani⁹: ꝓpterea dico
aliter, ꝙ maginor in mediis triplicē diſpoſitionem
Pria voco minimam q̄ ſufficit vt luminoſum agat to
tam latitudinē ſui luminis: ſcđa diſpoſitio ē qua me-
diū ꝓꝑ denſitatem eſt in diſpoſitū ſufficienter facere
quod non producat luminoſum totā latitudinem ſui
luminis: tertia eſt diſpoſitio melior ꝙ̄ minima q̄ ſuffi-
ciat ad introductionē luminis: et per talem lumino
ſum totam ſuam latitudinem luminis agit: ſꝫ ad ma
iorem diſtantiam. ¶ Secunda ꝓpoſitio lꝫ probabile
ſit ꝙ luminoſum agit latitudinem ſui luminis vnifor
miter difformiter i medio vniformi: pōt tn̄ oppoſitū
teneri: qꝛ potiſſima ratio qua ꝓbatur luminoſum a-
gere totam latitudinem ſui luminis vniformiter dif
formiter eſt: qꝛ cū luminoſum de ſe non habeat reſiſ-
tentiam ꝙ magis vel min⁹ agat, prouenit ei ex diſtā
tia, igi. in eadem ꝓportione qua magis diſtat min⁹
agit et: iſtud eſt agere vniformiter difformiter, ſed
hoc fundamentū eſt falſum ꝙ in eadem proportione
diſtant in eadē proportione plus agerent: quod eſt
falſum: quia tunc ſequeretur ꝙ in pūcto propinquo
infinitam latitudinem luminis caret, cū in infinitum
ſit propinquius quolibet alio.

## ¶ Tertia propoſitio licet ꝑ mediū

rarius. i. diaphani⁹ (ita enim intelligas actenus di-
cta) per maiorem diſtantiā fiat productio luminis
quam per denſius tamē nō in eadem proportione fit
productio per medium rari⁹ ad maiorem diſtantiā
in q̄ mediū eſt rarius: hec probata eſt argumētis for
matis ꝯtra calculatorem.

## ¶ Quarta propoſitio ſi luminoſum

aliquod poteſt agere totam latitudinem ſui luminis
i medio vniformi: tale nō pōt agere totā latitudinē
ſui lūinis i medio difformi. iſta ꝓpō ꝓbatur a calcula
tore hoc modo quia vel tale medium diffor. eſt eque
rarū cū medio vniformi vel non: ſi primū ergo non eſt
difforme: ſi: ſecundū vel eſt magis vel minus: et tu cō
cedis equalem latitudinem agere per vnum ſicut
per aliud medium: ergo idem lumino. agit equalē
latitudinē per duo media inequale rara: conſeq̄ns
eſt contra experientiam: ergo intentum.

## ¶ Quinta propoſitio ſi luminoſum

aliquod per aliquod medium produxerat certam
latitudinem luminis intenſiue ad certam diſtantiam
ipſo creſcente intenſiue dumtaxat ad duplum in du-
plo maiorem latitudinē faciet ad in duplo maiorē
diſtantiam: ſed latitudinem prefatam tantum in tē-
det ad maiorem diſtantiam ſicut ad minorē diſtan-
tiam ex quo pōt hec propoſitio declarari poſito caſu
ꝙ luminoſum vt. 4. fecerit latitudinē ſuā a. 4. vſqꝫ
ad non gradū ꝑ pedalē diſtantiā: et fiat luminoſum
vt. 8. producet latitudo ab. 8. vſqꝫ ad non gradum:



per bipedale: ⁊ erūt producti. 4. grad⁹ vbi erat nō
grad⁹: et vbi erat vt. 2. erit vt. 6. ergo aliī. 4. et vbi
erat vt. 4. erit vt. 8. et ſic ſuꝑ addētur. 4. grad⁹: ꝙ̄
tantum agit circa diſtās ſicut circa propinquum.

## ¶ Sexta propoſitio ſi luminoſum:

aliquod creſcat dumtaxat quantitatiue ipſū ſuper
latitudinem productā plus agit circa diſtans quam
circa ꝓpinqu ū. nā eo ꝙ creuit quantitatiue ad ma-
iorem diſtantiam agit id qꝺ ante egerat. i. eandem
latitudinem. nam ſi a. 4. vſqꝫ ad non gradū egerat
per pedale fecit a. 4. vſqꝫ ad non gradum: modo ſi
creuit ad duplū per bipedale: et ſic produxit vbi
erat nō gradus duos gradus et ibi erant duo grad⁹
vnū ꝙ̄ plus circa diſtans euenit hoc: quia plus inuenit
ſi paſſum aſſimilatum in propinquo quam in diſtanti.

## ¶ Caput primum.

PRima Queſtio eſt. penes
quid attendatur velocitas motus lo-
calis. ¶ Iſta queſtio ꝯtinebit duos ar
gumētos quorum primus aget de mo-
tu locali penes cām: ſecundus vō de
velocitate motus localis penes effectū

## ¶ Accedendo ad primum argumen-

tum vt tenet albarꝰ tho. ii. duo triplici motu: tertia
par. tra. i. c. 2, tres ſunt opiniones de velocitate mo-
tus penes cauſam que non ſunt tenende: pria ꝙ velo
citas motus penes cauſā eſt attendēda: penes ꝓpor
tionem exceſſus vnius potentie ad ſuam reſiſtentiā
ad exceſſum alterius potentie ad ſuam reſiſtentiam
exēplū potentia vt. 6. mouet reſiſtētiā vt. 4. ⁊ mouet
reſiſtētiā vt. 3. et qꝛ exceſſ⁹. 6. ad. 3. ad exceſſū 6. ad. 4
ſe hꝫ i ſeq̄altera ita veloci⁹ mouebit. 6. ipſam reſiſtē
tiā vt 3. ꝙ̄ ipſam reſiſtētiā vt. 4. ſꝫ hec opinio ē falſa. i.
eſt cōtra ariſt. 7. phiſ. dicentē ſi aliq̄ potentia mouet
aliq̄ reſiſtentiā aliqua velocitate medietas poten-
tie mouet medietatē reſiſtentie eadē velocitate, ꝙ āt
ex illa opinione ſequatur ꝙ hoc ſit falſum ꝓbat̄: cō
parat̄ potētia vt 8 ad reſiſtentiā vt q̄tuor ⁊ cōparet̄
potentia vt quattuor ad reſiſtentiam vt duo ſecundū
regulam ariſt allegatam iſte potentie debent moue-
re iſtas reſiſtentias eque velociter: et ex hac opinio
ne ſequitur ꝙ cuꝫ exceſſus ſit duplus potentie vt. 8.
ad reſiſtentiam vt quattuor ad exceſſum potentie vt
quattuor ad reſiſtentiā vt duo potentie vt. 8. i duplo
velocius moueret reſiſtentiā vt q̄tuor ꝙ̄ potētia: vt
reſiſtētiā vt duo qꝺ ē cōtra ariſt. 2. ſeq̄t̄ ex hac opinio
ne ꝙ ſi duo equi quorum quilibet eſſet actiuitatis vt
quattuor portarēt ſeparati duas naues quarum vna
queque eſſet reſiſtentie vt. ⁊, ambo equi ſimul por-
tando ambas naues portarent illas in duplo veloci⁹
ꝙ eſt contra experientiam: et ſequella patet: qꝛ tunc
tota actiuitas que eſt vt. 8. excedit totam reſiſtentiā
que eſt vt quattuor per quattuor et ſigilatiui ille po
tentie excedebant vt. 2. ſed quattuor ad duo eſt pro
portio dupla: ergo in duplo velocius mouebunt ābo
equi ambas naues ꝙ̄ ſinguli ſuā ſequitur. 3. ex hac
opinione ꝙ i duplo velotius due libre ponderis ele-
uarent vnam libram in alia equi libra ꝙ̄ vna libra di
midiam libram in alia equi libra ꝯñs eſt contra ex-
perientiam; et ſequella probatur: qꝛ exceſſus eſt
duplus ad exceſſum.

## ¶ Secunda opinio ꝙ velocitas mo

tus penes cauſam: attenditur penes proportionem.

exceſſus actiuitatis potentie ad actiuitatem reſiſtētie ad exceſſum actiuitatis potentie ad actiuitatem alterius reſiſtentie: exemplu[z] comparatur potentia vt. 8. ad reſiſtentiam: vt duo que ſit actiuitas vt q̄tuoꝛ et comparetur actiuitas vt. 8. ad reſiſtentia[z] vt quattuoꝛ que ſit actiuitas vt ſex: ibi exceſſus potētie vt 8. ad actiuitatē vt quattuoꝛ eſt duplus ad exceſſū potentie vt. 8. ad actiuitatem vt. 6. ergo velocitas qua mouet potentia vt. 8. reſiſtentiam vt. 2. eſt in duplo maioꝛ ꝙ velocias q̄ mouet reſiſtentiā vt q̄ttuoꝛ: ſ[z] hec opinio eadē inpugnatiōe ſicut alia impugnatur.

¶ **Tertia opinio tenet ꝙ velocitas** ad velocitatē ſe habet ſicut pꝛopoꝛtio reſiſtentie ad reſiſtentiam: ita ꝙ potentia vt. 8. mouet in duplo velocius reſiſtentia vt duo quam reſiſtentia vt. 4. quia reſiſtentia vt q̄ttuoꝛ ē dupla ad reſiſtentiā vt duo hec tñ opinio falſa ē: q2 ex illa ſeq̄tur qd̄ a pꝛopoꝛtiōe eq̄litatis fieret actio: falſitas conſequentis nota eſt: et ſequella pꝛobatur bene ſequitur potentia vt. 8. mouet reſiſtentiam vt quattuoꝛ aliqua velocitate: et illa potentia poteſt mouere aliquam aliam reſiſtentiā in duplo tardius et non niſi reſiſtentiam vt. 8. (Qꝛ tu dicis ꝙ velocitas ſe habet ad velocitatem ī dupla quia reſiſtentia ſe habet ad reſiſtentiam in dupla): ergo mouebit reſiſtentiam vt. 8. in duplo tardius q̄ reſiſtentiam vt quattuoꝛ: ergo a pꝛopoꝛtione equalitatis fit actio.

¶ **Quarta opinio eſt vera que tenet** quod velocitas motus ē attendenda penes pꝛopoꝛtionem pꝛopoꝛtionum: tal'r ꝙ in eadem pꝛopoꝛtione qua pꝛopoꝛtio vnius potentie ad ſuam reſiſtentiam eſt maioꝛ pꝛopoꝛtione alterius potentie ad ſuam reſiſtentiam: in eadē pꝛopoꝛtione velocitas pꝛoueniēs ab vna potētia ē maioꝛ q̄ velocitas ꝓueniēs ab alia: et hoc eſt quod dici ſolet, quod latitudo velocitatu[z] eſt tam̄ latitudo pꝛopoꝛtionum: exemplu[z] eſt ſi vna potentia vt quattuoꝛ moueat reſiſtentiam vt vnū ad quadrupla pꝛopoꝛtione: et alia potentia vt duo moueat reſiſtentiā vt vnum a dupla (quia quadrupla ē dupla ad dupla[z]) ideo velocitas ꝓueniēs a quadrupla eſt dupla ad velocitatem: pꝛouenientē a dupla: ex quo infertur ꝙ a pꝛopoꝛtionibus equalibus pꝛoueniunt equales velocitates: ſ[z] contra hoc coꝛolariū arguit thomas bꝛauardinus caplo penul. ſuarum pꝛopoꝛti. ſit vnus lapis grauitatis vt. 8. qui deſcendat per vnum aerem reſiſtentie vt quattuoꝛ decupedalem. ⁊ ſit ali⁹ lapis grauitatis vt quattuoꝛ qui deſcendat per vnū aerem quintupedale[z] reſiſtentie vt duo illi lapides deſcendunt ab equalibus pꝛopoꝛtionibus et tamen velocitates non ſunt equales quia diuiſio qua diuiditur magnus aer eſt maioꝛ quam diuiſio qua diuiditur minoꝛ aer. Dicit bꝛauardinus diſtingo ꝙ ille velocitates non ſunt equales quantitatiue concedo intenſiue ego nego. Na[z] eque velociter deſcendit vnus lapis et alius lapis.

¶ **Ventilatis opinionibus de velo**citate motus penes cauſam placet nobis interpꝛetari ſeptem regulas Ariſtotelis de velocitate motus. 7. phiſi.

¶ **Prima regula ſi aliqua potentia** mouet aliquod mobile ꝑ aliquod ſpacium in aliquo tempoꝛe: eadem potentia mouebit medietatem illi⁹ mobilis per duplū ſpaciu[z] in eodē tp̄e: vt ſi potētia vt a quattuoꝛ mouet reſiſtentiā vt duo in vna hoꝛa per vnam leucam eadem potentia vt quattuoꝛ mouebit reſiſtentiam vt vnū ī vna hoꝛa per duas leucas

¶ **Secūda regula ſi aliqua potētia** mouebit aliquod mobile per aliquod ſpacium in aliquo tp̄e: eade[z] potentia mouebit idem mobile ꝑ ſub duplum ſpacium in ſub duplo tp̄e.

¶ **Tertia regula ſi aliqua potentia** mouet aliquod mobile in aliquo tempoꝛe per aliquod ſpacium: dupla potentia mouebit idem mobile per duplum ſpacium in eodem tempoꝛe: poteris ponere exempla quēadmodū poſui in pꝛīa regula.

¶ **Sed in pꝛimam regulā inſtatur:** potentia vt. 6. mouet (ſit ita caſus) reſiſtentiam vt q̄ttuoꝛ in vna hoꝛa per vnam leucam: et tamē potentia vt. 6. mouet reſiſtentiā vt. 2. ī vna hoꝛa pluſq̄ ꝑ duas leucas (q2 pꝛopoꝛtio tripla eſt pluſq̄ dupla ad ſequialteram): ergo pꝛima regula falſa.

¶ **Preterea contra tertiam regula[z]** arguitur potentia vt. 6. mouet reſiſtentiam vt quattuoꝛ aliqua velocitate; et tamen potentia vt. 2. mouet reſiſtentiam vt quattuoꝛ pluſquam in duplo velocius cū tñ regula dicat ꝙ ſolū moueat ī duplo veloci⁹ ꝙ āt moueat pluſq̄ ī duplo velocius: q2 tripla pꝛopoꝛtio eſt pluſq̄ dupla ad ſequialterā. Na[z] dupla ſequiq̄rta eſt dupla ad ſequialteram et tripla eſt maioꝛ dupla ſequi quarta: ergo tertia regula falſa.

¶ **Quarta regula Ariſtotelis eſt ſi** aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod ſpacium in aliquo tempoꝛe: medietas potentie mouebit medietatem mobilis ſimili velotitate: iſta pꝛobatur: q2 multiplicium et ſub multipliciu[z] eadem ē pꝛopoꝛtio: et ab equalibus pꝛopoꝛtionibus pꝛoueniunt equales velocitates.

¶ **Quinta regula ſi aliqua potentia** mouet aliquod mobile in aliquo tēpoꝛe per aliquod ſpacium: non opoꝛtet ꝙ eadem potentia moueat duplum mobile in eodem tempoꝛe per ſub duplum ſpacium: patet exemplo. Nam potentia vt. 6. mouet reſiſtentia[z] vt quattuoꝛ ꝑ aliquod ſpacium in aliquo tempoꝛe non opoꝛtet ꝙ potentia vt. 6. moueat reſiſtentiam vt. 8. per ſubduplum ſpacium in duplo tardius: q2 a ꝓpoꝛtione minoꝛis ineq̄litatis non fit actio

¶ **Sexta regula. ſi aliqua potentia** mouet aliquod mobile ī aliquo tēpoꝛe ꝑ aliquod ſpacium: non opoꝛtet ꝙ eadem potentia moueat duplu[z] mobile in eodem tempoꝛe per ſub duplum ſpacium: patet hec de ſe: alias a pꝛopoꝛtione minoꝛis in equalitatis fieret actio.

¶ **Septīa r'la. ſi aliq̄ potētia mouet** aliquod mobile per aliquod ſpacium in aliquo tp̄e non opoꝛtet ꝙ medietas potētie moueat idem mobile in duplo tardius, patet exemplo. Na[z] ſi potentia: vt. 6. mouet reſiſtentiam vt. 4. aliqua velocitate: non opoꝛtet ꝙ potentia vt. 3. moueat reſiſtentiam vt. 4. in duplo tardius: q2 a pꝛopoꝛtione minoꝛis in equalitatis non fit actio.

¶ **Octaua re'la ſi aliq̄ potētie diuiſi[z]** mouent aliq̄s reſiſtentias diuiſim aliqua velocitate eedem potentie coniuncte mouebunt eaſdem reſiſtētias coniunctim eadē velotitate: patet per illam regulam coniunctoꝛum et diuiſoꝛum eadem ē pꝛopoꝛ-

tio:ſed contra hanc regulam inſtatur detur vna potentia vt.6.comparata ad reſiſtentiam vt.4.et alia: t.8.comparata reſiſtentie vt.4.ambabus potentijs iunctis et reſiſtētijs fit proportio.14. ad.8.que non eſt aliqua precedentium proportionū: poſſet dici vt ſaluemus Ariſtoteleꝫ vniuerſaliter ꝙ regule ſunt intelligende nomine potentie intelligendo proportionem et cum duplatur potentia duplatur proportio: vel dic regulas fore moderandas in ſola dupla et q̄drupla. ¶ Iſta tamē ſeptima regula venit intelligēda ſi alique potentie diuiſe mouēt aliquas reſiſtentias diuiſaꝫ, intellige a ꝓportionibus equalibus eedeꝫ potentie coniuncte mouebunt eaſdē reſiſtentias coniunctas equeuelociter et ab eadeꝫ proportione.

## ¶ Caput ſecundum,

Secunduꝫ caput huius queſtionis ponens aliquas ꝯcluſiones de velocitate motus penes cauſam. Ad quas concluſiones premito vnam ſuppoſitionem ſcilicet ꝙ aliud eſt aliqua equeuelociter augeri: ⁊ eque proportionabiliter augeri. ¶ Nam primum eſt acquirere equales quantitates. ¶ Secundum eſt acquirere equales proportiones :quo ſuppoſito ſit prima concluſio. ¶ Si aliqua potentia moueatur ſuper duas reſiſtentias inequales:et tales due reſiſtentie augeantur eque proportionabiliter tantam velocitatem perdit potentia ſuper reſiſtentiam maiorem ſicut ſuper reſiſtentiam minoreꝫ potentia exiſtenti inuariata. ¶ Iſta concluſio probatur:quia illam met proportionem quaꝫ acquirit reſiſtentia perdit potentia ſed vnam : et eandem proportionem acquiſiuerunt reſiſtentie : ergo illammet perdidit potentia ſuper ambas reſiſtentias:ſed deperditio equalis proportionis eſt deperditio equalis velocitatis :ergo equeuelociter illa potentia remitit motū ſuuꝫ ſup vtrāqꝫ reſiſtentiam minoris ſicut ſuper reſitentiā maioris.

### ¶ Secunda concluſio ſi aliqua potentia moueatur ſuper duas reſiſtentias inequales:

et reſiſtentijs inuariatis creſcat potentia acquirendo aliquam proportionem. Eque velociter illa potētia intendit matum ſuū ſuper reſiſtentia maiori ſicut minori. ¶ Iſta cōcluſio probatur:quia illa potentia equalem proportionem acquirit ſuper ambas reſiſtentias:ergo equeuelociter intendit motum ſuū ſup vna ſicut ſuper alia.

### ¶ Tertia concluſio ſi vna potentia

moueatur ſuper duas reſiſtentias inequales: ita ꝙ ille reſiſtentie creſcant eque velociter potentia inuariata:illa potentia magis remittit motum ſuum ſup minori ꝗ̄ ſuper maiori. Exemplum ſi potentia vt. 8. moueatur ſuper reſiſtentiam vt quattuor ; et ſuper reſiſtentiam vt duo que reſiſtentie creſcant equeuelociter per vnum gradum magis, illa potentia : vt octo perdit de velocitate quam habebat ſuper reſiſtentiam vt.2.quam perdidit de velocitate quā habebat ſuper reſiſtentiam maiorem.vꝫ. ſuper ipſam reſiſtentiam vt quattuor:qꝛ de iſta ſolum perdit velocitatem prouenientem a ſequiquarta, De illa vero velocitatem prouenientem a ſequialtera:que ē maior.

### ¶ Quarta cōcluſio ſi duplum et ſub

duplum remitantur continuo equeuelociter: tamen tardius ; et tardius ſubduplum in maiori tempore quam ſub duplo remittitur ad tempus in quo remittitur duplum. Probatur iſta concluſio ſint. 8 . et q̄ttuor ſic ſe habentia ꝙ q̄n quattuor perdat aliquid ī eodem tempore tantum perdat.8.ita ꝙ in dimidia hora perdit quattuor omnes gradus quos habet. 8 vero perdit alios quattuor in eadem dimidia hora cum alij quattuor qui reſitant in.8.debeant deperdi tardius : erit hoc in maiori tempore quam dimidia hora et ita duplum perdetur in maiori tempore quam hora et ſub dupluꝫ in dimidia hora:quod portendit ꝯcl'o.

### ¶ Quinta concluſio ſi duplum ⁊ ſub

duplum continuo equeuelociter remittantur tamen velocius et velocius duplum in minori tempore quā duplo remittetur reſpectu temporis ſub dupli:patꝫ Nam ſi.8.et quattuor remiſerunt quattuor gradus in dimidia hora et poſtea debet.8.remittere alios: quattuor in minori tempore ꝗ̄ dimidia hora: habetꝫ ꝙ duplum in maiori tempore ꝗ̄ duplo remittitur ad tempus in quo remittitur ſubduplum.

### ¶ Ex quo infertur corolarie ꝙ iſta

conſequentia nil valet dupuluꝫ remititur in minori tempore quam duplo reſpectu temporis ſubdupli: ergo duplum velocius remititur ꝗ̄ ſub duplum : ſit duplum a et ſub duplum b in caſu.5.concluſionis verificatur correlariū. Nam hec eſt falſa a remittit velocius b :quia.5.exponens eſt falſa b non remittitur equeuelociter cum a immo per caſum remittitur eq̄ uelociter cum a tamen iſta conſequentia eſt bona duplum in minore tempore ꝗ̄ duplo remittitur reſpectu temporis ſub dupli:a continuo vniformiter: ⁊ eq̄ uelociter:ergo duplū remittitur volocius ſub duplo

### ¶ Sexta conculſio ſi aliqua potentia moueatur per aliquā reſis.vniformiter difformē

a nongradu vſqꝫ ad.8.et vna potentia vt.6.moueatꝫ per illam:illa:potentia tardius:et tardius ſibi acquirit reſiſ.ſi moueatur a nongradu:ſi vero a ſūmo gradu velocius:et velocius ſibi acquirit reſiſ. Iſta concluſio probatur ſit illa potentia v..6.illa talis potentia dum moueatur per primam quartam a nongradu vſqꝫ ad.2.mouetur a maiori proportione:et per ſecunduꝫ mouetur a minori : ergo tardius acquirit ſibi reſiſtentiā ſcd̄e quarte quā reſiſt.p.quarte.2.pars probatur:qꝛ primam quartam ab. 8.vſqꝫ ad. 6. pertranſit a minori pro.2.vero a minori:ergo velocius acquirit.2.ꝗ̄ primam qd̄ eſt intentum.

### ¶ Septima concluſio illa potentia

vt.6.ſi tranſeat dictum mediuꝫ a non gradu pertrāſit tardius:et tardius remittendo motum ſuum: et ſi a ſummo gradu per tranſit velocius et velocius intendēdo motū ſuū:iſta concluſio probatur.p.p.pars qꝛ ex precedenti conclu.tardius et tardius ſibi acquirit reſiſtentiam:et ſicut acquiritur reſiſ. ipſa potentia inuartata remittitur motus.2.pars,quia velocius:et velocius acquirit reſiſ.ergo velocius et velocius acquiritur ei proportio. ergo velocius et velocius intendit motum ſuum;maior eſt nota ex precedenti concluſione.

### ¶ Octaua concluſio ſi detur vnum

quadratum cuius vna coſta ſit a b reliqua c d in quo ſunt diametri.a c b d et reſiſtata nongradu vſqꝫ ad. 8.itaqꝫ ſit non gradus pertotam coſtam.a.b et gradus vt.8.per totam coſtam c d moueātur due poten

ſic vt. 9. ab vno et eodem puncto quadrati vna per
coſtam: et altera per diametrum. Dico quod velociꝰ
mouetur illa que mouetur per diametruʒ ꝙ moueat
que mouetur per coſtam. ¶ Iſta concluſio probata
eſt ſupra illa queſtione vtrum agens agat a propor-
tione equalitatis: caſus tamen argumenti patet in
hac figura.

POnūt iāʒ alique concluſio-
nes notabiles in mat. De motu locali
quarum prime quattuor ſunt de men
te nicolai orem. Prima concluſio ſi. a
mobile moueatur per vnam horam
diuiſam per partes proportionales:
dupla proportione: et in prima moueatur aliquā ve
locitate: et in. 2. in duplo velocius et in. 3. in triplo ve
locius ꝙ in prima: et ſic de aliis nulla intermiſſa: ſpa
cium pertranſituʒ in tota hora eſt quadruplum ad
ſpacium pertranſitum in prima parte. Iſta conclu-
ſio probatur ſidetur aliud mobile b quod moueatur
in prima parte proportionali aliqua velocitate: et
in. 2. in duplo velocius: et in. 3. et reliquis in quadru
plo velocius vniformiter: arguitur ſic b pertranſit
in tota hora quadruplum ſpacium ad ſpacium per
tranſitum in prima parte proportionali et b et a mo
uentur eque velociter: ergo a pertranſit ī tota hora
quadruplum ſpacium ad ſpacium pertranſitum in
prima parte proportionali. Nota eſt conſequentia
et probatur maior: quia in prima parte proportio-
nali hore pertranſit vnum pedale: et in. 2. mouetur ī
duplo velocius quam in prima: et tempus eſt ſub
duplum: ergo tantum ſpacium pertranſit ſicut in pri
ma itaqʒ pertranſibit aliud pedale in. 3. et omnibus
reliquis mouetur in quadruplo velocius quaʒ in pri
ma et in duplo velocius quam in ſecunda: et tempus
tertie partis proportionalis et reliquarum eſt equa
le. 2. ergo in duplo magis pertranſit in tertia et reli
quis quam in ſecunda: igitur ī tertia et reliquis per
tranſit. 2. pedalia in tota: ergo hora pertranſit vnum
quadrupedale: et illud quod pertranſit ī prima par
te proportionali eſt vnum pedale: ergo maior vera:
ſed ꝙ b moueatur equevelociter cum a probatur. b.
mouetur equevelociter cum a in prima et. 2. et. 4.
partibus ꝓportionalibus vt patet ex caſu: et quāto
velocius mouetur. b quam a in tertia tanto velociꝰ
mouetur a quam b in. 5. et omnibus reliquis: ergo
equevelociter mouetur cōſeq̄ntia eſt nota et antece
dens probatur. tertia pars ꝓportionalis eſt dupla
quarte et quarta eſt equalis. 5. et omnibus reliquis
ergo tertia ē dupla ad quintam et omnes reliquas
ergo ſi tertia diuidatur ꝑpartes proportionales du
pla proportione prima pars. 3. eſt equalis. 5. et om-
nibus reliquis: et. 2. pars. 3. eſt equalis. 6. et reliq̄s
ſequitur: ergo quod ſi vnus gradus velocitatis quo
a excedit b in. 5. et omnibus aliis demat ab a et ad
datur ī prima parte proportionali. 3. partes propor
tionalis eidem a remanebit a vt quattuor tam in. 5.
quam in prima parte. 3. et ſi rurſum alius gradus d-
matur ab a in. 6. et reliquis, et addatur eedem a in
ſecunda pte: 3. remanebit in. 6. et in ſecunda pte. 3.
vt quattuor: et ſic procedendo remanebit totum vt
quattuor: et per ꝯñs. a. et. b. equevelociter mouen-
tur (vt bene oſtenſum eſt). Et ſic habetur veritas cō
cluſionis.

¶ Secunda concluſio Nicolai oreʒ
eſt iſta. Quod ſi aliquod mobile moueatur ī vna ho-
ra diuiſa per partes proportiōales proportione du
pla: et in prima moueatur aliqua velocitate et in ſe-
cunda ab illo gradu velocitatis vſqʒ ad duplum: ꝛ
in prima moueat vni: illo gradu duplo: et in quarta
moueat vni ab illo gradu duplo vſqʒ ad duplū: ꝛ ſic
de aliis ſpaciū pertrāſitū ī toto ad pertrāſitū in pria
habet ſe in tripla ſequialtera. Probatur iſta con-
cluſio ponamus quod in prima parte proportionali
pertranſeat vnum pedale: et arguo ſic pertranſituʒ
in omnibus partibus aliis ē bipedale cū dimidio:
ergo cū pertranſitum in toto ſit tripedale cuʒ ſemis
et pertrāſitum in prima parte eſt pedale: ergo in tē-
tum. Probatur antecedens pertranſitum in omnibꝰ
imparibus eſt duplum ad pertranſitum in prima,
quoniam velocitas qua mouetur in tertia parte eſt
in duplo maior quam illa qua mouetur in prima: et
velocitas quinque in duplo maior quam illa qua mo
uetur in tertia: et cetera. Et tempus tertie ad tem-
pus prime eſt ſub quadruplum: ergo in duplo minꝰ
ſpatium pertranſibit in tertia quam in prima: et in
quinta quam in tertia: et tunc vltra hic ſunt infini-
ta ſpacia habentia ſe in dupla proportione: ergo ſi
primum eſt pedale reliqua omnia ſunt pedale: ergo
in omnibus imparibus tranſit bipedale. Preterea
pertranſitum in omnibus paribus eſt pedale cum di
midio: quia in ſecunda parte proportionali que eſt
prima de paribus mouetur in ſequialtero velocius
quam in prima et ſi equalis eſſet prime pertranſiret
in ſequialtero maius ſpatium: ſed nunc eſt ſub du-
pla: ergo pertranſit in duplo minus ſpacium quam
tunc: ſed tūc tranſiſſet pedale cuʒ ſemis: ergo modo
tres quartas pedalis: ſed quarta pars proportiona
lis eſt ſub quadrupla ad ſecundam: et mouetur in du
plo velocius: ergo pertranſit in duplo minus ſpaciū
in quarta quam in ſecunda: et ſic in ſexta reſpectu
quarte: ergo cum ſint infinita ſpacia pertranſita in
paribus: et primum ſit tres quarte pedalis: omnia
alia erunt tres quarte: et ſic erat pedale cum dimi-
dio tranſitum in paribus: et ſic probata eſt conclu-
ſio

¶ Tertia concluſio ſi aliquod mobi
le moueatur in vna hora diuiſa per partes propor-
tionales proportione tripla: et in prima parte pro
portionali moueatur aliqua velocitate. Et in ſe-
cunda in duplo maiori velocitate: et in tertia in tri
plo maiori velocitate: et ſic conſequenter ſpacium
pertranſitum in toto ad ſpacium pertranſitum in
prima parte proportionali habet ſe in proportione
dupla ſequiquarta. ¶ Probatur iſta concluſio:
quia reducēdo illam difformem velocitatem ad vni
formem mouebitur per totam horam in ſequialte-
ro maiori velocitate per tempus in ſequialtero
maius: et due ſequialtere componunt vnaʒ duplam
ſequiquartam: ergo ſpacium pertranſitum in toto
ad ſpacium pertranſitum in prima parte proportio
nali habebit ſe in dupla ſequiquarta. Conſequentia
nota eſt: et minor patet: maior ꝓbatur. Volo enim ꝙ
a ſecunda parte ꝓportionali et oīibus reliquis de-
matur vnus gradus manebit in ſecunda vnus, et in
tertia duo, et cetera. et ille gradus ponatur in pri-
ma parte, cuʒ ille gradus tollatur a ſubduplo, et ad
datur duplo in prima parte conſtituit dimidiuʒ gra
dum. Quod autem tollatur a ſubduplo: ꝛ addatur

duplo patet: quia diuidendo proportione tripla. prima pars eſt dupla ad ſecundã. et omnes alias ſimul pari modo ſi a tertia et omnibus reliquis tollatur vnꝰ gradus et addatur ſecunde remanebit ſecunda cum dimidio gradu. et habebat vnũ: ergo mouebitur: vt vnum cum dimidio: et ita per totam horam moue- tur vt vnum cum dimidio. ⁊ ſic mouetur per totam horam in ſequialtero maiori velocitate per in ſequialtero maius tempus quam in prima parte: igitur pertrãſit ſpacium duplum ſequiquartum in toto ad ſpacium pertranſitum in prima parte proportionali.

¶ Quarta concluſio ſi aliquod mobile diuidatur in hora diuiſa per partes proportionales proportione ſequialtera: et in prima moueatur aliqua velocitate. in ſecunda in duplo: in tertia in triplo. et ſic conſequenter, ſpacium pertranſitum in toto ad pertranſitum in prima habet ſe in nonupla: probatur ſic reducendo illam difformem velocitatem ad vniformitatem mouetur in tota hora in triplo maiori velocitate quã i prima parte et per in triplo maius tempus ⁊ due triple conſtituunt vnam nonuplam: ergo in tota hora pertranſibit nonuplũ ſpacium ad ſpacium pertranſitũ in prima parte ꝓportionali. Conſequentia nota eſt: et minor patet: maior probatur: quia ſi tollatur velocitas vnius gradus a ſecunda parte et omnibus reliquis: et addatur prime cum pertranſeat de duplo ſpacio ad ſubduplum conſtituit tres gradus in prima parte: et ſi rurſum a tertia parte et omnibus reliquis tollatur vnꝰ gradus et addatur ſecunde fiunt tres gradus: et ita tandem remanebit totum vt tertie vbi conſtat ꝙ mouetur in triplo maiori velocitate quam in prima parte et per in triplo maius tempus quam in prima parte et due triple conſtituunt vnam nonuplam. ergo ſpacium tranſitum in toto ad tranſitum in prima parte habet ſe in nonupla.

¶ Quinta concluſio ſi aliquod mobile moueatur in aliquo tempore diuiſo per partes proportionales quauis proportione oblata: et in prima parte proportionali moueatur aliqua velocitate: et in ſecunda in duplo maiori: et in tertia in triplo maiori et ſic conſequenter aſcendendo per omnes partes proportionales multiplices nulla intermiſſa: ſpacium pertranſitum in tota hora ad ſpacium pertranſitum in prima parte proportionali habet ſe in proportione duplicata ad illam qua ſe habet tota hora illo modo diuiſa ad primam partem proportionalem.

¶ Iſtam queſtionẽ demonſtrat Aluarus thomas in ſuo triplici motu tractatu ſecundo capitulo tertio concluſione quarta cuius demonſtratio eſt ſit aliquod tempus diuiſum per partes ꝓportionales proportione f et totum ad primam partem proportionalem habeat ſe in proportione. g et velocitates extenſe per partes proportionales hore diuiſe proportoine f habeant ſe taliter ꝙ prima ſit: vt vnum. ſecunda vt duo: tertia vt tria dicit ꝙ ſpacium pertranſitum in tota hora ad ſpacium pertranſitum in parte proportionali habet ſe in proportione duplicata ad g cuius ratio eſt quia tempus totius hore ad tempus prime partis proportionalis: habet ſe in g: et ſi velocitates omnes que ſunt vt vnum extendantur extrahendo ab omnibus partibus ſequentibus; et addendo prime; certum eſt quod in g proportiõe ſe habebit denominatio illa qua ſe habebit in ſecunda et reliquis ad illam que eſt in prima ergo aggregatur proportio ex duplici g ad primam: et poteris tu hanc bene experiri exemplariter. Si diuidatur vnum corpus per partes proportionales quadrupla proportione et velocitates diſponantur vt diſponit concluſio. Dico ꝙ ſi totum diuiſum proportione quadrupla ad primam partem habet ſe in proportione ſequitertia: et abſtraheres velocitatem vt vnum a ſecunda parte et omnibus reliquis: et adderes prime vnum gradum per omnes illas partes poſitas in prima denominat vt vna tertia: erit igitur tempus totius hore ad tempus prime partis proportio in ſequitertia: et velocitas totius hore que eſt vt vnum cum vna tertia reducendo ad vniformitatem habet ſe in ſeptipatienti nonas. Et tu poteris ad inſtar huius infinita corolaria adducere. Sed contra vnam propoſitionem ſuperius aſſertam: in qua dicebamus, ꝙ ſi due potentie inequales moueantur ſuper duas reſiſtentios conſimiles et ipſis manentibus inuariatis creſcat reſiſtentia, hec velociter remittit motum ſuũ potentia maior ſicut potentia minor: volo ꝙ ſint due potentie vna vt octo et alia vt quattuor: et due reſiſtentie vna vt duo et alia vt vnum: et volo ꝙ ille reſiſtentie creſcãt eque proportionabiliter: non tamen eque velociter ita ꝙ ſi in vna hora reſiſtentia vt duo acquirat duos gradus: in eadem hora reſiſtẽtia vt vnum acquirat vnum gradum. Tunc ſic arguo equeuelociter remittit motum ſuum potentia vt quattuor cum reſiſtentia vt vnum ſicut potentia vt octo cum reſiſtentia: vt duo: quia a principio habẽt eandem proportionem: ⁊ eque proportionabiliter augentur: ergo ſemper habent: eandem proportionem, ⁊ ita equeuelociter remitunt motum ſuum: ſed potentia vt quattuor velocius remitit motum ſuum ſuper reſiſtentiam, vt duo quam ſuper reſiſtentiam vt vnum: ergo potentia vt quattuor velocius remitit motum ſuum cum reſiſtentia vt duo quam potentia vt octo cum reſiſtẽtia vt duo. Nota eſt conſequentia: et minor probatur: quia ſi ſubduplum et duplum taliter remitantur quod ſubduplum remitatur in minori tempore ꝙ ſubduplo ad tempus in quo remittitur duplũ ſubduplum remittitur velocius quam duplum: ſed quattuor perdit quadruplam proportionem quam habꝫ ad vnum in tribus horis et quattuor perdit duplam proportionem quam habet ad duo in vna hora. Volo enim ꝙ duo acquirat duos gradus in vna hora: et tunc ex caſu vnum acquirit vnum g in eadem hora: ergo velocius deperdit dupla quã quadrupla. Reſpõdetur ad argumentum per ea que ſuperius dicta ſunt ꝙ iſta conſequentia nil valet ſub duplũ remittit in minori tempore quam ſub duplo ad tempꝰ in quo remittitur duplum: ergo velocius cecetera. et ita eſt in ꝓpoſito de dupla et quadrupla. Nam dupla et quadrupla toto tempore quod ꝺperdũtur eque velociter deperduntur. Nam quando dupla acquirit vnam ſequialteram quadrupla acquirit aliaꝫ ſequialteram: et hoc ſatis eſt ad hoc quod ille proportiones eque velociter acquirantur et deperdantur.

¶ Caput tertium de motu locali.

In hoc capitulo inquiritur an aliqua potētia īuariata poſſit vniformiter remitere motum ſuū ad nō gradū et ad gradū, ſiue ꝑ mediū vnifor. ſiue ꝑ mediū difforme. Pro declaratione huius q̄onis premitit̄ vna regula a prime neceſſaria pro dicendis. ꝙ ponit calculator in capitulo de motu locali concluſione tertia. et Albarus thomas in triplici motu tertia parte ꝓportionū. c. finali corolario ſecūdo prime concluſionis et eādem ponit in ſuo triplici motu trac. primo, capitulo ſeptio. Regula talis ē. Omniū latitudinū equalium extenſiue et in equaliter intenſarum maior eſt proportio gradus medij medietatis intenſioris in latitudine remiſſiori ad gradum mediuꝫ medietatis remiſſioris quam ſit proportio gradus medij medietatis intenſioris in latitudine intenſiori ad gradum medium medietatis remiſſioris eiuſdem latitudinis. Iſta cōcluſio declaratur ſolo hoc ꝙ ſciamus que ſunt latitudines equales extenſiue: et dico ꝙ latitudines equales extenſiue ſunt quarum gradus ſūmi excedunt infimos eodem exceſſu vt latitudo vniformiter difformis ab vno vſqꝫ ad 9. et vniformiter difformis a quattuor vſqꝫ ad duodecim vocātur equales extenſiue: quia vtrobiqꝫ gradus ſummus excedit infimuꝫ gradu vt octo in quibus etiam latitudinibus claret ꝙ ſunt in equales intenſiue. Nā ab vno vſqꝫ ad. 9. eſt vt. 6. et a quattuor vſqꝫ ad. 12. ē vt octo et ibi etiam claret ipſa regula. Nam in latitudine remiſſiori grad⁹ medius medietatis intēſioris eſt vt. 7. et gradus medius medietatis remiſſioris eſt vt tres: vbi vides ꝙ ſeptem ad tres eſt dupla ſequitertia, ſed in latitudine intenſiori gradus medi⁹ medietatis intenſioris eſt vt. 10. ⁊ ī medietate remiſſiori eſt grad⁹ medi⁹ vt ſex 10 autem ad ſex ē ꝓportio ſuper bipartiens tertias que eſt minor quam dupla ſequitertia. Ex qua regula infertur corolarium ꝙ ſi a motus maior et b motus minor remitantur per vnam horam vniformiter et eque velociter maior eſt proportio velocitatis medietatis intenſioris ad velocitatē medietatis remiſſioris in latitudīe remiſſiori quā ſit ꝓportio velocitatis mot⁹ ī medietate ītēſiori ad velocitatē mot⁹ ī medietate remiſſiori in latitudine intenſiori: verbi gratia volo ꝙ mot⁹ a ſit: vt octo et motus b ſit vt quattuor et remitatur per vnā horam motus a ab octo ad ſex et motus b a quattuor vſqꝫ ad duo ibi verificatur corolarium: Nam ſi conſpicias medietates motus intenſioris: inuenitur proportio trium cum dimidio ad duo cum dimidio qui eſt ſuper bipartiens ſextas: et in alijs medietatibus que ſunt ab octo vſqꝫ ad ſex inuenitur ꝓportio ſeptē cum dimidio ad ſex cum dimidio que eſt proportio ſuper bipartiens 13. que minor eſt: His habitis ponuntur alique concluſiones. Prima concluſio aliqua potentia inuariata poteſt vniformiter remitere motum ſuum per aliquam reſiſtentiam vniformem probatur iſta concluſio, ſit caſus ꝙ detur vna potentia vt octo. et vna reſiſtentia: vt quattuor volo ꝙ illa reſiſtentia vt quattuor acquirat per totaꝫ vnā horam vniformiter ſecundum ſe totam equales proportiones donec acquirat vnam duplam ita ꝙ in prima quarta hore acquirat vnam reſiſtentiam vniformiter ſecundum ſe totam que ſe habeat in quarta duple et in ſecunda quarta hore acquirat ſecūdum ſe totam aliam quartā duple ⁊ ita fiat vniformiter ꝑ totam horam in iſto caſu illa potentia pertranſit reſiſtentiam vniformem et vniformiter remitit motum ſuum quia in temporibus equalibus equales deꝑdit velocitates. Secunda concluſio aliqua potentia inuariata vniformiter remitit motum ſuum ad nō gradum et ad gradum pertranſeundo aliquam potentiam difformem. Iſta cōcl̄o ꝓbatur, volo ꝙ ſit vna alia potentia vt octo ſimilis alteri de concluſione precedenti et vna alia reſiſtentia vt quattuor ⁊ eodem modo ſicut illa potentia que moueatur vniformiter per reſiſtentiam vniformmem habeat reſiſtentiam ſecundum ſe totam in aliquo inſtanti ita punctum ſue reſiſtētie vbi fuerit iſta potentia reſiſtat quo habito hoc medium ē difforme et per illum vnifomiter remitit motum ſuum igitur: Tertia concluſio impoſſibile ē ꝙ aliqua potētia inuariata vniformiter remitat motum ſuum pertranſeundo medium vniformiter difforme iſta concluſio probatur: quia ſi ſit potentia: vt 10 et pertranſeat medium a nō gradu vſqꝫ ad octo vniformiter difformiter ſi eq̄ velociter a acquireret ſibi reſiſtentiam vt quattuor priorem ſicut reſiſtentiā vt quattuor poſteriorem eque velociter remiteret motum ſuum: ſed tardius ſibi acquirit reſiſtentie poſterioris quattuor gradus quā prioris ergo tardius et tardius remitit motū ſuum igitur nō vniformiter. Quarta concluſio de mente calculatoris ī capitulo de motu locali: et eſt 58. in ordine ſi aliqua potentia inuariata pertrāſeundo aliquam reſiſtētiam difformem vniformiter remitit motum ſuū vt dixit, Tertia concluſio nulla potentia maior exiſtens inuariata poteſt vniformiter remitere motum ſuum talē reſiſtentiam difformem pertranſeundo. Iſta concluſio ꝓbat̄ ſit vna potētia vt ſex q̄ pertranſeat aliquā reſiſtentiam difformiter difformem a nō gradu vſque ad ſex vniformiter remitendo motum ſuum ad non gradū per illam dico ꝙ potentia vt octo non poteſt eandem reſiſtentiam pertranſeundo vniformiter remitere motum ſuum, probatur ſic quia volo ꝙ potentia vt ſex pertranſeat talem reſiſtentiam difformem vniformiter remitendo motum ſuum in duabus horis et in prima hora pertranſeat medietatem ſpacū et in ſecunda aliam medietatem voco illas medietates g et h que ſe habeāt in f proportione potētia vero vt tres pertranſeat illam reſiſtentiam difformem vniformiter remitendo motum ſuum ī vna hora igitur in prima medietate pertranſibit potentia: vt octo g ſpacium ⁊ in ſecunda medietate h ſpacium quare ſequitur ꝙ illa ſpacia pertranſita in duabus medietatibus a potentia maioris habent ſe in eadem proportione puncta f ſicut ſpacia pertranſita a potentia minori. Ex quo infero: ꝙ velocitas motus in prima medietate tempore potentie maioris ad velocitatē mot⁹ in ſcd̄a medietate tp̄is eiuſdē potētie hꝫ ſe in eadē ꝓportiōe q̄ ſe hn̄t velocitates motu coextenſe medietatibus temporis potentie minoris qd̄ ē contra regulam in principio huius cap̄li dixit enim regula ꝙ motus a maior et motus ſex minor vniformiter remitantur maior eſt proportio medietatum velocitatum motus minoris quam maioris vt fuit illic declaratum. Quinta concluſio diſpoſito caſu, vt cōcluſio precedens dicit d ſpacio reſiſtentie difformiter et d potentia vt ſex vniformiter remitente motum ſuum per illud et o potentia vt octo maiori dico ꝙ potentia vt octo inuariata exiſtens in infinitum remitit velociter motum ſuū verſus extremum intenſius illius reſiſtentie ſicut quelibet potentia mi

noꝛ quam vt ſex in infinitum tarde remitit motum
ſuum verſus aliquem gradum illius reſiſtentie intri
ſecum pꝛobatur iſta concluſio et pꝛo quo ad pꝛimam
partem: bene ſequit᷑ potentia vt octo in infinitum ve
locius remitit motum ſuum quam potentia vt ſex q̄
remitit o gradum vniformiter ꝙ potētia vt octo in
infinitum velociter remitit motum ſuū verſus extre
mum.intenſius nota eſt conſequentia:et pꝛobat᷑ an
tecedens: bene ſequit᷑ in infinitum maius eſt ſpatiū
quod pertranſitur a potentia vt ſex verſus extremū
intenſius quā ꝙ pertranſitur a potentia vt octo ver
ſus idem extremum et in ea pꝛopoꝛtione qua ſe ha
bent ſpacia pertranſita ſe habent velocitates: ergo
in infinitū velocius.et conſequentia eſt nota:et ante
cedens pꝛobatur: quia potētia vt ſex verſus gradū:
vt ſex infinitum parua pꝛopoꝛtione mouebitur: et
potentia vt octo ſemper mouebitur ſaltim a pꝛopoꝛ
tione ſequitertia: ergo in infinitum maius eſt ſpa
cium pertranſitum a potentia vt octo verſus gra
dum vt ſex: quam a potentia vt ſex verſus eundem
gradum. Secunda pars pꝛobat᷑ ſit potentia minoꝛ
vt quattuoꝛ et arguitur illa potentia verſus gradū
vt quattuoꝛ ab in infinitum parua pꝛopoꝛtione mo
uebitur et potentia vt ſex verſus gradum vt quattu
oꝛ mouetur ſaltim a ſequialtera ergo in infinitū tar
dius remitit motum ſuum et acquirit ſibi reſiſtentiā
potentia vt quattuoꝛ verſus gradum vt quattuoꝛ ꝙ
potentia vt ſex verſus eundem gradum et iſta ſuffi
ciant ꝑ iſto tertio capitulo.

## ¶ Capitulum quartum.

In iſto capitulo īquiritur an poſ
ſit eſſe ꝙ ſi aliqua potentia minoꝛ vniformiter
remitit motum ſuum pertranſeundo aliquam
reſiſtentiam aliqua potentia maioꝛ exiſtens inuaria
ta vniformiter remitat motum ſuum nam ſi inuaria
ta exiſtat dictum eſt in capitulo ſecundo ꝙ non vni
formiter remitit motum ſuum. Pꝛo cuius dubij inq̄
ſitione pꝛemitimus aliquas ſuppoſitiones.

¶ Pꝛima ſuppoſitio ſi aliqua potē
tia minoꝛ ꝑ trāſeūdo aliqđ mediū vnifoꝛ. remitit mo
tū ſuū aliq̄ potentia maioꝛ q̄ cōtinue in certa ꝓpoꝛ
tiōe velocius moueatur quam illa vniformiter remi
tit motum ſuum pꝛobatur iſta ſuppoſitio ſit n reſiſtē
tia c potentia minoꝛ a q̄ vniformiter remitit motum
ſuum pertranſeundo c reſiſtentiam b vero ſit poten
tia maioꝛ que cōtinue moueatur in f pꝛopoꝛtione ve
locius a pertrāſeūdo idē mediū dico ꝙ vnifoꝛ. remitit
motū ſuū ꝑtranſeundo mediū c b quod ſic ꝓbat᷑: qꝛ
velocitas b ad velocitatem a ſe habet a pꝛincipio in
f pꝛopoꝛtione et continuo debꝫ deperdi manente in
eadem f pꝛopoꝛtione. ergo ꝑtes deperdite a maioꝛi
et a minoꝛi ſunt partes aliquote eiuſdem denomina
tionis patet concluſio per regulam pꝛopoꝛtionum q̄
dicit quando aliqua duo deperduntur vſqꝫ ad non
quantum et ſemper debent ſe habere in eadem pꝛo
poꝛtione partes deperdite habent ſe in eadem pꝛo
poꝛtione ergo quando b perdit medietatem ſui mo
tus etiam a perdit medietatem ſui motus: ſed a vni
formiter remitit ſuum ergo: ꝛ b.

¶ Secunda ſuppoſitio ſi aliqua po
tentia pertranſeat aliquod ſpacium vniformiter
remitendo motum ſuum. Dico ꝙ maioꝛ eſt pꝛo
poꝛtio velocitatis deperdite in parte maioꝛi ma
gis reſiſtentie ad velocitatem deperditam in par
te minoꝛi minus reſiſtente quam ſit pꝛopoꝛtio illarū
partium. Ad cuius pꝛobationem ponamus ꝙ reſiſtē
tia per quam vniformiter remitit motum ſuum ſit. c.
e f diuiſa in tres tertias vbi partes e f ad partem c ē
pꝛopoꝛtio dupla et ſi pertranſiret illa potētia e f i du
plo maioꝛi tempoꝛe quam c cum vniformiter remi
tat motum ſuum in duplo maioꝛ eſſet velocitas quā
perdet in e f quam illa quam perdet in c ſed nunc ꝑ
tranſit e f cum magis reſiſtat quam c pluſquam in du
plo maioꝛi tempoꝛe ergo pluſquam in duplo maio
rem velocitatem perdit in e f quam in c igitur par
tes habent ſe in dupla et velocitates deperdite pluſ
quam in dupla: ergo intentum.

¶ Tertia ſuppoſitio ſi aliqua potē
tia inuariata vniformiter remitit motum ſuum ad
non gradum aliquod medium difformiter diffoꝛ
me tranſeundo. Dico ꝙ velocitates deperdite in
parte maioꝛi minus reſiſtenti ad velocitatem deper
ditā in parte minoꝛi magis reſiſtente maioꝛ ē ꝓpoꝛ
tio quā ſit ꝓpoꝛtio illaꝝ ptiū ꝓbat᷑ ſic ſit vt vnū medi
um diff. diffoꝛme a b c diuiſum illo mō i tres tertias
a b reſiſtant minus c vero magis dico ꝙ velocitates
deperdite in a b ad velocitatē deperditā in c minoꝛ
eſt pꝛopoꝛtio quam ſit pꝛopoꝛtio illarum partiū pꝛo
batur iſta ſuppoſitio ſi pertranſiret a b in duplo ma
ioꝛi tempoꝛe quam c velocitatis dꝑdite in a b ad
velocitatem deperditam in c eſſet ꝓpoꝛtio dupla: ſꝫ
nunc pertranſit a b minus quam in duplo tꝑe: ergo
minus quam in duplo maioꝛem velocitatem deper
dit tranſeundo a b quam c et ꝓportio illarum parti
um eſt dupla ergo intentum. ¶ His habitis ponunt᷑
alique concluſiōes. Pꝛima concluſio ſi aliqua poten
tia īuariata vniformiter remitit motum ſuum ad nō
gradum pertranſeundo aliquod medium diffoꝛmi
ter difforme dico ꝙ aliqua potentia maior poteſt vni
formiter remitere motum ſuum ſi ſemper moueatur
in aliqua proportione velocius quam altera quod ſi
et per continuam intenſionem ſui. iſta concluſio ꝓbat᷑
ſit vna potentia b que pertranſeat medium c vnifor
miter remitendo motū ſuum ad non gradum et alia
potētia a ſemper moueatur per tale medium c i du
plo velocius dico ꝙ a ſemper intendit et remitit mo
tum ſuum ad gradum quod ſic probatur quia in pri
ma medietate tꝑis perdit a medietatem ſue veloci
tatis et ſimiliter perdit b in eadē medietate medie
tatē ſue velocitatis et pari mō in ſecunda medieta
te facit b et a: ergo vtraqꝫ illarum vniformiter remi
tit motū ſuum: nota eſt conſequentia: et probatur an
tecedens quia quando aliqua ſe habent in dupla pro
poꝛtione in qua continue ſe debent habere neceſſa
riū eſt ꝙ ſi continuo deperdantur ſemper deperdita
ſe debent habere in eadē dupla proportione alias il
la que reſtant non ſe haberent i eadem ꝓportiōe igi
tur neceſſariū eſt ꝙ quando b perdat medietatē ſue
velocitatis ita perdat a igitur a vniformiter remi
tit motū ſuū et ꝙ debeat a continue intendi pꝫ quia
non poſſunt manere inuariata ex precedenti capite
nec remiſſa quia ſi remiteretur potentia ipſi⁹. a. cū ꝑ
eq̄les ꝑtes ſpacij eiuſdē oīs potētia eq̄lē velocitatē
deperdit ſicut inuariata igitur a ꝑdit in duplo mai⁹
ſpacium quod pertranſit in eodē tꝑe in quo. b. in du
plo magis deperdit de velocitate et ſi potentia remi
teret pluſꝙ in duplo maioꝛ eēt velocitas deꝑdita ab

ocꝫ a b: ergo cum habentibus ſe indupla deperdita ſe
habeant pluſꝗ̄ indupla oportet quod maius illorum
intendat. Scḋa ↄcluſio ſi b potētia īuariata vnifor-
miter remitit motum ſuū per tranſeundo c medium
difforme aliqua potentia maior que ſit a per ſui con-
tinuam remiſſionem vniformiter remitit motū ſuum
vſqꝫ ad non gradū hec ↄcl'o eſt calculatoris .42.ca.
de motu locali cuiꝰ ꝓbatio eſt talis ſit caſus ꝙ b po-
tentia ponatur ad punctum c mediȷ̄ et a potentia ad
punctū initiatiuū c mediȷ̄ et ꝓportio quā hēt a potē-
tia ad punctū initiatiuū c mediȷ̄ ſit induplo maior ꝗ̄
ꝓportio quā hēt b potentia ad punctum medium. c.
mediȷ̄ et ita moueat continuo induplo velociꝰ a quā
b dico ꝙ illud nō pōt eſſe; exn̄te a potentia inuariata
nec per ſui ↄtinuā intenſionē: ergo illud erit per ſui con-
tinuā remiſſionem ↄn̄a eſt nota et maior ē nota ex ca-
p'lo p̄cedēte: ergo ſi minor ꝓbet ↄcl'o erit ꝓbata minor
probat qꝛ ſit ꝙ in g tpe pertranſit a et b potētie cer-
tū eſt ꝙ ſpaciū pertranſitū in g tpe ab a ad ſpaciū ꝑ-
tranſitū in eodē tpe a b habet ſe in dupla ꝓportiōe
ſit ſpaciū pertranſitum ab a e f ⁊ pertranſitum a b in
eodem et tempore ſit d clarꝫ eſt qꝛ tertia ſuppoſitiōe
huiꝰ capitis ꝙ velocitatis deperdite a b pertranſeū-
do e f ad velocitatem deperditam ab eodem b per-
tranſeundo d eſt minor proportio quā dupla igit̄ ve-
locitatis deperdite ab a pertranſeundo: e f ad velo-
citatem deperditam a b pertranſeundo d eſt minor
quā dupla pꝫ ↄn̄a qꝛ ſi a eſſet inuariatum qn̄ ꝑtranſi-
ret e f tantā velocitatē deꝑderet ſicut: b vt pꝫ ex vna
concluſionū primi capi. huiꝰ ꝑtis: ergo ſi modo ꝑtrā-
ſeundo e f a potentia ſ intendit minꝰ remitit motū ſu-
um quā b qḋ ſi ſic: ergo a non mouebit induplo velo-
cius b tranſato g tpe: qꝛ velocitates a et b a princi-
pio habeāt ſe indupla et deperdita fuerūt minꝰ quā
dupla ergo remanentia remanebunt in minori quā
dupla ꝙ autem a remitat motū ſuum vſqꝫ ad nō gra-
dū ꝓbat: qꝛ qn̄ duplā et ſubduplā remitunt ſemper
hn̄do ſe indupla ꝓportione et ſubduplū remitit ad
non gradū ſimiliter remitit duplū: ¶ Tertia ↄcl'o ſi
aliqua potētia inuariata vniformiter remitit ſuū mo-
tum pertranſeūdo aliqḋ mediū difforme aliq̄ poten-
tia maior pōt vniformiter remitere motum ſuū qn̄qꝫ
intendendo, qn̄qꝫ remitendo. Pro cuius declaratio-
ne ponat caſus ꝙ ſit b potentia minor inuariata que
vniformiter remitat motum ſuū pertrāſeundo c me-
diū difforme et ſit caſus ꝙ a potētia ad punctū initia-
tiuū c mediȷ̄ hēat i f ꝓportiōe maiorē ꝓportionē ꝗ̄ b
diuidat aūt c mediū ꝑ ptes ꝓportiōales f ꝓportiōe ⁊
volo ꝙ b potentia ponat in puncto initiatiuo ſecūde
partis ꝓportionalis ipſa potētia a remanente in ini-
tio mediȷ̄ quo habito clarum eſt a ad punctum initia-
tiuum c mediȷ̄ habere in maiore proportione quam
f maiorem ꝓportionem quam b habeat ad punctum
initiatiuum ſecūde partis ꝓportionalis. nam ſi b ad
punctum initiatiuum c mediȷ̄ habeat maiorem pro-
portionem et ad punctum initiatiuum ſecunde par-
tis proportionalis. minorem ipſum a habebit ad pū-
ctum initiatiuum prime partis proportionalis ma-
iorem proportionem quam f reſpectu illiꝰ quam ha-
bet b ad punctum initiatiuum ſecunde partis pro-
portionalis ſit illa maior proportio h in qua cōtinue
mouetur velocius a quam b quo habito dico quod a
potentia quando ſecuta fuerit b potētiam vniformi-
ter remitet motum ſuum per ſui continuam remiſſio-
nem quando vero a potentia precedet in potentiam
vniformiter remitet motum ſuum per hoc ꝙ ipſum a

intendatur ꝙ autem a potentia dum ſequitur non ſit
inuariata notū eſt et ꝙ non intendat potentiam ſuā
ꝓbatur: nam ſi intenderet potentiam ſuam ſit ita ꝙ
in g tempore a et b moueant a moueꝫ in h ꝓportiōe
velocius quam b ergo ſpacium pertranſitum ab a ē
in h proportione maius quam ſpacium pertranſitū
a b ſit ſpacium pertranſitum ab a e f et pertranſitū a
b d per quam ſuppoſitionē velocitatis deperdite in
e f ad deperditam in d eſt minor proportio quam. h.
ergo velocitatum remanentium eſt maior quam. h.
qḋ ſi ſic ergo non mouetur a in h proportione conti-
nue velocius b ꝙ autem aliquando precedat b pa-
tet: qꝛ ſi ipſum a moueret in f proportione velocius
b eque cito a et b venirēt ad finem ſed modo a moue-
tur velocius b pluſquā in f ergo ante termino a attin-
get b ꝙ cum preceſſerit a ipſum b ſequitur ꝙ debeat
intendere potentiam ſuam qḋ ꝓbatur: quia ſi a mo-
uetur in h proportione velociꝰ b ergo quando a per-
tranſiuerit e f partem magis reſiſtentem b pertrā-
ſibit d minꝰ reſiſtentem per tertiam ſuppoſitionem
velocitatum deperditarum eſt maior quam. h. igi-
tur remanentium eſt minor quam h quod eſt contra
caſum ponentem ꝙ a mouetur ſemper velocius in h
proportione: ex quo ſequit ꝙ ſi potentia maior et mi-
nor inuariata debeant vniformiter remitere motum
ſuum ſi inchoent ab eodem puncto mediȷ̄ maior de-
bet ſemper intendere potentiam ſuam et ſi maior in
eadem proportiōe qua mouetur velocius ſequatur
minorem per ſpacium in eadem proportione vni-
formiter remitit maior motum ſuum per ſui continu-
am remiſſionem ſi vero in minori proportione mane-
at per ſpacium poſt minorem quam moueatur velo-
cius vniformiter remitit motum ſuum quandoqꝫ in-
tēdēdo quandoqꝫ remitēdo potētiā ſuam. ¶ Quar-
ta concluſio ſi b potentia inuariata per tranſeundo
a medium difforme vniformiter remitit motum ſuū
vſqꝫ ad non gradum taliter ꝙ in tribus quartis c me-
dȷ̄ remitat medietatem velocitatis et in vltima q̄r-
ta aliam medietatem velocitatis a potentia minor
que habeat in quadruplo minorem proportionē ad
punctum initiatiuum vltime quarte quam habeat
ſex potentiam ad punctum initiatiuum c mediȷ̄ et ſic
moueatur a ſemper in quadruplo tardius quam. b.
dico ꝙ a vniformiter remitit motū ſuum vſqꝫ ad non
gradum per ſui continuam intenſionem idem medi-
um tranſeundo et a eſt potentia minor ꝙ a ſit poten-
tia minor probatur: quia habet ad punctum initiati-
uum vltime quarte in quadruplo minorem propor-
tionem quam b ad punctum initiatiuum c mediȷ̄ ⁊ b
hēt ad punctum initiatiuum vltime quarte ſolum in
duplo minorem ꝓportionē ꝗ̄ idē, b. ad pūctū initiati-
uū. c. mediȷ̄: ergo. b. ē maiꝰ. a. ꝙ aūt. a: vniformiter re-
mitat motū ſuū ꝑ trāſeūdo. c. mediū pꝫ. qꝛ, b. mouet i
certa ꝓportiōe ſemꝑ velociꝰ ꝗ̄. a. ergo vniformit̄ remi-
tet motū ſuū ſicut. b. pꝫ ↄn̄a ꝑ vnā ſuppōnē traditā ꝙ
aūt. a. debeat itēdere potentiā ſuā ꝓbat: qꝛ ex iā ha-
bitis. a, nō dꝫ eē inuariata. nec dꝫ remittere potētiā
ſua igit̄ dꝫ itēdere potētiā ſuā ꝙ nō debeat remitte-
re potētiā ſuā ꝓbat ſit. n. ita ꝙ. a. et. b. i. g. tēpore mo-
ueant. b. a pūcto initiatiuo mediȷ̄ et. a. pūcto initiati-
uo vltie: q̄rte poſt ꝗ̄. b. mouet i q̄druplo velociꝰ. a. igit̄
ſpatiū pertrāſitū i. g. tpe a. b. ē quadruplū ad ſpatiū
ꝑtrāſitū i. g. tpe ab. a. cū ſit ſpaciū ꝑtrāſitū a b. e. f. ⁊ ꝑ-
trāſitū ab. a. d: et ſequit ꝑ vnā ſuppōnē ꝙ latitudinis
velocitatis deperdite. a. potētia. b. pertranſeūdo e f
ad latitudinē velocitatꝫ deꝑdite a potēia ꝑtrāſeūdo. d

eſt minoꝛ ꝙ̄ illarum ptiū ſi.a.ſit īuariata.l.remitat potētiā ſuā igit̄ remanētia hēbūt ſe in maioꝛi ꝙ̄ quadrupla opꝫ ḡ ꝙ illa potētia.a.ītendat potētiā ſuā,ad hoc ꝙ pdat parū de velocitate ptranſeundo.d.qḋ cū fuerit hēbit̄ ꝙ velocitas dep̄dita a b.in eodē tpe hꝫ ſe in quadrupla ad velocitatē dep̄ditā ab.a.in eodē tpe ⁊ hec eſt.quīta ꝯcl'o. Calcula.44.c.i.de motu locali ſi aliqua potētia inuariata vnifoꝛ.remitit motū ſuū ad nō gradū.c.mediū diffoꝛme pertrāſeūdo aliqua potētia minoꝛ p ſui ꝯtinuā remiſſionē pōt vniformiter remitere motū ſuū ad nō gradū.idē mediū diffoꝛme trāſeūdo. Iſta ꝯcl'o pbat̄ ſit potētia.b.q̄ ponat̄ ī pūcto iniciatiuo vltie q̄rte.c.medij,et ſit potētia.a.minoꝛ q̄ ponat̄ ī pūcto iniciatiuo.c.medij et moueat̄ ī ſe q̄ altero veloci⁹ ꝙ̄ ꝯtinue.a' ex dictis pꝫ ꝙ̄.a vnifoꝛmiter remitit motū ſuū et ꝙ illō ſit p ſui ꝯtinuā remiſſionē pbat̄. Nā ſit ꝙ in.g.tpe pertrāſeat̄ e f ps ab.a.potētia:et.d.pars pertrāſeat̄ in eodē tpe.f.a.b.potētia et ſequit̄ per iā dicta ꝙ velocitatis dep̄dite ab.a.pertrāſeūdo.e.f.ad velocitatē deperditā a b pertrāſeūdo.d.eſt minoꝛ pportio ꝙ̄ illarū partiū:ḡ remanentes velocitates hērēt ſe minus ꝙ̄ in ſeq̄altera qḋ ē ꝯ caſum opꝫ ḡ ꝙ a remitat potētiā ſuā vt velocitates deperdite hēant ſe in ſeq̄altera:ſequit̄ ex hoc coꝛolariū ꝙ ſi aliqua potētia maioꝛ īuariata vnifoꝛmit̄ remitit motū ſuū c mediū diffoꝛme ptrāſeūdo q̄lꝫ potentia minoꝛ vnifoꝛmit̄ remitit motū ſuū vſq ad non gradū.in aliquo pūcto c medij p illi⁹ potētie ꝯtinuā remiſſionē. Iſtud coꝛol'm pbat̄. Sit potentia minoꝛ a.maioꝛ.b.cōparet̄.b.puncto intrinſeco medij:et.a.puncto iniciatiuo,et ſequit̄ ꝙ.a.hēt pportionē maioris inequalitatis ad punctū iniciatiuū.c.medij:⁊ ſil'r b.ad punctū intrinſecū medij.l.ḡ ille pportiōes ſunt equales.l.non. Si primū equale ſpaciū pertranſibit ab.a.et a.b.et cū.b.pertranſeat maioꝛē reſiſtētiā maioꝛ eſt velocitas deperdita a.b.quā ab.a.igit̄ neceſſe eſt ꝙ.a.remittat potētiā ſuā ad hoc ꝙ equalē velocitatē perdat cū.b.vt ſemper moueant̄ eq̄ velociter.a et.b.ſi vero pportio quā hꝫ.a.ad punctū iniciatiuū ſit maioꝛ quā illa ꝙ̄ hꝫ.b.ad pūctū intrīſecum ſit maioꝛ in.l.ſequit̄ ꝙ in.g.tempoꝛe in.l.mai⁹ ſpaciū pertranſibit.a.quā.b et velocitatū deperditarum erit minoꝛ quā.l.opꝫ ḡ ꝙ.a.remittat potentiā ſuā vt velocitates deperdite habeant ſe in.l.et remanentes maneant etiā in.l. Si dicat̄ tertiū ꝙ.a.hꝫ minoꝛē pportionē quā.b.ad punctū intrinſecū ſit minoꝛ in.l.igit̄ ī l.mai⁹ ſpaciū pertranſibit.b.quā.a.in.g.tempoꝛe:⁊ cū ſpaciū.b.magis reſiſtat,ſequit̄ ꝙ velocitatū dep̄ditarum eſt maioꝛ pportio quā illarum partiū ⁊ hoc eſt q2 parum deperdit velocitatis:opꝫ ergo ꝙ.a.remittat potentiā ſuā,vt velocitates deperdite habeant ſe ī.l et remanentes habent ſe in.l. Sexta ꝯcl'o eſt:ſi aliqua potentia inuariata aliquod mediū diffoꝛme inuariatū tranſeundo vnifoꝛmiter remittit motuꝫ ſuū aliqua potentia minoꝛ,ideꝫ mediuꝫ inuariatū tranſeū vnifoꝛmiter remitit motum ſuū aliquādo intendēdo potentiam ſuam aliquando remitendo potentiā ſuā iſta ꝯcluſio pbat̄ ſit.c.mediū diffoꝛe et hēat.b.potētia ad pūctū initiatiuū.c.medij in.b.pportione maioꝛē pportionē ꝙ̄ hēat.a.ad pūctū initiatiuum.c.medij:et ſignet̄ quodā pūctū in c medio ad qḋ habeat a pportionē equalitatis et diuidat̄ ſpaciū inter pūctū initiatiuū.c.medij et pūctum equalitatis pportione b et volo ꝙ a potentia incboet motū ſuū a puncto iniciatiuo ſecūde partis pportiōalis medij diuiſi pportione b b vero potētia;ad punctū initiatiuū p̄ie partis pportionalis ꝯſtat ꝙ b habet maioꝛē pportionē ꝙ̄ b ad pportionē quā hꝫ a ad punctū initiatiuum ſecunde partis pꝛopoꝛtiōalis ſit:ḡ illa pꝛopoꝛtio in l maioꝛ in qua ꝯtinue mouet̄ tardi⁹ a ꝙ̄ b et ſequit̄ ꝙ a.per p̄habita vnifoꝛmiter remitit motū ſuū ſicut.b tunc ſic b aliq̄n attinget a añ punctum equalitatis:⁊ poſtea a ſequit̄ b,⁊ q̄n a p̄cedit b pꝛobabo ꝙ intēdat potentiā ſuam et q̄n a ſequit̄ b remitit potētiā ſuam ḡ intētū ꝙ autē b attingit a añ punctum equalitatis pꝫ:q2.b.ſi moueret̄ in b pꝛopoꝛtione veloci⁹ ꝙ̄ a eq̄ cito attingeret punctū equalitatis ſicut a:ſꝫ mō b mouet̄ veloci⁹ a pluſq̄ in b ḡ attiget añ punctū equalitatis ꝙ aūt q̄n a pꝛecedit b intendat potētiā ſuā pꝫ:q2 nō remitit:nec eſt inuariata;ergo intētū:ꝯña eſt nota:et minoꝛ:maioꝛ pꝛobatur:ſit enī ꝙ in.g.tpe pertranſeatur a b e f ſpatiū et ab a d ſpaciū et ſic arguit̄ per vnā ſuppoſitionē hui⁹ capitis velocitatū deperditarum eſt minoꝛ pꝛopoꝛtio ꝙ̄ illarum partiū:ergo opꝫ ꝙ remanentium ſit maioꝛ ꝙ̄ l niſi a intendat potētiā ſuam et pertranſeat mai⁹ ſpaciū ⁊ perdat maioꝛe velocitateꝫ ad ꝙ̄ hēat ſe velocitas b in l ꝙ aūt q̄n a ſeq̄tur b remitat potentiā ſuam:pꝛobat̄ q2 ſit ergo temp⁹ in quo.b.pertrāſit e f ſpaciū mai⁹:et a pertranſit d ſpacium.min⁹:et ſequit̄ cū pars maioꝛ magis reſiſtat per vnam ſuppōnem huius capitis velocitatū deperditarum eſt maioꝛ pꝛopoꝛtio quam illarū partiū ergo remanentes haberent ſe in minoꝛi quam l niſi a remitat potētiā ſuā ⁊ ſic remitat magis d velocitate.

## Capitulū.v.in quo agitur d velocitate mot⁹ penes cāꝫ in medio nō reſiſtente.

Pꝛo cui⁹ declaratione pono aliq̄s ſuppōnes. Pꝛia ſuppō.reſiſtētia ē q̄litas:ī tincta a re reſiſtēte. Pꝛo cui⁹ declaratiōe noto penes q̄d attēdat̄ reſiſtētia,nō.n.attēditur reſiſtētia penes agere,nec penes multitudinē foꝛme,ſꝫ penes intēſionē q̄litatis q̄ ē reſiſtentia data paritate ſubi. Et vt magis hec materia declaret̄ notabis tres pppōnes. Pꝛia ē.'Reſiſtētia nō ē attēdēda eſſe maioꝛ vel minoꝛ penes actionē q̄ a reſiſtētia pueniat maioꝛ vel minoꝛ nāq a pportiōe eq̄litatis ſit reſiſtētia,ſꝫ nō actio:ḡ reſiſtere nō ē agere ⁊ ꝯfirmat̄:q2 ſi materia p̄ia hēret aliqḋ deſtructiuū ſui reſiſteret p ſua ꝯſeruatione:et tn̄ nulli⁹ ē actiuitatis.ḡ reſiſtere nō ē agere. ¶ Scḋa ppō. Reſiſtentia nō attēdit̄ penes multitudinē foꝛe pꝫ:q2 figura ſpherica ſub eq̄li multitudīe foꝛe magis reſiſtit qḋ puenit ex maioꝛi vniōe partiū ſcḋo pbat̄:q2 ſiccitas ⁊ caliditas hñtes eq̄l'r de multitudīe foꝛe ſic ſe hñt ꝙ ſiccitas magis reſiſtit ꝙ̄ caliditas.tertio pbat̄:q2 coꝛp⁹ rpatū medicis teſtātib⁹ ſub minoꝛe caloꝛe ꝙ̄ colericū pl⁹ reſiſtit cauſis ifrigidantib⁹ qḋ quidē nō euenit ex maioꝛi multitudine foꝛe. ¶ Tertia ppō reſiſtētia attēdit̄ penes ītenſionē vni⁹ qualitatis q̄ ē reſiſtentia data p̄itate ſubi. Pꝛo cui⁹ declaratione,noto,ꝙ d ıpliciter aliqua res dr̄ reſiſtere.p̄io mō ad ꝯſeruādū ſuā itegritatē.i.ad ꝯſeruādū ſuas ptes vnitas et hoc mō cūcta entia nālia reſiſtūt tā deſtructi illa ꝙ̄ illa diuidenti. Alia reſiſtētia ē ad ꝯſeruandū ſe:non tn̄ ad ꝯſeruandū ſuā itegritateꝫ et hoc mō mā p̄ius reſiſtit. Nā ſi dcēt ꝙ totū concauū ſub lunare eēt plenū p̄ia mā in inſtanti graue deſcenderet per illud plenū:q2 mā p̄ia nunq̄ reſiſtit ſue diuiſioni q2 ita bñ integra ſicut diuiſa ſaluat̄:dico ergo ꝙ reſiſtētia q̄ eſt nō ſolum ad ꝯuerſandū eē rei:ſꝫ ēt ne diuidat̄ ē qualitas diſtincta a re reſiſtēte.qḋ ſuadeo dupl'r.p̄io ſic niſi eēt ita neſcirem⁹ imaginari mediū ſi reſiſtēs qḋ im

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ... DA

maginanť calculatores ꝑ hoc ꝙ illa q̄litas redigať
ad pūctū.ſcđo:q꞉ data vna potētia:vt.9.cōpata dua
bus reſiſtētijs vniformiť diffozmib⁹ a nō ğdu vſq₃ ad
8.q̄ꝝ vna ſit pedalis:et alia bipedalis ingenioſe pro
bať i p͛ia.q.noſtraꝝ ꝓpoz.ꝙ potētia q̄ moueť ſuꝑ me
diū bipedale moueť veloci⁹ qđ iđ eſt q꞉ lʒ vtraq₃ re-
ſiſtentia ſit eq̄lis alteri intenſiue.maioꝛ tñ ē illa q̄ hʒ
ꝑtes magis vnitas illi⁹ reſiſtētie qualitatiue q̄ pono

## ¶ Scđa ſuppō mediū non reſiſtens

pōt dupl'r ꝯſiderari.vno mō:q꞉ ſit oꝛbatū iſta q̄litate
q̄ eſt reſiſtentia.ſecundo modo tanq̄ vacuū trine di-
menſionis nullo coꝛpoꝛe penetratū ẜm platonē:ꝛ iđ
a calculatoꝛe medium non reſiſtens ſepe numero vo
catur vacuum.

## ¶ Tertia ſuppō q̄ñ iſta q̄litas que ē

reſiſtentia eſſet a nō gradu vſq₃ ad.8.pedalis:et to
ta condenſareť donec eēt in ſolo nō gradu.medium
illud vocareť nō reſiſtens:et ſi velles poſtea illā eādē
reſiſtentiā ſemꝑ manētē vniformiter diffoꝛmē eo mō
quo condenſabať extēdere.diceret illa reſiſtētia par
tibiliter acq̄ri dūtaxat quo ad extēſionē:nec alio mō
credere aliq̄m q̄litatē poſſe partibiliter quo ad extē
ſionē dūtaxat acq̄ri niſi hoc mō lʒ q̄litatē aliquā par-
tibiliter quo ad itenſionē dūtaxat acq̄ri fuerit dictū
eſſe poſſibile in trib⁹ caſib⁹.2.phi.

## ¶ Quarta ſuppō reſiſtētia hec ī pūc

to collecta pōt extendi tripliciter .ſ.non gra:quieſ-
cente reliq̄s extremis motis.ſcđo mō extremo intē-
ſioꝛi quieſcente reliq̄s motis.tertio mō non gra.ꝛ ex
tremo intēſioꝛi q̄ſcēti et reſiſtētia lateral'r mota.

## ¶ Quinta ſuppō: q̄ñ reſiſtentia illa

collecta ī pūcto vniformiter diffoꝛmiter ſemꝑ rema-
nens ꝑgrediť extenſiue veloci⁹ moueńť pūcta īteſio-
ra ꝙ remiſſioꝛa ꝓꝫ:q꞉ in equali tꝑe pertrāſeūt mai⁹
ſpatiū his ſuppōnib⁹ poſitis:pono aliq̄s ꝯcl'oes.Pꝛia
ꝯcl'o ſi reſiſtentia vniformiter diffoꝛmis ī pūcto colle-
cta ſemꝑ manēs vnifoꝛ.diff.extēſiue ꝑgrediať.dico
ꝙ ſi aliq̄ potentia cū illa moueri incipiāt:et puncta
vniformi.moueanť ipſa vnifoꝛ.mouebitur:ꝛ ſi diffoꝛ.
moueanť ipſa diffoꝛ.moueбiť.ꝓbať ꝯcl'o q꞉ illa potē
tia ſuppono ꝙ moueť nāl'r:igiť quātū pōt moueť:ğ
ſemꝑ erit in eodē puncto.alias ſi eſſet in diuerſis pū-
ctis q̄nq₃ veloci⁹ q̄ñ tardius moueret:et ita non mo
ueretur.ẜm vltimū ſui cōnat⁹ cū ergo ſemꝑ debeat
eſſe in eodē pūcto ſi tale mouebitur vnifoꝛ.ipſa mo-
uebiť vnifoꝛ.ꝛ ſi tale mouebiť diffoꝛ.ipā mouebiť dif
formiter.¶ Secunda.cōcl'o.data latitudine reſiſ-
tentie vnifoꝛ.di. a certo gra:vſq₃ ad aliquē gra.ꝛ to
ta ipſa collecta in puncto intenſioꝛi:taliter ꝙ poſtea
partibiliter extenſiue mota ꝙ continue punctum ei⁹
remiſſius veloci⁹ moueatur quam potentia.b.ab eo
dem puncto intenſioꝛi mota cum illo poſſit moueri
dico non eſſe poſſibile talē potentiā ꝑ huiuſmodi me
diū motā q̄nq₃ intendere motū:et poſtea remittere.
q̄nq₃ remittere:et poſtea intendere:q̄nq₃ intendere
et poſtea vniformi.moueri: aut continuo intendere
motū ſuum aut ꝯtinue remittere ſʒ vniformiter in eo
demq₃ pūcto ſemꝑ moueri.ꝓbať iſta ꝯcl'o. pꝛio quo
ad primā ꝑtem.nā ſi illa potētia pꝛio intendit motū
ſuum ergo mouetur a maioꝛi ꝛ maioꝛi ꝓpoꝛtione ſu
ꝑ maioꝛē reſiſten.ergo ſi pꝛīcipio mot⁹.cū minoꝛi ꝓ-
poꝛtione mouendo intendit motum ſuum:a foꝛtioꝛi
in proceſſu motus cum a maioꝛi pꝛopoꝛtiōe feratur
intendit motum ſuum. ¶ Secunda pars pꝛobatur.



Nam ſi pꝛimo remitit motum ſuum.illud eſt quod
mouetur a minoꝛi et minoꝛi pꝛopoꝛ.ꝙ ſi ſic ergo in ꝓ
ceſſu magis:et magis remittit cum minoꝛi pꝛopoꝛ.
feratur.tu enim dicis ꝙ remittit. ¶ Tertia pars
ꝓbatur.Nam cum ab infinitum modica pꝛopoꝛ.pūc
ta verſus extremum intēſius moueantur:ſequitur ꝙ
illa puncta mouebuntur tardius q̄.b potentia inci-
piat moueri:ſit ergo punctum.a.quod moueat ab.f.
pꝛopoꝛtione minoꝛi quam ſit illa aqua.b.incipit mo
ueri et ſit punctū.c.ꝙ moueat ab.h.pꝛopoꝛtione ma
ioꝛi q̄.f.ꝛ minoꝛi q̄ illa aq̄.b.potētia icipit moueri:ꝛ
ꝓcedat itēdēdo motū ſuū ab.a ī.c.illđ eſt īpoſſe:qđ ꝓ
bo q꞉ ſequiť ꝙ.c.ꝓcedit potentiā.b.qđ eſt fl'm:q꞉ mo
uetur a minoꝛi ꝓpoꝛ.q̄.b.potētia:ğ non eſt poſſe ꝙ il
la poten.ꝯtinue intedat motū ſuū ab.a in.c.ꝙ aūt nō
continue remitat.a.c.vſq₃ vſq₃ in.a. pꝛobať.Nā ſi ſic
ſequiť ꝙ ipm.a.ꝓcederet aliq̄ñ potētiā.b.ꝯñs eſt fl'm
q꞉.b.moueť a maioꝛi ꝓpoꝛtiōe q̄.c.ꝛ q̄.a.et quā oīa
puncta illa intermedia ꝯcludiť:ğ vltima ꝑs ꝟa .ſ.ꝙ
illa potentia ꝯtinue vniformi.mouebiť ꝛ ſemper erit
in eodem puncto.

## Capl'm ſextū declarat an diffini-

tio mot⁹ vnifoꝛmiť diffoꝛ.q̄ dr̄ mot⁹ vniformi.
diffoꝛ.eſt cui⁹ mediū tm̄ excedit infimū q̄tū
excediť a velocioꝛi ſit bene aſſignata:et arguiť ꝙ nō
q꞉ ſummo vna rota cui⁹ diameter ſit bipedalis itra
q̄ ſingo alia cui⁹ diameter ſit pedalis:iā illa rota mo
ueť vniformi.diffoꝛ.et tñ illi non ꝯuenit diffini.data
ꝓbať minoꝛ q꞉ pero đ gradu medio vbi nā eſt. vtrū
ſit in medio magnitudinis ſubi' vl' in medio longitu-
dinis:ſi dicať pꝛimū:ſequiť ꝙ circunferentia circuli
minoꝛis non moueret ſubdupla velocitate ad illā q̄
moueť circūferētia circuli maioꝛis qđ eſt fl'm cū pro
poꝛtio circūferētiaꝝ ſit eadē cū ꝓpoꝛ.diame. ſi aūt
dicať qđ ē in medio lōgitudinis.i.in circūferētia cir
culi ꝑui:illđ eſt fl'm:q꞉ tūc ꝑ vnā quartā ē latitudo a
nō gra. vſq₃ ad.4.:ꝛ ꝑ tres quartas eſt a.4.vſq₃ ad
8.ğ coꝛrñdet maioꝛi gradui q̄ medio dicēdū eſt ad
hoc qđ illa diffi.mo.vni.diff.bñ eſt aſſignata et cū pe
tis de illis rotis dico ꝙ ſi res q̄ moueť vnifoꝛ.diffoꝛ.
miter ē coꝛꝑalis gra.medi⁹ poniť ī medio magnitu
dinis ſi vero res q̄ moueť eſt indiuiſibilis in aliquā di
menſionem ita coꝛrñdet medi⁹ ī medio lōgitudinis
ex quo īfert:qđ ſi inter illos duos circulos ponať vn⁹
quadrāgul⁹(mō quo ī figura p̄ſenti poniť)ita ꝙ duo
angl'i moueanť vt.8.ꝛ mediū quadrāgl'i ſit ī circūfe
rētia circuli minoꝛis lateral'r ſumēdo latitudinē nō
inueniať ꝙ mediū excedit extremū imo excediť tm̄
Ad hoc ꝙ tale quadrāgulum vni. diffoꝛ. moueať ſa
tis eſt ꝙ oēs linee ducte acentro trāſeūtes ꝑ quadrā
gulū vni. diffoꝛmiter moueńť.¶ Dubitaret aliq̄s an
velocitas mo vni.diff.quo ad ſubm ſit attendēda pe-
nes punctū velociſſime motū:rñdeť qđ duplex ē opi
nio pꝛia eſt hentiſbe.opinātis ꝑtē affirmatiuā qui cō
cedit multa coꝛrelaria.Pꝛimū coꝛrellariū ſtat ali-
q̄d eq̄velociter moueri continuo et tñ ꝙ q̄lʒ ei⁹ punc
t⁹ intrinſecus tardi⁹:et tardi⁹ moueať coꝛrelariū pꝫ
ſi ſuꝑficiē cōuexa oꝛbis lūaris exñte ī mota moueanť
oīa puncta motu rarefactionis verſus cētrū. Scđm
coꝛm̄ ſtat iā aliq̄d moueri ẜm oīa pūcta intrīſeca ve-
loci⁹:et tñ ipm ſemꝑ eq̄velociter moueť.coꝛm̄ pꝫ ſi ſu
perficie conuexa exiſtente immota rarefiant omnia
puncta intrinſeca verſus circumferentiā. Tertium
coꝛrelariū aliq̄ñ đficit pūctū velociſſime motū:ꝛ tūc
velocitas ē attēdēda penes pūctū qđ moueretur indi-

niſibiliter velociꝰ quam aliqs pūctus illiꝰ coꝛpoꝛis:
exēplū pꝫ imaginādo lineā girāti in colūna: cuiꝰ pri-
ma gira moueat vt.4.ſecūda vt.6.tertia vt.7.qrta
vt.7.cū dimidio: ⁊ cōtinuādo oēs diuiſiones vſqꝫ ad
8.dicit tūc moueri vt.8.tota linea giratiua qꝛ gra.
vt.8.indiuiſibilr eſt maioꝛ ꝙ aliqs gra.aliꝰ linee gi.
rati. Opinio tñ cōis eſt ꝙ velocitas motus vni.diff.
quo ad ſubiectū eſt attenda penes gra.mediū inter
punctū nō motū ⁊ punctū velociſſime motū. Poteris
tñ coꝛꝛm̄ hoc annotare ꝙ ſi eadē potentia duas rotas
concentricas moueat equali circuitiōe ꝙuis ineque
velociter moueat circulariter a maioꝛi ꝓpoꝛ.mouet
rota maioꝛ ꝙ minoꝛ: ꝙuis ab eadē poten: qꝛ diſtātia
punctoꝝ a cētro tenet ſe ex parte potentie.

¶ Sed contra hanc opinionē argui- *Egregiū argm̄.*
tur: ex illa ſeqret ꝙ.a.moueret in duplo velociꝰ ꝙ.b.
⁊ moueret pluſꝙ duplo velociꝰ ꝙ.b.ꝯñs eſt falſuꝫ: er
go ⁊ opinio.ſequella ꝓbat. Sit.a.quadratū pedale
ſm oēm dimenſionē ⁊.b.ſilr: volo ꝙ.a.ī tota vna hoꝛa
efficiat in duplo longiꝰ ⁊ in duplo latiꝰ ſeipſo.b.aūt ī
ſequialtero longiꝰ ⁊ in ſequialtero latiꝰ ſeipo. Tunc
a.mouet in duplo velociꝰ.b.pꝫ, qꝛ punctū eiꝰ mediuꝫ
acquirit ſm longitudinē vnū ſemipedale: ⁊ pūctū.b.
mediū acquirit ſm longitudinē vnam qrtā pedalis:
ergo.a.mouet in duplo velociꝰ.b.et mouet in duplo
ſuper bipartienti quintas.a.ꝙ.b.velociꝰ: ergo itērū
Minoꝛ ꝓbat ſuppoſita hac ꝓpōne Euclidis quā hꝫ
in.12.elemētoꝝ.ſ.ꝙ ſi quadrata perfecta ſint ſm oēs
dimenſiones habēt ſe in aliqua ꝓpoꝛtione quo ad co
ſtas in triplicata ad illā ſe hñt quo ad ſuas magnitu-
dines ꝓprias. Si ergo duo quadrata imꝑfecta hñt
ſe in aliqua ꝓpoꝛ.quo ad longitudinē ⁊ ad latitudi-
nem maioꝛis inequalitatis ſm coſtas. Et quo ad pro
funditatē ſunt equalia hēbunt ſe in duplicata ꝓpoꝛ.
ad coſtas. Si vero quo ad vnā dimenſionē ſolū ſe hñt
in aliqua ꝓpoꝛ.ſm coſtas habebūt ſe illa quadrata ī
ſola illa ꝓpoꝛ. Exm̄. Ponamus vnū q̄dratū bipedalr
lōgū ⁊ bipedalr latū ⁊ bipedalr ꝓfundū: aliud vͦ ſit
pedale ſm oēm dimenſionē. Dico ꝙ qꝛ coſte hñt ſe in
dupla ꝓpoꝛ.habebunt ſe quadrata in.8: qꝛ eſt tripla
ad duplā. Si vero quadratū ſit in duplo longiꝰ ⁊ in
duplo latiꝰ ꝙ.b.⁊ in ꝓfunditate ſunt equalia: Dico ꝙ
a.ſe hꝫ in quadrupla ꝓpoꝛ.ad.b. Si vero.a.ſit in du-
plo longiꝰ.b.⁊ in reliquis dimēſionibꝰ ſunt equalia:
dico ꝙ.a.eſt in duplo maioꝛ.b.tūc ſic arguo.a.ſm du
as dimenſiones efficit maius ꝙ erat in duplo: ergo ꝑ
ſuppoſitionē efficit in quadruplo maiꝰ ꝙ erat: ⁊ erat
pedale: ergo acquiſiuit triapedalia et.b.ſm duas di
menſiones efficit in ſequialtero maiꝰ quā erat: ergo
efficit in duplo ſequiquarto maiꝰ ꝙ ante: ⁊ antea pe-
dale erat: ergo acquirit pedale cū.4.ſꝫ tripedalis
ad pedale cū.4.eſt dupla ſuper bipartiens quintas
ergo mouet in duplo ſuꝑ bipartienti.5.velociꝰ ꝙ.b.
Ad hoc argm̄ dicēdū eſt ꝙ nō mouet.a.ſolū in duplo
velociꝰ.b.imo vt tu bene ꝓbaſti mouet.a.in duplo ſu
per bipartienti quintas velociꝰ.b.

## Capitulū ſeptimū inq̇rens de ve

locitate motꝰ difformis quo ad effectū diffoꝛ-
mitate exiſtēte quo ad tp̄s. Notādū eſt ꝙ mo
tꝰ difformis eſt duplex: quidā eſt quo ad ſubm quo.ſ.
partes ſubiecti difformiter mouent. Aliꝰ ē difformis
quo ad tp̄s ⁊ eſt quo in equalibꝰ partibꝰ tpis pertrā
ſeunt ſpacia inequalia: ex quo infert ꝙ motꝰ lapidis
deſcendentis eſt difformis quo ad tp̄s: ē tñ vniformis
quo ad ſubiectū: ſed motus celi eſt vniformis quo ad
tp̄s: et difformis quo ad ſubiectū. Hoc ſuppoſito po-
no aliquas ſuppōnes. Pꝛia ſuppō. In latitudine vni *Suppō.1.*
formiter difformiter terminata ad nō gradū gradꝰ
mediꝰ eſt ſubduplꝰ ad gradū totā latitudinē termi-
nantē: ſi tñ terminet ad gra.vtrobiqꝫ dico ꝙ gradus
mediꝰ eſt maioꝛ ꝙ ſubduplꝰ. Suppō hec quo ad am
bas ptes ꝓbat pꝛio quo ad pꝛimā diuidat illa latitu
do ab illo gradu vſqꝫ ad non gradū ꝑ ptes ꝓpoꝛtio.
dupla ꝓpoꝛtione: ibi cōſtat ꝙ gradꝰ mediꝰ eſt in me
dio totiꝰ ſubiecti: qui quidē equalr diſtat a nō gra.ſi
cut a gradu ſummo ⁊ nō pōt equalr diſtare a nō gra
du ſicut a gradu ſūmo niſi ſit medietas gradꝰ ſummi
igit in latitudīe vniformiter difformi terminata ad
non gradū. Gradꝰ mediꝰ eſt medietas gradꝰ termi
nantis totā latitudinē: in latitudine tñ dicit ſcda ps
vniformiter diffoꝛ.terminata ad gradū: gradꝰ medi
us eſt maioꝛ ꝙ medietas gradꝰ ſummi: pꝫ hoc in lati
tudine a duobus vſqꝫ ad 8.vbi gradꝰ vt quinqꝫ ē ma *Suppō.2.*
ioꝛ ꝑs ꝙ medietas gradꝰ vt.8. Secūda ſuppō. In la
titudine vniformiter difformi terminata ad nō gra
dū gradus mediꝰ medietatis intenſioꝛis eſt triplus.
ad gradum mediū medietatis remiſſioꝛis namqꝫ in
latitudine a nō gradu vſqꝫ ad.8. Gradꝰ mediꝰ me-
dietatis intenſioꝛis eſt.6.⁊ gradꝰ mediꝰ medietatis
remiſſioꝛis eſt vt duo et octo ad duo eſt tripla ꝓpoꝛ.
In latitudine tñ terminata vtrobiqꝫ ad gradū ī mi-
noꝛ ꝙ tripla habet ſe gradus medius medietatis in
tenſioꝛis ad gradū mediū medietatis remiſſioꝛis, vt
exemplo facile eſt videre. Ex quo infert ꝙ ſi aliquid *Coꝛꝛ.1.*
moueat a non gradu vſqꝫ ad quattuoꝛ per vnā hoꝛā
vniformiter difformiter ſpaciū per trāſitū in ſcda me
dietate ad ſpaciū per trāſitū in pꝛima hꝫ ſe in tripla
ꝓpoꝛtione et ſpaciū per tranſitū in tota hoꝛa ad illō
ꝙ per tranſiret gradu totā latitudinē terminātē ha-
bet ſe in ſubdupla ꝓpoꝛtione ſi tamē vtrobiqꝫ termi
naret ad gradū pꝛimū ſe haberet in minoꝛi quā du-
pla et ſecundū in minoꝛi ꝙ ſubdupla. Sequit ſecun *Coꝛꝛ.2.*
do ꝙ tm̄ ſpaciū pertranſit aliquis per latitudinē vni
formiter diffoꝛ.a non gradu vſqꝫ ad octo, cōtinue in
tendendo ſicut per latitudinē vniformiter diffoꝛ.ab
octo vſqꝫ ad nō gradū, continue remitendo.

## Capitulū octauū inq̇rens penes

*Penes qd attenditur raritas ⁊ denſitas.*

qd attendat raritas ⁊ denſitas: ⁊ an raritas
et denſitas ſint poſitiua vel pꝛiuatiua ad pꝛi-
mū duplex eſt opinio. Pꝛima eſt tenens ꝙ raritas et
dēſitas attēdunt penes diſtantia pūctoꝛū in materia
ꝓpoꝛtionata et hec eſt opinio Calculatoꝛis cuius in
tellectꝰ eſt quod ſi aliq̄ duo ſint equalia equaliter cō
tineāt de media ſunt equaliter rara ſi vero aliq̄ duo
ſunt equalia ꝓpoꝛtionabiliter ſicut vnū plꝰ haberet
de materia quam aliud ita eſt rariꝰ vel denſius ſi vͦ
ſint equalia ⁊ i ꝓpoꝛtionabilr ſicut vnū eſt maius ꝙ
aliud ita plꝰ habet de materia ſunt equaliter rara ⁊
equaliter denſa: ſi vero in maioꝛi pꝛopoꝛtione ſe ha
beant quantitates quam materie in ea pꝛopoꝛtione
in qua ꝓpoꝛtio quantitatū excedit ꝓpoꝛtionē mate
riarū in eadē maiꝰ ē rarꝰ minoꝛi. Si vero ī maioꝛi ꝓ
poꝛtione ſe habent materie ꝙ quātitates tunc maiꝰ
eſt denſiꝰ minoꝛi in ꝓpoꝛtiōe q̄ materie excedūt quā
titatū pꝛopoꝛtionē. Scda eſt opinio q̄ dicit raritatē
attendi penes ꝓpoꝛtionē q̄ntitatis ad materiā que ſi
ſit ꝓpoꝛtiōe eq̄litatis nec coꝛpꝰ eſt rarū nec denſum
ſi vero ſit ꝓpoꝛtio maioꝛis inequalitatis quātitatis
ad materiam coꝛpus eſt rarum et ſi ſit pꝛopoꝛtio ma
ioꝛis inequalitatis materie ad quātitatē coꝛpus eſt

dēſuʒ: ſi vero vnū corpꝰ ē rariꝰ alio illud ē qꝛ ꝓportio quātitatis ad materiā in vno eſt maior quā ꝓportio quantitatis ad mām in alio et in q̄ ꝓportione vna ꝓportio eſt maior alia in eadē ꝓportione vnū eſt rariꝰ alio: ex quo inferṫ ꝙ apud priam opinionē ſi aliquid efficiṫ in duplo maiꝰ quā erat efficiṫ in duplo rariꝰ: nō tñ ſi aliqd efficiṫ in duplo maiꝰ ꝙ̄ erat apud ſecūdā opinionē efficiṫ in duplo rariꝰ, vt pʒ ſi quantitatis ad mām eēt ꝓportio ſeſq altera et efficeretur quantitas dupla ad p̄exiſtentē. Prīa tñ opinio Calculatoris teneṫ. Notandū eſt ſecūdo tres eē opiniones de raritate dēſitate. Prīa eſt burlei. ⁊ phī, ꝙ raritas et denſitas ſunt q̄litates et ſunt ꝯtrarie. Scōa ē opinio tenens ꝙ denſitas eſt priuatiuum, ſicut tenebra et raritas poſitiuū ſicut lux. Tertia eſt opinio Calculatoris q̄ teneṫ ꝙ denſitas ē poſitiuū raritas vero priuatiuū; notandū eſt tertio ꝙ lʒ non poſſit dari corpꝰ vniformiter difformiter rarū ab. 8. vſqʒ ad non gradū tñ pōt dari corpꝰ vniformiter difformiter dēſum ab. 8. vſqʒ ad non gradū: quia tale corpꝰ vniformiter difformiter rarū eſt infinite denſum: qꝛ diuidendo illud per ptes ꝓportiōales minoribꝰ terminatis verſus nō gradū q̄libet pars ſeq̄ns eſt in duplo denſior immediate p̄cedenti et ita illud ē infinite dēſum ſcōm vero corpꝰ non eſt infinite rarū qꝛ falſum eſt ꝙ ſub infinita q̄ntitate finitū contineat de materia.

## Capitulū nonum De velocitate

Capitulū nonum De velocitate motꝰ augmētatiōis due ſunt opiniones. Prīa eſt Hentiſberi in ſuo tractatu de motu augmentatiōis tenētis ꝙ velocitas motꝰ augmētationis eſt attendēda penes ꝓportionē quantitatis acquiſite et pre exiſtētis ad pre exiſtētē ita ꝙ ſi vnū ſemipedale acquirat in vna hora aliud ſemipedale ſuper ſe pedale vero acq̇rat vnū pedale ſup ſe dico ꝙ illa duo eque velociter augenṫ qꝛ in eq̄li tpe acquirūt eq̄les ꝓportiones et videṫ hoc eſſe conforme cōi mō concipiendi. Ex quo inferṫ ꝙ quicq̇d augeṫ a non quanto in infinitū velociter incipiṫ augeri qḋ ꝓbaṫ qꝛ infinitā ꝓportionē incipit acq̇rere. Nā ſi acq̇riṫ vnū pedale in dimidia hora prīo acquiſiuit q̄rtā pedalis et milleſimā pedalis: ergo acquiſiuit oēm ꝓportionē poſſibilē ergo īfinitū velociter incipit augeri. Scōm correlariū ſi aliq̄ res acquirat triplā ꝓportionem ſup ſe ⁊ alia acquirat duplā ſup ſe in eodē tpe velociꝰ augeṫ illa q̄ acquiſiuit triplā et illud eſt in ꝓportione irrationali. Secūda opinio eſt Calculatoris tenentis ꝙ velocitas motꝰ augmentationis eſt attendenda penes quātitatē acquiſitā ſʒ videṫ hec opinio falſa qꝛ dicit C ipſum ꝑ pedalē creſcentē eſſe adeo augmētatū ſicut plantulā paruā per pedale creſcentē ex prīa tñ opinione: mirabile Correlariū infert Aluarꝰ thomas quo ꝓbat in ſcōo argto in pte aū oppoſitū in capitulo de motu augmentationis ꝙ ſi. a. et. b. a nō quāto incipiant augeri. a. tñ in duplo velociꝰ. b. ſemꝑ. b. erit maiꝰ. a. qḋ ſic ꝓbaṫ qꝛ ſi. a. erit maius. b. ſit. a. in ſe qui altero maiꝰ. b. in iſtanti. c. clārū eſt. b. acq̄ſiuiſſe infinitas ſeq̄alteras vſqʒ ad. c. Conſtituamus quoddā inſtans ante. c. ꝙ ſit. d. in quo. a. ſit maiꝰ. b. et vſqʒ in. c. acquirat. b. duas ſeq̄alteras et. a. cū augeaṫ in duplo velociꝰ acquirat. 4. ſeq̄alteras et ſeq̄tur ꝙ. a. in inſtāti. c. eſt pluſquā in ſequialtero maiꝰ. b. ⁊ ſic nō bene dixiſti ꝙ erat. a. adeq̄te in ſequialtero maiꝰ. b. neqʒ mirabile appareat hoc Correlariū. Nā ſi pedale et bipedale diuidanṫ ꝑ partes ꝓportiōales dupla ꝓportione partes bipedalis ſunt maiores quā ptes pedalis et qꝛ a non quāto augendo citius acquirūtur partes minores et per eas maior ꝓpor. acquiriṫ qḋ acquiritur tñ minꝰ eſt.

## Capitulum decimum inquirit penes quid

Capitulum decimum inquirit penes quid attēdaṫ velocitas motus alterationis ad qḋ reſpondeṫ ꝑ aliquas ꝓpōnes. Prīa ꝓpō velocitas motꝰ alterationis nō eſt attendenda penes ꝓductionē eque intenſe qualitatis per maius ſubiectū namqʒ ſi calefactiuū aliqḋ ꝓducat. 4. gradꝰ caliditatis per ſubiectū pedale qḋ tpe motꝰ rare fiat et frigefactiuum producat tantā multitudinem forme per ſubiectū pedale et tpe motꝰ condenſetur ille alterationes ſunt eque veloces et tñ non ſunt per equalia ſubiecta. Secunda ꝓpoſitio velocitas motꝰ alterationis non attendiṫ penes intenſionem pʒ. Nā ſi vnū calefactiuū produceret. 4. gradꝰ caliditatis in ſubō pedali ferreo: et aliō calefactiuū ꝓduceret. 6 gradꝰ caliditatis ī ſubō pedali ſtupeo velociꝰ alterat ſm hoc illō qḋ alterat ſtupā quā illud ꝙ alterat ferrū qḋ eſt falſum. Tertia ꝓpō velocitas motꝰ alterationis attēdiṫ penes ꝓductionē graduū multitudinis forme his habitis ponitur vna concluſio, ſi due potētie inuariate agant in duas reſiſtentias inuariatas inequales eq̄li ꝓportione dico ꝙ ſi potentie debent eſſe inuariate ſemper minor agit velocius quia cum incipiant agere eque velociter equaliter, deperdeṫ de reſiſtentia minori et maiori: et per hoc reſiſtētia maior minorem proportionem deperdit. Ex quo infertur ꝙ ſi medicina fortior purget humorē deteriorem ab equali ꝓportiōe aqua medicina debilis purget humorem minus malū citius (Si medicine ſtāt inuariate) purgabitur humor a medicina debili q̄m a forti.

## Capitulū vndecimū inq̇rit de mō

Capitulū vndecimū inq̇rit de mō penes quē attēdiṫ velocitas inductionis gradus ſūmi. Pro quo noto: quod inductio gradꝰ ſūmi nil aliud ē ꝙ̄ ꝓductio gradꝰ ſūmi partibiliṫ ꝑ aliqḋ ſubiectū. Ex quo inferṫ ꝙ in anima pōt fieri inductio gradꝰ ſummi: ſʒ nō fit inductio gradꝰ ſūmi in anima. Hoc habito: pono aliq̄s ꝓpoſitiones. Prīa ſi deṫ ſubiectū vnifor. diffor. q̄lificatū a nō gradu vſqʒ ad certū gradū: et fiat īductio gradꝰ ſūmi ab aliquo agēte poſito ī nō gradu. Eque velociter fit inductio gradꝰ ſūmi ab agente vt. 8. indiſtans ſicut in ꝓpinquū. ꝓbaṫ ſic ꝙ in ea ꝓportione q̄ ptes magis diſtāt a ſummo ſunt ꝓpinq̇ores agenti: ⁊ ī ea ꝓportione q̄ partes minus diſtant a ſummo ſunt diſtantiores ab agente. Secunda ꝓpō velocitas inductionis gradꝰ ſummi ē attēdenda penes magnitudinē ſubiecti: nō poſita in ſubiecto rarefactione: nec motu in qualitate q̄ acq̇ritur. Dixi hec duo: q̄m ſi in ſubiectū calidū a non gradu vſqʒ ad. 8. ꝓduceret gradꝰ ſummꝰ vt. 8 et ſubiectū rarefieret: ⁊ in ſubiectū frigidum a non gradu vſqʒ ad. 8. (exiſtente pedale ſicut alio) īduceret gradꝰ ſummꝰ frigiditatis eque velox ē inductio gradꝰ ſummi in vno, ſicut in alio: lʒ hoc ſecūdū condēſeṫ. Dixi ſecūdo qꝛ ſi ſummaṫ vnū ſubiectū vnifor. calidū vt. 8. pedale ⁊ vna eiꝰ medietas a non gradu vſqʒ ad. 8. cōdenſeṫ donec tota in non gradu colligaṫ: more medij nō reſiſtentis. Poſtea vero in duplo citiꝰ extendaṫ in priſtinū ſubiectū: ꝙ̄ agens vt. 8. ꝓducat ſummū gradū nō diceṫ velociꝰ alterari ꝓpter ea ꝙ illa qualitas mota eſt.

¶ Finis Secunde partis.

# Tertia pars op9 Tripartiti: Phie nālis.

Queſtiones naturales per ordinem alphabeti perquirētes omnia naturalia queqꝫ interrogare aliquis poteſt. Compoſite per Petrum a Spinoſa artiū magiſtrum: quaꝝ ſumma colliget probleumata Ariſtotelis. Erūt vſqꝫ adeo ſuis quottationibus elucidate: vt nec doctor: aut autor qui in ea materia bene ſenſerit tranſeat ſub ſilētio.

## Prohemium...

Ariſtoteles primo ethicoꝝ (inquit.) Sermones vniuerſales ſunt inaniores: particulares vō certiores. Et tertio de anima. Uniuerſale parum mouet. Ideoqꝫ volens integrā Philoſophiam facere, hanc tertiam partem adieci: omnium maxime frugiferā, vt adimpleret id quod Philoſophus dicit, in de ſenſu. Ubi deſinit phiſicus: ibi incipit medicus. Ut poſſit igitur aliquis ſine ſtudio medicine particulari eſſe integer phs, hoc opus appoſui: glorietur dominus: a quo omne datum optimum. Mihi non remanet, niſi labor. Precor deū apō vos diſcipulos dilectiſſimos manſerit magn9 fruct9.

Ordo huius partis erit, omnes q̄ſtiones de naturis rerum rimari, ordine alphabeti, vt quiuis poſſit inuenire facile quam optarit. Hic inuenies librum de animalibus Ariſtote. De plantis Theophraſti. Summam probleumatum Ariſtotelis/ Alexandri/ Plutharchi/ Plinij/ Flores omnes. Inuenies omnia que bene dixerit Auicenna/ Gentilis: ⁊ omnia medicine commentaria. Quo retento nō indigebis pluribus ad philoſophandum curſibus, vt Alberto de ſaxonia/ Angeſt/ ⁊ reliquis.:.

## Primum Probleuma.



Primum probleuma ſit. Propter quid aurum īter om̄ia metalla, eſt incorruptibili9/ ſubleuās a triſtitia, tam bibitum q̄ꝫ viſum.

## Reſponſio.

Pro deciſione hui9 noto aliqua de mēte Plinij in trigeſimo tertio libro ſue naturalis hiſtorie. c. 4. Et ō mēte Matthei ſiluatici in queſtio. litere. d. capitulo. 209. Et de mente Alberti magni libro 4. de mineralibus capitulo. 1. q̄ꝫ aurum inter omnia metalla incorruptibili9 eſt. Nam ignis eſt edaciſſimum elementum, et tamen non deſtruit aurum ſed purificat: iuxta illō. Sicut aurum quod pbaṫ in fornace, ſic probauit electos ſuos dominus. Nam ſicut aurum a fornace exit limpidū: ſic electi dei tētati per afflictiones exeunt ab eis cum maiorib9 meritis. Ergo prima pars noſtri probleu. vera eſt. Secūda pars q̄ꝫ aurum bibitum aufert triſtitiam ⁊ viſum: declaratur ſic autho. Auicēne. 2 cano. capitulo de auro vbi dicit q̄ꝫ limatura auri data cum puluere oſſis de corde cerui, et vino releuat hominē a ſincopi. Tertia pars patet. Nā aurum letificat cor hominis: ⁊ nō niſi per viſum. Cōfirmatur hoc idem, nam color viridis maxime oblectat homines ipſorumqꝫ triſtitias amouet; ⁊ hoc nō niſi per viſum. Confirmaṫ hoc per Nicolaum de lyra qui ſuper illo paſſu Geneſeos, vbi dicit: q̄ꝫ Jacob ponens virgulas ſuper fontē, vbi debebāt bibere oues ex ſola ymaginatione qua imaginabantur oues ſuper diuerſis coloribus virgarum cōcipiebant fetus maculatos, vnde magnum emolumentum habuit cōtra ſocerum ſuum. Et quo ſingularis regula in naturalibus elicitur q̄ꝫ vbicumqꝫ potētie naturales ⁊ animales coniunguntur potentie naturales mouētur ſecundum dictamen: ⁊ conſilium animalium/ propter quod, vt narrat ibi Nicolaus de lyra, ex viro albiſſimo ⁊ femina albiſſima natus eſt ethiops nigerrim9 eo q̄ꝫ femina tēpore ꝯcubitus cogitabat in ethiope magno ducente choream in ſuis periſtromatibus: ⁊ hec eſt cauſa quare cogitans q̄ꝫ debet cadere cadit: et videns oſcitātes oſcitat: et videns comedentem acetoſa patitur dētium congelationē: ⁊ hec eſt cauſa, vt dicit doctor ſanctus in ſecunda ſecunde, proſequēdo de extaſi q̄ꝫ in extaſi virtutes naturales deficiunt ab operibus ſuis pergentes ad nutū animalium quaqua animales eant. Et ecce expoſitio literalis probleumatis.

Plinius | Matthe us ſiluati cus | Albertus magnus | Auicēna: ca. 19. | Nicolaus de lyra | Et magiſter Joannes ganiuet9 dn̄a pma. ca. 5. | Nicolaus geneſeos ca. 30.

Circa hoc pbleuma et circa ei9 triplicē partē q̄ro tria. Primū de metallorum compoſitione per quod auri incorruptibilitas innoteſcit. Secundum eſt de modo auferendi triſtitiam: ſuper quo videbitur de cauſis eius. Tertium quod quero eſt an imagines vel affectus anime imprimāt aliquid realr̄ in corpus. Ad primam queſtionem noto cum Ariſt. tertio metheo. ad calcem q̄ꝫ triplicia ſunt mineralia. ſ. quedam liquabilia dumtaxat, vt metalla: quedam pulueriꝫabilia dumtaxat, vt lapides: quedā liq̄bilia ⁊ pulueriꝫabilia ſimul vt media inter lapides et metalla: vt ſulphur: ſal. Noto ſecundo cum Angeſt ſecundo de cauſis propietate. 5. folio. 90. q̄ꝫ metalla omnia habent quandam humiditatem vnctuoſam viſcoſam ſicco quoddam terreo terminatā: quod verum eſſe monſtratur, quia omne me

Angeſt

tallum liquefit ab igne quod non faciunt la pides:ergo illud eſt quia habet humidita- tem:hꝫ etiam illā vnctuoſam ſolū in ſuperfi- cie:intrinſecꝰ vero aqueam: quare metalla liquata non comburuntur. Oleum hēt etiā talem humiditatem ſicco terminatā,qꝛ me tallum nō humectat in ipſa obuiatione. No

Albertus magnus — to tertio de mente Alberti magni libro.i.de minera.ꝙ omnia metalla componūtur ex ſul phure ⁊ argēto viuo: ita ꝙ ſulphur eſt tanꝗ̄ ſemen viri:⁊ argentū viuum, ſicut menſtruū mulieris:⁊ ex illorum varia commixtione ſe quitur varia metallorum generatio. Nam ſi ſulphur valde ſubtile argēto viuo maxīe mi ſcetur:⁊ argentum viuum ſit citriuum:⁊ ma xime conſtans fit aurum:quod propter opti mam cōmixtionē eſt ſine ſcoria:ē minime tin gens manus tractantis illud:grauiuſqꝫ eſt ceteris propter habere inequali quātitate plus de ſubſtantia miſcibiliū:ideoqꝫ magis ductibile ꝗ̄ reliq̄ metalla: minuſqꝫ calcina- bile:qm̄ reliquoꝝ metallorum argentum vi uum:aut non eſt fixum,ſed titubans: aut nō eſt depuratum,ſed argentum generatur ex argento viuo cōſtanti et maxime depurato. ſub dominanti vero ſulphure in ipſa mixtio ne:in ere vero dominatur ſulphur,ſed non ꝑ fectum:ſed lutuletū. Ideoqꝫ ſemper ꝑꝑ ma lam cōmixtionē miſcibiliū inter ea fit actio: vnde in ſuperficie reſudat viride eris nāꝫ vtriuſqꝫ ſapiens:in ferro aut dominanti ſul- phure impuro argentū viuum habet fixum: ſed impurū ſubdominans. In ſtanno aūt do- minatur argentum viuum puriꝰ ꝗ̄ in ferro: ſed non fixum: ⁊ adhuc minus fixum domi- natur in plumbo. Gratia cuius ſequitur ꝙ aque in quibus extingūtur ferra ignita pre ſertim calibs qui eſt ferrum depuratum et induratum proſunt ventris laxitati:qꝛ ſtrin gunt ꝑpter ſulphur. Sequit.2.quare plum bi lamina reſoluat nodos corpis ex dominio argenti viui in plumbo reſoluentis.

Egregiuꝫ nobile de ꝟtute me- tallica. — ¶ Notabis preterea d̄ mente Alberti magni libro.i.de mineralibus c.5. ⁊ in li.3.de mine.c.6.ꝙ ad cōſtituēdū quod- cumqꝫ minerale concurrit virtus metallica aut lapidifica q̄quidē habet ſe eo modo quo ſe habet virtus formatiua in conſtitutione embrionis. Nam quemadmodū hec hominē format figurat ⁊ diſponit: ita illa minerale diſponit: ⁊ quemadmodum hec in animali- bus generatur ex ſpiritu animali naturali ⁊ vitali:ita illa generat a celo ex parte ſubti- liori ſulphuris ⁊ argenti viui.

Nota: — ¶ Notabis p̄terea ꝙ ſulphur eſt quedam ſubſtantia partim terrea: quia puluerizatur. Partim aerea:quia inflamma tur. Partim aquea:quia liquatur velut ſpu ma terre ab igneo aduſto eleuata: ita ꝙ a partibꝰ terre vnctuoſis aduſtis eleuat,actio ne ſolis quedam ſpuma:que dum eſt concre ta fit ſulphur ſicut ſanguis a multo calido in flammatꝰ eleuat ſpumam que eſt colera:vn de ampulla eſt corpꝰ viſcoſum inclndēs ven toſum: qualiter accidit in oribus equorum agitatorum:⁊ ī motiōe aq̄:⁊ per infuſionem ſaponis in aqua: vt dicit Gale.2.apho.com.illius ſtrangulatorū. ¶ Noto pre terea ꝙ argētum viuum eſt velut aqua terre multis colatio- nibus colata:⁊ ideo alba effecta ſubtili quoddam terreo mi rabiliter ſibi cōmixto qd̄ ſulphuris ē: grā cuius diſtillatū nō relinquit cineres:quia ſecum defert totum terreū atqꝫ ſem per eſt titubans propter ſuum terreum tā ſubtile ꝙ nō figit. frigidum ⁊ ſiccum eſt in ſecundo gradu.

¶ Notabis vltra ꝙ argentū viuum intrās in metallis quandoqꝫ eſt impurum ⁊ eſt cauſa duritiei:quan doqꝫ eſt purum:⁊ eſt cauſa ſplendoris:quādoqꝫ eſt groſſum ⁊ ſic male cōmixtum cum ſulphure eſt cauſa molitiei ⁊ pauce ductibilitatis.

¶ Notabis preterea ꝙ quemadmodum in animalibꝰ triplex eſt humiditas.ſ.vnctuoſa pinguis que ē cauſa inflāmatiōis. Scđa aq̄a reſiſtēs īflāmatiōi. Tertia vo radicalis ꝯtinuatiua partiū. Ita pari mō in metallis eſt tri plex humiditas quedam vnctuoſa inflammabilis: quedam aquea reſiſtens:tertia continuatiua partium mixti.

De cōpoſi- tione lapi dum. Albertus magnus — IAm declarato modo compoſi- tionis metalloꝝ declaremꝰ de materia ⁊ com poſitione lapidum. Pro quo noto de mēte Al berti magni li.i.de minera.c.2.et.3.ꝙ dupli- ces ſunt lapides.ſ.Diaphani et Opaci. Ma teria lapidum opacoꝝ eſt terrea quod atteſtatur experien- tia:qꝛ omnes lapides poſiti in aqua perunt fundum:ergo eo rū grauitas eſt terrea. Pauci enim ſunt lapides qui fundū non petant in aqua ſunt enim quidā ſpongioſi lapides velut Pumex:et lapides Vulcani qui a thermis euomūtur. Silr lapides Diaphani propter dominiū eiuſmodi terrei petunt fundum:alſ non petituri ſi ſola aqua dominaretur: vt patet de Gelu qd̄ propter ſolum habere dominium aque, in eadē ſupernatat. Eſt aūt terra illa q̄ eſt materia lapidis vnctuoſa viſcoſa namqꝫ pura terra non conglutinatur:ſed ſcinditur ⁊ ꝙ ita ſit monſtratur,quia lapides qui generantur in animali bus in veſica ⁊ renibus,generantur partim ex arenis,par- tim etiam ex viſcoſis humiditatibus qui quidem a vehemen ti calido aduſta lapidem concreant. Quod aūt hec humidi tas lutoſa/viſcoſa/vnctuoſa concurrat ad lapidē ꝓbat Phs duplici experimento. Primo quia aliquando in minera.lapi dis viſum eſt lapidem aliquem concreatum cū partibus ter reis induratis exiuiſſe que propter defectum huius humidi tatis non fuerunt verſe in lapidem. Secūdo probatur quia viſum eſt in ea parte vbi lapis generat,ſi lapis ille ſit forami nulētus,in illis foraminibus productas eſſe concas ſeu lima tias qd̄ fuit:qꝛ humiditas illa viſcoſa eleuata ad ſuperficiem illius lapidis:ibidemqꝫ reflexa aſſumens calorem viuificum animal prodit in lucem. ¶ Lapidum autem diaphanoꝝ ma teria eſt aquea dominanter,non tamen ſola,ſed ſubtiliter re cōmixta: quod patet,tum qꝛ ex vno elemēto mixtum nō fit. Tum ſecūndo:qꝛ dicit Phs metheoro.4. Aqua non coagu- latur nec inſpiſſatur ſola. Sunt autem huiuſmodi lapides diaphani multotiens ex ſola aqua,ſaltem pauciſſimo terreo mixto:quod monſtrat Berillus ⁊ Cryſtallus:quos dicit phs eſſe ſcđo poſterioꝝ aquas dēſatas omni calido excluſo. Et di cit Albertus mag.ꝙ hū lapides ſunt tanꝗ̄ vitra nature. Si cut enim vitrum cauſatur per fortiſſimam aſſationem cineꝝ ſilicis plumbi ⁊ ferri ita ⁊ hic per fortiſſimam diſtilationem factam a partibus terreis ⁊ illius aſſationem. Et hoc eſt ꝙ di cebat Hermes trimegiſtus in libello quem vocabat ſecretiſ ſimus ſecretoꝝ cum dicebat: Vapor in lapidem conuertēdꝰ aſcendit ad celum.i.ſuperius ⁊ deſcendit de celo.i.reflectit inferius ⁊ ventus continet illum in ventre ſuo.i.aer illum va porem vehementer adurit. ¶ Unde nota ꝙ dicit Alber.ꝙ

Ariſtote.

aque multotiens gutatim cadentes facte ſunt lapi-
des et in cōchis piſcium inuente ſunt margarite. Al-
bertus magn⁹ li. i. de mineralib⁹ tracta. i. c. 6. et An
geſt. 2. de cauſis: proprietate. 3. fo. 86. dicunt de lo
cis generationis lapidum et de coloribus lapidum.
Albertus magnus li. i. de mineralibus tracta. 2. c. 3.
et de figuris ipſorum: et de ipſorum ꝓprietatibus ꝑ
que omnia diſcurramus.

*Albertus magnus*

¶ De locis: ſunt loci aquaꝝ
vbi humiditas terreſtris cū aqua a calore adurente
induratꝰ: ꝓ quo dicit Albertus: bonū exemplū de co
ralo, qui lapis eſt: ⁊ eſt fructus cuiuſdam arboris, ⁊
arbor illa egrediens per aquam induratur dū exit
ad aerem et fit coralus, ſicut vapor qui ē cauſa pili
exiens ad aerem induratur ⁊ fit pilus, ⁊ dicit in ma
ri dānico viſum eſſe ramum illius arboris cum nido
picarum dum egrediebatꝰ a mari totum eſſe verſum
in lapidem: ſimiliter etiā narrat in gocia viſum eſſe
quendam fontem qui omnia in illo intromiſſa verte
bat in lapidem, qđ non credēs rex Federicus iuſſit
mitti vnam cirotecā ſignatā ſigillo proprio, q̄ fuit
miſſa in illo fonte ꝑ illa parte ſigillata: et fuit verſa
in lapidē: ergo in aquis, vel ꝓpe aquas eſt principa
liſſimus locus generandi lapides.

*De locis ḡnatiōis lapidum*

¶ De colorib⁹ no
tandum qđ non tenemus openionem Alberti mag.
in li. de ſenſu et ſenſato, qui dicebat colorē eſſe cauſa
tum ex permixtione lucis cū opaco terreſtri: ideoq;
res magis participans luce et min⁹ de opaco eſt ma
gis alba: et magis participans de opaco, et min⁹ de
luce: eſt magis nigra. Nam cōcedit multa abſurda
ꝙ ipſa res non eſt colorata in actu in centro, ſꝫ ſolū
in circūferētia ⁊ alia plura abſurda: ⁊ iſte redderet
cauſam quare cryſtallus eſt albus: topaciū ē ceruleū
⁊ ſmaragdus viridis ꝓpter illam diuerſam mixtio-
nem lucis cum opaco et moueretur ad hāc ſuā opi-
nionem auctꝰe phi dicentis: color eſt extremitas pſ-
picui in corpe terminato. Sed bene dicit Burida.
in. li. de ſenſu ⁊ ſenſato. q. ꝓpria de diffinitione colo
ris qđ illa nō eſt ꝓpria diffinitio coloris: ſed eſt quaſi
deſcriptio aut mod⁹ declarandi quomō videm⁹ ali-
quid et ſignificat color, eſt. i. videtꝰ in corpore termi
nato. i. opaco īmutando extremā ꝑtem perſpicui. i.
ꝓpinquum pſpicuū obiecto: donec īmutet oculū vn-
de ꝓpria cauſa colorū eſt quando miſcetur terreū
aduſtū: cum aqueo fit rube⁹ color, q᷑ albū viſum per
nigrū apparet rubeū: et qñ miſcetꝰ aqueum cū multo
terreſtri: fit color niger: et quando medio mō fit co-
lor viridis.

*De colorib⁹ lapidū quō fiant.*

*Opinio Buridani*

¶ De figuris aūt lapidū dicit Alber
tus magnus loco citato ꝙ vidit Veneciis quando in
cindebantꝰ marmores pro tēplo eſſe in medio quod
dā caput regis coronatum cū fronte eminenti prop
ter vaporē ineq̄liter aſcēdiſſe: aſcēderat eñ multus
ad frontē: et dicit ſe vidiſſe in quoddam magno piſ-
ce concreatas eſſe conchas: cū multis ſerpentib⁹ de
pictis: quorū cā ē, q᷑ vt⁹ lapidifica nō ſꝑ mediātib⁹
influentiis ꝓpter defectū materie attigit ad pfectio
nem opis: ideo facit imaginem rei ⁊ non rē pfectā.
¶ De diaphaneitate lapidum quomō fiat vide ī his
que ſcripſim⁹ ſuper q̄ſtione de antiperiſtaſi ad calcē.

*De figurꝝ lapidum.*

¶ Lapidum etiā mirabiles ꝓprieta
tes habētur nāq; lapis abeſton dictus ē nature ſimi
lis corrigie ſalamandre qui ſemel in cenſus olio pſu
ſus ignem habet perpetuo durantem, ⁊ adamas fer
rū fugat qđ magnes attrahit qui ſanguine hircino
vnctus: preſertim ſi hircus comederit hederā ⁊ pe-
troſilinū poteſt moleſcere: et iacinct⁹ tollit inſultos
libidinoſos: ⁊ ſmaragdus oculos buffonis frangit: q̄
omnia ꝑueniunt a ꝓprietate nō ergo immerito dixe
rim quid ſit hec proprietas oculta: ſuper quo breui
tati ſtudendo pono tres ꝓpōnes. Pꝛīa ꝓpō. Ne cre
das Alberto magno ⁊ diuo Thome dicentib⁹ ꝓprie
tatem ocultam fore ipſam formam ſubſtātialem: qđ
probo, quia dantur duo habentia formas eiuſdē ſpe
ciei que non habent ſimiles ꝓprietates ocultas: pa-
tet de duobus ſanguineis quorum vn⁹ abhorret ve
nerē: reliquus vero diligit: et de carne tyri que vi-
ua ⁊ mortua ſimilē habet proprietatem inficiendi: ⁊
de ferro tacto a magnete qđ hēt ſimilem ꝓprietatē
attrahendi aliud ferrū: ⁊ de colore rubeo q̄ trahit
ſanguinē ad extra a ꝓprietate cū nō ſit forma ſubſtā
tialis. Hec dicit Jacobus forliui in queſtione. 3i. ſu
per fen. i. i. Et Conciliator dr̄ia. 9i. contra Thomā
et albertum: Scđa ꝓpō. Ne credas Auerroi. 3 coli
c. 2i. dicenti ꝙ hec ꝓprietas oculta eſt q̄dam mixtio
qualitatum primarum: ſed hoc falſum eſt, nāq; mul
ta habent eandem proprietatē ocultam que non ha
bent eandem mixtionem qualitatum primarum, vt
patet de magnete, et ď ferro tacto a magnete: ⁊ mul
ta habent eandem mixtionem que non habent ean-
dem proprietatem ocultam, vt patet de magnete q̄
per partem meridionalem attrahit ferrū, et ꝑ ſepte
trionalem fugat. ¶ Tertia ꝓpō. Firmiſſime credas
proprietatem hāc occultam: fore qualitatem aliquā
quandoq; de ſecunda ſpecie qualitatis que non eſt
intenſibilis nec remiſſibilis nec ſenſibilis aliquo ſen
ſu, vt eſt illa qua magnes attrahit ferrū. Magnes
enim attrahit ferrum, vt inquit diuinus Meſue, nō
q᷑ calidum: non q᷑ frigidum: nō q᷑ graue: non q᷑ le
ue: ſꝫ q᷑ tale. i. q᷑ tali proprietate dotatū eſt. Aliquā
do vero ē qualitas de tertia ſpecie qualitatis, vt co
lor rubeus qui habet ꝓprietatem trahendi ſangui-
nem ad extra.

*De ꝓprietate occulta quid ſit ānotatur. Pꝛīa propoſitio.*

*Jacobus. Concilia.*

*Scđa propoſitio.*

*Meſue*

DEclarata ꝑma pte ꝓblema-
tis ſecunda diſquiritur: q̄ eſt ꝙ aurū
ſubleuat a triſtitia. Circa qđ inqui-
ramus que entitas ſit triſtitia: et de
cauſis generātib⁹ eam. Circa quod
quo ad primum duplex eſt opinio:
Pꝛīa eſt Gregorii arimi. in diſt. i. j. ſententiaꝝ tenentis
triſtitiam ipſam eſſe quādā nolitionē ſicut gaudium
quādam volitionē imaginatꝰ: tñ huiuſmodi volitionē
que eſt gaudiū nō eſſe liberam: ſed neceſſario cauſa
bilem: dependet tñ ab vna altera volitione q̄ libera
eſt ⁊ ſic infert aliquā eſſe volitionem q̄ non ſit deſide-
rium nec delectatio, vt patet de volitione qua aliq̄s
vult furem ſuſpendi ⁊ aliqua ē nolitio q̄ nec ē timor
nec triſtitia, vt pꝫ de odio qđ habet deus de iniquis.
nec enim timet illos, nec triſtatur de illis: iuxta phi
loſophum. 9. ethicoꝝ dicentem. Summa delectatio
non ſolum aufert triſtitiam contrariam: ſed et cōtin
gentem. ¶ Secunda eſt opinio cōmunis quā tenet
Guillelmus Ochā eadem diſt. i. ſententiaꝝ: ꝙ triſti
tia eſt paſſio ꝯñs iudicium intellectus ď malo diſcō
uenienti qđ habet et nolitionem qua nult habere ta
le malum a quibus duobus cauſatur triſtitia que quī
dem eſt vitalis immutatio namq; nomen vitalis imu
tationis extendit ſe ad actus voluntatis intellectus
et ad paſſiones conſequentes hos inferuntur ex hoc
corolaria. Primum eſt ꝙ beatus hēt iudiciū quo iu
dicat ſe peccauiſſe ⁊ nolitionē qua vult ſe peccauiſ-

*De cauſis triſtitie*

*Gregorius arimi.*

*Guillelm⁹ Ochā*

ſe non cauſaꝛ tñ triſtitia quoniam impediꝛ adeo ne cauſeꝛ. ¶ Inferꝛ ſecūdo ꝙ triſtitia quam habuit aīa Chriſti nō ſequebaꝛ nolitionem abſolutā mortis ſed nolitionem cōditionatam; qualis eſt triſtitia merca toris proĳciētis merces in mari, de quo: phs. 5. ethi corum. ¶ Infertur tertio ꝙ ſi quiſpiam nolet inimi cum habere epiſcopatum ⁊ ita ſuccederet ꝓpter qđ gauderet et gaudium illud nō cauſatur a nolitione qꝛ propriū eſt nolitionis ſemper cauſare triſtitiā ſed il la nolitio cauſat volitionem non habendi epiſcopa tum aqua fit gaudium.

¶ Pro declarando tamen modum quo ſubleuaꝛ triſtitia: et finiēda ſcōa ⁊ tertia pte ꝓ bleumat. Quero vtrū imaginatio ⁊ affectio aīe ſint cauſe auferēdi oēm triſtitiam atqꝫ cauſandi aliquē effectū realē in corpore: et arguitur ꝓs affirmatiua namqꝫ eſt egritudo apud medicos vocata illiſchi ⁊ eſt amor immoderatus puelle qui facit hominē inſa nire; ergo affectio aīe eſt cauſa tranſmutationis rea lis in corpore. Similiter viſio rerum rubearum mo uet ſanguinem extra corpꝰ: ergo aliqua imaginatio aīe eſt cauſa tranſmutationis realis in corpe. ¶ In oppoſitum arguiꝛ authoritate phi primo de genera tione dicentis: agens ⁊ patiens debēt eſſe cōmunicā tia in materia; ⁊ non ita cōmunicant affectio aīe vel imaginatio et ipſum corpus: ergo non poteſt affec tio aīe vel imaginatio agere in corpꝰ.

*Utrū imaginatio et affectio anime ſint cauſe effectus realis in corpore.*

*Ariſtote.*

¶ Pro decla ratione huius queſtionis noto primo cum Auicenna fen. 2. i. doctrina. 2. ca. 15. ꝙ in diuerſis paſſionibus aīe diuerſo mō natura pellit ſpiritus nāqꝫ in gaudio ſpiritꝰ ꝓpellit ad extra ipſum cor quoddamō motꝰ grato et ſuaui velut accidere ſolet in titillationibus ⁊ ſi gaudium eſt immoderatum vſqꝫ adeo cor ipſum ab ſpiritibus priuatur, vt moriatur: ꝓpter qđ in bel lo romanorum multe matrone romane fuerunt ſubi to mortue videntes filios viuos quos ſciuerant mor tuos ex bello canarum. Sed in triſtitia ſi ſit mode rata ſpiritus ad interiora retrahunꝛ: et in corde co adunantur: ꝓpter quod dixit phs timorem ſepe ſin gultum auferre immo ⁊ quempiam a quartana eua ſiſſe narrant magno timore perterritū ſi tamē timor ſit pernitioſus hēt ſpiritus cōculcare in corde: ita vt ſequaꝛ ſincopis et mors: īmo natura de euaſione deſ perata, vt ſaltem non ſentiat nocumentū qđ ꝓculdu bio timetur mittit ſpiritus et ſanguinē ad loca deſti tuta calore et ideo ſolnuntur immo ſepe ſubito ca neſcunt in paſſione: tñ que verecūdia vocitatur que timor dedecoris eſt. 4. ethico. ſpiritꝰ partim extra partim intra ꝓpelluntur.

*Nota. i. Auicēna*

¶ Noto ſecūdo ꝙ vt bene dicit Thomas de garbo li. 2. ſue ſum. tracta. 4. c. i. non eſt mirabile qualitatem ſpiritualem aīe produ cere corporalē in corpore, vt a iudicio quo iudicat iratus bonū eſſe appetere vindictaꝫ cauſatur qđam impetus in ſpiritibus qui vehementer ꝓpellat mem bra, vt ſiſtere nequeant et ſcđm varia iudicia que iu dicat intellectus defugiendo vel ſequendo obiectū ita varĳ impetus in ſpirititibꝰ cauſanꝛ nec tamē hoc in admirationem cadat namqꝫ fruitio et viſio beate anime cum reaſſumpſerit corpus dotes in corpore gloꝛificato trāſfundet vt multi theologi dicūt in. 4. proſequendo materiam de beatitudine.

*Nota. 2. Thomas de garbo*

¶ Noto tertio ꝙ operationes po tentiarum cognoſcitiuarum vel appetitiuarū maxi me imprimūt in corpus nāqꝫ omnia anime acciden tia deſiccant corpus; ideoqꝫ ex his patet animā ſua imaginatione vel affectione realr poſſe trāſmutare corpus. Et ad rationem in oppm̄ cum dicitur agens et patiēs debēt eſſe cōicantia in materia. Intellige tu de materia methaphiſica q̄ eſt genus. i. agens et patiens debent eſſe eiuſdem generis predicamenta lis namqꝫ linea non agit in calorē: qꝛ nō ſunt eiuſdē generis predicamentalis: quare ſm Phm credide rim ꝙ nullum accidens poteſt agere in ſubſtantiam niſi in virtute ſubſtantie: qđ dixerim ne quis arguat ꝙ calor agit in ſubſtantiam: que nō ſunt eiuſdem ge neris: ſatis eſt ꝙ agit dependenter ab aliquo quod eſt eiuſdem generis.

*Nota. 3.*

¶ Pro declaratione et finali cōple mēto pbleumatis noto ꝙ triſtitia et reliq̄ ſunt paſſio nes cordis patet qꝛ cor maxime laborat in triſtitia timore gaudio etc. Noto preterea ꝙ aliquid pōt eſſe cordiale trifariam. Primo mō, qꝛ habet vapo rem melancolicū fuliginoſum a corde ǒpellere quo modo meliſa ē cordialis. Scđo modo aliquid ē cor diale, qꝛ multiplicat vaporē retardantem reſolutio nem ſpirituum vitaliū quomō odor roſarum eſt cor dialis. Tertio modo aliquid eſt cordiale qꝛ ſpiritus et ſanguinem degellat et cōſonam q̄litatem vite ꝓ ducit quomō poma ābre muſci ſunt cordialia. Noto tertio ꝙ delectationes: et triſtitie tactus ſunt omni bus vehementiores, vt phs 7. ethicorum per viſum tñ alique contingunt delectationes, et etiam aliqua nocumenta et vtilitates corpori afferuntur, vt vide mus baſiliſcum viſu ſuo inficere. Nam narrat Ariſto teles in de ꝓprietatatibꝰ elementoꝝ et plantaꝝ ꝓpe Athenas erāt duo dracones in duobus montibus et interficiebant omnes mercatores tranſeūntes ſolo viſu et iuſſit Socrates ſibi fieri capſulā vitream ad vidēdum. ſimiliter vetula malorum humorum faſci nat puerum tenellum ſolo viſu nāqꝫ in venenoſis ani malibꝰ caput et cauda plꝰ de veneno habent ideoqꝫ iubent medici ad componēdā tyriacam: tyri caput et caudā abĳcere: ergo viſus ſolꝰ multa dāna affert affert et comoditates: nāqꝫ quemadmodū magnes vt ferrum trahat quādā producit qualitatem ita au rum viſum quandā multiplicat qualitatem ad cor vſqꝫ que cor cōfortat vapores melancholicos abĳ cit: ⁊ ſic ſolo viſu aurum letificat: qđ aūt huiuſmodi qualitatē aurum habeat mōſtrat medicorum expe rientia q̄ iubent fruſtula aurea miſcere tpe extrahē di ſucum carnis pro releuando egrum qui ē ad mor tem: nec tu mireris rebus tales inditas eſſe proprie tates. Nam vt dicit conciliator. 7. particula ꝓbleu matum ꝓbleumate. 6. ſanguis interfecti ab alio flu it in tranſitu interfectoris qꝛ ſimilem qualitatem ꝓ duxit in humoribus interfecti qualem ipſe habet et hac etiam cauſa lingua ſcorpionis ſudat qñ trahiꝛ venenum ad menſam magnatum.

*Ariſtote.*

*Conciliator trac. de vene. c. 5.*

*Concilia.*

## ¶ Secundum Probleuma.

### PRopter quid / qui malo cibo veſcuntur in annis ſterilitatis: aut qui multum abſtinuerūt: dum ve niunt ad fertilitatem ſubito ſe implen tes pedibus inflantur.

*De annis ſterilitatis.*

HOc eſt probleu. 5. Ariſto. i. par. ꝓbleu. cuiꝰ ſen ſus literalis eſt. Qui malo cibo fuerunt nutriti tempore ſterilitatis; dum veniunt ad tempus fecun

ditatis implent ſe:et inflantur pedibus. Hec eſt pri
ma pars: cuius cauſa eſt: q2 tempore ſterilitatis nō
comedebant niſi olera et herbas terre: que quidem
omnes ſunt melancholice terreſtres: ideoq3 infimū
locum petentes inflāt pedes. Q𝔬 aūt ſint omnia ole
ra melancholica patet q2 non comedentes aliud ꝙ
illa ſunt terreſtris coloris. Tum etiam quia ſemper
nutritum ſimilatur nutrienti. Sed nutriens omnes
herbas ē terra: ḡ oīa olera ſunt melācholica. ❡ Se
cunda cauſa: quia q̄n do aliquis multo tempore fuit
aſſuetus malis cibis habet corpus non nutritum: ſ3
tabefactum gr̄a cuius illud corpus eſt frigidum ha
bens defectum caloris naturalis: ſuper quod ſi mul
ta cibaria poſueris calor illius ſuffocabitur ac ſi ſup
igniculū ponas multa ligna: cum aūt calor ſuffocat⁹
eſt ſequit̄ ipſum ꝑpter ſuam debilitatem ſanguine3
facere aquoſum, graue, qui inferiora petat. Sed di
ces: q̄re hec inflatio non fit in genib⁹ et in locis cru
riu3 magis ꝑpinqs. Dicēdū q2 citi⁹ natura deficit
impartiri diſtantibus a ſe ꝙ ꝑpinquis: ideoq3 ieco
re deficiēti in ſuo calore citi⁹ deſinet illi⁹ calor cōpe
tenter cōmunicari parti diſtanti ꝙ ꝑpinque. Scōa
pars dicit ꝙ qui multum abſtinuerunt per ieiunium
ſi incipiant multum comedere idem hn̄t: cui non do
aliā cauſam niſi ſecundam de duabus prefatis.

Queſtio. Prima ❡ Circa hoc probleuma primo q̄ro
Q𝔬.2. in quo cognoſcit̄ ciboꝝ bonitas et malicia. Secūdo
q̄ro de ꝓprietatibus famis. Gratia cui⁹ occaſionalr̄
inquiram d̄ cauſis ſitis. ❡ Ad primū noto ꝙ in cibis
ſex ſunt conſideranda. ſ. ſubſtantia. quantitas: quali
tas: conſuetudo: tp̄s: et ordo. Intelligo per ſubſtan
tiā cibi ꝙ ſit ſit liquid⁹ vel ſolid⁹: facilius em̄ nutri
mur ex liq̄dis ꝙ ex ſolidis, vt ex iur̄ carnis ꝙ ex car
ne. Et itelligo ſubām duriciē et mollitiē: pp q𝔬 caro
anſeris (licet ſit calida, q𝔬 mōſtrat nō hēre in oſſib⁹
medullā, et ſemper degere in aquis) q2 tn̄ duriſſima
eſt, ideō mal⁹ eſt cibus. Et ꝙuis caro perdicis ſit fri
gida et ſicca, tn̄ ꝑpter bonum modū ſubſtātie optia
eſt. Lac etiā eſt mal⁹ cib⁹: q2 h3 triplicem ſubām. ſ.
frigidā q̄ eſt ſerū (dico frigidā reſpectu ad lac:) bu
tyrū q𝔬 eſt inflāmabile: et caſeū terreſtrē. Quoꝝ di
uerſitas maxīe noxia eſt: ideoq3 lac in ſtomacho faci
le corrūpit̄. ❡ Secūdū q𝔬 in cibis eſt conſiderādū
eſt quātitas: et hec eſt duplex. ſ. diſcreta et continua.
Continua eſt ꝙ vna vice multū de cibo ſumat̄: et hoc
in hyeme plus eſt faciendū, q2 virtus eſt robuſtior.
Sed quantitas diſcreta eſt plurib⁹ vicibus ſumere
cibū q𝔬 pl⁹ ē tolerabile in eſtate, q2 virt⁹ ē debilior.

Tres ɔditiones nutribilis ❡ Quare circa qualitatem cibi noto
ꝙ in cibis ad hoc vt tranſeant in naturā corporis re
quirunt̄ tres conditiones. ſ. ſimilitudo in qualitate.
Nam in ſymbolizantibus facilior eſt tranſitus. Re
quirit̄ preterea ꝙ talis cibus ſit eliquabilis. Propt̄
ea ferrū eſt cibus ſtomacho ſtruthiōis cameli q2 ab
illo eliquat̄. Tertiū eſt ꝙ hēat ꝓprietatē occultam q̄
natus ſit a corpore trāſmutari: et ꝓpterea palee ſunt
nutrimentū aſino, et non leoni: Et ordeū eſt nutrimē
tum equo, et non leoni. Simil̄r panis necat acipitrē
qui eſt nutrimentū homini. Aranee etiā nutriūt ga
linā. Et iuſquiamus nutrit turdos, ſed non hominē.

Nota d̄ cōſuetudine egregia. ❡ Circa conſuetudinē noto ꝙ dicit
Phs. 2. rethe. ꝙ cōſuetudo eſt altera natura: et hoc
dictū hoc mō eſt intelligēdū. ſ. conſuetudo eſt in his
q̄ ſepe contingunt. Natura vero in his q̄ ſemꝑ modo
ſepe, parum diſtat a ſemꝑ: ergo ɔſuetudo eſt ſcōa na
tura. Unde conſuetudo in naturalibus non pōt acq̇
ri vt ſit quidā habitus derelictus ex plurib⁹ actib⁹:
bene tn̄ vt eſt acquiſitio cuiuſdā qualitatis ꝑ exerci
ciū quā ſi acquiſiuiſſet ex natura eodē mō ageret vl̄
reſiſteret. Q̄ño dicimus coquentes vitra ſtare corā
fornace ſine pena: et plura alia exempla tibi poſui ſu
per. 3. phiſi. Et hec ſentiebat Hyppocrates. 2. apho. Hyppo.
cum dixit. Aſſueti, aſſuetos labores ferre: et ſi imbe
cilles et ſenes inſuetis iuuenib⁹ fortioribus facilius
ferunt. Quantā vim etiā hēat conſuetudo dixit phs Ariſtote.
2. methaphiſice. Leges oſtendunt.

❡ In cibis etiam tp̄s eſt attendēdū — De tp̄e medio inter comeſtionē vnā et alteram.
i. quantum tp̄s d3 mediare inter vnam comeſtione3
et aliam. Circa q𝔬 diuerſi dixerunt diuerſimode: ve
ritas tn̄ eſt ꝙ inter vnam cibationem et aliam d3 eē
tp̄s mediū decē horaꝝ: q2 tanto tp̄e ſtomachus deti
netur in cibū digerendo atq3 in expellendo grada
tim a ſeipō verſus inferiora membra: nō tn̄ expellit
vna vice: ſed gradatim. ❡ Circa ordinem noto ꝙ ci De ordīe ciborum.
bi qui ſunt lubrici, ſicut melones, cucurbite pruna
damaſcena: tales debent per duas horas ante co
meſtionem dari, ne faciant cibū cadere indigeſtū.
Si vero ſunt cibi ſtyptici compreſſiui, vt ſunt mala
citonia vel conſerua citonioꝝ. Si debent dari ad re
primendos vapores a capite dent̄ in fine menſe. Si
vero dentur patienti fluxum ventris, dent̄ in princi
pio menſe: ſi vero tales cibi ſunt diuretici dent̄ per
duas horas ante comeſtionem. Si vero cibi habeāt
differentiam ſicut groſſus et ſubtilis. Si inter illos
eſt multa differentia det̄ prīo ſubtilis ne cadat cru
dum ſuꝑ indigeſtū. Nā ſi primo det̄ groſſus, ſubtilis
interim reſolueret̄ et non haberet viā apertā ꝑ qua
exiret: q2 impedit groſſus in inferiori pte. Si tn̄ int̄
illos pauca ſtat differētia, precedat groſſum ad ſub
tilem, vt gallina aſſata debet p̄cedere elixa3 qm̄ pars
inferior ſtomachi eſt calidior: et ſuperior eſt frigidi
or. ❡ Ex quo infert̄ ꝙ cibi in ſtomacho non ſe miſcēt
alias null⁹ ꝓrius ordo requireret̄. Infert̄ preterea
ꝙ per hoc infert̄ ficus eſſe maxime penetrationis,
vt dixit Phs. 30. ꝓbleu. q2 poſtremo comeſti, poſte Ariſtote.
rius euomuntur.

❡ Circa ſecūdam partem ꝓbleuma Mirabilis nature ſagacitas
tis nota aliqua. Primo ꝙ prudentiſſima natura (q̄
oīa diſponit meliori mō de poſſibilib⁹) attendens
quanta eſſet corporis pernities ſi vnumquodq3 mē
brū ſentiret ſuam inanitionē et appeteret appetitu
famis: totius corporis onus vni mēbro tradidit vt il
lud appeteret, non ſolum ꝑ ſe ſed ꝑ aliis: et ſic ꝓuin
ciam gereret totius. Et hoc ē ſubtile rōciniū Auicē. Auicēna.
i3. 3. c. i. Noto. 2. illō celebre dictū phi. i. echonomi.
vbi dicit ꝙ natura ē facta ad modū boni echonomi
ſicut enim bonus echonomus oīa etiā viliſſima do
mus facit eē vtilia: ita natura ex ſupfluitatibus etiā
corporis aliq𝔬 vtile deducit. Nā cū fecit quatuor
humores ex chilo effecit duos malos illoꝝ. ſ. melā
choliā ad ſplenē trahit: et ad chiſtim fellis colerā
vbi vnctuoſo ſanguis defecato ō reſtat melancholia
ducit̄ ad os ſtomachi vt ibi famē concitet: atq3 cole
ra per duplicem porum felleū partim ad ſtomachū
inter tunicā et tunicā ad confortandū digeſtionem:
partim ad inteſtina ad euigillandū expulſiuam illo
rum ducit. Notabis. 3. illud celebre dictum Docto
ris ſubtilis. Cuilibet potentie cognoſcitiue annexa
eſt vna ꝓpria appetitiua q̄ conueniens obiectū ꝓſe

quaꝛ:et diſconueniens fugat:cuius potentie appeti
tiue actus non diſtinguunꝛ ſm Scotum a potētia ap
petitiua:licet oppm̄ cenſeo ꝓbabili⁹ cū nominalib⁹.

Quid ſit fames.

¶ Quarto notabis ꝙ fames īcludit
duplicem appetitum quendā naturalē cōmunē qui
non preſupponit aliquam cognitionem:ſed potius
eſt ad cibum in quantū eſt reſtauratiu⁹ deꝑditi ꝑ ſe
⁊ ꝑ aliis membris ⁊ hec habet ꝓ obiecto cibū ⁊ non
preſupponit aliquā cognitionē. Alius eſt appetitus
naturalis ꝓprius: ⁊ hic eſt quo appetit ſanguinem
trahere et neuter illorū appetituum ꝑſuponit cogni
tionem:alius appetitus eſt animalis cōmunis voca
tus et hic preſupponit ſenſationem et cognitionem
frigiditatis cauſate ī parte alta ſtomachi quā frigi
ditatem appetit appetitus aīalis dpellere. Ex quo
ſequitur hūc appetitum aīalem non habere ꝓ obiec
to cibū:alias ſequereꝛ ꝙ ſenſus tact⁹ oris ſtomachi
formaret notitiā abſtractiuā: vt patet dū appetitur
cibus abſens. Item ſeqretur ꝙ ſenſus exterior poſ
ſet formare notitiam cōmunē:pꝫ ſi loquamur de pri
ma fame: illa namqꝫ cū ꝑſupponit cognitionē ⁊ nō
ſit potior rō ꝙ ſit vnius cibi quam alterius: ſeqtur
ꝙ omniū ciborū cognitionē preſupponat qḋ eſſe fal
ſum in ſenſu tact⁹ nemo ambiget.

Quid eſt obiectum famis.

¶ Quinto noto ꝙ fames non habet
pro obiecto defectuꝫ humiditatis chiloſe vel ſubſtā
tifice:ſed motū ipſum q̇ ſequitur ex tali defectu. pri
mū pꝫ quia ille defectus nil eſt cum ſit priuatio non
eſt obiectū: ſaltim motiuum reſpectu notitie intuiti
ue: ſed vt dico: quiddā mal⁹ motus confricatiuus ⁊
⁊ exaſperatiu⁹ partiū oris ſtomachi ille ē obiectū.
¶ Noto tamē ꝙ cū ille motus ſit ſenſibile cōmune nō
poteſt ſentiri ſine aliquo ſenſibili ꝓprio:ſentiꝛ tamē
cū triſtitia.a.ſenſibile cōmune non ſic ſenſato ſenſibi
li proprio vt poteſt agnoſci de eo qui videt turpem
figuram cum bono colore namqꝫ non poteſt ſentiri
figura ſine colore:poteſt tamen figura ſentiri triſti
ter quin color ita ſentiaꝛ.

Un cauſatur fames

¶ Noto ſexto ꝙ verior eſt opinio
tenens famen cauſari ex defectu humiditatis chi
loſe inter rugas ſtomachi:quā defectu humiditatis
ſubſtantifice radicalis. Nā illud ē cauſa alicui⁹ quo
poſito poniꝛ effectus, ⁊ quo remoto remouetur: ſed
poſito chilo in ſtomacho fames tolliꝛ ⁊ remoto chilo
ponitur:ergo fames inſequiꝛ conſumptionē humidi
chiloſi:qḋ aūt nō inſequaꝛ cōſumptionē humidi ſub
ſtātifici pꝫ,qꝛ ex illó ſeqreꝛ omnem appetentē appe
tere cibos frigidos ⁊ ſiccos: qꝛ talis eſt ſubſtātia ſto
machi quā deperdidit: qḋ tamē eſt falſum. Ex quo in
fertur cauſa quare acetoſa ꝓuocāt appetitum: illō
eīn eſt,qꝛ multū corrugant os ſtomachi ⁊ in illa cor
rugatione cōſiſtit appetitus.

De tēperantia ⁊ abſtinentia. Notab.i.

¶ Pro declaratione iſtius materie
ampliori quero vtrum tēꝑantia ⁊ abſtinētia in eo
dē medio cōſiſtant quantum ad omnes cōplexiones
Pro cuius declaratione primo noto ꝙ virtutes mo
rales ſunt que habent medium. In virtutibus eīn
theologicis nullū ē mediū. Nam quāto quis magis
credit tanto melius facit vtpote:qꝛ qui magis cre
dit magis mereꝛ. In virtutibus tn̄ moralib⁹ duplex
eſt mediū.ſ.mediū rei:et mediū quo ad nos mediū
rei eſt mediū iuſtitie ⁊ ſi iuſtitia ſit diſtributiua, tale
mediū ē geometricū: ſi vero ſit cōmutatiua, tale me
dium ē arithmeticum, vt Ariſto.5.ethicorū: alie tn̄
virtutes morales habent medium quo ad nos. Nam
dicit phs.2.ethicorū ꝙ reſpectu milonis: aliud ē me
diū quo ad nos quā reſpectu exercitatoris gymnaſio
rū. ¶ Nota preterea ꝙ ſm Angeſt.li.2.ſuorum mo

Notab.2. Angeſt ō regula tēperantie.

ralium cap.3.documento 4.regula temperantie cō
ſiſtit in hoc:ꝙ ſit bona habitudo corporis ⁊ aīe honeſ
tas,non violata facultas nō exceſſa,nāqꝫ ſi aliqs vſqꝫ
adeo ſe macerauit vt morti ſe exponeret,ille non ſer
uat regulam temperantie: dꝛ et aīe. Nā ſi corpi tam
bene indulgeres ꝙ aīa pateretur dānum: tunc non
eſſet temperantia:honeſtas non violata violatur eīn
honeſtas ꝑ multitudinem ciborū facultas nō exceſſa
hoc eſt non conſumat amplius quam expoſtulent di
uitie. ¶ Nota vlterius que complexiones et q̄ eta

Nota.3. q̄ cōplones et etates ferāt facilius ieiunium

tes facilius ferant ieiunium aliis:circa quod noto ꝙ
in fame ꝯcurrūt quinqꝫ motus.ſ.atractionis mēbro
ruꝫ a venis venarū,ab epate epatis,a meſeraicis me
ſeraicarū ꝟo,ab ſtomacho ⁊ ſtomachi ꝯcurrit mot⁹
appetitus ad partes exteriores:ex quo infertur ꝙ
vbi maior ſit reſolutio membrorum ibi maior inſur
git fames:et vbi minor reſolutio,minor inſurgit fa
mes. Quare homines magis calidi minus tolerant
famem:et homines habentes humiditatē magis ae
reā reſolubiliorem minus tolerant famem ꝓpter re
ſolutionem. Ex quo infertur illud Hyppoc.i.apho.
Senes facilius ferunt ieiuniū:deinde conſiſtentes
minus vero pueri omniū vero ipſorum minime aīo
ſiores exiſtentes. ¶ Et quia ſemel cepim⁹ loqui d̄ fa
me non inepte adiiciem⁹ de ſiti: eſt eīn ſitis conſum
ptio humidi roralis reſidētis in parte alta ſtomachi
ꝓ quo notandum eſt ꝙ quando cibus in ſtomacho fit
chilus delabiꝛ ad inteſtina:vnde miſeraice ſugunt
illum in epar ⁊ in minutas partes ipſius impartiūt:
et ab epate in q̄ttuor humores ꝯuertitur q̇ nomē chi
mi ſortianꝛ: qui ab epate per venas in membra de
lapſi.prio in rem conditā albā in oribus venarū con
uertuntur: vnde poteſt reddi cauſa quare in iugu
latis lac ſepe effluit loco ſanguinis deinde in rorē cō
uertunꝛ qui irrorat ⁊ madefacit mēbra:⁊ ex illo,tē
pore neceſſitatis ſit cambiū ⁊ glutem: defectus er
go huius humiditatis roralis eſt cauſa ſitis. Ideoqꝫ
colerici ſunt ſiticuloſiores flegmatic.:ideoqꝫ phs di
xit.2.de anima ꝙ ſitis eſt appetitus frigidi et humi
di: et fames eſt appetitus calidi ⁊ ſicci.i.rei que eſt
calida ⁊ groſſa nutrimētaliter.i.valet reficere rem
groſſam.

## ¶ Tertium probleuma.

De auib⁹ loquacib⁹

PRopter quid aues late lingue
calide et ſicce ſermones profe
runt:et magis qn̄ bibunt vinum non
mingūt tamen nec lapidē concreant:
ſicut nec piſces.

HOc ꝓbleuma quo ad primam partem eſt Phi
loſophi.10.parti.problematum ꝓbleuma.39.
Et quo ad ſecundam eſt eiuſdem eadem particula:
ꝓbleu.4.cuius declaratio literalis eſt qḋ aues cali
de et ſicce complexionis late lingue ꝓferunt literas
vt pꝫ in pſittaco et pica qm̄ ille habent linguā ſubti
lem. Leo tn̄ et elephantus licet ſint maioris pruden
tie ꝙ iſta non ꝓferunt literas:quia habent linguam
groſſam diciꝛ calide et ſicce complexionis:qm̄ hec
complexio eſt docilior aliis ꝓpter mundiciā organo
rum cerebri:et ꝓſertim dum bibunt vinum quia tūc

coꝝ lingua humectatur:et ſpiritus et ſanguis agitã
tur.Et hec eſt prima pars.¶Secunda pars eſt qȯ
aues non mingunt nec concreant lapides.Cauſa eſt
quia in illis quod nos per vrinam emittimus tranſit
in plumas roſtrum: et vngues atq̃ partim in inteſti
na gr̃a cuius oẽs aues facile emittunt ſterc⁹ et nõ ꝓ
creant lapidẽ q꞉ carẽt veſica. Ecce expoſitio lr̃alis.

¶ In hoc ꝓbleumate faciã duo Pri

quid vox: mo materiam de voce et de ſono diſſeram ad longũ
et an aq̃ i Secundo quo ad ſecũdam partẽ an ſit verũ ꝙ aqua
auib⁹ ver quam potant aues tranſeat in plumas.Ad primum
tat in plu noto cum Ariſto.li.2.de anima.c.de auditu qȯ vox ẽ
mas. quidam ſonus cauſatus ex repercuſſiõe aeris in cã
na pulmonis cũ intentione ſignificandi aliquid dꝛ in
cãna pulmonis:ad differentiam ſtrepitus pedũ:q̃ lꝫ
ſit ſonus non eſt vox eo qȯ nõ cauſetur in cana pulmo
nis:dicitur cum intentione ad differentiam tuſſis in
qua licet ſit motus pulmonis:non tamen eſt intentio
ſignificandi aliquid:ſed potius expellẽdi rẽ nociuã.

Nota.2.d diuiſione vocis ¶ Noto ſcȯo ꝙ vox hẽt octo ſpẽs:
vt Ariſ.ii.ꝓbleu.ſ.Raucã/Clarã/Aſperã/Lenem/
Brauem/Acutã/Magnã/Paruã.Rauca qdẽ vox
cauſatur ex hoc quod cãna pulmonis in quibuſdam
partibus habet flegmata ſibi adherentia:in quibuſ
dam vero non:quare raucedo cauſatur ex aſperita
te cane pulmonis q̃ dicit᷑ trachea arteria. Clara aũt
vox cauſatur ex vniformitate trachee arterie:vnde
crediderim ꝙ aſpera vox et lenis ſint tanq̃ genus
rauce et clare,obidq̃ poſſemus eſſe cõtenti ſex ſpe
ciebus.Magna vero vox et parua cauſantur ex am
plitudine cãne pulmonis et ex fortitudine virtutis
inſufflatiue multum aerem cum conatu impellentis
Brauis vero et acuta cauſantur ex hoc qȯ mult⁹ aer
tarde impellit᷑:qualis eſt vox tauri:quare infert᷑ q̃
ſtat vocem eẽ magnam et acutam:vt patet in tauro
et eſſe paruam et grauem,vt patet in vitulo.

Nota.3.d deſcriptione pulmonis. ¶ Notabis tertio qȯ pulmo eſt fla
bellum cordis creatus a natura quinq̃ pennulis in
ſignitus cum multis ſpongioſitatibus,vt aerẽ tem
peret cum venerit ad coꝛ et dum tranſierit per loca,
immunda vel ſub aqua cȯꝛ ab aere pulmonis euẽtet᷑
ſup quem veluti ſup radicẽ arboꝛis cãna pulmonis
aſcendit.

Nota.4. ¶ Nota quarto ꝙ ĩ capite cãne pul
monis eſt quoddã ad modũ capitis fiſtule qȯ epiglo
ti vocatur qȯ conſtituitur ex tribus cartilaginibus
altera anterioꝛi que vocatur peltalis vel clipealis:
altera poſterioꝛi nomine vacanti. Tertia vero q̃ ab
illa poſterioꝛi oꝛitur q̃ vocatur cymbalaris.Et nota
ꝙ quemadmodũ ſe habent digiti fiſtulatoꝛis in fiſtu
la ad modulandũ:ita ſe habent decem muſculi epi
glotis quandoq̃ ipſum conſtringendo,q̃ndoq̃ ipm̃
dilatando ſm̃ qȯ alĳs et alĳs vocibus alias et alias
paſſiones natura intendit declarare. Unde nota ꝙ
ad flamen concurrit diaphragma cum muſculis pe
ctoꝛis.Ad flamen vero cũ ictu concurrit pulmo ſatq̃
muſculi epiglotis.Ad ſermonem vero cõcurrũt hec
adhuc cum maioꝛi impetu ſimul et lingua palatum
et dentes:hunc aũt ſolus homo foꝛmare poteſt poli
ticoꝝ.i.Ex quo ſequitur paucioꝛa ſufficere,vt ſermo
deficiat q̃ vt vox dficiat:et paucioꝛa ſufficere vt vox
deficiat q̃ vt deficiat flamen cum ictu.

Nota.5. ¶ Nota quinto ꝙ in omnibus ani
malibus quando creſcũt: in etatibus acceſſus ad iu
uentutem eſt cauſa grauioꝛis et maioꝛis vocis:tunc
quia cãna pulmonis in illis efficit᷑ maioꝛ:et virt⁹ foꝛ
tioꝛ ad inſufflãdũ.Excipitur tñ ſm̃ Ariſtotelem.io. Ariſtote.
ꝓbleu.ꝓbleu.36.taur⁹ qui habet vocem magis acu
tã q̃ vitulus eo qȯ in tauro efficitur cãna pulmonis
reſiſtentioꝛ ꝑ expellendo multo aere.

¶ Nota ſexto ꝙ in omnibus anima Nota.6.
libus quando caſtrantur vox efficit᷑ imbecillioꝛ pter
q̃ in tauro,in quo ſicut dicit Conciliatoꝛ in.co.alle.
ꝓbleu.et Ariſto.5.de generatiõe animaliũ. et Tho Concilia.
mas de garbo tracta.4,ſue ſumme.q.18.Coꝛnua ef Thomas
ficiuntur maioꝛa q̃ in tauro,et coꝛpus maius et vox de garbo
maioꝛ:qȯ euenit ꝓpterea ꝙ taurus ẽ animal a natu
ra ſicciſſimũ ꝓpter qȯ cũ caſtratur efficitur frigidi⁹
et humidius obidq̃ iam ab eius ſiccitate terrea poſ
ſunt vapoꝛes eleuari qui cedant in coꝛnua et ei⁹ cã
na pulmonis moleſcere,vt aer poſſit expelli in bona
copia qui non poterat alias expelli niſi parũ ꝓpter
inobedienciam cãne pulmonis.

¶ Nota ſeptimo ꝙ ad hoc quod fi Nota.7.d cauſis ſoni.
at aliquis ſonus,requiruntur tres cauſe,vt dicit
Conciliatoꝛ.ii.particula ꝓbleum.qȯ cauſetur a coꝛ
poꝛibus ſolidis.gratia cuius lana percutiẽs lanam
non cauſat ſonum. Hec tñ condicio moderanda eſt
ſm̃ Paulum venetum in ſuis metheo.ꝓſequendo de
tonitruo q꞉ exalationes ſunt molles et vapoꝛ nubis
eſt mollis,tamen ſonũ cauſat vnum cũ alio. Et ideo
dicit Paulus venetus qȯ molle cum molli cauſat ſo
num:ſi inter molle et molle ſit aliqua alteratio,vt
patet quando pꝛoĳcitur ferrũ ardens ſuper aquam
nam ibi cauſatur quidam tinitus.Secunda cauſa
ſoni eſt foꝛtis percuſſio vnius coꝛpoꝛis cum alio per
quam ſit violenta aeris expulſio:quare acus cũ acu
non cauſat ſonum.Tertia cauſa eſt qȯ fiat ille ſonus
in aere: gratia cuius in vacuo non eſt ſonus,nec in
aqua.

¶ Nota octauo ꝙ q̃uis ſit opinio Nota.8.ſi ſon⁹ eſt q̃li
aliquoꝝ qȯ ſonus eſt qualitas ſucceſſiua:cenſeo ꝓba tas ſucceſ
bilius ꝙ ſonus eſt qualitas permanens ſicut impet⁹ ſiua.
et habet ſuas partes ſimul intenſiuas:quando ſonus
eſt intenſiſſimus,et quemadmodum dico de ſono cẽ
ſeo de oratione vocali vno ſpiritu ꝓlata.Immo ſi nõ
ꝓferatur vno ſpiritu eſt eiuſdem ſpeciei cum altera
vno ſpiritu pꝛolata:ergo vtraq̃ eſt entitas perma
nens.

¶ Noto nono intellectũ diffinitio
nis de voce ſm̃ Philoſophũ ſecundo de anima.Uox
eſt repcuſſio reſpirati aeris ad tracheam arteriam
cum quadam imaginatiõe.Pꝛo quo nota quod hec
diffinitio eſt cauſalis et intelligitur. Uox cauſatur
ex percuſſione aeris reſpirati:dicitur cum imagina
tione.Ubi nota qȯ voces in auibus magis ſunt ex
plicantes deſideria coitus et famis.In hominibus
tamen ſepe expꝛimunt cogitationes.Et crediderim
ꝓbabiliter qȯ quemadmodum volitio concurrit ef Comparatio
fectiue ad actum imperatum:ita imaginatio cõcur
rit effectiue ad vocem:itaq̃ vox non fieret niſi ima
ginatio pꝛecederet:et q̃uis ſit vox non ſignificatiua
ſemper tamen eſt data ꝓpter aliquam imaginatio
nem que pꝛeceſſit.Quare licet tuſſis fiat in aliquo
ꝓpter aliquam imaginationem:quia vult alteri de
clarare aliq̃d illa tamen imaginatio non eſt neceſſa
rio requiſita. ad tussim [illegible] ipsa
potest formari tussis [illegible] a iiij
nõ est vox q[illegible] in illo nõ [illegible]
in arteria : sine [illegible] pulmonis.

Dubiũ an vox deſer tur ad au ditũ cũ ſi militudĩe ſui ſignifi cati. Appollia ris. ¶ Dubitatur an vox deferaṫ ad ſen-
ſum auditus cũ ſ multitudine ſui ſignificati et ꝑ hoc
ſignificet aliquid menti Ad quã queſtionem reſpon
deo tripliciter prima reſponſio ē apolinaris ſcõo de
anima.q.25.ꝙ vox nõ ſignificat aliquid anime:q2 ſe
cum deferat ſimilitudinem ſui ſignificati vt iſta vox
homo non ſignificat homini omnes homines cum au
ditur:q2 ſecũ deferat ſpẽm omniũ hominũ ſʒ ex qua
dam habilitate ſeu q̃litate quã ꝑducit in cogitatiua
hominis per conſuetudinem rõne cuius audita illa
voce predicta habilitas inclinat potenciam ad pro-
ducendũ noticiam omniũ hominũ cũ ſpecie,vt p3 q2
vt aliq̃s puer ad iſtã vocẽ panis veniat ꝑ pane reqri
tur qõ hec vox panis ſit ei ꝓlata coram pane et mul-
tociẽs dicta: et ſimiliter ad hoc qõ pulli fugiãt a mil
uo requiriṫ aliquociens ꝓtuliſſe iſtam vocem x a ga
linam cum eis hoc ergo mõ vox imutat ad forman-
dum conceptum:non ꝙ ibi nõ fuerit ſpẽs:ſed per ſo-
lam incitationem illi⁹ habilitatis. ¶ Scõa ē opinio
2. opinio. quam credo veriorem ꝙ audita hac voce hõ,et de
ea formatis dobus cõceptib⁹ vno q̃dem illius vocis
reliquo vero habitudinis ad ſuum ſignificatũ intel-
lectus ab illis duobus producit conceptũ vltimatũ
omnium hominum, et illi conceptus precedentes
3. opinio. ſunt velut cauſe. ¶ Tertia opinio dicit ꝙ illa vox
homo per ſpẽm ſui cauſat conceptũ nõ vltimatũ ſui
met qui ɔceptus repreſentat homines. Nota vlteri
us:ꝙ duplex eſt ſonus.ſ.ſonus intencionalis ⁊ ſonus
realis:ſonus realis ē qualitas corporalis ꝑceptibi-
lis a ſenſu auditus:ſed ſonus intentionalis eſt ſpẽs ⁊
tan vnus quã alius habet pro ſubiecto aꝓpꝓato ae-
rem/namq3 ſi ſit ſonus realis ſolum eſt in aere,vt iam
dixit notabile quoddã precedens ſi vero ſit ſonus in-
tencionalis ille eſt in aere organico qui aer organi-
cus eſt animatus contentus in quadam pelicula ner
ui audituui et quãdo ſpẽs intencionalis tangit illã
pelliculam tunc formaṫ noticia,vbi nota ꝙ apud au
res eſt quoddã os vocatum petroſum habẽs in eius
concauitate foramem an fractuoſum vel tortuoſum
ne aliquis fiet et ſurd⁹ per aliquem magnũ ſonũ vel
per introitũ aque in aurem et in medio illius oſſis
contineṫ illa pellicula.

An eadẽ ſpẽs ſit in medio ſen ſu exterio ri et inte- riori. ¶ Super quo diligẽter nota vnum
egregium dictum repetitiõis complutenſis qõ non
ſunt eedem ſpẽs in ſenſibus exterioriorib⁹ per quas
ſenſus exteriores agnoſcant et poſtea tranſeunt ee-
dem per viam ſpirituum animaliũ ad ſenſus interio
res quib⁹ mediantib⁹ ſenſus interiores agnoſcant.
Nam ſi ſic ſequitur qõ ſime exiſtente in extaſi oculis
apris aut me exiſtente nimiun attento circa aliquid
aliõ obiectũ trãſierit a latere taľr poſſit producere
ſpẽs in oculo ſequereṫ qõ q̃uis ego non viderim ta-
lem rem ſpẽs ille tranſeuntes ad ſenſum interiorem
facerem me habere notitiã abſtractiuam abſolutã
diſcretam de illa re cui⁹ nunq̃ preceſſit intuitiua/et
ideo tenet prefat⁹ doctor qõ ſpẽs ſenſus interioris
cauſaṫ a noticia intuitiua ipſius ſenſus exterioris ſi
mulet ab obiecto ſi obiectũ ſit ibi ⁊ ſi non a ſola noti-
tia intuitiua. Nota vlteri⁹ de mente phi.ii.p.ꝓbleu.
5.probleu.ꝙ lingua et nerui auditus habent inter ſe
magnam cõmunicationem et ideo vno leſo leditur
et aliud ꝓpter quod omnis mutus eſt ſurd⁹ ⁊ loqui
tur per nares ſi eſt ſurdus a natiuitate:q2 talib⁹ cre
uit quantitas in carnibus amigdalarum et in radi
ce lingue propter quam aer exit per foramen naſi
non per os eſt enim foramen quodam tranſiẽs a naſo
in os qõ bene demonſtrant illuſores facientes tranſi
re filum a naſo in os et ideo qui eſt mutus non poteſt
eſſe ſapiens,q2 eſt ſurdus ē enim auditus ſenſus diſ
cipline in deſenſu et ſenſato et ideo perfectior eſt de
per accidens auditus quã viſus:viſus enim de per
ſe eſt perfectior ex prohemio methaphiſice: q2 plu
res rerum differentias nobis oſtendit ⁊ ideo ad diſ
ciplinam ceci ſunt aptiores quam ſurdi lʒ ad artes
mecanicas aptiores ſunt ſurdi.

¶ Et q2 in formatione vocis balbuciẽtes ſepenume De cauſis balbutiei
ro aberrant,ꝓferẽtes vnam lrãm ꝓ alia,ideo decla
randum eſt vnde ꝓueniat hmõi balbuties. Pro quo
nota ꝙ oẽs balbutientes naturaľr ſunt maxie humi-
di:grã cuius ꝓuenit muſculos mouentes linguã nõ
bene ipſam extendere,non bene percutientes aerẽ
vnam literam ꝓ alia ꝓferunt:et qñ proferunt.l.p.r.
vocanṫ grece trauli. Qñ ꝓferũt.r.,p.ſ.vocanṫ ſialos
Gratia cuius infertur pueros plus balbutire iuueni
bus propter habere multam humiditatẽ. ¶ Inferṫ
ſecundo balbos eſſe paratos fluxui ventris,eo ꝙ ha
bent multum de humiditate. ¶ Infertur tertio oẽs
balbos fore melãcholicos,vt dicit phs.ii.ꝓbleu.38
valde colericos in cerebro:cui⁹ rõ eſt q2 illi iudicãt
valde precipitanṫ:et iõ ſepenumero errant in loquẽ
do:q2 motus fantaſie eſt velocior q̃ ſit motus lingue
Non enim tã cito obedit lingua propter impedimẽ-
tum q̃ cito phantaſia phantaſiat: et ideo Phs.2.de
gña.dixit balbutientes apõphoterizant.i.lrãs anti
cipant.

¶ Secunda pars eſt: quare aues nõ
mingunt,vbi nota pro huius declaratione ꝙ in cor-
pore hũano ſm opinionẽ medicoꝝ tres ſunt digeſtio
nes principales. Priã in ſtomacho. Secũda in epa
te. Tertia in mẽbris. Ante quas trẽ digeſtiones vna
improprie dicta precedit in ore,q̃ ſit per maſticatio
nẽ. ¶ Notandũ eñ eſt ꝙ hec diuiſio cibi in minimas
partes iuuat:maxime eo ꝙ dicit Ar.ſt.c.de mixtiõe
parua paruis melius miſceṅt,q̃ magna magnis: iu
uat etiã ad hoc ꝙ hoĩes plurium dentiũ ſunt longio-
ris vite:⁊ hoĩes dentiũ rarioꝝ ſunt minoris vite: q2
nõ ita bene maſticãt cibũ ad qõ etiã adiuuat ſaliua.
Nam ſaliua eſt humiditas q̃dã in radice lingue con
creata tribus ſpiritibus vitali,naturali et aĩali,affe
cta habens calorem maxime conformem vite,ꝓpter
qõ nullũ eſt membrũ ꝙ ita participet de virtute mẽ
broꝝ principalium ſicut lingua nãq3 de cerebro par
ticipat neruos,q2 maxime eſt mobilis ⁊ de epate ve
nas q2 tota eſt rubicunda:⁊ de corde arterias q2 ꝓ
maiori parte vbicũq3 eſt vena eſt arteria ꝓp qõ ĩ re-
gimine ſanitatis non debet aliquis potare ex ciato
alterius facit etiam ad hoc ꝙ pellicula oris ɔtigua
eſt pellicule ſtomachi:quare hʒ virtutẽ eãdẽ cũ illa:
ideoq3 cõiter dicũt medici. Oĩa hũida ſtomachũ
eneruare. Et hoc dicebat Auicẽ.doctrina.4.de hu-
mo.c.2.cum dixit. Nutriẽs maſticatione aliquã hẽt
digeſtionẽ:pellicula eñ oris cõtigua ē pellicule ſto
machi. Obidq3 penna intincta in oleo ⁊ in os intro
miſſa venit appetitus vomẽdi. Prima ergo digeſtio
principalis eſt in ſtomacho ꝑ quã ſit chilus:⁊ hãc di
geſtionẽ celebrat ſtomachus ſuo calore et calore cir
cunſtantium membroꝝ nãq3 illã digeſtionẽ q̃ ē diffi-
cilior aliis adiuuat epar ſuis quinq3 digitis ſtoma-
chum cõprehendẽs:et illã eãdẽ adiuuat Zirb⁹ adi
pinus q̃ in ſolo hoĩe ſm Ariſ.tranſit ſup ſtomacho ꝑp

habere pectus maxime diſcoopertum: carne inter
oĩa aĩalia: ille nãqꝫ reflectit calorẽ ad ſtomachum
in quo ſtomachus efficit calidior. Adiuuat etiã hãc
digeſtionem ꝙ colera tranſmittit ꝑ porum felleum
minorẽ ad ſtomachum inter tunicã ⁊ tunicã, vt dige
ſtio vigoret: iam facta hac digeſtione chilus deſcẽ
dit vſqꝫ ad inteſtinũ ieiunum a quo epar per quinqꝫ
meſeraicas attrahit chilũ ad ſe ꝗ quidẽ ꝑ epar im-
partitur et in quattuor humores conuertitur. ſ. in co
leram, pars ignea. In flegma, pars aquea. In melã
coliã, pars terrea. In ſanguinem, pars aerea. Qui
bus humoribus cõfectis in epate, vbi fit ſecunda di
geſtio in venas delegãtur: ⁊ fit tertia digeſtio in ori
bus venarũ et mẽbris: nãqꝫ in orib9 venarum fit res cõ
dita: et in poris mẽbrorum fit prio ros, et poſtea cãbiũ
et glutem.

Egregiũ nobile de digeſtionibus.

¶ Nota preterea de mente phi. li. 4. metheo. ꝙ in qualibet digeſtione reſecãtur aliq̃ ſuꝑ
fluitas. In prima nãqꝫ digeſtione reſecatur aliq̃ ſuꝑ
fluitas. ſ. fex. Et in ſcḋa vrina. Et in tertia reſecatur
triplex ſuperfluitas aquoſa, ꝗ tendit in ſudorẽ terre
ſtris ꝗ polluit manus: ignea vero calida et ſicca que
eſt fumus aduſtus: ⁊ hec eſt pilorum materia. Pilus nã
qꝫ cauſatur ex fumo propulſo ad ſuperficiẽ mẽbri ⁊
ab aere congelatur: ⁊ poſtea ſuccedente altero fu-
mo pellit priorem ⁊ congelatur poſterior, et ſic in for-
mam longã creſcit pilus. ¶ Sed ad oppoſitũ ꝓbleu
matis applicãdo de vrina notãdũ ꝙ vrina ẽ ſuꝑfluitas
aquoſa que in epate concreatur tam ex partibus ci
bi aquoſis quã ex ipa aq̃ potata que q̇dẽ non eſt mix
tum: ſed admixtum: habet enim portionem colere ſi
bi permixtam ꝑpter quod efficit ſalſa. ⁊ hec aquoſi-
tas pellitur ab epate per venas vſqꝫ ad membra ad
faciendũ cibum penetrare ⁊ poſtq̃ hoc officio aquo
ſitas functa eſt regreditur ad epar: ⁊ ab illo mittitur
per venas emulgentes in duo colatoria renũ ⁊ poſ-
tea per poros vrithides tendit in veſicam: ꝗ q̇dem
duplici tunica valata eſt et in illis duabus tunicis
habet duo foramina: non tamen eſt vnum e regione
alterius ne liquor vrine effundatur.

Dubium bonum.

¶ Dubitatur circa vltimã partẽ hui9 ꝓbleumatis: vtrũ aquoſitas ꝗ in alijs aĩalibus mingi
tur in auibus conuertatur in plumas, et videtur ꝙ nõ: q2
purũ elementũ nutrire non valet: ergo nec cõuerti ĩ
mixtũ: et ſic non conuertetur in plumas. Oppm̃ deter
minat Phs. 10. ꝓbleumatũ. In hac q̃one duo querã
Primũ eſt. An purũ elemẽtũ nutrire poſſit, nutritio
ne ꝓprie dicta. Secũdũ eſt. An purũ elemẽtũ nutri
re poſſit, nutritiõe improprie dicta. Pro declaratio
ne q̃onis pono aliqua notabilia. ¶ Primũ. Nutritio
ꝓprie dicta eſt ↄuerſio alimenti in naturã rei aĩate:
⁊ hoc mõ capilli et vngues nõ nutriuntur: ſꝫ regenerã
tur q̃uo intellexit Galenus. 2. theg. capillorum vero et
vnguiũ nõ eſt regimẽ ſed regeneratio ſola. nutritio
vero improprie dicta eſt ↄuerſio alicui9 in rẽ aĩataꝫ
vel in aliquã rẽ pertinentẽ ipſi rei animate, vt q̃n ſu-
perfluitas ↄuertitur in pilos dicimus pilos fieri ex illa
ſuꝑfluitate: et q̃n dicitur ſanguinem nutrire ſpũs q2 ex
ſanguine tanq̃ ex materia appropriata fiunt ſpũs: ⁊
hoc mõ ſolem9 dicere vngues ipſos nutriri ex ſuper
fluitate cordis. ¶ Noto. 2. ꝙ purũ elemẽtũ nullo iſto
rum modorum nutrire põt, q2 oẽ qḋ nutrit digeritur: ſed
purũ elementũ non põt digeri, q2 digeſtio eſt paſſio
cauſata a calido ex oppoſitis paſſiuis: ſꝫ elementum
purũ non habet oppoſita paſſiua: ergo non digeretur:
⁊ ſi allegetur dictũ cõe poetarum ꝙ talpa nutritur ex terra
q2 extra terrã moritur: alec ex aqua: Salamãdra
ex igne: Camaleonta ex aere: non eſt credendum ꝙ
ex puro elemento id fieri valeat. Namqꝫ purum ele
mẽtum habet qualitates valde exceſſiuas per quas
potius tranſmutat alitum quã tranſmutetur ab eo ⁊
cum de ratione elemẽti ſit tranſmutare potius quã
traſmutari, vt Auicẽ. 2. i. c. 15. de eo ꝙ comeditur ⁊ bi-
bitur ſequitur ꝙ purum elementũ nõ põt nutrire pro-
prie nec improprie. circa ĩpropriã tñ nutritionẽ du
bitari ſolet vtrũ odor vel aer nutriat ſpiritũ ⁊ videtur
dicere Gale. ꝙ ſic. 12. terapẽtice, et Cõciliator dĩa
155. ꝙ odores nutriũt ſpiritũ ꝓbat de Democrito ꝗ
vixit per tres dies vltra terminũ naturalẽ ſue egri-
tudinis ꝑpter odorem panis recentis: et hoc dixit
phs in. li. de ſecretis ſecretorũ ad Alexãdrũ ꝙ odor
eſt cibus anime, q2 cum ipſo aĩa delectatur et ſuble
uatur a labore: et Gal. 2. apho. dixit omniũ velociſſi
me nutrienciũ eſt vinũ: celerius vero nutrimur odo-
re. Item Auicẽ. 2. i. c. de cauſis debilitatis membro
rum dicit. Prauus odor eſt deterior: quã malus ci-
bus. ſed Gentilis fen. ii. 3. tractatu. 2. c. 3. dicit ꝙ ali
quid nutrire aliud ſtat tripliciter: vno mõ, q2 cõuer
titur in ſubſtantiã illius: et hoc modo ſolus ſanguis
nutrit ſpiritũ. Scḋo modo, q2 retardat reſolutionẽ
illius et hoc modo aer vel odor frigidus nutrit ſpiri
tum. Tertio modo q2 confortat membrũ ſua bona q̃
litate quomõ boni odores nutriũt ſpiritũ. ad propo
ſitum applicando vrina: quia mixtum eſt in plumas
eſt conuertibilis que non conuerteretur alias.

Auicẽna. Galenus Concilia.

## ¶ Quartum probleuma.

**PRopter quid in oculis apparẽt diuerſi colores / et an cauſetur ꝑpter diuerſam quãtitatẽ albuginei.**

De albugineo quõ cauſet colores oculi.

PRo declaratione probleumatis noto ꝙ apud
oculos triplices colores ſunt. ſ. glaucus, niger,
et medius quorũ diuerſitates efficit albugineus hu
mor. et vt hec ad amuſſim capiãtur notabo partes. ex
quibus oculus componitur. Primo ſummus opifex po
ſuit oculos in alto, q2 ſunt ſpeculatores totius cor-
poris hũani: deinde muniuit oculos ſi ſint molles pal
pebris ⁊ pilis ne offenderentur ab extrinſeco: ne etiã
per puluerem lederentur: et illarum palpebrarum
eſt continuus motus clauſionis ⁊ apertionis, rõne cu
ius ocul9 efficitur fortior et a ſua debilitate releuatur.
Dixi ſi ſint molles: q2 oculi cicadarũ ⁊ locuſtarum: quia
duri ſunt non indigẽt velamine coopiente. Declara
to de exteriori qḋ ambit oculum: declarandũ eſt de
partibus interiorib9 componentibus oculũ que ſunt
4. tunice et tres humores. Et primo nota ꝙ cõcaui
tas in qua oculus eſt creatus dicitur orbita, et prima
tunica oculi vocatur coniunctiua que eſt alba adipoſa
et ratione dicta eſt coniunctiua q2 adiungit oculum
orbite et adipoſa q2 reflectit calorem oculi ad inte-
rius ideoqꝫ oculus non riget et hec a parte poſterio
ri eſt tota integra: ab anteriori vero habet foramẽ
amplum. Nam ſi eſſet tota integra ab anteriori non
penetrarent ſpecies quia eſt opaca: et hec oritur a
quoddã paniculo cooperiente caput quod dicitur
pericraneum. Secunda tunica que in oculo ſucce-
dit eſt cornea ⁊ eſt in qua apparent omnes colores:
in qua etiam apparent albugines: et anteq̃ aqua
coagulata deſcendens a cerebro eſt catharata: et
hec pro medietate poſteriori dicitur ſclirotica q̃m

De oculi armonia et compoſitione.

dura eſt:⁊ a dura matre cerebri paniculo orta q̄ quidē ē diaphana ſicut cornu trāſparēs. Poſt hāc ſequitur vuea: quequidem eſt nigra, vt oculum confortet ne propter lumen diſgregetur: et a parte anteriori eſt dicta vuea qꝛ ſimilis eſt vue ablato cotilidone ſiue apendiculo: et facta eſt perforata a parte anteriori, qꝛ cū ſit opaca ſi clauderet̄ fieret obcecatio. Et tu egregie ānota quod pupilla eſt foramē vuee ⁊ egritudines pupille ſunt dilatatio et conſtritio foraminis vuee, a parte tn̄ poſteriori vocatur ſecundina qꝛ oritur a ſc̄do paniculo cerebri qui dꝛ pia mater: ⁊ hec vuea eſt ex partibus rugoſis conflata, vt amplius oculi robur vniat. Poſt hanc ſequit̄ humor dictus albugineus quoniam albugini oui ſimilatur quiquidem nutritur ex ſuperfluitatibus cryſtallini quiquid em ſi paruus eſt quia multum irradiat̄ efficitur oculus glaucus ſicut aqua parua in profunditate eſt clara: ſi vero multus eſt efficitur ocul⁹ niger propterea quod illum albugineum parum penetrāt radij a cryſtallina prouenientes ſicut aqua multum profunda eſt nigra: ſi vero albugineus medio modo ſe hēat erit oculus medi⁹. Poſt hāc aūt ſuccedit aranea tunica q̄ a pte anteriori vocat̄ aranea ⁊ a poſteriori retina: qꝛ orit̄ ex neruo obtico et hec deſeruit ad ꝯtinēdū cryſtallinā. Poſt hāc aūt ſuccedit cryſtallina que vere eſt luminoſa illumināſ partes exteriores et hec a parte anteriori eſt plana, vt ſpecies in ea melius figantur et a parte poſteriori eſt rotūda: q̄quidem comprehenditur ab humore vitreo quemadmodū comprehenditur lapis precioſus ab anulo et cōprehēdit̄ ad maiorem portionem ſphere quā medietatem. Et nota ꝙ nutrimentum a vitreo aſſimilatū tranſit ad cryſtallinam ne ſi tranſiret rubeum faceret et oīa apparere rubea ⁊ ſuperfluitas nutrimēti cryſtalline trāſit ad albugineum ex qua nutritur albugineus.

Auerro. Cātuarie.

¶ Alterius notabis ꝙ tāte diuerſitates tunicaꝝ et humorum inuēte ſunt, vt dicit Auerrois ad faciendum ſpecies ſenſibiles magis immateriales. Et dicit Cantuarienſis ꝙ tunice oculi debēt habere diuerſa cētra, vt. ſ. radij cū peruenerint ad oculum in acceſſu ad vueam refrangātur a perpendiculari ne ſi radij trāſirēt recti dxtra apparcāt ſiniſtra, et ſiniſtra dextra. ſi enim omnium tunicarū eſſet vnū centrum radij qui tenderent ad illud centrum eēnt ꝑpēdiculares et apparerēt dextra ſiniſtra: ⁊ ſiniſtra dextra: q̄propter ſapienter fecit natura q̄ñ aliud cētrum efficit vni tunice quā alteri. Nam cum radij trāſeūtes ſuper primam tunicam inciderint ſuper ſecundam: et non fuerint ſuper ea perpendiculares frangentur et cauſabūt pyramidē curtā in qua verſus conū manebit q̄dā amplitudo: gratia cui⁹ illic ſpecies diſponētur eodem ordine quo partes obiecti ſunt diſpoſite in obiecto. Solus ergo vnus radius tranſibit perpendicularis irrefractus per omnia centra et ille eſt axis vocatus per quē fit de obiecto certificatio illum axem tranſportādo ſuper partes obiecti qō Canturiēſis ſub his verbis dicebat viſio fit per pyramidem radioſam certificatio per axem tranſportatum.

Quō fiūt i oculis color glauc⁹ medius ⁊ niger.

¶ Preterea notabis ꝙ colorum diuerſitas ex duob⁹ poteſt attendi, aut em̄ eſt color verus et ſic cauſatur ex tali vel tali actione qualitatū primarum ita quod calidū denigrat ⁊ frigidum dealbat, ſi vero ſint colores apparētes non veri cauſantur ex tali vel tali luminis reflexione ita qō reflexio maior cauſat colorē rubeum minima cauſat alurgū: mediocris vero cauſat viridē. De colorib⁹ igitur oculorū: ſciendū eſt illos eſſe apparentes non veros itaq̄ nullus verus color eſt in oculo: quod ītelliges in ea parte ꝑ quā ꝯtingit ſpecies trāſire ad cryſtallinam ne in cognoſcendo viſus erraret. In alijs namq̄ partibus ab illis que non ſunt coram cryſtallina bene eſt color verus in oculo, vt in coniūctiua ⁊ vuea.

De duplici cā colorum oculi Auerro. Thomas. de garbo

¶ Preterea notabis ꝙ colores oculi apparentes qui ſunt tres. ſ. glaucus niger ⁊ medius poſſunt habere duplices cauſas. Prima propter multitudinem ſpirituum, vt dicit Auero. 4. colli. et Ariſtoteles. 5. de genera. animaliū. Thomas d̄ garbo tractatu. 4. ſue ſumme queſtio vltia ī materia de oculis. Glaucus enim fit ex magna multitudine ſpiruū: et niger ex paucitate illorum: medius vero medio modo. Sc̄da cauſa eſt ex magnitudine cryſtalloidis, et ex eius ſitu et ex quātitate albuginei namq̄ cryſtalloides multa, et in alto oculi poſita cum albugineo pauco glaucum oculum operatur ⁊ cryſtalloides pauca et in profundo oculi poſita cum albugineo multo nigrum oculum operatur et cryſtalloides mediocris in magnitudine et ſitu cum albugineo mediocri mediocritatem coloris operat̄. Inter hos autem oculos inquit Auicē. fen. 3. 3. tractat. i. c. 2. et. 9. de animalibus: oculus medius ē ſuperfluus in viſu: quia eſt temperatus et temperato conueniūt omnes operationes perfectius ſuper quo Genti. de fulginco mirabilem ſententitiā annotat ꝙ licet potētie naturales duplici modo agunt ſuas operationes male. ſ. per exceſſum et defectum, vt potentia attractiua duplici modo male agit ſuas operationes: primo: qꝛ debiliter attrahit: ſecūdo, quia per exceſſum attamen potētia cognitiua nunq̄ꝫ peccat per intēſionem operis namq̄ oculus quanto melius viderit tāto eſt melius diſpoſit⁹: ſed peccabit oculus in opere ſuo ſi diminute viderit.

Gentilis

Utrum viſus fiat extra mittē do.

¶ Circa hanc materiam dubitatur vtrū ad hoc vt viſus videat aliq̄d dꝫ mittere aliq̄d extra ſe in obiectū an obiectū debeat aliq̄d in oculo producere. Ad quam dubitationem pro prīa parte fuit opinio platonicorū ꝙ viſio fieret extra mittēdo aliq̄d ī obiecto ita ꝙ ab obiecto iterū regrediat̄ in oculos: et ita oculus videat: ſed hec opinio ab omnibus reputat̄ falſa: quia ſequeretur qō oculus ad videndū celum deberet euaneſcere: cū celum ſit maxime magnū: idcirco dixit ph̄s, 2. de aīa. Viſio fit non extra mittendo: ſed intus ſuſcipiendo. Ad ſecundā partem dubij fuit opinio domini Ochā ꝙ oculus nihil recipit ab obiecto: ſed ſolum notitiam non recipiēdo aliq̄d quod ſe teneat ex parte potētie: ad productionem notitie. Pro cuius declaratione reuocandum eſt in memoriam id quod in poſterioribus ſcripſimus de mente Ocham in ſecundo. queſtio. 17. ꝙ ſpecies eſt quedam qualitas preuia cognitioni manens tranſeūte cognitione inclinans in recordationē notitie obiecti: cuius declaratio bene pꝫ ex his q̄ ſcripſi illic. Sc̄do noto differentias inter ſpeciē et habitum. Prima qō ſpecies facit potentiam ſimpliciter potentem habitus vero facit potentiam facilius potentem. Sc̄da differentia quia ſpecies intelligibiles ſunt indeꝑdibiles, quia nec poſſunt amitti defectu conſeruantis: nec proter contrarium: habitus vero ſunt deperdibiles. Notādum ē. 3. ꝙ iſte ſpe

Opinio Platonis

cies marie deſeruiunt ꝓ faciēda recordatione:nāq̧
ille preſeruantur in memoria:et cum eſt opus recor
datione reducuntur in fantaſiā et ſic fit rememora-
tio et qñ tales ſpēs cito reducunt̄ ad fantaſiā:fit bñ
rememoratio et qñ male fit male rememoratio: ꝑꝑ
qḋ cerebrum frigide cōplexionis eſt magis obliuio
ſum:quia frigiditas impedit motum ſpecierū.

Nota. 4. Ockam Notādū eſt.4°.ꝙ Ochā loco ꝑcitato
negat has ſpēs:ſaluat aūt recordationem per habi-
tus incomplexos,hoc modo cū aliquis videt aliquā
rem per ſenſum exteriorem habet notitiam intuiti-
uam de illa re:et ſenſus interior format abſtractiuā
de illamet re ſinonimam illi,lȝ differentem ſpecie q̄.
cauſat habitū poſtea inclinantem in ſimiles abſtra-
tiuas.ex quo ſequitur apud Ocham aut ꝙ ſenſus
interior ſimul habet intuitiuam et abſtractiuam de
eodē obiecto: aut ꝙ nunq̄ ſenſus interior pōt hr̄e in
tuitiuam notitiā de obiecto,ſȝ abſtractiuā dūtaxat.

Nota.5. Nota quinto ꝙ domin⁹ Ocham ad
Ponit rō negandas ſpecies fecit aliq̄ bona argumenta.Pri-
nes ad ne mum argumentum eſt,ſi ſpecies eſt dabilis:ſequere
gandas tur ꝙ illa non diſtingueretur a notitia. ꝯñs eſt ma-
ſpecies nifeſte falſum,et ſequella probat̄:quia illa ſpecies ē
Rō pma. qualitas repreſentatiua eodem modo ſicut notitia:
ergo illa ſpecies ponitur ſuperflue:nota eſt ꝯña qḋ
autem repreſentet eodem mō patet:quia ē imago
obiecti ſicut notitia:ğ nō repñtat al̄r quā notitia vel
ſi repñtat al̄r,de t̄ quō nō.n.repñtat ſpēs ad placitū:
ğ naturaliter rep̄ſentat ſicut et notitia.Ad hoc ar-
mentum reſpondeo ꝙ ſpēs repreſentat naturaliter
tanq̄ inſtrumentum naturale quod eſt preuia ſui co
gnitioni alius rei efficere notitiam: quod commu-
niter dicitur qḋ repreſentat inſtumentaliter. Peto
quomodo declaretur: ſi dicatur ꝙ eſt inſtrumentum
ad efficiendum notitiam eodem modo ſpirſtus aīa-
lis eſt inſtrumentum ad efficiendum notitiam:ergo
non aliter repreſentat ꝙ ſicut inſtrumentum natura
le ſicut repreſentat imago Ceſſaris: ex quo videtur
ꝙ ſpecies illa eſt obiectum terminatiuum notitie
abſtractiue.Nam ſi non eſſet quomō ergo repreſen-
tat tanq̄ inſtrumentum naturale.Item philoſophus
dicit:quare contingit aliquem hominem reminiſci
vna hora:alia vero non:et dicit quod cauſa eſt quia
vna hora format notitiam ſpeciei,vt eſt imago: alia
vō nō:ğ ſpēs pōt cognoſci ⁊ dȝ cognoſci ꝑ notitiam
recordatiuā.Nec ꝓpterea ſequit̄ nō eſſe aliquas opi
niones circa materiam de ſpeciebus: arguēdo hoc
modo cognoſco euidēter ſpeciem eſſe imaginem er
go cognoſco illam diſtingui ab anima:reſpondeo ne
gando ꝯñam.Nam ego cognoſco euidenter quanti
tatem et motum:⁊ tamen non cognoſco euidēter qḋ
Rō.2. quātitas diſtinguat̄ a re quāta.Scda rō dñi Ochā
eſt ſi tales ſpecies eſſent dabiles:ſeq̄retur a quolibȝ
puncto obiecti in quālibet partem mediȷ̄ tales ſpēs
ꝑuenire:⁊ ſic ſequitur infinitas fore ſpecies in quali
bet parte mediȷ̄ et cum ille infinite ſpēs ſint eq̄liter
intenſe:ſequitur quod fiet vna ſpēs infinite intēſa:et
ſic omne qḋ videbitur infinite intēſe cognoſcit̄. Ad
hoc argumentum reſpondet opinio cōmunis negā-
do ꝙ ille ſpecies ſint equaliter intenſe. Nam quem
admodū veniunt a partib⁹ remiſſioribus ita ſunt re
miſſiores: ⁊ ſic nō habetur aliqua ſpecies infinite in
Rō.3. tenſa.Tertio arguit Ocham: probando ꝙ nō ſint
dabiles iſte ſpecies.Nā ex illo:ſequeret̄ quodlibet
viſibile ad infinitam diſtantiam ꝓducere ſpecies:fal
ſitas conſequentis nota eſt:⁊ ſequella ꝓbatur.Pona
mus quod de⁹ crearet infinitas potētias viſiuas ſem
per acutiores,et acutiores experientia demonſtrat
ꝙ potētia viſiua perſpicatior videt ad maiorē diſtā-
tiam q̄ potentia viſiua minus perſpicax:ğ cū poſſint
potentie viſiue in infinitum augeri.ğ ⁊ ſpecies pote
rūt ad infinitam diſtātiam multiplicari ab obiecto.
Ad hoc argumentum reſponſio cōmunis eſt qḋ potē
tȷ̄s illis in perſpicacitate augmentatis aliquando
ponet̄ aliqua illarū in aliqua diſtātia in qua nō po-
terit videre obiectum:qḋ eſt quia ad illam diſtātiā
non peruenient ſpecies.Sed contra opinionem dñi
Ocham militant multe experiētie. Prima quomō Argta cō
ſaluabit qḋ aliquid videatur in ſpeculo et non in ae tra Okā
re niſi quia ab ſpeculo reflectuntur ſpecies ⁊ non ab negātem
aere.Secunda quomō ſaluabitur color apparēs in ſpecies
pariete propter radios tranſeūtes per ſpecular:cū
n.ille color nō ſit verus: erit apparēs per ſolas ſpeci
es.Tertia experientia,quomodo ſaluabitur ꝙ ba-
culus pro parte exiſtens in aqua:et pro parte extra
apparet fractus,niſi quia pars que eſt in aere appa
ret in loco vbi eſt:et que eſt in aqua cum videatur ꝑ
radios fractos a perpēdiculari apparet propinqui-
or quam eſt.Ad has experientias reſpondet domi-
nus Ocham preſupponendo ꝙ multa ſaluantur non
ꝑ poſitionem entitatis d̄ nouo: ſed ſolū ꝓpter modū
ſe habēdi agētium:ad qḋ poſſet adduci optima ana
logia de duobus planetis qui reſpicientes ſe aſpec-
tu trino cauſant aliquid quod nō cauſarent aſpectu
4.5.6.qḋ ꝓuenit ex ſola applicatiōe agētiū tali vel
tali modo.Applicando ad ꝓpoſitum:dico qḋ ſpecu
lum et obiectum tali modo applicatum habet cauſa
re notitiam obiecti ꝓpter ſolam applicationem tali
vel tali modo obiecti et ſpeculi ſine aliqua entitate
que eſt ſpecies producta:⁊ ad illud de colore vitri-
ne reſpondet ꝙ color intenſus producit colorem re
miſſum:quia tñ numq̄ producit nec poteſt colorem
ita intenſum ſicut ipſe color eſt non eſt qualitas pri-
ma:cōmunis tñ opinio dicit,vt ego dixi in tractatu
de luminoſis qḋ ille color eſt phantaſticus et ꝓpter
ſpeculi imperfectionem repreſentatur color et non
figura. ¶ Non negat tamen Ocham ꝙ aliquando
preter notitiam:obiectum in oculo producat quaſ-
dam alias qualitates vere viſibiles,vtpote fulgorē
vel colorem aliquem.Nam experientia mōſtrat qḋ
apparent poſt viſum ſolem conuertendo ſe ad tene-
bras,quedam refulgentie coram oculo ⁊ viſo prato
viridi apparent illi virores coram oculo micantes ſi
cōuertat ſe ad tenebras,vt dicit Alazem in ſua per- Alazem
ſpectiua. Notabis preterea ꝙ Thomas de garbo Thomas
in ſua ſumma egregie probat cryſtallinam habere de garbo
colorem et corneam ſimiliter q2 ſunt mixta:ergo ha li.i.tra.4.
bent quattuor primas qualitates a quibus colores qōne.16.
oculi prodeant et emanent: nihilominus illi colo-
res ſunt tam remiſſi quod non impediūt oculum ne
bene iudicet de colorib⁹ ſicut videm⁹ vitrinam aut Comparatio
vitrū nimis albū nō ipedire quomin⁹ recte videa-
m⁹ obiectum et iudicemus de illius colore.

¶ Petitur circa hoc probleuma in
qua parte oculi cauſat̄ viſio. Circa quod varie ſunt
opiniones.Prima eſt opinio Auerois,ſuper libro d̄ Auerro.
ſenſu ⁊ ſenſato dicentis:ꝙ viſio cauſatur in aranea:
ad quod adducit rationem: q2 aranea eſt ſubtilior
tunica omnibus alȷ̄s: ⁊ quia viſio eſt ſpiritualiſſima
actio dȝ cauſari in magis ſubtili tunica q̄ē aranea.

Opinio ſecunda. Cātuariē.

¶ Secūdus mod⁹ dicendi ē cōis: ꝙ viſio fit in cryſtallina. Nam illa eſt organum nobiliſſimum: et vt dicit Cantuarienſis quo leſo animal obcecat. Ergo in cryſtallina cauſat viſio. Item ad hoc conducit ꝙ cryſtallina eſt plana a parte anteriori, ꝛ ex parte poſteriori eſt ſpherica, vt ſpecies melius figātur in parte anteriori. Nam ſi eſſet ſpherica plus reſiſteret introductionibus ſpecierū.

Opi. 3. Joannis. ꝺ jāduno.

¶ Tertia eſt opinio Joānis ꝺ jāduno ī q̄ōnib⁹ ꝺ ſēſu ꝛ ſenſato tenētis q̄ꝺ viſio fit ī crutiatiōe neruoꝝ obticoꝝ: ad q̄ꝺ adducit aliq̄s rōnes bonas: qꝛ ſi nō ita eſſet ſequeret q̄ꝺ vnaqueq̄ȝ res deberet apparere, due res poſtq̄ duab⁹ viſionibus videt in duobus oculis. Itē ꝙ tales nerui crucient pbat experimēto Alberti magni qui vidit hominem percuſſum in tēpore dextro fuiſſe apoſtematū in ſiniſtro quod euenit ex hac neruorum crutiatiōe.

Opinio Gentilis

¶ Hec tn̄ opinio multis ꝺ cauſis repelli pōt a me qꝛ id q̄ꝺ ꝺ cruciatiōe neruoꝝ aſſerit: ē falſum: quia ex illo ſequeretur, vt Gentilis fen. 3. 3. tracta. i. c. j. ꝙ in qualibet viſione dextra appareret ſiniſtra, ꝛ ſiniſtra dextra, q̄ꝺ eſt impoſſibile: ꝛ ſequella nota eſt, qꝛ ſi nerui cruciantur ſpecies q̄ veniūt de parte dextra, veniunt ad ſiniſtram et econuerſo: credit tamen Gētilis ꝙ illi nerui in parte ante oculos

Gentilis. ꝺſulgineo

vniantur ad modū duaꝝ lineaꝝ cōcurrentium ad angulum: que linee poſtea ſeparantur ꝛ deſcendunt in oculos ſeparate: q̄ꝺ aūt illi nerui neceſſario coniungi debeāt bene patet: qꝛ compreſſo oculo vnaqueq̄ȝ res apparet due res qꝛ tolitur coniūctio neruorum obticoꝝ: et tn̄ nota egregie ꝙ cauſa quare neruis cōiunctis apparet res vna ē: qꝛ vt ſenſus interior iudicet rem eſſe vnam requirit q̄ꝺ ſpecies vniant in concurſu: et ꝙ linee viſuales per quas videm⁹ iudicentur a nobis terminari in vnum obiectuȝ quare q̄uis ſpecies diuerſoꝝ obiectoꝝ vniantur in concurſu neruoꝝ: tn̄ non iudicatur res eſſe vna: quia non iudicat lineas viſuales ad vnum obiectum tēdere: etiam ſi rō Joannis de Janduno valeret: ſequeret duos homines videntes eandem rem cum videant plurib⁹ viſionibus et ipſorum nerui obtici non coniungātur iudicare debere vnamquamq̄ȝ rem eſſe plures res. Item ex illa ſua ratione ſequitur q̄ꝺ cum nerui auditiui non crucientur ꝙ vnuſquiſq̄ȝ ſonus deberet apparere plures ſoni quia pluribus audiantur auditionibus et nerui auditiui non coniungunt.

Thomas. de garbo

Gregorius arimi.

¶ Iſtis opinionibus relictis Thomas ꝺ garbo in trac. 5. ſue ſumme. q. 18. credit ꝙ viſio nō magis fit in vna pte corpis q̄ ī alia, tenet. n. cū Gregorio arimi. in diſtin. 16. 2. ſententiarum quod ſenſus eſt ipſamet anima, et hanc ſuam opinionē probat experientijs. Prima eſt quia habens duos oculos non iudicat ſe magis habere plures viſiones q̄ habēs vnum oculū item ſi quiſpiam ſentiat pcuſſam vnam manū q̄ primuȝ alterā ei appropinquat ꝛ hoc non poſſet eſſe, niſi illamet ſenſatio que eſt in vna fit in alia. ¶ Itē in actu venereo ſentitur totius corpis delitia quod non poſſet eſſe cum in ſolis membris generatiuis fiat ſenſatio. Itē leſo pede ſenſit caput leſionem quod non poſſet eſſe niſi vna ſenſatio ſit in omnibus membris et hoc ſignificauit Ariſ. in de ſenſu ꝛ ſenſato cum dixit eſt vnum aliquid in corpe quo ſentit omnia. ¶ Sed vlterius notat prefatus doctor ꝙ quoddāmodo poteſt dici viſionem fieri magis ī vno membro q̄ in alio quod poſſet declarari per hoc q̄ꝺ vt anima producat operationem que eſt viſio coloris requirit diſpoſitionem organi concurrere effectiue ad illam: et ad hoc quod cauſetur operatio anime que dicitur auditio requirit quod concurrat organum auditus ad illam et ſic ille operationes differunt ſpecie et ſi ſint in eadē anima indiuiſibiles ꝛ ſic iſta conceditur, vt dicit. Thomas de garbo viſio fit in qualibet parte corporis: ſed non fit in qualibet parte corporis viſio ꝛ notitie intellectiue et ſi ſint indiuiſibiles ſicut ſenſationes tn̄ differunt ſpecie ab illis qꝛ ad illas non concurrit effectiue aliquod organum corporeum, vt patet per Ariſ. 3. de anima. tex comen. 12. vbi dicit quod intellectus, eſt immaterialis eſt impaſſibilis, eſt immixtus, eſt incorporeus q̄ꝺ intellige quia ad operationes que ſunt mere intellectiones non concurrit effectiue aliquod organum corporale. Nam ad notitias vniuerſales non concurrit effectiue organū corporale: ſimiliter ad notitias reflexas actuum pure intellectualium non concurrit effectiue organum corporale. Ex quo patet ꝙ male ſentiunt in opinione Gregorij qui dicunt quod ſenſatio eſt intellectio ſicut ſenſus eſt ītellect⁹: apud eum namq̄ȝ iſta conſequentia nil valet: ſenſus eſt intellectus: ergo ſenſatio eſt ītellectio quia locus a cōiugatis nō tenet in predicationib⁹ q̄dditatiuis.

Thomas. de garbo — Ariſtote. — Gregori.

Q̄ꝺ. 2.

¶ Queritur. 2. circa hoc probleuma an aliquid exiſtens in oculo poſſit ab oculo videri: ꝛ arguitur ꝙ ſic: quia oculo clauſo in tenebris et poſtea aperto apparet circundās oculum quidam fulgor qui videtur ab oculo: ergo exiſtens in oculo pōt videri. Secundo illud probatur authoritate Auerrois tertio colli. capitulo de accidentibus ſenſus viſus vbi dicit ꝙ ſpecies redeunt a memoria ad oculum que ī oculo videntur. Tertio illud probat: quia patientes vnam paſſionem que dicitur imago oculi cum non reſpiciunt niſi ad aerem quem non vident: vidēt quēdā vaporem intra oculū: In oppoſitū ē rō et authoritas Ariſ. 2. de anima dicentis quod ſenſibile poſitum ſuper ſenſum non cauſat ſenſationem.

Auerois. — Ariſtote.

¶ In hac q̄ōne duo diſquiram. Primū erit ꝺ principali q̄ſito. Secūdū erit an ſenſibile poſitum ſuper ſenſum cauſet ſenſationeȝ. Ad primū noto quod duplex eſt opinio circa queſitum. Prima eſt Genti. de fulgineo tertia tertij tractatu. 4. capitulo de imaginibus oculorum, vbi dicit: ꝙ exiſtens in oculo non poteſt videri per ſolam ſpeciem propriam: ſed videtur per ſpeciem alterius obiecti quod ipſe rationibus efficacibus probare nititur. Prima ratio eſt ſi videretur ille vapor aut alia res in oculo per ſpeciem ppriā: ſequeretur ꝙ non videretur in libro nec in alia re ad quā reſpicit ſicut muſca: quod eſt falſum: et ſequella patȝ quia videretur ī loco vbi eſt. Secunda ratio: ſi res exiſtens in oculo poſſet videri per ſpeciem ppriā ſequeretur ꝙ in cryſtallina poſſet videri. Tertia ratio ſequeretur quod quēadmodum ille vapor per ſpeciem propriam videretur ab oculo, ita videretur ab aliquo homine reſpiciēte in oculum illius. Quarta rō: ſi per ſpeciem propriā aliquid intra oculum poteſt videri: ſequitur quod punctus albus in cornea videretur albus ab oculo cuius contrarium demonſtrat experientia. Nam poti⁹ apparet niger: immo quanto magis albus tanto nigrior: ſed hec opinio omnino eſt falſa, vt egregie deducit Thomas de garbo tracta. 3. ſue ſumme q̄ſtione. 19.

Gentilis. — Rō pma. — Rō. 2. — Rō. 3. — Rō. 4. — Thomas de garbo

tione.19. ꝙ quo facit duplex rō adducta ante oppoſi
tum quibus etiam rationibus adiungo alias. Pria
ꝙ patiens illam paſſionem que eſt imago, ſi ſolū reſ-
piciat ad aerem, et ei dicaẽ/cuius nam coloris ē illa
res quam videt/dicit eſſe citrini coloris vel nigri cu
ius eſt ipſemet vapoꝛ: ergo vapoꝛem videt per ſpēʒ
ꝓpꝛiam et non per ſpēs alienas/et confirmatur quia
irrationabile eſt ſpecies alterius obiecti cauſare no
titias obiecti cuius non ſunt ſpēs. potius enim mihi
videtur impedire ꝙ̄ adiuuare.

## ¶ Ad rationes tamē in contrarium

Gentilis. ipſius Gentilis reſpōdetur. Ad pꝛimam cum dicit.
Sequeretur ꝙ vuca poſſet videri. Rn̄deo negādo
ꝯn̄am, quia non eſt e regione ipſius oculi. Ad ſcdām
in qua dicebatur. Sequeretur ꝙ punctus albus coꝛ
nee appareret albus. Nego ꝯn̄am, et rō eſt quia q̄n-
to magis eſt albus: tanto eſt denſioꝛ et minus pene-
trat lumen per illum. Ad tertiā dico ꝙ q̄uis ille va-
poꝛ videaẽ ab ipſomet oculo illud eſt qꝛ ibi ſunt ſpe
cies vnite: tamen non videtur ab oculo exterioꝛi: qꝛ
ſpēs diſgregantur. Ad quartam rōnē. Sequeretur
qȯ ille vapoꝛ videretur in loco vbi eſt. Nego ꝯn̄am,
et ratio eſt quia illa viſio illius vapoꝛis eſt oculo non
bene diſpoſito obidq̃ꝫ videbitur obiectū vbi nō eſt.
¶ De ſecundo an ſenſibile poſitum ſupꝛa ſenſum cau
ſet ſenſationem ꝑ parte negatiua ē Ariſto.2. de aïa,
vbi dicit. Intus exiſtens ꝓhibet extraneū/recipiēs
debet eē denudatum a natura recepti. Et confirma
tur experientijs et rōnibus. Experientia, quia q̇ co-
medit alea non olfacit alterum: qui comedit alea: qꝛ
habet ſenſibile ſuper ſenſuʒ. Similiter qui intrauit
in cellam fragrantem pauco tempoꝛe tranſacto nō
olfacit quia habet ſenſibile ſuper ſenſum/ratione: ar
guitur quia alias ſequitur ꝙ ſenſus tactus continuo
perciperet ſuammet complexionem. Falſitas ꝯn̄tis
nota eſt: et ſequella ꝓbatur: quia obiectum ſemper
eſt appꝛoximatuʒ: ergo ſemper cauſabitur ſenſatio.
¶ Item temperatus homo non ſentit ſibi ſimilē tem
peratum: et illud eſt quia habet quaſi ſenſibile ſup
ſenſum, quia habet ſimilem complexionem/Et nota
optime ꝙ in ſenſu eſt medium ſenſus et oꝛganuʒ ſen
ſus. Medium quidem reſpectu ſenſus tactus eſt ca
ro. Oꝛganum vero eſt neruus: et quando poniẽ ſen
ſibile ſuper medium ſenſus bene cauſatur ſenſatio:
non vero quando ponitur ſuper oꝛgano. Exēplo mō
ſtratur hoc: ſi appꝛehendas manu vnam rem calidā
ſentis illam quia ponitur ſuper medium ſenſus qȯ ē
caro. Si vero ponas ſuper neruum diſcoopertum a
carne non ſenties aliquid, vt egregie declarat Bu-
Truſian⁹ ridanus.2. de aïa. q. ꝓpꝛia de hoc. Sed Truſian⁹ mo
nachus.3. theg. cōmento illius. Nerui vero et tenon
Ariſtote. tes pūctura/Dicit Ariſto. in hec aberraſſe cuius ra
tiones ſunt que ſequuntur. Pꝛima ratio. Uidemus
ſciſſo neruo maioꝛem fieri doloꝛem ꝙ̄ ſi non ſcindaẽ:
ergo neruus ſentit ſe ſciſum et ita ſentit ſenſibile ſu-
per ſe qȯ eſt numerus. ſ. ſolutio continuitatis. Scda
rō. Digito intromiſſo in aurem ſentitur quidam ſo-
nus in aure: ergo ſenſibile ſuper ſenſum cauſat ſenſa
tionem. In viſu tamen non credit hoc eſſe poſſe: qꝛ ſi
obiectum eſt ſuper oculū non illuminatur et ita non
videtur/Sed hec opinio falſa eſt. Nam dico ꝙ ner-
uus ſolutus non ſentit ſe ſed carnem ſibi ꝓximā: ⁊ ad
aliud de ſono in aure dico ꝙ nō eſt ſenſibile ſuper oꝛ
ganum ſed ſuper mediū: fit aūt ille ſonus quia vapo
res qui per aurem egrediuntur digito claudēte re

flectuntur ad intra et mouent aerem circulariter.

## ¶ Quintum pꝛobleuma.

Utrum anima vt pꝛoducatur re
quirat coꝛpus oꝛganizatum. De aïa ſi reqrit coꝛpus oꝛganizatum

Et arguitur pꝛo parte affirmatiua authoꝛitate
Philoſophi. 4. politicoꝝ dicentis. Id quod eſt
viuere pluribus indiget oꝛganis. Et ſimiliter autho
ritate Phi ſecundo de anima dicentis. Anima eſt
actus coꝛpoꝛis phiſici oꝛganici potētia vitam habē
tis. Pꝛo declaratione huius queſtionis pꝛimo noto
mirabiles oꝛganizationes que fiunt vt anima in coꝛ
poꝛe infundatur: de mente Auicenne. fen. 21. 3. c. de Auicēna. de quinq̃ꝫ operationibusque fiūt in matrice pꝛo foꝛmādo embꝛione
generatiōe embꝛionis/Pꝛima operatio eſt genera
tio ampularum: quaꝝ vna fit ex ſemine viri ꝑ magnū
deſcēſum ſpirituum vitalium ſub ea et generat coꝛ.
/deinde ad partem dextraʒ generatur alia ampulla
pꝛo epate ex ſemine viri ad quam deſcendit magna
quantitas ſpirituum naturaliū/Tertia ampulla ge
neratur ſuperius ad quam maioꝛ quātitas ſpirituū
animalium confluit: et illa eſt pꝛo cerebꝛo/Secūda
operatio in oꝛganizatione embꝛionis eſt guttaꝝ ſan
guineaꝝ impartitio. Et credit Gentilis doctrina. 5
de membꝛis ca. i. iam ibi aliquam rem animatā ad-
eſſe: q̄re indiget nutritione obidq̃ꝫ attrahit ſangui-
nem vt nutriaẽ/Tertia operatio qȯ totum apparet
ſicut ſanguis coagulatus eo qȯ defluit ad matricem
quantitas multa ſanguinis/Quarta operatio eſt ꝙ
totum appareret ſicut caro maſticata eo qȯ ſpiritus
genitiu⁹ iam incipit foꝛmare membꝛa/Quinta ope
ratio ē linearum diſtinctio. ¶ Et nota qȯ pꝛima ope Notab. i.
ratio completur ſex diebus. Secunda tribus. Ter-
tia ſex diebus. Quarta duodecim. Quinta nouem
diebus. Et ſꝫ n qȯ virtus infoꝛmatiua eſt foꝛtioꝛ aut
debilioꝛ: et ſemina ſunt melius aut deterius diſpoſi
ta: ita hoc tempus qȯ dicitur foꝛmationis embꝛiōis
pꝛolongatur aut tardatur/Namq̃ꝫ in maſculis tem
pus foꝛmationis embꝛionis eſt.35. diebus: aut.40.
In feminis vero ꝓpter eſſe frigidioꝛes tempus foꝛ
mationis eſt.40. aut.45. dierum/Si aūt quiſpiam
peteret quid vocamus tempus foꝛmationis, dico ꝙ
eſt tempus in quo ſemen perfecte oꝛganizatum pōt
recipere animam, et nō ante illud: et ſi queras vnde
nobis conſtat qȯ fiunt ampulle ſex diebus ⁊c̄. Dico
ꝙ cōſtat nobis ex aboꝛtibus: qꝛ mulier faciens aboꝛ
ſum ſexta die emittit q̄ſi ampullas. et nona die emit
tit illas ſanguine perfuſas: et ſic de alijs.

## ¶ Noto ſcdo ꝙ ſpiritus genitiuus Notab. 2.

ante oīes has operationes deſcendit per ipſum ſe
men concauādo et facit vnam viam longam que vo-
catur vmbilicus per quam nutritur fœtus ꝙ̄diu eſt
in vtero materno non enim celebꝛat pꝛimam dige-
ſtionem/et facit ille ſpiritus genitiu⁹ tres paniculos
pꝛimus vocatur ſecundina: quia ſecūda eſt a partu,
⁊ componitur ex duplici paniculo inter quem dupli
cem paniculuʒ multiplices venas componit et texit
quas omnes terminat ad venas matricis mulieris
per quoſdam cotilidones ⁊ depoꝛtat ſanguinem de
matrice ad venas illas: et tandem vmbilicalē et iſte
paniculus circuit infantem a capite vſq̃ꝫ in pedes ⁊
q̄nq̃ꝫ exit fœtus cum toto illo coopertus: et putant
mulieres ꝙ debet eſſe monachus: quandoq̃ꝫ vero in
motu quo mouetur infans ad exeundum rumpitur
et pꝛimo infans egreditur, ⁊ poſtea ſecundina/Ubi
notabis vnum mirabile ꝙ ſecundina hec et ſi per no

uem menſes maneat intra vterum cum infante non putreſcit putredine graui preſeruata a calore naturali infantis, ſed ꝙ primum infans egreditur ſtatim ſi detineat per tres dies putret tanta putredine ꝙ interficit. Deinde fit alius panniculus contentiuus ſudoris a capite vſq; ad vmbilicum. Poſtea fit tertius paniculus ab vmbilico vſq; ad pedes qui recipit vrinam toto tempore quo puer eſt intra vterum. Et non eſt datus aliquis paniculus ꝓ ſuperfluitate prime digeſtionis: quia in puero dum eſt in vtero nō fit prima digeſtio ideoq; nec ſuperfluitas eius.

Notab. 3. Ariſtote. ¶ Notabis tertio ꝙ ſemē, vt ab Ariſtotele diffinitur in libro de animalibus eſt ſuperfluitas alimenti vtilis ⁊ vltimi habens omne. Ad cuius diffinitionis intellectum noto ꝙ ſemen a quibuſdaꝫ ponitur ſuperfluitas in quāto tertie digeſtionis, ita ꝙ ſit pars cābij quod retrocedat per venas vſq; ad vaſa ſpermatica: et tandem ad teſticulos. Quidam vero cogitant qḋ eſt ſuperfluitas humiditatis genite in oribus venarum. Alij vero, et verius dicunt ſanguinem dealbari a vaſis ſpermaticis et in ſemen cōuerti. Sunt autem vaſa ſpermatica vene quedā cōpoſite ex ramis venaꝝ emulgentium et arteria adorti. Teſticulos autem fore neceſſarios credit Ariſtoteles, non tanq̄ effectiue cōcurrentes ad ſemen, ſed tanq̄ neceſſarij, vt teneant vaſa ſpermatica aperta: vt lapides inliciatorijs qḋ probat q2 ſerpētes generant ſine teſtibus. Et Ariſtoteles narrat de quodam tauro qui abſciſſis teſticulis impleuit vaccam. Spadones namq; non generant, non quia non habeāt ſemen: ſed quia habent vaſa ſpermatica corrugata ne per illa tranſeat ſemē, ſicut vmbilicus exſiccatur in adulto cum eēt apertus in puero. Et ſic declaratur diffinitio ſeminis. Semen eſt ſuperfluitas .ſ. in quanto non in quali alimenti vtilis et vltimi, ideſt tertie digeſtionis habens omne .i. habens omnem virtutē paternam. Habet enim ſemen duplices partes. ſcꝫ. quandam ſubtilem ſpirituoſam que aut eſt tres ſpiritus animalis, naturalis, et vitalis, aut vnus tertius per ipſorum actionem conflatus qui dicitur ſpiritus genitiuus virtus informatiua et a quibuſdam ꝓpter excellentiam ſuorum operum dicit eſſe animatus. Habet etiam ſemen aliam partem groſſam corpulentam et ex illa fiunt membra ſpermatica nobilia. Sed ex ſemine femine habēt fieri membra ſpermatica vilia, vt os cartilago neruus. Nam nobilia voco cerebrum, epar, cor, ſtomachum. Et ex ſanguine menſtruo quo ad partem puram efficit tota caro que eſt membra carniformia data ad replendum rimoſitates ſpermaticorum, ſicut lutum ad replendū rimoſitates parietis.

Nota. 4. Auicēna. ¶ Notabis quarto ꝙ triplex tempus ſm Auicennam nono de animalibus reperitur in fœtu .ſ. temp⁹ formationis .i. organizacionis quod variatur iuxta varietates narratas: et tempus motus quod eſt duplum excluſiue ad tempus formationis. Tempus vero partus eſt duplum: excluſiue ad tempus motus qḋ practica[illegible]tur hoc modo. Ponas qḋ triginta diebus qḋ eſt minimum tempus formationis fuit embrio formatus ſexaginta alijs dieb⁹ ſequentibus eſt tempus motus .i. in quo ſentit moueri fœtus intra vterum. Sed centum et viginti diebus tranſactis ſuper hos eſt tempus partus: quod eſt minimum tempus .ſ. ſeptem menſibus. Sed ſi eſſet tempus formationis triginta quinq; diebus tempus duplum excluſiue, ad illud eſt ſeptuaginta dies. Et duplū ad hoc excluſiue ē centūquadraginta dies qḋ ē octo menſes et quinq; dies. Si vero tempus formationis eſt quadraginta dierum, erit conſequēter calculando partus ad nouem menſes. Et ſi adhuc tempus formationis magis tardetur (quod inſolitum eſt) erit tempus partus decimo mēſe: (quod etiam inſolitum eſt.) Et ita habes cauſam naturalem quare quidam partus fiant ſeptimo mēſe, quidam octauo, quidam nono.

¶ Notabis quinto ꝙ ſemen (ſi Ariſtoteli credamus) deciditur ꝓ maiori parte a corde ꝓpter quod ſm complexionem cordis ita generantur femelle vel maſculi. Cor enim frigidum ꝓducit feminas, et calidum maſculos operatur ſm Auicennam ca. de generatione embrionis. Semen quo ad magnam ſui partem deciditur a membris principalibus. Dicit enim hec verba: a membris principalibus ē ſicut fons, et a reliquis ſicut reſudatio. Dubium tamen eſt inter principalia a quo maior quantitas ſeminis decidatur. Ad quod reſpondeo ꝙ maior deciditur ex corde ſecundario ex epate, q2 illa membra habent plus de ſanguine: et ſemen imediate fit ex ſanguīe: ergo ab illis deciditur pl⁹ de ſemine. Sed quidam arguunt ꝙ plus decidatur a cerebro duabus rationibus. Prima ratio, quia abſciſſis venis ſubeticis fit homo ſterilis: et cauſa eſt, vt inq̄t Matheus de gradi ſuper nono almanſoris ca. de apoplexia, quia per illas venas tendunt ſpiritus vitales, vt fiant animales: et deſcendit magna quantitas ſeminis et ſpirituum animaliū, quibus venis abſciſis fit homo ſterilis. Secunda ratio, quia non eſt membrū qḋ ita debilitetur in actu venereo ſicut cerebrum: ergo plus ab eo extrahitur de ſemine. Tertia ratio poſſet addi, quia qui nunq̄ coiuit non ē caluus ⁊ ſi calueſcit: neceſſario coiuit, vt Ariſt. in libro tertio de animalibus: et in q̄rta particula ꝓbleumatum cuius cauſa eſt: quia qui multum coit cerebrum tantū deſiccat vſquequo pilli nō poſſint in capite firmari ſicut nec herbe in terra ſicca. Sꝫ iſte rationes non multum conuincunt. Ad primam dicitur ꝙ ſi cerebrum maxime debilitatur non eſt quia ab eo plus de ſemine extrahatur: ſꝫ quia eſt debile et exangue cuius debilitas eſt in cauſa: ꝙ ſi parum extrahatur: magis debilitetur q̄ reliqua omnia. Ad ſecundam rationem reſpondeo qḋ illud eſt quia abſciſa eſt via per quam deſcendit ſpiritus animalis. Ad tertiam non probat niſi qḋ cerebrum eſt maxīe debile: rōne cuius magis debilitatur et decaluatur. ¶ Nota tamen qḋ a membris particalaribus contingenter deciditur ſemen et ſpiritus: ideo monoculus aliquando monoculum, et claudus claudum generat.

Nota. 6. ¶ Notabis ſexto aliqua egregia de ſanguine mēſtruo dr̄ prīo ſanguis mēſtruus a menſe q2 q; mēſe euenit vel a mene grece .i. d̄fectu q2 ſepe euenit in defectū lunari et iſte principaliter abūdat in femina humana: preſertim ſicut dicit Galen°. 14. de vtilitate particularis ca. 6. Et Ariſto. 3. de hiſtorijs animaliū quia natura fefellit feminā generando in ea plus de ſanguine q̄ poſſit in naturam conuertere: vel inſenſibiliter reſoluere quo ad partes aquoſas: et tunc eſt neceſſarium illum ſanguinem expellere per aliquem locū determinatū: et cauſa fuit quia deſcendit ille ſanguis per matricē ipſam exaſperando vt retineatur ſemen. Ideoq; Ariſto. dicit

Mathe⁊us d̄ gra.

loco p̄citato idem fore penitus generationis men
ſtruorum et conceptionis quod eſt in ſecundo ſepte
nario. Et factum eſt etiam hoc intentione vt cum mu
lier eſſet pregnans iſte ſanguis retineretur et nutri
ret fœtū: et vt poſtea ſanguis ille cederet in lac nu
triturum fœtum.

Nota .7. ō ſanguine menſtruo.

¶ Notabis ſeptimo ꝙ triplex ē ſan
guis in femina. ſ. menſtruus improprie dictus talis
qui iam eſt in concauo matricis receptus inutilis fe
dus peſſimus deſiccans plantas, inficiens ſpecula vi
na acetoſans tempore impregnationis fetum infi
ciens producens in eo malam qualitatem que ꝑpa
ret poſtea ſanguinem fetus ad ebulitionem ⁊ feruo
rem maximum: vel ti fermentum relinquens reli
quias que cedant poſtea in variolas ⁊ morbilos hic
improprie dictus eſt menſtruus: nec hic eſt qui reti
netur quando fit retentio mēſtruorum. Namq̄ per
flobotomiā non extrahitur ſanguis extra venas. Se
cundus eſt ſanguis qui quoq̄ menſe paulatim agre
gatur donec in tantam quantitatē accreſcat vt na
tura exonerandi cauſa illum deponat in concauum
matricis: hic eſt ſanguis vocatus periodicus: quia
ad certos terminos expellit̄. Ex hoc nō credit Gen
tilis non poſſe nutriri fetum in vtero materno: cuius
contrarium tenet Hugo ſenenſis doctrina quinta ō
membris. §. poſtea ſanguis: quia alias non poſſet fie
ri fetus leproſus conceptus tempore de fluxus men
ſtruorum niſi nutriretur fetus ex tali ſanguine men
ſtruo. Tertius eſt ſanguis qui ſexta die a conceptio
ne a virtute informatiua attrahitur non ſuperfluus:
non periodicus a quo fetus nutritur. Et contingit
aliquando mulierem concepiſſe vndecimo anno, li
cet nondum habuerat ſanguinem menſtruum: et ex
hoc nutritur fetus in viragine que non habet men
ſtrua propterea qđ reſoluit ſanguinem ſuperfluum
et aquoſitates ſuꝑfluas ſuo multo calore. Et ſi Ariſto
teles dixerit non aduenire tempus conceptionis ni
ſi tempore fluxus menſtruorum intelligas de cōmu
ni curſu.

Nota .8. ō altercatione inter medicos ⁊ phōs de ſemine.

¶ Noto octauo ꝙ eſt magna alter
catio inter Ariſtotelem et medicos: vtrum ſemē ma
ris et femine concurrant actiue ad generationē vel
vnum ſe habeat mere actiue: reliquū vero mere paſ
ſiue. Tenet enim Ariſtoteles ꝙ ſemen maris habet
ſe mere actiue: femine vero ſemē habet ſe mere paſſi
ue: ad qđ mouetur propter aliquas rationes. Prīa
ratio quia ſi ſemen maris haberet ſe actiue et paſſi
ue ſequeretur ꝙ eadem cauſa eſſet efficiens et ma
terialis quod nunq̄ cōceditur. Item ſequeretur ꝙ
femina poſſet concipere ſine concubitu maris: quia
poteſt decidere ſemen quod eſt agens: et menſtruū
quod eſt materia membrorū propter qđ dicit Ariſ
toteles: et Auerrois ſecundo colliget qđ femina ſine
ſemine deciſſo ab ea poteſt concipere, vt patet in ea
que violenter paſſa eſt ſtuprum. Dicit tamen ꝙ ſemē
femine requiritur, vt os matricis lubricum fiat: et
ſic ſemen precipitet ad interiora: et etiam requirit̄
vt femina maiori auiditate concipiat. Et hāc opinio
nem ſequuntur Doctor ſanctus ⁊ Doctor ſubtilis ſu
per tertio ſententiarum proſequentes materiā de
maternitate Beate Virginis. ¶ Sed ad rationes
Ariſtotelis reſpondent medici. Galenū ſequentes
ꝙ in ſemine eſt duplex pars quedam ſpirituoſa: alia
groſſa corpulenta: prima concurrit mere actiue et
non paſſiue. Secunda concurrit mere paſſiue et nō
actiue: et ſic dicunt non eſſe inconueniens ꝙ aliquid
ſm̄ diuerſas partes ſit efficiens et materia. Ad aliā
rationem que eſt ꝙ mulier poſſet concipere ſine con
cubitu viri: Reſpondeo negādo ſequellam: quia ſe
men femine eſt agens ſubordinatum dependens ab
altero in ſua actione. Galenus tamen credit vtraq̄
ſemina eſſe actiua et paſſiua: et adducit hanc ratio
nem quam ponit Jacobus de forli. ſuper libro de ge
neratione embrionis queſtione quinta: ſuppoſito qđ
effectus determinatus requirit cauſam determina
tam: ſed videmus ſepe filios ſimilari matribus, vt pa
tet de cane cocunte cum vulpe qui facit canem ſimi
limum vulpi: et de equo cocunte cum aſina qui facit
mulum magis ſimilem aſine. et de cane cocunte cum
tigride femina qui facit canem mire velocitatis ſu
per omnes canes. Tūc ſic arguo: iſti effectus qui ha
bent eē in filijs ſimilibus matri magis quā patri nō
poſſent eſſe niſi mater ageret aliquid illic quod non
facit pater. Ex quo infertur ꝙ filij vt plurimum ſimi
lantur patri in complexione: matri vero in compoſi
tione: propterea qđ complexio eſt preſtantior com
poſitione: ergo a preſtantiori agente datur comple
xio quam compoſitio.

Jacobus forliuienſis

Nota .9.

¶ Notabis nono ꝙ eſt difficultas
vtrum cor primo viuat quam cetera membra: et vi
detur pro parte affirmatiua ꝙ ſic quia cor: vt dicit
phūs in .li. de animalibus eſt primum viuens ⁊ vltimū
moriens. Item primo introducuntur qualitatiue diſ
poſitiones ad vitam in corde quā in alijs membris:
ergo cor primo viuit quam alia membra. In oppoſitū
ſunt rationes: quia ſi cor primo viueret quam alia
mēbra: ſequitur ꝙ eo tempore nutriret̄: ſed hoc non
poteſt eſſe niſi per ſpiritum animalem datum a cere
bro et naturalem datum ab epate: ergo cerebrum ⁊
epar iam ſunt. Item ſi cor primo eſſet animatū et de
inde reliqua membra: ſequitur ꝙ anima rationalis
eſſet in diuerſis locis ſeparatis naturaliter: nota eſt
falſitas conſequentis et ſequella probatur: quia ampul
la epatis ponitur diſcontinuata ab ampulla cordis
et in illis duabus producit̄ anima rationalis: ergo ali
qua anima eſſet in pluribus locis naturaliter diſcon
tinuis et ſeparatis. In hac queſtione aliter reſpōdē
dum cenſemus ſm̄ illos qui ponūt plures animas in
eodem et aliter ſm̄ ponentes vnam animam. vt be
ne dicit Thomas de garbo tractatu .5. ſue ſumme
queſt. tertia: ſm̄ namq̄ priores prius animatur cor
anima quadā vegetatiua vel ſenſitiua quam reliqua
membra. Sed de anima itellectiua omnia eque cito
animantur. Secūdum vero poſteriores adhuc ſunt
bipartiti: quidam ponunt ſucceſſionem animarum:
vt thomiſte: alij vero nō. Secundum priores cor pri
mo animat̄ anima vegetatiua: ſm̄ vero poſteriores
non primo cor animatur ſed omnia membra ſimul: ⁊
dictum ariſtotelis qđ allegauimus in parte ante op
poſitum ꝙ cor eſt primum viuens et vltimum mori
ens: intelligit̄ de vita in actu ſecūdo ⁊ nō in actu pri
mo. Sed Jacobus de forliuio primo li. de genera
tione embrionis queſtione ſecunda credit membra
ſimplicia prīo animari quam organicā, quia cum or
ganica conſtentur ex conſimilibus prius diſponitur
materia conſimilium quam materia organicorū: er
go prius conſimilia animant̄. Item inter organica
primo cor animatur, quia primo eius materia diſpo
nitur cū fiat prima ampulla pro corde deinde epar
animatur: et poſtea cerebrum: ⁊ poſtea membra nō

Thomas de garbo

Jacobus ō forliuio.

pꝛincipalia. Sed oppoſitum eſt verum: quia licet debi
ta diſpoſitio qualitatiua pꝛecedat pꝛimo in conſimi
libus quam in oꝛganicis: tamen non pꝛecedit debi-
ta diſpoſitio quantitatiua et oꝛganica. Qui tenent ꝙ
coꝛ pꝛimo animatur: dicerent ipſum coꝛ vegetare ⁊
ſentire per ſpiritum animalem et naturalem qui in-
terim creatur a ſpiritu genitiuo. Nam qui poteſt
facere coꝛ: poterit etiaꝫ facere tales ſpiritus. Et ſm
tenentes coꝛ pꝛimo animari quidam dicunt ipſum
concurrere ad faciendum alia membꝛa: quidam ve
ro dicunt ſpiritum genitiuum alia facere ſicut fecit
coꝛ.

¶ Pꝛo complemento huius ꝓbleu
matis diſquiram alia pꝛobleumata hic: pꝛimum ſit.
Propter quid femina tardius in vtero et citius ex-
tra vterum completur. Ad quod reſpondeo cum Di-
no de Floꝛētia ſuper libꝛo de natura fetus folio. 61.
ꝙ ratio eſt quia ſemen femine pꝛocreatiuum eſt fri-
gidius et aquoſius: obidqꝫ a caloꝛe naturali tardi⁹
in vtero oꝛganizatur: ſed extra vterum citius com-
plet augmentum femina ipſo maſculo: quia femina
eſt humidioꝛ ipſo maſculo propter qḋ citius extēdi
tur extenſione quam debet habere. Secundo ex in
tentione nature: quia natura habuit intentionem fa
ciendi maſculum pꝛincipaliter: ideoque magis tar
dat in eius perfectiōe extra vterum: ſed femina eſt
maſculus oꝛbatus vel occaſionatus, vt Ariſtoteles
pꝛimo de generatione animalium. Tertio dici po-
teſt ꝙ periodus femine eſt bꝛeuioꝛ quam periodus
ipſius maſculi: ergo periodus perfectionis femine
eſt bꝛeuioꝛ quam periodus perfectionis maſculi.

Dinus de Floꝛentia.

Ariſtote.

¶ Queritur de cauſis maſculi ⁊ femi
ne et hermafroditi. Ad qḋ reſpōdet Egidius roma
nus multas foꝛe cauſas: quas ponit in libꝛo de natu-
ra fetus. Pꝛima cauſa eſt. Semen calidi⁹ et coꝛ ca-
lidius. Hec enim operantur maſculum: quia a tota
ſpecie maſculus eſt calidioꝛ femina. Secunda cau-
ſa eſt. Caſus ſeminis in partem matricis dextrā que
calidioꝛ eſt. Nam illic geſtātur maſculi. Tertia cau
ſa. Teſticulus dexter potētioꝛ: quare ruſtici pꝛo ge-
neratione maſculi ligant teſticuluꝫ ſiniſtrum tauris
et arietibus. Quarta cauſa eſt. Etas generantis: nā
qꝫ ſenes generant feminas et iuuenes maſculos. Ex
quo poteſt haberi cauſa hermafroditi ſm medicos
quando ſemen maris et femine concurrunt eque po
tenter.

Queſtio de cauſis maſculi ⁊ femine.

¶ Dubitatur preterea vtrum vngues
generentur a virtute infoꝛmatiua fetus: Ad quod
reſpondet Dinus de Floꝛentia ſuper libꝛo de natura
fetus folio. 62. ꝙ fiunt a virtute infoꝛmatiua ſed mi-
nus pꝛincipaliter. Pꝛo quo nota ꝙ Philoſophus ait
ſecundo libꝛo de generatione animalium: ꝙ natura
eſt ſicut bonus echonomus: quia bonus echonomus
perfectioꝛa domus impartitur pꝛo marito et vxoꝛe:
mediocria pꝛo filiis: adhuc peioꝛa pꝛo ſeruis. Sed
oſſa et reliquas ſuperfluitates pꝛo canibus: et ſuper
fluitates omnino inutiles pꝛo domo ferat ad cam-
pum vt fimum: ita natura virtutis infoꝛmatiue ex ſe
mine quo ad partem perfectam facit membꝛa pꝛin
cipalia: et quo ad imperfectam facit membꝛa min⁹
pꝛincipalia: ⁊ ex ſuperfluitatibus mēbꝛi pꝛincipalis
quod eſt coꝛ facit vngues: qui maximum habent iu-
dicium ſuper valitudinem coꝛdis.

Dubitatur an vngues generent a virtute infoꝛmatiua fetus.

¶ Petitur preterea an maſculus ſit
femina calidioꝛ cum videamur dixiſſe maſculuꝫ ge
nerari ex ſemine calidioꝛi. Ad quod reſpondetur
ꝙ maſculus a toto genere eſt femina calidioꝛ. Sed
Conciliatoꝛ differentia vigeſima ſecunda: credit in
auibus de rapina maſculuꝫ eſſe frigidioꝛem femina.
Sic enim videmus acipitres maſculos minoꝛes et
minus audaces feminis: et cauſa inquit eſt: quia in
iſtis animalibus coniungitur caliditas ſex⁹ cum ca
loꝛe complexionis ratione quoꝛum coꝛpus tantum
deſiccatur qꝛ ſiccitas maioꝛ quaꝫ debet reddit coꝛ-
pus frigidius quam opoꝛtet. Sunt autem hec ani-
malia valde calida de ſua complexione quod mon-
ſtrat: quia digerunt carnes crudas: ideoqꝫ poꝛus fe
leus maioꝛ ad ſtomachum eſt terminatus et ideo co
lera mititur multa ad vigoꝛandum digeſtionē: ideo
qꝫ iſte aues habent egeſtiones albas ſicut canes: et
icterici propter coleram non mitti ad inteſtina.

¶ Queritur vtrum omnia animalia
generantia ſi ſunt femine pꝛocreent lac. Reſpōdeo
ad hoc ꝙ lac eſt quedā humiditas incrudata a ma-
millis: nec eſt inconueniens digeſtū incrudari apud
actionem diuerſi inſtrumenti. Nota preterea ꝙ ani-
malia que geſtant in vtero illa pꝛocreant lac ex ſan
guine menſtruo tendenti ad mamillas, vt animal qḋ
intra vterum non habuit perfectum augmentum ex
tra vterum perfecte augeatur. Si enim in vtero tā
tum creſceret dilaceraret matrem in exitu. In ani-
malibus tamen que non geſtant fœtus intra ſe: non
ꝑcreatur lac: quia illa ꝑcreatio lactis fiebat ad re-
parandum animal ex molli alimento vſqꝫ ad perfec
tam quantitatem que non potuit acquiri intra vte-
rum ꝓpter periculuꝫ matris. Ubi notabis ꝙ in vi-
ris aliquando viſuꝫ eſt lac ꝑcreari in magna quanti
tate, vt dicit Auicēna nono de animalibus qḋ euenit
propter hominem illum multum ſanguineꝫ pꝛocrea
re. Nota preterea ꝙ animalia bꝛuta gerunt mamil-
las intra coxas: et non ſic femina humana: quia cum
ambulet figura recta femina humana impediretur
in motu: non ſic autem impeditur bꝛutum: quia am-
bulat figura pꝛona: et tot geſtat mamillas quot fili-
os parere poteſt. Nota preterea ꝙ matrix mulieris
habet ſeptem cellulas duntaxat, vt Auicenna nono
de animalibus: tres ad dextram: et tres ad ſiniſtraꝫ
et vnam in medio: nec propterea credas ſoluꝫ ſeptē
filios poſſe geſtare. Nam Ariſtoteles dicit nono de
animalibus ſe vidiſſe mulierem que eiecit quattuoꝛ
decim paruulos valde ſicut vermes. Et Auicēna eo-
dem nono de animalibus dicit ſe vidiſſe mulierem q̄
eiecit ſeptuaginta. Ex quo patet gemmelloꝛum cau
ſam non eſſe ex caſu ſeminis in diuerſas cellulas ma
tricis: ſed potius ſeminis eterogeneitatem et multi-
tudinem.

Utrū oīa aīalia generēt lac.

¶ Pꝛo complemento huius ꝓbleu
matis notabis id quod Dinus de Floꝛentia notat
ſuper libꝛo de natura fœtus folio. 80 ꝙ pullus qui
generatur ex ouo generatur ex albumine et non ex
vitello: quia albumen licet ſit frigidum in oꝛdine ad
coꝛpus humanum: eſt tamen calidum caloꝛe celeſti
in oꝛdine ad pullum nutritur tamen ex vitello. Et ſi
aliquando dicit Auicenna vitellos ouoꝛum eſſe fri-
gidos et humidos: ſicut videtur dicere Fen pꝛima
tertii capitulo de ſoda et ebꝛietate. Nam dicit cibi
iſtoꝛum ſint de illis in quibus eſt infrigidatio et hu-
mectatio et ſubtiliatio ſicut ſunt vitelli ouoꝛum. Di-
cendum ad hoc ꝙ tales vitelli ſunt frigidi de per ac

cidens, vt ſi miſceantur cum ſucco arantiorum vel agreſte.

## ¶ Sextum probleuma.

### Utrum albedo in pillis capitis cauſetur propter debilitatem caloris et flegma putrefactum.

Notabile primum. Primo declaratione huius pbleumatis noto primo q pilus eſt quedam ſuperfluitas fumoſa calida et ſicca a tertia digeſtione eleuata dicitur primo calida et ſicca ad differentiam aliarum ſuperfluitatum tertie digeſtionis quarum vna eſt frigida et humeda ſudoralis: reliqua frigida et ſicca terreſtris q polluit man⁹: alia e calida et ſicca et hec dz ee ſupfluitas in qli ad dñiam ſeminis: et eleuat vſqz ad poros membrorum a qb⁹ pellit: et cum ad aerē egreditur cogellatur et accipit formam pili: et poſtea egredit alia fumoſitas que pellit priorem: et ſic pilus elongatur et creſcit: requiritur ergo vt pilus coaleſcat caliditas adurens fumum: quare in mulieribus non eleuantur barbe: quia non eſt tāta caliditas vt in viris: nec in ſpadonibus: ppterea qd teſticuli ſunt ſpeculum reflexionis caloris corporis humani. Requiritur etiam q porus corporis non ſit omnino latus q2 non retineret fumum vt fiat radix pilli: quare habētes poros valde latos in facie non barbeſcunt. Requiritur etiam q pori nō ſint valde clauſi vt fumi nō exeant: ppter quod mulieres non barbeſcunt: et homines flegmatici ſunt abſqz pillis: colerici vo et ſanguinei ſunt piloſiores. Nota ſecundo q quidam pilli cauſantur ex neceſſitate materie: quidam vero ppter decenciam: ex neceſſitate materie cauſantur pili in capite quia caput eſt maxime humidum et caminus totius corporis ad quod vniuerſi fumi corporis deferuntur. Propter decentiam vero cauſantur pili in mento et non in genis nec in naſo: quia anima erigit fumos ad locos decentes. Super quo nota de mente Ariſtotelis quinto de generatione animaliū: Et Auicenne fen ſeptima quarti. Et Thome de garbo tractata quarto ſue ſumme queſtione quarta q a quattuor cauſis fiunt colores capillorū. Prima cauſa eſt cutis: preſertim in brutis animalibus in quib⁹ cutis propter ſuam groſſiciem eſt maior cauſa coloris quam in hominib⁹ in quibus eſt cutis ſubtilior. Secunda cauſa eſt quantitas aduſtionis. Nam ſm qd aduſtio eſt maior vel minor: ita colores ſunt magis nigri aut minus nigri: ppter quod pueri habēt capillos flauos: reliqui vero iā adulti ſi ſint maxime calidi habent capillos nigros. Tertia cauſa eſt flegma putrefactū gratia cuius ſenes in quibus caput efficitur debile in calore naturali habent capillos albos, ppter putrefactionem que fit in eis ex debilitate inati calidi propter quod eleuantur fumi dealbati. Quarta cauſa coloris eſt aer deſiccans qualiter videmus ſegetes dealbari quando a ſole multum deſiccantur: et ſimiliter videmus capillos conualeſcentium deſiccari: quia priuantur nutrimento: ideoqz capilli ferentium pileos ee magis nigros q ruſticorum. Et ſimiliter propter magnum timorem aliquis ſubito effectus eſt canus ex illa retractione fumorū a pillis: et propter eſſe agens deſiccans. ſ. membra: vbi capilli figūtur: propter quod capilli abſciſſi nō dealbantur quia non eſt ibi agens deſiccans ſicut eſt in membris conualeſcentis vel timentis.

Ariſtote. Auicēna. Thomas de garbo

¶ Notādum eſt vlterius quare quidā homines nati ſunt cani in omnibus capillis. Ad quod reſpondetur multipliciter. Primo q eſt paſſio hereditaria quemadmodum quidam hereditant a patre guttam artheticam ex hoc quod, ſpiritus genitiuus indiſpoſitus diſponit male membra ab illo confecta: ſic pari modo ſpiritus ille deciſus a patre vel matre indiſpoſuit membra ita vt generet pillos albos. Uel dic ſecundo q iſti naturaliter habent cutem nimis albam et frigidam per quam pilus dealbatur: quia a frigido fit dealbatio. Uel dic tertio habent caput maxime debile: cuius ſignū eſt: quia parum vidēt et tremunt oculis et capite propter qd concreant flegma putridum vt ſenes ex quo dealbātur. Nota. 2.

¶ Nota preterea de cauſis caluicij. Ad quod dico q cauſa eſt ſiccitas multa partis anterioris capitis: quare pori tantū denſantur vt non pateat exitus fumus tranſpirantibus propter quod nō fixi capilli cadunt quia non habent humorē in quo fulciantur. De criſpitudine capillorum ſcias cauſam eſſe vel pororum tortuoſitas: vel nimia ſiccitas: ſic vides corrigiam deſiccatam eſſe tortuoſam. Notab. 3.

¶ Preterea notabis q in cicatricibus hominū, vt Ariſtoteles decima: parti. probleumatum non naſcuntur pilli propter cutē que ibi orit eſſe nimis denſam et caloſam per quam non poſſunt fumi tranſire. In cicatricibus tamen equorum naſcūtur pilli propter eſſe cutem carnoſam bene calidam et poros eſſe apertos, vt Philoſophus decima particula probleumatum. Nota. 4.

## ¶ Septimum probleuma.

### Queritur vtrum aqua ſit ſubtiliſſimum humidorum.

Et arguitur pro parte affirmatiua authoritate Philoſophi in de ſenſu et ſenſato dicētis. Aqua eſt ſubtiliſſimum humidorum quod experientia probat Conciliator. 21. particula probleumatū probleumate. 13. quia ſi aqua teneatur in manu: et oleum teneatur in manu magis retinetur in manu de oleo q de aqua: quia aqua eſt magis curſibilis: ſed oleum magis detinetur et paulatim diffunditur: propter partes eſſe tenaces: aqua vero in omnem partem dilabitur, vt bene demonſtrant machule facte ex oleo. Oleum enim habet duplicem ſubſtantiam vnam aeream ſubtilem: reliquam vero viſcoſam tenacem que quidem poſita in alambico quo ad partem viſcoſam tenacem euaporat tota: quia propter ocatenationē partiū nō ſubtiliatur nec attenuatur: ideo ſola pars aerea in alambico vertitur in aquā: et illa aqua eſt ſubtiliſſima: et eſt ita penetratiua ſicut balſamum: pro hac etiam parte facit quod aqua vino cōmixta facit vinum eſſe ſubtilius et magis penetrare: et ppterea vinum potans parum lymphatum magis inebriat quam purum, vt Ariſtoteles tertia probleumatum. Et Auicenna tertia primi capitulo de regimine cibi et potus. Per oppoſitum videtur quia frigiditas eſt cauſa groſſiciei: ſed aqua ē frigidiſſima: ergo maxime groſſa. Philoſo. Concilia.

¶ Pro huius ꝓbleumatis deciſione noto ꝙ inter omnes aquas laudabiliſſima omniū eſt aqua fontalis deſcendens a loco alto que currit ſuper lutum non fetidum: quia illa cōtinuo renouatᷣ et eſt ſubtilis que non onerat ſtomachum et mundatur a ſuperfluitatibꝰ terreſtribus ꝑ adherētiā luti: iſta tamen aqua laudabilioꝛ eſt pluuialis quia ſubtilioꝛ: ſed facile propter ſuam ſubtilitatē eſt coꝛruptibilis et propter partes etherogeneas: ideoqꝫ vt ſit ſalubꝛis et non putreſcat iubent ei miſceri acetoſa. Aque tamen ſtagnales et lacunales ſunt peſſime quia groſſiſſime eo ꝙ non ſubtiliantur per motum ⁊ facile fetent et putreſcunt quod euenit propter ſolē maioꝛem circa eas cōtrahere moꝛam. Auicenna ſecunda primi ſuma de aquis inquit ꝙ aquā putealis eſt melioꝛ ſtagnali et lacunali ꝓpterea ꝙ puteus habet aqueductus per quos renouatur: peſſima tamē eſt ſi aqueductus ſint plumbei: quia inquit Auicēna Plumbum habet viſcera ſcoꝛiare et rumpere: et ſi arguatur plumbum eſt frigidum et ſiccum: ergo nō poteſt ſcoꝛiare quia que ſcoꝛiant ſunt calida. Dicendum ad hoc ꝙ plumbum habet multum de argento viuo quod per interius ſcoꝛiat: ratione cuius excoꝛiat. Et ſi dicatur ſi plumbuꝫ ponatur ſuper nodos diſſoluit illos quod fit repercutiendo et infrigidando: negetur ꝙ repercuciat: ſed ſua grauitate diſſoluit: aut caloꝛe ſulphuris et ſiccitate argenti viui diſſoluit nodos: et hoc eſt verius. Aque vero aluminoſe inquit Auicenna loco allegato pꝛoſunt fluxui ventris et emothoice paſſioni eo quod alumen eſt deſiccatiuum et ſtypticum. Aque vero ferree pꝛoſunt laxitati coꝛpoꝛis ⁊ egreſſioni ſpermatis inuoluntarie que dicitur paſſio gomoꝛrea. Super quo nota erroꝛem Conciliatoꝛis prima particula pꝛobleumatum, vbi queritur: quod eſt melius cauterium de ferro an argento: et dicit ꝙ melius eſt de ferro: quia ferrum eſt calidum. Sed illud eſt falſum, vt bene dicit Auerrois quinto colliget capitulo de medicinis ſumptis ex mineralibus, vbi credit aſſeueratiſſime ꝙ ferruꝫ eſt frigidum et ſiccum: Et ideo repꝛehendendus eſt conciliatoꝛ ſicut ipſum repꝛehendit Gatinarius capitulo de debilitate ſtomachi authoꝛitate Auerrois. Aque vero eree pꝛoſunt coꝛruptioni complexionis: quia ſunt calide licet comedere vel coquere in vaſis ereis eſt maxime pernecans propter eruginem eris quam ſemper pꝛocreat. Aque vero que tranſeunt ꝑ mineras auri ſunt maxime coꝛdiales et confoꝛtatiue: immo videmꝰ fruſtula auri pꝛoijci in iuribus caponum ad confoꝛtandum egros.

¶ Notabis pꝛeterea vnum ꝙ dicit Ariſtoteles particula vigeſima tertia pꝛobleumatū pꝛobleumate quadrageſimo ꝙ aqua paludis eſt dulcis et potabilis lauās et purgans: cuius declaratio conſiſtit in quoddam dicto Conciliatoꝛis. Pꝛimo notat ꝙ purgās eſt quod ab interioꝛibus trahit: lauās vero eſt illud qꝺ iam extractum depellit: vnde res q̄ hoc faciūt ſunt amare et vnctuoſe. Nam ratiōe amaritudinis purgant ratione vnctuoſitatis adherēt ipſis ſicut videmus in ſapone qui eſt confectus ex oleo et cineribus calce et alumine et aqua ratione cinerum calcis penetrat. Nam amarum ſui penetratione et adherentia magis facit apertionem venarum quam acutum, vt dicit Meſue et ratione olei adheret ſoꝛdicies: et ratione aque lauat: et ita videmus ius bletē auferre maculas: quia habet partes amaras et vnctuoſas: aqua paludis habet partes vnctuoſas ex terra ſuper quaꝫ eſt: et habet partes amaras ratione cuius aqua paludum eſt aptioꝛ labandis veſtibꝰ: nec inconuenit quo ad diuerſas partes eſſe dulcem et amaram.

¶ Sed circa hanc materiā de aquis dubitatur propter quid aqua quieſcens apparet nitida: ⁊ aqua a deoꝛſum in ſurſum mota apparet nigra. Reſpondet Philoſophus. 25. pꝛobleumatum pꝛobleumate. 41. ꝙ duplex eſt cauſa: prima quia ad rem apparere diaphanaꝫ requiritur ſubalternatio poꝛoꝛum, vt dicit Philoſophus. 11. pꝛobleumatum ꝓbleumate. 58. et quia propter celerem motum non videtur iſta ſubalternatio: Sequitur ꝙ nō videtur aqua nitida. Secunda cauſa eſt ꝙ propter motum miſcentur partes: ratione cuius tollitur ſubalternatio poꝛoꝛum.

¶ Queritur pꝛeterea propter quid vnde fluuij apparent ridentes: et vnde pelagi non. Ad quod reſpondet Philoſophus. 25. pꝛobleumatū pꝛobleumate pꝛimo ꝙ cauſa eſt quia in parua aqua ſufficit vētus eleuare plus alijs quomodo eſt motus labioꝛum irridente: ſed multa aqua qualis eſt pelagi reſiſtit ne fiat illa eleuatio ⁊ ſi fit cauſatur ex magno vento eleuanti magnas vndas. Pro cuius declaratione nota eſſe magnam differentiaꝫ inter hos terminos, vt dicit Conciliatoꝛ illic / mare / pelagus / lacuna / palus / lacus / ſtagnū / riuulus / fluuius. Nam mare eſt congregatio multarum aquarum: et pelagus eſt eius immenſa vaſtitas ⁊ pꝛofunditas. Lacuna eſt aquarum congregatio vbi fluuij intrāt mare et habet reſpiraculum ex mari et eſt minus ſalſa q̄ mare. Palus eſt aqua non multum pꝛofunda ſuper terra cenoſa aliquo modo potabilis, in qua poſſunt plante creari: ſed lacus eſt aqua male potabilis inter montes exiſtens inepta pꝛo creatione plantarū. Stagnum vero eſt aqua inter parietes concluſa.

¶ Queritur propter quid aliquādo pꝛocelle et vnde antecedunt ventū. Ad quod reſpōdet Philoſophus loco citato pꝛobleumate ſecundo ꝙ aer eſt fluxiſſimus ⁊ laxiſſimꝰs: obidqꝫ ſi vna pars eius moueatur non totus mouetᷣ: ſed aque ſi vna ꝑs moueatur et reliqua mouebitur q̄uis illam non moueat ventus ſed alia pars aque.

¶ Rurſum queritur. Quare naues accedentes ad poꝛtum ſunt ponderoſioꝛes quam in pelago: et quare a poꝛtu in pelagus difficilius mouentur quam econuerſo. Reſpondet Philoſophus 25. pꝛobleumatum ꝙ aqua maris eſt groſſioꝛ et grauioꝛ omnibus alijs aquis quia habet plus de terreſtreitatibus ꝙ monſtrat a ſigno quia ouū in aqua dulci ſubmergitur et in mari ſupernatat: quare cum in pelago ſit magna pꝛofunditas ⁊ multa groſſities reſiſtit diuiſioni: et in ponto eſt minoꝛ quantitas aque: obidqꝫ facilius naues ſubmerguntur qꝺ dicit Ariſtoteles accidiſſe hominibus venientibus cum nauibus oneratis de aqua ſalſa ad dulcem ſubmergi.

¶ Secunde partis cauſa eſt quia pꝛincipiū eſt pluſq̄ dimidium totius: et qui in pꝛincipijs claudicant non poterunt in fine ambulare; iuxta Philoſophum

ſecundo de celo. Qui diſtat a principio per vnum paſſum: diſtabit a fine per bis mille. Et naues veniẽtes a pelago in pontum veniunt cum impetu cũ quo facile tranſeunt pontum: et a ponto nondum acquiſiuerunt impetum: ideoqꝫ claudicantes in principio difficilius progrediuntur.

**Querit preterea Philoſophus** propter quid aqua dulcis frigidior ẽ ſalſa quod ita eſſe monſtrat experientia quia aqua maris poteſt exuri et non aqua dulcis: cuius ratio eſt: quia omne ſalſum habet partem vnctuoſam: que eſt pabulum ignis quod dicit Ariſtoteles monſtratur quia a ſale Ariſtote. poſito ad diſtillandum per alambicum egreditur oleum: ergo mare eſt calidius aqua dulci: et etiam ratione quia omne ſalſum eſt calidum et ſiccum.

**Querit preterea Philoſophus:** quare ad tollendum tempeſtatem naute proĳciunt anchoram: ad quod preſupponit illud quod dixerat tertia particula probleumatum probleumate vigeſimo pmo ꝙ omnia mota motu recto velociſſimo mouentur in orbem vt monſtrant antemne nauis et plume ſagite velociter mote que mouẽtur circulariter ideoqꝫ dicit ꝙ anchora velociter pulſa intra mare ventum girantem quia ipſa mouet circulariter defert intra mare: et quando fiunt quedam ampulle paruule ſuperius eſt ſignũ ſerenitatis quia eſt ſignũ ibi adeſſe paucam ventoſitatẽ que mare concutiat.

**Queritur preterea propter quid** pontus eſt nitidior quam mare egeum: ad quod notat Ariſtoteles ꝙ pontus venit ex tanai et deſcendit in boſſorum quod eſt ducentorum miliariorum in longitudine et duorum in latitudine: ⁊ ex aduerſo conſtantinopolis et iſte deſcendit in mare egeum poſtea in ſilicum: deinde in tirrenum quod eſt mare romanorum: poſtea in ſardonicum: deinde in gades Herculis. Cauſa ergo eſt quia in ponto eſt aer ſpiſſior, et omnia diaphana cum ſpiſſantur fiunt albiora: vt patet de niue et chriſtallo: in Egeo vero aer eſt ſerenior. Secunda cauſa eſt quia ad pontum decurrunt multe lacune quarum color tendit ad albedinem.

**Queritur preterea propter quid** prope mare in aurora non fit aura: ſed prope fluuios fit aura. Ad quod reſpõdetur quod fluuius eſt quid ſtrictum a quo exhallationes eleuate facile perueniunt ad litus: mare vero eſt ſpacioſum ratione cuius exhallationes eleuate ſparguntur per mare. Secũda cauſa eſt quia mare eſt vntuoſum ⁊ propterea calidum obidqꝫ non eleuat auram refrigerantem.

**Queritur preterea cur melius diſ**ſoluit ſalem aqua ſalſa quam dulcis: ⁊ videtur quod melius deberet diſſoluere dulcis quia eſt frigidior et omnia que coagulãtur a calido diſſoluuntur a frigido: quarto metheororꝫ. Dicendum ad hoc ꝙ aqua dulcis cum ſit ſubtiliſſima cito penetrat ⁊ non diſſoluit: ſed ſalſa adheret et moram cõtrahens diſſoluit: et ad rationem reſpondeo ꝙ coagulata a calido diſſoluuntur a frigido contrarianti qualitatibus generationis: ſed poſſunt etiam diſſolui a calido merito putrefationis. Exemplum eſt bonum de membris q̄ ſunt coagulãta a calido et diſſoluuntur a calido putrefaciente.

**Propter quid aque prope mare** dulces ſunt et aque ſalſe calefacte efficiũtur dulces Reſpondeo ad primum quia colantur per arenam multam et penetrat dulce ipſius aque quod eſt ſubtilius: et non ſalſum quod eſt groſſius. Et ad ſecundũ dico quod per calefactionem ſeparãtur terreſtria ⁊ ſubſident: ſuper quo nota ꝙ ſalſum male commixtuꝫ per decoctionem efficitur nimis ſalſum: ſed ſalſum valde cõmixtum per maiorem decoctionem efficit ſalſius et amarius.

**Propter quid ſuperficialia in ma**ri ſunt ſalſiora: et quare mare ⁊ fluuĳ concreant arenas et non paludes. Ad primum reſpondetur. Cauſa eſt quia ſalſedo cauſatur ex ſubtili terreſtri aduſto cum humido: et quia tale ſubtile magis ſuper natat: et dum deſcendit inferius deſcendit non aduſtum. Secundo quia a partibus ſuperficialibus ſol eleuat dulce ſi quod eſt in aqua: non autem ab inferioribus. Ad ſecundum nota quid ſit arena: arena eſt lapis comminutus vt dicit Philoſophus: et quia in mari et in fluuĳs cõcreant lapides: quia adeſt ibi calor qui materiam terreſtrem ſubtiliet et frigidũ quod induret: et ſic fiũt lapides et propter multam agitationem vehementer concutientem lapides cõminuantur et per tales inundationes lapis fact⁹ arena proĳcitur ad litora: et vbi fiunt fortiores inundationes fit plus ꝺ arena vt in mari. Circa paludes vero quia nec eſt multum frigidum aque: nec tam fortibus agitationibus agitatur propter eſſe vallatam plantis nec concreare lapides non efficitur arena.

**Propter quid lapides in mari et** conche piſcium fiunt rotunde. Reſpondetur quia materiam vndiquaqꝫ cauauerunt inundationes maris que ferunt in orbem.

**Propter quid cum cauamus pro**pe mare. Prima aqua eſt dulcis: alie vo poſtea ſunt ſalſe. Reſpondet ꝙ cauſa eſt quia prima aqua egreditur colata per ſtricta foramina: et ideo ſolum colatur dulce. Sed ſecunda egreditur per latiora foramina: et ideo egreditur groſſius qꝺ eſt in mari.

**Queritur preterea propter quid** calida aqua perfuſi minus calemus ſi oleo inungamus. Reſpondet a Philoſopho vigeſima quarta pbleumatum probleumate primo. Prio quia oleum eſt lubricum faciens aquam non tenere moram in poris obidqꝫ nec agere: quia ad actionem mora requiritur.

**Propter quid putei calent poſt** meridiem: et autumnus poſt meridiem eſt calidior. dicendum: quia vſqꝫ ad meridiem ſatis fecit ſol ſi aerem ſubtiliauit et eius frigiditatẽ reiecit: quare poſt meridiem iam paſſo diſpoſito et mora cõtracta amplius calet aer et maxime hoc monſtratur in aere autumni qui eſt ſubtilior.

**Propter quid aqua calida linguã** non deurit ſecus flãma. Dicẽdum: quia aqua calida non penetrat ſua humiditate ſet flamma ſuis acutis partibus penetrat atque fumoſis vaporib⁹ deurit.

**Propter quid calida aqua balnea**ti non ſoluimur vrina ſed a vento ſoluimur. Dicendũ quia ventus penetrando vrinam eiet.

**Propter quid vaſorum profundi**tas non deurit fortiter buliente aqua ipſa tamen in-

firi caloris valde deurit. Dicēdum cum Ariſt. 24. probleumatū probleumate. 5. ꝙ cauſa eſt: quia multum effecta calida ipſa aqua iam fumi qui in profunditate vaſis ꝑpter contrarium fugiebant. iam aſcendunt per aquā ꝑpter quod fundus ē frigidior: ſed quando aqua eſt in fieri calida fumi profunditatis fugiunt a contrario: et retinentur: et eſt calidior: ex quo habebit̃ eadem cauſa quare in oleo feruenti introducta manus et ibi quietata non ita calet ſicut in oleo non feruenti.

¶ Propter quid aqua calida ampullat: ſed non ignis. dicendum: quia in aqua calida eſt ventus et humidum viſcoſum qd̄ cōtineat in igne vero non eſt talis viſcoſitas.

¶ Propter quid buliens aqua nō reſilit ſecus. lens: orobus. argentum. Dicendū ꝙ in ſolido impetus qui proĳcit ꝑpter denſitatem eſt fortior obidq̧ cum aqua ſit fluxa ſpargibilis non ita ē capax impetus ſicut fruſtula argenti. Nam dicit Philoſophus ꝙ multi laborantes circa depurationem argenti facti ſunt diuites per reſilitionem fragmentorum.

¶ Queritur ꝑpter quid in ſole magis ꝙ̄ in vmbra calida infrigidantur intellige dicit Philoſo. de calidis intenſius ꝙ̄ ſol cauſa eſt: quia vmbra hoc eſt frigus comprimit vapores rei calide et detinet ſed ſol remiſſa caliditate diſgregat et euaporat.

¶ Propter quid calida aq̄ ſolis balneati egrotant. Dicendum: quia oē tepidum ē laxatibum penetrat enim calore et infrigidat humore vt Auicenna fen fen. 1. 4. ſumma de efimeris ⁊ idem 13. ait quod lumē lune prouocat ſcreatum ſanguinis ⁊ albumaſar. 3 introductorĳ dicit lumen lune laxum pigrum paraliticum redere corpus qd̄ enim ferventer eſt calidum deſicat et calefacit quare hec feruētia calida prohibent putrefationem.

¶ Propter quid hec quidem modico tempore calido infuſa inflantur hec vero fiunt contractiora. Exemplum eſt de hoc in carnibus porcinis que poſite ad humum inflantur de inde deſicantur et cauſa eſt: quia calidum prīo rare facit ⁊ diſtēdit deinde vero exalare facit ea que turgere faciūt ſ. ventos et vapores.

¶ Propter quid a calidis aquis magis fiūt lapides quā a frigidis dicit Philoſophꝰ cauſam eſſe: quia calide aque eleuant exalationes que ſunt materia lapidis quam materiam poſtea mediante frigido indurat propter quod videmus apud paludes non generari lapides: quia ibi lutum eſt valde humidum cenoſum: et ideo non bene exhalabile, ita ꝙ deſiccetur ⁊ induretur.

## ¶ Octauum probleuma: De aere.

PRimo queritur vtrum aer ſit calidus et humidus: in ſua propria ſphera grauis: in omni diſpoſitione reſoluens: nutriēs ſpiritū: cordis euentationi inſeruiens.

HOc probleuma multas continet partes. Quarum pⁱma pars petit aeris natiuas qualitates ⁊ ꝙ ſint ille quas ibi diximus. primo probatur. Primo. Conuenit aeri humiditas in ſumo quoniam eſt cūctorum paſſibiliſſimus quod atteſtatur ſuper eius humiditate ſimiliter Ariſtoteles. 2. de generatione ait cuilibet elemento conuenit vna qualitas in ſumo et in poſſibile eſt duas in ſumo eidem elemento: ergo cum ceteris elementis cōueniāt in ſumo relique qualitates hec ſola conuenit aeri in ſumo. Et confirmatur dicit Ariſtoteles. 2. probleumatum probleumate. 10. ꝙ aer ē primum humidorum quod ſubaudias, vt bene dicit Conciliator de humiditate natu- Concilia.
rali et eſſentiali. Nam humiditas aquea ē extranea et madefatiua eſt igit̃ aqua humidior aere quo ad multitudinem forme: ſed aer humidior intenſiue vide de hoc Conciliatorem differentia. 12. Thomas tamen de garbo in tractatu primo ſue ſumme queſtione. 3. credit aerem ſuapte natura nullas ſibi qualitates determinare quod dicit oſtendere temporū varietatem confirmiter ad quam variatur aer: ſed hec opinio nulla ē. Nam ex illo ſequeretur aliquam formam ſubſtantialem eſſe ſine aliqua operatione ⁊ qd̄ aer nullum ſibi locum determinaret. Secūda pars probleumatis ē an aer in propria ſphera ſit grauis Ad qd̄ Philoſophꝰ dicit. 25. probleumatum ꝑbleu- Ariſtote.
mate. 12. ꝙ omnia elementa ſunt grauia in propria ſphera preter ignem quod intellige d̄ grauitate habituali que eſt quedam qualitas reddēs aerem pronum magis ad deſcendendum quam ad aſcendendum vide que ſcripſimus ſuper hoc quarto phiſicorum.

¶ Circa tertiam partem in qua dicebatur aerem in omni diſpoſitione deſicare. Notandum eſt ꝙ hoc fundatur ſuper dicto Auicenne. 2. i. Auicēna.
ibi dicitur aer in omni diſpoſitione reſoluit propter id quod eſt in eo de virtute ſolis et ſtellarum quod apud multos non habet verum niſi de aere locorum habitabilium namq̧ ſtat aliquem aerem in loco maxime humido ſicut eſt vltra ſeptimum clima eſſe maxime humidum non deſicantem quimpotius omnia humectātem: ſed alĳ vniuerſaliter defendunt hoc dicentes aerem in omni diſpoſitione reſoluere ſubſtātifice quamuis humectet qualitatiue et bona analogia eſt de idropico qui totus plenus aqua maraſmatur.

¶ Dicebatur itaq̧ in quarta parte euentationi cordis inſeruiens. ¶ Pro cuius declaratione notandum eſt ꝙ dilatatio et conſtrictio cordis ſm̄ opinionē Truſiani monachi cauſatur ex feruore ſpiritus vitalis ſanguinem ſpumificantis: propter quod dicit arteria dilatatur quia repletur et non econuerſo. Conſtrictio vero cauſatur ex introitu aeris frigidi facientis detumeſcere ipſam arteriam et cor: ſed hec opinio eſt falſa quia negat iſtiuſmodi opera fieri ab aliqua virtute anime: quod non credas. Nam cū ſint motus in oēm differentiam poſitionis neceſſario fiunt ab anima: vt Commentator ſecundo de anima. Item cum fiant in aliquem finem ſcilicet ad euētationem cordis neceſſe eſt ab anima fieri. Sed hec opinio eſt falſa quod ſuadeo. Primo

ſequeretur ꝙ negat tres virtutes vitalem, naturalē, et animalem: aut ſaltem non diſtinguit vitalem a naturali: quod eſt in omnes medicos: et Auicēnam doctrina ſexta de virtutibus. Item ſequeretur non differre pulſum foꝛtem et pulſum magnum quod pꝛobatur quia foꝛtis ſi attendatur penes virtutem foꝛtē regentem talem pulſum: ergo dabilis eſt talis pulſus qui regatur a virtute, et non ſolum ab ſpumificatione vel deſcenſu arterie. Si vero attendatur pulſus foꝛtitudo penes dimēſiones tres valde magnas ſcilicet longitudinem, latitudinem, et pꝛofunditatē que agnoſcuntur in modo tangendi digitos medici ad longū man⁹ vel latū aut impellendi: ergo non differ magn⁹ a foꝛti. Sed veritas ē ꝙ dilatatio ⁊ cōſtrictio coꝛdis et arteriarum fiūt ab aliqua virtute anime que vocatur vitalis: cuius officium eſt ad omnes operationes coꝛpoꝛales concurrere et ad dilatationem ⁊ conſtrictionem coꝛdis et arteriarum: et ad faciendum ſpiritus vitales et ad traſmittendum ſpiritus ad extra et trahendum ab intra. Cauſa tamen eſt huius dilatationis et conſtrictionis finis aliquis: finis quidem dilatationis eſt aerem attrahere qui ſit noſtris ſpiritibus emanatio: fierent feruētioꝛes quam expedirent niſi in eoꝛum pꝛoductione aer refrigeraret illos. Pꝛodeſt etiā ad attrahendū aerem ab arterijs ad coꝛ ſimiliter. Et pꝛodeſt ad remoꝛanduꝫ actionem caloꝛis in humidum. In arterijs vero hec dilatatio pꝛodeſt: vt ſanguis et ſpirit⁹ vitalis in eas a coꝛde pꝛoꝛumpat. Pꝛodeſt etiam vt aerem inutilem coꝛdis attrahant: et ſimiliter aerem per exterioꝛes poꝛos ad ſe ducant. Sed conſtrictio coꝛdis pꝛodeſt vt inutilis aer cum fumis capꝛinoſis refutetur: et ad arterias ſanguis delegetur: et vt in ipſa conſtrictione caloꝛ aliquantis peruigoꝛetur. Sed conſtrictio arteriarum pꝛodeſt vt inutilis aer expiret et fumi depellantur: et vt ſanguis arterialis per poꝛos arteriarū reſudet ad venas: vt miſceatur ſanguini venali. Nam ex vtroqꝫ nutrimur.

¶ Ex quo infertur quod quando coꝛ dilatatur arterie conſtringuntur et econuerſo. Nam ſi coꝛ dilatatur ergo recipit aerem tam per os quā ab arterijs: ergo arterie conſtringuntur vt pellant illum aerem ad coꝛ. Rurſum: quando coꝛ cōſtringitur pellit ſanguinem et ſpiritus ad arterias. igitur arterie dilatantur. Et ſic quando coꝛ conſtringitur arterie dilatantur et econuerſo. Et ſi arguas experimento apparet ꝙ ſi ponatis manū vnam ſupꝛa coꝛ: et reliquā ſupꝛa pulſum ꝙ quando pulſat coꝛ ſimiliter pulſat pulſus: ergo quando coꝛ dilatatur dilatatur et pulſus. Dicendum eſt ad hoc quod immo quādo tactui apparet coꝛ dilatari tunc conſtringitur: vt patet in vna re longa que quādo in longū dilatatur conſtringitur in latum: et ſic eſt de coꝛde.

¶ Ex quo etiam infertur ſecundo quod iſte differentie pulſus que ſunt diaſtoles: et ſiſtoles poſſunt eſſe diſpares: non quidem quia ad maioꝛem diſtantiam eleuetur arteria dilatando quam deſcendat cōſtringendo: ſed quia dato maximo termino dilatationis et maximo conſtrictionis: magis diſtat in dilatatione pꝛeter naturam a maximo termino dilatationis quam a maximo conſtrictionis dicitur maioꝛ dilatatio quam conſtrictio: ⁊ quando magis diſtat a maximo termino conſtrictionis quam a maximo dilatationis dicitur maioꝛ conſtrictio quam dilatatio in colericis: et in omnibus in quibus eſt maioꝛ neceſſitas eentationis et refrigerij caloꝛis maioꝛ eſt dilatatio quam conſtrictio: ſed in flegmaticis et in quibus eſt maioꝛ neceſſitas expellēdi fumos quam euētandi eſt maioꝛ conſtrictio quam dilatatio. Et tu nota egregie in quo conſiſtat ratio foꝛmalis dilatationis et conſtrictionis. Eſt enim dilatatio eleuatio omnium partium circunferentialium arterie a centro ad circunferentiam: ſed conſtrictio eſt depꝛeſſio omnium partium circunferentialium arterie a circunferentia ad centrum.

¶ Erat alia pars pꝛobleumatis vtruꝫ aer nutriat ſpiritum. Ad quam queſtionem reſpondendo in rigoꝛe non poteſt dici niſi negatiue: quia ſpiritus non eſt animatus: et aer eſt coꝛpus ſimplex: et ideo nec ſpiritui conuenit nutriri: nec aeri nutrire: ſed ſumitur in hoc ſenſu qd̄ aer ideſt ex aere ſpiritus generatur: quod Galenus credidit eſſe poſſibile. Sed Gētilis fen vndecima tertij tractatu ſecundo capitulo tertio contrarium credidit eo ꝙ aer nō eſt materia appꝛopꝛiata ex qua ſpiritus valeant generari. Non enim vt inquit Philoſophus pꝛimo phiſicoꝛum ex quolibet fit quodlibet: ſed ex determinato determinatum. Ideoqꝫ credit materiam appꝛopꝛiatam ſpirituū foꝛe vapoꝛes ſanguinis eleuati ex decoctione eius in ventriculo ſiniſtro coꝛdis.

¶ Sed dubitaret aliquis quare eſt ꝙ arteria pedis pulſet cum in ea non ſit tantus caloꝛ ſicut eſt in vena que tranſit per doꝛſum. Dicendum quod arteria pedis calidioꝛ eſt intenſiue eo quod continet in ſe ſpiritum vitalem qui eſt tanquam igniculus. Vena autem non continet illum: et ſi continet: non niſi parum obidqꝫ non eſt illa neceſſitas refrigerandi quamuis igitur ipſa vena ſit calidioꝛ extenſiue ipſa arteria: non tamen intenſiue: vel dicas ꝙ vt plurimum cuilibet vene coniūcta eſt arteria: et ab aere illius tranſpirat aliquid per poꝛos vene vnde refrigeretur: et ille paucus aer ſufficit: qui pꝛopter ſuam paruitatē non ſufficit dilatare venam.

¶ Dubitatur vtrum aer ſemper moueatur: et an ventus ſit aer motus. Circa pꝛimam partem Philoſophus tenuit decimaquinta pꝛobleumatum pꝛobleumate vltimo quod aer ſemper mouetur cuius cauſam tradidit quia atomi per aerem ſemper volitant qui mouentur ad omnem differentiam poſitionis: et ideo dicit. Umbꝛam piramidalē ſemper in cono eius moueri circulariter pꝛopterea quod aer pꝛope tale extremum illius vmbꝛe circulariter ſemper mouetur. Et hoc credit eſſe verum ſm̄ mentem Democriti. Pꝛobat etiam experientia: quia aer pꝛope feneſtras exiſtens per quas intrant radij ſolis mouetur ſenſibiliter et clare per atomos: ergo etiam extra illa loca mouebitur remiſſe. Secunda pars querit an ventus ſit aer motus: et licet apud Philoſophum multotiens videatur quod ſic: non eſt tamen ita. Et ratio eſt quia ſequeretur non potius ventum agitari debere ad vnam differentiam poſitionis: quam ad aliam. Item ſequeretur quod continuo deberent eſſe venti: quod eſt falſum: quia ſolum ſunt in autumno et vere. Et ſequella patet: quia ſemper eſt aer. Tertio quia venti fiunt ſm̄ directionem influentie: et ſm̄ obuiationem frigidi repellētis in media regione aeris: ſed hec non poſunt fieri: ſi ventus eſt aer motus: ergo ventus non eſt aer motus.

¶ Pꝛopter quid aer penetrat coꝛpoꝛa ſolida lumen vero non penetrat illa. Dicendū

quia aer nõ neceſſario penetrat per lineam rectam lumini vero neceſſarius eſt inceſſus rectus: et ideo aer penetrat ſpongiam que habet poros tortuoſos: ſed amplos: ſed lumen penetrat criſtallum: quia licet habeat poros ſtrictiores: tamen ſunt ſubalternati: et aer non penetrat illos propter ſtricturam.

**¶ Propter quid ſi quis iacuerit ſe** ſuper vtrem inflatum membra ſuper iacentia dolẽt: et apud paludes que ſunt iuxta flumina fiunt ſoni velut tauri boantis. ¶ Ad hoc probleuma reſpondet Philoſophus .22. probleumatum problemate primo et ſecundo: quod cauſa eſt prioris partis: quia vtres illi comprimunt aerem: qui compreſſus fortiter redit propter alium aerem cui obuiat: et ſic rediens membra percutit et dilacerat. ¶ Ad ſecundam partem reſpondetur: quod cauſa eſt modus veniendi aque et venti et vaporum a loco anguſto qui eſt prope inicium paludum ad amplum ipſarum. Dat exemplum Conciliator de aliquo boanti circa vas quod in parte ſuperiori ſit ſtrictum: et in inferiori amplum: et recitat de quodam latrũculo qui mittebat vnam cordã cera linitam intra quodam vas in ore ſtrictum et in fundo amplum: et cum ſentiebant illum extrahebat cordam violenter faciendo ſonum ſimilem magno boatui.

**¶ Propter quid aurora et crepuſculum veſpertinum ſint frigidiora quam nox**: cum magis diſtet ſol a nobis in nocte quam in illis crepuſculis. Dicẽdum cum Ariſtotele octaua probleumatum probleumate decimo ſexto quod illud eſt quia eo tempore ros et pruina cadunt: vel quia per antipariſtaſim frigus fugiens a contrario lumine efficitur frigidius.

**¶ Queritur preterea propter quid** omnia que tangunt aquam humectantur ab illa: ideſt madefiunt: aer vero non. Dicendum quia aer eſt ſubſtantia ſolum tangens aquam in ſuperficie. Nam cum ſit leuis ſupereminet: ſed reliqua omnia dempto igne tanquam grauia penetrant et madefiunt.

**¶ Queritur preterea propter quid** medijs noctibus et in meridie maior ſit ſerenitas et regulariter maior eſt ſerenitas de nocte: quam de die. Dicendum quod ſerenitas eſt a vaporibus purgatio aeris: ſed in meridie vapores reſoluuntur: et in nocte media fuerunt vapores omnes graues facti et deſcenderunt: et poſtea propter maius frigus noctis amplius reprimuntur qui accedere poſſent: Et ſi arguatur: noctes ſm Philoſophum ſecũdo metheorum ſunt magis pluuioſe quam dies: ergo magis ſerene ſunt dies quam noctes. Negatur cõſequẽtia a Conciliatore dicit namq; quod in noctibus frigus vertit vapores in aquam: ſed dies impedit hãc conuerſionem et multiplicat nubila gratia cuius impedit ſerenitas. Secũda pars dicit noctem eſſe die ſereniorem: quia eſt quod vapores immiſceat ſcilicet ſol: et ſic dicit Philoſophus quod in hyeme terra eſt ſerenior et mare tempeſtuoſi⁹: ſed in eſtate mare eſt quietum et terra non tantum. Cuius ratio eſt quia mare in hyeme per paruum calorem ſolis propter mare eſſe rarum penetrant radij et faciunt ibi ventos agitari et mare commoueri. Sed terra cũ ſit ſolida frigore hyemis prohibet penetrare radios ſolis: et quod non eleuentur vapores: obidq; terra eſt ſerena.

**¶ Queritur propter quid in magis** frigidis regionibus quando ſit cauma illud eſt prefocatiuum. Ad quod dicit Philoſophus vigeſima quinta probleumatũ. quod cauſa eſt quia aer eſt dẽſior propter frigiditatem: et ideo quando calefit recipit ille aer multum de multitudine forme caliditatis: quare per guttur attractus vehementius calefacit et ſuffocat: propter quod dicitur ille aer prefocatiuus: ex quo habes quod aer prope paludes eſt calidior et groſſior propter vapores eleuatos: ideo ꝙ magis ſuffocat. Prouenit enim ſuffocatio ex indebita dilatatione pulmonis et cordis que maxime fiunt ex vaporibus groſſis et ex aere groſſo: propter quod dicit philoſophus: in mari maius ſentitur cauma: eo quod aer eſt groſſior: et propter groſſitiem ſuffocatiuus.

**¶ Queritur propter quid terra et** aqua putrefiunt. Aer autem et ignis non putrefiũt. Hoc petit Philoſophus vigeſima quinta probleumatum probleumate decimo nono: et videtur quod ſit falſum: quia cauſe putrefacionis ſunt caliditas et humiditas: ſed ille maxĩe ſunt in aere: ergo aer poteſt putreſcere. Item peſtilentia nihil aliud eſt quã extranea aeris putrefacio: ad modum remolitiõis aque fetide: vt dicit Auicenna ſecunda primi: ergo in peſtilẽtia aer putreſcit. Philoſophus in probleumate citato dicit cauſam fore quia ignis eſt calidiſſimus ideoq; imputreſcibilis: et aer eſt igne plenus Ait ergo: eſt imputreſcibilis quod intellige de aere puro ſupreme regionis qui habet calorem vehementiſſimum propter quod non putreſcit: ſed aer inferior ratione vaporum admixtorum putreſcere poteſt. Sed de terra et aqua dicit Philoſophus frequentius putreſcere: quia habent plus de multitudine forme ideoq; admixta cum eis vehemẽtius retinent et propter eſſe denſiora plus calefiunt ex ſole et plura ſibi corpora miſcentur de illis que ſol eleuat: obidq; putreſcunt magis prefatis corporibus dictis.

**¶ Propter quid in ſerenis noctib⁹** maior eſt frigiditas quam in nubiloſis per nubes infimas: dicit Philoſophus vigeſima quinta probleumatum probleumate penultimo quod cauſa philoſophorum antiquorum erat quia ſtelle omnes ſunt frigide et inuenientes aerem rariorem infrigidant magis illum. Sed irridet hos Ariſtoteles dicens lunam calefacere: quia quarto de partibus animalium dicit. Noctes in plenilunio fore calidiores: propterea dat ſecundam reſpõſionem: quia cum nubes abſunt. tunc caliditas quam impreſſit ſol in infima regione aeris cito receſſit propter ſubiectum non eſſe denſum: quare pruina et ros procreantur a frigido que diſſoluerentur: ſi propter ſoliditatem ſubiecti adhuc remanſiſſet calor in talibus nubibus. ſꝫ dubitat Conciliator circa hoc: vtrũ ſtelle omnes ſint calide: et arguit quod ſic: primo authoritate Philoſophi in hoc probleumate ſecundo, authoritate Auerrois primo de celo qui dicit ſtellas agere in hec inferiora ſolum caloribus elemẽtaribus et non per frigiditatẽ in effectu: oppoſitũ tñ dicunt aſtrologi quãdo dicunt ꝙ ſi ſol et luna coniungantur cum planetis frigidis, vt cum Saturno et Mercurio in ſigno frigido, vt in Scorpione ſit magna aeris intemperies

per frigus dicit Conciliatoꝛ ꝙ iſta queſtio poteſt in
telligi quod ſtelle ſint frigide ſecundum naturam
ſuam: et hoc non eſt verum quia ſunt quinte eſſentie
non determinantes qualitatem elementarem. Si
vero queſtio intelligatur ſecunduʒ operationem cō
munem que ſequitur motum et lucem ſic omnes ſtel
le ſunt calide. Si vero ſecundum operationem ſpe-
cialem que ſequitur aliquas pꝛopꝛietates: ſic alique
ſunt calide et alique frigide; et hoc ſecundo modo
intellexerunt aſtrologi. Pꝛimo modo Philoſophus
et Auerrois.

**¶ Pꝛopter quid in locis altis ma-**
Aristote. gis fiunt euentationes. Reſpondet Philoſophus ꝓ
bleumate vltimo dicte particule quia aer intra do-
mos eſt groſſioꝛ: et extra ſubtilioꝛ: quare ſubintrās
in feneſtras rareſcit adeo ꝙ timeatur ab aere inte-
rioꝛi ꝙ incidat in vacuitates: quare egreditur et tā
tum interioꝛ attenuatur qđ rareſcat vt timeatur de
vacuitatibus: et ideo aer exterioꝛ ingredit̄: et ſic fit
continua euentatio.

**¶ Pꝛopter quid humoꝛ pleno con**
tentus in dolio diffuſus in vtres non ſolum cum vtri
bus recipi ab eodem dolio poſſit ſed ēt̄iaʒ locum re
linquere quo plus humoꝛis capiatur. Dicendum cū
Philoſopho particula iam citata: ꝙ cauſa eſt quia
quando aliquis liquoꝛ diffuſus eſt capit intra ſe mul
tum aeris: ratione cuius dilabitur et diffunditur: et
ita diffuſus maioꝛem locum replet: Sed quando in
vtres colligitur aer ille elliditur: ratione cuius in
minoꝛi loco capitur pꝛedictus liquoꝛ: et ſic non ſolū
in dolio pꝛeexiſtens vinum capitur ſʒ etiam vtres:
et adhuc magis de liquoꝛe: gratia cuius dicit Phi-
loſophus loco eodem citato ꝙ ſi vas cinere plenum
ſumatur: et aliud tantum vas ſumatur plenum aque
ſi paulatim illum cinerem in alio vaſe equali poſue-
rimus et aquam ipſam cum tali cinere condenſem⁹
occupabit minoꝛem locum cinis ille: quia excluſus
eſt omnis aer: et ſic tandem totum quod erat de ci-
nere in duobus vaſis et de aqua capietur intra vnuʒ
vas duntaxat de cinere et aqua.

**¶ Queritur pꝛeterea pꝛopter quid**
aer bullis content⁹ aut de imis aque aſcēdens haud
vnꝙ madidus emergat: ratio eſt quia humoꝛ aque
circunſtans in latera dilabitur ſine moꝛa et qui ſu-
pereſtat humoꝛ tam exiguus eſt et gracilis vt nihil
humectet. Et quia non in concine aeri ānectitur vē-
tus nec diſſonat a litera. a. quoniam aquilo ⁊ auſter
ab ea inchoant percurram ea que Philoſophus di-
cit de ventis egregia vigeſima ſexta particula pꝛo-
bleuma.

**¶ Querit̄ ꝓpter quid ſubſolan⁹ ſol⁹**
inter ventos attrahit ad ſe nubes cum reliqui impel
lere videantur. Reſpondetur a Philoſopho ꝓbleu
mate pꝛimo pꝛedicte particule ꝙ cauſa eſt quia ter
ra verſus oꝛientem ad partem ſeptentrionis eſt al-
tioꝛ quam in occidente: cuius ſignum eſt ait Philo-
ſophus quia mare occidentale omnib⁹ aliꝭs pꝛofun-
dius extat: quare ſubſolanus ab eſtiuo tropico ōcur
rens ad nos verſus occidens mouetur quaſi coꝛda
ad arcum: obiꝙʒ dilabitur quaſi in arcum rediēs a
concauo ad coꝛdam: et ideo ſolus hic attrahere nu
bes apparet.

**¶ Querit deinde Philoſophus ꝓp**
ter quid boꝛeas eſt annalis non vero auſter. Ad qđ
dicit cauſam foꝛe quia nos degimus verſus arton:
obidꝙʒ flans a loco pꝛopinquioꝛi diutius durat: ſed
auſter e longinquo venit ad nos. Secundo etiam qꝛ
ventus ex radice ſua ſiccus eſt ⁊ humiditas eſt ei ex
tranea: magis autem durat res cum naturali quam
cum extraneo.

**¶ Queritur pꝛeterea pꝛopter quid**
auſter poſt pꝛuinam aut niuem ſpirare ſoleat. Ra-
tio eſt dicit Philoſophus quia pꝛuina aut nix ex fri
gido caleſcunt et cum omne mixtum poſt ſui pꝛodu-
ctionem fit conſtātius quarto metheoꝛoꝛum et denſi
us vt mutatur poſt coctionem a contrario in contra
rium ſequitur ꝙ auſter multiplicetur: tum quia ſol
eleuat exhalationes cum humoꝛe qui reddat auſtrū
humidum: et ſimiliter ex illa denſitate graueſcens
pꝛuina deſcendit.

**¶ Queritur pꝛopter quid venti ceſ**
ſant cum imber ingruerit. Reſpondet Philoſoph⁹
quia a concauitatibus nubium emanāt ſpiritus qui
dicuntur venti qui quidem madeſcūt quando aqua
fuerit conuerſa ex nube cum qua aqua cadente ex-
halationes madide deſinūt et nō mobiles ſicut ſunt
venti.

**¶ Queritur qua de cauſa ſero rube-**
us celum cras indicat eſſe ſerenuʒ: mane celo rubeo
eſt aqua ſine dubio. Ad quod dicit Philoſophus cau
ſam eſſe qđ vapoꝛes exiſtentes ad occaſum inter ſo-
lem et nos cum ſol cito occumbat vapoꝛes graues
magis de nocte graueſcentes petunt inferioꝛa: nec
aſcendunt vt in pꝛuinam vertantur: ſed manē celuʒ
rubeuʒ denotat vapoꝛes qui interpoſiti ſunt inter ſo
lem et nos et ſunt a ſole eleuandi ad locū in quo ver
tantur in pluuiam.

**¶ Queritur pꝛeterea pꝛopter quid**
tropee ex mari ſunt et ibidem perflāt. Reſpondet
Philoſophus quia ex terra venti eleuantur ad ma-
re qui ex mari redeunt pꝛopterea quod mare eſt in
ferius et quaſi concauum colligens ⁊ conſeruans in
loco ſtricto illos vētos quos facile recipꝛocat et ꝓp
ter ſimilem cauſam dicit Philoſophus perflant eur
pi quando fluuius eſt in alto et ſimiliter rippe: et illđ
eſt quia venti tendunt ad locum anguſtū in quo con
tinue perflant eo quod ventus facile per illam par-
tem diffundatur confluente aere vndiꝙʒ illuc: et ſic
videmus circa poꝛtas magis eſſe ventos quam in
agris.

**¶ Pꝛopter quid dicitur nunquam**
nocturnus boꝛeas tertiam accedit ad lucem. Dicē-
dum quia de nocte eleuatus debile expiramentum
ſuſcepit pꝛopter quid raro continuatur.

**¶ Queritur. Pꝛopter quid in cane**
auſter flat et in oꝛtu oꝛionis flatus maxime varient.
Dicit Philoſophus ad pꝛimam partem ꝙ quandō
canicula oꝛitur oꝛtu coſmico quod eſt ad finem leo-
nis et pꝛincipio anguſti tunc ſol incipit a nobis decli
nare et ex eius declinatione tempus caleſit: ratione
cuius ventus calidus potius ꝙ̄ frigidus eleuetur cō
ſurget autem humidus quia eodem tempoꝛe aque
iam incipiunt refrangi: et hoc dicit Philoſophus eē
naturaliter ſequens caniculam: adeo ꝙ nunꝙ̄ fallat.

Ad ſecundum dicit Philoſophus ꝙ Orion eſt vna imago que apparet ad calcem ſigni geminorum quod eſt in meſe madij vbi (quia fit mutatio temporis) ad tempus: ſ. veris ad eſtatem et fructuum fit maturatio: et ſignum geminorum eſt ſignum non fixum nec mobilem: ideo commune eſt varietates inducens: ⁊ intellige tu de ortu coſmico.

¶ Queritur propter quid tempore eclipſis lunaris cientur vēti ſemper tamen ventus preuenit eclipſes: ita ꝙ ſi future ſunt media nocte venit in occaſu ſolis: dicendum ꝙ cauſa eſt quia luna eſt gubernatrix omnium humiditatum et vaporum propter quod in coniunctione menſtrua eueniunt: et fluxus maiores quam in quadraturis: obidꝫ luna cū ſole oppoſita diametraliter priuat ex interpoſitione terre: ſed ex illo ſequitur lunaris luminis debilitas propter quod que ſunt in aere humida dilabunt et vagantur quaſi male ordinata et regulata: obidꝫ quia hec luminis priuatio fit primo luna egrediente metas deputatas eclipſi et fit ſucceſſiue ideo ante totam eclipſim cientur venti.

¶ Propter quid Auſter finiens ē pluuioſus minor vero eſt ſerenus multus eſt nubiloſus dicendum quia cum finit tunc eſt aer infrigidatus ſufficienter ita vt nubes vertat in aquam: ſed quando minor eſt cum veniat de longinquo nondū nubes ad nos traxit: cum vero multus eſt iam ad nos deuenit et quia ab āplo ſphere ad anguſtum deuenit nubes congregauit et eſt nubiloſus.

¶ Querit propter quid hyeme magis mouentur ſubſolani et eſtate zefiri: zefirus eſt occidētalis ⁊ eſt inter omnes ventos maxime mitis. Dicendū quia eſtate poſt occaſum ſolis venti dimouentur: quia aer fuit infrigidatus: obidꝫ cadūt venti qui a ſole detinebantur ſurſum: ſimiliter ab emiſpherio antipodum tunc eleuātur exhalationes que frigiditate noctis in oriēte antichthonū detinebantur et ſic redeunt ad occidens noſtrum et in hyeme ſubſolani eleuantur: quia eſt eſtas antichthonū et illis occaſus eſt noſter ortus: et quia poſt caſum in eſtate ſol cōmouet ventos illos trahit ad noſtrum ortum quos mouerat in occaſu antichthonum.

¶ Propter quid canes zefiro flāte non inueniunt et ſimiliter ſtellis diſcurrentibus certum iudicium eſt ventorum. Videtur contra primam partem bona inſtantia, quia auſter videtur grauare caput et auditum, quia dicit Hyppocra. tertia Aphoriſmorum auſtrini flatus grauant auditum caliginoſi caput grauantes ſed odoratus conſiſtit in ſicco: ergo magis nocebit auſter. Dicēdumꝙ auſter flat magis diſtanter a terra et potius adducit temperamētum in odoratu: ſed zefirus vel fauonius flat nimis prope terram quia a ſole eleuatur occumbente: ideoꝫ odores predarum diſpergit.

Hyppo.

¶ Ad ſecundū: ſtellas diſcurrere eſt fugere quādam antipariſthaſi a cōtrario in qua fuga intimam regionem petunt et ab inflāmatione deſiſtentes materiam venti exhibent deſcēdēdo ad nos.

¶ Propter quid maximas nubes zefirus congregat et venti quando finiunt fiunt maximi. Ad primum dicit Philoſophus: quia zefirus ex pellago flat regioneꝫ maritima, obidꝫ ex multo multa congregat licet de ſe ſit delectabilis. Ad ſecūdum dicendum ꝙ cauſa eſt: quia in principio humidū eſt multum et nondū ſufficienter calefactum ⁊ deſiccatum a quibus que in fine habet ſequitur fortis virtus inſufflatiua.

¶ Queritur propter quid Auſter et eurus cū ſint calidiores zefiro et borea ſunt pluuioſi et non ſic boreas et zefirus. Dicendū ꝙ cauſa ē: quia cum auſter ſit calidus et veniat ad loca frigida ſilicet ad ſeptētrionem et eurus ſimiliter ſit calidus et veniat ad loca frigida ſilicet ad occidentem neceſſarium eſt eius ſuperficiale calidum ad intra repelli obidꝫ extrorſum condenſari et calido interiori extra pulſo eliquari ſicut accidit hominibus qui natauerunt qui ad intra reuocarunt calidum quod poſtea cum impetu egrediens eliquat: ideoꝫ ſudamus.

¶ Propter quid vēti deſiccant plus ſole quamuis ipſi ſint humidi vt auſter vt videre eſt in faciebus itinerantium quas ventus perflat: dicēdum quia venti ſua ſubtilitate cum ſint exhalationes ſubtiles calide et ſicce ⁊ per motū penetrant amplius ⁊ extra ducunt humidū ſua ſiccitate virtuali a quo nunꝙ expolliantur. Sol vero habet ſe ad inſtar ignis aſſantis qui ſuperficiem deſiccat et cruſtam generat ad intra retro pellentem humidum quare aſſata dicit Philoſophus metheororum quarto ſunt humidiora elixatis.

¶ Propter quid zephirus ventorū delectabiliſſimus reſpondetur quia nec maxime frigidus vt boreas, nec maxime calidus vt reliqui et quia flat in eſtate ad occaſum ⁊ propter ad occaſum oriri paucus inſurgit: qui ſi multus eſſet fortiter ſufflans corpora rara inueniens in eſtate deſtrueret.

¶ Propter quid zephirus et omnes alij venti vehementius flant a montibus non quibuſcunꝫ. Dicendum quia ab alto exhalationes in imum maiori impetu deſcendunt quam ſi per planum currerent. dixi non quibuſcunꝫ: quia Philoſophus ait ſecundo metheororum. Et Albertus magnus. 4 ſui introductorij et Tholomeus libro ſuo ad artem ſphericam vapores eleuantur a terra per decem et ſex ſtadia: quodlibet autem ſtadium continet quadringentos cubitos: atꝫ a ſuperficie terre vſꝫ ad locum eleuationis vaporum ſecundum Alazem tractatu de crepuſculis ſunt duo milliaria et decima vnius milliaris: ac tertia vnius decime: quare dicunt prefati authores ad montem olimpum mire celſitudinis nec ventos nec pluuias vllas attingere: cuius iudicium eſt ꝙ cineres vnius ſacrificij remanerent pro alia olimpiade: quare ſacrificaturi ferebāt ſpongias plenas aqua et aere frigido: vt ex illis anhelarēt a tali ergo monte non deſcenderent venti.

¶ Queritur. Propter quid Auſter facit mare nigrum et boreas liuidum: et boreas incipiens eſt magnus: finiens paruus: econtra vero auſter. Dicendum ad primum quia auſter eſt nimium vaporoſus: obidꝫ multa ſecum defert quibus mare comiſceat: ſed boreas eſt ſerenus: obidꝫ non multa mari permiſcet. Ad ſecundum videtur falſum quia inquit Philoſophus metheororum ſecundo. Propter quid venti omnes cum incipiunt ſunt minimi imo: hoc videre eſt (dicit Philoſophus) in fluuijs ⁊

in ſagitis emiſſis. Dicendum ꝙ non intellexit Philoſophus propterea ꝙ boreas eſſet in principio maior ꝙ ipſemet in proceſſu: ſed intellexit ꝙ comparatione facta ad auſtrum incipit eſſe maior ꝙ auſter: cuius cauſa eſt quia boreas flat ō propinquo: auſter vero de longinquo: obidqꝫ dicit Philoſophus: ortuꝫ eſt in prouerbio borea incipiente nauiga: et auſtro deſinente.

¶ Propter quid vbi ſunt inſinuationes maris generantur tropee apogie et non in pelago: et in auſtris grauius homines ſe habent. Ad primum dicenduꝫ quia in gulfis eſt ſtrictura maris vnde exhalationis facilis fiat reductio quod eſt apogium: ſed in pelago propter vaſtitatem fuſa exalatio non redit. Ad ſecundum dicit Philoſophus cauſam eſſe ꝙ vaporibus humidis repletus homo grauius ſe habet.

¶ Propter q̇d fit glatialis hyems boream ſi duxerit auſter et flatus futuri iudiciuꝫ datur, cum per aerem aranee telle feruntur: et quare venti ſunt frigidi cum a motu calidi moueātur. Ad primum dicit quia auſter duxit materiam quam poſtea congellat boreas. Ad ſecundum cauſa eſt quia aranee nunꝙ texunt ſuas tellas niſi in tempore ſereno et temperato quando beſtiolas capere poſſunt ⁊ ſi tunc accidat pluuia poſt illam, vt plurimum ſequitur ventus cuius indiciū deferunt fila telle aranee per aerem diſſeminata. Ad tertium dicit Philoſophꝰ cauſam fore: quia quemadmodum ab ore ſpiramus magno tamen hiatu aerē calidum ⁊ ſtricto hiatu frigidum aerem: quia veniens ab ore halitus aerem proximum frigidum pellit qui pellat aliū: ⁊ deinde alium et quilibet talis aer eſt frigidus reſpectu noſtri vt Auicēna ſecūda primi: ita pari modo vētus flat per ſtrictum quia a nubibus et earum concauitatibus oritur: et aerem pellit ante ſe frigidum reſpectu noſtri: et ideo motus venti eſt tortuoſus, vt dicit Philoſophus tunc quia dirigitur a ſtellis que mouentur circulariter. Tunc ſecundo quia componitur ex aliquo qō natum eſt moueri recte ſurſum ſicut exalatio et ex vapore: qui natus eſt moueri recte deorſum: obidqꝫ ex vtriſqꝫ repugnantibus vapore et exalatione: et nitētibus ad contraria loca generatur quoddam medium ideſt motus tortuoſus obliquus.

¶ Queritur. Propter quid Auſtri in libia frigidi ſunt ſicut apud nos boree per libiā intelligit Affricam: dicēdum ꝙ cauſa quia illi Auſtri qui veniunt de libia veniunt ō propinquo: obidqꝫ veniunt per anguſtum ferentes ante ſe modicū aerem vel aliter: quia in principio ipſi Auſtri ſunt modici: obidqꝫ parum calefaciunt plus autem calefacient quando fuerint forciores quam cum debiliores: quia plures ſibi admiſcent vapores calidos.

¶ Queritur. Propter quid Auſtri ſicci et inaquoſi febriles ſunt et cur euro flante maiora videntur omnia. Dicēdum ad primum: qꝛ auſter replet calore et humiditate putrefatibili ipſum corpus quare ſi non ſuperueniat aqua refrigerans ſeq̄tur ſuperinflammatio et febris. Ad ſecundum: quia eurus eſt nimis vaporoſus obidqꝫ pingitur cum ſpecillis: et quia illud qō videtur per medium denſius per diſgregationem radiorum apparet maiꝰ: inde eſt qō flante euro apparent omnia maiora.



¶ Queritur Propter quid nauibus hiberno ventos dat terra ſecundos: tunc mare fert ſeuos calidi ſub menſibus āni terra dabit ſeuos ponti feret vnda ſecūdos: ratio quia mare in hyeme calidius fugiens enim a cōtrario ſuas partes calidas coadunat: obidqꝫ ſpiritus ventoſus intra mare contētus non egrediēs a ſole ſolum exagitatur et mare conturbat in omnem partem: ſed eo tempore frigiditas prohibet exhalatiōes terre eleuari: nec pmittit ſolem in ipſam terram habere aditum vtpote: qꝛ ſolida eſt vt cieat et conturbet exalationes eſtate vero mare frigidius eſt: quia corpuſcula calida ab interioribus maribꝰ extraxit ſol gratia cuiꝰ mare non manet cum corporibus ipſum conturbantitibus.

¶ Queritur. Propter q̇d in Archadia que vocatur creta fiunt venti frigidiſſimi cū ſit terra altiſſima et propter propinquitatem ſolis debuiſſet eſſe calida et propter quid vētus ab aurora incipiēs durat magis. Ad pmū dico ꝙ propter eſſe terram altiſſimam in eius valles concidens aq̄ non habet quo aſcendat quare multarum paludum patria eſt a quibus ventus tranſiens infrigidetur. Ad ſecundum dico ꝙ cauſa eſt: quia maiori tēpore agēs durauit illi continuando materiam.

Ariſtote.

¶ Querit. Propter quid Boreas die quidem fortis nocte cadit auſter econuerſo et q̄re Boree frigidis locis prope Polum ſunt nebuloſi diſtāter a polo ſereni. Ad primum dic ꝙ boreas vt plurimum generatur ex cōgellatione pruine vel niuis vel aque per quam congellationem quādo fit elicatio extrahitur exalatio boree: et quia hec elicatio magis fit de die boreas de nocte cadit: auſter vero magis cadit de die qꝛ pmiſcet ſol illi vapores calidos et humidos qui motū venti hebetāt. Ad ſecundum dicendum quia prope eſt frigidior et prope anguſtum ſphere et debilior: diſtāter vero venit ad amplum ſphere et forcius inſuflans diſpergit.

¶ Nonum probleuma.

Utrum autumnus cum ſit temperatus ſit tempus ſiccum: eſtate magis morbiferum ptyſicis maxime inconueniens.

HOc probleuma agit de autumno: circa quod et eius qualitates ſenſerunt quidam ſicut Conciliator differētia ſexageſima ſexta ꝙ autumnus eſt tempus maxime diſtemperatuꝫ quo ad omnes qualitates taꝫ actiuas ꝙ paſſiuas quod probat. Primo authoritate Galeni dicentis pma apho. commento illius: eſtate et autumno quod ver ſimilatur tempori de repletione: ſicut autumnus tempori de corruptione: ergo non eſt autumnus temperatus. Secundo probat illud quia tempꝰ hoc eſt maxime mutabile de mane frigidum: veſperi calidum: ſed natura non ſuſtinet repentinas mutationes: preſertim in ſanitate: quia bene tolleret illas in egritudine: ergo autumnus eſt maxime diſtemperatus. Sed verius dixit de hoc Nicolaus Florentinus ſermone primo tractatu ſecundo ca. 26. ꝙ autūnꝰ in actiuis qualitatibꝰ eſt tēperatus: non aūt in paſſiuis. Ad qō mouet quia tempora nō variant niſi ex acceſſu ſolis: vel

Nicolaus florētinꝰ.

receſſu ad noſtrum zenith: ſed in autumno nec maxi
me recedit a noſtro zenith (vt ī hyeme) nec maxime
appꝛopinquat, vt in eſtate: ergo autūnus eſt tempe-
ratus in actiuis. Et confirmatur: quia autumnus reſ
pectu celi habet eandem diſpoſitionem quam ha-
bet ver: ſed ver eſt temperatum: ergo et autumnus:
ſed de per accidens pꝛopter aeris ſubtilitatem faci
le mutatur et diſtemperatur: et ꝓpter inuenire cor
poꝛa maxime reſoluta ex eſtate diſtē peratꝰ. In paſ-
ſiuis tamen neceſſario eſt diſtemperatus per ſiccum
vt monſtrant omnia terre naſcentia: que tunc fiunt
arida. Secunda pars dicit autūnum maxime moꝛ-
biferum: que videtur repugnare pꝛime parti. Nam
ꝙ ſi temperatus eſt: ſalubꝛis eſt: ſed dicēdum ꝙ diſ-
temperatur per ſiccum: et hec diſtemperatio eſt ma
ioꝛ: quia obuiat humiditati per quam vita conſerua
tur. Eſt enim autumnus ſiccus valde: non tamen eſt
ſiccioꝛ eſtate: et ſi dicas tunc cadunt folia: ergo ſicci
oꝛ eſt: dicendum ꝙ non cadunt niſi pꝛopter repulſio
nem calidi ad intra fugientis a frigido in qua repul
ſione tale calidum cōſumit humidum quod glutinat
folium arboꝛi. Videtur etiam huic parti conſonare
quia nunꝙ̄ fiunt peſtilentie niſi in autumno. Sed cō
tra hanc partem inſtatur: quia dicit Philoſophus
Philoſo. quinta pꝛobleu. Pꝛopter quid egrotāt plures eſta
te: moꝛiuntur plures hyeme: ergo hyems eſt magis
moꝛtiferum tempus. Dicendum vt Conciliatoꝛ ꝙ il
lud debet intelligi: plures moꝛiūtur in hyeme. ſ. cō-
paratione habita ad egrotantes in hyeme qui ſunt
paucioꝛes: et cauſa quare paucioꝛes egrotant hye-
me eſt foꝛtitudo virtutis que reſiſtit ampliꝰ impꝛeſ-
ſioni cauſarum egrotare facientium. Juuat etiam
ad hoc frigiditas tempoꝛis que ꝓhibet putrefactio
Auicēna. nem: ſed foꝛtius egrotant quia inquit Auicenna ſe-
cunda quarti. Cum ſani pauce infirmitatis egrotāt
eſt timoꝛ: rationem dat Conciliatoꝛ: quia natura nō
Concilia. acquiſiuit habitum et armaturam pugnādi contra
moꝛbum; obidꝯ tanꝙ̄ non conſueta pauet et timet
Sed grande dubium eſt cur foꝛtioꝛa quando egro
tant ſimili egritudine foꝛtius egrotāt ꝙ̄ debilia: qꝛ
videtur ꝙ ſimilis eſt ꝓpoꝛtio foꝛtis egritudinis ad
foꝛte ſubiectuz: ſicut eſt debilis ad debile. Ad quod
dicitur ꝙ debilia dicuntur minus egrotare quā foꝛ-
tia pꝛopterea ꝙ minoꝛ eſt cauſa faciens ipſos egro-
tare. Si tamen tu ponas equalem cauſam ego non
dubito niſi ꝙ vehementius egrotabit debilis ꝙ̄ foꝛ-
tis: ſed de per accidens poteſt contingere magis la
boꝛare foꝛtem: quod eſt quia pꝛopter non conſuetu
dinem non acquiſiuit qualitates quibus reſiſtat con
tra inuaſoꝛem qui eſt egritudo.

Si ptyſis queat ſanari.

## ¶ Pꝛo vltima parte pꝛobleumatis

nota ꝙ ptyſis eſt quoddam vlcus pulmonis: Pulmo
autem eſt membꝛū carnoſum quinꝙ penulis inſigni
tum tanꝙ̄ flabellum coꝛdis exiſtens: cuiꝰ vlcera ſunt
incurabilia: quia pulmo continuo mouetur motu: et
ad ipſum continue deſcendunt reumata et catharri
pulmonem cauantes; pꝛopter ꝙ ſi ſit in carnoſitate
pulmonis nunꝙ̄ ſolidantur. Si medicus tamen ſci-
ret virtutes herbarum et mineralium: ſciret ſanare
Concilia. ptyſicos, vt dixit Conciliatoꝛ de mente Hermetis
philoſophi differētia. 193. articulo tertio. Vidit em̄
quoſdam arietes euntes ad comedēda pacua vbi ſo
lidabant pulmones quos cū occidebant inueniebāt
pulmones ſemiconſolidatos. Dico ergo ꝙ autumnꝰ
eſt maxime noxius ptyſicis: quia eo tempoꝛe eſt ma
gna humoꝛuz coꝛruptio que auget maliciaz vlceris
Similiter eo tempoꝛe frigiditas tempoꝛis offert ſe
ſubito capiti in poꝛis aperto: ex cuius condenſatio
ne ſicut cum exꝓmitur ſpongia ſequitur deſcenſus
humoꝛum ad pulmonem. Poteris huic pꝛobleuma-
ti addere ꝙ ptyſicus cognoſcitur qꝛ tuſſiendo emit
tit rem que maxime fetet ſuper carbones incenſos
emiſſa: et ſpuendo ſuper aquam deſcendit ſputū ad
fundum. Jſtis capilli defluunt, vngues incuruantur
coꝛpus maraſmatur, et denicꝫ ſunt ethici. Adde eti
am pꝛobleumati ꝙ autumnꝰ infeſtat melancholicos
quia pꝛopter ſiccitatem concreat multaz melancho
liam cuiꝰ fiūt fumi nigri petentes caput ſpiritus de
nigrant et faciunt peruerſo iudicare. Timent enim
cadere et non cadunt: et aſcendere per colū que nō
aſcendunt: quales ſunt melancholici: melancholia
mirrachia.

## ¶ Decimum pꝛobleuma.

Propter quid apopleticus non ſepeliendus quouſꝙ tranſeant ſeptuaginta due hoꝛe.

Pꝛo declaratione pꝛobleumatis. Pꝛimo noto Notabile
expoſitionem literalem pꝛobleumatis que eſt. primum
Sunt quidā homines qui ſubito cadunt in terra ni
hil ſentientes nec mouentes ſe: quos inuenimꝰ abſꝗ
pulſu: in quibus multa facimus experimēta ad vidē
dum ſi ſint moꝛtui vel ne: de quibꝰ dicit hoc pꝛobleu
ma ꝙ non debent ſepeliri vſquequo a tpe caſus trā-
ſierint hoꝛe ſeptuaginta due: qꝛ vſꝙ ad illud tēpus
poſſunt eſſe viui ſine ſenſu et motu. Pꝛopterea chꝛiſtꝰ
redemptoꝛ noſter reſuſcitauit Lazarum quatridua
num fetentem ne eſſet iudeis cauſa dicendi ꝙ fuiſſet
apopleticus et ſine ſenſu ⁊ motu potuiſſet viuere tri
bus diebus. Secundo noto qd̄ aploplexia eſt ocioſi- Nota. 2.
tas membꝛoꝛum a ſenſu et motu pꝛopter opilationē
ventriculoꝛum cerebꝛi integram. Super quo nota
ꝙ a cerebꝛo emanat ſpiritus animalis ſenſitiuus et
motiuus per quos alia membꝛa a cerebꝛo ſentiant ⁊
moueantur: et per ipſoꝛum abſentiam nec ſentiant
nec moueantur, ſicut patet in ſomno vbi per reuoca
tionem ſpirituum membꝛa exterioꝛa non ſentiunt in
ſomno tamen virtus regitiua totius non reuocat ſpi
ritus motiuos diaphꝛagmatis ⁊ pectoꝛis, quia ſunt
neceſſarij pꝛo vita: in apoplexia tamen eſt tanta ven
triculoꝛum cerebꝛi repletio ꝙ non permittitur ſpiri
tus trāſmitti a cerebꝛo in membꝛa: gratia cuiꝰ nec
videtur in eis pectus moueri nec pulſum agitari ⁊ ē
quidam modus paraliſis vniuerſalis totiꝰ coꝛpoꝛis
et ſolet magis cauſari apud pingues et apud eos q̇
comedūt in magna quantitate poꝛrum recentem et
potant vinum nouum et eſt tan periculoſus moꝛbus
ꝙ dixit Hyppocrates: apoplexiam ſoluere foꝛtem Hyppo.
difficile debilem vero non facile et minima earum ē
quando eſt ſtertoꝛ vehemens qui fit pꝛopter magnā
opilationem viarum anhelitus et cerebꝛi ꝓpter quā
difficulter aer expellitur: eſt autem ſepeliendus die
quarto, quia tunc ceſſant omnes periodi humoꝛum:
qui ſi nunꝙ̄ fuerunt agitati ſignum eſt moꝛtis namꝗ
coloꝛe periodus eſt intertijs diebus melancholie in
quartis flegmatis quotidie: ſanguini vero nullꝰ con
uenit periodus ex ſpecie fluens: bene tamen ex qua
dra celi: quia in pꝛima quadra diei: ſanguis efferueſcit
in ſecūda colera in tertia flegma in q̄rta melā

cholia. Ex quo notabis ꝙ epilenſia que dicitur morbus caducus.i.comicialis: qꝛ tempoꝛe romanoꝛum diſſoluebant comicia: ſi quempiam inuaderet morbus caducus que dicitur aleſis grece: quod eſt leſio et epi: ſupꝛa: quaſi leſio partis ſuperioꝛis. Et diffinit hoc modo. Epilenſia eſt pꝛiuatio membꝛoꝛum a ſenſu et motu: et ab erectione non integre pꝛopter opilationem ventriculoꝛum cerebꝛi: dicitur nō integre quia quidam aiunt ꝙ dimidium apoplexie eſt integra epilenſia. Sed non eſt hoc verum: quia ſtat qꝺ in aliqua epilēſia reperiatur tanta opilatio ſicut in ipſa apoplexia: vt ſi ſit apoplexia ſalubꝛis et epilenſia moꝛtalis: ideo melius intelligitur non integre.ſ. cauſatur per ſolam opilationem cerebꝛi: ſed etiam pꝛopter ſpaſmum ānexum: quare cuilibet epilenſie neceſſario eſt ſpaſmus ānexus pꝛopterea ꝙ cerebꝛū ſe colligit et neruos ad ſe reducit: ratione cuius ſequitur ſpaſmus: ita ꝙ apoplexie anexa eſt paraliſis vniuerſalis ſicut epilenſie vniuerſalis ſpaſmus.

## ¶ Undecimum pꝛobleuma.

Queritur quot ſunt illa a quibus fit atractio.

Ad quod reſpondetur confoꝛmiter ad Auicennam doctrina ſexta de virtutibus quod a tribus fit atractio.ſ.a calido vacuo et pꝛopꝛietate. Calidum enim atrahit vt manifeſtat experientia de karabe fricato quod atrahit paleas: quod etiā fiat atractio a vacuo ſatis patet in atractione per anhelitum quando atrahimus aerem fiſtule cum oꝛe et aſcendit aqua: quod etiam a pꝛopꝛietate fiat atractio patet: quia magnes atrahit ferruꝫ: vt dicit Meſue in libꝛo de conſolatione medicinarum non quia calidus, non quia frigidus, non quia leuis, non quia grauis: ſed quia talis.i.quia tali virtute et pꝛopꝛietate occulta inſignitus. Sed dubiū eſt de iſtis atrationibus non facile. Utrum omnes iſte atractiones reducantur ad illam que eſt a vacuo: ad quod dicit Conciliatoꝛ differentia.51.ꝙ atractio illa que eſt a calido ſm̄ Auicennam reducitur ad illam que eſt a vacuo: quia cum flāma in lāpade traxit oleum in ſui conuerſionem ne ſequatur vacuū in poꝛis lichini aſcendit oleum ſuppoſitum. Sed hec ſententia audiēda eſt ſane ꝙ atractio que eſt a calido reducitur ad illam que eſt a vacuo non per modum cauſe efficientis: ſed per modum cauſe finalis. Calidum enim atrahit quod infra ſuppoſitum eſt ne fiat vacuum. Ex quo inferas ꝙ atractio illa que eſt a vacuo effectiue fit ab illo qꝺ coꝛpus pꝛimum atraxit vt credit Hugo ſenenſis: ſed quidam credunt illam atractionem fieri a celo: verius tamen credendū eſt qꝺ ipſummet coꝛpus a ſeip̄o aſcendit vt euitet vacuuꝫ pꝛopter naturam vniuerſalem: Et ideo dicit Gentilis doctrina ſexta de virtutibus qꝺ illa verius vocatur expulſio, quā atractio. Sed Conciliatoꝛ de mente Auerrois 5.colliget.ca.18.credit omnes illas atractiones reducibiles foꝛe ad illam que eſt a calido quod monſtrat de atractione ventoſe que attrahit per ignem: et de atractione fontium artificialium que atrahit caloꝛe anhelitus: et d̄ atractione q̄ fit a pꝛopꝛietate dicit ꝙ illa reducitur ad illā que eſt a calido: patet ait quia omnes pꝛopꝛietates occulte nō niſi cum caloꝛe operantur et experientia demonſtrat de medicinis que non agunt in coꝛpus noſtrum niſi a caloꝛe actuentur. De ipſa autem pꝛopꝛietate occulta non eſt credendum ꝙ ſit foꝛma ſubſtantialis, vt crediderunt diuus Thomas et Albertus magnus. Nam coloꝛ rubeus a pꝛopꝛietate occulta atrahit ſanguinē: vt patet in variolis et tamen non eſt foꝛma ſubſtātialis. Similiter dabilia ſunt duo eiuſdem ſpeciei que habeant diuerſas pꝛopꝛietates occultas vt patet de duobus magnetibus: imo vno eodē: qui per partem ſeptētrionalem trahit ferrum: et per meridianaꝫ expellit. Nec credēdum eſt illam pꝛopꝛietatem occultam ſemper foꝛe qualitatem de ſecūda ſpecie: quia aliquando hec pꝛopꝛietas idemptificatur qualitatibus de tertia ſpecie, vt patet de coloꝛe iam dicto: ſꝫ credendum eſt foꝛe qualitatem quandoqꝫ de ſecunda ſpecie quandoqꝫ de tertia.

Meſue. | Gentilis. | Concilia. | Thomas | Albertus magnus

## ¶ Duodecimum pꝛobleuma.

Dubitatur cum appetitus maxime infeſtet: cur dicitur res naturalis.

Circa hoc pꝛobleuma noto pꝛimo ꝙ appetitus maxime dicitur infeſtare: pꝛopterea ꝙ vt dicit Philoſophus in libꝛo de ſomno ⁊ vigilia. Cibus eſt coꝛpoꝛis refrigeratio: ratione cuius pꝛepeditur caloꝛ naturalis ne conſumat humidum: ideoqꝫ nō aſſumentes cibum a caloꝛe naturali conſumuntur. Secundo etiam appetitus infeſtat: quia cum tolleratur fames ſtomachus putridis repletur. Noto ſecundo ꝙ aliqua operatio poteſt dici pꝛeter naturam duobus modis. Pꝛimo modo quia nō eſt circa obiectum eo modo quo expedit ad finem talis operationis quomodo cibi digeſtio diminuta vel intēſa eſt mala. Secundo modo poteſt dici aliqua operatio pꝛeter naturam: quia non contingit coꝛpoꝛi niſi quando eſt in p̄ter naturali diſpoſitione: et hoc modo doloꝛ poteſt dici operatio pꝛeter naturam. Et ſimiliter appetitus: ſꝫ non im̄erito poſſet dici ꝙ ſit op̄atio naturalis: qꝛ ē op̄atio im̄anens: et ab ip̄a potentia nāl̄r cauſat̄.

Aristote.

¶ Dubium tamen eſt an appetitus caninus ſit operatio pꝛeter naturam et diſcouueniēs: et videtur ꝙ non per illud celebꝛe dictum Gentilis qꝺ ſupꝛa allegauimus ꝙ operationes animales nunꝙ peccant ꝑ intenſionem. ¶ Pꝛo declaratione huius noto ꝙ triplex eſt malus appetitus.ſ.appetitus diminut⁹ qui vocatur vacinus vel boliſmus qui eſt fames mēbꝛoꝝ cum ſacietate ſtomachi: et hic ꝑuenit pꝛopter ea ꝙ os ſtomachi tantum paſſum eſt conſumptionem aut frigiditatem quod non appetit. Alius eſt appetitus coꝛruptus qui fit pꝛopter pꝛeſentiam humoꝛum coꝛruptoꝛum, vt eſt in hominibus appetētibus cineres et lapides, et pꝛeſertim in pꝛegnantibus. Tertius eſt appetitus caninus et eſt ſaturitas membꝛoꝝ cuꝫ fame ſtomachi, et ꝑuenit pꝛopter frigiditatem non multam, quia ſi eſſet multa deſtrueret. Nam omnis qualitas immoderata deijcit actum pꝛopꝛie virtutis. Ad queſtionem igitur reſpōdeo ꝙ appetitus caninus eſt operatio diſconueniens, quia conuenit homini egrediendo limites ſpeciei humane: et cum dicitur ꝙ eſt operatio animalis que nō peccat per intenſionem. Dicendum ꝙ operatio animalis cognitiua non peccat per intēſionem: ſecus appetitiua. Ex quo infertur ꝙ eſt dabilis aliqua operatio que nec eſt diminuta, nec ablata, nec coꝛrupta, et eſt mala: licet poſſet dici coꝛrupta, quia cōuenit animali egrediendo limites ꝑꝑꝛie ſpeciei.

¶ Dubitaꝶ rurſum circa hoc ꝓbleuma vtrum in corporibus atletharum repletis nutrimento laudabili poſſit inſurgere verus appetitus ad cibum. Circa qͦ noto primo ꝙ duplex eſt appeti-
Notab. i. tus. ſ. verus et mendoſus appetitus verus eſt quidã appetitus qui cauſatur ex cauſis naturalib⁹ eius. ſ. ex conſumptione humidi chiloſi et ſubſtantifici oris ſtomachi. Mẽdoſus vero eſt ille qui cauſatur ex aliqua qualitate preter naturã, vt ex frigiditate oris ſtomachi, qualis eſt etiam appetitus guloſoꝝ.

Notau. 2. ¶ Noto ſecundo ꝙ quedam corpora cum maiore cibi quantitate fament. i. cum maiori humorum abundantia, quedam vero fament cum minori: vt videre eſt in ſanguineo qui famet cum maiori humorum abundantia ꝙ colericus: ad ſubſtẽtationem namqꝫ vite maior quantitas humoꝝ et ſpirituuꝫ requiritur in ſanguineo ꝙ in aliis: ꝓpter quod dicebant quidam qͦ in atlethis repletis nutrimento laudabili, etiam ſtante illa plectoria poteſt inſurgere verus appetitus: quia illa plectoria eſt ipſis cõnaturalis quemadmodum ſanguineus famet cum tanta quantitate humorum, cum quanta non famet melancholicus. Sed hec opinio falſa eſt: tum quia in iſtis atlethis eſt tanta humorum plenitudo, ꝙ
Galenus timemus de crepatura venarum. Tum ſecũdo quia tollit motus quos ponit Galenus neceſſarios ad famem, ꝓpter qͦ nihil aliud mihi videtur dicẽdum niſi ꝙ ad veram famẽ ſufficit duplex motus. ſ. attrationis epatis a meſeraicis et meſeraicarum ab ſtomacho: et ꝙuis in atlethis ſit plenitudo venarũ et membrorum eſt tamen epatis innanitio gratia cuius põt ſurgere verus appetitus.

## ¶ Decimumtertium probleuma.

## Utrum mihi qui laboraui ꝑ triennĩu: et vobis qui ſecuti eſtis me, debeatur aureola pro laborib⁹ in patria celeſti.

Pro declaratiõe probleumatis primo noto de mente diui Thome in quarto ſententiarum di-
Diu⁹ thomas ſtinctione. 49. queſtione. 5. articulo prĩo. Et de mẽte Martini de magiſtris in ſuo libro d̃ fortitudine
Martin⁹ folio. 15. coluna. 2. Et de mente Angeſt in ſuis morali-
Angeſt bus folio. 29. ꝙ premiuꝫ eſſentiale beatificum quod datur beatis in viſione et fruitione dei vocaꝶ aurea ꝛ corona: aurea quidem tam ratione meriti quia fit cum pugna. Nam Job. 7. Milicia eſt hominis vita
Job. tum etiam vocatur aurea, quia per tale premium eſſentiale homines fiũt participes diuinitatis iuxta illud Apocalypſis. Feciſti nos deo noſtro et regnũ ꝛ
ſacerdotes. Dicitur etiam corona ratione perfectio- Apocalypſis.
nis, quia corona eſt figure circularis que eſt perfectiſſima. Et quia cuilibet eſſentiali ſuper additur aliquid accidentale et illud quod ſuperadditur eſt minus: ſequiꝶ ꝙ vocetur propterea ꝙ eſt minus aureola: et quia hoc quod ſuperadditur premio eſſentiali eſt duobus modis. Uno modo ex conditione nature: alio modo ratione meriti. Primo mõ gloria corporis dicitur aureola iuxta illud Exodi. 25. Facietis mihi aliam coronam aureolam: per quod intelligiꝶ gloria corporis, vt dicit gloſa. Alio modo aliquod premium acquiritur ex merito, ꝛ quia ratio meriti conſiſtit in duobus: vno modo quia fit ex charitate. alio modo quia actus eſt in ſe bonus et finis proximus eſt bonus et habitus bonus ratione primi correſpondet premium eſſentiale qͦ dicitur aurea vel corona ratione ſecundi correſpondet premium accidentale qͦ diciꝶ aureola et nihil aliud ẽ quã quoddam gaudiũ quod habet beatus ꝙ vicerit carnem et ſic correſpondet aureola virginitatis et gaudiuꝫ ꝙ vicerit mundum et ſic eſt aureola martyrĩj et gaudium qͦ vicerit per doctrinam et predicationẽ diabolum docendo multos: et eſt aureola doctoratus.

¶ Noto ſecũdo ꝙ ꝛ ſi aliqua mulier fuerit corpore corrupta, adhuc ſi violẽter corrupta eſt, et ipſa habet volitionem perpetuo ſeruandi virginitatem accipit aureolam virginitatis: et hoc dicebat beata Lucia. Si inuictã me violari fecer[is] caſtitas mihi duplabitur ad coronam: q[uia] habebo coronam virginitatis et patientie.

¶ Noto tertio ꝙ ꝙuis Chriſtus redemptor noſter fuit virgo, martyr, ꝛ doctor: dicit diuus Thomas, nulla ſibi aureola dabitur? Non, quia careat illo gaudio accidentali, cum vicerit mundũ diabolum et carnem. Sed quia multum diſtat hoc gaudium accidentale ab aurea eius nõ meretur dici aureola: quia diminutiuum parum debet diſtare ab eo vnde diminuit. Et quia in reliquis beatis parum diſtat gaudium accidentale a premio eſſentiali dicitur aureola. ¶ Ad probleuma igitur reſpondeo qͦ nõ debetur vobis aureola propter hos labores, quia immediate non ſunt in his que ſunt fidei, ſꝫ debetur aliquid qͦ ſit tanꝙ diſpoſitio ad illam, ſicut eſt ſcientia artium eſt diſpoſitio ad culmen doctoratus in theologia. Pro laboribus tamen his relatis in deum, et in agnitiõe veritatis deuenire, debetur remiſſio peccatorum et gloria. Quam vobis ſimul cum magiſtro tradat deus in patria celeſti. Amen.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

esto e veyte y siete mara vedis..